image

not

available

Digitized by Google

Digitized by Google

Montughi

Montughi

1 4. 306

Digitized by Google

Digitized by Google

LEXICI MILITARIS

AUTHORE

CAROLO DE AQUINO

SOCIETATIS JESU

PARS II.

Donato a questa Libreria per Testamento del fu Sig.r March.e Leopoldo Bartolommei

LIBRERIA DEI CAPPUCCINI DI MONTUGHI

ROMÆ, MDCCXXIV.

Typis ANTONII DE RUBEIS è Foro Rotundæ
in Via ad Seminarium Romanum.

SUPERIORUM PERMISSU.

M

MACHÆRA, æ. Dicitur a μάχομαι, pugnare. Fallitur Iſidorus dum ſcribit: *Machæra eſt gladius oblongus, ab utraque parte acutus*. Sica eſt, culter, & potius brevior gladius, cujuſmodi erat gladius Hiſpanicus, quem Polybius Græcè Machæram appellat. Heſychio etiam & Perotto brevior eſt gladius: deceptus porrò eſt Hadrianus Junius Iſidorum ſequutus, qui ita habet: *Machæra Iuvenali & Plauto gladius longus, ab altera tantum parte acutus*. Ubi iterum fallitur, quod altera tantùm parte acutam ſtatuit. Mihi vulgo Grammaticorum potior eſt authoritas Polybii, cui Machæra eſt gladius Hiſpanicus, quem conſtat ex utraque parte fuiſſe acutum; ut oſtendimus in Tit. *Gladius*. Accedit Pictorum veterum fides, qui coloribus adumbrantes infantem a Rege Salomone dividi juſſum Reg. [illegible] quem Septuaginta Interpretes Machæram nominant, ipſi utrinque acuto & breviore exprimunt gladio. Induxit in errorem Grammaticos aliquot vox Machærium, quæ, ut mox dicam, cultrum menſarium altera tantum parte acutum notat. Cæterum de Machæra Plautus in Milit.

Nam ego hanc Machæram mihi conſolari volo,
Ne lamentetur, neve animum deſpondeat,
Quia ſe jampridem feriatam geſtitem,
Quæ miſera geſtit fartum facere ex hoſtibus.

Ex eodem Plauto parœmia illa eſt in Bacchid.

Si tibi Machæra eſt, & nobis urbina eſt domi:

Ubi Fulgentius pro *urbina* aptè legit *vernina*; & id, genus jaculi vel ſicæ exponit, quod verutum dicimus. Uſurpatur autem parœmia, cum malum malo opponitur. Similes illæ ſunt: *Par pari*: *Malo nodo malus quærendus cuneus*.

MACHÆRIUM, ii. Fit a Machæra. Culter eſt propriè coquinarius, acutus ex altera tantum parte. Plaut. Aulul.

tu Machærio
Congrum, murenam exdorſua.

Ubi quidam *Machærium* tanquam vernulæ vel mediaſtini nomen interpretantur: Sed nihil neceſſe eſt eò confugere, ut eruatur Plauti ſententia. Proprium viri nomen illud eſt apud Juven. Sat. 7.

ames nomen cultumque Machæræ.

MACHÆROPHORI. Machæra armati. Offerunt ſe apud Cic. ad Quint. Fratr. *Hominem portavi ad Bajas octophoro, Machærophoris centum ſequentibus*.

MACHINA, æ. A meditando ex Græco dicitur; ut enim inquit Aſconius Pedianus, *Machina eſt, ubi non tam materiæ, quàm artis ratio atque ingenii ducitur*. Hinc nos belli machinas Ingenia, architectos ipſos, ſeu machinarios vocamus *Ingegnieri*. Vitruvii l. 10. cap. 1. machinæ definitio eſt: *Machina eſt continens ex materia conjunctio, maximas ad onerum motus habens virtutes*. Idem ibidem machinas dividit in Scanſorias, Spiritales, ſeu Pneumaticas, & Tractorias. Cæterum non ſolum ars ipſa & molitionis ratio, ſed inſtrumentum quandoque ipſum, quo aliquid artificioſè molimur, & inſuper ipſum artificium machinam dicimus. Hinc machinæ murales, caſtrenſes, tractoriæ, oppugnatoriæ, atque tectoriæ. Ad ea opera nectenda machinarii contraria contrariis jungere & adhibere nituntur, ut nimirum libramentis, & æquipondiis, tum vectibus, trochleis, claviculis, nervis, aliiſque id genus inſtrumentis adæquetur opus, quod meditantur. Inprimis verò ducenda eſt ratio ponderum, magnitudinis, diſtantiæ, & impreſſi impetus. Id conſequuntur Artifices plexis colligationibus, fulturis, tranſverſariis, cæteroque apparatu organorum, de quo vide latè Vitruvium lib. 10. & quæ dicemus in voce *Mechanica*. Archimedem inprimis in re Poliorcetica maximorum operum artificem & machinarium excellentiſſimum ſuſpexit Antiquitas. Hujus ſolertia mirum in modum eluxit in obſidione Syracuſarum adverſus Marcellum Romanum Conſulem oppugnatorem. Liv. de Bell. Punic. lib. 4. *Habuiſſet tanto impetu cœpta res fortunam, niſi unus homo Syracuſis ea tempeſtate fuiſſet. Archimedes is erat unicus ſpectator cœli, ſyderumque, mirabilior tamen inventor, ac machinator bellicorum tormentorum operumque; quibus ea, quæ hoſtes ingenti mole agerent, ipſe perlevi momento ludificaretur*. Commendatur etiam impensè a Vitruvio lib. 10. Diogenetus, Rhodius architectus, qui admirabili arte fruſtratus eſt eluſitque Helepolim peregrini inventi machinam militarem, quam idem Scriptor excogitatam fuiſſe tradit ab Epimacho Athenienſi, præſtanti machinatore; verùm alii ejuſdem machinæ repertorem faciunt Demetrium. Qua verò ratione Xantippus Lacedæmonius, bellicorum operum magiſter egregius, ab imminenti excidio vindicaverit Carthaginem oppugnatam armis M. Attilii Conſulis, tradit Polybius lib. 1. De aliis machinarum Inventoribus ſæpè alibi apud nos ſermo.

2. Quod verò militarium machinarum originem attinet, antiquiſſimam earum memoriam habemus Deuteron. cap. 20. *Siqua autem ligna non ſunt pomifera, ſed agreſtia, & in cæteros apta uſus, ſuccide & inſtrue machinas, donec capias civitatem, quæ contra te dimicat*. Et iterum Paralip. 2. cap. 26. ubi hæc habentur de Ozia Rege: *Fecit in Hieruſalem diverſi generis machinas, quas in turribus collocavit, & in angulis muro-*

rum, ut mitterent ſagittas & ſaxa grandia. Item apud Ezechielem legimus cap.26. *Circumdabit te munitionibus, & comportabit aggerem in gyro, elevabit contra te clypeum, & vineas, & arietes temperabit in muros tuos*. Ex his aliiſque Sacrorum librorum teſtimoniis meritò putat Euſebius pleraque machinarum & organorum ad rem bellicam pertinentium Moyſis inventum fuiſſe: Ea verò poſtea beneficio commercii atque bellorum, ab Oriente in Occaſum, variaſque Europæ provincias propagata. Quod verò problema attinet de Græcis atque Romanis, utri eorum primi machinas uſurpaverint, rem plurimorum Scriptorum teſtimoniis dubiam non ita facilè conſtituerim. Homerum certe machinas ignoraſſe, & ejuſdem Scholiaſtæ ſatentur candidè, & apertiùs ipſius teſtantur opera, in quibus oullum earum veſtigium. At verò equi machioalis, ſive arietis inventionem Trojano exortam bello commemorat Pliniua: & Athenæus lib.6. expreſsè docet, Romanos machinis, quarum uſum a Græcis acceperaot, eoſdem poſtea Græcos domuiſſe & ſuperaſſe. Compertum certè eſt ex Thucydide, Græcos bello Peloponneſiaco adhibuiſſe machinas, Periclem etiam earum primum inſtitutorem Scriptores Græci faciunt. Sic enim Plutarchus in ejus vita: *Captum novitate rei, machinis uſum, & habuiſſe apud ſe fabrum, inventoremque Artemonem Clazomenium*. Eadem fere habet Diodorus lib.12. *Struxit machinas primus omnium ante ſe, & eos, qui arietes dicuntur, & teſtudines, Artemone Clazomenio fabricante*. Cum verò Pericles ſupra trecentos annos poſt Urbem conditam floruerit, ſic intelligendi ſunt præfati Scriptores, ut machinarum uſum Pericles omnium, ſed Græcorum duntaxat, primus monſtraverit. Nam tempore Servii Tullii, qui Pericle annos facile centum ſuperior fuit, viguiſſe machinas clarè demonſtrat Livius per hæc verba: *Centurias etiam fabrûm duas ordinavit, quæ machinas in bello ferrent*. Idem Livius per Servii proxima vagatus tempora non ſemel earundem meminit machinarum. Ex hujuſmodi teſtimoniis incertum relinquitur, utri ex his nationibus machinarum inventio accepta referri debeat. Conſpiraſſe autem in hoc legimus inventores machinarum, ut ad eas demonſtrandas ab animalibus fermè nomina ſumerent. Hinc appellationes Arietis, Ericii, Onagri, Scorpionis, Cuniculi, Teſtudinis, Muſculi, Corvi demolitoris, & ſimilium. Poſtremò, quemadmodum apud nos tormentorum muralium libratores exquiſita arte pollere neceſſe eſt, ut ad exactam proportionem globorum ſeu pilarum ipſa tormenta conſtruant; Sic veteres machinarii, vel manganarii perſpectas habere debebant librationes atque menſuras ponderum & machinarum, ut jacula vel ſaxa contorquenda ipſis aptarentur machinis. De his verò quærendum eſt ſigillatim ſuis in locis.

3. Non uno certe experimento compertum eſt nihil graviùs perterrefacere aggreſſores, quàm cognitionem de numero & magnitudine machinarum, quibus affatim ubertimque obſidenda redundant oppida. Id nimirum Trebonium Cæſaris Ducem prope in deſperationem egit, cogitantem machinarum vim, quibus inſtructi erant Maſſilienſes, ut tradit Cæſar de Bell. Civil. l. 2. Eadem copia eluſit conſilia Labieni de Lepti in Africa oppugnanda, ut teſtatur Hirtius de Bello Africano. Nec alia de cauſa diſceſſit Marcellus Conſul ab oppugnatione maritima Syracuſarum, quàm quod ex ea parte machinia urbem affluere erat edoctus. Callido proinde conſilio Romani feceruot, cum bellum facturi adversùs Carthaginienſes, eoſdem ſolerter prius machinis denudaverunt. Appian. de Bell. Punic. lib. 1. *De cætero armis quid opus eſt, ſi pacem ex animo cupitis? Afferte omnia, quæ vel privatim habetis, vel publicè; tela, catapultaſque nobis tradite. Polliciti ſunt arma tradere, ad quæ accipienda miſſi ſunt Cornelius Scipio Naſica, & Cn. Cornelius Hiſpalus. Fuerunt autem telorum & jaculorum infinitus numerus, catapultarum, quibus vel cuſpides vel ſaxa excutiuntur, duo millia: quæ cum adveherentur, aſpectus eorum præclarus fuit & mirificus, ipſis hoſtibus tot plauſtra adducentibus*. Animadverteruot tamen brevi Carthaginieoſes per inconſultam & præcipitem ſtoliditatem a ſe factum ut arma cederent adverſariis. Inito proinde conſilio belli redintegrandi, nihil habuerunt antiquius, quàm ut acceptum damnum & machinarum amiſſionem primo quoque tempore ſarcirent. Quod ab eiſdem tam ſedulò impigreque continuò curatum eſt, ut minime imparem armorum machinarumque apparatum inſtruerent; ardentes omnium animos uſque adeo efferante acceptæ injuriæ memoria, ut matronarum honeſtiſſimæ non dubitaverint proprios crines abradere, eoſque viris armatis exhibere ad arcus machinaſque tendendas, Sic autem Appianus ibidem: *Verſi ſunt ad miram audaciam, quidvis paſſuri potius quàm urbem deſererent. Muneris enim animis omnium, templa, fanaque, & alia loca ſpatioſa verterunt in officinas publicas, ubi interdiu noctuque viri pariter ac fœminæ inceſſanter operabantur, cibum perparcè accipiendo certo tempore; efficiebantque ſingulis diebus clypeos quadringentos, gladios & tela, quæ ex catapultis mittuntur, mille; tragulas & lanceas quingentas, catapultas quotquot poterant: has ut tendere poſſent, raſerunt ſuas fœminas cum aliorum pilorum eſſet inopia*. Hæc reputans Vegetius militiæ magiſter negat educendas prius ad prœlium legiones eſſe, quam in promptu ſint machinæ omnes, ad idoneam formam expeditæ, vectæque carpentis, cum omni genere ferramentorum, & non impari fabrorum numero ad eaſdem dirigendas, reficiendaſque, ſiquid vitii contraxerint. Vide quæ in rem hanc habet lib. 2. cap. 25. Idem lib. 4. cap. 8. accuratè præcipit eam eſſe cautionem habendam non pro machinia duntaxat, quæ comparandæ ſunt ab oppidis, cum metus aggreſſionis ingruerit; verùm etiam de ſulphure, bitumine, omnique materia, quæ facilè ignem concipit, atque adeo de ſaxis, omnique inſtrumento ad repugnandum & obſiſtendum hoſtiumque vim irritam reddendam idoneo,

4. Quicquid verò machinarum ex lignea, ut ſolet, materia, licet prævalida robuſtiſſimaque conſtruitur, ſive turres illæ ſint ambulatoriæ, ſive falæ, plutei, vineæ, teſtudines, quæ omnia extructionibus tabularum & trabium ſunt compacta, ea inquam acerrimum habent hoſtem, & quo ſæpe facilè diſiiciuntur, omnique denudantur robore, ignes nimirum miſſiles, quorum repetiti jactus & ad modum nimbi deſuper decidentes diuturnis laboribus excitatas molitiones labefactant atque proſternunt. Excogitavit tamen

Digitized by Google

men par ingenti malo remedium, & malo, ut dicitur, nodo malum cuneum adinvenit ſolertia militaris, uſuſque, & acceptis damnis doctior experientia. Quare ferreis interdum laminis obductæ deſuper adversùs incendia leguntur machinæ. Sed quoniam ea res ingentes ſumptus & plurimum temporis efflagitat, uſus frequentior monſtravit cruda coria, eaque humectata, argillam etiam lapillis intritam ſubactamque. Culcitæ porrò, cilicia & centones, aliaque ejus generis ſtragula aceto madefieri macerarique ſolent, ut impunè flammæ recipiantur franganturque; & vim omnem amittant in molli ſtrato depluentes imbres miſſilium. Obviam ſæpe etiam itum eſt alumine, quod, ut Plinius loquitur, quædam eſt terræ muria, quæ intercurſantes flammas eludit, ignemque mirabili naturæ beneficio nequaquam ſuſcipit. Habemus id ex teſtimonio Quadrigarii apud Gellium lib. 15. cap. 1. *Tum Sulla conatus eſt, & tempore magno eduxit copias, ut Archelai turrim unam, quam ille interpoſuit, ligneam incenderet. Venit, acceſſit, ligna ſubdidit ſubmovit Græcos, ignem admovit, ſatis ſunt diu conati, nunquam quiverunt incendere, ita Archelaus omnem materiam obliverat alumine: quod Sulla atque milites mirabantur, & poſtquam non ſuccendit, reduxit copias.* Eandem alumini efficacitatem attribuunt Strabo, & Pauſanias; Ammianus verò lib. 20. idem teſtatur his verbis: *Perſæ aſſiduè malleolos atque incendiaria tela torquentes laborant incaſſum, quod humectis coriis & centonibus erant opertæ plures materiæ; aliæ unctæ alumine diligenter, ut ignis per eas laberetur innoxius.* Mirificæ etiam ad ignes prohibendos virtutis eſſe laricem arborem Vitruvius & Plinius ſcripſerunt: idcircò navigationi cenſetur optima. Fit autem eàdem ſucci amaritie, qua prædita eſt, ut ea cariem non ſentiat, & ignis impreſſionem repellat. Narrat Vitruvius lib. 2. cap. 9. eam laricis proprietatem ſuboluiſſe prius Cæſari, cum Larignum in Alpibus oppidum, ſic appellatum ab ejuſdem arboris copia, obſidens oppidanorum turrim eo ligno compactam nulla potuit flammarum violentia concremare. Palladius etiam author eſt, ut arcendis domorum incendiis ex eadem arbore fiant tabulæ ſuggrundiorum. Sic autem ſcribit: *Larix utiliſſima, ex qua ſi tabulas ſuffigas tegulis in fronte atque extremitate tectorum, præſidium contra incendia contuliſti: neque enim flammam recipiunt, aut carbones creare poſſunt.* Diſcimus etiam ex Poliæno lib. 6. a combuſtione ſervari defendique machinas argillà lapillis intermixtà. Verùm ex iis remediis plurima uſus fallaciſſima deprehendit; & cæteroqui inſuperabilem igni vigorem ineſſe notum eſt. Profuerit tamen multa callere, ut alicujus ſaltem uſu poſſimus proficere.

5. Denique ſine ullo artis inſtrumento, & externà materià machinæ ratio nomenque conſtat. Omnis quippe dolus, vel fallacia, qua ad fallendos hoſtes utimur, machina meritò appellatur. Hujuſmodi fuit inventum artis tertii ex Horatiis, qui contra tres Curiatios pugnaturus per ſimulationem fugæ diviſis æmulis ſauciis, ipſe integer ſingulos poſtmodum a fronte reſiliens proſtravit. Neque porrò aliter ſolertiſſima uſus eſt machina Alexander Macedo, cum ſe Jovis filium appellari ab omnibus juſſit. Mirum enim quantum contulit ad ejus victorias didita per externas gentes opinio de ejuſdem Regis divinitate, cujus famà plures ille gentes, quàm virtute ſuperavit. Quæ nempe nationes filio Jovis præſenti pugnantique non ſe ſponte ſubiicerent? Nihil autem frequentiùs in hiſtoriis legitur, quàm ſimili aſtu falſis rumoribus diſſeminatis præſtantes Duces egregias victorias obtinuiſſe, arces firmiſſimas expugnaſſe. Poſtremò bellicæ machinæ ſive doli pulcherrimam novamque iniit rationem Ambroſius Spinula Hiſpanici Ductor exercitûs. Is per occaſionem convivii, in ſuo per Gallias ad Belgium tranſitu, ab Henrico Rege interrogatus, ecquam potiſſimum arcem obſeſſurus primùm eſſet in Belgio? Friſiam ſe invaſurum ingenuè reſpondit. Fraudem ſubeſſe dicto Ducis Rex haud dubiè ſuſpicatus ſuos in Belgio Duces monitos fecit, ut reliquas communirent provincias, modicam aut nullam de Friſia rationem haberent. Res tamen longè aliter, ac ille ratus erat, evenit. Nam Spinula quod ſincerè promiſerat tempore explevit; aliiſque Belgii provinciis neglectis, ſolos Friſios adortus, eoſdem, quod facile fuit adversùs imparatos, expeditione feliciſſima ſuperavit. Ad hunc modum veritas Ambroſio pro fraude fuit; novamque ille atque pulcherrimam commentus eſt decipiendi artem, non decipere.

6. *Megaricum machinamentum.* Parœmia eſt de iis, qui dolo agunt: vel a Megarenſibus, quorum parum erat ſincera fides, ut indicat interpres Ariſtophanis; vel ab Euclide Socratico Megarenſi inſigni machinarum artifice. *Machinas poſt bellum afferre.* Aliud adagium de apparatu vel auxiliis ſerò advenientibus. Hujus authorem Brutum in Epiſtola quadam ad Lycios memorat Scriptor Chiliadum. *Veſtræ machinæ poſt bellum, uti proverbio dicitur, adductæ ſunt.* Huic affine eſt illud: *Melitide ſtultior.* Hunc quippe ajunt, Trojam appuliſſe, quò Priamo ferret ſuppetias, civitate jam capta. *Deus per machinam.* Vox eſt altera popularis: de iis, quibus, in rebus perplexis, ex inſperato aliquid oritur, quod ſalutem afferat, & difficultatem expediat. Origo proverbii a priſcis tragœdiarum ſcriptoribus, qui, ut fabulæ nodum ſolverent, Deum aliquem e ſublimi per machinam immiſſum inducebant.

MACHINAMENTUM, i. Machina. Liv. lib. 4. Bell. Punic. *Turres contabulatas, machinamentaque alia quatiendis muris portabant.*

MACHINATIO, onis. Machina, vel machinandi actus. Saluſt. Bell. Jugurt. *Aggeribus, turribuſque, & aliis machinationibus locus importunus.*

MACHINATUS, us. Machinatio, ſolers conſilium. Apul. in Apol. *Itaque apud omnes intemperantiſſimè gloriatur, me ſuo machinatu reum poſtulatum.*

MACHINOR, aris. Machinas invenire, vel agere, & frequentiùs per dolum quidpiam moliri. Saluſt. in Catilin. *Jam tum non Conſulibus, ſed pleriſque Senatoribus perniciem machinabatur.* Vide *Machina*.

MACHINALIS, le. Quod ſpectat ad machinas, ut ſcientia machinalis apud Plinium lib. 7. cap. 37. *Grande & Archimedi Geometricæ, & Machinalis ſcientiæ teſtimonium M. Marcelli contigit.*

MACHINARIUS, a, um. Quod facit ad machinas, ut menſor machinarius. Ulpian. lib. 7. D. Si menſor. fal. mod. *Si Menſor machinarius fefellerit, hæc actio dabitur.*

MACHINOSUS, a, um. Peramplum, vel machina & dolo confectum. Sueton. in Neron. *Repertenti-*

Digitized by Google

tique Baulos in locum corrupti navigii , machinoſum illud obtulit .

MACHINARIUS , ii . Machinator , machioarum ioveotor vel motor . Paulus Leg. ſi putatur ad Leg. Aquil. *Si machinarias bominem prætereuntem occiderit &c.*

MACHINATOR, oris . Liv.lib.4.de Bell.Punic. *Mirabilior tamen inventor ac machinator bellicorum tormentorum , operumque .* Italis *Ingegniero .* Hujus operę eſt inventorum novitate omnique ſallacia , ac dolo bellico , oovorum præſertim armorum , machioarumque uſu , atque adeo arcium caſtrorumque molitionibus providere copiarum ſecuritati, variiſque ac novis identidem commentis hoſtem aggredi , circumvenire , dolo capere . Obtinet autem machioator primarias belli partes , eumque mathematicis diſciplinis , ac præſertim Architecturæ ſtudio excultiſſimum eſſe oportet. Ad hæc in longum proſpicere , ingenioque maxime ſolerti atque verſatili pollere machinatores neceſſe eſt , ut ſuos egregiè inſtructos opportuois habeant munimeutis , hoſtes verò imparatos adoriantur .

MACHINATRIX , icis . Quæ machioatur . Senec. io Medea :

Sed tu malorum machinatrix facinorum .

MACHIONES . Ab Iſidoro ſic expoountur : *Machiones dicantur a machinis , in quibus inſiſtunt propter altitudinem parietum . Ergo quaſi Machinones .*

MACTE , & MACTI ; oam io his ſolùm caſibus leguntur hæ voces uſurpatæ . Cootrahuntur *a magis aucte* , & *magis aucti* ; quaſi dicas *cumulate* & *cumulati* . Origo vocis a re ſacra . Quoties enim thus aut vinom ſuper victimam fundebatur , dicebant : mactus eſt tauro vino & thure , hoc eſt , hoſtia cumulata eſt , & magis aucta . Cæterum macti , & macte , vocativi caſus utriuſque numeri accipiuntur pro oratione gratulantis , & approbantis alienam virtutem , cum cohortatione quadam ad ejuſdem incrementum:& ſæpiſſimè locum habet apud Duces bellicos erga honeſtos & egregia virtute juvenes bellatores . Virgil. 9.

Macte , nova virtute puer :

Nam cum nomioibus virtute , armis , aoimis , gloriâ , macti & macte coojungi ferè ſoleot . Actius :

Macte his armis , macte virtute patrum .

Lucill.

Macte inquam virtute,ſimulque his viribus eſto.

Liv. lib. 4. *Tum Dictator Macte virtute , inquit, C. Servili eſto , liberata Republica .* Idem lib. 7. *Tum Dictator Manlio : Macte virtute ac pietate in patrem patriamque T. Manli eſto: perge & nomen invictum , juvantibus Diis , præſta .* Idem alibi etiam oon iofrequeoter . Adde Silium Italic, lib. 4.

Macte , o macte indole ſacra
Vera Jovis proles .

Et lib. 10.

Macte o virtute paterna .

Et lib. 12.

Macte o virtutis avitæ .

Quæ formula , ut optimè notat Briſſonius de Formul. lib.4. adhibebatur potiſſimum in eorum laudem , qui perfuſi ſanguioe, & manantibus vulneribus redibant ex acie . Quod autem alibi habet Livius : *Juberem macte virtute eſſe,ſi pro mea patria iſta virtus ſtaret*: id ſcilicet ſic accipias , ut noveris ibi *Macte* vel eſſe iodeclinabile , vel pro adverbio poſitum . Equidem adverbio *Mactè* pro *valde* uſus eſt Plautus io Milit.

Amabat meretricem macte Athenis Atticis .

In conſuetis verò ſormulis , ubi dicitur : macte virtute eſto , & io ſimilibus , vocandi caſus pro recto ponitur more Attico . Tibull.

Huc venias hodierne ,

Pro *hodiernus* : & Perſ. Sat. 3.

Stemmate quod Thuſco ramum milleſime ducis ,
Cenſoremve tuum vel quod trabeate ſalutas :

pro *milleſimus*, & *trabeatus* . Commemoratas Latini ſermonis voces Sacra volumina illis exprimunt dictionibus : *Confortare & eſto robuſtus : Confortare & viriliter age .*

MACTO , as . Interficio . Occido . Cic. io Catil. *Nonne hunc in vincula duci , non ad mortem rapi , non ſummo ſupplicio mactari imperabis ?* Verbum eſt procul dubio tractum a Sacrificiis . Mactabantor ſiquidem hoſtiæ , quæ ſalsâ molâ prius augebantur ; ex quo mactare verbum ſacrum , magis augere ; & pro effectu , occidere . Quemadmodum immolare , ſalsâ molâ obducere , & pro effectu , item occidere . Propriè Virgil. Æneid. l. 3.

Cælicolûm Regi mactabam in littore taurum .

Item Liv. lib. 9. more ſacro juxta & militari dixit : *Sacratos more Samnitium milites , eoque candida veſte , & paribus candore armis inſignes eos ſe Orco mactare Junius dictitans , cum intuliſſet ſigna &c.* A Latinorum verbo mactare , habent Itali verbum *Ammazzare* . Perperam aliqui trahunt a *Mazza* : ex quo ooo flueret *Ammazzare* . ſed *Mazzicare* .

MACULA , æ . Pro ſorde notum vocabulum . Significat etiam retis plagulas . Cic. io Verr. 7. *Reticulum ad nares ſibi admovebat , tenuiſſimo lino , minutis maculis .* Quoniam verò loricæ ad retis ſimilitudinem ferè cooficiuntur , idcircò loricarum plagulæ , vel aouli , vel ſquamæ dicuntur etiam maculæ . Atque hioc nomen Italicum *Maglia* . Latinè anſa , anulus . Joannes Villani lib. 6. *Ma in frà queſti v' hebbe bene ſette mila grandi cavalli , coperti di maglia di ferro .* Verbum inde natum *Smagliare* , & *diſmagliare* . Summa veouſtate eo uſus verbo Dantes Infero. Cant. 29. obi loquitur de eo , qui ſcabiem unguibus divellebat ac deſquamabat .

O tù , che con le dita ti diſmaglie .

Petrarca :

E membra rotte e ſmagliate arme , e feſſe .

Pro *copias diſjicere* , Joannes Villaoi lib. 7. *Fù sì forte la percoſſa , che la ſchiera groſſa rinculò buona pezza del campo , mà però non ſi ſmagliarono , nè ruppero .* Hioc & vox alia *Camaglio* , quæ ſignificat loricæ partem ſupremam , qua collum munitius & oroatius præciogitur ; ſoletque oon munitior ſolum eſſe , verùm etiam oroatior . Arioſt. Fur.

Voltaſi al Conte , e Brondimarte laſſa ;
E d'una punta lo trova al Camoglio .

Aliud autem eſt *Camaglio* apud Italos , aliud *Goletta* , quæ pruprìè eſt pars caſſidis collum tegens.

MAOIUM , dii . Navis bellica . Vide *Roda* .

MAGICÆ EXCANTATIONES . Vide *Invulnerabiles* .

MAOISTER , ri . Fit a *magis* , ut miniſter a *minus* . Nomen eſt muneris , curationis , & præfecturæ . Uſus tranſtulit haoc vocem ad literaturam : ſed proprie magiſter eſt curator vel præfectus: adiungique debet obliquo caſu genus ipſum curationis

vel

vel muneris. In hunc modum dicimus *Magiſter morum, populi, navis, Equitum, ludi literarii*. Obtinuit tamen mos loquendi, ut nulla facta adjectione, qui literas pueros docet, Magiſter dicatur. Terent. Andr.

Qui ſcire poſſes, aut ingenium noſcere,
Dum ætas, metus, magiſter prohibebant?

Optime Feſtus: *Magiſtri non ſunt doctores artium; ſed etiam pagorum, ſocietatum, vicorum, collegiorum, equitum dicantur; quia omnes hi magis cæteris poſſunt. Unde & Magiſtratus, qui per imperia potentiores ſunt, quàm privati*. Jam verò tractationis bellicæ ſunt.

Magistri armorum. Occurrunt apud Ammianum lib. 15. *Interrogato Remigio etiamtum rationario apparitionis armorum Magiſtri*. Videtur autem indicare caput vel præfectum apparitorum.

Magister equitum. Equitum Præfectus. Varro: *Magiſter equitum: quod ſumma poteſtas hujus in equites & accenſos*. Liv. l. 2. *Paulo ante Magiſter equitum cum hoſtium Duce prælium iniit*. Juvenal. Sat. 8.

tabula jactare capaci
Fumoſos equitum cum Dictatore Magiſtros.

Viri erant ut plurimum conſulares magnæque in exercitu authoritatis. Dictator, cum primùm creatus eſſet, ſibi Magiſtrum equitum adlegebat: qui tamen ejuſdem Imperatoris imperio ſuberat. Nam quod legitur de M. Minutio Magiſtro equitum, qui bello Punico ſecundo æquatus poteſtate fuit Dictatori, illud ſcilicet pręter ordinem, nec abitura in exemplum indulgentia, conceſſum fuit a Republica. Nam contra Q. Fabius & M. Minucius Magiſtri equitum in extremum vitæ periculum adducti vix populi precibus ſupplicium capitis declinarunt, quod prœlium commiſiſſent abſentibus & invitis Dictatoribus. Primus omnium Magiſter equitum, a T. Lartio Dictatore dictus proditur a Livio l. 2. Sp. Caſſius. Cauſæ creandi Magiſtri equitum eędem ac renunciandi Dictatoris fuerunt. Vide Roſinum l. 7. cap. 18.

Magistri navium. Sic appellantur a ſcriptoribus Latinis, quos Græci Navarchos vocant, ideſt ſingularum navium principes, nec minus in nautas quàm in milites ipſos imperia exercentes, ut notabimus in Titulo *Navarchus*. De Magiſtris navium Liv. lib. 45. *Dedit ſociis navalibus, in ſingulos, denarios ſeptuagenos quinque, gubernatoribus, qui in navibus fuerant, duplex, Magiſtris navium quadruplex*. Et lib. 29. *Ex omnibus navibus gubernatores, & Magiſtri navium, & bini milites ut convenirent, edixit*.

Magister Officiorum. Appellatio fuit primariæ dignitatis in Aula Principum Orientalium tempore Imperii diviſi. Ducem Palatinorum ordinum appellant Zoſimus lib. 2. & Procop. lib. 1. de Bello Perſic. Pertinebat quidem ad urbanam præcipue adminiſtrationem, & Aulæ Palatinæ regimen Magiſtri officiorum munus & dignitas; verùm etiam extendebatur ad militaria, & tractationem armorum. Imperabat ſiquidem ſcholis tyronum & præerat fabricis omnis generis armorum. Moderabatur etiam cohortes limitaneas, & fines Imperii tuebatur. Habemus ex Not. Imp. octo ſcholis eum imperaſſe. Harum quatuor dictæ ſcutariorum. A Conſtantino Magno exiſtimantur hæ conſtitutæ. Erant autem ſcutarii quaſi genus quoddam Prætorianorum, ſic appellati, quoniam Principem armis tegerent, ad eum modum, quo ſcutis corpora proteguntur. Meminit ſcutatorium Zoſimus lib. 3. *Qui Principem ſtipare ſolebant, ſcutarii dicuntur, ſcutis enim potiſſimum utentes totum etiam corpus armis tegebant, non tamen equos, ut clibanarii*. Huic Zoſimi opinioni de ſcutariis, ſic appellatis a totius corporis armatura, adſtipulatur etiam Vegetius lib. 1. cap. 20. Diſtinguebantur porrò hæ ſcholæ ſcutariorum in primam, ſecundam &c. Ammianus lib. 26. *Obſcuris paucorum ſuſurris nomen perſtringebatur equitii ſcholæ primæ ſcutariorum*. Idem lib. 25. *Quibus compertis, Valentiniano, qui cum his redierat, regenda ſcutariorum ſecunda ſchola committitur*. Duæ dicebantur Gentilium; quoniam acceſſebantur ad militandum ex barbaris, collectique ex variis gentibus, quæ Imperio Romano non erant ſubditæ, ſerviebant. Apud eundem Ammianum lib. 27. occurrit eorum mentio: *Præire ante alios duo juvenes electi -- ſcutarius unus, alter ſcholæ Gentilium*. Accedebat ſchola armaturarum. Ab armaturis perpetuæ laminæ illis nomen. Neque enim bilices aut trilices loricas, nec anulis, aut ſquamis nexas habebant, ſed e ferro ſolido cum admodum raris diviſuris ad juncturas membrorum. Harum etiam meminit Ammianus lib. 14. *Balcobaudes, armaturarum Tribunus ordinem ſcholarum juniorum a Gordiano Juniore reſtitutum &c.* Poſtrema ex octo ſcholis, quæ ſuberant Magiſtro officiorum, dicebatur Agentium in rebus. De hac in proprio titulo a nobis eſt ſatis dictum. Ejuſmodi ſcholarum moderationi curæque præpoſitus erat Officiorum Magiſter. Caſſiodorus lib. 6. *Ad ipſum palatii pertinet diſciplina, ipſe inſolentiam ſcholarum, mores procelloſos moderationis ſuæ terminis differenat*. Ejuſdem porrò erat curatio admiſſionum ad Principis alloquium; de qua ita ibidem ſcribit Caſſiodorus. *Per eum Senator veniens noſtris præſentatur obtutibus. Admonet trepidum, componit loquentem; ſua quin etiam ſolet verba inſerere, ut nos decenter omnia debeamus audire. Aſpectus Regii haud irritus promiſſor, collocutionis noſtræ glorioſus donator, aulici conſiſtorii quaſi quidam Lucifer. Nam ſicut ille venturum diem promittit, ſic iſte deſiderantibus vultum ſerenitatis noſtræ attribuit*. Alia non pauca de præfectura Magiſtri officiorum, quæ bellicam tractationem non reſpiciunt, repete ab eodem Caſſiodoro, memorato in loco.

Magister Peditum. Licet antiquitus equitum ſolùm Magiſtri dicerentur; præfecturæ verò peditum alias appellationes eſſent ſortitæ, diviſi tamen Imperii temporibus inſtitutum Magiſtrum peditum legimus in Not. utriuſque Imperii. Et quamvis in Oriente Magiſtri militum præſentales peditibus promiſcnè equitibuſque præeſſent; inter officia tamen Occidentalis Imperii legitur expreſsè Magiſter peditum. Vide Pancirol. cap. 20. in Comment. Not. Imp. Occident.

Magister Scriniorum. Vide *Scrinium*.

Magister Tironum, vel Militum. Vide *Campidoctor*.

Magistro, as. Militiæ magiſtrum agere. Spartian. in Adrian. *Ipſe quoque inter manipulares vitam militarem magiſtrans*.

Magnates armorum. Vocem *Magnates* Grammatici a Latii finibus eliminant; Lexicographi de eadem

Digitized by Google

dem reticent; nullum certe probati Scriptoris teſtimonium pro ea afferunt voce aſſerenda. Non depugno, Ciceronem, Livium, & alios dixiſſe Optimates, Plautum Summates, Virgilium & Horatium Primores; nihilominus optima ea eſt dictio, eandemque in Latium, poſt diuturnum exilium, revocavit Dempſterus in Paralip. ad Rufin. Antiqq. lib. 2. cap. 12. prolata inſcriptione veteri, ubi ſic legitur. *OB ARMORUM MAGNATIUM CUSTODIAM*. Ubi Magnates armorum interpretari licet primæ notę atque ſubſellii bellicos magiſtratus.

Mala, æ. Sacculus viatorius. Vide *Malandrini*.

Malandrini. Catervæ latronum, qui militari nomine & munere abutuntur ad exercenda latrocinia & injurias inferendas. Thomas Valſinghamus in Henrico V. *Brigantinorum more ſemiveſtitas, geſtans ad latus ſagittas breves, qualiter utuntur equites illarum partium, qui Malandrini dicuntur*. Sunt qui vocis originem trahant a *malandare*; vel a *malo*, & *latrone*, quaſi *Malandrino* ſit *Malatrino*. Exiſtimaverim rectiùs deduci a voce *mala*, quæ eſt ſacculi genus, & *latro*. Vere enim in obvios quoſque impetum facientes eoſdem latrunculi illi expoliare ſolent, & eorum potiſſimum bulgas, ſaccculos, & peras viatorias eripere. Mala verò genus eſt ſacculi, ut apertè docet Joannes de Janua. Dudo lib. 1. de Actis Norman.

Malas & frenis conſutis ſtringeque habenis,
Si poteris forſan peragrare viam lutulentam.

Item Regula Templariorum cap. 40. *Sacculus & mala cum firmatura non conceduntur*. Leſeyna Vergst. 2. aliud affert hujus vocis thema ex Græcorum μαῦρ & ἀνὴρ, quæ voces hominem nigrum ſignificant. Multis autem oſtendit nigros homines pro improbis habitos. Hoc etiam etymon non contemnendum. Mentio apud nos nonnunquam incidet de improbis factionibus Ruptariorum, Ribaldorum, aliorumque, qui collectas per catervas itinera obſidentes obvios quoſque expoliabant mactabantque. Exercitationem nequiſſimam apud honeſtos interdum viros per ea tempora valuiſſe, ſuadet mihi Aloyſius Pulcius, qui ad graſſationes agitandas infeſtandoſque armis viatores adjunxiſſe animum memorat Rinaldum, virum ſummo loco natum interque præcipuos Caroli Magni Proceres, & Galliæ Palatinos adnumeratum. Turpiſſimum verò miniſterium capeſſiviſſe refert, injuriâ ſcilicet laceſſitum, tactumque iracundiâ, poſtquam a Carolo Magno mulctatus exilio fuit, ſuaſu hortatuque Gani, proditoris nefarii, hoſtiſque ſui infenſiſſimi. In ſocietatem truculenti fœdique muneris, vitæque graſſatoriæ ſecum traxit Orlandum, Aſtolfum, aliosque bellatores armis inclitos & proſapia conſpicuos. Graviùs etiam deteriuſque videtur peccaſſe Pulcius, ubi Aſtolfum inducit juſſu Caroli Magni, impulſuque ejuſdem Gani ſupplicio furcæ damnatum. Videntur plane iſthæc minimè probi commodique moris fuiſſe. Neque enim ex virorum virtute & genere præſtantium uſu eſt, ut ad ſicariorum fraudes & abominandam nequitiam ſe demittant: per ignominioſiſſimum verò furcæ ſupplicium in ſummæ claritudinis viros animadvertere quam abſurdiſſimum, & maxime abſonum ab honeſtate quadam in ipſis pœnis retinenda prorsùs videtur. Verùm Pulcius, quem ſcio a Criticis eam ob cauſam damnatum divexatumque, facilè, meo judicio, poteſt abſolvi. Enimverò tametſi viri magni præſtanteſque deficere non ſoleant a ſplendore natalium, cæteroque vitæ uſu per omnem honeſtatem traductæ; fert tamen ſinitque humana imbecillitas, ut nonnunquam optimi quique in peſſimorum mores degenerent: nullæque ſordes aut vitia aliena ſunt a cujuſque animo vehementi injuria conſauciato. Affatim eventuum ſimilium exempla ſuppetunt prę ſertim apud Homerum in Agamemnone, Achille, & Ajace, quos ſæpe indignatio & juſtus dolor ad indigniſſimos motus & conſilia adegit magnopere abhorrentia ab eorum claritate & cæterorum facinorum præſtantia. Iis ſcilicet exemplis ſatis ſuperque tueri ſe Pulcius poterit. Sed neque ad ejus defenſionem aliquam advoco leges Foronei vel Lycurgi, quorum prior Ægyptiis, poſterior Spartanis libertatem furandi indulſit, ut tetigi in Tit. *Furtum*. Nec adducam veterem Piraticam, quæ olim honeſta exercitatio eſt habita, ut fuſius alibi diſſerui: neque enim id ago, ut vitia ipſa, ſed ut Poetas excuſem, ſicubi, exempla vitiorum inducunt. Poſtremo non diluo, vel excuſo Bojardi commentum ab uſu Poetarum Ethnicorum, qui vitia prò virtutibus non accepere ſolum, ſed etiam laudavere. Homero non ſatis fuit Odyſſ. 9. Ulyſſem inducere apud Alcinoum ſuas fraudes dilaudantem; verum de ejuſdem verſutiis, & nequitia plaudentem ſibi Minervam exhibet lib. 13. fatentemque, imo & gloriantem, quo Ulyſſes inter homines eſſet ingenio, eodem ſe eſſe inter Deos, Deaſque. Eundem Homerum non puduit in Hymno Veneris inter ejus Deę laudes adnumerare adulterium cum Anchiſe; & in Hymno Mercurii celebrare ejuſdem furta; quod mihi ægrè eſt legi etiam apud Horat. L. 1. Od. 10. Ad Homeri proindè exemplum dixerit quiſpiam Bojardum eximios illos equites, ut de prædatoria vita inſtituenda cogitarent, inſtituiſſe; verum hoc genus defenſionis, vel maximè vitioſum eſt; & defenſione indiget ipſa defenſio. Adſcribo jam, quæ de inito a Rinaldo ac ſociis Palatinis graſſatoriæ vitæ conſilio habet Morgant. Cant. 11.

Rinaldo mille volte giurò a Dio,
Che ne farà vendetta qualche volta
Di queſto fraudolente, iniquo, rio,
Se prima non li ſia la vita tolta.
E poi diceva; caro cugin mio,
Sò che tù m'ami, e per tanto m'aſcolta:
Io vò che tutto il paeſe rubbiamo,
E che di maſcalzon vita tegniamo.
E ſia chi vol che troviamo a camino,
Che ſia ſpogliato e meſſo a fil di ſpada,
E Ricciardetto ancor ſia malandrino.
Riſpoſe Aſtolfo: perche ſtiamo a bada?
Io ſpoglierò Otton per un quatrino:
Damon ſi vol che s'aſſalti la ſtrada:
Non ſi riſpiarmi parente ò compagno,
E poi ſi parta il bottino & il guadagno.
Quivi era Malagigi, e confermava,
Che ſi doveſſe far, com'egli hà detto.
Rinaldo gente ſtrana ragunava;
Se ſa sbandito ignun, gli dà ricetto;
Gente, che ognun le forche meritava,
A Monte Albani ſi metteva in aſſetto.
Donava panni, e facea bone ſpeſe.
Tanto che aſſai ne ragunò in un meſe,
Tutto il paeſe teneva in paura;

Ogni

Ogni dì ſi ſentia qualche ſpavento:
Il tal fù morto in una ſelva ſcura,
E tolta venti biſanti, al tal cento,
Inſin preſſo a Parigi in sù le mura.

2. Ut verò explanatiùs ediſſeram quamobrem Epopejæ leges non tranſgrediantur, qui viros cæteroqui præſtantes, jurgioſos, crudeles, ſuperbos, & multa interdùm humanitùs paſſos inducunt, ſic mecum, Lector, in traſcurſu rem totam inſpicias. Primum omnium Epicum, ſive heroicum Carmen imitationem eſſe conſpicuæ, inuſitatæque virtutis neminem præterit. Id verò ſic aliqui accipiunt, ut Duces, vel Heroes ſuos ad exemplar exigant omnigenæ cùm fortitudinis, tùm honeſtatis. Alii contrà ità ſibi propoſuerunt abſolutæ præſtantiæ archetypon poeticis coloribus expingere, ut umbras etiam vitiorum aliquas viris magnis aſperſerint. Priores illi procul dubio impenſiùs admirationem provocant, & majore niſu mortalium facinora evehunt ad expreſſionem Divinitatis. Verùm enim verò cum ea cautione Poeta debeat admirationem ingignere, ut imitationis memoriam non abiiciat, ejus laudis prærogativa deſtitui eos neceſſe eſt, qui in ſuo Heroe, vel Duce nihil non arduum, & excelſum, nihil non ad ſummæ excellentię regulam elaboratum, & expenſum comminiſcuntur. Eam ob cauſam exemplo caruere Xenophontis Cyrus, virtutis abſolutiſſimæ Princeps, & Platonis Vir Juſtus, atque adeò ejuſdem Philoſophi Platonopolis, legibus ex omni parte ſanctiſſimis inſtituta atque præſcepta civitas. Nimirum cancellos omnes fineſque noſtræ conditionis ſupergreſſa virtus (humanam loquor ex ſenſu Ethnicorum) & a quacunque labis concretione longè ſepoſita, non aculeis ullis extimulat, non ullis faculis imitationem incendit. Deterret illa, non allicit; incuſſaque potiùs deſperatione, quod proximum factu eſt, ſocordiam parit. His ita ſtabilitis atque præjactis, fateor mihi haudquaquam probari Torquati Taſſi conſilium, qui, neglectis Poetarum veterum optimorum exemplis, Heroem ſuum præcipuum Gothefridum pietate, ſapientia, fortitudine eximia intantum extollit, ut nihil in illo mediocre, nihil modicum, nedùm deflectens atque degenerans in communia hominum vitia deprehendi patiatur. Non ſum ignarus Paulum Beni, præſtanti doctrinâ virum, nec de plebe criticum, in adverſum vehementer adniti Comparat. d'Omer. Virg. e Torq. diſc.6. ubi ita ſcribit: *E prima è coſa certa, ch'alta maraviglia, e quale ſi ricerca nell'Eroico Poema, non può deſtarſi da fatti di mediocre virtù, mà ben da virtù ſegnalate, e ſupreme: poſciache non i fatti, i quali ſeguono l'ordinario corſo, e tenore della natura, e dell'arte, deſtano gran meraviglia, mà ben quelli, che ſi avanzano ſopra il coſtume, e condizione umana: anzi che il credere, ò volere, che l'Eroe faccia opere mediocri, ſicchè l'Uomo imiti l'Uomo, è un'ignorar la natura dell'Eroe, il quale, ſe non per il naſcimento, come finſe, ò ſtimò la cieca Gentilità, almeno per l'opere eccellenti, e rare, vien riputato ſuperiore all'Uomo, e quaſi Divino. E per queſta la virtù Eroica non ſolamente non ſi contenta della mediocrità, mà vien'adornata, anzi compoſta dell'eccellenza, e fiore, per così dire, delle virtù morali: in guiſa tale, che l'Eroe ſi ſcopre quaſi che cinto, ed illuſtrato dal coro, e ſplendore delle virtù, e maſſime delle più illuſtri, e nobili.* Mihi verò Paulus iſta diſceptans parum bona fide videtur agere cum adverſariis. Neque enìm Herois poetici virtutem intrà ſeptum mediocritatis adſtringimus; Egregiis illum plerunque facinoribus cohoneſtari, & ſingulari virtute, quantùm humanæ ſinunt vires, ad divinitatem accedere non admittimus ſolùm, ſed decernimus: eà tamen ſervatà naturæ neceſſitate, atque proviſu, ut non proinde ubique, & continenti atque perpetuo rerum curſu ſuprà mortalem ſe gerat. Ex editiſſimo puriſſimoque Olympi veluti faſtigio deſilire interdum ille ad mediocrem laudem, tanquam ad humiliora loca, non faſtidiat; nec in clariſſima ut plurimùm luce verſantem inſici quandoque pigeat obſcurarique iis maculis, a quibus fortis noſtræ imbecillitas non ſejungitur. Hac admixtione, atque temperamento conficitur, ut ſua conſtet admirationis laus virtuti ſummæ, eademque interdùm deficiens imitationis non adimat facultatem.

3. Neque verò hìc mihi negotium altercandi ſubtiliùs, & nimis anxiè quærendi, oporteatne ab ea virtutis nota, & quaſi teſſera Heroem deſciſcere, cujus potiſſimùm prærogativa ſpectabilis à Poeta proponitur; an ſatis potiùs fuerit quovis modo degenerem illum deprehendi. Utrolibet modo ea lis dirimatur, ſuſque deque habeo. Homerus certè, & Virgilius ſatis exemplorum in utramque partem prodidere. Achilles, qui veluti fortitudinis typus effertur, mulieroſus luget viliſſimis lacrymis raptam Briſeida: doloris impotens in morte Patrocli; avarus, divendito Hectoris cadavere; in hujus morte acerbus, crudelis, inexorabilis. Ulyſſes, ſagacitatis & ſapientiæ exemplar, regiæ ſtirpis oblitus cum Iro errone abjectiſſimo juſtis armis congreditur; vino, ſomnoque perditus integram navigationem a Phæacibus ad Ithacam ignaviſſimè ſtertit, nonniſi ſuorum brachiis in patriam exponendus, veterno muſtoque ſtupidus: idem ubique mendax & fraudulentus, ad omnem porrò periculi aleam meticuloſus, & lacrymabundus. Mezentius & Turnus, viri fortes & animoſi; verùm prior contemptor Cœlitum, & immaniſſimi ſupplicii inventor; poſterior pavitat in conflictu: Æneid. lib. 12.

Cunctaturque metu, telumque inſtore tremiſcit.

Æneas, pietate & fortitudine excellens, patriam deſerit, laſcivis amoribus ſe conterendum tradit, deturpatâ per ſummam injuriam Didonis famâ, & origine Carthaginienſis imperii; ad conſigendam Helenam animum deiicit. Prætereo reliqua magnorum Ducum dehoneſtamenta, quorum ſeges uberrima præſertim apud Homerum, qui vitiorum ubique immodicus imitator meritò eam ob cauſam in crimen vocatur a Platone, S. Auguſtino, & graviſſimis quibuſque Scriptoribus. Ad ultimum imitationem deteriorum ab Epico vate non eſſe repudiandam, nimis quàm diſerte docet Plutarchus de aud. Poet. *Exiſtimandum eſt Poeſim ſimulacrum eſſe morum & vitæ, hominumque non undequaque inculpatorum, ſed infectorum animi perturbationibus, falſis opinionibus, & inſcitia.*

4. Non aſſentior Mazzonio, qui Diſ. Dan. par. 2. cap. 490. ab imitatione degenerum morum Heroes eximit. Cùm enìm eos Heroes appellemus, qui matre Dea, vel Deo genitore mortali altero parente ſunt geniti, quamquàm eos a vi-

vitiorum contagione remotiùs agere æquiſſimum putem ; non tamen idcircò a maculis noſtræ imbecillitatis penitùs illos velim deterſos. Perſpicuum eſt, ad hunc modum Poetarum maximos Homerum atque Virgilium ſtatuiſſe, quorum teſtimonia de Achille & Ænea ſuperiùs retuli. A qualibet pravi moris imitatione omnibus paraſangis ſecernendum eſſe numen Divinum, jus, honeſtas, religio, omnia divina, & humana jura clamant jubentque. Et ego quidem planè neſcio quonam Homerus malo genio lymphatus, quibuſve actus intemperiis, Deos Deaſque propudioſiſſimis flagitiis ſic oneraverit, ut Cœlites belluarum ſeptum, Cœlum verò ſtabulum & ganeas fecerit. Neque verò ille impiè duntaxat & ſceleratè, verùm etiam præpoſterè fecit humana vitia Diis appingens. Quemadmodùm enim Architecti non amuſſim ad lapidem, ſed lapidem potiùs ad amuſſim accommodant; ſic Poetæ, quos morum magiſtros Antiquitas eſſe voluit, particulam potiùs aliquam divinæ excellentiæ ad homines, quàm hominum ſordes in Deos transferre debent atque congerere. Ea profectò ſcelerum fœce contaminatos Deos expendens propè eſt, ut unius voculæ permutatione facta, exclamem cum Perſio Satyr. 2. *Quid juvat in Cœlum* (in templum ait ille)

noſtros immittere mores,
Et bona Diis ex hac ſcelerata ducere pulpa?

Religiosè porrò morateque de iis conſtituo eſſe ſcribendum, qui ob vitæ ſanctimoniam aris excepti ſunt. Quamobrem parùm piè egiſſe, atque adeò poetici decori leges violaſſe mihi viſi ſunt vates Italici, qui comitem Orlandum, inter Sanctos in Belgii parte adnumeratum, impudicis amoribus uſque ad amentiam agitatum impudenter exhibent deridendum. Fateor me non levi horrore, nedùm triſtiſſimo faſtidio affectum, cùm legerem apud Bojardum, eundem Orlandum, virum ſanctum, à Carolo Magno, qui etiam Sanctorum cultum in tota fere Gallia obtinuit, conviciis probroſiſſimis, & planè meretriciis objurgari. Sic autem ſcribit Cant. 2.

Quand'il Rè Carlo intende tanto oltraggio,
E di ſua Corte così fatto ſcorno,
Turbato nella viſta, e nel coraggio,
Co gl'occhi acceſi ſi guardava intorno;
Ove ſon quei, che m'han da fare omaggio,
Che m'hanno abbandonato in queſto giorno?
Ov'è Gan di Pontieri, ov'è Rinaldo,
E dov'è Orlando traditor ribaldo?
Figliol di una...... rinegato,
Che ſe ritorni a me poſs'io morire,
Se co le proprie man non t'hò impiccato.
Queſto, e molt'altro il Rè Carlo ebbe a dire.

Ejuſdem notę ſunt illa Rinaldi ad eundem Orlandum Cant. 27.

Di che hai ſuperbia, dimmi vil Baſtardo?
Perche uccideſti Almonte alla fontana,
Ch'era in braccio del Rè? perciò codardo
Ora ti vanti, e porti Durindana,
Come acquiſtata d'animo gagliardo.
Ben ſei proprio figliol di una....
Che perduto l'onor, più non lo ſtima;
Doppo l'error più sfacciata è che prima;
Ti da forſe arroganza il Rè Trojano?
Nè ti vergogni di quella novella;
Che ancor ferito a morte, e ſenza mano,
Ti traſſe a tuo diſpetto de la ſella?
Tu inſieme l'uccideſti in ſu quel piano.
Vatti a naſconder và, vil feminella,
Trà gl'uomini apparir hai ardimento,
E ſei condotto a tanto tradimento?

Vanum eſt ad hęc diluenda effugium ad aras Homericas: Scio apud eum Poetam criminoſis jurgiis, & abjectiſſimis contumeliis, factorumque turpium exprobratione mutua certaturos Duces proludere ſolitos. Verùm ea non incuſantur mihi, quin potiùs ad debitam virtutis in ſumma dedecora ſępe degenerantis imitationem ſpectare arbitror. Id ſolùm contendo, indignum prorſus, & minimè ferendum eſſe ejuſmodi flagitioſis inquinamentis conſpergi a Catholicis vatibus viros vitæ ſanctè actę publico quarundam ſaltem Eccleſiarum, teſtimonio conſecratos. Addo in deteriorum imitatione ſtudiosè curandum eſſe, ut animadverſione malefacta non careant, vel correctio ſaltem adhibeatur, Optimo id exemplo ſanxerunt Mythologi, & Poetæ veteres, apud quos nulla ferè leguntur ſcelera, quæ vel ſupplicia non redemerint, vel emendatio non caſtigaverit. Si Gigantes, Prometheum, Phlegiam, Tytium, Ixionem, innumeros alios velim expendere, nullum recenſendi finem inveniam. Ex noſtris ſeligo pulcherrimum documentum Gyronis apud Alamannum. Is Danaino illuſtri equiti amicitia conjunctiſſimus, cum mala cupidine in tranſverſum abreptus ejuſdem uxoris corrumpendæ conſilium cepiſſet, correxit primùm indignè cœpta, mox adacto in pectus gladio, pœnas a ſe conſcelerati conſilii repetiit. Sic autem ſcribit lib. 5.

Sconcie voglie d'amor, come veniſte
Contro ogni mia dover contro ogni legge
A macchiar queſto cor, che in ſon ſicura
Ch'è ſtato infino a quì candido, e puro?
Dicea cruccioſo; e come potrò mai
Tra i Cavalieri erranti comparire?
Se a chi m'onora più d'ogn'altro aſſai,
Or procaccio diſnor col mio fallire?
Se a chi cerca il mio bene, io dono guai?
Se chi ſol crede a me penſo tradire?
Se a chi mi è liberal ſon'empio ladro?
Se al più candido cor ſon ſcuro, & adro?
Come potrò più dritta ſoſtenere
La ſpada in man doppo sì acerbo fallo?
Come potrò tra le nemiche ſchiere
Baſſar la lancia, e ſpingere il cavallo?
Ben fur dolente augurio l'armi nere,
Ch'io portai nell'Eſercito Norgallo,
Che moſtrar, che per me ſepolta ſia,
Spenta, e dannata la Cavalleria?

Et infrà.

Così dicendo, il braccio innanzi ſtende
Quanto più puote, e slunga ben la ſpada;
Poi con la punta ſe medeſmo offende,
E ne fa al petto ſanguinoſa ſtrada.

Præclarè Euripides, cum adverſus Ixionem nimis indigna patrantem in ſcena indignabundus fremeret Populus, & diſceſſum minaretur. Subſiſtite, inquit, paululum; neque enim fabulam ad finem prius perducam, quam illum rotæ affixero. Adde Ovid. l. 10. de inceſto amore Myrrhę.

Deſit in hac mihi parte fides: nec credite factum.
Vel, ſi credetis, facti quoque credite pœnam.

Eandem ob cauſam non improbo commentum Statii l. 8. cum Tydeus, bellator cætera illuſtris, Me-

Digitized by Google

Menalippi caput ad demordendum depoſcit.

caput, o caput, o mihi ſiquis
Adportet, Menalippe, tuum:

Et mox allatum cruentia morſibus impetit. Continuò quippè tetri dirique atrocitatem facinoris Poeta devovet diluitque, cum non hoſtes ſolum, ſed ſocios, amicoſque cum ipſa Pallade & Marte ad ejus flagitii aſpectum refugere & exhorreſcere inducit, quemadmodum legitur eodem l. 8. & initio lib. 9. His aliiſque nixus vatum exemplis pronuncio poſſe Poetas jure ſuo duces etiam primarios a ſeipſis degenerantes proferre. Nec vero Pulcio id vitio vertendum eſt, quod Rinaldum & ſocios graſſatores publicos fecerit, ſed potius quod ſceleſtè ignominosèque factum bellatores illi bonæ menti redditi non damnaverint, aut Poeta ipſe diris, ut par erat, non fuerit proſecutus.

Maledicta, æ. Nomen turris apud Rigordum an. 1191. *Turris quæ Maledicta dicebatur, & noſtris longo tempore multa mala intulerat, a minariis Regis fuerat ſuffoſſa, & lignis ibi poſitis appodiata, ita quod ad illius ruinam nihil reſtabat, niſi ut Ignis ſupponeretur.*

Malleoli. Quid ſint in vitibus, & architectura alibi quærendum. Quid ſint in foro bellico docet Marcellin. lib. 23. *Sagitta eſt cannea inter ſpiculum & arundinem multifido ferro coagmentata, quæ in muliebris coli formam, quo nentur linea ſtamina, concavatur, ventre ſubtiliter & pluriſariàm patens: atque in alveo ipſo ignem cum aliquo ſuſcipit alimento: & ſic emiſſa lentiùs arcu invalido (ictu enim rapidiore extinguitur) ſi hæſerit uſquam tenaciter cremat, aquiſque conſperſa acriores excitat æſtus incendiorum, nec remedio ullo, quàm ſuperjacto pulvere vel amurcâ conſopitur.* Hujus inſtrumenti vel jaculi deſcriptionem, cum adjecta ejuſdem delineatione habes apud Lipſium in Poliorcet. l. 5. A Vegetio de Malleolis hæc accipe ex lib. 4. cap. 18. *Malleoli velut ſagittæ ſunt, & ubi adhæſerint, quia ardentes veniunt, univerſa conflagrant.* Nonius ſic illos deſcribit: *Malleoli ſunt manipuli ſpartei pice contecti, qui incenſi aut in muros, aut in teſtudines jaciuntur.* Adde ex Feſto: *Malleoli vocantur non ſolùm parvi mallei, ſed etiam ii, qui ad incendium faciendium aptantur.* Additque hujus originem vocis eſſe a veris malleis, quorum illi ſimilitudinem referunt: Si autem diligenter conferas ſuperiùs memorata Scriptorum teſtimonia, liquebit tibi, duo fuiſſe malleolorum genera; quorum alterum ſagitta erat incendiaria, ab Ammiano deſcripta: alterum manipulus ſive ſtrues ſparthea, bitumine illita, in medio præligata ad formam mallei, & ſic projecta: quod ſolùm videntur indicare loci ex Nonio & Feſto. Iterum adverte ignem miſſilem a Marcellino deſcriptum accedere ad Græci, quem vocant, ignis temperaturam. Hujus inventum Abrahamus in Comment. ad Cic. pro Milon. fruſtra nititur revocare ad bellum Trojanum, ex Humeri teſtimonio, qui in Iliade ſcribit, Vulcanum cum Xantho pugnaſſe, igneſque in mediis aquis flagrantes nonniſi interventu Junonis, quæ a nonnullis Terra dicitur, extingui potuiſſe. Conſtat ſiquidem ignem Græcum poſteriorum temporum fuiſſe inventum. Sed neque ad ignem Græcum referenda ſunt verba Ciceronis pro Milon. *Plena omnia malleolorum ad Urbis incendia comparatorum*: aut quæ habet in Catilin. *Malleolos ad incendendam Urbem faceſque comparare.* Sunt enim ibi malleoli ſarmenta vel manipuli ad ignem concitandum & propagandum. Genus malleolorum fuiſſe exiſtimo circulos ligneos, quibus adſtringi ſolent dolia, quibus ſtupa religatis, oleoque & reſina imbutis ad ignem diſſeminandum uſi ſunt Equites Melitenſes in obſidione Melitæ, ut tradit Boſius l. 26. per hæc verba. *Pigliavanſi cerchi di botte, e di caratelli, di ſalce, o d'altro legname fleſſibile, e ben legati in forma circolare s'infaſciavano, e coprivano di ſtoppa da calafattare. Et apparecchiate grandi caldaje piene di pece, di morga d'olio, di calatrano, e di reſina ſquagliata, e bollente, in eſſe s'intingevano. E doppo che ſe gli era data una buona coperta, di nuovo con altra ſtoppa s'infaſciavano, e ſe gli dava la ſeconda coperta, laſciandogli finalmente raffreddare, e ſeccare. Indi al tempo di adoperargli, pigliandogli con alcune forcine di ferro, ſi facevano alla fiamma del fuoco d'ogn'intorno ben'accendere. e con tal deſtrezza ſi lanciavano, che girando in aria cadevano ſopra la folta turba de' nemici, quando per aſſalire s'erano a parapetti approſſimati.* Vide Tit. *Ignis Græcus*, & conſule Cardanum de ſubtil. & Scalig. in Cardan. exercit. 13.

Malleus, i. A molliendo ferro trahit Iſidorus. Vox cæteroqui optimæ Latinitatis pro inſtrumento fabrili ſatis noto. Relatus verò etiam legitur inter arma militaria. Geſta Philippi III. Regis Francorum: *Armorum pondere prægravatus, & malleorum ictibus ſuper caput pluries & fortiter percuſſus in amentiam decidit.* Hinc malleare pro gladio dimicare apud Villelm. Briton. l. 11. Philipp.

dum multiplici latus undique malleat ictu
Hoſtilis rabies.

Idem inſtrumentum Latinobarbaris dicitur Martus & per diminutionem Martellus; ex quo cognomentum habuit Carolus, ſuperiorum temporum Hiſtoricis & Fabulatoribus apprimè notus. Sic autem de Carolo ſcribitur in vita S. Rigoberti. *Et quia ab ineunte ætate fuerat vir bellicoſus, & robore fortiſſimus, poſtmodum Martellus eſt cognominatus.* Eadem notione idem Carolus dictus eſt Tudites. Ægidius Pariſienſis:

Et quia contuſor tantus, contuſus & ipſe
Deinde fuit, qui cum Chriſti contunderet hoſtes,
Eccleſiam tutudit, nunc carcere tunditur idem
Pœnali merito, a tundi, ſeu tundere verbo,
Nota magis laico ſermone vocabula ſumpſit.
Dictus Tudites, vulgari malleus ore,
Ille ſui ſimul & contuſi malleus orbis &c.

De eodem Carolo luculenter Villelmus Malmeſburienſis: *Carolus Tudites, quem alii Martellum vocant, quòd tirannos per totam Franciam emergentes contuderit, Saracenos Galliam infeſtantes egregiè depulerit.* Ad alios etiam Principes idem cognomentum Martelli permanavit, ut nihil dicam de Nabuchudonoſor Rege Aſſyriorum, qui a Hieremia cap. 50 dicitur *Malleus univerſæ terræ.* Chriſtiani nominis malleus a Villelmo Tyrio vocatus eſt Saladinus. Idam legitur de Goſfrido Comite Andegavenſi apud Albericum: *Andegavenſis Comes Gaufridus Martellus, hoc cognomen ſibi uſurpaverat, quia videbatur omnes ſibi obſtantes felicitate quadam contundere.* Neque enim audiendi ſunt, qui a Marte Martellos

Google

dictos ſcripſeruot. Baldricus Burgulieoſis:

Hic Martelle jaces, Martelli nobilis hæres,
Res a Marte quibus digna dedit titulum.

Et ioſra:

Martia Martellum te fecit cauſa vocari.

Verùm de malleo in prœliis adhibito teſtatiſſimam facit fidem Pulcius in Etruſco Poemate, cui nomen *Morgante*, ubi inducit Gigantem illum io Mooachorum cœnobio ponderoſiſſimum campanæ malleum arripientem, quo deinde admirabiles edit ſtrages. Sic autem Caot. 2.

Una ſpadaccia ancor Morgante trova,
Cinſela, e poi ſe n'andava ſoletto,
Là dove rotta una campana cova,
Ch'era caduta, e ſtava ſotto un tetto;
E ſpiccane il battagiio a tutta prova:
E a Orlando il moſtrava in effetto:
Di queſto che di tu Signor d'Angrante?
Dico ch'è tal, qual convienſi a Morgante.
Diſſe il Gigante, con queſto battaglio
Che vedi come è grave, e lungo, e groſſo,
Non credi tu ch'io ſchiacciaſſi un ſonaglio?
Io vò ſchiacciare il ferro, e tritar l'oſſo;
Parmi mill'anni hor d'eſſere al berzaglio.

Et Cant. 3.

Morgante vidde in sì fatto travaglio,
Il Conte Orlando, e'n là n'andava toſto,
E cominciò a ſciorinar il battaglio,
E fa veder più lucciole ch'Agoſto,
E' Saracin di lui fanna un berzaglio
Di dardi e lance, ma gettan diſcoſto.
Tanto che qnando dov'è ii Conte venne,
Un'iſtrice coperto par di penne.

Et alibi:

Con na battaglio in man d'una campana,
Sia che armadura vnol, ch'ei ne fa polvere.

Maltha, æ. De multiplici terra dicitur. Miraodum eſt, quod ſcribit Plinius lib. 2. cap. 104. de oppidanis Samoſatenis, qui urbem ſuam adversùs Lucullum defenderunt beneficio Malthæ, ejus nimirum temperamenti atque ingenii terræ, ut flagrante limo conſumeret voraciſſimè quidquid ſemel apprehenderit; nulloque præterea ſuperfuſæ aquæ injectu ceſſationem incendii admitteret. Sed præſtat audire ipſum naturæ Hiſtoricum: *In Comagenes urbe Samoſata ſtagnum eſt emittens limum (Maltham vocant) flagrantem: cum quid attigit ſolidi, adhæret, præterea tactus ſequitur fugientes. Sic defendère muros oppugnante Lucnlo flagrabatque miles armis ſuis. aquis etiam accenditur. Terra tantùm reſtingui docuere experimenta.* Verùm de hoc terræ genere redibit nnbis alibi prolixinr ſermo. Vide *Naphtha.*

Malveisine. Machina bellica jaculatoria in genere petrariæ. Gallorum linguâ ſic nuncupata, quaſi malus vicinus, quoniam proximis quibuſque valde incnmmodat. Matthæus Pariſ. *Propter petrariam, qaæ Malveiſine Gallicè nnncupatur, qua cum aliis machinis Franci ante caſtrum locatâ, muros acriter crebris ictibus verberabant.* Villelmus II. Rex Angliæ caſtellum hoſtibus proximum eodem nomine & cauſâ appellavit. De quo ita ſcribit Henricus Huntindon. lib. 7. Hiſt. *Poſt hæc obſedit Conſalem ad Bamburg. quod cum armis iaexpugnabile viderèt, paravit ante illud caſtellum aliud, quod appellavit Malveiſin.*

Mamers. Mamertem Oſci dixerunt, quem detractione unius ſyllabæ Romani Martem, Poetæ etiam Mavortem appellant. Hioc Mamertiois populis nomen.

Mamillata. Genus plumbatæ. Vide *Plumbata.*

Mamurius Veturius. Vide *Salii.*

Mancipia, nruio. Illud certum eſt intereſſe diſcriminis inter ſervos & mancipia, quod hæc manu ab hoſtibus caperentur, ex quo hujus origo eſt nominis: ſervi verò a ſervandn dicti, quoniam illos bellici Duces vendere ſolereot captos, ooo occidere, atque ita ſervari dicebantur. Venalium mancipiorum oota erant pedes gypſati. Tibullus lib. 2. Eleg. 3.

regnum ipſe tenet, quem ſæpe coegit
Barbara gypſatos ferre Cataſta pedes.

Et Juvenal. Satyr. 1.

Nuper in hanc Urbē pedibus qui venerat albis.

Obiter noto mancipia alia fuiſſe urbana, alia ruſtica. Ruri colendo hæc magno detinebantur numero. Urbana domorum miniſteriis inferviebant. Item novitia alia, alia veterana: & novitia quidem loogè majori venibant pretio. Sveton. in Vita Julii cap. 47. *Servitia recentiora politioraque immenſo pretio, & cujus ipſum etiam puderet; ſic ut rationibus vetaret inferri.* Memorantur autem ab Ulpiano fallaciæ & præſtigiæ, quibus in diſtractione mancipiorum utebantur Mancipiarii, Venalitiarii, & Mangones. Verùm de his conſulendus eſt Laureotius Pignorius Comment. de Serv. Vide *Servi.* Dicitur antem mancipium cnotrario modo ac manumiſſi: & ad eandem oppoſitam formam maocipare & manumittere. Ut enim manumiſſi erant ſervi, qui per manus relaxationem ab aliena poteſtate dimittebantur, fiebantque liberi; ſic mancipia per manus captionem & adſtrictionem libertate privabantur, & in alterius tranſibant poteſtatem.

Manciva, æ. Navis Indica, de qua Maff. Hiſt. Ind. lib. 16. *Biremes quatnor, Mancivam unam (actuarii genus id eſt) confeſtim omnibus ad bellum rebus ornavit.*

Manga, gæ. Vide *Angon.*

Mangana. Vox eſt infimi ævi, & occurrit apud Glycam, qui a Cooſtantino hujus appellationis locum Conſtantinopoli extructum ſcripſit, ubi omnia bellica inſtrumenta erant repoſita. Cæterùm vox ipſa Græca eſt; quam exponemus in voce *Mechanica.*

Manganica, cæ. Vide *Mechanica.*

Manganarii. Vide *Mechanica.*

Manganelli. Machinæ jaculatoriæ. Eas Græci Scriptores antiqui manganas dixerunt, nt videre eſt apud interpretem Ariſtophanis, & Thucydidis Scholiaſten. Ex quo videtur eas machinas mangaoellos potius, quàm mangonellos eſſe appellandas, ut deducatur nomen a mangana, non a mangone, de quo in Tit. *Angon* diximus. Memorantur inter machinas jaculatorias a Jacobo de Vitriaco per hæc verba: *Inventi ſunt in Damiata tribuculi quatuor cum petrariis, & manganellis.* Vide *Mangonelli.* Italis *Manganelle.* Tau. Rit. *E ordinarono trabocchi, e Manganella.* Bocc. Theſeid. lib. 1.

E fè drizzar trabocchi, e Manganelle.

Mangonalia. Vide *Angon.*

Mangonelli. Meminit hujus machinæ non ſemel Villelmus Brito in Philipp. Et quidem lib. 2.

Nunc Mangonellus, Turcorum more, minora
Saxa rotat.

Idem lib. 7.

In-

Interea groſſos Petraria mittit ab intus
Aſſidue lapides, Mangancllusque minores.

Ex quibus locis innoteſcit fuiſſe machinas ſeu minora tormenta lapidibus jaciendis idonea. Albertus Aqueoſis fundas fuiſſe cenſet minora intorquentes ſaxa: ipſe Mangenas vocat lib. 2. cap. 31. Hiſt. Palæſt. *Turrim quandam duobus tormentis lapidum, quæ vulgò dicuntur Mangenæ, fortiter quaſſatam oppugnavit.* Mangones nominitavit author vitæ Ludovici Pii: *Tortoſam perveniens adeo illam arietibus, Mangonibus, vincis, & cæteris inſtrumentis protrivit muralibus, ut cives illius a ſpe deciderent, & claves civitatis traderent.* Vox integra eſt *Manga*, quæ majora excutit ſaxa. Radevicus lib. 2. cap. 47. *Obſides eorum machinis alligatos ad eorum tormenta, quæ vulgò Mangas vocant* &c.

Manicæ, arum. Tegmina, ſive thecæ ex lamina ferrea, quibus muniuntur cataphractorum militum maous. Juvenal. Satyr. 6.

Baltheus, & manicæ, & criſtæ, crurisque ſiniſtri
Dimidium tegmen.

Vide *Chirotheca*.

Manicula, æ. Latinobarbaris Scriptoribus idem eſt ferè ac manus ferrea Latiois melioribus: unci nempe genus, vel harpagonis. Octo Morena in Hiſt. Rerum Laudeoſ. *Cremonenſes verò per foſſatum ipſius caſtri cum maniculis & rampinis euntes, ſuos, qui in foſſata necati erant, foras extraxerunt.*

Manipulus, i. Propriè dicitur faſciculus, vel quantum fœni aut herbæ manu ſtriogere & apprhendere metendo vel arripiendo poſſumus. A maou, qua id fit, vocabuli origo trahitur Virgil. 3. Georg.

Et multâ duram ſtipulâ filicumque maniplis
Sternere ſubter humum.

Columella lib. 11. cap. 2. *Bonus operarius prati jugerum deſecat, nec minus mille ducentos manipulos unus obligat.* Fuit autem in re militari primum manipulus bellicum ſignum, fœnum nempe pertica appeoſum. Tranſiit poſtea hoc oomen ad ſignificandum ſigniferos, quooiam rudes ſub Romulo inopeſque primùm milites haſtas fœni manipulis illigabaot: idque antiquiſſimum apud Romaoos ſignum militare fuit. Servius. *Manipuli ſigniferi, quia ſub Romulo pauper tunc Romanus exercitus haſtas illigabat manipulis fœni, & hos pro ſignis gerebat.* Clarè Ovidius Faſt. 3.

Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos:
Unde maniplaris nomina miles habet.

Equidem illud Virgilii lib. 11.

Disjectique Duces deſolatique manipli,

non Servius duntaxat, ſed optimi quique interpretes de ſigniferis exponunt, qui nimirum militibus occidione deletis, vel fuga ſublapſis, ſoli ſupererant. Appoſitè etiam ſigniferos expoouot manipulos apud eundem Poetam ibidem:

Tu Voluſc armari Volſcorum edice maniplis.

Iterum manipulum dicimus certum militum oumerum ſub eodem ſigno merentium. Lucanus lib. 1.

Convocat armatos extemplò ad ſigna maniplos.

Ubi clarè diſtinguit privatos milites a ſigniferis. Sic etiam Donatus ad Terentii Eunuch. *Manipulus propriè eſt militis. Cum Romani & Latini ſub uno Centurione bellum aggreſſuri deputabantur, ſibi ſertum vel coronam ex manipulo herbæ, vel hujuſcemodi conficiebant, quem pro ſigno ſequebantur.* In eadem ſententiam Iſidorus: *Sub Romulo faſciculos fœni pro vexillis milites habuerunt. Hinc & manipuli appellantur. Manipulos enim dicimus faſces fœni, quod manum impleant.* Idem alibi: *Manipuli autem dicti ſunt milites, ſive quia bellum primò manu incipiebant, ſive quòd antequam ſigna eſſent, manipulos ſibi, ideſt faſciculos ſtipulæ, vel herbæ alicujus pro ſignis faciebant.* Quot verò milites manipulus comprehenderet, diverſimodè traditur a priſcis Scriptoribus. Aurelius Victor ſeu quicunque alius author fuerit Collectaneorum de origioe Romana, ſcribit milites omninò centum manipulum antiquitùs fuiſſe complexum: *Romulus coacta paſtorum manu, eâque in centenos homines diſtributa, perticas manipulis fœni variè vinctas dedit. Unde inſtitutum ut poſtea milites, qui ejuſdem ſigni eſſent, manipulares appellarentur.* Idem confirmat Plutarchus in vita Romuli. Iſidorus tamen oon centenûm ſed duceotorum hominum fuiſſe manipulum ſcribit lib. 9. cap. 3. Idem ſtatuit Alexaoder ab Alex. lib. 6. cap. 14. Verùm cum is author loquatur ibi de Græcorum militia, & phalaoge Macedonum, oihil ejus verba faciuot ad manipulos Romanorum. Servius tamen ad præfatum Virgilii locum expreſsè tradit manipulum fuiſſe militum ducentorum. Apertè etiam idem docet Ciocius apud Gellium lib. 16. cap. 4. *In legione ſunt centuriæ ſexaginta, manipuli triginta, cohortes decem.* Vegetius verò ſibi manifeſtè diſſonat in recenſione manipuli. Exteodit illum ad centum milites lib. 2. cap. 14., ut colligitur ex illis verbis: *Quemadmodum inter pedites centuria vel manipulus appellatur, ita inter equites turma dicitur.* Idem tamen anteriore capite ad decem milites manipulum coarctaverat, ita ſcribens: *Contubernium autem manipulus vocabatur ab eo quod junctis manibus pariter dimicabant.* Contubernium autem Vegetio decem ſunt milites, ut clarè idem ſtatuit lib. 2. cap. 8. *Erant decani denis militibus præpoſiti, qui nunc caput contubernii nominantur.* In iodicatis antea Vegetii verbis aliam adverte originem illam vocis *Manipulus* a conjunctis cooſertiſque militum manibus inter dimicaodum. Sed & Varro aliam ejuſdem vocabuli originem exhibet lib. 4. de Ling. Lat. per ea verba: *Manipulos dicimus exercitûs minimas manus, quæ unum ſequuntur ſignum.* Videtur autem præſcriptis verbis indicare etiam Varro minimum extitiſſe manipuli numerum. Habes ex his Romuli tempore minores fuiſſe manipulos, majores poſtea; poſtremò verò ſub inclinatum Romanorum Imperium, minores etiam, quàm ætate Romuli fuerant. Nimirum variatum ſubinde eſt; & progreſſu temporum multis locis renovatæ militiæ partes; additique, vel detracti milites pro arbitrio Imperatorum. Initium maoipuli ad bellatores denos redacti refert Lipſius ad tempora Hadriani, & Antonini. Salmaſius aliquaoto ſuperius eam commutationem factam ſcribit ex quibuſdam Taciti teſtimoniis, cujuſmodi ſunt illa Aonal. 1. *Non tentoria manipulis, non fomenta ſauciis* &c. Et iterum ibidem: *Concionem, quia permixta videbatur diſcedere in manipulos jubet:* Et rurſus Hiſt. 1. *Manipulatim collocuti ſunt.* Quibus locis vix aliud quam decuriæ contubernales videtur commodè denotari poſſe.

2. Non omittam ſaltem indicare manipuli notio-

Digitized by Google

tionem aliam, quam prodiderunt authores concinnatoreſque Calepini auctioris, quod Linguæ Latinę Dictiooarium opera & ſtudio Joanois Paſſeratii, Ludovici de la Cerda, aliorumque in duplo majorem quàm antea amplitudinem propagatum eſt. Sic autem ibi legitur: *Manipulus quoque eſt militis tegumentum manûs. Quare valde importunos & imperitos eſſe eos neceſſe eſt, qui hoc vocabulo pro tegumento manus uti recuſant.* Sveton. *Sed cum ad conſpectum ejus concitus Leo impetum feciſſet, manum manipulo involutam Lyſimacus in os Leonis immerſit, arreptâque linguâ, feram exanimavit.* Ubi, quicunque ſiot illi Critici, duplici mihi notantur nomine. Primùm quoniam quæ Svetonio appiogunt verba, ouſquam rerum apud ipſum leguntor; ſed extant apud Juſtinum lib. 15. Neque verò ego magnam illis dicam impingam pro memoriæ lapſu, & levicula deſidia io receoſiooe Scriptorum, memor Horatiani præcepti,

Nec ſcutica dignum horribili ſectere flagello.

Illud potius minus æquo animo feram, quod taoqoam imperiti importunique taxantur, qoi manipulom uſurpare pro tegumento manus reſugiunt. Atqui niſi aliorum Scriptorum teſtimoniis validiùs roboretur opinio manipuli uſurpati pro maous integumento, oon admodum fidendum eſſe exiſtimaverim authoritati Juſtini Hiſtorici. Id verò oon ſolùm aſſeveraverim, quoniam non ioter optimæ notæ Latinos Scriptores Juſtious enumeratur; verùm etiam quoniam, meâ ſententiâ, mendosè apud eum Hiſtoricum legatur *Manipulo*; ſitque ibi facile ſubſtituendum *Maniculo* vel *Manicula*; quæ vox optimè trahitur a manica, quæ notum eſt manuum munimeotum apud Latinos: vel potius *Amiculo*, quo vocabulo pro manus operimeoto uſus eſt Curtius l. 9. c. 14 ubi Dioxippum pugilem deſcribit. Neque verò mihi negotium faceſſit manica illa, ſeu cincticulus brachialis, qui ſiniſtro cubito inſertus depeodet ooo ſolum apud Subdiaconos Eccleſiæ Romanæ, quorum eſt indumentum peculiare, verùm etiam Sacerdotes, & vulgò tam Italico, quam Latino idiomate nuncupatur *Manipolo*, de quo conſule Macros fratres; quoniam hic veri purgatique Latii ooo Eccleſiaſticæ locutiones ſub judicium cadunt. Verùm ego hanc ipſam opinionem ioter conjectaoea refero, ut oſtendam adversùs præfati Latini Dictionarii amplioris concinnatores, non tam facile obviumque & omnibus apertum teſtimonium eſſe Juſtini de manipulo pro manica, vel tegumento quolibet militari.

Manipulares, ium. Hoc etiam vocabulum, perinde atque de manipulo obſervavimus, duplicem apud Latinos uſum ſortitur. Primùm ſic appellati ſigniferi, ut non obſcurè indicatur a Livio l. 8. atque oſtendit Volaterranus lib. 13. & quædam etiam indigitant Scriptorum loca a nobis relata in voce *Manipulus*. Iterum ſignificat certum numerum militum merentiom ſub eodem ſigno. Juxta hanc uſurpatiooem clarè loquitur Livius l. 5. Bell. Punic. *Manipulares ſui primùm tranſcendentes foſſam, dein legio tota ſecuta eſt.* Et Cicero ad Atticum lib. 9. *Me una hæc res torquet, quod non omnibus in rebus labentem, vel potiùs ruentem Pompejum, tanquam unus Manipularis ſecutus ſim.* Ubi planè indicat Manipulares fuiſſe gregarios milites.

Manipularis, re. Quod ex manipulo eſt, vel pertinet ad manipulum, ut miles manipularis. Ovid. in Faſtia.

Unde maniplaris nomina miles habet.

Adducitur etiam pro hoc adjectivo Ciceronis locus 1. Philip. *Addo etiam judices manipulares ex legione.* Verum ibi legendum cum lineola diviſoria: *judices, manipulares ex legione.*

Manipularius, a, um. Alterum adjectivum. Svetoo. io Calig. *Caligulæ cognomen caſtrenſi joco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur.*

Manipulatim. Per manipulos. Liv. lib. 2. *Diſperſi manipulatim excurrunt ad arcendam hoſtium vim.*

Manliana Imperia. Præclarum adagium, quo admonemur peroicioſam quandoque eſſe nimis rigidam legum obſervationem; & ita Judici juris obſervantiam congruere ut humanitatis memoriam ooo exuat. Author eſt Livius Dec. 1. lib. 8. T. Manlium Conſulem edicto caviſſe nequis extra ordinem cum hoſte confligeret. T. verò Manlius Conſulis filius laceſſitus a Genotio, Tuſculanorum equitum Præfecto, euodem graviter vuloeratum, paterni & Conſularis edicti immemor, interfecit. Eum filium, cum ſpoliis hoſticis oroatus ad patrem tenderet, ille in omnium conſpectu ad palum deligatum, virgiſque cęſum, poſtremò ſecuri feriri juſſit. Factum id, ut ait Livius, ſalubri quidem exemplo, ſed oimium invidioſo. Orta inde parœmia, ut quoties nimio rigore ſervatum jus exprimere volomus, Manliana dicamus imperia. Petrarca:

Poi quel Torquato, che'l figliuol percuſſe,
E viver orbo per amor ſofferſe
De la militia, perch'orba non fuſſe.

Mannus, i. Equorum genus. Horat. Epod. 4.

Appiam mannis terit.

Et lib. 3. Od. 27.

ſimilis ſagittæ
Terruit mannos.

Veteres Horatiani interpretes exponunt equum breviorem, quem vulgo Burricum vocant. Addit Acron eſſe ex genere burdonum, Mannoſque dictoa, quooiam aſſuetudine ductuque manuum familiarius ſequerentur. Verùm non obſcuræ notæ fuiſſe equos iodicat Seoeca Epiſt. 87. *Ita non omnibus obeſis mannis, & aſturconibus, & tolutariis prȩferres unicum illum equum ipſum ab Catone defrictum?*

Mannulus, i. Mannus exiguus. Martial. l. 12.

Nuſquam eſt mulio, mannuli tacebunt.

Manſio, onis. Statio, diverſorium, locus, in quem ſe recipiebant milites expeditionis tempore; & ubi per noctem confecto itinere quieſcebant. Sveton. in Tit. cap. 10. *Deinde ad primam ſtatim manſionem febrim nactus* &c. Veget. lib. 3. cap. 19. *In manſione dormientibus opportunum bellum ſemper infertur.* Lamprid. *Milites expeditionis tempore ſic diſpoſuit, ut in manſionibus annonas acciperent, nec portarent cibaria decem & ſeptem, ut ſolent, dierum.* Dixerunt autem Scriptores mediæ ætatia manſiones, quod antiquiores appellaruot caſtra, pro itinere unius diei exercitus commigrantis. Utque illi dicebaot Primis, Secundis, Tertiis caſtris; ſic hi poſteriores, Prima, Secunda, Tertia manſione. Dictæ autem manſiooes a manendo, ſicut ſtativa a ſtando, quòd ibi milites manerent, aut ſtarent. Manſiones inſtruere oous erat & cura Provincialium, ut liquet ex l. nemo, C. de Annon. Manſiona-

riis

Digitized by Google

rius autem dicebatur præcurſor, ſeu prodromus, ad quem ſpectabat, Rege vel Imperatore iter facientc, manſiones diſponere & præparare. Illuſtris ea erat dignitas in Curia Regis Francorum. Idem Comes Manſionarius appellari ſolitus: Italis *Foriero*. Vide Hincmar. Epiſt. de Ordioe & Officio Palatii. Diverſa acceptiooe apud Sanutum Hiſtoricum ſumitur ſæpius manſio pro familia, vel comitatu nobilium militari. Sic ille lib. 3. *Hugo de Luſignan cum tribus manſionibus & aliis militibus Gallis versùs Tiberiadem proceſſit*. Idem ibidem: *Rex Cypri, & tres manſiones cum peditibus iverunt Cæſaream*. De Manſionario, qui æditaus eſt, ædiſque ſacræ cuſtos & conſervator, vide Macros Fratres.

Manſionarius. Vide *Manſio*.

Mantele, is. Mart. lib. 12.

Mantele e menſa ſuſtulit Hermogenes.

Ubi tameo quidam legunt *Mantile*, &

Mantile, is. Virgil 4. Georg.

tonſiſque ferunt mantilia villis.

Et

Mantelum, i. Nomen eſt compoſitum a manu & tela, & propriè notat linteolum, quo manus tergimus. Sumitur etiam pro penula & quidem militari, qua ſe milites a frigore & ventis protegunt. Item apud Scriptores mediæ Latinitatis, ut notat Lipſius Poliorcet. lib. 3. Dialog. 3. uſurpatur pro munimeoto tectorio in genere vinearum. Sic appellatur, quoniam ad inſtar penulæ, vel manteli eoſdem a telis protegit & jaculis hoſtium, quaſi ab imbre & grandine. Uſus eſt, ubi propiùs ad foſſam accedunt, ut muros ſuffodiant. *Mantelum mendacii*: dictio eſt proverbialis Plautina, pro velamento & tegmine fallaciæ & fraudis. Sic autem ſcribit Capt. *Nec mendaciis ſubdolis mihi uſquam mantelum eſt meis*.

Mantica, cæ. Zona eſt ſeu perula, viatori militique commeanti communis. Non dicitur a manu, quaſi manu geſtetur, cum potius collo appendi ſoleat, vel circa medium corpus religata ſuſpendi; ſed dicitur a manu, quoniam continet tenuem variamque ſupellectilem, viatori vel militi neceſſariam, quæque ſæpius ob frequeotem uſum redit ad manum, eademque conteritur. Ut planè quamlongiſſimè a vero, meo judicio, abeat Caſaubonus, qui neſcio quam peregrinitatem in hujus vocis indagando themate comminiſcitur. Pulcherrimum eſt optimæque frugi accommodatum adagium:

Sed non videmus manticæ quod in tergo eſt,

quod refertur a Catullo: de quo etiam Perſius Satyr. 4.

Ut nemo in ſeſe tentat deſcendere! nemo!
Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.

Atque adeo Horatius Sermon. 2. 3.

Reſpicere ignoto diſcet pendentia tergo.

Originem parœmiæ fecit Æſopi commentum, qui finxit binas manticas (quas vulgò Itali dicunt *Biſaccie*) ſingulis accommodatas eſſe mortalibus, quarum altera ante pectus promineat, altera propendeat a tergo: in priorem illam, quæque oculis ſubjicitur, aliorum vitia omnes ferè congerunt, in poſteriore, quæ ſunt cuique propria. Hinc accidere ut vix quiſquam ſe vitioſum agnoſcat, cum ſuæ vitæ ſordes poſt terga projiciat; vix iterum quiſpiam parcat vitiis ſociorum, quæ utique in anteriore pera, vel mantica ſubjecta ſemper oculis geſtat. Commodiùs certè ſeſe res humanæ haberent; & urbaniùs ſocialem vitam tranſigeremus, ſi, converſa in oppoſitum duplici mantica, ſua quiſque vitia ſub oculis haberet, reſpiceretque ad illud Horatii Serm. 1. 3.

denique te ipſum
Concute, numqua tibi vitiorum inſeverit olim
Natura, aut etiam conſuetudo mala:

Sodalium verò & amicorum vitia ad ſcapulas projiceret, iiſque ſibi facilè ignoſcendum eſſe ſtatueret, ut ejuſdem Poetæ ibidem ſalutare eſt monitum:

At, pater ut gnati, ſic nos debemus amici,
Siquod ſit vitium, non faſtidire.

Manticula, æ. Parva mantica. Refertur a Feſto ſine exemplo.

Manu ad ferrum. Nota diſcriminis inter duos Aurelianos Tribunos in eodem exercitu. Vopiſcus in Aurel. *Nam cum eſſent in exercitu duo Aureliani Tribuni, hic, & alius, qui cum Valeriano captus eſt, huic ſignum exercitus appoſuerat*: Manu ad ferrum, *ut ſi fortè quæreretur quis Aurelianus aliquid vel feciſſet, vel geſſiſſet ſuggereretur*, Aurelianus manu ad ferrum, *atque cognoſceretur*. Quid autem in cauſa fuerit, quamobrem ea potiſſimum teſſera diſcriminis alteri Aureliano fuerit adjuncta, nec refert Vopiſcus, nec ego divinaverim.

Manuballiſta. Dicitur balliſta manuaria, quæ levior eſt & expeditior, nec currui, aut rotis inſiſtit, quemadmodum Carrobaliſta, quæ longè eſt operoſior. Eam Vegetius lib. 4. cap. 22. eandem eſſe docet machinam, ac ſcorpiones erant apud Veteres. Sic enim ſcribit: *Scorpiones dicebant, quas nunc manubaliſtas vocant: ideo ſic nuncupati, quòd parvis ſubtilibuſque ſpiculis inferant mortem*. Vide *Carrobaliſta*.

Manubaliſtarii. Conjicio fuiſſe baliſtis dimicantes non gravioribus quidem & machinariis, ſed potius manuariis & levioribus. Meminit eorum in tranſcurſu Vegetius lib. 4. cap. 21. *Admotis turribus, funditores lapidibus, ſagittarii jaculis, manubaliſtarii, vel arcubaliſtarii ſagittis, jaculatores plumbatis ac miſſilibus e muris ſubmovent hoſtes*.

Manubiæ, arum. A manu dici Manubias vox ipſa clamat. Præterea rem eſſe ab hoſte manu ceptam vel levis quiſque & vulgarius literator intelligit. Differantne autem manubiæ a præda; & quod porrò inter hæc diſcrimen ſit ſtatuendum, operoſiùs quàm pro voculæ merito diſceptat Gellius lib. 13. cap. 23. Cicero apertè diſtinguit inter manubias & prædam, primùm in Orat. pro Leg. Agr. *Prædam, manubias, ſectionem, caſtra denique Cn. Pompeii ſedente Imperatore decemviri vendent*. Et infra ibidem: *Ex præda, ex manubiis, ex auro coronario*. Scitè autem Favorinus apud eundem Gellium negat explementi aut ornamenti gratiâ ea miſcuiſſe Oratorem diligentiſſimum; ut eam ob cauſam neceſſe ſit de manubiis non perinde atque de præda eſſe judicandum. Non eſt recedendum a Gellii ſententia opinantis prædam eſſe corpora ipſa rerum, quæ capta ſunt, manubiarum verò nomine venire pecunias, quæ redactæ ſunt a Quæſtore ex prædæ venditione. Neque obſtat Tullii locus 5. Verr. *Nonne perſpicuum eſt Verrem eſſe, qui veſtras villas ſuis manubiis ornet?* Licet enim ſermo ibi ſit de ſignis ac tabulis, quæ Verres ex Sicilia depor-

por-

portaverat, adhuc tamen, quooiam in teſtimoniis ſupra commemoratis apertè diſtinguit Cicero inter manubias & prædam, ideſt corpora ipſa rer um, exiſtimandus eſt vel hìc figuratè locutus, vel inſiuuaſſe raptam a Verre pecuniam a Sicilienſibus, ex eaqoe comparaſſe minimo pretio ſigna, & tabulas, de quibus eſt ſermo. Difficilior eſt Svetonii locus in Veſpaſiano cap.16. *Sunt contra qui opinentur ad manubias & rapinas neceſſitate compulſum ſumma ærarii fiſcique inopiâ*. Ubi Hiſtoricus videtur ſentire, manubias eſſe qualemcunque rapinam non ab hoſte duntaxat, verùm etiam a cive petitam. Verùm ibi etiam non alienus eſt aſſeverandi locus, ut ſermo ſit de pecunia redacta in fiſcum a procuratoribus, quos Veſpaſianus quaſi ſpongias quaſdam habebat, a quibus aurum exprimeret tum bello partum, tum aliâ causâ quæſitum. Ejuſdem Svetonii verba ſunt io Julio cap.26. *Forum de manubiis incboavit*. Ubi ſeoſus eſt ceptaſſe Julium ędificationem fori ex pecunia ab hoſtibus capta redactaque io ærarium militare. Nec io aliam formam exponenda illa ſunt de Foro Trajani apud præfatum Gellium ibidem: *In faſtigiis Fori Trajani ſimulacra ſunt ſita circum undique inaurata equorum atque ſignorum militarium; ſubſcriptumque eſt: Ex Manubiis*. Conſtat ſiquidem forum illud ſumptuoſè magnificentiſſimèque coostructum ex venditione prædæ, quam bello Dacico Trajanus perceperat.

Manubialis, le. Quod pertinet ad Manubias. Svet. in Auguſt. *Reliquas Triumphalibus viris ex manubiali pecunia ſternendas diſtribuit*.

Manubiarius, a, um. Idem. Plaut. in Trucul. *Amicus mihi eſto manubiarius*. Ideſt utilis, & quaſi pecuniolas ſæpe aliquas ex præda afferens. Alciatus tamen *Manubriarium* ibi legit, tanquam hoc epitheto eum pellet Comicus amicum facilem, promptum, paratumque, & prorſus ad manum ut ſolet eſſe capulus, vel manubrium rei alicujus.

Manubrium, ii. Cujuſcumque rei capulus. Manubrium cultri, gladii, machinæ cujuſlibet militaris &c. A manu, qua prenditur, eidem nomen. Plaut. Aull. *Exemi ex manu manubrium*.

Manubriarius, a, um. Sic enim legit Alciatus Plauti verſiculum in Trucul. *Amicus mihi eſto Manubriarius*; exponitque facilem, promptum, morigerum, quo quis ad inſtar manubrii uti poſſit. Turnebus tamen, aliique ibi legunt manubiatum, a manubiis, ſive ſpoliis, & interpretantur amicum utilem, & fructuoſum, qui lucri & emolumenti aliquid ſemper affert.

Manubriatus, a, um. Quod eſt manubrio præditum. Pallad. lib. 1. *Præparemus ligones, lupos, ſerrulas manubriatas*.

Manubrium de manu eximere. Proverbiali ſermone dicimus tollere facultatem agendi paranti aliquid facere. Dictio eſt a Plauto uſurpata, & translata a dimicantibus, quibus ſæpe erecto minantibus gladio capulus e manibus excutitur.

Manubriolum, i. Parvum manubrium. Celſus lib. 7. cap 7. *Manubriolo ſcalpelli diducere*.

Manus dare. Populari voce eſt ſe victum agnoſcere. Ortum adagium ab iis, qui in prœlio victi manus victoribus porrigunt. Horatius cum Canidiam ſagam & veneficam multis probris laceraſſet, ejus tandem veneficiis ſuperatum ſe noo diſitetur, ultròque canit Palinodiam Epod. 17.

Jam jam efficaci do manus ſcientiæ:

Senſus eſt: non eſt quod in me ultra ſævias; fateor me victum tuis artibus; agnoſco vim maximam artis veneficæ: recanto adversùs te cootumelioſè dicta: habes me tui amantem & ſtudioſum. Verùm hæc apud Horatium translatè & per uſurpationem. Propriè de viro militari Virgil. lib. 12.

.. vicisti, & victum tendere palmas
Auſonii videre.

In eundem ſenſum Ovidius 5. Metam.

Confeſſaſque manus obliquaque brachia tendens,
Vincis, ait, Perſeu.

Manus autem hic tendere non eſt eaſdem ad precandum tollere, ut ſupplices faciunt; ſed illas porrigare io ſigoum victoriæ agnitæ, & coofeſſi victoris. Ut eoim dixit Ennius

Qui vicit non eſt victor, niſi victus fatetur.

Id autem eſt, quod alio adagione exprimitur per ea verba, *Herbam dare*. Simile huic dictum eſt: *Digitum exerere* vel *ſublevare*. Sumptum a certantibus, qui pollicis ſublevatione ſe victos ſignificabant. Sic omninò exponendus eſt Perſius Satyr. 5.

Nil tibi conceſſit ratio: digitum exere, peccas.

Ubi ſenſus eſt; leva digitum, & te iogenuè fateare meis rationibus ſuperatum. Neque enim audiendi ſunt interpretes alii, qui locum Perſii perperàm aliò trahunt. Sic etiam explicandus Martialis, ubi ait:

Nam mea res digitum ſuſtulit hoſpitibus.

Cujus verſiculi ſententia eſt, mioorem eſſe rem ſuam familiarem & ſupellectilem, quàm ut magno hoſpitum numero par eſſe poſſit: proinde dicit rem ſuam familiarem hoſpitibus ſublevare digitum, ideſt cedere & ſuccumbere ipſorum copiæ. Non hic omittam equeſtris militiæ morem etiam illum obſervare, quo victoribus victi cedebant oblato porrectoque iiſdem gladio. Iterum verò noto non hic ſermonem eſſe de abiectis armis, quod alibi notavi a ſupplicibus factitatum; verùm de enſe tradito juxta leges militiæ equeſtris in ſignum atque confeſſionem victoris agniti. Sic autem victi porrigebant enſem victoribus, ut capulum victori protenderent, ipſi verò manu tenerent cuſpidem. Pulcius Morgant. Cant. 8.

Renditi a me, come tù dei prigione.
Diſſe il Danese; queſto è ben ragione.
La ſpada per la punta il Paladino
Dette al Pagan, che l'havea abbattuta.

Et iterum Infra:

Il Paladin ſenza far più dimora
Il brando per la punta in man gli poſe.

Quoniam verò Berlingherius equo excuſſus projectuſque in terram a Rege Mattafolle, reluctatus eſt porrigere victori gladium, id eidem Rex barbarus, taoquam turpe flagitium, & viro nobili indignum exprobrat his verbis.

Ah, diſſe il Saracin, tu falli troppo:
Vſanza è ſempre de' gentil Baroni,
Che que', che ſon caduti al primo intoppo,
Porghino il brando, e dienſi per prigioni:
Hor ch'io t'hò vinto, fracaſſato e zoppo,
A quel che vuol la giuſticia t'opponi:
Et hai cavato fuor lo ſpadaccino:
Queſt'uſanza non è da Paladino.

Et eam quidem ignominiæ notam in Gallico bellatore ut diluat purgetque, multis Poeta nititur argumentis:

Era d'ogni eccellenza, e di coſtume
Berlinghier ſopra tutti un'huom da bene,
Di gentilezza uno fonte, anzi un fiume,
A luogo, e tempo, come ſi conviene,
Tanto che ſcritto n'è più d'un volume.
Hor ſe lo ſtil della ragion non tiene,
E' che conobbe, ch'ogni gentilezza
Perduta è ſempre a chi quella non prezza.
E reputava Mattafolle un matto,
Come il nome ſonava veramente,
Da non ſervarli nè ragion, nè patto;
Così lo ſcuſa ogn'un ch'è ſapiente.
Poi, ſe gli fuſſe riuſcito il tratto,
Era ſalvato Carlo e la ſua gente:
E lecito ogni coſa è per la fede;
Adunque chi lo'ncolpa il ver non vede.

Manus ferrea. Quemadmodum Harpagonum præcipuus fuit uſus, ut correptas hoſtium naves erigerent, rurſumque in imos fluctus dejicerent, ita Manus ferrea captivis retinendis hoſtium navibus erat idonea; eaſque ſemel arreptas & comprehenſas non dimittebat; atque eum in modum conſertis inter ſe navibus navale prœlium terreſtri perſimile exoriebatur. Conjicio minimùm diſcrepaſſe ea inſtrumenta quoad texturam & fabricam; ſed univerſum diſcrimen fuiſſe potius in uſu locoque, quo ſtatuebantur in navibus. De Manu ferrea; Diodorus Siculus lib. 13. *Ferrearum nonnulli Manuum injectu pugnam terreſtri ſimilem facere ſecum congreſſos adigebant.* Congruit Livius lib. 37. *Juſſit in advenientes hoſtium naves ferreas manus injicere, & ubi pugnam pedeſtri ſimilem feciſſent, meminiſſe Romanæ virtutis.* Non diſcrepat Cæſar lib. 1. Bell. Civil. *Injecta Manu ferrea, & retenta utraque nave, diverſi pugnabant, atque in hoſtium naves tranſcendebant.* Harum inventor perhibetur Duilius, de quo hæc Frontinus: *Excogitavit Manus ferreas, quæ ubi hoſtilem apprehenderent navem, ſuperjecto ponte tranſgrediebatur Romanus, & in ipſorum ratibus cominùs eos trucidabat.* Plinius tamen lib. 7. cap. 56. Manus ferreæ inventorem Periclem facit. Qua demum ratione Harpagones, & Manus ferreas Curtius, aliique confundant, diſtinguat verò cum aliis Cæſar, a nobis eſt obſervatum in Titulo *Harpago*. Vide *Uncas*.

Marchiones. Dicuntur a Marchia, ſive Marcha, quæ Germanica & Anglica voce eſt limes. Italis *Frontiera*. Propriè verò ſunt Marchiani, milites ſive cuſtodes limitum, ut accuratè tradit Joannes Seldenus lib. de Titulis Honor. part. 2. cap. 1. Et antiquiſſima quidem ſpectata origine, cuſtodes fuerunt limitum prope Walliam, quæ Anglici Regni eſt provincia. Radulphus de Diceto in Imag. Hiſt. *Infinitum Anglorum, Marchionum, Wallenſium, & Armoricanorum congregavit exercitum.* Verùm enucleatiſſimè hujus vocis etymon explicavit Author vitæ Ludovici Pii: *Inter quos cavens ne aut Aquitanorum populus propter ejus longum abſceſſum inſoleſceret, aut filius in tenerioribus annis peregrinorum aliquid diſceret morum, quibus difficulter expeditur ætas ſemel imbuta, miſit & accerſivit filium jam bene equitantem, relictis tantùm Marchionibus, qui fines Regni tuentes, omnes, ſi fortè ingruerent, hoſtium arcerent incurſus.* Marchiones dicti etiam Marchiſii, Marchiſi, & Marchenſes; quorum vocum exempla habes in Annalibus Francorum, aliiſque Scriptoribus eorum temporum. Italis etiamnum *Marcheſi*. Marchani autem, non Marchiones ipſi, ſed incolæ ſunt Marchiæ, ſeu provinciæ limitaneæ; aut etiam agri provincialis: nam pro modo agri, ſeu territorio interdum etiam Marcha ſumitur. Verùm hæc alii per otium prolixiùs expendunt. Non præterierim tamen ſubjicere, quæ de Marchionibus, & hujus derivatione vocabuli habet Cujacius l. 1. de Feud. *Marchionem autem Obertus lib. 2. Tit. 10. intelligebat eſſe eum, qui limiti certo Regni præeſſet. Sed ineptè vocabulum a mari deducebat, quòd plerique limites ſint maritimi. Nota eſt Francorum vel Germanorum vox March, ſive Marcha, pro limite.* In eandem ſententiam Scipio Ammiratus lib. 1. Hiſt. Fiorent. *Queſto nuovo titolo di Marcheſe, così detto da Marca, che vuol dire limite (e limiti chiamarono i Romani i confini dell'Imperio) dovette intorno queſti tempi o poco innanzi apparire, quando era già da ufficio dato a tempo divenuta dignità perpetua. E come forſe i primi o de' primi, così chiari ſopra tutti furono i Marcheſi di Toſcana, perche ſi dice ancor la Marcha di Toſcana.* De Marchis verò ſive Marchiis vide plura apud Voſſium. Atque hinc habere Italos militare verbum *Marchiare*, planè crediderim. Id autem vulgò eſt iter militare ſuſcipere & proſequi: proprium tamen & antiquum fuit, ingredi fines hoſticos, vel illuc exercitum ducere. Dantes etiam *Marcha*, regionem, vel limitem dixit Purg. Cant. 26.

Beato te, che delle noſtre Marche,
Ricominciò colei, che pria ne chieſe,
Per viver meglio, eſperienza imbarche.

A Præfectura vel cuſtodia limitum migravit poſtea vocabulum *Marchio* ad notam perpetuæ dignitatis cum onere & jure feudali, ut in re ſimili nos obſervamus in Titulis *Comes*, *Duces*; & alii prolixius expendunt.

Marescalli. Frequentiùs dicti apud Latinobarbaros Mariſchalchi. Notione vocis ex origine Germanica ſunt Equitones: vel Præfecti equorum: nam *March* vel *Marach* Germanis equus eſt, *Scalch* magiſter, miniſter, famulus dicitur: Verùm hodie ſic appellantur qui magnis præſunt exercitibus. Matthæus Pariſ. *Rex autem Joannes conſtituerat Mareſcalcum illius exercitus Villelmum Comitem Sarisberiæ.* Budæus eundem fuiſſe exiſtimat magiſtratum, atque eorum erat, qui apud Græcos dicuntur Polemarchi. Magiſtros equitum latine dixeris: quod inter Auguſtales Septemviros munus eſt hodie & dignitas Saxoniæ Ducis. Villelmus Brito Philipp. lib. 8.

Cujus erat primum geſtare in prœlia pilum,
Quippe Mareſcalli claro fulgebat honore.

Sed audiendus eſt Anonymus de Nominibus Germanorum: *Maraſcalcus: nullum nomen fœdius corruptum per Italos, vel per Scriptores. Eſt enim id quod Mehier, ſeu major & Stalber, qui eſt Magiſter equitum, ab equitatibus gubernandis: & dicendum ac ſcribendum fuit Merſtalbere, ideſt, major, ſuperior, ſummus Magiſter equitum, qui eſt hodie titulus Ducis Electoris Saxoniæ.* Vocabulum eſt inter ea referendum, quæ ab initio famulatum nunc ſummam indicant dignitatem. Similia quippe ſunt Seneſcallus, Comes ſtabuli, & alia, de quibus, ubi locus fuit, eſt dictum.

Marescalli Hospitiorum. Vide *Fodrum*.

Mars, artis. Armorum Deus & inſignis ipſe belli-

gerator. Nominis originem a Maribus trahit Varro, quaſi Mares ideſt viros in bellum ducat. Antiquiore vocabulo a Sabinis Mamers dictus, idem etiam Mavors appellatus, quaſi magna vertat, quemadmodum ſcribit Cicero. Sunt qui Spartæ natum, ſunt qui procreatum in Thracia memorent. Vide Arnobium 4. contra gentes. De Parentibus etiam Martis minimum Scriptores conveniunt. Nihil autem frequentiùs occurrit apud vetuſtiſſimos temporum Heroicorum Scriptores, quàm opinionum diverſitas. Multa quippe ſunt addita ad ornatum; multa ingeniorum luxu quodam atque jactantia; ut minimam plane partem in re ſabulatoria veræ rerum geſtarum narrationes retineant; licet nullæ ferè ſint fabulæ antiquiores, quæ a veris hominum facinoribus rebuſque in Græcia præſertim geſtis originem ſuam non duxerint. Itaque exiſtimarunt quidam, Martem ſola Junone matre progenitum, quæ cum per pomarium incederet eundem ex florum olfactu contactuque conceperit. Quidam verò natum tradiderunt ex Jove & Enyo, Conſtat Homerum Jovis filium Martem feciſſe, cum ipſum inducit Martem, apud Jovem patrem, miſerum in modum conquerentem de Diomede, a quo vulnere eſſet affectus. Idem teſtatur Heſiodus in Theogonia;

Addita mox uxor poſt has eſt ultima Juno,
Lucinam Martemque parit.

Cum autem feroci rixarumque avidiſſimo eſſet ingenio, furioſus omnia pererrabat loca, non ſine ingenti populorum pernicie & cladibus. Curru autem vehebatur duobus equis tracto, Timore, ac Pavore. Tametſi Quintus Calaber ex Homero quatuor eidem equos attribuat, quorum ſunt nomina, Æthon, Phlogius, Conabus, Phobos. Bellona ejuſdem currum regit. Sic licet tanta polleret feritate ingenii, & corpore eſſet robuſtiſſimo, adhuc tamen non ſolum a Diomede vulneratus fuit, ut eſt ſuperiùs indicatum, verùm etiam ab Otho & Ephialto validis è ferro vinculis per menſes tredecim fuit adſtrictus. Id tamen impedire non potuit quominus illum ſuperſtitioſa Antiquitas divinis honoribus coleret. Profectò Romani ſingulari Martem cultu proſequebantur, ut potè Romuli conditoris parentem, neque ſolum Sacerdotes Salios, & carmina Saliaria in ejus honorem aſſignarunt, verùm etiam pluribus eundem templis honorandum exiſtimarunt. In via Appia erectum illi templum, ampliatum poſtea & reſtitutum ac ſupra centum columnis ornatum a L. Cor. Sulla. In prima vero regione prope Portam Capenam alterum templum dedicatum. Sed omnium antiquiſſimum in Campo Martio illi templum erexerunt, a cujus appellatione eidem campo nomen eſt factum. Alia etiam in Circo Flaminio, in Foro Auguſti, atque adeo in Capitolio Marti poſita templa viſebantur. Porrò quod diximus templum in via Appia extra Urbem illi dicatum, illud Martis bellatoris, ideſt Gradivi ad arcendos & perterrendos hoſtes conſtructum eſt; quod autem intra Urbem prope Portam Capenam Marti Quirino fuit nuncupatum, ad cuſtodiam erat civitatis, & publicam tuendam tranquillitatem. Dictus autem Gradivus eſt a gradiendo, quoniam ultrò citroque ad belligerandum raperetur, ut author eſt Feſtus. Quirinus autem a Sabinis eſt appellatus ab haſta, quæ apud eas gentes *Quiri* dicebatur. Marti lupus eſt conſecratus ad numinis rapacitatem feritatemque demonſtrandum, Virgil, l. 9.

Quæſitum aut matri multis balatibus agnum
Martius a ſtabulis rapuit lupus.

Aſinus illi aliquando propter bellicum clamorem immolatus; Canis & Picus ejuſdem nomine ſacri fuere. Sed Gallus inprimis huic Deo ſacer ab Antiquitate eſt habitus, vel ad exprimendam bellatorum vigilantiam, vel amore Alectryonis, Martis armigeri, qui in eam avem converſus eſt. Præcipuo quodam cultu Scythæ Thraceſque Martem coluerunt, quæ nimirum gentes inſigni bellicæ virtutis laude præſtare cenſentur; hinc Statius lib. 7. appoſitè in Thracia Martis domum locavit, cujus verſus libet adſcribere:

Hic ſteriles delubra notat Mavortia ſilvas,
Horreſcitque tuens, ubi mille furoribus illi
Cingitur adverſo domus immanſueta ſub Æmo.
Ferrea compago laterum, ferro arcta teruntur
Limina, ferratis incumbunt tecta columnis.
Læditur adverſum Phœbi jubar, ipſaque ſedem
Lux timet, & dirus contriſtat ſydera fulgor.
Digna loco ſtatio, primis ſalit impetus amens
E foribus, cæcumque nefas, iræque rubentes,
Exangueſque metus, occultiſque enſibus aſtant
Inſidiæ, geminumque tenens diſcordia ferrum.
Innumeris ſtrepit aula minis, triſtiſſima virtus
Stat medio, lætuſque furor, vultuque cruento
Mars armato ſedet: bellorum ſolus in aris
Sanguis; & incenſis qui raptus ab urbibus ignis,
Terrarum exuviæ circum, & faſtigia templi
Captæ inſignibant gentes, cælataque ferro
Fragmina portarum, bellatriceſque carinæ,
Et vacui currus, protritaque curribus ora.
Pene etiam gemitus: adeo, vis omnis, & omne
Vulnus: ubique ipſum, ſed non uſquam ore remiſſo
Cernere erat; talem divina Mulciber arte
Ediderat, nondum radiis monſtratus adulter
Fœda catenato luerat connubia lecto.

Huuc Statii locum verſibus Italicis reddidit Boccaccius: quos in gratiam eruditorum exſcribo ex l. 7. Theſeid.

Vide in queſta la caſa del gran Dio
Armipotente così edificata,
Tutta d'acciaro, e non però del rio,
Dal quale era del ſol riverberata
La luce, che abborrea lo luoco frio.
Tutta di ferro era la ſtretta entrata,
E le porte d'eterno aſpro adamante
D'ogni parte ferrate tutte quante.
Di ferro le colonne pur coſtei
Vide, che l'edificio ſoſteneano,
Gli empiti de le menti parve a lei
Veder, che de la porta fuor correano.
Et lo cieco peccare, e tutti omei
Similemente quivi ſi vedeano;
Videvi l'ire roſſe come fuoco,
Et la paura pallida in quel luoco.
Et con gli occulti ferri, e tradimenti
L'inſidie amar con ben giuſta apparenza,
Lì diſcordia ſedeva, e ſanguinenti
Ferri havea in mano & ogni differenza.
Parean tutti que' luoghi aſſai ſtrepenti
D'aſpre minaccie, e di crudele intenza,
E'n mezzo al luoco la virtù triſtiſſima

Se-

Sedea di degne laudi poveriſſima.
Ancor vi vide allegro eſſo furore;
Et oltre a quel con volto ſanguinoſo
L'armata morte vido anco ſtupore;
Et eravi ogni altare copioſo
Di ſangue ſol, nè le battaglie fuore
Da' corpi human cacciato, e luminoſa
Era ciaſcun di fuoco tolto a terre
Arſe e disfatte per le triſte guerre.
Et era il tempio tutto ſtoriato
Da ſottil man di ſopra, anco d'intorno,
E ciò che impria vi vide diſegnato
Le prede eran di notte o pur di giorno
Tolte a le terre, e qualunque hom sforzato
Fù, era quivi in habito muſorno,
Vedevanſi le genti incatenate,
Porte d'acciajo, fortezze anco ſpezzate.
Videvi ancor le navi bellatrici
In voti carri, e i voti già guaſtati,
Et li miſeri pianti & infelici,
Et ogni forza con gli aſpetti elati,
Ogni ferita ancor ſi vedea lici,
E ſangui con le terre meſcolati,
In ogni luoco con aſpetto fiero
Vedeaſi Marte turbido & altiero.
E tal ricetto edificato havea
Mulcifero ſottil con ſua bella arte,
Prima che'l ſol gli aveſſe Citerea
Moſtrato co' ſuoi raggi eſſer con Marte.

Verùm longè ſimpliciùs, utpote apud rudem Vetuſtatem, excitatum olim legitur a Scythis Marti templum ex faſcibus ſarmentorum, ut legitur apud Herodotum lib. 4. *Marti verò ſic priſco ritu apud quoſque tale extruitur templum. Sarmentorum faſces aggeruntur trium in longum latumque ſtadiorum, minoris tamen ſublimitatis deſuper quadrata ſuperficies efficitur. Tria latera prçrupta ſunt, quartum acclive, per quod aſcenditur. Eò quotannis comparant centum quinquaginta plauſtra ſarmentorum; nam ſemper propter cæli tempeſtatem, illa marceſcunt. Sub hoc aggeſtu ferreus Acinaces ſtatuitur, idque eſt Martis ſimulacrum, cui annuas hoſtias offerunt, cum aliorum pecorum tum equorum: & plus huic Acinaci, quàm cæteris Diis. Ex captivis centeſimum quemque immolant non eodem quo pecora modo, ſed diverſo. Nam ubi eorum capitibus vinum libaverunt, ipſos ad quoddam vas mactant. Dehinc eiſdem in congeriem ſarmentorum ſublatis, Acinacem cruore perfundunt. Hæc quidem ſupra conferunt; inferius autem ad templum illa faciunt: virorum interemptorum omnes humeros dextros prçcidunt, quos una cum manibus in aerem jaciunt, quocunque deciderit manus, ibi jacet, & ſeorſum mortuus. Cæteris deinde ſolennibus confectis abeunt. Hæc faciunt Scythæ.* Poſtremò inter Deos, quos Antiquitas communes vocavit non Homerus duntaxat aliique Græci Scriptores verùm Latini etiam Martem retulerunt. Livius: *Tum tuas vires, tum verò Fortunæ, Martemque belli communem propone animo.* Servius etiam ad illud Virgilii lib. 12.

In medioque focos, & Diis communibus aras.

Communes Deos eſſe ſcribit Martem, Bellonam Victoriam, quoniam utrique parti ſavere poſſunt in prœliis. Communes alii Deos eſſe præſcribunt, qui omnes occupant terras, & ubique gentium honorantur, ut Sol, Luna, Mars, Pluto. Nec deſunt qui communia dicant Numina, quæ

non in cœlo, ſed in terris etiam inferiſque poteſtatem exercent: Ut enim ſcribit Apulejus ſunt Numina quædam tantùm cœleſtia, alia terreſtria aliaque media, quæ Deos medioximos Veteres appellarunt. Quoniam verò vetuſtiſſimi fabulatores ita poeticis luſerunt inventis, ut ſeriaa Philoſophiæ præſcriptiones fabularum involucris contegerent, idcircò exiſtimatum eſt, Martem a Junone creatum dici, quoniam divitiæ, quarum Dea Juno perhibetur, cauſæ ſunt, quamobrem contentiones & bella exerceantur. Quis enim armis, bellicoque apparatu humiles quatiat caſas, aut adverſus inopem ſæviat? Ad eundem modum cum finxit Antiquitas a Marte Venerem adamatam, quid demum amore illo, & adulterio contendit exprimere, niſi rerum omnium exortum? A rerum quippe diſcordium conjunctione hæc rerum univerſitas conſtat. Verùm de his; quemadmodum etiam de variis Martis appellationibus, vide ſis Natal. Comit. Mytholog. lib. 2. & Lilium Gyraldum de Diis Gent. Syntagm. 9.

Mars communis. Proverbiali ſententia dicitur de eventu bellorum vario. Nihil frequentioris eſt exempli, quàm ut depreſſi cladibus Imperatores, meliore aſpirante fortuna exitus bellorum feliciſſimos ſortiantur: cum contra alii innumeri poſt diuturnum victoriarum curſum, multis graviſſimiſque mactati infortuniis legantur: prorſus ut nemo ſe fortunæ pullum, aut gallinæ, ut ex vulgi ſententia loquar, albæ filium appellare poſſit. Tam multa in re militari non ſolùm prçter, verùm etiam contra expectationem Imperatorum eveniunt, ut crebrò ab iiſdem uſurpari neceſſe ſit dictum illud Virgilianum: *Diis aliter viſum*: quod a Poeta prolatum eſt in morte Riphei, viri juſtiſſimi, inter gregarios tamen extincti. Nimirum optimè verèque Ovid.

victique reſurgunt,
Quoſque neges unquam poſſe jacere, cadunt.

Quare meritò Virgil. de Ænea lib. 10.

Hic magnus ſedet Æneas, ſecumque volutat
Eventus belli varios.

Apud Taſſum etiam legimus ex eodem Virgilio Cant. 10.

Quel che ſarà, non sò: ſpero e pavento
I giuditii incertiſſimi di Marte.

Et Cant. 6.

Ma più di ciaſcun'altro, a cui ne cale,
La bella Erminia n'ha cura, e tormento;
Che dai giuditii dell'incerto Marte
Vede pender di ſe la miglior parte.

Et Cant. 20.

La vittoria e l'honor vien da ogni parte:
Stà dubbia in mezzo la Fortuna e Marte.

Cçterum expreſsè de Marte communi Livius lib. 10. Bell. Punic. *Cum tuas vires, tum vim fortunæ, Martemque belli communem propone animo: utrique ferrum, corpora humana erant: nuſquam minus quàm in bello eventus reſpondent.* Et lib. 8. *Quid illum facturum fuiſſe, ſi quod belli caſus ferunt Marſque communis, adverſa pugna eveniſſet.* Cicero etiam 11. Philipp. *Sed, ut concedam incertos exitus eſſe belli, Martem communem; tamen pro libertate, vitæ periculo decernendum.* Idem pro Milone: *Adde incertos exitus pugnarum Martemque communem, qui ſæpe ſpoliantem jam & exultantem evertit & perculit ab abjecto.* Monet autem adagium, ut quo-

cunque demum res inclinent, animi firmitatem atque conſtantiam, ac ſuam veluti ſtationem Imperator non deſerat; ne, aut importuna elatus confidentia damnum recipiat, aut adverſis dejectus manipularium etiam animos abjiciat; reputetque de bello actum unius vel alterius adverſitate prœlii. Adagium, *Mars communis* recenſet Ariſtoteles lib. 2. Rhetoricor. inter proverbiales ſententias, adducto Homeri verſiculo ex Iliad.

Communis Mars; inque vicem perimit perimentem.

Eadem parœmia inter ornatas locutiones reponitur a Cicerone 3. de Orat. *Gravis eſt modus in ornatu orationis, & ſæpe ſumendus: ex quo genere hæc ſunt: Martem belli eſſe communem: Cererem pro frugibus; Liberum appellare pro vino.* Vide *Fortuna.*

Mars pro bello. Nihil ferè frequentiùs legitur, non apud Poetas duntaxat, verùm etiam apud Hiſtoricos & Oratores, quam pugnatum eſſe adverſo vel ſecundo Marte: Marte incerto, vario, ambiguo, vel ancipiti: pro prœlio vel bello. Item noſtro vel ſuo Marte, pro noſtris vel alterius viribus. Cic. 1. Offic. *Hanc igitur partem relictam explebimus nullis adminiculis, ſed, ut dicitur, noſtro Marte.* Livius: *Aliquandiu ibi Marte incerto, variâ victoriâ, pugnatum fuit.* Tacit. lib. 20. *Pugnatum incerto Marte, donec prælium nox dirimeret.* Eum verò eruditorum eſſe ſermonem Quintilianus lib. 8. cap. 6. teſtatur his verbis: *vario Marte pugnatum, eruditus eſt ſermo.*

Mars non concutit sua arma. Populari adagio dicimus de iis, qui non gravatè ea tolerant, quibus inſueverunt. Licet graviſſima ſint Martis arma, non tamen ea ille commovet quatitque, quaſi levando oneri. Græcorum eſt adagium.

Mars Rex. Suidas hoc adagium refert. Refertur etiam a Zenodoto. Videtur autem indicari rem per vim agi; licet memorati Scriptores adagii ſententiam aliò trahant.

Martius, a, um. Quod martis eſt, vel ad bellum pertinet, Virgil. Georg. 4.

Martius ille æris rauci canor.

Martialis, le. Horat. lib. 1. Od. 17.

Nec virides metuunt colubros
Nec Martiales hædilia lupos.

Marticola, æ. Qui Martem colit, vel ſequitur, Ovid. 5. Triſt. 3.

Nec patria eſt habitata tibi, ſed ad uſque nivoſum
Strymona veniſti, Marticolamque Geten.

Martigenæ. Ex Marte geniti. Ovid. 3. Amor. 4.

In qua Martigenæ non ſunt ſine crimine nati
Romulus Iliades, Iliadeſque Remus.

Martia Legio. Vide *Legio.*

Martiarii. Vide *Mattiarii.*

Martius Campus. Vide *Campus Martius.*

Martis Campus. Adagium quod a Suida refertur, Aptè congruit, cum ſignificare volumus non eſſe aliquid verbis dictiſque aut clamoribus decidendum, ſed pugna & concertatione.

Martis gladius. Vulgatiſſima perſuaſione creditus eſt gladius Attilæ Regis Hunnorum. Populorum inſcitus error originem habuit, ut tradit Sigebertus, a paſtore quopiam, qui perſecutus veſtigia buculæ recens vulneratæ inter paſcendum, inſignem invenit gladium, quem temerè commeans bellus calcando monſtraverat. Effoſſum ad Attilam paſtor detulit, & quoniam eximiæ erat notæ, Martis gladium omnes putarunt, Eo potitus gladio Attila terrarum orbis imperium mente concepit. De gladio ſive acinace, qui Scythis erat ſimulacrum Martis, vide teſtimonium Herodoti in Titulo *Mars.*

Martius mensis, A Marte bellorum & bellatorum Præſide nuncupatus eſt apud Italos antiquiſſimos ante Romam conditam. Verùm alii alio illum menſium numero collocarunt. Romulus, ut tradit inter alios Macrobius lib. 1. Saturnal. primum anni menſem a Marte appellavit; tum quod Deus ille ejuſdem pater crederetur, tum ad exprimendam Romanæ gentis bellicam alacritatem atque peritiam, Rem omnem ſic expreſſit Ovid. Faſt. lib. 3.

Quod ſi fortè vacat, peregrinos inſpice faſtos,
Menſis in his etiam nomine Martis erit.
Tertius Albanis, quintus fuit ille Phaliſcis,
Sextus apud populos Hernica terra tuos.
Inter Aricinos, Albanaque tempora conſtant,
Factaque Telegoni mœnia celſa manu.
Quintum Laurentes, bis quintum Æquiculus aſper
A tribus hunc primum turba Curenſis habet.
Et tibi cum proavis miles Peligne Sabinis
Convenit: hic genti quartus utrique Deus.
Romulus hos omnes ut vinceret ordine ſaltem
Sanguinis auctori tempora prima dedit.

Ex eodem hæc ibidem habes, ubi etiam Romanorum in armis præſtantiam operosè dilaudat.

Arbiter armorum, de cujus ſanguine natus
Credor; & ut credar pignora certa dabo:
A te principium Romano ducimus anno:
Primus de patrio nomine menſis eat.
Vox rata ſit; patrioque vocat de nomine menſem,
Dicitur hæc pietas grata fuiſſe Deo.
Et tamen ante omnes Martem coluere priores.
Hoc dederat ſtudiis bellica turba ſuis.
Pallada Cecropidæ, Minoïa Creta Dianam,
Vulcanum tellus Hypſipylæa colit.
Junonem Spartæ, Pelopejadeſque Mycenæ
Pinigerum Fauni Mænalis ora caput.
Mars Latio venerandus erat: quia præſidet armis.
Arma feræ genti remque decuſque dabant.

Martiales Ludi. Peragebantur 4. idus Maji in Circo in honorem Martis. Meminit eorum Dio lib. 56. *Hæ tum leges ab Auguſto latæ ſunt; indique extraordinarii ab hiſtrionibus & equitibus acti; Martiſque ludi in foro Auguſti eum equorum decurſu quodam & venatione celebrati.* Svetonius etiam in Claudio eorum meminit: *Collocutus ſum Tiberio, mea Livia, quid nepoti tuo Tiberio faciendum eſſet ludis Martialibus.*

Martis pullus. Meminit hujus proverbii inter alios Laertius in vita Diogenis Cynici. Sic autem dicimus militaris ingenii virum. Fortaſſe a gallo, avium pugnaciſſimo, criſta etiam & calcaribus ad prœliandum inſtructo, quem idcircò Antiquitas Marti dicavit.

Martiobarbuli. Occurrit hæc vox apud Vegetium lib. 1. cap. 17. *Plumbatarum quoque exercitatio (quos Martiobarbulos vocant) tradenda eſt junioribus. Nam in Illyrico dudum duæ legiones fuerunt, quæ ſena millia militum habuerunt, quæ, quòd his telis ſcienter utebantur & fortiter, Martio-*

tiobarbuli vocabantur. Ex his Vegetii verbis colligitur, Martiobarbulos non ſolum armorum genus fuiſſe, ſed etiam appellationem militum, quibus ab eo armorum genere idem erat inditum nomen. Idem ſunt armorum genus ac plumbatæ, ut ſatis clarè habet Vegetius. Turnebus putat Plumbatas dictas eſſe Martiobarbulos per quandam laſciviam militarem, quaſi non conviviorum, ſed Martis barbuli eſſent. Sunt autem barbuli piſces. Quamvis hoc etymon ſatis frigeat, ineptius tamen eſt & plane ridiculum, quod alius habet Grammaticus; nuncupatos fuiſſe Martiobarbulos a barba Martis. Io re vehementer implexa, & aperte depravato Vegetii loco, ſubit aoimum ſuſpicari pro Martiobarbulo, vel Mattiobarbulo, quæ ſunt plane monſtroſa vocabula, reponendum eſſe *Mattibalum*, quod mihi eſt miſſile plane conſimile fuſtibalo; ut ſit fuſtis, ſeu clava jaculatoria, appenſa habens lora coriacea cum inſutis globis plumbeis. Id inſtrumentum ſive telum bellicum, licet maou retineatur capulo ligneo, adhuc inter miſſilia mihi prohè reponitur propter excuſſa ac veluti jaculata pellicea, ut dixi, flagella annexa fuſti, vel clavæ, cum involutis pilis plumbeis, ut prolixiùs explicavi, ubi de fuſtibalo, & Mattiariis; oſtendique hoc genus jaculi peculiare fuiſſe Senis Montani ex Morgante Aloyſii Pulcii. Non leviter huic conjecturæ adſtipulari videntur mihi verba Leonis Imp. cap. 7. *Ad conjicienda eminus jacula, & Matzarbulum, quod nunc dicitur Saliba, & tzicurim.* Ubi nullus dubito illud Matzarbulum fieri a fuſte, vel clava, Italis *Mazza*, & ignavia librariorum corruptis antiquiſſimis exemplaribus, irrepſiſſe *Matzarbulum*, pro *Matzabalo*, ſive *Mattibalo*, quod conjicio jaculum eſſe perſimile fuſtibalo. Congruit etiam Vegetius, dum hoc geous reponit inter miſſilia plumbea. Vere enim plumbeis armatur loris ille fuſtis, ſeu clava, ſeu, ut Italico dicitur Idiotiſmo *Matza*, pro *Mazza*. Hanc denique explicationem de Martiobarbulo Vegetiano, non modo inter conjectanea referrem, ſed plane veriſſimam exiſtimarem, niſi negotium faceſſeret mihi, quod apertis verbis ille tradit, non ſolùm ea voce explicari genus miſſilis, verùm etiam ipſos jaculatores. Neque eoim dubito non Matzibalum, ſeu Mattibalum, ſed potius Matzibulatorem, ſeu Mattibulatorem dicendum fore militem, qui eo utatur jaculo, ut a fundibalo, & fuſtibalo, dicimus fundibulatorem, & fuſtibulatorem. Quodſi inflexione Græca dicas *Mattibolum*, utruoque licebit exponere & clavam, & clavæ jaculatorem; ad quem modum lithobolum rectè dixeris jaculatorem lapidis. Sed obvolutum plusquam Cimmeriis tenebris vocabulum in medio relinquo.

Masnada, & Maisnada. Apud Scriptores Latinobarbaros eſt caterva militaris, & ſodalitas hominum, vi & armis rapinas exercentium, ſibique victum quæritantium. Vetus Inqueſta apud Columbum lib. 2. de Epiſc. Vaſionenſ. *Comes Toloſæ cum Brabanzonibus, & aliis Maiſnadis vi intravit cum illis villam Vaſionis.* Jo. Bocc. Nov. 12. *Mercatanti parevano, ed erano Maſnadieri, e Vomini di malvagia vita.* E Nov. 92. *Chiunque per le circoſtanti parti paſſava rubbar faceva a' ſuoi Maſnadieri.* Propriè tamen & antiquitùs Maſnada, ſeu Maiſnada fuit ſodalitas juvenum ingenuorum, qui apud Reges & viros primariæ nobilitatis detinebantur, in eorum etiam familiam cooptati. Addiſcentes verò ibi liberales artes, & bellico præſertim tirocinio initiati, foras deinde mittebantur ad exercendam militiam & obeunda munia militaria. Hinc Maſnadarii appellati, in Regum vel magnorum Principum domibus ſic educati. Nomeo proinde illis a manſione, quam habebant in magnatum ædibus. Potiſſimum verò ſic nominati ſunt milites illuſtris notæ In Aragonia. De his hæc habemus apud Vitalem Epiſc. Oſcenſem: *Meſnadarius eſt qui de genere Ricorum hominum, ſaltim ex patris linea oriundus, in cujus patris genere non extat memoria, quod fuerit alicujus vaſſallus, niſi Regis, vel Regis filii, vel comitis a Regis genere deſcendentis, vel Epiſcopi, vel alterius Prælati, quorum conſideratur reverentia propter Deum, cujus locum dignoſcuntur ſpecialiter retinere. Qui non deſcendit ex parte patris ab aliquo, qui ab alio, quàm a prædictis perſonis extitit miles factus. Hi enim Meſnadarii, etiamſi in Meſnada, ſeu familia Domini Regis perſonaliter non morentur, tamen Meſnadarii ſunt cenſendi: quia Dominus Rex non debet eis militiam, cum eam ab eo recipere voluerint, ne quòd ſint de ſua familia, cum eſſe voluerint, niſi ex cauſa probabili denegare. Hi autem Meſnadarii morari cum Ricis hominibus, vel cum aliis, & expenſas ab iis accipere, atque dona, non tanquam Vaſſalli, ſed tanquam amici ſine nota aliqua benè poſſunt.* Et hæc ferè de Maſnadis & Maſnadariis prodita a Cangio & aliis retuli. Sed longè aliam eorum originem tradit Juſtus Fontanini, vir eruditiſſimus, & in omni Antiquitatis memoria indagaoda apprimè diligens. Is autem ex vetuſtis ævi Longobardici monumentis conficit in Eccleſia Aquilejenſi, & regione Fori Julii Maſnadas primum innotuiſſe. Sic autem ibi appellatos ſervos Vaſſallorum, ſive Vavaſſorum, quibus in majora Feudorum prædia & latifundia erat imperium. Suberant autem in memoratis prædiis cuſtodiæ colonorum ſeu villicorum, qui peculiari ejus gentis nomine nuncupabantur Maſſarii a Manſis, alià appellatione Maſſis, quo vocabulo ætas illa fundos majores notabat. Addo etiamnum in Regno Neapolitano, & alibi eam nomenclaturam valeſcere, ubi latiora prædia *Maſſarie*, nuncupantur. Idoneam porrò, & infimæ ſervorum conditioni congruentem nominis originationem adducit a vocibus *Mas-nata*, ideſt orta in manſis, ſivè maſſis. Accedit robur huic opinioni a Brunetto Latioo Teſor. *Un altra maniera è di governare ſua maſnada, e ſua magione, e ſuo avere.* Quibus verbis perſpicue *maſnada* pro ſervis familiaribus ſumitur; & eam appellationem in Italia etiam latius invaluiſſe oſtenditur. Sed quoniam immane quippiam diſtare video ioter viliſſima ejuſmodi ſervitia, & Maſnadarios ſuperius commemoratos ex Caogio, alterutrum ex his contigiſſe prorſus oportuit: vel, ut Maſnadæ ſeù Maſnadarii prima conditione ſervuli apud Aquilejenſes & Fori Julii Magnates, poſtea factio facinoroſa & prędatoria audire cœperit; poſtremò ad honeſtos militiæ gradus elati percrebuerint in Regno Aragoniæ & aliis regionibus extrà Italiam, quemadmodum de Caſtaldis, Aldionibus, aliiſque ſervis eſt a nobis ali-

bi

bi obſervatum ; vel ut longè diverſi generis inſtitutique homines eandem nuncupationem ſortiti ſint. Si rem ita ſe habere ſtatuas, quemadmodum amplector Maſnadæ originem traditam à Footanino pro ſervulis ſub cuſtodia colonorum, ſic oon rejicio Maſnadas Aragoniæ, & ſiquæ alibi viguerunt, dici à manſione, quam habebaot in aulis Procerum, ut eſt ſuperiùs explicatum. Porrò ingenuè aperiam quod ſeotio. Primum omnium in voce *Maſnada* ſubolet mihi idiotiſmus Hiſpanus. Iterum opinor Maſnadas in aulis Priocipum ad tractatiooem bellicam primum enutritas, abuſas poſtmodum eorum gratiâ io catervas prædatorias deſciviſſe. Id mihi ſuadeot noo illis diſſimiles cætus alii factionum militarium, de quibus oon uno in loco ſermonem hic habui. Vide Tit. *Latrones*, & *Brigantii*. Ad eundem modum coojicio ſervos in prędiis detentos apud noooullas Italiæ regiones, cum ſubinde manumitterentur, libertate in liceotiam versâ, graſſatorium vitæ geous exercuiſſe.

MATAFUNDA, æ. Machioa bellica in genere litholarum. Occurrit in Hiſtoria Albigenſi. Jaciebaot ſiquidem hoſtes ſuper noſtros creberrimoa lapides, cum duobus trabuchetis, maogonello, & pluribus Matafundis. Nomeo à fuoda, & macto, occido; quod Hiſpani dicunt *Mattare*.

MASTRUCA, aliis MASDRUGA, æ. Veſtis Sardorum peculiaria. Cic. pro Scauro. *Quem purpura regalis non commovit eum Sardorum Maſtruca mutavit*. Eadem aliis Germanica. Papias : *Maſtruga veſtis Germanica ex pellieulis ferarum*. Eadem poſtremò Scythis uſitata. Prudent. lib. 2. cootr. Symm.

Tentavit Geticus nuper delere Tyrannus
Italiam, patrio veniens juratus ab Iſtro ;
Has arces æquare ſolo, tecta aurea flammis
Solvere, maſtrucis proceres veſtire togatos.

Vile alii iodumentum, alii nobilium putaot ex lupinis vel vulpiois pellibus. Certum eſt militare etiam fuiſſe. Cic. de Prov. Coof. *Res in Sardinia cum maſtrucatis latrunculis a Prætore una coborte auxiliaria geſta*. Bartholin. Auſtriad. l. 9.

Erexit quercum, poſuitque boſtilia tela
Maſtrucas ſagaque, & virgatas margine pallas.

Origo vocis exotica apud Martinium,

MASTRUCATI. Vide Maſtruca.

MATERA, aliis MATERIS. Jaculi genus, Gallico nomine, ut videtur Turoebo Adverſar. 9. c. 7. Cæſar lib. 1. de Bell. Gallic. *Nonnulli inter carros, rotaſque Mataras ac tragulas ſubjiciebant noſtroſque vulnerabant*. Occurrit etiam apud Authorem ad Hereonium lib. 4. *Ut ſiquis Macedonas appellavit hoc modo : Non tam citò ſariſſæ Græcia potitæ ſunt : aut idem Gallos ſignificans dicat : Nec tam facilè ex Italia Materis tranſalpina depulſa eſt*. Nonius ex Siſenoa ſcribit Materam telum eſſe omnium longiſſimum poſt lanceam. Meminit etiam Materis Livius lib. 7. *Conſul, dum inter primores incautus agitat, læva humero Materi prope trajecto, eefferat parumper ex acie*. Donatus in hunc Livii locum vocabulum peregrinum agnoſcit, & nuſquam præterquam apud Livium a ſe lectum. Cum verò paulò poſt adducat idem Donatus Siſennæ, Cæſaris, & aliorum teſtimooia de Matari, equidem admiratus ſum oſcitantiam homiois. Duo autem utilia ibidem Donatus adnotat ; primùm erraſſe Glareanum, qui depravatam Livii lectionem reputans Matari ſubſtituit *Machæram*, quo quidem nihil inſcitiùs cogitari poſſe video, ut ſatia validè evincit Dooatus. Alterum, ubi alii legunt ſcribuntque *Matari* emaculandam ſcripturam Donatus putat, & legendum *Materi*, ex Græca nimirum ejus vocis origioe. Præclarè inſuper idem monet, putidè indocteque alios docuiſſe, a Materi vocatos fuiſſe milites Materiarios, quorum memioit Cæſar lib. 7. Bell. Gallic. quod ſcilicet materi armarentur ; cum ibidem Materiarii ſiot, qui materiam cæduam e ſylvis, ideſt ligna procuraot ad munitiones ædificandas. Vide Lil. Gyrald. dialog. 12.

MATERTOR, aris. Verbum caſtrenſe, Idem ac *lignor*. Eſt ligna cædere ad caſtrorum, vel machinarum uſus. Cęſ. Bell. Gall. lib. 7. *Erat eo tempore & materiari & frumentari, & tantas munitiones fieri neceſſe*.

MATERIARII MILITES. Vide *Matera*.

MATHEMATICA. Latinè diſciplioam ſooat. Hoc ſibi vindicat nomen, noo quaſi facultates aliæ & ſcientiæ, diſciplioæ ooo ſint ; ſed quoniam ea prima obtioet ; & idcircò per quandam excellentiam commune omnibus nomen ſibi peculiare ſtatuit & attribuit. Non procedit per iocerta & veroſimilia argumenta, quæ fallaciis & paralogiſmis ſunt obnoxia, quod reliquæ faciunt diſciplinæ : nec opinando pronuociat, ſed certiſſimis nititur fundamentis, quæ eadem ab omni dubitatiooe ſic aſſerit, ut mentes ſtatim capiat ſibique devinciat, oullamque patiatur tergiverſationem reliquam, ut pote quæ io clariſſima veritatis luce verſatur. Progreditur iode ad alia minus oota inveſtiganda & aperienda ; idque noo inanibus aut levibus efficit conjecturis, ſed ratiocinationis ductu certiſſimo, rerumque, de quibus agit, demooſtratione undique inconcuſſa. Bioæ receoſentur, eæque primariæ ejus partes, Arithmetica, & Geometria, quas appoſite Plato Mathematicæ alas oominavit. Xenocrates verò imperite diſputanti, anſæ, dixit, tibi deſunt ad philoſophandum, utranque iooueus memoratam diſciplinam, ſioe quarum adminiculo vanum arduumque eſſet quidquam in facultatibus ſolide ſtatuere, quemadmodum ægre laborioſeque vas, oiſi ſuis apprehendatur anſis, arripitur. Arithmetica cooſiderat quantitatem diſcretam, & tota eſt in cootemplatione oumerorum, modumque præſcribit eoſdem addendi, ſubducendi, multiplicandi, dividendique. Nihil porro hæc diſcreta quaotitas, quam numerum dicimus, in re ipſa eſt, niſi ratio, ſeu habitudo uoius quaoti ad aliud, hoc eſt æqualitas vel inæqualitas. Hujus autem infinitæ ſuot ſpecies, quateous præciſa conſideratur & abſtracta ab abſoluta dimenſiooe termioorum, inter quos ea habitudo verſatur. Geometria cooſiderat, ut io ſcholis dicitur, quantum, hoc eſt, extenſum menſurabile. Jam vero quemadmodum Matheſis, ſi in conſideratione quanti contioui cooſiſtat, Geometria dicitur, & ſi ſolam ſpectet quantitatem diſcretam, ſivè numeros, Arithmetica ; ad eundem modum ſi procedat ad dimenſionem orbis terrarum, nominatur Geographia ; ſi cæleſtium corporum contemplationi ſe tradit, dicitur Aſtronomia. Ejuſdem porrò partes ſunt Optica, quæ dirigit radios viſuales per conos, & lineas rectas ; Statica, quæ de corporum agit gravitate ; eaque ad

ſuum

Digitized by Google

ſuum centrum tendentia, atque eidem quomodolibet renitentia, & obſtantia perpendit. In ejus verò vel maxime ære ſunt Architectura, ſive Ædificatoria, quæ extruendis præeſt ædificiis, in quo maximus humani generis continetur fructus, non ſolum ob inhabitandi neceſſitatem; verùm etiam ob ornatum probamque diſpoſitionem & ordinem omnis ſtructuræ tum civilis tum militaris in quo potiſſimum ſejungimur atque diſcriminamur a feris ſilveſtribus, abſtruſa nemorum, vel cavitates rupium incolentibus. Adde Mechanicam, huic ſubſervientem, ac tantundem operá manuque præſtantem, quantum illa, in ædificiis quibuslibet mollendis excellit ingenio. Quod ſi Geometria & Arithmetica ad unum ſcopum, quaſi ad novum quoddam æs Corinthium conficiendum, aſſocientur & confluant, tunc enimverò tantopere quæſita enaſcitur Analyſis illa, vulgo Algebra, quam ſibi omnium ſtudia laboreſque tanquam Helenam alteram, depoſcere & conciliare conſpicimus: ut plane, poſthabitis contemptiſque cortinis aliis, ea ſolum Delphica pulſent conſulantque præſtantia ingenia; in iiſque ſtadiis decurrendis obnixe certatimque defatigentur atque deſudent. Incredibile dictu eſt quantum Mathematica, cum univerſo ſuo ancillantium facultatum apparatu, rei conferat militari. Uſus hujus diſciplinæ atque neceſſitas in acie, in caſtris, in progreſſione, in extruendis & ſtabiliendis arcibus, in armis & machinis comparandis & ritè conficiendis, inexplicabilem in modum ubique præfulget. Ex hujus ignoratione vel contemptu diſciplinæ ferè proveniunt acceptæ clades, expugnatæ arces, exercitus fuſi, aut internecione deleti. Hinc meritò omnes rei militaris Scriptores dilaudant præcipuè commendantque Mathematicarum facultatum peritiam; utque iis Imperatores præſertim & machinarii non ſolum imbuti leviter, ſed quanta maxime diligentia poſſunt, diuturno antea ſtudio inſtructi comparatique ſint, unanimi conſenſione præcipiunt. Quanti verò faciendi ſint a bellicis Ducibus Mathematici & Machinarii, ſatis mihi videor poſſe concludere unius Archimedis exemplo, a cujus excellenti præſtantia, non ſolum Catoptricæ beneficio habemus ſpecula uſtoria, verum etiam egregia inventa operum tractoriorum ex Statica, de quibus juvat hic attexere quæ de eodem poſteris reliquit Plutarchus in vita Marcelli: *Ut verò machinas inſtruxit Archimedes, varia miſſilium genera & immenſæ magnitudinis ſaxa incredibili fragore ac celeritate jaculata, adverſùm terreſtres emittebat copias. Qua in re cum nullus omninò ſeſe ab hiſce tueretur molibus, cum confeſtim proſternerentur, ut quiſque incidiſſet, totaque diſſiparentur agmina, inde trabes e muris repente libratæ, firmiſſimoque deſuper jactæ pondere nonnullas in profundum naves præcipitabant, quaſdam ferreis manibus, & in roſtri gruini modum forcipibus per proram in ſublime raptas cum ſuſtuliſſent in puppim, immergebant: aliæ oppoſitis rotatæ machinis cum ingenti nautarum ſtrage præcipitibus illidebantur ſcopulis. Celſiùs interdum a mari ſuſpenſa navis nunc huc, nunc illuc agitata, horrendum præbebat ſpectaculum, quod ejectis provolutiſque vacuata viris, dum quæ ſuſpenderat catena remitteretur, muris illiſa recideret. Deinde cum ſuam Marcellus machinam junctis ſimul navibus muro admoveret; in hanc dum adhuc procul eſſet, primò unum, dehinc alterum, mox tertium decem talentorum ſaxa ponderis proſiliunt, quæ magno fragore, & quodam tempeſtatis impetu irrumpentia, diſiectis clavis ipſius baſim diſſipavere machinæ.* Et paulò poſt: *Quapropter cum clanculum muro ſuccedere arbitrantur, miſſilibus occurrunt ingeſtis lapidibus, capite ſaucii, & undique e muro perinde ad perpendiculum collabentibus telis obruti, quod ſi retrocederent, pro ſpatio locata jacula, & vaſto cadentia impetu intercipiebant abeuntes; maxima igitur & virorum ſtrages, & navium facta vexatio, cuncta enim fermè inſtrumenta poſt murum locarat Archimedes. Ea propter graviſſima ex occulto perpeſſi Romani adverſum Deos pugnare videbantur.*

Matricula, æ. Catalogus eſt, ſive index militum, quem Latini Veteres Album dixere. Vegetius lib. 1. cap. 26. *Producendi ergo tyrones ſunt ſemper ad campum, & ſecundum Matriculæ ordinem in aciem dirigendi.* Matriculam a matrice deducit Steuvechius ad memoratum locum Vegetii. Incidebantur autem militum nomina in tabula matricularia, ut fuit antiqui moris; ex eadem verò ob delictum delebantur nomina militum: Hinc Formulæ illæ *eradi*, *expungi a militia*.

Mattiarii. Marcellus Donatus dilucid. in Ammianum lib. 21. ad illa verba: *Iter ſuum præire cum lancearìis & Mattiariis*, & *catervis expeditorum jubet*, rem magnopore implexam magis obſcurat. Reputat ſiquidem Mattiarios fuſte capitato ad modum clavæ fuiſſe armatos: trahit nimirum huc vocem Italicam *Mazza*. Sed nos alibi docuimus vocem *Mazza* non fieri a *Mattia*, ſed a *Malleo*. Sed neque uſquam reperio vocem ipſam *Mattia*. Mattam quidem lego apud Ovid. 6. Faſt.

in plauſtro ſcirpea matta fuit.

Exponunt autem Gloſſæ veteres Mattam, ſtoream, tegetem, vel ſimile ſtragulum, ſcirpo junciſque intextum, vel etiam ſtupa, aut craſſiore lana inculcatum. Ejuſmodi Mattas texebant olim monachi, in iiſque dormitabant, ſeſſitabant, & ſuas habebant collationes, ſive conventus Aſceticos, ut multis teſtatum faciunt regulæ S. Pachomii, S. Benedicti, & aliorum. Verùm quis uſque adeo Lynceus eſt utque Apulejus dixit, oculeus totus, ut ullam cognationem inſpiciat inter Mattam Monachicam, & fuſtem nodis aſperum, ſive clavam militarem? Legi etiam mataram, ſive matarem, & inter bellica arma ſuo loco recenſui. Verum illud eſt in genere miſſilium. Sunt demum qui ad Mattiarios pertinere arbitrantur Mattiobarbulos, de quibus loquitur Vegetius lib. 1. cap. 17. Sed nos in explicatione ejus vocabuli notavimus cum Steuvechio non legendum ibi eſſe *Mattiobarbulos*, ſed *Martiobarbulos* Vide ſequentem Titulum.

Mattiarii. Sic dicebatur una ex legionibus ſex Palatinis, quæ ſuberant Magiſtro militum in præſenti. Occurrit in Notitia utriuſque Imperii. Nomen illi ex Mattio, Cattorum oppido, cujus meminit Tacitus lib. 1. *Cattis improviſus advenit Cæſar. incenſo Mattio, id gentis caput eſt.* Cohortem Mattiariorum ſub Juliano Apoſtata floruiſſe author eſt Zoſimus l. 3. Meminit etiam Mattiariorum Ammian. lib. 31. ubi loquens de Valente ita ſcribit: *Ad lancearios confugit, & Mattiarios.* Quidam ſcribunt Martiarios, a Legione Martia ſic vocitatos. Sed retinenda lectio *Mattiarii*.

Mattiobarbulus. Vide *Martiobarbulus*.

Mavors, ortis. Mars. Sic appellatus juxta Ciceronem, quòd magna vertat. Sed plane ſic dicitur figuratè a *Mars*, ut navita a *nauta*, Induperator ab *Imperator*, & ſimilia. Virgil. lib.8.

ſævit medio in certamine Mavors
Cælatus ferro.

Mavortius, a, um. Quod pertinet ad Mavortem, ideſt, Martem. Virgil. lib.3.

Terra procul vaſtis colitur Mavortia campis.

Mavortianus, a, um. Quod eſt Martis, vel Marti dicatum. Hinc.

Mavortianus lucus. Rufus ejus meminit in nona Urbis regione. Ita dictus eſt a Mavorte, cui dicatus, ſacerque, vel prope cujus templum ſitus erat; ſive in Campo Martio, ſive in loco eidem proximo. Nardinus exiſtimat unum ex illis fuiſſe, qui erant porticibus ioterpoſiti, de quibus loquitur Cicero lib.4. Epiſt. ad Atticum: *Metellus eum prima luce furtim in Campum itineribus prope deviis currebat, aſſequitur inter lucos hominem Milo*.

Maxuca, aliis **Mazuca**. Genus clavæ. Ordericus Vitalis lib.8. *Quidam enormis ſtaturæ ferens ingentem Maxucam*. Chronicon Caſaurienſe: *Iſte Presbiter, qui hìc adſtat, cum Mazuca uno ictu confregit tempora mea*. Fit ab Italorum *Mazza*.

Maza, æ. Cibus caſtrenſis, ſeu potius polentæ genus, peculiare Perſarum militum. Vocabulum ipſum Parſicam origioem indicat. Refertur a Xenophonte Cyroped. lib.1. Sunt qui exiſtiment commixtum fuiſſe quiddam ex hordeo, melle, & ſapa. Galenus affirmat tribuendam appellationem illam cuilibet *polentæ* aliquo liquore conſperſæ. De hujus edulii vera præparatione amplius eſt inveſtigandum.

Mechanica, æ. Eadem, Ars, ſive ſcientia Machinalis. Mathematicæ ſubſternitur, ejuſque eſt pediſſequa. Quanvis oec deſunt, qui illam ad ſabrilem artem non penitus rejiciant, verum etiam operum ſuorum cauſas inquirere doceant. Certè ſic illi artes aliæ præſertim Æraria, Ædificatoria, & Materiaria adminiculantur, ut ipſa menſurarum & ponderum, cæterique uſus memoratarum artium momenta expendat, cauſas ſerutetur, conſecuturos effectus adamuſſim calleat. Sub hoc genere multæ continentur facultates, naturæ adiutricea, & ad humani generis utilitatem inventæ. Hujuſmodi ſunt Tractoria, quæ de elevandis oneribus, & ritè collocandis agit: Seanſoria, quæ eatenationes, plexas colligationes, & eriſmatum fulturas examinat: Pneumatica, notione Græca a ſpiritu dicta, quo ſcilicet dilatato, extruſo, vel compreſſo, multa & pulcherrima extundit opera, de quibus vide Vitruvium lib. 10. Præcipua tamen ejus pars illa eſt, quæ Græcanicæ vocis origine Manganica appellatur ab ingenio atque ſolertia. Ea verò in primis agit de machinis bellicis, ad quæ paranda & juſto dimenſu perficienda Machinarii, ſeu Manganarii, militares ſcilicet Architecti, omnes ingenii nervos expromunt. Ea verò præſtant contraria cootrariis nectendo, libramenta verò, æquipoodia, vectes, trochleas, aliaque inſtrumenta, juxta ejuſdem militaris Architecturæ præcepta adhibendo, ut ſic ſcientia machioalis militiæ auxiliatrix accedat, ſuorumque operum niſu laborioſo ad expugnationem, vel propugnationem arcium, & Reipublicæ utilitatem conſpiret; quemadmodum ſcribunt, qui ejuſdem diſciplinæ opera prolixè & accuratè perpendunt; inprimis verò Hero de Machinis bellicis, & Ariſtoteles quæſt. Mechan. Vide *Machina*.

Medici in militia. Satis conſtat, non ſolùm exercitum ſecutos fuiſſe Medicos; verùm etiam inter milites connumeratos. Clarius id, quàm ut dubitare quiſque poſſit, oſtendit tabula anaglyptica Columnę Trajani, ubi cernitur duplici lorica armatus medicus ægrotanti militi manus admovere. Equidem ſcio ad curandos milites evocatos ſæpe Medicos extraneos, iiſque plurimas indultas immunitates, quas cæteroqui ſolius militiæ exercitatione conſecuti eſſent, ſi inter legiooarios fuiſſent adſcripti. Verum vetus diſciplina tenuit, ut iidem & medendi facultati, & militiæ vacareot. Id porrò ab inſtauratore veteris diſciplinæ Trajano Cæſare fuiſſe renovatum, patet ex memorata Medici tabula, cujus deformationem adducit Fabrettus cap. 7. Vetuſtiſſimum verò id fuiſſe inſtitutum maximopere teſtatum facit Homerus, apud quem non ſemel fit mentio Machaonis, qui fuit Æſculapii filius, & medicus vulnerarius præcipui nominis. Is cum Podalyrio fratre, utique facultatis medicæ ſcientiſſimo, cum aliis Græcis ad Trojam profectus Philocteti inter alios opem medicam tuliſſe legitur. Propert. Eleg. l.2.

Tarda Philoctete ſanavit crura Machaon.

De utroque fratre belligerante, imo Ducibus copiarum Homerus Iliad. 2.

His Duces erant Æſculapii duo alii,
Medici boni Podalirius & Machaon:
His triginta concavæ naves ordine ibant.

Euſtathius authoritate Q. Calabri putat artem medendi univerſam ſic inter hos Æſculapii filios fuiſſe diviſam, ut alter vulnera curaret, occuparetur alter circa Pharmaceuticam. Verùm Homerus utroſque vulnerarios, ſive Chirurgos exhibet, idemque ex Homero tradidit Celſus lib. 1. his verbis. *Æſculapii duo filii Podalirius & Machaon bello Trojano Ducem Agamemnonem ſequuti non mediocrem opem commilitionibus ſuis attulerunt: quos tamen Homerus non in peſtilentia, nec in variis generibus morborum aliquid attuliſſe auxilii, ſed vulneribus tantummodo ferro & medicamentis mederi ſolitos propoſuit. Ex quo apparet has partes medicinæ ſolas ab his tentatas, eaſque eſſe vetuſtiſſimas*. De Machaone curante vulnus Menelai ſic Homerus Iliad.4.

Sed quando venerunt ubi flavus Menelaus
Vulneratus erat: circa ipſum vero congregati optimi quique,
Ipſe autem inter medios ſtabat divinus Vir,
Statim ex baltheo bene aptato traxit ſagittam;
Et dum extraheret, fracti ſunt acuti anguli:
Solvit autem ipſe baltheum, & ſubter
Loricæ laminam, quam fecerunt fabri:
Sed poſtquam vidit vulnus, ubi incidit amara ſagitta,
Sanguinem exugens lenia medicamenta peritus
Inſpergebat, quæ ſuo olim patri diligens dedit
Chiron.

Idem Machaon a Virgilio refertur inter eos Græcorum milites, qui in equo deliteſcentes, ad Trojam ſuccendendam atque diripiendam prorupere. Sic enim ſcribit lib.2. Æneid.

Pe-

Digitized by Google

Pelideſque Neoptolemus, primuſque Machaon.
Quibus verbis nec medendi arti admodum honorificè, nec Græci exercitus ſecuritati ſatis conſuluiſſe viſus Poeta, qui medicum eximium, divulſum a copiis armatorum, ubi ejus opera deſiderari in horas fere poterat, in roboreum machinalis equi textum, cum non ita multis conjecerit. Nec verò huic, ut medicè loquar, allevando vulneri quidquam fomenti confert habita a Græcis ſortitio, de qua lib. 2. Æneid.

Huc delecta virûm ſortiti corpora furtim
Includunt cæco lateri....

Nam vel eximi oportuit a ſortitione præſtantem medicum, vel curandum fuit a Vate ſortitionem comminiſcente, ne ejuſdem nomen vel teſſera extraheretur a caſſide. Non aliis opinor vindiciis Virgilium tegi poſſe; quam ſi ſtatuamus Machaonem & Podalirium non adductos fuiſſe ab Agamemnone tanquam medicos, ſed adlectos potius tanquam Duces. Verè enim illuſtres Reguli fuere, qui vim armatorum ingentem ad obſidionem Ilii attulerunt, ut liquet ex indicato ſuperius Homeri loco Illiad. 2. Et Homerus quidem longè præclarius de Arte medica, & ipſo Machaone meritus eſt, cum hunc a Menelao vulneratum, ut refertur Il. l. 11. rapi confeſtim in naves, curarique juſſit, cum illa honoris præfatione: *Medicus enim vir multis aliis anteponendus*. De Podalirio Machaonis fratre non ſemel idem Poeta ſermonem habet. De eodem Ovidius lib. 2. de Art.

Quantus apud Danaos Podalirius arte medendi
Automedon curru, tantus amator ego.

Notiſſimum præterea eſt ex eodem Homero, Patroclum & Achillem non tam virtute militari, quam medendi peritia claruiſſe. Et Achilles quidem diuturno ſtudio deditaque opera medicam Artem condidicit a Chirone Centauro ſuo præceptore. Sunt enim qui unguentum armarium ſive magneticum ab eodem Chirone Achillem didiciſſe memoriæ tradiderint. Sic enim interpretantur originem hiſtoricam haſtæ Græci illius bellatoris quæ ad infligenda vulnera atque eadem ſimul poſtmodum curanda pollens erat. Ovid. de Remed. Amor.

Vulnus in Herculeo, quæ quondam fecerat hoſto
Vulneris auxilium Pelias haſta tulit.

Idem lib. 12. Metam.

Vel cum purpureus populari cæde Caycus
Fluxit; opuſque meæ bis ſenſit Telephus haſtæ.

Scio tamen mirificam illam haſtæ Achilleæ proprietatem referri ab aliis ad Telephum Myſiæ Regem, cum enim vulnus ille ab Achille accepiſſet, Oraculo conſulto, reſponſum tulit, ab eadem haſta ſibi remedium vulneris eſſe quæritandum. Itaque Achilli reconciliatus, ærugine ipſius haſtæ ſanatus eſt. Ejuſdem porrò Achillis magiſtrum & moderatorem Chironem tum armorum tractandorum, tum facultatis medicæ conſultiſſimum conſtat fuiſſe. Habemus id præſertim ex Pindaro Pyth. Od. 3.

Eos itaque quotquot venerunt ad ipſum
Sponte natoram
Ulcerum participes, aut corruſco
Ferro membra ſauciati,
Aut ſaxo eminus miſſo,
Aut æſtivo igne
Conſumpti corpus, aut
Frigore, liberans alium aliis
Doloribus eripuit.
Quoſdam quidem mollibus
Incantationibus tractans,
Quoſdam verò lenia pharmaca
Bibentes, aut membris circumponens undique
Pharmaca, quoſdam etiam ſectionibus,
Stare fecit rectos.

Illuſtravit impendiò Artem medicam fortiſſimus Heroum Hercules, qui illam exercuit, ut tradit Plutarchus in Amatorio, ubi addit quod de Hercule dicitur apud Euripidem, luctatum nempe fuiſſe cum morte, eique per vim eripuiſſe Alceſtidem Admeti ſponſam, ſic eſſe intelligendum, ut Hercules medendi arte peritiſſimus Alceſtin graviter ægrotantem ac pene depoſitam pharmacis ſuis priſtinæ reddiderit valetudini. Uſurpatam a priſcis bellatoribus Heroici temporis peritiam artemque vulnerum curandorum, mirificè, vel affectavit, vel profeſſus eſt Alexander Magnus. Certè Plutarchus in ejus vita non modò ejus artis præcepta ab eo Rege comprehenſa; verùm plurimis eum curationibus regiam manum vulneratis adhibuiſſe, author eſt: *Non enim contemplationibus modò delectatus eſt; ſed & amicis ægrotantibus medicinam fecit; curandique, & victus quaſdam rationes præſcripſit.* Ibidem etiam legitur eundem Ducem inſtruxiſſe Pauſaniam medicum de ratione & modo, quo exhibiturus eſſet veratrum Cratero ægrotanti. Vide Fabrettum de Colum. Traj. cap. 7., ubi veterum Inſcriptionum fide corroborat, quæ diximus de Medicis in exercitu non modo ſtipendia merentibus, verùm etiam arma tractantibus. Quod enim Livius ſcripſit, fuiſſe quidem in caſtris variarum rerum opifices, verùm eos ſtipendia ſine armis meruiſſe; id ſcilicet de privata aliqua expeditione eſt accipiendum. Nam omnis generis artifices in Romano exercitu militaſſe, nos alibi ſatis docuimus. Et hæc quidem intelligenda ſunt de eo Medicorum genere, qui a curandis vulneribus, dicuntur vulnerarii. Nimirum herbarum cognitione, ferrique & ignis uſu vulneribus medelam adhibent. Eos ab opere manuum, vocabulo Græcanico, dicimus Chirurgos. Et eos quidem fuiſſe Medicos omnium antiquiſſimos atque præſtantiſſimos omninò putaverim. Corrupti poſtea mores, & omnigeno luxu vitiata ætas; ad hæc vitia ac præſertim venus & popinæ poſteriorum ætatum novis peregriniſque morbis ingentem feneſtram patefecerunt. Videndus eſt Celſus in Præfat. ubi medicinam illam vulnerariam, ac propriam temporum Heroicorum multis collaudat. Accidit tamen cum morum luxuria & peregrinitate corruptis moribus, morbiſque ingruentibus, ut prior facultas illa non parum vileſceret; & honeſtior haberi cœperit urbana, ut ita dixerim, medicina, quæ febres, aliaque morborum genera, eorumque cauſas, & curationes expendit. Non parum detrahere huic facultati viſus eſt Virgilius lib. 12. ubi loquens de Japi medico eam artem mutam & ingloriam appellat:

Scire poteſtates herbarum, uſumque medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.

Sed Ludovicus a Cerda ad ineundam medicorum gratiam diſtinguit inter clinicen, & empiricen; quarum prior diſputatrix eſt, & methodo philoſophicâ cauſas morborum expendit: altera uſu duntaxat conſtat, atque experientia; recen-

ſetque poſtremò inter Empiricos, non verò inter longè nobiliores Clinicos, Japin Virgilianum. Et quoniam Chirurgi Virgiliani mentio incidit, non fuerit abs re adſcribere ab eodem curatum Æneę vulnus, ut legitur Æn. lib. 12.

Jamque aderat Phœbo ante alios dilectus Iapis
Ioſides: acri quondam cui captus amore
Ipſe ſuas artes, ſua munera lætus Apollo,
Augurium, citharamque dabat, celereſque ſagittas.
Ille, ut depoſiti proferret fata parentis,
Scire poteſtotes herbarum, uſumque medendi
Maluit, & mutos agitore inglorius artes.
Stabat acerba fremens, ingentem nixus in haſtam.
Æneas, magno juvenum, & mærentis Iuli
Concurſu, lacrimiſque immobilis. Ille retorto
Pæonium in morem ſenior ſuccinctus amictu,
Multo manu medica, Phœbique potentibus herbis
Nequicquam trepidat, nequicquam ſpicula dextra
Solicitat, prenſatque tenaci forcipe ferrum.

Quem locum ita reddidit Torquatus Taſſus c. 11.

E già l'antico Erotima, che nacque
In riva al Pò, s'adopra in ſua ſalute;
Il qual dell'erbe, e delle nobil'acque
Ben conoſceva ogn'uſo, ogni virtute:
Caro alle Muſe ancor; ma ſi compiacque
Nella gloria minor dell'arti mute.
Sol curò torre a morte i corpi frali,
E potea far i nomi anco immortali.
Staſſi appoggiato, e con ſicura faccia
Freme immobile al pianto il Capitano:
Quegli in gonna ſuccinto, e dalle braccia
Ripiegato il veſtir leggiero, e piano,
Or con l'erbe potenti in van procaccia
Trarne lo ſtrale, or con la dotta mano:
E con la deſtra il tenta, e col tenace
Ferro il và riprendendo, e nulla face.

Addo quæ de Theodetto medico vulnerario in exercitu Belliſarii habet Triſſinus Ital. Lib. l. 19.

Allor Teodetto medico eccellente
Palpogli con la man dirietro al collo
Legg rmente premendo, e dimandogli
Se dal toccar di lui ſentìa dolore.
Ed ei riſpoſe: sì, ch'ivi mi duole.
Onde l'accorto medico gli diſſe,
Araſſo non vi date alcun penſiero,
Che voi ſarete ſalvo, e l'occhio ancora
Non perderà la luce, e ſarà ſalvo,
Perciocchè il ferro è proſſimo alla pelle.
E così detto ratto ſi diſciolſe
Le maniche dal braccio, e in ſuſo alzolle:
Da poi ſi poſe attorno un drappo bianco,
E primamente gli tagliò quel legno
Della ſaetta, ch'apparia nel volto,
Con un tagliente, ed ottimo coltello:
E poi sfeſſe la pelle in quella parte
Del collo, che più dolve al gran Barone;
E con la tenaciſſima tenaglia
Quindi prendeo l'acuto ferro, e traſſe
Da quella parte fuor l'empia ſaetta;
Ch'aveva in ſe tre ferociſſimi hami:
E così l'occhio ſuo rimoſe illeſo.
Poſcia prendette albume d'uovo, e ſtoppa
Di lino, & ambe gli faſciò le piaghe:
Da poi con ſughi d'erbe, e con unguenti
Sì fattamente gli curò la faccia
Che non v'apparve mai ſegnale alcuno.

2. Fœminas nihilo ſegnius viris rem medicam conſtat exercuiſſe. Oſtendit id Agameda apud Hom. Il. l. 11.

Maximam natu filiam habebat flavam Agamedam,
Quæ tot pharmaca ſciebat, quot alit lata Terra.

Eandem facultatem profeſſam fuiſſe Crocodinen author eſt Ælianus. Medea verò, & Circe prodigioſa quædam patraſſe exiſtimantur, quoniam herbarum peritia maximum in modum excelluerunt. Atqui nullo luculentius teſtimonio eam fœminis laudem aſſeruerim, quam Helenæ exemplo, cum Græcis Proceribus a Menelao convivio exceptis vinum certis quibuſdam ſuccis medicatum propinavit, quo ab eorum animo mœſtitiam omnem ex triſtiſſimis caſibus conceptam deterſit. Tuam, Lector, bonam veniam precatus præfatuſque rem ab Homero narratam Odyſs. l. 4. deſcribam verbis Hieronymi Baccelli vatis Italici, ut ſic nitidiſſimam illi ejus poematis verſionem gratificer.

Onde alla bella, e vaga Elena, figlia
Del ſommo Giove, allor nuovo penſiero
Venne nell'alma, che nel vina infuſe
Ch'eſſi bevean, un prezioſo, & almo
Liquor, che toſto ogni dolor diſcaccia
Dall'alma oppreſſa, e l'ira ſpegne, & indi
Induce dolce, e grazioſo oblio
Di tutti i mali: onde ſe alcun guſtaſſe
Di tal bevanda nella tazza miſta,
Non potria mai per tutto un giorno intero
Sparger dagl'occhi per le guancie l'onde
Del pianto, ed attriſtarſi; ancorche morti
Davanti haveſſe i cari madre e padre;
Nè ſe con gl'occhi proprj anco vedeſſe
Troncar col ferro l'infelici membra
Del frate amato, o del ſuo dolce figlio.

Vetitum quidem per leges fœminis Athenienſibus medicinam exercere. Verum ut ea lex tolleretur, effecit Agnodice, quæ ejus artis periſſima, abſciſsâ comâ, ſumptoque virili habitu, fœminas curabat, detecto clam iiſdem ſexu. Sed cum a Medicis, dolentibus ſe ad fœminas non amplius admitti, coram Areopagitis in judicium traheretur, fœminarum inſuper corruptorem inſimulantibus, illa elatâ tunicâ ſe fœminam eſſe oſtendit. Emendata tunc lex antiquior, & conceſſa mulieribus ingenuis artem medicam diſcendi & exercendi facultas. Author enarrati eventus Hyginus Fabul. c. 274.

3. Ægyptios pcimos mortalium a Pæone medendi artem accepiſſe diſcimus ex Homero Odyſs. l. 4. ubi ſcribit Helenam liquores medicos, & alia pharmaca habuiſſe a Polydamna Ægyptia. Sic autem proſequitur Baccellus.

Così fatti i liquori erano, e i ſughi
Dell'alma figlia del gran Giove eterno;
Ch'eran utili, e buoni, & a lei dati
Polidamna gl'havea di Tone ſpoſa
Nell'alma Egitta, ove la terra eſſendo
Felice aſſai ſopra ogn'altra, produce
Molti liquori, e ſughi utili, e buoni,
Miſti tra loro, e molti triſti appreſſo.
Ivi ciaſcuno è medico perfetto
E più, ch'ogn'altro aſſai perito, e ſaggio;
Ch'origin'anno da Peone antico.

Digniſſimum memoratu eſt quod ſcribit Herodotus in Euterpe; Ægyptios nempe medicos, meden-

dendi facultatem non univerſam ſingulos, ſed diviſis partibus exercuiſſe. Diſcretæ pro morborum claſſibus acies medicorum; ut alii oculos vel dentes, alii alias corporis partes, item febres alii, alii vulnera, & ad hunc modum ſinguli ſingulos curarent morbos, & in eorum indagandis cauſis, remediiſque addiſcendis ætatem contererent, & ſtudium omne conferrent. Non igitur, vix exactâ pueritiâ, poſt deſultorium non ita multorum menſium in noſocomia & ægrotorum domos cum ſenioribus magiſtris excurſum, magiſtri ipſi collatis inſignibus renunciabantur. Non, ab omni ſtudioſi laboris niſu doctrinaque imparati, ad pagos primum & caſtella, mox ad confertas urbes ſtrenuè convolabant, audaciam pro peritiâ in cenſu numerantes in tractatione diſciplinæ, quæ in ancipiti præ cæteris fallacique loco poſita, una omnium graviſſima meritò reputatur. Verum quorſum iſthæc? Fruſtraneum eſt medentium incuriam vel imperitiam incuſare, cum quantamcunque horum ſedulitatem & intelligentiam gliſceos intemperantia, & ſæculi vitia ſuperent. Fac in claſſes, Ægyptio more diſtribusntur procurationes morborum: quid tum? Suos ex adverſo gulæ magiſtros luxuria dividit. Elixas aliis, aliis ſeparatim coquis aſſa committimus. Hic ferinæ, ille altilibus, alius juſculis & conditaneis præeſt. Equidem ad provocandas morborum cauſas, quam ad remedia indaganda ingenioſiores ſumus. Portenti ſimile eſt in deliciis habere vitam, eamque ſimul temerè inconſulteque prodigere. Tantum virium poſſidet ad mores labefactandos præſens voluptas, quæ tanqnam admoto, de quo ſuperius dixi, Helenæ poculo, malorum imminentium oblivionem, aut, quæ poſtrema dementia eſt, contemptum inducit.

Medius, ii. Pro conciliatore pacis, & actore concordiæ. Arbiter idem, judex, caduceator, internuncius, ſequeſter. Cartha Friderici II. Imp. *Epiſcopus Claromontenſis conſtitutus eſt Medius, cujus arbitrio ſtaretur.*

Megadomesticus. Vox ex Græca & Latina dictione conflata. Significat autem Magnum Domeſticum. Fuit Byzantinorum Principum & Græcorum recentium tempore, vulgatiſſima ejus appellatio, qui alio nomine Major domus, Dapifer, Seneſchallus eſt appellatus. Omnium nobiliſſima, ſecundùm Imperatorem & Principem habebatur dignitas. Ejus curæ erat non palatio duntaxat, verùm etiam militiæ, caſtris, & ſtativis præeſſe, ut disertè habetur ex conſtitutione Curopalatis per hæc verba: *Præfectus Exercitus caſtrorum ſedem, ſed dijudicante Megadomeſtico, luſtrat & eligit. Cooptato deinceps Imperatori loco, decernit Megadomeſticus, quinam a fronte, quinam a tergo, quinam a lateribus debeant conſiſtere; & ubinam ſingulorum Principum vexilla ſtatuenda fuerint. Manent tamen hæc omnia contis, & thecis ſuis involuta, donec explicentur Imperatoria. Megadomeſtico tamen ſua etiam prius explicare licet. Prinſquam verò conſidet exercitus, excubiarum Præfectus, ſeu Drungarius biglæ, mandato Megadomeſtici, vigilias diſponit. Diurno tempori ſagittarius, nocturno equites, quibus certas ſtationes attribuit. Vigilias omnes obeunt, etiam ipſi Imperatoris filii, quia partes ſunt Foſſati: non tamen Megadomeſticus, quia ipſe univerſi princeps eſt & caput, teneturque ubique, prout fert occaſio, protinus adeſſe, ne hoſte ſubito irruente, exercitus ſine Duce deprehendatur.*

Megaducas, aliis Megalnucas. Scriptoribus Byzantinis eſt maris Præfectus. Pachym. Hiſtor. Michael. lib. 6. cap. 24. *Hinc enim illum poſtulatum Majeſtatis, quaſi conatum in ſe concitare Occiduorum Dynaſtas tractaum comprehendi curavit per Icarcum, titulo & honore Megaducis claſſi Præfectum.* Vides vocem eſſe hybridam, Latinè reddendam *Magnus Dux*: quod ſæpè faciunt Scriptores Græci poſteriorum temporum, Latina vocabula Græcis copulantes. Vide Meurſium.

Megarenses neque tertii, neque quarti. Vetuſtiſſimum adagium: licet de Æglnenſibus alii dictum prædicent. Dicitur de ignavis contemptiſque, ac nullius pretii hominibus. Ortum ab Æginenſibus, qui cum Ætolos debellaſſent, Apollinis Oraculum rogarunt, quinam eſſent Græcorum fortiſſimi. Reſpondit autem Oraculum poſtremos omnium eſſe Æginenſes. Oraculi verò reſponſum hujuſmodi fuit.

Theſſala equa præſtat reliquis, mulierque Lacæna.
Porrò viri potant qui pulchra fluenta Arethuſæ.
Has quoque præterea mediæ gens incola vincit
Tirynthi, Arcadiæque bidentibus inclytæ albis,
Argivi ſtimulis bellorum, armiſque potentes.
At vos Ægini, neque tertius accipit ordo
Nec quartus, neque biſſenus, neque denique veſtri
Ulla uſquam ratio eſt, nuſquam numeruſque, locuſque.

Memnon, is. Auroræ & Tithoni filius. Regnum habuit in Æthiopia, ex qua præſtantes eduxit copias in bellum Trojanum, & Priami patrui auxilium. Verùm infelicem vitæ exitum invenit Achillis manu interemptus. Virgil. lib. 1. Æneid.

Eoaſque manus, & nigri Memnonis arma.

Ovid. Metam. lib. 13.

Phrygiis quem lutea campis
Vidit Achillea pereuntem cuſpide mater.

De hujus cineribus in aves converſis vide Ovidium ibidem. De ejuſdem ſtatua vocali conſule Mythologos.

Menalippus. In bello Thebano Tydeum occidit. Verùm hic vitam ſuſtinuit, donec Menalippi caput, quod abſcindi amicos rogaverat, in mortis ſolatium dentibus dilaniavit. Vide Statium lib. 8.

Menaulum. Jaculi genus eſt, cujus meminit Leo Imperator in Tacticis; ſed ſolus, quod ſciam, meminit.

Menetum, i. Dictum quaſi minutnm, quod tenuem & acutum ſonum reddat. Genus cornu, vel buccinæ, & fortaſſe idem ac Gracilis, de quo ſuo loco eſt dictum. Leges Foreſtarum Scotic. cap. 2. *Debet crucem facere in terra, vel arbore, ubi animalia inveniantur, & ter cornuare Menetum.* Quid ſi Menetum dicatur a verbo Minurire, qui palumbis ſonus eſt peculiaris? Spartianus in Getam. *Agni balant, porcelli grunniunt, palumbes minuriunt*; quaſi ejuſmodi buccinæ, vel cornu ſonus gracilitate ſus imitetur ſonum palumbium. Minuritiones autem dictas invenio apud Feſtum & authorem veteris vocabularii earun-

rundem palumbium exiles & fere querulos ſonitus.

Mensa, æ. A menſæ accubitoriæ figura quadrilatera alias in re bellica ſignificationes ſuſcipit. Præcipue verò ſumi ſolet in Balliſta & Catapulta pro ea machinæ jaculatoriæ parte, quæ brachia, ſive alas machinæ & totum pegma ſuperimpoſitum ſuſtinet. Non ſemel in hac uſurpatione legitur apud Heronem de Machinis bellicis, & ſic ulterius explicatur a Turnebo Adverſ. lib. 2. cap. 5. *Menſa interior eſt, & media inter duas hinc inde ſcutulas, conſtatque regulis diapegmatis, & tabulâ inter regulas & diapegmata collocatâ.*

Mensa militaris. Ab omni cupediarum lautitia, & paulò quæſitiore cultu paratuque abhorrebat, Neque verò ſolùm admodum parcus erat cibus, qui viritim e dimenſo diurno ſumebatur, ſed ipſa Imperatorum menſa, cum Duces alios & Præfectos ad prandium vocarent, erat prolixè frugalis. Aſſæ carnes adhibebantur. Aſſæ autem dicuntur quę ad ignem ſolùm ſunt coctæ ſine alio condimento. Nam Veteres *aſſum* ſolum dicebant. Inde aſſa vox, quæ ore tantùm profertur ſine tibiis. Obſervandum eſt antiquiſſimum fuiſſe coquendi modum, aſſationem, & propriam temporum Heroicorum. Homerus certè, Poetæque veteres aſſas carnes Diis ſuis & Heroibus apponebant. Id verò non ſolùm in uſu fuit, quoniam ſimpliciſſimus eſt cibus, ſed quia & minimum requirit temporis pro coctura; & robuſtiora efficit corpora. Elixæ quippe carnes, quæ aquà mollitæ decoctæque ſunt, delicatioria cibi genus, minuſque vegetum firmumque meritò reputatur.

2. Atque hic obiter ſententiam meam aperiam ſuper controverſia de cibo, qui peculiaris fuerit temporum Heroicorum; ac præcipue an fuerit tunc in uſu comeſtio carnium elixarum. Negant id factum antiquitùs viri docti, quoniam, ut dixi, id genus edulii non ſolùm eſſet mollius & delicatius, verùm etiam plurimum temporis depoſceret ad cocturam. Nituntur autem potiſſimum teſtimonio Athenæi lib. 1., ubi tradit toſtas igni carnes fuiſſe Heroum peculiares, utpote quæ duriores eſſent; & prunis ſuperiniectæ tumultuariò caperentur, & minimo temporis diſpendio. Neutiquam verò uſitatas elixas carnes, quæ ſua mollitudine parum eſſent accommodatæ Heroum palato, qui victum ad naturæ neceſſitatem, non ad delicias quærerent. Adducitur inſuper teſtimonium Eubuli Comici apertè teſtantis ex Homero, Heroum tempore nec piſces nec elixas in uſu fuiſſe carnes. Idem clarè traditur a Servio ad illud Virgilii Æneid. 1.

Littore abena locant alii,

Atque iterum lib. 5.

Ordine abena locant alii,

Ubi Servius: *Abena, quibus lavabant carnes, non elixabant. Nam Heroicis temporibus non veſcebantur elixis.* Atqui adversùs hæc teſtimonia ſtrenuè confligunt non pauca Scriptorum veterum loca, quibus elixarum carnium eſus aſſeritur Heroum ævo. Et ipſe quidem Athenæus eodem libro tradit ex Homero a Procis projectum fuiſſe adversùs Ulyſſem pedem cocti bovis; quæ plane bovis pars elixari quidem poterat, nullo autem pacto torreri. Idem tradit Euſtathius ad præfatum Homeri locum. Adde illud Ovidii Metam. 6. de convivio Terei:

pars inde cavis exultat abenis,
Pars verubus ſtridet.

Et illud Senecæ in Thyeſt. de convivio Atrei:

Hęc verubus hęrent viſcera, & lentis data
Stillant caminis ilia, flammatus latex
Querente abena ruſtat impoſitas dapes.

Atque iterum Ovid. de Bauc. & Philemon. lib. 8.

furca levat ille bicorni
Sordida terga ſuis, nigro pendentia tigno,
Servatoque diu reſecat de tergore partem
Exiguam, ſectamque domat ferventibus undis.

Idem denique lib. 1. de Lycaone;

Atque ita ſemineces partim ferventibus artus
Mollit aquis, partim ſubjecto torruit igni.

Vides extare apud veteres Scriptores pugnantia prorſus teſtimonia de eſu carnium elixarum Heroum ætate. Præclare tamen illa conciliat Jacobus Mazzonus Diſeſ. Dant. part. 1. cap. 19. ubi ſtatuit aliud eſſe quærere utrum Heroes adhibuerint carnes elixas; aliud, utrum Heroum tempore eædem carnes in uſu fuerint apud alios non Heroes, Negat primum doctiſſimus Criticus; alterum in more fuiſſe poſitum non diffitetur. Atque idem procul dubio licebit animadvertere ex allatis Scriptorum locis, in quibus nullos Heroes obſervabis elixas manducaſſe carnes; eaſdem verò attigiſſe non ſemel Heroum tempore non Heroes. Vulgatior tamen apud Veteres & frequentior carnium coctura per aſſaturam erat: ex quo non deſunt, qui vocem *obſonium* ex themate Græcanico deducant ab aſſando, ut proprie de aſſatis piſcibus, qui uſitatiſſimi tunc erant cibi genus, dicatur obſonium.

3. Licet autem in approbanda militum frugalitate conveniant Scriptores Polemici, diſſentiunt Hiſtorici tamen, ubi de caſtrenſibus eduliis variarum gentium ſermonem conferunt. Cerealia primùm omnium, & reliquis frequentiùs, recenſent, videlicet vim frumenti, farris, orizæ, hordei, milii, avenæ, & frumenti, quod populari vocabulo Saracenicum vocant. Connumerantur aliis legumina, tanquam Cerealium ſuccedanea: piſa ſcilicet, fabæ, phaſeoli, lentes, cicerculæ, aliaque ejus generis. Tenui hæc & parca dimenſione erogabant idonei curatores. Cavendum autem ne id contingat, ut per ingluviem & licentiam abſumantur brevi, quæ adversùs diuturnas neceſſitates proviſa ſunt atque congeſta. Nam licet duorum vel trium menſium cibaria efferre domo ſolerent milites, non tamen cuilibet erat integrum ad ſatietatem convectis uti, ſed expectandum erat imperium diſpenſatorum, qui æquis portionibus rem eſcariam viritim diſtribuebant. Galenus lib. 1. cap. 11. polentas aliquando in uſu fuiſſe teſtificatur, verùm poſtea rejectas ſubmotaſque propter cibi imbecillitatem, ſtomacho militari & viribus miniſtrandis minimè congruentem. Ea verò memorati Scriptoris ſunt verba: *Veteres autem militibus etiam polentam præbebant; Romani tamen milites ipſius imbecillitatem damnantes, eâ non amplius nunc utuntur, exiguum enim corpori alimentum dat, privatis quidem, & omni exercitatione abſtinentibus ſatis multum, iis autem, qui quoquo modo exercentur, minus quam ſat eſt.* Jam verò Spartanorum jus ex nationis ingenio ruditer craſſeque confectum, notiſſimum eſt. Illud olim cum faſtidiret Dionyſius Syracuſanus, reſpondit e popularibus quiſpiam, deeſſe Regi delicatulo condimentum, & embamma ſubtriſti edulio tempe-

rando

Google

rando idoneum, nimirum pugilatum, luctationem, curſumque ad Eurotam. De Maza, quod militare erat edulium, Perſarum peculiare, vide proprio in loco.

4. In primis vero frugalitas docetur Ducis exemplo. Ex hujus parco cibatu ad parſimoniæ normam copiarum omnium menſa caſtrenſis exigitur. Docuit id prolixo ſed eleganti ſermone Latinus Pacatus, ubi de Theodoſii Cæſaris menſa ſcribit in hæc verba: *An quis ferret moleſtè ad Principis ſe met modum coerceri? aut ſubtractum ſibi doleret ſtipendium privatæ luxuriæ, quum videret Imperatorem rerum potentem, terrarum hominumque dominum, parcè contempteque viventem, modico & caſtrenſi cibo jejunia longa ſolantem? ad hoc aulam omnem Spartanis gymnaſiis duriorem, laboris, patientiæ, frugalitatis exemplis abundantem, neminem unum inveniri, qui auderet ad penum regiam flagitare remotorum littorum piſcem, peregrini aeris volucrem, alieni temporis florem? Nam delicati illi ac fluentes, & quales tulit ſæpe Reſpublica parum ſe lautos putabant, niſi luxuria vertiſſet annum, niſi hybernæ poculis roſæ innataſſent, niſi æſtivam in gemmis capacibus glaciem falerna fregiſſent. Horum gulæ anguſtus erat noſter orbis. Namque appoſitas dapes non ſapore, ſed ſumptu æſtimantes, illis demum cibis acquieſcebant, quos extremus Oriens, aut poſitus extra Romanum Colchus imperium, aut famoſa naufragiis maria miſiſſent, quos invitæ quodammodo reluctantique naturæ hominum pericla rapuiſſent. Ut taceam infami ſæpe delectu ſcriptas in provinciis aucupes, ductaſque ſub ſignis venatorum cohortes militaſſe conviviis: nonne cognovimus cujuſdam retrò principis non prandia ſæpe, ſed fercula ſeſtertium millies æſtimata patrimoniorum equeſtrium pretia traxiſſe? Tuæ Imp. epulæ menſis communibus parciores locorum ac temporum fructibus inſtruuntur. Hinc certatim in omnes luxuriæ pudor, parſimoniæ cultus inolevit, & quieſcentibus legum minis, ſubiit quemque privatim ſui pœnitentia. Sic eſt enim, ſic eſt, exaſperat homines imperata correctio, blandiſſimè jubetur exemplo.*

5. Privati verò milites, cum in ſuis cœnitarent tentoriis, ſummam temperantiam adhibebant. Ad frumentum ſcilicet, quod viritim non admodum largè diſpenſari ſolitum fuiſſe notavimus alibi ex Polybio, ſalem, aliquid leguminis, particulam laridi anguſtè dimenſa omnia adiiciebant. Plutarchus in Craſſo: *Evenit, ut poſt tranſitum fluminis, cum emetirentur neceſſaria exercitui, primum omnium darent lentem, & ſalem.* Syneſius etiam hæc habet de Caro Imperatore: *Cœna autem erat e piſis pulmentum pridianum, & in ipſo fruſta aliquot ſalitæ ſuillæ carnis.* Adde Vulcatium in Avidio. *Præter laridum ac buccellatum, atque acetum, militem in expeditione quidquam portare prohibuit.* Et hi ſunt, qui paſſim a Scriptoribus vocantur cibi caſtrenſes, vel militares; quorum eſu gregariis militibus exemplo præſtitere ſummi Imperatores: quod ſuperiùs demonſtratum eſt; nec alia quædam exempla gravabor adſcribere, cum nulla re magis, quàm imitatione Ducum milites accendantur, & ad omnem laborem fortiter ferendum obſtinent animum. Annibal, cum ſub Aſdrubale militiæ tyrocinium poneret, caſtrenſis frugalitatis exemplis reliquis prælucens, jam tum ſcilicet ſummam rei militaris intelligentiam expromebat. Nam & ſagulo tectus nudà cubabat humo, vinoque abſtinebat, panem verò nonniſi ſubcinericium, ac temerè negligenterque in carbonibus decoctum adhibebat. Idem de Epaminonda Thebanorum Duce, & de M. Catone legimus. Caracallam verò, quem defloreſcente Imperio, remiſſaque priſcorum virtute & parſimonia floruiſſe certum eſt, parciſſimo uſum victu, memorat Polyænus: pane verò veſci ſolitum, manu ſua molito, neque in clibanis aut furnis decocto, ſed prunis ardentibus tumultuarie impoſito. Spartianus de Peſcennio ſcribit, in omni expeditione militarem cibum ſumpſiſſe ante papilionem. Idem tradit Lampridius de Alexandro. Ideo nolebant Duces piſtorum operam comparari a militibus; ſed panes ſubitarios ab iiſdem ſumi, molis manuariis propriaque molitos manu, & carbonibus incurioſè decoctos. Hinc fiebat panem militarem gravem fuiſſe, ponderoſum & madidum, quam ob cauſam, ut ſcribit Plinius lib. 18. cap. 9. tertia portio ad grani pondus accedebat, ex quo militaris panis conficeretur. Quod autem potionem attinet, memorandum inprimis effatum eſt Peſcennii apud Spartianum. Cum enim apud Ægyptum vinum ab eo milites peterent, reſpondit: Nilum habetis, & vinum quæritis? Inter primas Athenienſium leges referebatur, quæ vinum prohibebat in caſtris, capitis pœnâ iis propoſitâ, qui illud toto belli tempore deguſtarent. Nam, præterquam quod innumeris morbis ea lege viri ſapientes occurrebant, tollebant etiam de medio ſcortationes, homicidia, ſeditiones, quæ minime dubium eſt facilè provenire a vinoſis & ebrioſis. Aqua igitur communiſſimus apud Veteres in caſtris potus, cui ad excitandum ſaporem, aceti paulùm admiſcebant, quam potionem vocabant Poſcam. Vide *Poſca*. Sic autem Plutarchus ſcribit de Catone Cenſorio: *Aquam bibit in militia, niſi ſi in acri ſiti & calore acetum poſceret.* Carthaginienſes, quorum procul dubio ſolertiſſimum atque graviſſimum regimen fuit, cives ſuos a vino jubebant abſtinere, quandiu in armis eſſent. Menſarum verò rara, ubi de militibus agitur, apud Scriptores mentio. Editis propere ceſpitibus pro menſis utebantur. Lucan. lib. 4.

Pax erat & caſtris miles permixtus utriſque
Errabat, duro concordes ceſpite menſas
Inſtituunt.

Non alium in modum Tiberium in militia eſitaſſe author eſt Svetonius in ejus vita. Hæc verò priſcæ inſtitutionis Ducumque frugalitas faciebat, ut eo enixiùs impenſiùſque commeatus, reique cibariæ, quæ ex uſu belli ſatis eſſet, rationem ducerent. Habere ſcilicet voluerunt milites quæ ad commodam ſuſtentationem facerent, ne cogitarent ipſi quod aliis per vim aut dolum malum auferrent. Cincti autem prandebant viri militares, præcipue verò cum illos Imperator menſâ ſuâ communicabat. Quemadmodum enim non licebat ad Imperatorem accedere Magiſtratibus, niſi cum ſuis inſignibus, nec forenſibus viris, niſi cum toga, ita nec militibus niſi cum chlamyde & baltheo. Vide Salmaſ. in Hiſt. Aug. Stantes fere etiam cibum ſumebant. Liv. l. 35. *Citatoſque ſingulos jurejurando adegit, niſi quibus morbus cauſa erit, non aliter quam ſtantes cibum potumque, quoad ſtipendia facerent, eſſe*

ca-

capturos. Ammianus de Juliano. *Stans interdum more militiæ cibum brevem vilemque ſumere viſebatur*. M. Florus, ſivè Poſthumius Junior Declam. 3. *Cum alii excubent armati, alii clauſtra portarum tueantur: alii vallum foſſamque ſcutis innixi cingant, cibum ſtantes capiunt, Tribunus inter ſcorta volutabitur*. Hoc verò eſt, ut Pithęus explicat, quod apud Mamertinum legitur, prandium ſtatarium.

6. Illud inter alia beneficia pręſtat temperantia, quod corpora reddit minime protenſa in ſuperfluam damnoſamque pinguedinem & arvinam, quæ obtundit animos & ita obſidet, ut nec audere, nec cogitare quidquam ardui facinoris poſſint. Eam ob cauſam vapulabant apud Lacedæmonios, qui in militari cenſu vehementer craſſi opimique eſſent deprehenſi. Qua ſuper re neſcio quid nimis religioſum & abſurdum inſtitutum fuiſſe legimus apud Ælianum lib. 14. Var. cap. 7. nimirum. *Ut decimo quoque die Ephæbi ad unum omnes ſe coram Ephoris publicè ſiſterent: ac ſi eſſent ſolida corporis habitudine, validique, & quaſi ſculpti ex certaminibus, & tornati, commendabantur: ſin aliquod membrum illis eſſet turgidum, vel molle, ob ſuppoſitum & ſuccreſcentem ex ocio pinguedinem, verberabantur*, Et quidem eodem Hiſtorico teſte lib. 12. Nauclidem ventre turgidiorem, & prænitidum Ephori e concione abire juſſerunt, eidem exilium interminati, niſi nimium ſaginato ſaburratoque ventris aqualiculo medicinam in poſterum adhibuiſſet. Videant quantopere ab ejus parſimoniæ exemplis diſſonent, qui inter militiæ ſocios adnumerant ſartores, coquos, cupedinarios, aucupes, alioſque doctioris gulæ miniſtros: & exquiſitam etiam ſupellectilem, vaſa argentea, omnemque rem ſympoſiacam cultu nitido ac pretioſo curant in caſtris, cum Antiquis convivalia ſarcina, nihil præter ollam æneam & unum poculum contineret. Quid enim maſculæ virtutis reliquum fore putandum in iis eſt, qui lurcones & paraſitos agunt ſub galea, omnique comeſſationum genere ferociam atterunt, utque voracitatem ventris expleant, ignaviâ deſidioſâ elangueſcunt. Ea hoſtium ingluvie, & voluptatibus, quas e ſumptuoſa ciborum copia enaſci promptum eſt, opportune frequenter ſunt uſi ſolertiſſimi Duces, ut eos nimirum non tam armis, quàm propriis ipſorum vitiis ſuperarent. Tradit id Juſtinus lib. 1. de Cyro, qui Lydiis bello iterum victis equos quidem & arma ademit, verum iiſdem omnem in conviviis vinolentiæ licentiam, lautiſſimum victum, ganeaſque & cauponas indulſit, ut effœminati mollicie ad priſtinam virtutem redire non poſſent. Phalaris etiam convivia & gulæ lautitias omnes Leontinis reliquit, ut faciliùs armis vinceret, quos prius gula & inertia viciſſent. Non impari ſolertia uſus eſt Agricola apud Tacitum in ejus vita, ut pertimeſcendam cęteroqui Britannorum virtutem infringeret: *Sequens hyems ſaluberrimis conſiliis abſumpta eſt, ut homines diſperſi ac rudes quieti & otio per voluptates aſſueſcerent*. Contra verò victus potuſque ratio ad temperantię normam exacta mirandum in modum vigorem mentis intendit, vireſque non modo animorum, verum etiam corporum conciliat atque corroborat. Cęſar adverſus Nervios pugnaturus, cum de illorum prius moribus ſciſcitatus eſſet populares, ubi intellexit interdictum illis vini uſum, cibatu minimo vitam perdiu ſuſtentare, cognovit ſtatim, atque ingenuè apud ſuos profeſſus eſt adversùs fortiſſimam gentem ſibi bellum futurum. Eam porrò cauſam reddidit Xenophon l. 1. Cyroped. quamobrem Perſarum validiſſima eſſet in armis natio, nimirum, quòd præter naſturtium nihil aliud ad panem adderet: de ejuſdem populi tenui exilique victu ſic ſcripſit Ammianus lib. 23. *Munditias conviviorum & luxum, maximeque potandi aviditatem vitant ut luem; nec apud eos extra regales menſas hora eſt præſtituta prandendi. Venter unicuique velut ſolarium eſt, eoque monente, quod inciderit, editur*. Non igitur in Perſarum caſtris ulla gulæ irritamenta, vel dulciaria, ſed obviis fluminibus ſedare ſitim abundè erat, pane verò & naſturtio jejunium exſolvere. Turpiſſimum merito reputabant gula & ebrietate prius vinci, quam hoſtes ſuas machinas expedirent; nec tam adverſariorum armis, quàm propriæ intemperantiæ vitio ſuccumbere, ut olim Ilio contigit, de quo Virgil. 2. Æneid. *Invadunt urbem ſomno vinoque ſepultam*.
Vide *Luxus militaris*.

Mensa Rotunda. Athenęus lib. 4. refert, Gallos Duces equiteſque rotundis menſis circumſedere conſueviſſe, adſtantibus a tergo eorum armigeris. Vetus illud Gallorum inſtitutum renovatum eſt ab Arturo Anglię Rege, cujus rotunda, ut vulgò dicitur, Tabula, latiſſimam celebritatem obtinuit. Cum enim in ejus Regis aula armorum peritia & generis nobilitate multi pręſtarent, ne ex pręrogativa loci jurgia & diſſidia naſcerentur, inventum eſt, ut ad orbicularem menſam cibum caperent. Triſſinus Ital. Liber. l. 11.

E però ſempre il Corretor del Mondo
Fece la noſtra compagnia del Sole
Sedere ad una Tavola ritonda,
Ove ciaſcuno è l'ultimo, e'l primiero,
Sol per moſtrar l'egualità di tutti.

Diſcumbere autem ad Regis Anglici menſam non licebat, niſi eximia proſapia & rerum in bello geſtarum claritate viris. Arrepta avide ab aliis nationibus circularis ejus menſæ ritus. Ii porrò fuere, qui Paladinorum poſtea, & equitum errantium nomine in omnium ore verſati ſunt. Excellenti quidem in armis virtute & præclarè geſtis inſignes illi extiterunt; ſed Gallici, Hiſpani, & Itali Fabulatores, ingenio, creandæque apud talia legentes oblectationi ſupra modum indulgentes, eorum facinoribus ex Poetico promptuario, longa ſyrmata, immenſas lacinias, audaciſſima nimirum commenta, atque adeo, ſi Deo placet, omnem fidem ſuperantia adjecerunt. Neque enim ſatis habuere eorum equitum res geſtas augere, extendere, & plura comminiſcendo ita majora facere, ut a veri cognatione quadam & ſimilitudine nunquam diſcederent; quod eſt a Græcis & Latinis vatibus obſervatum; ſed, omnibus præceptorum, & Poetici decori frenis excuſſis, nihil humanarum virium memores, modò ingeniorum libidini obſequerentur, affiniane vero, an prorſus incredibilia dicerent, nihil penſi habuere. Hinc neſcio qua Magicarum excantationum facultate corpora a vulneribus immunia reddita, arma felici ſemper ſucceſſu exercita. Hinc equi alati uſque ad Lunæ penetralia cum equitibus advolantes: erecta illicò, & ſi opus fuerit, diruta admirandi operis ædificia, aliaque hujus generis, quæ nec Phæaces crederent;

Digitized by Google

rent; ipſi verò venditant, tanquam certiora, quàm quæ ad Sagram geſta ſunt. Bojardus Orland. Innamor. Caot. 1. ad rotundam Menſam aſſediſſe ſcribit Carolum Magnum Cæſarem, cum inſignes ludos equeſtres eſſet editurus:

Rè Carlo Mano con faccia gioconda
Sopra una ſedia d'or tra Paladini
Fu ripaſato alla menſa ritonda.

Admirabile verò inprimis eſt, quod ſcribit de numero equitum, qui ad regias illas diſcubuerunt epulas:

Già s'appreſſava quel giorno, nel quale
Si dovea la gioſtra incominciare;
Quando il Rè Carlo in habita reale
A la ſua menſa baea fatta invitare
Ciaſcun Signore, a Baron naturale,
Che venner la ſua feſta ad bonorare.
E fura a quella menſa gl'invitati
Ventiduo mila, e trenta annoverati.

Ea porrò celebritas fuit Menſæ rotundæ ut interdum accipi illa ſoleret pro univerſo cœtu ordiois & militiæ equeſtris, & Paladionrum cooventu, aulaque ipſa regia apud Gallos & Anglos. Noo obſcurè id indicat idem Bojardus Cant. 2., ubi Grandonium inducit ſic illudentem Proceribus Gallicis.

O Paladini ò gente da triucare,
Via, a la taverna gente ſenza verbo;
Io d'altro che di coppa sò giocare.
Gagliarda è queſta tavola ritonda
Quando minaccia, a nau v'è chi riſponda.
Quando il Rè Carlo intende tant'oltraggia,
E di ſua corte cosi ſatta ſcorno,
Turbato ne la viſta, e nel coraggio
Con gl'occhi acceſi ſi guardava intorno.

Accipitur etiam non ita rarò Menſa rotunda pro equeſtri decurſione, pugnaque ludicra, vel haſtiludio, obiri ſolito a certo definitoque militum genere illuſtrium numero. Sic autem appellatur imaginaria illa dimicatio, quoniam ante prœlia & velitationes illas, cibum ad menſam orbicularem ſimul amicè capiebant, a tergo adſtantibus armigeris cum domioorum ſcutis. De Menſa rotunda pro haſtiludio ita ſcribit Matthæus Pariſ. An. 1252. *Congregati ſunt igitur in multitudine gravi & copioſa valde (ad numerum militarem, qui Menſa rotunda dicitur) tam Norenſes, quàm Auſtrales—& ſecundum quod conſtitutum eſt in illo ludo Martio, illa die & craſtina quidam milites Anglici ſtrenuè nimis & viriliter & delectabiliter, itaut omnes alienigenæ ibidem præſentes admiraremur, jocabantur.* Cæterum Menſæ, ſive, ut populari ſermone dicitur, Tabulæ rotuodæ origo & inſtitutio ita traditur a Thoma Valſinghamo in Eduardo I. Angliæ Rege an. 1280. *Illuſtris miles Rogerus de Mortuomari apud Kelingvvorthe, ludum militarem, quem vocant Rotundam Tabulam, centum militum, ac tot Dominarum conſtituit, ad quam pro armorum exercitio de diverſis regnis confluxit militia multa nimis.* Menſuram verò modumque exædificatæ Tabulæ rotundæ, ſic exponit idem author an. 1344. *Rex Eduardus fecit convocari artifices ad caſtrum de Windeſore, & cæpit ædificare domum, quæ Rotunda Tabula vocaretur. Habuit autem ejus area a centro ad circumferentiam centum pedes, & ſic diametrum ducentorum pedum erat.* Verùm propterea quod ſapiens & utile inſtitutum in rixas progreſſu temporis & immortalia familiarum odia abiit, contigit poſtea ut ejuſmodi ludicræ Monomachiæ, ad evitanda magoarum cladium ſemina, ſeveriſſimis proſcriberentur legibus. Bulla Clementis V. Pootificis: *Quin etiam in faciendis Juſtis prædictis, quæ Tabulæ Rotundæ in aliquibus partibus vulgariter nuncupantur, eadem damna & pericula imminent quæ in Torneamentis prædictis, ideircò certâ cauſâ idem jus ſtatuendum exiſtit.* Inconfeſſo eſt apud Scriptores equeſtrium ludicrarum decurſionum, omnia fere exercitamenta bellica, quę a viris coospicuę proſapię, avidiſque glorię militaris fieri ſolent vario & multiplici equorum flexu atque circuitu, Torneameoti nomine contineri, quod purgatiores Latini Trojam, Ludos Trojanos, vel Haſticos vocant. Verùm quoniam diverſitas cum natioonm, tum temporum novas ſubinde leges atque conventiones, figuras etiam ad excurrendum novas, atque alia præ aliis armorum genera invexit, idcirco ſi non amplum, aliquod certe diſcrimen fuit inter Juſtas, & Tabulam rotundam, quæ tamen ſub genere Torneamenti plerunque cenſeri ſolent. Exiſtimant verò plerique Tabulam rotundam fuiſſe decurſionem plurium utrioque equitum illuſtrium, & quaſi numeroſam Juſtam. Meminit Tabulæ rotundæ pro genere decurſioois Matth. Pariſ. An. 1252. *Milites ut exercitia militari peritiam ſuam & ſtrenuitatem experirentur, conſtituerunt unanimiter, non in Haſtiludio illo, quod communiter & vulgariter Tornaamentum dicitur, ſed potius in illo ludo militari, qui Menſa rotunda dicitur, vires attentare.* Vide Danielem Huetium Fabular. Romanenſ. Joannem Baptiſtam Pigos, Romanzi: Joannem Baptiſtam Giraldi, Romanzi. De ipſa verò Menſa Rotunda conſule Aloyſium Alamaoni io Etruſco Poemate, *Giron Corteſe*, in epiſtola nuncupatoria ad Henricum Regem Galliæ.

MENSORES. Quid muneris horum ſit in re bellica, docet Vegetius l. 2. cap. 7. *Qui in caſtris ad podiſmum dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant.* Itaque ubi ponenda eſſent caſtra, Menſores prævestigabant naturam ſoli, ejuſque ambitum & habitudinem, ut bellatorum numeros commodè recipere, operibus verò communiri aptè concludique poſſet. Ea demum curabant omnia, quæ ad probè capienda ſpatia caſtrorum conducuot. Præterea Menſorum erat, exercitu vel parte exercitus iter faciente, dare operam ut tuta prius via ſterneretur, explorato locorum ſitu, curatis pontibus ad fluviorum trajectus, & exæquatis qoantum fieri poterat, cumulis & verrucis, præſertim equitatu ſuperveniente. Proſpiciebant porrò, ut interjecta nemora, anfractuſque & montes obvii vitarentur; ne copiæ io arcto poſitæ neque ultra procedendi, nec gradum retrahendi facultatem haberent. Præterea in oppidis hoſpitia providebant, manu deſignantes notanteſque domos popularium ſingulis militibus attributas. Neque enim in Duces alios permanavit exemplum Sertorii, qui, teſte Plutarcho in ejus vita, cum io Hiſpaniam veniſſet, liberos eſſe juſſit provinciales ab hoſpitiis militum. Imo in urbium conſpectu tabernacula io ſuburbanis defigebat, ibique cum ſuis hibernabat, non commeatu imperato, non pecunia, aut alio qnolibet onere gravatis oppidanis. Cavebant autem Menſores, ne milites domos

mos ingreſſi quidquam dominis incommodarent, præter ædium partem ipſis adſcriptam; nam potior dominis relinquebatur. Vetitum autem legibus, & potiſſimum l. 2. C. de Metatis, & Novella 129. ut quidpiam miles hoſpitem poſtularet. Non oleum, non culcitam, non quidlibet e penu vel ſtabulo licebat expoſcere. Nam provinciarum Præſides comparare omnia, in promptuque babere debebant, ac ſtudioſè occupare ante militum adventum quidquid alendo exercitui neceſſarium eſſet. Ab horum porrò miniſtris & diſpenſatoribus viritim annona, & diſcubitoria ſtragula, in equos verò fœnum, paleæ, hordeum diſtribuebatur. Neglectis quandoque legibus inſolentiùs agit avaritia militum: ſed non id, cum viguit diſciplina, impunè deprehenſis. Cœnatica olim adinventa, quo novo nomine atque commento dominos ædium expilabant. Verum ea abolevit atque proſcripſit Valentiniani & Valentis Conſtitutio. *Cœnaticorum nomine milites, & ſuper his ſtantes, nihil penitus a provincialibus accipere audeant. Sciant enim milites, quod oportet eos commoda ſua (quæ in annonarum perceptionem adipiſcuntur) accipientes extrinſecùs detrimentis provinciales non afficere.* Poſtremò innocuos & modeſtos ſervare tranſitus militum uſqueadeo cordi fuit Principibus clementia & moderatione præſtantibus, ut ſuo auro & largitate ſartum voluerint quidquid libidine & rapacitate militum hoſpitia præſtantibus populis periiſſet.

Mentam belli tempore ne ſerito. Vetus ſermo ab Ariſtotele relatus in problematis:

Mentam nec comedas, nec plantes tempore belli.

Idem Philoſophus cauſam veſtigans priſci hujus effati, docet mentam corporibus frigus adducere, ideoque adverſari fortitudini & audaciæ militari. Quod tamen Ariſtoteles nimio attribuit frigori, id Hippocrates exuberanti calori adſcribit, cujus vehementia fit ut ſemen colliqueſcat, minuſque validè fluat, ac ſubindè corpus exhauriat ſucco genitali, præſertim ſiquis immodicè menta veſcatur. Nam cæteroqui non eſt dubium eam herbam propter flatuoſum humorem non mediocriter extimulare venerem, ut docent Galenos, Avicenna, aliique præſtantes Medici. Vide quæ in hanc rem ſcribit Renatus Moræus Schol. Saler. cap. 34.

Mentum tangere. Actio ſupplicantis. Vide *Genua tangere*.

Mercurius. Hic etiam ſcitulus marſupiorum corraſor, & inſignia crumeniſeca rem bellicam illuſtrat Deus. Neque verò ſolum propterea quod Argum interemit, quem innumeris inſtructum oculis Junonis imperio, Io Inachi filiam, in formam bovis converſam cuſtodiſſe, fabulis proditum eſt, ex quo Argicide Mercurio nomen eſt inditum: nec porrò, quoniam certaminum Præſes ab Antiquis eſt habitus, & palæſtræ monſtrator, quamobrem Agonius dicitur ab Orpheo in hymnis, & a Pindaro in Iſthmiis: ſed quoniam illi a Jove & aliis Diis demandatæ perpetuò fuerint bellicæ legationes; quodque fœderum & induciarum inventor fuiſſe perhibeatur. Ad ea pacis & internuncii munera obeunda Caduceus illi aſſignatus eſt, cum geminis anguibus mutuo connexu circumvolutis, quod erat concordiæ ſignum atque ſecuritatis. Sic autem illum depingunt inter alios Poetas Virgilius & Statius, quorum deſcriptiones ex Homero pertractæ ſunt. Virgil. l. 4. Æneid.

ille patris magni parere parabat
Imperio, & primum pedibus talaria nectit
Aurea, quæ ſublimem alis, ſive æquora ſupra,
Seu terram, rapido pariter cum flamine portant.
Tum virgam capit.

Statius autem l. 1. Theb.

Paret Athlantiades dictis genitoris, & inde
Summa pedum propere plantaribus illigat alis;
Obnubitque comas, & temperat aſtra galero:
Tum dextræ virgam inſeruit.

Hinc præclariſſimum illius cognomentum *Caducifer*. Ovid.

Tartara juſſus adit ſumptis Caducifer alis.

De hujus demum pictura apud Scriptores varia, vide Gyrald. Syntag. 9. Romæ ædem habuit ad Portam Capenam, & aliam in Aventino. Ejuſdem ſepulchrum Phocide olim oſtendebatur, ut indicat Statius 2. Theb.

Mercenarii milites. Conductitii, mercede conducti. Italis *Soldatieri*, vel *Aſſoldati*. Opponuntur voluntariis. Cic. pro Fontejo: *Cupidos moderatis, Mercenarios gratuitis, impios religioſis anteferre.*

Mereo. es. Præterita multiplici hujus verbi ſignificatione alis, Merere eſt militare, ſtipendia facere. Liv. lib. 1. Dec. 3. *Triennio ſub Aſdrubale Imperatore meruit.* Lucan. lib. 6.

Scæva viro nomen, caſtrorum in plebe merebat.

Ablativo ſæpe jungitur, ut merere equo, merere pedibus. Ovid. 3. Faſt.

totidem Pilanus habebat
Corpora, legitimo quique merebat equo.

Liv. 4. Bell. Punic. *Ut ii omnes, quos cenſores notaſſent, pedibus mererent.* Aliquando clarè accuſativum habet, qui peculiaris eſt hujus verbi, nempe *ſtipendium*. Sveton. *Prima ſtipendia meruit.* Hinc habemus milites Emeritos, de quibus ſuo loco.

Merulum. i. Pinna. Italis *Merlo*. Sanutus lib. 3. *Ubi erat turris alta nimis; & in quolibet Merulo erant viri duo albis induti.* Originem vocis a dictione Latina *Marulus* probè trahit Ferrarius.

Meſanculæ, arum. Inter nomina jaculorum recenſentur a Gellio lib. 10. cap. 25. *Tragulæ, Frameæ, Meſanculæ.* In hoc vocabulo explicando tum Gellius ipſe, tum Lexicarii agunt lege Mutia. Mihi certi quidpiam proponere non licet; divinare non eſt conſilium. Poſtquam hæc ſcripſi, contigit mihi legere in Feſto vocem *Meſancilum*, quam exponit telum miſſile. Turnebus legendum arbitratur *Meſancyla*, & interpretatur jaculum, quod in medio amentum habet. Voſſius in Ethymol. ſcribit Meſancylum, neutro genere, trahitque a μέσι αγκύλης, ideſt à medio amento. Ex his liquet Meſanculas Gellii ipſa eſſe Feſti correcti Meſancyla.

Meſaſon. Latinè Mediator. Georg. Pachym. Hiſt. Mich. Lib. 5. cap. 6. *Cujus erat caput Georgius quidam, magiſtratu illic ſimili præditus ejus, qui Meſazon apud nos dicitur.* Ubi Poſſinus Meſazontem probè accipit pro ſequeſtro, vel caduceatore.

Metella, æ. Occurrit apud Veget. lib. 4. cap. 6. memoraturque inter inſtrumenta repugnantia, ſive inter remedia adversùs hoſtiles aggreſſiones: *In-*

Inventum quoque remedium, ut de ligno crates facerent, quas Metellas vocaverunt, lapidibuſque complerent: ea arte inter bina propugnacula conſtitutas, ut ſi per ſcalas aſcendiſſet hoſtis, & partem aliquam ipſius contigiſſet, ſupra caput ſuum vergerent ſaxa. Hoc genus indicavit fortaſſe Tacitus 4. Annal., ubi ſcripſit: *Miles contra deturbare telis, pellere umbonibus muralia pila, congeſtas lapidum moles evolvere*. Unde verò potius hujus vocis etymon accerſam, plane neſcio: niſi forte Metella per diminutionem dicatur a meta; quoniam ejus generis corbes vel crates metarum figuram referrent.

Meto, as. Virgil. in Culic.

metabat ſeſe circum loca.

Ex quo metatum paſſivè apud Horatium l. 2. 15.

nulla decempedis
Metata privatis opacam
Porticus excipiebat Arcton.

Sed uſitatiùs dicimus.

Metor, aris. Metas figo, terminos pono, definio. Licet autem de agris & re ædificatoria uſurpetur etiam frequenter, adhuc tamen ſæpe locum habet in ſermone militari, ubi fit mentio de loco caſtris opportuno & idoneo capiendo. Tametſi autem conjunctim dici ſoleat *Caſtrametor*, quod vide ſuo loco, nihilominus ſine addito poſuit Livius Dec. 5. lib. 4. *Et metari frontem caſtrorum*. Metari caſtra eſt deſcribere, definire, & collocare locum & ſpatium caſtris, ſive manſionibus militaribus deſigendis. Saluſt. in Jugurt. *Sylla pariter cum ortu ſolis caſtra metabatur*. Origo vocis a meta, quæ ſtrues eſt in acutum deſinens; ima nimirum parte lata, ſuperiori anguſta, & plane ſimilis inverſo turbini: proinde quidquid ad eam ſimilitudinem ſtructum eſt, meta appellatur: ex quo fœni vel paleæ congeriem ſic in altum editam, *Pagliaro*, lactis coagulati copiam in eandem figuram deſinentem, *Ricotta*, ſacchari etiam, ut paſſim venditur, congeriem coactam, *Pani di Zuccaro*, & ſimilia in eandem figuram deſinentia, metas nominamus. Quoniam verò ad finem circi collocari ſolebant metæ in ludis quadrigarum, ideo per translationem Meta pro termino accipitur, Virgil. lib. 1. Æneid.

His ego nec metas rerum, nec tempora pono.

Suſpicor autem ipſam caſtrorum metationem, vel ab ejuſdem figuræ repagulis ultimis ſic appellatam; vel a metis ludorum Circenſium ſumptà metaphorâ, caſtrorum ſepta, vel clauſtra poſtmodum ſic nominata. Vide *Caſtrametor*.

Metatio, onis. Metandi actus. Colum. lib. 9. cap. 15. *Hæc in quincuncem vinearum metatio expeditiſſima ratione conficitur*.

Metatores. Sunt, qui præcedentes locum caſtris idoneum eligunt. Suidas ſcribit, Metatorem nuncium eſſe a Principe miſſum ad loca deſignanda. Hoc hodie fungentes munere, appellamus *Forieri*. Hinc eleganter Sidonius metatoriam dixit paginam, quæ aliis eſſet prævia. Confundi ſolent cum Menſoribus; ſed planè nonnihil intereſt inter menſores & metatores. Cic. Philipp. 14. *Peritus Metator & callidus*.

Micella, æ. Enſis vel jaculum, quod uno tantum cædit mucrone, ut ſcribit Rhodiginus ex Theone.

Miles. Virgilium non præclarè ſolùm pro ſumma, qua pollebat, artis Poeticæ facultate, verùm etiam diligenter & accuratè ex intima cognitione ſcientiæ militaris, illud divino ſuo Carmini exordium feciſſe, *Arma virumque cano*, ſcitè obſervavit Vegetius initio ſuarum inſtitutionum. Armis quippe viriſque tota quanta eſt res bellica continetur. Sic autem Vegetius: *Res militaris, ſicut Latinorum egregius author Carminis ſui teſtatur exordio, armis conſtat & viris*. Et viri quidem tanti ſunt, ut præ illis ne conſideraverit quidem arma Iphicrates, qui rem bellicam univerſam in pedites, equites, phalangem, ducemque diſtribuit, hominique bellatoriam artem fecit perſimilem, cujus manus pedites eſſent, phalanx pectus, caput denique Imperator. Id etiam animosè & fortiter præ ſe Spartiatæ ferebant, qui munimentorum curà neglectà nervos omnes tuendæ patriæ aut Imperii propagandi in ſuis dexteris collocabant. Neque enim muri virorum cuſtodes ſunt, ſed viri murorum. Quare jactanter & verè de Lacedæmoniis dictum apud Senec. Suaſor. 11. *Non eſt Sparta lapidibus circumdata; ibi muros habet, ubi muros non habet*. Ideo Claudianus eam civitatem nudam vocavit lib. de Theod. Conſul.

Civibus & vetitis ignavo credere muro,
Tutius objecit nudam Lacedæmona bellis.

Palam idem profeſſus eſt ex eadem gente fortiſſimus ille Imperator Ageſilaus, qui probè communitam urbem oſtendenti, perconctantique, num ipſi ſatis bellè inſtructa videretur: ita per Deos, reſpondit, ſed non ut viri, verùm ut mulieres intus habitent. Perfecit autem ejus gentis fiducia omnis in exercitatiſſimo milite, ut licet munitionibus denudata patria eſſet, adhuc tamen annis ferè ſexcentis nulli auderent finitimi aut infeſtare domos, aut agros illorum incurſare. Nomenclator quidam apud Voſſium militem trahit a milio, quoniam milites in Franconia milio veſcuntur. Id nihilo minus eſt deridendum, quàm quod apud aliquos legitur, qui militem, quaſi miram rem appellatum contendunt, quoniam miles res mira in mundo ſit. Feſtus dictum putat militem per antiphraſim, quaſi minime mollem. Sunt qui militem, quaſi meletem dicant, ab haſta ex Græco: apud nonnullos miles, ſive meles, quaſi meres a merendo vocatur. Verum etymon eſt, quod traditur a Varrone, & Eutropio, quos rectè ſequitur Iſidorus. Eutropii lib. 1. Hiſt. Rom. verba ſunt: *Mille pugnatores delegit* (Romulus) *quos a numero milites appellavit*. Iſidorus autem, *Miles*, inquit, *dictus, quia unus ex mille eligitur*. Plane a millenario numero deſumi appellationem militis videtur eſſe compertum, quaſi miles unus exiſtat de millenario. Ideo Varro *Milites*, inquit, *dicuntur, quòd trium millium primò legio fiebat, ac ſingulæ tribus Tatientium, Ramnium, Lucerum, millia ſingula militum mittebant*. Triplicis erant generis apud Romanos, equites, pedites, & ex utriſque commixti velitarii. Authorati dicebantur, delecti, quique ſacramento ſe obſtrinxerant militiæ. Exauthorati vocabantur expuncti ſtipendiis, dimiſſi deletique ex albo militum. Cæterum de veteranis, evocatis, emeritis, rudiariis, quaſi rude donatis, item gregariis, manipulariis, caligatis: nec non de tyronibus, voluntariis, cauſariis, valetudinariis; poſtremò de præſidiariis, ſtationariis, limitaneis, aliiſque militum generibus, ſuis ſingillatim locis dicitur.

2. Ætas idonea exercendis armis ab anno decimo ſeptimo a Romanis reputabatur, Id indicatur a Lege a Sempronio Graccho Tribuno plebis lata, quæ legitur apud Plutarchum: *Nequis ante annum decimum ſeptimum ad militiam cogeretur*. Minori etiam ætate ex hac ipſa lege colligitur militaſſe Romanos, ſive urgente neceſſitate multiplicis belli Punici; ſive ambitio intervenerit, nt eo citius ad honores, & præfecturas milites pervenirent. Uſque ad quadrageſimum ſextum annum militari conſueviſſe notat Gellius lib.10. cap.28. Prorogatum id tempus, coactoſqne milites uſque ad annum quinquageſimum ſtipendia facere legimus apud Senecam de brevit. vitæ cap.ult. & Quintil. Inſtitut. lib.9. Vide Tit. *Ætas Militaris*. Antiquitùs non adigebantur juramento milites, ſed rogati a Tribunis ultrò fidem operamque ſpondebant. Additæ poſtea religioſæ ſponſiones, & jurejurando conſcribi cœperunt. Nefas crat apud Romanos ſervos militare, qui a caſtris capitali etiam pœna arcebantur: cives ſolùm & ingenui capeſſebant arma. Veſtis militaris toga antiquitùs fuit, ut docet Feſtus Pom. lib.5. Verùm floreſcente Republica ſaga in uſu fuere; quam veſtem nihil diſtare a chlamyde, & paludamento contendit Ferrarius de re veſtiar. lib.3. p.3. Revocatum tamen ab Antonino Philoſopho antiquæ veſtis ritum legimus apud Capitolinum, qui docet, nunquam ſub eo ſagatos fuiſſe milites. Calceamentum caliga erat; hinc caligati pro militibus habiti. A clavis verò ferreis, argenteis, vel aureis, præſtantiori loco nati ab inferioribus ſecernebantur. Præcipuum verò ornamentum plumea erat corolla in ſummo vertice, & baltheus aureis bullis diſtinctus. Anulis poſtremò aureis uti milites a Severo Imperatore primùm indultum legimus apud Herodianum lib.3. Nam antiquis temporibus, ne Senatoribus quidem jus erat aurei geſtandi anuli, ſed iis ſolùm id concedebatur, qui ad exteras gentes legati proficiſcebantur. Deinde vero non modo Senatores, ſed equites etiam, imò verò plebs ipſa togata libertinique ac liberti aureos anulos uſurparunt. Cæterum ut milites nonniſi cincti ſua obirent munia, uſque adeo religioſum habebatur, ut ne in caſtris quidem diſcincti ſine nota verſarentur. Vide *Militia*, & *Ordines Equeſtres*. Militum, exactis ſtipendiis, Laribus arma ſacrari mos erat. Ovid. Triſt. lib.4. Eleg.8.

Miles, ut emeritis non eſt ſatis utilis annis,
Ponit ad antiquos quæ tulit arma Lares.

Nomenclaturam denique militum licet nos ſatis opulentam ſparſim dederimus, nihilominus quoniam qui a variis regionibus, a titulis honorum, ab armorum & munerum diverſitate per ætates varias, gentesque innumeras milites nominantur, diligentiam numerandi quantamlibet ſuperant, vide quæ in notitia utriuſque Imperii de eorum appellationibus digeſſit Pancirolus.

Miles. Pro Regulo, vel feudorum Domino. Vide *Pedites* in Tit. ſecundo.

Miles gloriosus. Vide *Timor*.

Militissa, æ. Uxor militis. Non rarò occurrit apud Scriptores ævi deterioris. Charta vetus ann.1379. *Joanna de Bethune Militiſſa, uxor D. Joannis de Roja militis*.

Militares, ium. Trebellius in Victorino, uno ex triginta tyrannis: *Qui & ipſe, quòd matrimoniis militum & militarium corrumpendis operam daret &c.* Caſaubonus in hunc locum nihil primùm diſtinguit inter milites & militares; quamobrem alterutrum in verbis Trebellii abeſſe poſſe; eandemque rem per pleonaſmum iteratam ſtatuit: illud etiam affirmans apud alios Scriptores Trebellii æquales Militares pro militibus ſæpe uſurpari. Suſpicatur deinde, aliquid novi hìc afferri a voce *Militares*: nimirum actuarios, tabularios, ſcribas, chartularios, numerarios, alioſque ejus generis homines, qui rationes tractabant, & in caſtris quidem degebant, atque exercitum ſequebantur; nec tamen ipſi militabant: quamobrem Militares potius erant, ideſt ad militiam pertinentes, quàm veri milites. Eam Caſauboni opinionem longo digreſſu pro viribus oppugnare connititur Salmaſius. Statuit verò tanquam rem compertiſſimam, eos duntaxat hìc appellari Militares, qui milites aliquando fuiſſent. Latinè quippe loquentium uſum & conſuetudinem occupaſſe, ut ad eam planè formam milites diſtinguerentur a Militaribus, qua conſulares a conſulibus. Notum autem eſt, eos dici conſulares, qui conſules quidem non eſſent, ſed conſulatus dignitate perfuncti. Eos denique a Trebellio hìc dici Militares, qui ab eodem in Gallienis dicuntur *Ex militibus*. *Ac taciti ex militibus viri detrimenta pertuliſſent*. Quos nimirum hìc viros ex militibus dicit, eoſdem ſuperiore ſcriptura Militares vocat. Exiſtimat autem adſtipulari ſibi Gloſſas Iſidori: *Militaris, opinatus, ideſt vetus miles*: Ubi veterem militem exponendum cenſet, non militem veteranum, ſed qui honeſta cauſa a militia dimiſſus eſt, vel eidem ſponte nuncium remiſit. Ad eundem nempe modum in vetuſtis inſcriptionibus legitur vetus Procurator, & vetus Conſul, vel Proconſul, pro iis, qui fuere aliquando Procuratores, Conſules, vel Proconſules. Mihi verò appellatione Militarium tria optimè intelligi poſſe manifeſtum eſt. Primùm quidem purgatiſſimum ſapit Latium vox *Militares*, pro iis, qui pertinent ad militiam, ut ſcribæ ſunt, actuarii, aliique miniſtri, de quibus loquitur Caſaubonus; utque juxta hanc uſurpationem Trebellius hìc acceperit Militares, planè aſſentior eidem Caſaubono. Iterum reputaverim aptiſſimè dici Militares ipſos milites. Neque enim aliter explicaverim eundem Trebellium in Æmiliano uno ex triginta tyrannis: *Cum quodam die cujuſdam ſervus curatoris, qui Alexandriam tunc regebat, militari ab hoc cæſus eſſet &c.* Simili modo milites ſunt Militares illi apud Vopiſcum in Tacit. *Interfecto ſanè fraude Aureliano, calliditate ſervi nequiſſimi, errore militarium*. Verùm clariſſimum eſt teſtimonium, quod habent Acta SS. Tharacis & Sociorum MM. *Non licet tibi univerſas pœnas mihi adhibere, quoniam Militaris fui*. Ubi liquet Militarem pro milite accipi. Poſtremò non minus apte, ut optimè probat Salmaſius, Militares dici exiſtimem, qui e militia exiverunt, ut conſularis, qui conſulatum geſſit, quod alia demonſtrant exempla apud eundem Salmaſium. Adverto demum Poſſinum Obſervat. ad Pachym. Hiſt. Mich. L.1. multis contendere Militares ſæpius accipi pro iis, qui ſuam operam militibus quomodolibet præſtant, cujuſmodi ſunt chirurgi, pharmacopœi, valetudinarii, & qui alio nomine in militia noto vocantur actarii vel actuarii. Vide præfatum Scriptorem ubi ſupra.

Militia. Varro lib. 4. de L.L. Militiam dictam docet quaſi malitiam, quoniam ad rapinas, injurias, alioſque malos mores ut plurimum fortitudine ſua & robore abuti milites ſolent. Ex quo illud Lucani.

Nulla fides pietaſque viris, qui caſtra ſequuntur.

Hinc etiam viros fortes & præſtantes armis tractandis, Itali dicunt *Bravi*, a Latina voce *pravus*, ut non paucis eſt viſum. Quod etymon adjuvat verbum Italicum *Bravare*, quod eſt minas intentare, & nomen *Bravazzi*, qui accipiuntur pro armigeris & ſtipatoribus, ſuam heris operam ſpondere ſolitis, ut quolibet pretio, vel mercede propoſita quempiam mactent. Non me præterit, a bravio, victoriæ præmio, & aliis ex fontibus hoc nomen ab aliis duci, ſuper quo conſulendi ſunt Ferrarius, & Menagius. Verùm his omiſſis, liquidum eſt Militiam dici a numero millenario, juxta modum a nobis expoſitum in voce *Miles*. Ars eſt & diſciplina, qua nulla impenſiùs incolumitati publicæ ſtudet, nulla operoſiùs humana exercet ingenia, nulla felicius velificatur ad gloriam. Obtentu & ſpecie ferox ordinat ſedatque Reipublicæ ſtatum; inſtrumentis ad nocendum circumfluens ſocialem vitam communit & protegit: vaſtatione, rapinis, cladibus extimeſcenda ad ſecuritatem publici ſtatus atque adeo felicitatem progreditur. Nam quòd in ea exercenda perturbationes, incendia, ſtrages interveniant, non ejuſce artis vitium eſt, ſed noſtræ, vel naturæ conditio infelix, vel ambitionis & nequitiæ neceſſitas & appendix. Adeo nulla nobis ſincera felicitas, nulla ſine tempeſtate tranquillitas. Duplex ejus diſciplinæ præcipuum exercitamentum, rea campeſtris & munitoria; ut quaſi bifrontem Martem dixeris. Militia campeſtris aciem, caſtrorum metationem, &, quibus maxime inhorreſcit, conflictus amplectitur. Munitoria arces excitat, ſepit, obvallat; eademque aggere & machinis vel protegens aſſerit propugnatque, vel oppugnando labefactat atque proſternit. Utrolibet modo facultas Martia proceſſerit, non temerè & inconſultò rem agit ſuam, ſed certis legibus atque præſcriptionibus, quæ humanitatis memores, & ad æquitatis lineam exactæ injurias, licentiam, ſævitiam procul habent, eaſque peſtes e caſtris nihilo remiſſius quàm hoſtes ipſos exigunt propulſantque. Ut plane intelligas non ad temulentos tumultus ciendos, non ad iniquas graſſationes flagitioſorum hominum colluviem in apertum effundi; verùm ad injurias humano more ſarciendas, & res rite repetendas, acies inſtrui, tympana ſtrepere, manus conſeri, ſigna conferri. Neque enim ad honeſtiſſimam Militiæ appellationem ſtatuo pertinere quidquam, non tam lecto, quam empto milite, purgamentis civitatum & facinoroſiſſimis quibuſque manipulos explere: tum pro ſua quemque libidine graſſari latrociniis, pecora abigere, agros incendere, perque omnem corrupti moris improbitatem & impudentiam immoderate & crudeliter laſcivire. Nam deſidioſos cœtus, nocturnas commeſſationes. & merum largiter circumdatum in lucem trahere; ad hæc quibuſdam quaſi Veneris pervigiliis inſoleſcere, id verò exiſtimem non modo ſtantem in procinctu militem non referre, ſed omnia divina atque humana jura concerpere, Militiæ verò vel extrema lineamenta abolere penituſque detergere. Id reputantes Romani, penes quos ſumma laus Martis exercendi fuit ex ingenuis duntaxat, & quibus idoneus eſſet cenſus, delectus fieri voluere: nec ſervos ſolummodo ejecerunt e caſtris, verùm eos etiam, qui turpi aliqua minuſque honeſta arte vitam ſuſtentarent. Hoc numero continebantur opifices, ſellularii, hiſtriones & actores atellanarum, ut clarè colligitur ex Livio lib. 8. *Mamercinus, cui Gallicum bellum evenerat, juſſus ſcribere exercitum ſine ulla vacationis venia: quin opificum quoque vulgus & ſellularii, minimè militiæ idoneum genus, exciti dicuntur.* Ex agricolis autem potiſſimum adlegebantur in militiam, utpote qui fortiſſimi eſſent & robuſtiſſimi, ut ſcribit Cato de re ruſtica. Seneca Epiſt. 54. *Nullum laborem recuſant manus, quæ ad arma ab aratro transferuntur.* Idem docet Cicero pro Archia. Sed omnium clariſſimè Vegetius lib. 1. cap. 3. *Nunquam credo potuiſſe dubitari, aptiorem armis ruſticam plebem, quæ ſub divo, & in labore nutritur; Solis patiens; umbræ negligens; balnearum neſcia; deliciarum ignara; ſimplicis animi; parvo contenta; duratis ad omnem laborum tolerantiam membris: cui geſtare ferrum, foſſam ducere, onus ferre, conſuetudo de rure eſt.*

2. Pedeſtris militia procul dubio equeſtri fuit antiquior. Conſtat ſiquidem ex Plinio lib. 7. cap. 56. Bellerophontem primum omnium equo vectum fuiſſe, cum adversùs Chymæram pugnatum iret: ipſam verò equeſtris pugnæ rationem modumque primos inſtituiſſe Theſſalos, qui Centauri ſunt appellati. Atqui nemini eſt dubium ante Bellerophontem & Centauros, dimicationes & prœlia in terris extitiſſe; præcipue cum ipſe Bellerophon, antequam Pegaſum equum inſcenderet, regno ſuo apud Ephyram ſpoliatus legatur a Præto Rege Argivorum, ut oſtendit Volaterranus Philolog. lib. 33. Idem ſuadet natura ipſa, quæ a rudibus & ſimplicibus ad operoſiora procedit, ut plane ſimile monſtri fuerit ex equis prius decertaſſe homines, quod ingenioſi eſt inventi, artemque & ſolertiam requirit, quàm pedibus inſiſtentes, quod minimo negotio commonſtrare natura potuit. In Sacris præterea paginis vix equeſtris militiæ veſtigium apparet ante Pharaonem, ut expendit Fortunius Licetus de Gemmis Anularibus cap. 45., cum tamen ante Pharaonem non ſolùm Gigantes commemorentur, famoſi, ut Scriptura loquitur, bello viri, ante demerſum aquis cœleſtibus orbem terrarum; verum etiam Nembrod, exacta aquarum alluvione dicatur potens in terra; & nulla inſuper injiciatur mentio equitum dimicantium, ubi refertur bellum inter multos Reges commiſſum in valle Sodomorum. Vide plura in hoc argumentum & controverſiam in Tit. *Pedites*. Ego verò non hìc latiùs evagabor in recenſione facultatis, quæ non utranque, ut dicitur, paginam, ſed utrunque bene magnum volumen hujus operis facit. Vide *Bellum*.

3. Quanti etiam fuerit apud præſtantes Reſpublicas, & nobiliſſimas quaſque nationes Militiæ exiſtimatio, ejuſque fortiter exercitæ laus cum eximia ſemper mercede conjuncta, pluribus agitare & expendere labori parco. Abunde fuerit indicaſſe nullam majore ſtudio laudem aut petiviſſe Romanos, aut remuneratos eſſe, quod ſæ-

pe meminerunt Polybius, Plutarchus, aliique ejus populi rerum geſtarum Scriptores. Prætereo ejus diſciplinæ honori traditum nequis capitecenſus, libertinus, aut ſervus, aut infami aliquo facinore obligatus, publicoque damnatus judicio in bellicum album adlegeretur. Enimverò prudenter judicaverunt ad militaris gloriæ amplitudinem aſſurgere non poſſe, nec tantum virtutis & laudis in ſinu capere egeſtatis infimæ ſordibus mancipatos. Conſtitutum etiam nequis cuipiam ad honores & magiſtratus urbanos pateret locus, qui per aliquos ſaltem annos ſtipendia non feciſſet, ſuamque in caſtris probaſſet operam; optimum factu ratis ſapientiſſimis illis Reipublicæ Inſtitutoribus, ut juventus laborum patiens duriori primùm Martis miniſterio ſe devoveret; tum verò ad urbanos magiſtratus bellicæ laudis commendatione candidati, & gloria ſpectabiles accederent. Illis itaque brevior fuit & compendiaria ad honores etiam togatos via, qui diutius meruiſſent in ſago, & plurima in armis atque pulcherrima facinora edidiſſent. Graviter porrò & providè excogitatum eſt, ut non ſolum de patria præclarè meritis præmia affatim ſuppeterent, verùm etiam, ut poſt attritam bellis ætatem integram præda, pecunia, agri diſtribuerentur emeritis, feſſiſque militiâ ſupereſſet, quo honeſte cum liberis reliquum vitæ tranſigerent.

Militia. Pro ſtipendio, vel ſupellectili militari, Celſ. D. l. 31. tit. 1. lib. 22, *Titius in teſtamento ſuo Publio Mænio Militiam ſuam reliquit: ſive pecuniam, quæcunque redigi ex venditione potuerit.*

Milito, as. Pro militem facere, vel militari cingulo quempiam donare. Vita Innocentii VI. Pont. *Eodem anno Petrus Rex Aragoniæ venit Avenionem, & certos nobiles ſuos, qui ſecum venerunt in præſentia dicti Papæ Militavit.*

Milito, as. Militiam exerceo. Cic. 1. Offic. *Qui in eadem legione militabat.*

Militaris, re. Quod pertinet ad militiam. Plaut. Epid. 2. *Scio te eſſe quidem hominem militarem.*

Militarius, a, um. Plaut. Pſeud. *Quin hinc metimur gradibus militariis.*

Militaritsa. More militari. Liv. 4. *Adversùs hæc Tempanii oratio incompoſita fuiſſe dicitur, cæterùm militariter gravis, non ſuis vana laudibus, non crimine alieno læta.*

Militaris. Militariter. Pollio in Æmiliano 21. *Cum quodam die cujuſdam ſervus curatoris, qui Alexandriam tunc regebat, militariè ob hoc cæſus eſſet, quod crepidas ſuas meliores eſſe, quàm militis diceret &c.* Sed hoc ab aliquibus mendum putatur.

Milito, onis. Miles. Apul. 9. Aſin. *Contra Militones ibi, nec uſpiam illam deliteſcere adjurantis genium Principis.* Neceſſe eſt familiarem fuiſſe priſcis hanc vocem, cum ex hac habeamus aliam *Commilito.*

Militavit cum Erasinade. Proverbium a Suida memoratum, uſurpatumque de iis, quibus omnia ſiniſtre & infeliciter accidunt. Natum ab Eraſinade Duce, qui in omni expeditione infeliciſſimus fuit.

Millenarii Duces. Occurrunt apud infimæ ætatis Scriptores; iique ſunt, qui mille præſunt militibus. Vide *Chiliarca.*

Mina, æ. Apud Scriptores devexi in barbariam Latii fuit fodina. Charta Ludovici Imp. *Præter hæc omnia concedimus ſupradictæ Eccleſiæ quendam locum fiſci noſtri valde neceſſarium, & ad fodiendam Minam plumbi congruam.* Eadem notione Minera dicta eſt apud Veteres fodina. Joannes de Garlandia in Synonimis Chimicis loquens de mercurio, ſeu vivo, ut ajunt, argento: *Scias quod ipſum eſt frigidum & humidum, & Deus creavit ex eo omnes Mineras.* Quoniam verò in terra Minæ, ſive fodinæ alte excavantur, inde contigit Minas, qui ſubterranei ſunt acceſſus ad muros hoſticos labefactandos, pro cuniculis militaribus dici. Et minare pro cuniculos facere: Villelmus de Podio Laurentii: *Incipienter minare inſtar talparum, conantur invadere civitatem.* Villelmus Brito lib. 7. Philipp.

certantque minare
Arte ſibi nota latus & fundamina turris,
Parmis protecti, ne forte ruens ſuper illos
Miſſilium poſſet retropellere turbo ovantes,
Donec viſceribus muri latuere cavati,
Truncis ſuppoſitis, ſubito ne corruat in ſe
Pendula pars muri, pariens ſibi damna viriſque.
Queis ſimul inciſum ſatis eſt, ſupponitur ignis,
Et fugiunt ad tuta viri, ruit Ilion ingens,
Ingentemque ruens ſtrepitum facit.

Ex quibus conficiendæ etiam Minæ, ſive cuniculi formam habes deſcriptam. Conſule etiam Villelmum Tyrium lib. 3. cap. 10. lib. 12. cap. 11. Albertum Aquenſem lib. 2. cap. 36., & quæ nos diximus in dictione *Cuniculus.* Metallorum fodinas Itali, & aliæ nationes *Miniere*, cuniculos verò nominant *Mine.* Thema vocis a Germanorum *Myne*, quo vocabulo Germani appellant venam terræ metallicam. Ita Voſſius. Sed Latii veteris aſſertor Ferrarius huc advocat *Minium*, ut primum *Miniere* dictæ ſint a fodinis miniariis, deinde ad alias inſuper metallorum fodinas notandas tranſierint. In Latio veteri longe aliud Mina. Virgilius lib. 4. Æneid. de Carthagine a Didone condita hæc habet:

pendent opera interrupta, minæque
Murorum ingentes:

Servius, Cerda, aliique ad hunc Maronis locum, item Turnebus Adverſ. 3. cap. 14. Minas exponunt vel feneſtellas jaculatorias ad urbium portas, vel pinnas murorum, e quarum interſtitiis milites jaculis hoſtem feriunt arcentque. Scio Ruffinum & Ammianum uſos fuiſſe in hanc ſententiam voce *Mina*: verùm niſi ſuppetant Scriptorum teſtimonia antiquiora Servio, pro comperto habeo ob hujus authoritatem omnes fuiſſe deceptos. Non leviter mihi demirari ſubit ſæpius, Grammaticos obnixè conniti, ut tanquam propria rerum exponant nomina, quæ tranſlatitia ſunt, & metaphoricè uſurpata; obliti ſcilicet figuratarum locutionum, quas paſſim Scriptores, ac Poetæ vel maximè adhibere ſolent, non de proprietate duntaxat dictionum, verùm etiam de univerſi ſermonis ornatu ſoliciti. Ceſſatum dicit Virgilius a molitione operum in exædificatione Carthaginis: narrat pependiſſe imperfecta mœnia, & minas murorum ingentes. Rogo Servium, quî demum dici potuerint interrupta mœnia, ſi pinnis, quæ ſupremus ſunt eorum ornatus, fuerant coronata? Peto a Turnebo & Cerdano, cum omnia magna ibi Virgilius ingerat, quem locum ibi habere poſſint oſtiola jaculatoria, & hiatus illi, & quaſi rimæ murorum in portis,

Digitized by Google

tis, quas dicimus *Saettiere?* Quid autem, inquies, contendit ibi innuere Poeta? aut quid ibi rerum ſunt murorum minæ? Narro tibi, eâ dictione nullam deſignari certam ædificii partem; ſed Poetam figuratè loquutum, & Minas murorum dixiſſe, inchoamenta & quaſi ſponſiones prœmagnæ condendæ urbis. Simili locutione dixit Horatius lib.2. Serm.3.

Atqui vultus erat multa & præclara minantis.

Et idem Virgilius lib. 1.

geminique minantur
In Cœlum ſcopuli.

Nimirum illa murorum magoitudo, & licet non abſoluta opera, aſpectu ipſo admirationis plurimum iniiciebant, & ſpeciem quandam quaſi terroris. Dixi mihi negocium non faceſſere Ammianum, & Ruffinum, qui Minas dixere pro pinnis, utpote qui ex eodem Servii poculo biberunt. Iiſdem accenſendus Fulcherius Carooteoſis lib. 3. Hiſt. Hieroſolym. cap. 17. *Cumque murum Saraceni per quinque dies jam aliquantulum læſiſſent, & Minas deſuper delapidando plures diruiſſent &c.* Et iterum cap. 35. *Cives quoque per muri Minas noſtros, tam ſagittis, quàm lapidibus ſive ſpiculis crebrò valdè lædebant & vulnerabant.* Vita S. Columbani: *Tecta itaque templi, culmina murorum reſtaurat, Minas, cætera, quæque ad Monaſterii neceſſitatem pertinent.*

MINARIUS, ii, Foſſor cunicularius. Villelm. Brit. 2. Philip.

ſub eiſque ſecare Minarius inſtat.

MINATOR, oris. Idem. Charta Comitis S. Pauli: *Super turri autem illa locuti ſumus cum Duce Veneto, viro prudentiſſimo & diſcreto, dicentes ei, quod nullo modo poſſit capi, niſi per Minatores & petrarias caperetur.*

MINO, as. Cuniculos ago. Vide *Mina*.

MINERVA. Vide *Pallas*.

MINIMO PROVOCARE. Per adagium dicitur de provocantibus ad certamen per contemptum. A geſtu dimicantium, qui minimo digito porrecto ad pugnam provocant. Eleganter Horatius ad animi ac literarum contentiones detorſit l.1. Serm.4.

Criſpinus minimo me provocat.

MINISTELLI. Vide *Bardi*.

MINISTERIALES. Servi dicebantur infimę quandoque conditionis; ut liberis oppoſiti ſæpius leguntur. Iidem interdum in aula, ſeu palatio Regio, Longobardorum Principum ævo, multiplici gaudebant Prefecturarum genere. Memorantur alicubi tanquam curatores & miniſtri Ducum, Comitum, & Dominorum feudalium. Variatum quippe eſt incredibilem io modum ſuper eorum hominum conditione, pro vario nimirum temporum & Principum arbitrio; ut non uno in loco memini me prolixiùs in ſimilibus oſtendere. Charta Ludovici Pii Imperatoris: *Alius verò cenſus ab eis neque a Comite, neque a Junioribus, & Miniſterialibus ejus exigatur.* Vide *Vaſſalli*, *Caſtrenſes*, *Aldii*. Iidem occurrunt in Notitia Imperii, & non uno in loco illuſtrantur a Pancirolo. Licet multiplicem habuiſſe legantur uſum in aula & palatio poſteriorum Imperatorum, conſtat tamen id fuiſſe militiæ genus, quæ caſtrenſia obiret munia. Vide quæ latè diximus in voce *Municipes*.

MINOTAURUS, auri. A Plinio & Gellio refertur inter effigies, quæ pro ſignis militaribus ſuſtolli ſolebant in haſtis apud Romanos. De Minotauro militaria ſigna condecorante ſic ſcribit Feſtus: *Minotaurus inter militaria ſigna: quòd non minus occulta eſſe debent conſilia Ducum, quàm fuit domicilium ejus labyrinthus.* Sed hoc nimis longè petitum, & putidiùs quàm pro dignitate Romanorum excogitatum a Feſto. Conſtat autem in extollendis animalium figuris in militaribus ſignis non aliam habuiſſe rationem Romanos, quàm, ut ea animalia pugnacia eſſent. Ideo lupos etiam, equos, apros, & præcipue aquilas admiſerunt. Plin. lib. 10. cap 4. *Romanis legionibus Aquilam C. Marius in ſecundo Conſulatu ſuo proprie dicavit. Erat & antea prima: cum quatuor aliis Lupi, Minotauri, Equi, Aprique ſingulos ordines anteibant. Paucis ante annis ſola portari in aciem cœperat, reliqua in caſtris relinquebantur: Marius in totum ea abdicavit.*

MISCELLA, æ. Certamen, ſed ferè tumultuarium, & collectitium. Statuta Patavina Rubr.45. *Hoc tamen ſtatutum non habet locum in ſtormeno, Miſcella, aut in prælio.* Licet vocabulum *Miſcella* remotè proveniat a verbo *miſceo*, nihilominus proxime profluit a voce Etruſcorum *Miſlea*, juxtà obſervationem a nobis non ſemel factam de vocabulis infimæ Latinitatis, quorum thema & origo non eſt accerſenda a Latio veteri, ſed ab idiotiſmis gentium Europęarum. De *Miſlea* N. Ant. 42. *Allora ſi ricominciò la Miſlea, e lo cavaliere parlò a Lancillotto.* Joann. Villan. l. 8. 38. *Onde ſi cominciò una grande zuffa e Miſlea.* Bocc. Theſeid. lib. 8.

Nè ſi partì di corto la Miſlea,
Peroche Admeto far di più intendea.

Et ibidem.

Ma non dimen durava la Miſlea
Crudele e fiera, e quanto ella potea.

Ejuſdem notinnis eſt vocabulum *Miſchia*. Albertan. Giudic. *L'huomo adiroſo incomincia le Miſchie, ma colui, che è ſofferente mitiga l'incominciate.*

MISERICORDIA, æ. Genus ſicæ vel pugionis. Originem nominis trahit Falcetus, quoniam eo pugionis genere inſtructi, proſtratos hoſtes ad implorandam miſericordiam adigereot. Gaufredus Voſienſis lib. 1. Chron. *Cumque ſe ad muli pedes inclinaret, abſtracto Burgenſis gladio, qui Miſericordia vocatur, crudeliter militi inflixit.* Charta Communiæ Atrebatenſis: *Quicunque cultellum cum cuſpide, vel curtam ſpatulam, vel Miſericordiam, vel aliqua arma multritoria portaverit.* Legitur etiam freqnenter apud veteres Gallicos, præſertim Poetas.

MISERIOR MONOMACHIS. Per modum adagii de iis dicitur, qui extremis calamitatibus conflictantur. Duriſſima quippe lege Monomachi congrediuntur; ut nimirum alter vel uterque certando vitam finiat, cujuſmodi erat conſuetudo gladiatorum apud Romanos. Parœmia refertur ab Athenæo ex Podiſippo quodam Comico, cujus hos refert verſiculos:

Vidit mali nil, navigandi qui eſt rudis:
Ipſis Monomachis miſeriores nos ſumus.

MISSICII MILITES. Occurrunt apud Svetooium in Nerone cap. 48. *Equo autem, odore abjecti in via cadaveris, conſternato, detecta facie, agnitus eſt a quodam Miſſicio Prætoriano, & ſalutatus.* Prætorianus hic Miſſicius, miles eſt veteraous miſſus a militia Prætorianorum. Miſſicii

Digitized by Google

ſicii proinde milites dicuntur, qui a militia miſſi ſunt, nec amplius militant. Legebatur vulgò apud 'Svetonium iodicato io loco *Miſſicium*, quaſi proprium eſſet militis Prætoriani nomen. Sed planè caſtigatiſſima eſt lectio pro miſſo a militia. Dicitur autem ad eundem modum Miſſicius, ac ſubditicius, adſcripticius, & alia ſimilia, quæ alii per *t* ſcribunt. Vide Salmaſ. ad Trebell. io triginta Tyranois, ex quo inſuper corrige Gloſſas Iſidori, qui Svetonii locum reſpicieos, mendoſiùs corrupit: *Miſſilius, qui miſſilia exhibet*. Lege autem *Miſſicius, qui militiâ exivit*.

Missilis, is. Subſtaot. Stat. lib. 5. Theb. .... *multa orinitum miſſile flamma*, Sed in ſoluto ſermone caſtigatius dices

Missilia, um. Hoc nomine eomprehenditur quidquid manu, arcu, fundâ, machinis eminùs jacitur. Sagittæ olmirum, lapides, pila, jacula, glandes plumbeæ, & ſimilia. Virgil. lib. 10.

proturbantque eminùt hoſtem
Miſſilibus,

Livius noo uno in loco tormenta miſſilia dixit machinas emiſſorias. Locutus eſt haud dubiè figuratè, ipſis attribuens machinis ſive tormeotis, quod proprium erat excuſſorum lapidum, vel jaculorum. Quod autem legitur apud Hirtium de Bell. Afric. *Balliſta miſſa a noſtris turrem dejecit*. Id oimirum audacter, & proxime ad libertatem Poeticam, ad quam Hiſtoricis licet accedere, prolatum eſt. Idem certe eſſet dicere balliſtam mittere, ac apud noſtrates mittere murale tormentum. Neque enim balliſta, catapulta, vel bombarda, quæ machinæ ſunt; ſed excuſſæ ab illis ſagittæ, ſaxa, vel pilæ, mittuntur. Verùm, ut dixi, multa Hiſtorici cum Poetis habent communia.

Missio. Dimiſſio, ſolutio a militia. Alis honeſta eſt, & ab Imperatore indulgetur ſtipendiis emeritis. Alia cauſaria nominatur, cum propter morbum, vel corporis vitium bello contractum miles ſolvitur a militiæ laboribus. Tertia ignomioioſa, cum propter delictum milites a ſacramento ſolvuntur, eraſis eorum nominibus ex brevi vel albo militiæ. Ulpianus in l. 2. §. ignominiæ ff. de iis qui not. inſ. *Multa ſunt genera miſſionum. Eſt honeſta, quæ emeritis ſtipendiis, vel ante ab Imperatore indulgetur. Eſt cauſaria, quæ propter valetudinem laboribus militiæ ſolvit. Eſt ignominioſa, quæ toties eſt, quoties is, qui mittit, addit nominatim, ignominiæ cauſa ſe mittere; ſemper enim debet addere, cur miles mittatur*. Martianus in L. milites agrum, §. miſſionum, ff. de re milit. *Miſſionum generales cauſæ ſunt tres, Honeſta, Cauſaria, Ignominioſa. Honeſta eſt, quæ tempore militiæ impleto datur. Cauſaria quam quis vitio animi vel corporis minus idoneus militiæ renuntiatur. Ignominioſa cauſa eſt, quum quis propter delictum ſacramento ſolvitur, & is, qui ignominiâ miſſus eſt, neque Romæ neque in ſacro Comitatu agere poteſt. Etſi ſine ignominiæ mentione miſſi ſunt, nihilominus ignominiâ miſſi intelliguntur*. Habes miſſioouṁ genera. De ſingulis operoſiùs a oobis dicitur ſeparatim. Conſule proprios Titulos. Interim adverto, certum aliquid a quibuſdam ſtatui in formulis dimittendi: ut qui honeſta miſſione mitterentur, dicerentur ſolvi ſacramento militari, Ammianus lib. 30. *Tandemque honeſtè ſacramento ſolutus revertitur ad larem*. Qui ob delictum in pœnam dimitterentur miſſione ignominioſa, eos dixere abiectos ſacramento. Idem Ammianus lib. 25. *Abiecti ſunt autem ſacramento etiam alii quatuor, ob flagitium ſimile vexillationum Tribuni*. Poſtremò de cauſariis ajunt eos ſacrameoto removeri. Verùm hæc argutolè potius, quàm verè obſervata a Grammaticis. Nam, ut alia multa reticeam, idem Ammianus lib. 24. ſacramento ſolutos dixit ignomiolosè dimiſſos: *Duos Tribunos ſacramento ſolvit, ut deſides & ignavos*,

2. Illud autem vel maxime expetendum præmium ſupererat veteranis, poſtquam confectis ſtipendiis miſſionem impetraſſeot honorariam atque perpetuam, quod illis agri dividebantur, ne turpem deformemque ſenectutem cogerentur trahere, poſtquam ætatem Martiis laboribus attriviſſent. Servius ad illud Virgilii lib. 12.

En agros, & quam bello Trojane petiſti
Heſperiam,

Ita ſcribit: *Conſuetudo erat, ut victores Imperatores agros militibus ſuis darent*. Higinos etiam: *Multis legionibus contigit bellum feliciter tranſigere, & ad laborioſam agriculturæ requiem primo tyrocinii gradu pervenire: nam cum ſignis & aquila & primis ordinibus ac Tribunis deducebantur: modus agri proportione officii dabatur*. In ea agrorum diviſione interdum jus coloniæ reperio, ut apud Livium lib. 6. & alibi: interdum verò diſtributi memorantur agri ſine ulla commemoratione coloniarum. Dividebantur autem agri, aliquando ex Senatuſconſulto, interdum rogatione populi. De plebiſcito ita Livius lib. 35. *Vibonem colonia deducta eſt ex Senatuſconſulto plebiſqueſcito, tria millia & ſeptingenti pedites ierunt, trecenti equites: quina dena jugera agri data in ſingulos pedites, duplex equitibus*. Ex quibus verbis addiſce diviſiooem agrorum per jugera fieri ſolitam, & duplo majorem portionem aſſignatam equitibus. De Senatuſconſulto præter commemoratum Livii locum, alium habes lib. 32. ubi narrat decretum fuiſſe a Seoatu, demandatumque Cn. Sergio, ot militibus, qui iu Hiſpania ſtipendia per multos annos feciſſent, agrum aſſignandum curaret. Addit Vellejus Paterculus per extrema Reipublicæ tempora invaluiſſe, ut ſioe authoritate Senatus milites in agros deducerentur ab Imperatoribus; eaſque colonias militares fuiſſe nuocupatas. Dividendi porrò agri, vel ab hoſtibus erant capti, vel ære puhlico coempti a poſſeſſoribus; ne quod alteri cedebat in lucrum, aliis incommodaret. Ubi valde notanda ſunt verba Appiani lib. 2. *Vos pro rebus geſtis præmia, quæ olim dabat populus, referetis: qui nec ſuis nec innocentibus hominibus agros adimebat, neque illis aliena donabat, neque injuria facienda, gratiam referri oportere putabat: idemque hoſtes victos non omni agro, ſed parte mulctabat; in eamque emeritos deducebat, ut eſſent, quaſi hoſtium, quos deviciſſent, cuſtodes: cumque ſæpe agri armis parti non eſſent ſatis, publicos quoque diviſit; aut alios emit: hoc pacto deducere populus ſolebat ſine cujuſpiam ſollicitudine ac moleſtia*. Jam qui præeraot agrorum diviſioni Curatores agrorum dicebantur, ut docet Cicero pro lege Agraria. Peragebatur poſtremò deductio militum in agros dividendos more militari, vexillis expli-

explicatis ſub ſignis & aquila, ut ex Higino ſuperiùs commonſtravi. Appianus etiam ſcribit, milites a Cæſare cum armis, quibus meruerant, atque iiſdem ordinibus in agros eſſe deductos. Ea celebritas præſertim locum habebat, cum jure coloniæ aſſignarentur agri. Omiſſas ſolemnitates illas & ceremonias in Colonia Tarentina & Antiana Tacitus queritur per hæc verba: *Non ut olim univerſæ legiones deducebantur cum Tribunis & Centurionibus, & ſui cujuſque ordinis militibus, ut conſenſu charitate Rempubl. efficerent, ſed ignoti & inter ſe: diverſis manipulis ſine rectore, ſine affectibus mutuis, quaſi ex alio genere mortalium, repente in unum collecti, numerus magis quàm colonia*. Vide *Coloniæ*.

Missio Causaria. Vide *Cauſarii*.

Missio Gratiosa. Impetrari ſolebat ab Imperatore vel Prætore per gratiam & ambitum. Eam tamen Cenſores faciebant ſæpe irritam. Ejus rei exemplum habes apud Livium lib. 43. *Miſſorum quoque cauſas ſeſe cognituros eſſe, & quorum ante emerita ſtipendia Gratioſa miſſio ſibi viſa eſſet, eos milites fieri juſſuros*.

Missio honesta. De diviſione miſſionum militarium honeſtæ & ignominioſæ dictum eſt in Titulo *Miſſio*, & de ignominioſa quidem etiam ſeparatim. Honeſta miſſio duplex fuit apud Romanos; alia juſta, alia honoraria vel gratioſa. Juſtam dicebant, qua donati erant, qui ſpatium omne legitimæ expleſſent militiæ. Gratioſa vel honoraria concedebatur extra ordinem honoris causâ. Ulpian. lib. 3. de utraque: *Miſſio honeſta eſt, quæ emeritis ſtipendiis, vel ante, ab Imperatore indulgetur*. Macer lib. 49. de miſſione honeſta juſta: *Miſſio honeſta eſt, quæ tempore militiæ expleto, datur*. De gratioſa Liv. lib. 44. *Quoniam ante emerita ſtipendia gratioſa miſſio ſibi viſa eſſet*. Quinam verò apud Romanos præſcripti fuerint legitimæ militiæ anni, quique apud eoſdem extiterit ſtipendiorum numerus, ſuo loco expoſuimus. Addo ex Iſidoro lib. 9. juſtam miſſionem adeptos vocatos fuiſſe Veteranos vel Emeritos: & ex Feſto, gratioſam conſecutos miſſionem dictos fuiſſe Beneficiarios. Sed vide apud nos *Beneficiarii*. Vide *Miſſio*.

Missio Ignominiosa. De hac dixi in Tit. *Miſſio*. Hic ſubjicio duplex exemplum, ſive formulam ignominioſæ miſſionis, qua nimirum miles ob delictum a militia ſolvebatur. Alteram habes apud Hirtium de Bell. Afric. *C. Aviene, quod in Italia milites populi Romani contra Remp. inſtigaſti, rapinaſque per municipia feciſti, quodque mihi, Reique publicæ inutilis fuiſti, & pro militibus tuam familiam, jumentaque in naves impoſuiſti, tuáque operâ militibus tempore neceſſario Reſpublica caret: ob eas res ignominiæ causâ ab exercitu meo te removeo, hodieque ex Africa abeſſe, & quantum potes, proficiſci jubeo. Itemque te A. Fontei, quod Tribunus militum ſeditioſus, maluſque civis fuiſti, ab exercitu dimitto. T. Saliene, M. Tyro, C. Cluſinas, cum ordines in meo exercitu beneficio, non virtute conſequuti, ita vos geſſeritis, ut neque bello fortes, neque pace boni, aut utiles fueritis, & magis in ſeditione concitandi milites adverſus veſtrum Imperatorem quàm pudoris modeſtiæque fueritis ſtudioſiores, indignos vos eſſe arbitror, qui in meo exercitu ordines ducatis: miſſaſque facio, & quantum poteſt, abeſſe ex Africa jubeo*. Alia occurrit apud Saluſtium in hanc formam: *Ubi eum totu concione ab exercitu cogit diſcedere, dicit ſe ejus operâ non uſurum, eumque ab armis dimittit*. In quibus verbis obſerva Ducis increpationem illam, inſpectante exercitu, & adſtantibus Ducibus de tribunali, & pro concione prolatam, vim quandam acerbiſſimam habere oportuiſſe ad rei animum, ſupra quam quiſquam æſtimare poſſit, pervadendum altiſſime, atque conſauciandum. Aderat quippe opinio, & recordatio perpetui dedecoris, cujus indelebili afficiebatur notâ, qui per eam miſſionem ſolvebatur a militia. De fractis armis, calcaribus amputatis, ſoluto cingulo, aliiſque ritibus removendi a militia diximus in aliis titulis, quos vide in Indice ſecundo Cap. XLV.

Modiolus. i. Dicitur a forma modiorum, quibus frumenta & arida metimur, vernacula noſtrorum voce *Mogiuolo*. Ab hujus ſimilitudine Hero Machinarius & Vitruvius ſic appellant rotunda quędam vaſcula, ſeu orbiculos ferreos in machinis. Vide Baldum in Vitruvium. Ab Herone autem Modiolus dicitur in machinis ea rotæ pars, quæ axem circumambit, cuique affixi ſunt radii: vulgò: *Badile*.

Modulus. Horat. Epiſt. 1. 7.

Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede verum eſt.

Pro rei deformatione etiam ſumitur a Vitruvio. Vocem Latinam probe Itali reddunt *Modello*.

Moenia, um. Ennius ſingulari numero dixit *Mœne*, teſte Feſto. Veteres, ut notat Servius, pleraque vocabula, quæ nos per *u* dicimus, pronunciabant per dyphthongum *œ*. Ad hunc modum *pœnio* dicebant pro *punio*, & *Pœnica Regna*, nobis *Punica*: ex quo reliquam habemus vocem *Pœni*. *Mœnire* autem illis erat, quod apud nos *munire*. Plaut. in Bacch. *Pergamum divina mœnitum manu*. Idem in Milit. *Magna mœnis mœnia*. Addo pro voce noſtri Latii *Murus* Priſcos dixiſſe *Mœrus*: & quidem Servius ubi apud Virgil. lib. 10. legitur,

Quin intra portas, atque ipſis prœlia miſcent
Aggeribus murorum,

Putat legendum *Mœrorum*. Pomœrium quoque dicitur, quod eſt poſt murum. Proinde quemadmodum mœnire eſt munire, ſic mœnia erunt loca munita. Atque hinc habes etiam etymon vocis *Amœnus*, nimirum a particula Græcorum negante, & Latinorum *Mœnitus*; quoniam amœna loca aperta ſunt, non ſepta & munita. Quanquam verò muri & mœnia ſine diſcrimine uſurpari ſoleant, ſcias tamen nonnihil differre: nam murum dicimus ambitum quidpiam quomodolibet cogentem, mœnia, munitiones, vel murum munitum, portis ſcilicet, propugnaculis, turribus, aut quovis genere munimenti. Clarè iſta dividit Virgil. l. 2. Æneid.

Dividimus muros, & mœnia pandimus Urbis.

Et Cæſar l. 2. Bell. Civil. *Cum pene ædificata in muris ab exercitu noſtro mœnia viderentur*. Hinc falsò tradit Valla l. 4. mœnia de urbanis etiam dici ædificiis. Quoniam verò muri, ſeu mœnia arcium urbiumque corona ſunt, & præcipuum atque perpetuum munimentum, quod illas amplectitur, ideo de iis apud Scriptores bellicos prolixa eſt tractatio. Primùm omnium,

quod

quod eorum materiam attinet, alii ſunt lateritii muri, extructi ſcilicet e terra coctili, quæ in quadras maſſulas compacta calcem & foſſitiam arenam admodum tenaciter recipit, & longe firmiſſimam miniſtrat defenſionem. Alii ſunt e lapidibus ſtructi interdum grandioribus & quadratis, quandoque brevioribus & opere reticulato. Recentioris militiæ Architecti ſtructurâ terræ coctilis, ſive laterculorum utuntur in arcium muris condendis. Ea ſcilicet materia, utpote mollior, ictus bombardarum, aut impunè, aut minore excipit damno, quàm muri lapidei, qui obnitentes apertiorem aditum ſciſſuris exhibent. Obſervavit id Hero de machinis bellicis cap. 9. ubi ſic loquitur: *At ſciendum eſt, quod lapidei muri citiùs quàm lateritii incutiuntur atque rumpuntur. Nam propter fungoſitatem ac mollitiem ipſius lateris, ea, quæ ab Ariete fit percuſſio, debilis & labilis eſt, excavans potius ac fodiens laterem, quàm rumpens atque perfringens. Lapis verò adversùs ferri duritiem reſiſtens vehementem percuſſionem ſuſcipit, atque itâ concutitur*. Ex quacunque autem materiâ muros arcium feceris, validos illos firmoſque eſſe oportet. In hac parte admodum accuratos fuiſſe veteres Architectos oſtendunt Scriptores Architecturæ veteris militaris. Vitruvius lib. 1. cap. 5. *Interiore parte ſubſtructionis, fundamentum diſtans ab exteriore introrſus amplo ſpatio conſtituendum eſt: ita uti cohortes poſſint, quemadmodum in acie, inſtructæ ad defendendum ſupra latitudinem aggeris conſiſtere. Cum autem fundamenta ita diſtantia inter ſe fuerint conſtituta, tunc inter ea alia tranſverſa, conjuncta exteriori & interiori fundamento, pectinatim diſpoſita, quemadmodum ſerræ dentes ſolent eſſe, collocentur*. Item Veget. lib. 4. *Murus ut nunquam poſſit elidi, hac ratione perficitur. Intervallo pedum vicenûm interpoſito, duo intrinſecus parietes ædificantur, deinde terra, quæ de foſſis fuerit egeſta, inter illas mittitur, vectibuſque denſatur; ita ut a muro primus paries parum inferior, ſecundus longe minor ducatur, ut de plano civitatis ad ſimilitudinem graduum, quaſi clivo, molliuſque ad propugnacula poſſit aſcendi. Quia nec murus ullis poteſt arietibus concuti, quem terra confirmat; & quovis caſu deſtructis lapidibus, ea, quæ inter parietes denſata fuerit, ad muri vicem ingruentibus moles obſiſtit*. Altitudinem etiam & craſſitiem murorum paſſim eſt animadvertere apud veteres Scriptores. Et quidem olim craſſiores erant lapidei muri, quàm noſtrates ſunt. Nam adversùs ictus bombardarum plus habent adminiculi vel obſtaculi terrei aggeres poſt murum lateritium, cujuſmodi ferè operibus utitur recens militia ad eludendos tormentorum ictus, quæ in molliori materia recepta minus noxia ſunt; cum adversùs duriores lapides vim habeant longe validiorem ad perfringendum & diruendum. Cæterum de magnitudine, & altitudine murorum veterum hæc habet Appianus in Mithridatico: *Pyræi muros Athenis altitudine fuiſſe quadraginta circiter cubitorum, ſaxo quadrato inſtructos*. Expreſſiùs de iiſdem Thucydides: *Latitudine fuiſſe tanta, ut duo currus juncti inter ſe, vel obvii, per murum tranſirent: introrsùs autem neque cæmentum neque lutum interpoſitum, ſed junctos & coagmentatos grandes lapides, qui ſecti quadratique eſſent, eorumque exteriora ferro & plumbo revincta*. Animadverſione dignum eſt quod apud Thucydidem, tanquam ſingulare & admirandum de muris Pyræi memoratur; ea nimirum fuiſſe craſſitie, ut geminos currus junctos vel obvios commodè caperent; id in munitionibus militiæ recentis eſſe non ita rarum. In quo genere excellunt muri Lucenſis Reipublicæ, conſitis etiam præmagnis arboribus inumbrati, per quos ultrò citroque commeantes currus admodum commodè ferri ſolent. Quod autem craſſities muri interior non ex terreno aggere, ſed ex ſecto conſtaret marmore, id planè demirandum, & privata laus fuit murorum Pyræi. Obſerva etiam Veterum morem revinciendi quadratos murorum lapides ære & plumbo. Res omninò erat immenſi diſpendii; verùm eo catenati operis munimine validiora reddebant mœnia adversùs impreſſionem arietum & balliſtarum. Magis verò magiſque notandum eſt tantam artis præſtantiam in ejuſmodi quadratorum lapidum commiſſuris fuiſſe adhibitam, ut ea ligamenta acutiſſimos etiam oculos quandoque fugerent, ac plane perpetuum & continuatum opus videretur. Id de muris Byzantii præſertim tradit Herodianus lib. 3. additque eorum reliquias ſuo etiam ævo tanquam rem prodigioſam conſpici, non ſine ſpectatorum admiratione, qui artem ingeniumque eorum, qui illos ſtruxerunt, robur verò eorum, qui dejecere, obſtupeſcerent. Athenarum Pyræum, & magnanimitatem Periclis æmulatus eſt Herodes ubi Cæſaream urbem firmiſſimo portu nobilitavit. Ad hunc excitandum jacta in profundum ſaxa admirandæ longitudinis & latitudinis, ut refertur a Joſepho de Bell. Judaic. lib. 1. *Sed Rex liberalitate ac ſumptibus devicta natura Pyreo majorem portum fabricavit, & in ejus penetralibus alias navibus ſtationes fecit altiſſimas. Et quanquam ei locus adverſabatur, tamen ita cum difficultate certavit, ut firmitas quidem ſtructuræ nequaquam mari cederet; pulchritudo verò tanta eſſet, quaſi nulla res ardua præpediſſet ornatum. Metitus enim portûs ſpatium per viginti ulnas in profundum ſaxa demiſit, quorum pleraque pedum quinquaginta longitudinis, & altitudinis novem, & latitudinis decem, nonnulla verò etiam majora fuerunt*. Ubi multis proſequitur ejus amplitudinem portûs & admiranda opera pertexere. Idem Scriptor lib. 6. enormem ſaxorum magnitudinem refert, quibus Agrippa nova jecit fundamenta Hieroſolymitanæ Urbi muris coronandæ: *Pater hujus Regis eodem nomine Agrippa murum quidem ita, ut prędixerat, inchoaverat. Veritus autem Claudium Cæſarem, ne magnificentiam conſtructionis ad novarum rerum ac diſcordiæ ſuſpicionem traheret, fundamentis tantummodo jactis ab opere deſtitit: nec enim expugnabilis eſſet civitas, ſi perfeciſſet muros, ut cœperat. Saxa enim viginti cubitis longa, & decem lata contexebantur, quæ neque ferro facile ſuffodi poſſent, nec machinis dimoveri*. Quemadmodum autem ea murorum firmitas neceſſaria erat vetuſtis arcibus adversùs arietes; ſic etiam excellens altitudo adversùs turres ambulatorias oppugnatorum. Ab hac enormis murorum altitudinis neceſſitate abſolvitur recens militia, poſtquam deſiere ambulantes illæ turres, & in earum, veterumque machinarum locum tormenta igniaria ſucceſſerunt. Legimus etiam, arcium mu-

ros

ros ſeu mœnia non conſtructa in directum, & ſolum turribus per certa intervalla diſpoſitis diſcriminata fuiſſe, ſed flexuoſis & obliquis ſinibus veluti ſerpentia; ad majorem tutelam exædificata; ut non ſolùm a fronte, verùm etiam a lateribus, atqne adeo a tergo, ab hoſtilibus machinis tuta & indemnia redderentur. Apertè id Vegetius tradidit lib. 4. c. 2. *Ambitum muri directum Veteres duci noluerunt, ne ad ictus arietum eſſet diſpoſitus, ſed ſinuoſis anfractibus clauſere urbes; propterea, quia ſiquis ad murum tali ordinatione conſtructum vel ſcalas, vel machinas voluerit admovere, non ſolum a fronte, ſed etiam a lateribus & prope a tergo, veluti in ſinum circumcluſus, opprimitur.* In eandem ſententiam Tacitus de muris Urbis Hieroſolymæ: *Duos colles immenſum editos clauſerant muri per artem obliqui, aut introrsùs ſinuati, ut latera oppugnantium ad ictus paterent.*

2. Illud etiam prudenter & callidè excogitatum, ut duplici & quandoque triplici etiam murorum coronà oppida conſepirent. Hoc conſilio Tyrii ab Alexandro obſeſſi duplicis muri munimentum oppugnantibus objecere, aggere & lapidibus æquato ſpatio, quod inter utrunque erat murum. Triplici autem murorum aggere, quorum quiſque triginta cubitos altus eſſet, muniverunt ſeſe Carthaginienſes adversùs Romanos, ut fusè memorat Appianus. Eadem ferme de muris Urbis Hieroſolymitanę ſcribit Joſephus. Quod autem in illis longe erat mirabilius, e marmore candido omnes erant conſtructi: ſingula verò ſaxa viginti cubitis longa, decem lata, quinque alta erant. Diſtributæ etiam per certa ſpatia turres admirandi operis, ad majorem & quaſi ſempiternam urbis ſecuritatem. De duplici vel triplici murorum ambitu expreſſum habemus a Vegetio documentum lib. 4. cap. 23. *Quod ſi tanta vis fuerit, ut murus arietibus perforetur, & (quod ſæpe accidit) decidat, ſalutis una ſpes ſupereſt, ut deſtructis domibus alius intrinſecus murus addatur, hoſteſque inter binos parietes, ſi penetrare tentaverint, perimantur.* Turres per certa intervalla diſpoſitæ muros tuebantur. Vitruvius lib. 1. cap. 5. *Turres ſunt projiciendæ in exteriorem partem, ut cum ad murum hoſtis impetu velit appropinquare, a turribus dextra ac ſiniſtra vulneretur.* Et paulo poſt: *Intervalla autem turrium ita ſunt facienda, ut ne longiùs ſit alia ab alia ſagittæ emiſſione: uti ſiqua oppugnetur, tum a turribus, quæ erunt dextra & ſiniſtra, ſcorpionibus, reliquiſque telorum miſſionibus hoſtes rejiciantur.* Quomodo verò urbes ſuas firmiſſimo munimento directis trabibua, multo aggere conveſtitis firmare conſueverint Galli veteres, ſic exponit Cæſar lib. 7. Bell. Gallic. *Muris autem omnibus Gallicis hæc eſt fere forma: trabes directæ, perpetuæ in longitudinem, paribus intervallis, diſtantes inter ſe binos pedes in ſolo collocantur. Eæ revinciuntur introrsùs, & multo aggere veſtiuntur. Ea autem, quæ diximus intervalla, grandibus in fronte ſaxis effarciuntur. Iis collocatis & coagmentatis, alius inſuper ordo adjicitur, ut idem illud intervallum ſervetur, neque inter ſe contingant trabes, ſed paribus intermiſſæ ſpatiis, ſingulæ ſingulis ſaxis interjectis arcte contineantur. Sic deinceps omne opus contexitur, dum juſta muri altitudo expleatur. Hoc cùm in ſpeciem deforme non eſt, alternis trabibus aut ſaxis, quæ rectis lineis ſuos ordines ſervant: tum ad utilitatem & defenſionem urbium ſummam habet opportunitatem, quòd & ab incendio lapis, & ab ariete materia defendit: quæ perpetuis trabibus, pedes quadragenos plerunque introrsùs revincta, neque perrumpi, neque diſtrahi poteſt.* Quoniam verò Æqualanum Oppidum, quod eſt in Lucanis, mœnia habebat trabibus ſolùm prætenta ſine ullo lapidum præſidio, ideò faſcibus ſarmentorum admotis incenſum eſt oppidum atque direptum, ut ſcribit Appianus lib. 1. Bell. Civil. Sed de congrua murorum materia videndus eſt Vitruvius lib. 1. cap. 5. & lib. 8. cap. 3.

3. Nos adnotare non prætermittimus, ad uſum recentis militiæ commodiora eſſe mœnia in plano poſita & declivi, atque adeo humiliora, ut recipere poſſint deſuper tormenta in hoſtes explodenda, & depreſſione ſua minus pateſcere adversùs hoſtium inſultus. Nam quod attinet munimenta propugnaculorum, aliaque arcium ex opere terreo præſidia, ea ſcilicet ſuis in locis venient explicanda. Addo muris Veterum pinnas deſuper fere impoſitas fuiſſe; qnod non ſolùm ad ſpeciem & ornamentum; verùm etiam ad tegimen, & nocendi opportunitatem faciebat. Nam capita ſcalarum minus commode ſic recipiebant muri; locatique poſt pinnas præſidiarii faciliùs arcebant hoſtes ſagittis atque miſſilibus. Peregrinum verò inprimis novumque murorum inventum Spartanorum fuit. Nullis Sparta præcingebatur muris ex antiquiſſimo inſtituto: quod dicerent Lacedæmones, ibi Spartam muros habere, ubi non habet: pro muris ſiquidem iis eſſe pectora civium. Idem de priſcis Romanis effertur a Strabone l. 5. *Non a locorum munitionibus, ſed ab armis innataque virtute tutelam habere Romanos. Non viris mœnia, ſed viros mœnibus propugnacula fore putabant.* Ea nempe tegumenta & munitiones ignaviam & ſocordiam alere oppidanorum. Specioſe id ſimulque jactanter & ſuperbè proditum. Cæterum eam inſtitutionem denudatas muris colendi civitates, cui etiam ſuffragatum fuiſſe liquet Platonem, multis & validiſſimis improbat argumentis Ariſtoteles lib. 7. de optimâ formâ Reipublicæ adminiſtrandæ. Illud non ex Platonicorum ſecta, ſed ex noſtræ Religionis præſcriptionibus certum eſt atque perſpicuum, potiſſimam urbium firmitatem, & pluſqnam adamantinos muros a civitate honeſtis ſanctiſſimiſque moribus conſtituta conſurgere. Vidit id etiam, ea in re Platone ipſo ſapientior, facetiſſimus Comicorum Plautus; apud quem in Perſâ virgo quædam optimè morata, cum interrogaretur, an ſatis munitum ſibi oppidum videretur, in hanc ſententiam reſpondit.

Si incolæ bene ſunt morati, pulchre munitum arbitror:
Perfidia & peculatus ex Urbe, & avaritia ſi exulant.
Quarta invidia, quinta ambitio, ſexta obtrectatio;
Septimum perjurium. To. *euge.* Vir. *octava indiligentia;*
Nona injuria; decimum quod peſſimum aggreſſu ſcelus.
Hæc niſi unde aberunt, centuplex murus rebus ſervandis parum eſt.

Ad-

Adde, quod Divino axiomate multò fuit ante ſancitum Pſalm. 126. *Niſi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam.*

4. Murorum brevitatem nonnunquam cauſam fuiſſe ut validiſſima cæteroqui oppida hoſti ſuccumberent, diſcimus exemplo Syracuſarum, de qua Urbe a Marcello obſeſſa ita Livius de Bell. Punic. lib. 5. *Quò cum ſæpius commearent, unus ex Romanis ex propinquo murum contemplatus, numerando lapides æſtimandoque ipſe ſecum, qui in fronte paterent, ſimul altitudinem muri, quantum proxime conjectura poterat permenſus, humilioremque aliquanto priſtina opinione ſua, & cæterorum omnium ratus eſſe, & vel mediocribus ſcalis ſuperabilem, ad Marcellum rem defert.* Imbecilla verò vel maxime deprehenduntur mœnia, quæ ligneâ materiâ compacta ſunt, præſertim ſi nullo admiſſo opere cœmentitio per certa interſtitia, tollantur. Cum ſic eductos Delii muros offendiſſent Bœotii facili negotio eoſdem igne abſumpſerunt. Quoniam verò ad incendium propagandum uſi ſunt mirabili quodam machinamento ex antenna perforata, cum lebete alligato, ignem mox conceptum follium niſu, libet hìc & machinæ genus, & muros dirutos deſcribere verbis Thucydidis lib. 4. *Adversùs Delium caſtra movent, aggreſſique munimenta cum aliis oppugnandi generibus, tum verò machina admota ad hunc modum facta. Antennam ingentem cum geminas in partes ſecaviſſent, omnem excavant, eamque rurſus veluti tibiam affabre compingunt, & in ipſius ſummo lebetem catenis appendunt, adunco ſuper illud ferreo roſtro ad inſufflandum, quod ab ipſa antenna procedebat; ejus ligno magna ex parte ferrato. Hanc machinam longo ſpatio carris advectam muro admovent, qua maxima parte vitibus erat ligniſque conſtructus. Ubi admota eſt, grandibus follibus ei capiti antennæ, quod ad ipſos ſpectabat, applicitis, flatum cient: qui flatus acriter actus in abenum, prunas & ſulphur. & picem habens, ingentem flammam excitavit, murumque incendit, itaut nemine ſuper eum perſtante, ſed omnibus in fugam ſe dantibus, munimenta caperentur.* Video noſtrorum temporum Architecturam machinariam, cui negocium eſt cum majoribus fulminalibus & prægrandibus ollis incendiariis, irriſuram facilè tam rude & obſcurum machinæ genus. Verùm vileſcunt apud nos hodie, poſtquam tot tantaque incrementa cœpit res militaris, quæ Antiquis illis, non ſolum in pretio, verum etiam admirationi fuere. Reliquum eſſet, ut poſtquam de murorum conſtructione multa expoſuimus, de eorum etiam per bellicas machinas dejectione aliqua ſuggereremus. Verùm de his ſatis in voce *Demolitio*.

Moenia ferrea non terrea. Adagium relatum a Platone lib. 6. de Legibus. Quo monemur non tam urbes defendi a muris probè munitis, turribuſque duriſſimis, quàm a ferreis armatorum pectoribus. Ortam putaverim dictionem hanc veterem a priſco illo ſermone de Spartanis, qui denudatam mœnibus colentes urbem, eandem armatis pectoribus glorioſiſſ propugnabant, illud ſubinde jactantes. *Sparta muros habet ubi non habet.*

Moles, is. Voſſius vocem militarem agnoſcit, Græca origine a dimicatione. Sic enim ſcribit; *Quare melius fortaſſe a μῶλος, quod πόλεμον, ſive μάχην, notat. Ita proprie erit vox militaris. Confirmat Maro 1. Æneid.*

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Quaſi verborum ſententia ſit: Tamdiu, tamque variè pugnatum eſt, ut gens Romana conderetur. Sed nimia ea eſt prurigo græciſſandi in Latinis originibus. In verſu autem Virgiliano nihil indicatum certaminis, aut rei militaris. Sumitur autem ibi moles pro re magni momenti, vel ponderis. Scaliger trahit a mola farinaria, quæ lapis ſolet eſſe prægrandis. Hoc minus damnem. Levicula autem eſt difficultas a quantitate ſyllabæ quę in *mola* corripitur, in *moles* producitur. Alibi enim eam difficultatem diluimus. Id enim in *ſedeo* & *ſedes*, aliiſque non paucis dictionibus Latinis ſæpe accidit: & ab ipſa voce *moles* fit *moleſtus*, & *molaris* quæ priorem ſyllabam correptam habent. Calepinus a movendo trahit, quod ægrè moveatur. Gerræ. Quidquid præmagnum eſt & ponderoſum Latinè dicimus molem. Arctiùs tamen & proximius moles Latinis appellantur opera & aggeres, quæ in oris maritimis attolli ſolent ad tutam ſtationem navibus præſtandam. Cic. ad Attic. lib. 4. *Conſtat enim aditus inſulæ eſſe munitos mirificis molibus.* Cæſar de Bell. Civil. *Qua fauces erant anguſtiſſimæ portus, molem atque aggerem ab utraque parte littoris jaciebat.* Perpetuos ductus operis cæmentitii ad excludendos fluctus, & communiendas etiam urbes, Vitruvius lib. 5. cap. 12. vocat progreſſus. Ad quem locum Philander ita ſcribit: *Progreſſus appellat aggerum illam continuatam ſeriem, objectam ad arcendos fluctus, quam noſtri ab elota terra levatam dicunt, Græci χώματα, Latini moles, Itali id appellationis retinuerunt.* Neque eſt omninò dubitaudum a Latinorum mole juxta memoratam notionem, propagatam eſſe apud Italos vocem *Molo*. Vide *Portus*.

Monangon. Vide *Angon*.

Monarchia, æ. Status eſt & forma civitatis in qua unus eſt Princeps, qui reliquis imperat. Id regimen præ populari & optimatum probatur maxime a Xenophonte in Cyro; & multis rationibus commendatur apud Platonem, & Iſocratem. Ubi enim variari ſummam poteſtatem libuit poſt non ita diuturna temporis intervalla contagione plebia eviluit apud multos, fracta diſcordiis efferbuit apud paucos; ut poſtremo ad Reges feſſam redire neceſſe fuerit. Ut verò hæc aliis diſcutienda relinquam, illud certè habent omnes perſuaſiſſimum, in re mililitari imperium penes unum eſſe oportere. Equidem per opportunitatem bellicæ adminiſtrationis præclarum illud & memorabile effatum Homerus prodidit.

Multos imperitare malum eſt; Rex unicus eſto.

Optimo proinde jure Gothefridus Bullionius ad hunc modum tueri inducitur locum & authoritatem Imperatoriam apud Torquatum Taſſum Cant. 5.

Riſponde il Capitan: dai più ſublimi
Ad ubidire imparino i più baſſi.
Mal, Tancredi, conſigli, e male ſtimi,
Se vuoi che i grandi in ſua licenza io laſſi.
Qual fora imperio il mio, ſe a vili, & imi
Sol Duce della plebe io comandaſſi?
Scettro impotente, e vergogneſo impero:
Se con tal legge è dato, io più nol chero:

Ma

Digitized by Google

Ma libero fu dato e venerando:
Nè vuò ch'alcun d'autorità lo ſcemi:
E sò ben io, come ſi deggia e quando,
Hora diverſe impor le pene e i premi;
Hora tenor d'egualità ſerbando,
Non ſeparar dagl'infimi i ſupremi.
Così dicea; nè riſpondea colui,
Vinto da riverenza ai detti ſui.

Optimum certe Monarchiæ regimen eſſe, probavit genus humanum, quod per tot ſæcula, & quatuor Aſſiriorum, Perſarum, Græcorum, & Romanorum Monarchias, uni parère non dubitavit. Inſtinctu id etiam naturæ aliquo diſcimus. Unus enim ſoluſque rerum omnium moderator eſt Deus: unum cœleſtes orbes alii authorem lucis atque diſpenſatorem agnoſcunt Solem: unum apes Regem ambiunt: unum armenta & greges ſequuntur ductorem: Romani verò etiam florente Reipublicæ ſtatu, in extremis Reipublicæ caſibus, & urgente bellorum neceſſitate, Dictatorem nominabant, cui, nequid Reſpublica detrimenti caperet, unicè commendatum. Ipſe verò ſic obtinebat imperium, ut poteſtas aliorum omnis tota Dictaturæ tempore prorsùs ceſſaret.

s. Ajo autem ſic conſentire peritiſſimos quoſque politici ſtatus æſtimatores in collaudanda aſſerendaque præ cæteris unius poteſtate, ut nequaquam proinde ſit inficiendum præclarè interdum & glorioſè ceſſiſſe plurium regimen. Non admodum quidem frequentis id exempli eſt, verum ſumma orbis Romani felicitate id contigiſſe liquet Romanæ Reipublicæ tempore. Rarioria exempli eſt quod de æquato apud duos imperio in Maximiano & Diocletiano magnificè præſefert, & expendit graviter Mamertinus in Genethliaco Maximiani. *Dividere inter vos Dii Immortales ſua beneficia non poſſunt. Quidquid alterutri præſtatur, amborum eſt. Obſtupeſcerent certe omnes homines admiratione veſtri, etiamſi vos idem parens, eademque mater ad iſtam concordiam naturæ legibus imbuiſſent. At enim quanto hoc eſt admirabilius vel pulchrius, quod vos caſtra, quod prælia, quod pares victoriæ fecere fratres? Dum virtutibus veſtris favetis, dum pulcherrima invicem facta laudatis, dum ad ſummum fortunæ faſtigium pari gradu tenditis, diverſum ſanguinem affectibus miſcuiſtis. Non fortuita in vobis eſt germanitas, ſed electa. Notum eſt ſæpe eiſdem parentibus natos eſſe diſſimiles, certiſſima fraternitatis eſt uſque ad imperium ſimilitudo.* De Monarchia præter Platonem, Ariſtotelem, Iſocratem & alios videndus inprimis eſt Dio Caſſius lib. 52. in gemina oratione M. Agrippæ, & Mæcenatis ad Auguſtum deliberantem de forma regiminis inducenda.

Monippi, orum. Notione Græca milites ſunt ex uno depugnantes equo. Heroum tempore uno equo minime certabatur, nec uſpiam earum dimicationum mentio eſt apud Homerum, ut notat Rhodigin. Lect. antiqq. lib. 21. cap. 31. ex Philoſtrato. Duobus equis ad currum adhibitis junctiſque pugnatum fuit ab Heroibus. Hector tamen, quoniam audacia præſtaret, quatuor equis currui junctis prœliatus eſt:

Monitores. Pro Magiſtris militarium exercitationum. Vide *Campidoctor*.

Monocaballi. Vide *Singulatores*.

Monolores. Vide *Singulatores*.

Monomachia. Latinè certamen ſingulare. Aliud ludicrum & umbraticum, aliud verum conſiderari poteſt. Umbraticum, & ad veræ pugnæ imaginem exercebatur Romæ a tyronibus thorace fictitio, gladiiſque rudibus & obtuſis, quibus feriendi artem, & ictus declinandi condiſcebant. Eam concertationem a ſerama, hebetis gladii genere, Itali dicimus *ſcherma*, *ſchermire*. Ludiera hæc & præluſoria monomachia non uno apud Romanos modo erat in uſu. Mitti ſolebant tyrones in diſciplinam laniſtarum; & primum quidem ſub horum magiſterio adeſſe gladiatorum ſpectaculis, & intuendo condiſcere artem ictus ferendi evitandique. Eoſdem deinde vel ipſi erudiebant laniſtæ, vel inter ſe ſingulari pugna certaturos publico in ludo committebant, armis tamen rudibus & obtuſis. Valerius Maximus ſcribit P. Rutilium, peritiſſimis quibuſque e ludo Cornelii Scauri evocatis, primum omnium edocuiſſe Romanos artem vulnera infligendi, mentiendique armis innoxiis ſanguinei verique Martis effigiem. Interdum verò id fieri ſolitum non magiſterio laniſtarum, ſed in clientelam Romanorum equitum & Senatorum miſſis tyronibus. Nobilius hoc pacto exercitos illos a Cæſare ſcribit Svetonius in ejus vita: *Tyrones neque in ludo, neque per laniſtas, ſed in domibus per equites Romanos, ac etiam per Senatores armorum peritos erudiebat*. Eodem exercitationis genere dimicabant ad palum, ut a nobis eſt alibi fusè explicatum: & adversùs umbram, de qua exercitatione agemus in Titulo *Sciomachia*.

2. Veram & cruentam monomachiam, privata præſertim authoritate ſuſceptam, meritò leges proſcribunt damnantque. Fuit equidem moris antiquiſſimi, ut ad vitanda urbium atque Regnorum graviſſima damna, immenſumque militum ſanguinem & internecionem, rivales Principes, Duces æmuli, vel ad id lecti quæſitique ex utraque parte bellatores fortiſſimi prœlio ſingulari dimicantes bellum abſolverent. Id mutua ſponſione, certis conditionibus, exercitu quandoque inſpectante, pugnæque arbitris & parariis utrinque adductis, fieri ſolitum. De ejuſmodi pactionibus abundè eſt a nobis dictum in Titulis *Fœdus*, *Haraldus*, *Juſta*, *Juramentum*, & ſæpe alias. Addo hic locum ex Triſſino l.20.

E Turriſmondo allor coll'elmo in teſta,
E con la forte lancia ſulla coſcia,
Se n'andò appreſſo a Corſamonte, e diſſe.
Corſamonte, io ſon quì con l'arme indoſſa,
Per gioſtrar teco, e mantener l'honore
De' miei Maggiori, e del paeſe Goto.
Ma ſarà ben che noi fermiamo i patti
Prima, e giuriamo al Rè dell'Univerſo,
Che s'io ti manderò gioſtrando a terra,
Tu ſarai mio prigion ſenza contraſto,
Et anch'io ſarò tuo, ſe tu m'abbatti.
Ma ſe ciaſcun di noi rimane in ſella,
Combatterem colle taglienti ſpade,
E ſe da te ſarò ferito ò morto,
Prenderai l'arme mia, rendendo il corpo
Alla famiglia mia per ſepellirlo;
Ch'anch'io ſarò di te queſto medeſimo.

Item illud Alamanni Avarch. c.3.

La gran lite, che habbiam, riposta ſia,
Quando non ſpiaccia a voi, nella virtude
Del buon voſtro Clodin, ch'a guerra ſia

Con huom, ch'a di poter le forze nude,
Queſto è Gaven, che la fortuna ria
Vuol, ch'a ſuo danno s'affatiche e ſude:
E ſe vinte ſarà, promette Arturo
Laſſare Avarco [illegible] e ſicuro;
Con tutte l'altre ville, e quel paeſe,
Ch'egli ha mai guadagnato ſopra voi,
E ritornarſen poſcia ad ali ſteſe
Oltra il Britanno Mar con tutti i ſuoi:
Ma ſe'l Cielo a Gaven ſarà corteſe,
E le ſue Stelle irate contra a noi,
Che gli darete Avarco, e quanto in mano
Ritenete de Franchi, e del Rè Bano.

Eam ob cauſsm, ne regna perpetuis cladibus implicarent, inter ſe armis decreviſſe de Peloponneſo legimus Hyllum & Echenum, de Elide Pyrechmam Ætolum & Degmenum Epeum: quorum exemplo de principatu certarunt Tullus & Metius: Liv. l.5. *Ineamus aliquam viam, qua utris imperent, ſine multo ſanguine utriuſque populi decerni poſſit*. Prætereo Trojanum bellum in compendium fere miſſum privsta dimicatione Hectoris & Achillis. De Regno Thebano primùm totius Græciæ viribus, poſtremo Etheoclis & Polynicia fratrum monomachia depugnatum. De regendo demum Latio, & Laviniæ nuptiis armorum judicio cognitum inter Æneam & Turnum. Habes Turni verba apud Virgil. lib.12.

Nuntius hæc, Idmon, Phrygio mea dicta tyranno
Haud placitura refer. Cum primum craſtina cœlo
Puniceis invecta rotis Aurora rubebit,
Non Teucros agat in Rutulos; Teucrûm arma quieſcant
Et Rutulûm: noſtro dirimatur ſanguine bellum;
Illo quæratur conjux Lavinia campo.

Nihil autem vulgatius, quàm ejus generis ictitandis avidè prœliis in Mileſiis fabulis Poetarum Italicorum jucundiſſime detineri, quibus a rebus agendis otium ſuppetit. Et quidem apud Græcos ita pugnandi morem & inſtitutum fuiſſe antiquiſſimum author eſt Strabo l. 8. Variatum tamen liquet ſuper numero bellatorum. Inter Ætolos & Elæos bini utrinque arma ſumpſerunt: Inter Lacedæmonios & Argivos triceni in arenam progreſſi ſunt: Inter Romanos Albanoſque terni. Centenos utrinque commiſit Theſeus apud Boccacc. Theſeid. c.5. certaturos pro Æmiliæ nuptiis, Ducibus agminum Palemone & Arcita rivalibus bellatoribus.

Ma per ceſſar tra voi la queſtione,
Con l'arme indoſſe vi convien provare
Nel modo, ch'io dirò. Che Pelemone
Cente compagni vegga di trovare
Quali potrà per la ſua elettione.
Il ſimile a te ancor converrà fare:
Poſcia in battaglia nel teatro noſtro
Voi ſarete, e col ſeguito ancor voſtra.
Chi l'altra parte caccierà di fuare
Per forza d'arme, a lei marito fia:
L'altro di lei privato è dell'honore.
A quel giudicio converrà che ſtia
Che vorrà la Donzella, al cui valore
Commeſſo da queſt'hora innanzi ſia:
E lo termine in ciò vi ſia donato
Un'anno intero: e così fu fermato.

Quod ſi hæc adhuc turpitudinis labe non carent, ut admiſſa tolerari poſſint, quid erit exiſtimandum de gladiatoriis conflictibus, Romæ, aliiſque in florentiſſimis civitatibus olim publice exhibitis, indictiſque ad populi oblectamentum conſenſione Magiſtratuum, & imperio Principum? Ea ſcilicet concertationum portenta nullæ dirarum aut execrationum formulæ ſatis devoveant. Quis enim non Herculis, ut ajunt, verbis invadat aut digladiantes ipſos, qui diuturna prius in ſcholis exercitatione ad feriendum inſtructi homines cædere, obtruncare, configere, artem facerent; aut confertiſſimi immanitatem atque duritiam populi, qui jucundiſſimè perfruebatur quæſitis anxiè ſpectaculis, quorum aſpectum feræ ipſæ averſis oculis perhorreſcerent? Vide *Gladiatores*. Conſule Hugon. Grot. de Jur. Bell. & Pac. lib.3. Mutium Juſtinopolitanum libro ſingulari *del Duello*, & multa ſuper hoc argumento congerentem Cangium In Gloſſ.

Monomachi. Latinè ſingulari certamine dimicantes. Vide *Monomachia*.

Monoxylos, ut habet Vegetius: ſed emendatiùs Monoxylum, cum neutro genere proferatur apud Græcos. Juxta vocis originem Græcam unicum lignum diceres. Propriè Monoxyia ſunt naviculæ ex unico ligno excavatæ, quibus Ægyptii per ſtagna & Nili inundationes utebantur. Authores ejus rei ſunt Strsbo lib.3. & Plin. lib.6. csp.23. Quomodo verò ex iis pontes conficerentur a militibus fluvios trajecturis, expoſuimus in voce *Pons*. Ab horum ſimilitudine, atque adeo, ut ſuſpicor, curuitate, Monoxyla dixit Hero de Machinis bellicis cap.9. ea ſuſtentacula quæ ſuperiùs ad ſecunda juga Teſtudinis arietariæ apponuntur, ut exponit Barocius. Locus de Monoxylis lintribus apud Vegetium legitur l.3. c.7. ubi agit de pontibus: *Sed commodiùs repertum eſt, ut Monoxylas, hoc eſt paulò latiores ſcaphulas, ex ſingulis trabibus excavatas, pro genere ligni & ſubtilitate leviſſima, carpentis ſecum portet exercitus, tabulatis pariter & clavis ferreis præparatis. Ita abſque mora conſtructus pons, & funibus, qui propterea habendi ſunt, vinctus, lapidei arcus ſoliditatem præſtat in tempore*. Ejus generis naviculis Cæſar primùm in Britannia, mox etiam in Hiſpania uſus. Monoxylorum meminit etiam Polybius, ex quo Livius l.30. *Novaſque alias primum Galli inchoantes cavabant ex ſingulis arboribus*. Adde Virgilii locum Georg. 1.

cavat arbore lintres:

& Ammiani lib. 24. *A'veis arborum cavatarum vecti*. Ex his teſtimoniis eruitur monoxylorum uſum non ad conficiendos duntaxat pontes, verum etiam ad tranſvectionem valuiſſe. Accenſe ſuperioribus Plinium lib. 6. *Regio, ex qua piper monoxylis lintribus Baracen convehitur, vocatur Cottonora*. De uſu ejuſmodi lintrium etiamnum vigente apud Perſas ita ſcribit Petrus de la Valle Viagg. Perſ. p. 1. *Accreſciute da varii torrenti nella Città di Sarà ſi comincia a navigare, non con barche, formate al modo ordinario, ma fatte d'un ſolo legno groſſiſſimo, e incavato, col fondo piatto, per la baſſezza dell'acqua, e con certi remacci, che ſono più teſto pale, che remi; con le quali barche nondimeno ſi và beniſſimo, non ſolo a ſeconda; ma anche contra acqua, e aſſai veloce-*

Digitized by Google

locemente, e tal ce n' è, che porta dieci e dodici perſone, overo buona quantità di roba a proportione. Et paulo infra: *E non ſolo a paſſare ſe ne ſervono, ma anco per andare innanzi ed indietro, e fin dentro al Mare a ſpaſſo, e a peſcare*.

Monozoni milites. Vide *Baltheus*.

Mons gaudii. Celeberrima eſt acclamatio militaris, quam olim univerſa uſurpavit Gallia in ſuis certaminibus, Regibus ipſis exemplo ſuo ſæpenumero præeuntibus: *Montioje S. Denys*. Mattheus Pariſius in Henrico III. *Et facto congreſſu acclamatum eſt terribiliter, ad arma, ad arma, hinc Regales, Regales, inde Montis-gaudium, ſcilicet Regis utriuſque Inſigne*. Ordericus tamen Vitalis lib. 12. Gallorum *Montioie*, non Montiſgaudium, ſed meum gaudium ioterpretatur: *Sed ingreſſi, meum gaudium, quod Francorum ſignum eſt, verſa vice clamaverunt*. Monticulus eſt prope Lutetiam Pariſiorum, ubi S. Dionyſius, quem Galliæ Reges mirifice ab antiquo coluerunt, Martyrium fortiſſimè ſubiit. Mons ille gaudii dicitur, quoniam S. Martyris patrocinium, diſcuſſis ſæpenumero publicarum calamitatum turbinibus, jucundiſſimam Galliæ ſerenitatem reſtituerit, inclamato in rebus adverſis loco ipſo, quo invictus Chriſti pugil extremo ſupplicio cum ſociis affectus eſt. Et quoniam ejuſdem S. Martyris effigies, quo modo ibidem colitur, depicta vel intexta vexillis regiis a copiis militaribus educebatur, idcirco factum ut Mons Gaudii, *Montioie*, vexilli regalis eſſet appellatio. De hoc vexillo latè ſcripſi in Tit. *Auriflamma*.

Monstra, æ, & Monstratio, onis. Cenſus, ſeu recognitio exercitus. Italis *Moſtra*, a monſtrando vel oſtendendo. Hiſt. Corthuſiorum: *Dum Paduæ fieret Monſtra militum*. Ibidem *Monſtra publica, monſtrationes armorum*.

Morbus Gallicus. Lues venerea, diriſſima & exitialis. Contrahitur permiſtione, vel contactu coinquinatorum corporum, ſcortorum præcipuè, quæ corporibus vulgatis victum quæritant. Multiplex & ramoſiſſima eſt peſtis, nullam non humani corporis partem acerbiſſimè infeſtans. Doctores nuperi artis medicæ, de ejus morbi cauſis & remediis multa affatim prodiderunt. De eodem elegantiſſimum Poema conſcripſit Hieronymus Fracaſtorius. Quoniam per occaſionem belli, quod Carolus VIII. Gallorum Rex in Italia geſſit, primùm enata ea lues creditur; eamque quaſi mantiſſam, auctarium & ſuperpondium habuimus cladium acerbiſſimarum, quę Italiam univerſam vaſtarunt, eam ob cauſam ejuſdem hic ſaltem meminiſſe, noo abs re noſtra duximua. Sic autem de lue peſtifera & ejus origine ſcribit Paulus Jovius Hiſt. l. 4. *Sed eo gravior Gallorum adventus omnibus eſt viſus, quoniam poſt turbatam quietem, etiam inauditum prioribus ſeculis morbum nobis importavit, ei herclè perſimilem, qui Tiberio imperante ſub mentagræ nomine, vehementer Romæ graſſatus eſt. Is veluti occultiora vi ſiderum cælo demiſſus dira ac admirabili contagione ſexum omnem ac ætatem invadebat. Venereis maxime contactibus, & multo accubitu vulgabatur: a pudendis idcircò primùm virus erumpebat, ſæva ſerpigine cuncta paſſim abrodens. Inde cætera membra, atque ipſa præſertim ora, ulceribus ac puſtulis fœdabantur. Irrequieti porrò cruciatus ſingulis artubus intolerabiles, exteriora pariter ac interiora corporis vaſtabant: neque tædio miſerabilis vitæ confectis, & fruſtra mortem invocantibus, quiſquam mortalium ab arte medica felix remedium tulit. Aliqui tamen ex argento vivo, axungiá permixto, triduana inunctione convaluerunt. Sed ut enormia morbi veſtigia relinquerentur. Alii laborioſo exercitationis genere, & parca exquiſitaque victus ratione, cum ſævas manus medicorum alieno periculo remedia quærentium effugerent, certiora ſubſidia repererunt. Fuere qui crederent id malum ab novo Orbe ad Occidentem reperto initium duxiſſe, & ab Judæis ſub id tempus totá Hiſpaniá pulſis, in Italiam, cæteraſque regiones, vario eorum errore delatum, ſub id tempus, quo Carolus paſſim victor Italiam percurrit. Sed ubi & quando cœperit, diligentiores veſtigabunt, & verius nomen imponent. Conſenſu certè multarum gentium Gallici cognomen tulit, ita ut ea natio inquieta & vehemens, quæ infeſtis armis felicitati Italiæ ſæpius invidit, & hoc quoque peſtilenti vulnere inflicto, ſempiternam nobis odii ſui memoriam reliquiſſe videatur*. Eadem ferè commemorat Franciſcus Guicciardinus Hiſt. Ital. lib. 2.

Mordere terram. Vide *Fortitudo*.

Mortaria, rum. Plaut. in Aul. *Cultrum, ſecurim, piſtillum, mortarium, quæ utenda vaſa ſemper vicini rogant*. Recens militia mortaria vocat baſes, ſcaphia, loculamenta, ſuſceptacula, vel capſas æneas ad modum mortarii, quo res tunduntur, extructas, quæ ollas incendiarias majores recipiant, & in ſcopum deſtinatum emittunt. Ex ære ſolidiſſimo conficiuntur, ut obſiſtere poſſiot vehementi impreſſioni evolantium inde globorum. Humenti terra, & argilla circum imbui ſolent ad labra, quibus exceptos retinent globos. Noo ioſcite Laonicus Chalcocondylas mortaria vocat bombardas erectas, eorumque ictus jactus ſupioos. Sic enim ſcribit l. 8. de reb. Turc. ubi porro ad Mechmetem Regem Turcicum refert mortariorum inventionem. *Bombardas erectas ſupino jactu lapides in altum torquentes primus Rex ille invenit. Nam bombardæ illæ erectæ, ſive mortaria, in aerem globum ſublimem jaculantur: qui deinde delapſus id penitus, ad quod a bambardario fuerit directus, ſternit & comminuit*. Exquiſita requiritur libratorum & artificum diligentia ad ea ſic inclinanda, ut per interiecta intervalla diſtantiæ, ſic exploſæ eleventur ollæ, ut loogum iter dimetientes, decidendo adamuſſim perveniant, quo ab iiſdem deſtinatæ ſunt atque directæ. *Mortari*.

Mortis contemptus, Vide *Fortitudo*.

Mota, æ. Pro expeditione bellica. A motu copiarum. *Moſſa*. Spicilegium Acherianum: *Immunis erit Cruceſignatus uſque ad præſentem Motam, & quandiu erit in peregrinatione*. Ad eandem ſententiam occurrit interdum etiam Motio. Erkempertus in Hiſt. Longob. *Sequenti anno generalem Motionem faciens cum fuit Neapolitanis &c.*

Motio, onis. Expeditio bellica. Vide *Mota*.

Mucro, onis. Iſidorus & Voſſius Græcę originis hanc vocem faciunt. Martinius pertentat fontes Hebraicos. Propriè cuſpis eſt & acumen in gladio, jaculis, & quibuſvis ferreis inſtrumentis. Per metaphoram ad herbarum acumina & ſimilia transfertur. Mucronem ab acie diſtinguit Virgilius l. 2. Æn.

ſtat

ſtat ferri acies mucrone coruſco
Stricta, parata neci.

Item Seneca ad Lucil. *Gladium bonum dices, non cui deauratus eſt baltheus, nec cui vagina gemmis diſtinguitur, ſed cui ad ſecandum ſubtilis eſt acies, & mucro munimentum omne rupturus.* Quemadmodum vero tectum pro domo, ſic mucro pro enſe figuratè ponitur.

MUCRONATUS, a, um. Quod mucronem habet, vel mucroni eſt ſimile, Plin. lib.25, 13. *Foliis anguſtis, mucronatis.*

MULA, æ. Juvenal. 7.

munda nitet ungula mulæ.

Et

MULUS, i. Animal bigeneri proſapia ortum. Iſidorus: *In animantibus bigeneribus dicuntur, quæ ex diverſis naſcuntur, ut mulus ex equa & aſino.* Eidem dicitur a voce Græca μύλη, Latinis *Mola*, quod jugo piſtorum ſubactus tardas molendo ducat in gyrum molas. Aliis dicitur a μόλος, Latinis *Labor*, quòd ſit animal laborioſiſſimum. Eam ob cauſam rei militari impensè deſervit in ſarcinis deferendis, quas tergo, vel carrucis impoſitas impigrè convehit. Serviebant verò in vehiculis potiſſimum viris in Magiſtratu bellico conſtitutis. Liv. lib.42. *Magiſtratus mulis tabernaculiiſque, & omni alio inſtrumento militari ornebantur, ne quid tale imperarent ſociis,* Iiſdem Præfectis militaribus, ut certa pecunia numeraretur pro mulis & tabernaculis proſpexiſſe Auguſtum, narrat Svetonius in ejus vita cap.36. *Ut Proconſulibus ad mulos & tabernacula, quæ publicè locari ſolebant, certa pecunia conſtitueretur.* De iiſdem mulis, qui Magiſtratibus tradebantur in provincias diſceſſuris ſcribit Gellius lib.15. cap.4. Ubi hæc habet de Ventidio Baſſo: *Victum ſibi ægre quæſiſſe, eumque ſordidè inveniſſe comparandis mulis, & vehiculis, quæ Magiſtratibus, qui ſortiti provincias forent, præbenda publicè conduxiſſet.* Lampridius etiam in Alex. in eorundem Magiſtratuum ſupellectili, ſive vaſario mulas recenſet: *Itant præſides provinciarum acciperent argenti pondo vicena, phialas ſenas, mulos binos, equos binos, veſtes forenſes binas; domeſticas ſingulas, balneares ſingulas, aureos centenos, cocos ſingulos.* Ex recenſitis locis facilè intelligis notam bellicæ fuiſſe dignitatis mulos in ſarcinarum miniſterium traditos. Enervato poſtea diſſolutoque rigore militiæ veteris ſingulis centuriis ſinguli attributi ſunt muli ad ſarcinas convectandas. Hinc mentio muli centuriati apud Vopiſcum in Aurelian. *Mulum centuriatum communiter curet;* ubi præcipit communi militum labore curandum mulum, ex quo commune in omnes emolumentum redundaret. Adverto etiam cum Salmaſio, mulos ad ſagmam præcipue, mulas verò ducendæ rhedæ, aut carrucæ fuiſſe deſignatas. Hinc mulæ carrucariæ & rhedariæ apud Juris peritos, & apud Varronem. De mulis elitellariis, vel carrucariis meminit Homerus, ubi eos etiam conſumptos memorat peſtilentia ab Apolline immiſsâ Iliad.1.

Græcorum primùm invaſit muloſque caneſque;

Addo in Olympicis non equis duntaxat, verum etiam mulis fuiſſe certatum, tam dorſuariis, quàm jugalibus. Pollux *Olim certamen quoddam mulorum Olympiæ celebrabatur: & dorſuariorum mulorum certamen calpe, jugarium verò rhedarium vocabatur.* Eorum porrò certaminum meminere etiam Simonides, Pindarus, Ariſtoteles. A ludicris Græcorum conflictibus, & pulvere Olympiaco ad legitimi Martis pugnas muli tranſiere. Et apud Homerum quidem Priami currui muli jugantur. Pindarus etiam Pyth.4. ita loquitur de rheda mulari:

Mulis autem
Et polita rheda alacriter Pelias
Venit properans.

De Hebræorum verò Ducibus, qui prœliantes mulis inſiderent, nonnihil ex Lorino diximus in Tit. *Equus.*

MULI CENTURIATI. Vide *Mulus.*

MULI MARIANI. Furcæ ſunt, quibus alligantur ſarcinæ, & deferuntur a militibus & viatoribus. Quoniam Marius illarum uſum monſtravit, Muli Mariani ſunt appellati. Sic autem habet Front. lib.4. Stratag.c.1. *C. Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maxime exercitus agmen oneratur, vaſa & cibaria militum in faſciculos aptata furcis impoſuit, ſub quibus & habile onus, & facilis requies eſſet.* Plutarchus verò hujus effati, vel adagii originem aliter refert. Scribit autem Marium longis itineribus, ac prægravibus geſtandis oneribus continenter exercere milites ſuos conſueviſſe: eos porrò a laborum tolerantia Mulos Marianos fuiſſe poſtea nuncupatos. Vide *Ærumna.*

MULIO, onis. Qui mulos elitellarios agit. Plaut. Aul. 5. 3. *Ancillas, mulos, muliones, pediſſequas.*

MUNDITIA ARMORUM. Non ſemel alibi a nobis eſt obſervatum, parum congruere viro militari ornatum putidum & comptulam veſtitûs armorumque elegantiam: contra verò adjiciendam militi curam eſſe, ut arma non minus expedita, quam nitida & deterſa retineat. Obſerva hic ex Livio certos in caſtris dies ad eam unicè curationem arma tergendi expoliendique fuiſſe militi attributos imperatoſque. Sic enim ſcribit lib. 36. *Primo die legiones in armis quatuor millium ſpatio decurrerunt; ſecunda die arma curare & tergere ante tentoria juſſit; tertio die* &c. Nec te prætereat morem illum hìc etiam obſervare expoliendi arma extra tentoria. Depoſcebat id quippe munditia caſtrenſis, ne armorum deterſione, ac deciſis ſordibus tabernacula coinquinarentur. Licet vere & ſapienter præceptum fuerit a Vegetio lib. 1. cap. 13. non armorum opulentia vel nitore, ſed terrore hoſtes ſuperari: *Non enim veſtium nitor, vel auri, argenti, gemmarumque copiæ hoſtes aut ad reverentiam noſtram, aut ad gratiam inclinant, ſed ſolo terrore ſubiguntur armorum,* nihilominus armis nitidis & perpolitis utentes milites, atque in iiſdem conſpicui, neſcio quomodo acriores gerunt ſpiritus, ad eum ferè modum, quo animalia quædam promiſſo pexoque crine, flaviſque & lunatis jubis, ſerpentes verò renovata quotannis depicta maculoſaque pelle exiliunt generoſiùs, & impendio ſibi plaudentes, ſeſeque magnificè circumſpicientes inardeſcunt. Licet autem antiquitùs, cum nondum caſtra luxus irruperat, nulla eſſent arma argento, auro, vel gemmis illuſa, quæ nimirum idonea magis reputabantur ad avaritiam hoſtium laceſſendam, quàm ad ferociùs infligenda vulnera, nihilominus eadem ipſa arma & ferramenta ænea non minimum ad munditiam exculta, lævigata, & ni-

tida

Digitized by Google

tida eſſe voluerunt. Idcircò exercitum ſequebantur acutiatores, cotiarii, ſamiarii, qui eote, eretaque Samia aliiſque medicamentis obtuſa & ſqualida manipularium arma, ſpicula præſertim, gladios, galeas, & ſcuta perfricarent detergerentque, novumque illis nitorem adderent, quod eleganter expreſſit Statius Theb. 3.

Horrenteſque ſitu gladios in ſæva recurvant
Vulnera, & attrite cogunt juveneſcere ſaxo.

Hinc Samiatores crebro uſurpati a Leone Imp., expoſitique a Nonio, qui ereta Samia armorum acies exacunnt: Vide apud nos *Ferramenta Samiata*. Quamvis verò hodie ejuſmodi fabrorum copiæ cum ordinibus militaribus non deducantur, nihilominus milites ipſi Smirio lapide, gypſoque & eeruſſa, ad hæc pice liquida & extrito plumbo extergunt armorum rubiginem, ſitumque eorum obliterant. Caſſiodnrus in var. Lcct. *ſplendet claritas in armis expolita, ut intuentium facies fideli paritate reſtituantur; quorum margines in acutam tali æquitate deſcendunt, ut non limis compoſitæ, ſed igneis fornacibus credantur effuſę: & hęc arma atra cotis emundat, & minutiſſimus pulvis induſtrioſè detergit; ut ſpeculum quoddam virorum faciat ferream lucem.* Pręterea congruentes armis thecas & repoſitnria aſſervant in caſtris, ut opportunis integumentis atque involucris a pulvere, ſordibus, omnique æruginis labe arma aſſerant defendantque. Hæc porrò ipſa involucra, pharetræ nimirum, corythi, vaginæque, mundiſſima ſunt, ære, ſcillcet, ebore, nobilique alia materia contexta. Ideo Vegetius lib. 2. cap. 14. inter munia caſtrenſia, & exercitationes militum eam recenſet: *Eoſdem cogere loricas, vel cataphractas, contos, & caſſides frequenter tergere & curare. Plurimùm enim terroris hoſtibus armorum ſplendor importat. Quis credat militem bellicoſum, cujus diſſimulatione ſitu & rubigine arma fœdantur?* Longe potior atque prolixior arma expoliendi ſedulitas & ſtudium fuit, eum auro illini cœpere arma, bracteæque iiſdem & cruſtæ ex eodem metallo ſunt additæ. Ad hunc modum armatas acies habuiſſe conſtat Alexandrum, Cæſarem, Mithridatem, Xerſem, Darium, ac ferè innumeros omnium gentium Imperatores. Hinc Alexandri Severi milites Argyraſpides, & Chryſaſpides, de quibus alias redibit ſermo. Nihil autem frequentius apud Scriptores, ac præſertim Poetas lectitamus, quàm armis auro inſignibus collucentes acies, enruſca gemmis ſpicula, enſes capulis radiantes, ſcuta ardentia, monilia baccata, ſpicula auro præfixa, & omne demum genus armorum ſummo nitore elaboratum. Neque verò iſthuc ea tendunt, ut nimium ſtudium curamque immodieam in exornandis armis cnnſecter, & laudem, ſed ut conficiam armorum munditiam & nitnrem apud excultiſſimas quaſque nationes fuiſſe ſemper in pretio. Proficiunt maximè arma deterſa ad perturbandos hoſtium oculos, qui non aliâ magis cansâ, ut loquitur Tacitus, in nmni prœlio primi vincuntur. Horat. lib. 2. Od. 1.

Jam fulgor armorum fugaces
Terret eques, equitumque vultus.

Quibus cnngruunt illa Calabri l. 11. ubi de Ænea ita canit.

nemo hoſtium
Ipſi in certamine oculos obvertere auderet.
Quandoquidèm ipſi rutilabant robuſta in mẽbris
Arma, non aliter quàm fulgura divinitùs accenſa.

Quidni enim milites terrificam ſui ſpeciem ingeraut renovatis armis, cum ſerpentes etiam eo nomine majorem creare formidinem notaverit Virgil. l. 2. Æneid.

Nunc poſitis novus exuviis, nitiduſque juventa,
Lubrica convolvit ſublato pectore terga
Arduus ad ſolem, & linguis micat ore triſulcis.

Etiam Deos luce nova Poetæ exornant, ſicubi mortales alloquio dignantur; Sic autem Virgil. l. 1. Æneid. de Venere.

Dixit, & avertens roſeâ cervice refulſit;
Ambroſiæque comæ Divinum vertice odorem
Spiravere.

Et l. 2.

pura per noctem in luce refulſit
Alma Parens.

Ut mirum non ſit obſtupefactns Volſcos armis renitentibus militum Romanorum, ut ſcribit Liv. l. 11. *Poſtquàm impreſſionem ſenſere ex adverſo factam, & antè oculos micare gladios, haud ſecus quàm ſi in inſidiis cecidiſſent, turbati vertunt terga.* Qua ſuper dote haud immeritò jactata atque quæſita audiendus in primis eſt miles glorioſus apud Plautum.

Curate, ut ſplendor meo ſit clypeo clarior
Quàm ſolis radii eſſe olim, cum ſudum eſt, ſolent:
Ut, ubi uſus veniat, contrà conſerta manu
Oculorum præſtinguat aciem in acie hoſtibus.

Quantus terror Cimbris incuſſus ab exercitu Marii perpnlitis armis explendeſcente? De iis ità Florus l. 3. c. 3. *Ut ex ſplendore galearum, & repercuſſu quaſi ardere Cœlum videretur*: Quamobrem ſapienter Onoſander c. 28. arma in nitorem crebrò reſtitui præcipit, atque commendat. *Videat etiam Imperator, ut exercitus armis ſplendentibus inſtructus fulgeat; quod facili negocio fiet, ſi gladiorum mucrones probè acuantur, & galeæ loricæque frequenter abſtergantur. Milites enim quaſi micantibus armorum ſcintillis terribiliores apparent: multæque per oculos ſpecies in animos delapſæ, perterrere adverſarios ſolent.* Id ſcilicet ſæpè fuit ad victoriam ſatis: Tacitus ann. l. 3. *Viderent modò adverſos, & aſpicerentur: id ſatis ad victoriam*: Accedunt ſortuiti etiam caſus ad augendam armorum lucem, & adverſariorum formidinem: pręcipuè verò ex repercuſſu ſolis armorum lumen ingeminante, ad majorem trepidationem iniiciendam; ut ſactum legimus apud Nicetam l. 1. Iſaaci: *Solis radii, qui in thoraces & arma militum recens polita & levia incidebant, refracti, ignis inſtar relucebant.* Scio incultum & inhorreſcentem militum habitum, ferinas veſtes & ſerpentum cruda coria ingignere interdùm non levem terrorem conſueſſe, quod à nobis eſt alibi non ſemel animadverſum: verùm ruſticitas illa atque deformitas lnngè minorem habet terrendi ſpeciem, quam nitor, & munditia armornm. Quæſitus nempè terror ille, ut plurlmis experimentis exploratum fuiſſe alibi docuimus, continuò ſolet deficere; longè verò majorem impreſſionem poſſidet atque adeò plus in hoſtes formidinis iniicit bellatnris habitus novâ luce explendeſcens, viſuſque proindè ad quamdam ſpeciem divinitatis accedere. Vide *Luxus*.

Mu-

Digitized by Google

Municipes. Gellio, & aliis ſunt cives Romani legibus ſuis & ſuo jure utentes, muneris tantum cum populo Romano honorarii participes, a quo munere capeſſendo Municipes dicti videntur. Cic. 2. de Legib. *Ego mehercule & illi & omnibus Municipibus duas eſſe cenſeo patrias; unam naturæ, alteram civitotis*. Caſtellorum etiam præfecti, & ipſi milites præſidiarii, ſive caſtellani, Municipes dicuntur. Villelmus Brito in Vocab. *Municipes & Municipolis dicuntur in eodem ſenſu. Hoc enim nomine cenſentur caſtellani in municipio nati & permanentes, & etiam milites ſtipendiarii, qui pro cuſtodia municipii mania capiunt*.

Munifices. Authore Vegetio lib.2.cap.19.ſic milites appellabantur, qui muneribus faciendis erant obſtricti. Quos Feſtus a Beneficiariis meritò diſtinguit, qui ab operibus caſtrenſibus aliiſque hujuſmodi muneribus vacabant: ſolus autem eorum erat uſus in hoſte propulſando. Quoniam verò locus eſt in Livio lib.1. ubi aſſeverat Hiſtoricus, fabros ingenti numero meruiſſe in exercitu apud Romanos, ſed ſine armis, idcirco Lipſius lib.5. de Milit. Rom. Dialog.13. conjectat, paganos artifices immixtos fuiſſe legionariis, immuneſque hos a caſtrenſibus miniſteriis reliquiſſe hæc fabrorum & artificum turbæ, qui ſigna ſequebantur. Verùm id ſingularis eſt exempli apud Livium; apud quem teſtimonia largiter ſuppetunt, quæ nos doceant, ab ipſis militibus obita miniſteria. Clarè autem Vegetius lib. 3. cap. 8. non ſolum aperiri a militibus foſſas ex inſtituto conſueviſſe, verùm etiam, non niſi gladio accinctos idem opus eoſdem urgere docet. Hæc porrò Magiſtri ſunt verba: *Singulæ centuriæ, dividentibus campidoctoribus & principiis accipiunt pedaturas; & ſcutis ac ſarcinis ſuis in orbem circa propria ſigna diſpoſitis cincti gladio foſſam aperiunt*. Apud Tacitum verò Annal. lib. 11. legitur Domitius extremo mortis ſupplicio animadvertiſſe in militem, qui gladio non accinctus vallum foderet: imò eadem capitali pœna animadvertiſſe in alium, qui pugione duntaxat accinctus foſſam aperiret. Omnem certe dubitationem ſuper miniſteriis militaribus dirimit Columna Trajani, in qua paſſim viſuntur oculis ſervilia opera a manipularibus, & quidem gladio accinctis exercita. Neque enim ibi ſolum caſtra communiunt, in ſtructura pontium detinentur, naves ædificant; verùm etiam cædunt lapides, viaſque conſternunt. Iidem alibi arenam foſſitiam & calcem parant, muros attollunt, currus & carrucas agitant, omnemque curant rem veterinariam. Nam quod aquatum, frumentatum, lignatum, & pabulatum in opportuna loca proficiſcerentur, non memorata ſolùm Columna, ſed nulla non palam clamat memoria Antiquitatis. Præfulſit ad hæc Romanis militibus exemplo ſuo vetus Græcorum diſciplina. Nam & Ulyſſes ipſe apud Ælianum lib.7. cap.5. ratem conficit; & ipſe Hercules navem Argo in Oſſa Theſſaliæ monte ædificat apud Photium. Idem ſæpe factitatum a Perſis non ſemel memorant Diodorus, & Curtius. Neque verò hæc ideo obſervaverim, ut Veterum exercitus caruiſſe exiſtimem caculis & mancipiis, cæteraque lixarum turbâ, quam vulgus inutile Marti dixit Silius; verùm ut ſolidè certòque ſtatuam atque conficiam nulla fuiſſe quantumvis vilia caſtrorum miniſteria, quæ vigente diſciplina, impigrè non obirent ordines ipſi militares; ſibique ea onera non ignominiæ probroque, verùm honori, & decoramento ducerent.

2. Id verò accidebat, quoniam in præſtantium eo tempore militum animos altè deſcenderat ea perſuaſio, qua unicam veramque ſuam exiſtimabant gloriam, laboribus, vigiliis & præduro quolibet miniſterio ad victoriam comparari. Præclare Plutarchus in vita Lycurgi: *Omnis militum diſciplina eo referebatur, ut obtemperare imperiis, perferre labores, vincere in certamine ſcirent*. Hinc apud Curtium Macedones armis incliti, dorſo, ſicut jumenta, portabant onera. Hinc apud Polybium lib.5. continuis experimentis aſſuefacti Philippi milites remis tractandis, licet in phalangem eſſent adſcripti. Notatu verò digniſſimum, quod legitur apud Cæſarem lib. 5. bell. Gallic. *Qua in re admodum fuit militum virtus laudanda, qui vectoriis gravibuſque navigiis, non intermiſſo remigandi labore, longarum navium curſum adæquarunt*. Vegetius quidem duo militum genera diſtinguit; Munifices, qui munus facere coguntur, & Principales, qui muniuntur privilegiis. Licet autem excavare foſſas, lignationi, aquationi operam dare, & alia exercere ſervilia munia militum eſſet gregariorum; adhuc tamen fatendum eſt vigente militia Romana non ſelectos quoſque militea, verum Ductores ipſos, atque adeo Imperatores ejuſmodi adminiſtrationi, & miniſteriis, ubi opus eſſet, operam impendiſſe. Indicat id Ammianus de Juliano Imperatore: *Munificis militis vili & fortuito cibo contentus*: & paulò poſt: *Portio pultis parabatur exigua, etiam Munifici faſtidienda gregario*. Ubi habes non munia ſolùm, ſed etiam victum gregariorum copiarum Duces non faſtidiviſſe. Vegstius etiam lib.2. cap.19. *Faſcicularia tamen, ideſt lignum, fœnum, aquam, ſtramen etiam legitimi milites in caſtra portabant*. Non eſt prętereundum muneribus in tantum fuiſſe gravatos Munifices, ut nonnunqnam non ſolùm in acres qnerimonias, verùm etiam in ſeditiones eruperint. Ejua rei luculentum habemus exemplum apud Tacitum lib.1.Annal. *Nudant univerſi corpora, cicatrices ex vulneribus, verberum notas exprobrant. Mox indiſcretis vocibus pretia vacationum, anguſtias ſtipendii, duritiam operum, ac propriis nominibus incuſant, vallum, foſſas, pabuli, materiæ, lignorum adgeſtus; & ſiqua alia ex neceſſitate, aut adverſùs otium caſtrorum quærantur*. Neque hic prætermitto obſervare aliud eſſe Munificem, aliud Munificum. Ut enim Cariſius & alii Grammatici addocent, Munificus munera largitur; Munifex munere fungitur. Paulus etiam J. C. tria munerum genera probè diſtinguit per hæc verba: *Munus tribus modis dicitur; uno donum, & inde munera dari, mittive: altero onus: quod cum remittatur, vacationem militiæ munerique præſtat, inde immunitatem appellari: tertio officium, unde munera militaria & quoſdam milites munifices vocari. Igitur municipes dici, quòd munera civilia capiant*. Vide non paucas apud Gruterum inſcriptiones militum variis miniſteriis exercitorum. Vide etiam Lipſium lib.3. Dial.7. Steuvechium in Veget. lib.1. cap.7. & lib.3. cap.10.

& apud

& apud nos *Onera militum. Labor militaris. Exercitatio.*

Munio, is. Thema hujus verbi a Græcorum ἀμύνω, abjecta *a* trahit Voſſius. Neque enim munire dicitur a mœnire, ex quo habemus mœnia; ſed potius mœnia dicuntur a muniendo, ut clarè docet Varro de L. L. Dicimus etiam ſæpe junctim munire mœnia, quod eſt nova opera muris adiicere ad firmamentum & tutelam. Plaut. Menæchm.

Magnum illic honorem incipiſſis, magna munis mœnia.

Eidem Plauto in Captivis, mœnire eſt munire:

Ita vinclis cuſtodiiſque circummœniti ſumus.

Sed & Priſci pro mœnua, vel mœne, ex quo ſupereſt nobis ſolùm plurativum *mœnia*, dixerunt mœrus, ex quo poſtea fluxit murus: atque hinc pomœrium, quaſi pomœoium. Eſt autem munire idem ac fulcire & reficere, & quaſi muneribus additis complere, tutumque ab hoſtibus reddere. Cæſar lib. 1. Bell. Gallic. *Primam & ſecundam aciem in armis eſſe, tertiam caſtris munire juſſit.* Dicimus autem ſæpe uſurpatione militari munire oppidum, arcem, caſtra, colonias, vias. A rerum primordiis & feliciſſimo illo mortalium ævo, quod nulla magis cauſa, quàm ignoratione auri atque divitiarum, Poetæ ætatem auream nuncuparunt, immunita loca, ipſi verò homines armorum expertes inprotectique degebant; ſatis illos innocentia tegebat: utque longiſſimè aberant mores a vitiis & libidine, ſic loca ipſa denudata præſidiis, vacua milite & cuſtodiis, nulla re magis, quàm propria defendebantur inopiâ, juxtà illud Taſſi Cant. 7.

Soggiunſe poſcia: O padre, hor che d'intorno
D'alto incendio di guerra arde il paeſe;
Come quì ſtate in placido ſoggiorno,
Senza temer le militari offeſe?
Figlio (ei riſpoſe) d'ogni oltraggio e ſcorno
La mia famiglia e la mia greggia illeſe
Sempre quì fur; nè ſtrepito di Marte
Ancor turbò queſta remota parte.
O ſia grazia del Ciel, che l'umiltade
D'innocente paſtor ſalvi e ſublime;
O che, ſicome il ſolgore non cade
In baſſo pian, ma sù l'eccelſe cime,
Così il furor di peregrine ſpade
Sol de' gran Rè l'altere teſte opprime:
Nè gl'avidi ſoldati a preda alletta
La noſtra povertà vile e negletta.

Quod de primis illis feliciſſimiſque mortalibus dixit etiam Ovidius lib. 1. Metam.

Nondum præcipites cingebant oppida foſſæ,
Non tuba directi, non æris cornua flexi,
Non galeæ, non enſis erant: ſine militis uſu
Mollia ſecuræ peragebant otia mentes.

Poſtquam verò in deterius acti ſunt mores, cum divitiarum cupidine & avaritia bellorum ſemina prorupere, ut notat idem Poeta:

Jamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum
Prodierat: prodit bellum, quod pugnat utroque:
Sanguineaque manu crepitantia concutit arma.

Hinc in ferri truculentiam horroremque diffiſta ætas, & nocendi opportunitas quæſita armis. Proximum verò fuit ut ad ſe, ſuaque defendenda quiſque appelleret animum, propriæque incolumitati muoimenta quæreret. Ex rudi hoc initio enatæ ſunt artes oppugnatoriæ tectoriæque, tum machinæ multiplices inferendi belli propulſandique. Itaque ab ipſo pene rerum exordio repetenda eſt ars munitoria. Omnium fere princeps Semiramis Babylonem legitur longa murorum corona fuiſſe complexa. Juſtinus: *Hæc Babylonem condidit, murumque urbis cocto latere circumdedit.* Ovid. Metam. 4.

ubi dicitur altam
Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis urbem.

Propert. lib. 3. Eleg. 10.

Perſarum ſtatuit Babylonâ Semiramis urbem,
Ut ſolidum cocto tolleret aggere opus.

2. Illud verò in comparandis munimentis præcipue quæritur, ut locus ipſe vim magnam militum ſuppleat, paucique adversùs ingentem aggreſſorum copiam non impares inveniantur. Quare admirabili aſtu Amilcar pater Annibalis cum acciſas in Italia atque Sicilia Carthaginienſium res, & Punicæ militiæ nervos contueretur, ut copiarum reliquiis admodum exiguis par eſſet infeſtando Romano militi, terra marique, opportunum in Sicilia arci validiſſimæ excitandæ occupavit locum, ex quo prorumpere facili negotio adversùs excurrentem hoſtem, ipſe verò inacceſſo præſeptus munimento irritâ opera adiri poſſet perteotarique bello. Conſilium ſolertiſſimi Ducis ſic explicat Polybius lib. 1. *Carthaginienſes capto Erice Amilcarem cognomento Barcam claſſi præficiunt; hic cum omnibus copiis in Italiam delatus maritimam oram populatus eſt. Erat autem annus ejus belli decimus octavus, hinc vaſtatis Locrorum ac Brutiorum agris, cum omni claſſe in Panormitanum agrum revertitur. Hic locum occupat bello gerendo aptiſſimum inter Rhegium ac Panormum altè mari ſupereminentem, natura munitum, & ad tenendum exercitum tutiſſimum. Eſt enim mons, quem præciſæ undique rupes cingunt, in ſummitate habens planiciem quandam non minori ambitu, quàm duodecim millium paſſuum, perviam & culturæ aptiſſimam. Eſt præterea maritimis auris præclarè expoſitus, mortiferarum ferarum omninò expers, a mari, & a mediterranea regione rupes habens inacceſſas, eas verò, quæ inter has mediæ ſunt, haud facilè pervias: in eo tumulus inſurgit, qui ſpeculæ ſimul atque arcis locum obtinet, portum habet amœniſſimum, & iis, qui a Drepano, vel Lilibæo Italiam petunt, commodiſſimum, aquarum præterea copiâ inſignem. Aditus ad eum omninò tres ſunt, iique perdifficiles, duo a mediterranea regione, tertius a mari. In eo loco Amilcar caſtra poſuit, ut qui neque propriam urbem, neque ſpem ullam habebat, ſed mediis ſeſe obiiciebat hoſtibus. Neque tamen quieſcere interea hoſtes permittebat; nam & mari ſæpe ab eo loco delatus in maritimam Italiæ oram, omnia uſque ad regionem Cumarum vaſtavit, & poſtea pedeſtri itinere ducto exercitu caſtris ante Panormum poſitis, non longiùs ab exercitu Romanorum octingentis paſſibus, ibique tres fere annos commoratus, multa & præclara facinora fecit, quæ particulatim commemorare difficillimum foret.*

3. Alias etiam ob cauſas in extruendis munitionibus, ſive illæ caſtrenſes ſint ad hyemandum & æſtivandum, ſive oppugnatoriæ, ſive demum tectoriæ, & quæ ad tutum perfugium ac ſtationem confici ſolent, nihil magis eſt maturè ac diligenter obſervandum, quam loci ipſius ratio

poſituſque. Sæpe enim fit, ut ſuopte natura ingenio ſic multa communiat, ut nulla artis adminiculatione vel præſidio indigeat. Contra verò non paucis muniendis locis ſoli arti ſolertiæque machinariorum & artificum adlaborandum eſt; ut minime ejuſmodi molitionibus ſuam naturæ manum ac veluti ſymbolam conferat. Alia denique, eademque longe plurima ſunt munimenta permixti operis; ubi ſcilicet ad firmanda loca vel oppida dexteritas artis cum naturæ ingenio decertat, ut altera opportune alteri ſubſidio ſit, & ab arte ſuppleatur, quod ad ſitum, vel oppidum communiendum defuit in natura. Sapienter iſta complexus eſt præceptor militiæ Vegetius lib. 4. cap. 1. *Urbes atque caſtella, aut naturâ muniuntur, aut manu, aut utroque, quod firmius ducitur. Naturâ aut loco edito, vel abrupto, circumfuſo mari, ſive paludibus, vel fluminibus. Manu foſſis ac muris. In illo naturali beneficio, tutiſſimum eligentis conſilium; in plano quæritur fundantis induſtria.* Ex quo intelligis locis caſtelliſve in arduo collocatis ad ſatis tutam manſionem firmandis plerunque ſatis naturam eſſe, abrupta montium, & cautes aſperas molientem in tutamentum. Quæ verò in plano æquatoque ſolo excitantur munimenta arte ſcilicet manuque indigent, exertoque ingenio atque induſtria machinariorum. Verùm eò ſæpe ars & conſilium provehitur, ut locis a natura munitis minime invideant quibus ab arte & ſagacitate artificum robur acceſſit, ut ibidem indicat præfatus artis bellicæ Magiſter: *Videmus antiquiſſimas civitates ita in campis patentibus conſtitutas, ut deficiente auxilio locorum, arte tamen & opere reddantur invictæ.* Quanti verò referat nonniſi explorata prius opportunitate loci urbes, vel arces extruere docet Livius lib. 32. ubi Græciæ compedes appellat tres ejuſdem provinciæ urbes opportuno loco fabricatas. Verba Livii ſunt: *Moverunt eo maxime Senatum, demonſtrando maris terrarumque ejus regionis ſitum, ut omnibus appareret, ſi Demetriadem in Theſſalia, Chalcidem in Eubœa, Corinthum in Achaja Rex teneret, non poſſe liberam Græciam eſſe: & ipſum Philippum non contumelioſiùs quàm veriùs compedes eas Græciæ appellare.* Jam verò munimenta pro rerum opportunitate & Imperatorum conſilio excitanda non unius ſunt generis.

4. Arduo quædam in loco jugoſoque conſtituuntur. Non unus iiſdem ex ea poſitura fructus & utilitas advenit. Procul dubio major illis e purgatiore cœlo atque aere defæcato ſalubritas, in quo non minima aptè condendi oppidi vel munitionis ratio continetur. Sed neque ærarium ſumptibus exhauriunt, cum ſæpe locus ipſe totum integrumque præſtet vel diuturnæ manſioni præſidium. Ingens quoque compendium ſeceſſui arcis arduæ, quod maxime inacceſſa & invia exploranti ſejungitur; aggreſſorum verò impetus aut minimum pertimeſcit, aut facili negotio repellit propulſatque, hoſticis machinamentis & impreſſioni faciundæ obſtante natura. Illud vel maxime expetendum atque lucroſum adjicitur, quod itinerum aſperitas & anguſtiæ machinarum hoſtilium advectioni motuique vehementer obſiſtunt; ut plane pars maxima bellici apparatus, tanquam prorſus inutilis & ſupervacanea ſit in caſtris relinquenda, aut certe comportanda per invios tramites & præcipites anfractus immenſo quodam labore copiarum, nec impari expenſarum aurique profuſione. Eædem viarum anguſtiæ & locorum iniquitas minime equitatum recipiunt, quæ pars eſt potiſſima ac meritò maximi ſemper habita belli inferendi. Illud inſuper habent commodi poſituræ editioris arces, quod purioris aeris beneficio fruges intactas incorruptaſque diutius ſervant. Qua ſuper re admiratione digniſſimum eſt, quod narrat Joſephus de Bello Judaico lib. 7. fruges nimirum frumentumque, atque adeo vinum & oleum ab Herode Rege coacervatum in horreis celliſque Maſſadæ, quæ admodum ſublimis erat arx ab eodem exædificata, ita intemeratum intactumque repertum fuiſſe a Romanis poſt annos facilè centum, tanquam illic recens fuiſſet appoſitum. Sic autem Joſephus: *Nam & frumentum multum erat conditum, & quod in longum tempus ſufficere poſſet, vinumque multum & oleum, inſuper autem cujuſque leguminis fructus, & palmulæ coacervatæ, cunctaque reperit Eleazarus, caſtello per dolum cum ſicariis occupato, matura, nihilque recèns depoſitis deteriora, quanquam ferè ex quo apparata ſunt ad excidium a Romanis illorum, centum annorum tempus agebatur. Quin etiam Romani fructuum reliquias incorruptas offendère; ſiquis autem cauſam diuturnitatis auram eſſe exiſtimet, non erraverit, quòd arcis altitudine ab omni terrena, & fæculenta materia ſit remota.* Nec proinde ſua, per ardua montium ſtabilitis caſtris, deſunt incommoda. Deſtitui quippe primùm ſolent ab opportunitate fluminum, quæ facili opere, ſumptuque minimo annonam, cibaria, omniſque generis ſupellectilem militarem convectant. Laborioſus etiam ad ejuſmodi loca ſociorum acceſſus, & auxilia fœderatorum, ſicubi inopia militum, re frumentaria, armis demum vel machinis contingat laborare oppidanos. Abrupta etiam itinera obſtant eruptionibus præſidiariorum, qui minime ſe explicare, & vim hoſti poſſunt inferre, adversùs loci aſperitatem magis ſcilicet, quàm contra oppugnatorum numerum pugnaturi. His tamen neglectis nihil obſtitit, quominus priſci homines vix alibi quàm per ſummos montium apices, & acuta rupium cacumina arces & caſtra ſtabilirent. Cæſar lib. 7. Bell. Gallic. de Alexia: *Ipſum erat oppidum in colle ſummo, admodum edito loco, ut niſi obſidione, expugnari non poſſe videretur.* Et de Gergovia ibidem: *Cæſar ex eo loco quintis caſtris Gergoviam pervenit, equeſtrique prœlio eo die levi facto, perſpecto urbis ſitu, quæ poſita in altiſſimo monte omnes aditus difficiles habebat, de expugnatione deſperavit; de obſeſſione non prius agendum conſtituit, quàm rem frumentariam expediſſet.* De Petra autem, quæ Alexandro primùm deſperationem injecit, mox ab eodem per ſummam audaciam ſuperata legitur, ita ſcribit Curtius lib. 7. *Petra in altitudinem triginta eminet ſtadia, circuitu centum & quinquaginta complectitur; undique abſciſſâ & abruptâ, ſemita peranguſtâ aditur.* Et mox: *Rex loci difficultate ſpectata, ſtatuerat inde abire. Cupido deinde inceſſit animo naturam quoque fatigandi.* Ea certe fiducia Petrenſium civium fuit, ut Alexandro deditionem arcis tentanti per nuncium, ſuperbè reſponderent ſciſcitantes; num ejus milites volare etiam poſſent? Quanti verò rei Romanæ atque adeo Curioni Duci ſteterit reli-

cto

ĕto editiore loco in planitiem deſcendere, ſic enarrat Appianus lib. 2. de Bell. Civil. *Falſus igitur ſua ſpe Curio in tumulos curſu ſe recepit, laſſitudine & æſtu ſitique preſſus. Id ubi animadvertunt hoſtes, ſuperato fluvio explicuerunt aciem: & ille valde imprudenter ac inconſideratè debilem exercitum deduxit in planiciem, ubi a Numidis equitibus cinctus aliquandiu retrocedendo ſuſtinuit in arctum ſuos contrahens. Hoſte verò pugnam non remittente, iterum refugit in tumulos: & Pollio quidem maturè cum paucis refugit Uticam ad exercitum, ne quid per occaſionem cladis Varus ibi moveret. Curio verò temerariò cum hoſte decertans, cum omnibus, quotquot circa ſe habebat, occubuit; ita ut nemo poſt Pollionem reverſus ſit Uticam. Hoc eventu ad Bagradam pugnatum eſt, & caput Curionis reſectum ad Jubam perlatum.* Ex hujus narrationis ſerie intelligis, non ſolùm in arcibus extruendis, verùm etiam in communiendis caſtris, locisque ad prœlium aptè ſcitèque capiendis, ſedulò Imperatorem oportere omnem diligentiam & curam advertere, habita vel maxime ratione ſituum locorumque. Meritò etiam Alexander Macedo ſuam ipſe felicitatem demiratus ſcribitur, cum per abſciſſas montium fauces dextro Marte copias in Ciliciam tranſmiſiſſet, quo tempore niſu minimo perpauci hoſtes, ſi naturæ beneficio uti ſciviſſent, profligare penitus bellum potuiſſent adversùs potentiſſimum Regem. Curt. lib. 3. *Namque perpetuo juga montis aſperi ac prærupti Cilicia includitur; quod cum a mari aſſurgat, velut i ſinu quodam flexuque curvatum, rurſus altero cornu in diverſum litus excurrit. Per hoc dorſum, qua maxime introrſus mari cedit, aſperi tres aditus & peranguſti ſunt, quorum uno Cilicia intranda eſt, campeſtris eadem quà vergit ad mare, planiciem ejus crebris diſtinguentibus rivis: Pyramus & Cydnus inclyti amnes fluunt. Alexander fauces jugi, quæ pylæ appellantur, intravit. Contemplatus locorum ſitum non aliàs magis dicitur admiratus eſſe felicitatem ſuam: obrui potuiſſe vel ſaxis confitebatur, ſi fuiſſent qui in ſubeuntes propellerent.*

5. Quod præſtare tutamen ſolent montanæ cautes, abſciſſæque jugorum ſemitæ, id æquè pollicentur ambientes aquæ; flumina præſertim, quæ idoneo flexu ſic ambire loca ſolent, ut minimum alio præſidio indigeant. Ad hunc modum impervium armis Veſontio oppidum apud Sequanos, deſcribitur a Cæſare de Bell. Gallic. lib. 1. *Cum tridui viam proceſſiſſet, nunciatum eſt ei, Arioviſtum cum ſuis omnibus copiis ad occupandum Veſontionem, quod eſt oppidum Sequanorum, contendere, triduique viam a ſuis finibus proceſſiſſe. Id ne accideret magnopere præcavendum ſibi Cæſar exiſtimabat: namque omnium rerum, quæ ad bellum uſui erant, ſumma erat in eo oppido facultas: idque natura loci ſic muniebatur, ut magnam ad ducendum bellum daret facultatem; propterea quod flumen Aldus abis ut circino circumductum pene totum oppidum cingit.* Simili amnis aggere circumvallatam Phocidem, Arcadiæ oppidum, Polybius refert in hæc verba: *Cum munimenta urbis animadverteret* (ſermo eſt de Philippo Macedonum Rege) *aliquandiu anceps conſilii fuit: ab Occidente enim juxta mœnia urbis velociſſimus torrens defluit, qui cum magna hyemis parte intransfretabilis ſit, aditum ad urbem ex eo latere prohibet: ab oriente verò Erymanthum habet, magnum ac præcipitem fluvium, de quo multa a Poetis atque Hiſtoricis narrantur. Torrens ipſe, de quo ſupra diximus, in Erymanthum defluens, tertium quoque a Meridie latus tutiſſimum reddit: quartum autem, quod ad Septentrionem vergit, collis ſuperſtat aſper atque difficilis. Ita urbs a tribus lateribus aquâ, a quarto tuta redditur colle.* Lycurgus etiam Eurotæ fluminis vallum appoſitè elegit condendæ Lacedæmoni. Polybius lib. 5. *Lacedæmon & ſi in planitie ſita eſſe videatur, habet tamen particulatim inæquales quoſdam montoſos locos; nec procul versùs Orientem defluit flumen, quod Eurotas appellatur, & majori parte anni propter profunditatem intransfretabile eſt. Colles, in quibus eſt Menelajum, trans flumen ſunt, ad eam urbis portem, quæ vergit ad Orientem hybernum; ſunt autem aſperi, atque difficiles, & præter modum alti imminentque ei ſpatio, quod eſt a flumine ad urbem, per quod flumen ipſum juxta collium radices defluit.* Longè verò ſecurius eſt vallum & tutela a fluminibus, ſicubi æſtuariis illa quibuſdam, & paludoſo limo reſtagnant. Non alia de cauſa, reliquis arcibus apud Bituriges in Gallia ſolo æquatis, Avaricum duntaxat immune relictum eſt, ut tradit Cæſar lib. 7. de Bell. Gallic. *Deliberatur de Avarico in communi concilio, incendi placeret, an defendi. Procumbunt Gallis omnibus ad pedes Bituriges, ne pulcherrimam prope totius Galliæ urbem ſuis manibus ſuccendere cogerentur: facile ſe loci natura defenſuros dicunt, quod prope ex omnibus partibus flumine & palude circumdata unum habeat & peranguſtum aditum.* Etiam Ambracus ſive Ambracia ob planiciem foſſis paluſtribus interciſam ſpectabili olim tutoque poſitu fuit. Polybius lib. 4. *Eſt enim Ambracus locus & naturali ſitu & duplici muro munitiſſimus, ita undique paludibus clauſus, ut unum duntaxat aditum a terra habeat, eumque arctiſſimum ac manu factum.* Memorabile inſuper eſt, quod narrat Thucydides de Bello Peloponn. de Megabazo Perſarum Imperatore, qui ex Ægypto ejectis Athenienſibus, arcibuſque ejus Regni validiſſimis expugnatis, unicum tamen oppidum nequivit in ſuam redigere poteſtatem, quod ſcilicet paluſtres foſſæ validiſſimum reddebant: *Atque iterum Ægyptus Regis ditioni conceſſit præter Armitheum in paluſtribus poſitum. Hoc propter vaſtitatem ſaltus paluſtris expugnare nequiverant, cum præſertim Ægyptiorum pugnaciſſimi ſint ſaltum illum incolentes.*

6. Minimè verò omittendum mare eſt, poſtquam agere cœpimus de præſidio ac tutamento ab aquis præſtito arcibus oppidiſque. Et maris quidem vaſtitas, immenſa, qua pollet, aquarum laxitate auxiliis inferendis, ſupplendo militi, importandæque trajectu facili annonæ, atque adeo omnis generis machinamentis, longè maximam opportunitatem affert maritimis civitatibus. Verùm hæc eadem, quæ ſecuritatem non contemnendam continent, ſpemque alunt oppidanorum, in eorum perniciem atque exitium ſæpe vertuntur. Immetata quippe maris amplitudo, & patentia latè litora vix ita validis munitionibus firmari poſſunt, ut alicunde exſcenſus hoſti non pateat ad litorales urbes labefactandas. Quare ad maris oras extructa oppida, niſi aut operibus manufactis oræ vallen-

tur, aut editis montibus ſcopuliſque natura ipſa arceat aggreſſores, facili negotio infeſtari expugnarique poſſunt. Firmiſſimi tamen operis inter maritimas urbes Priſcorum mihi ſemper viſa eſt Seleucia, cujus poſitum ita deſcribit Polybius lib.5. *Ad meridiem Seleucia ſita eſt, diviſa quadam valle profundiſſima, & prorſus inacceſſa: hæc ad mare uſque prætenditur, compluribus in locis, ac præcipitiis circumdata: ſub latere, quod mare aſpicit, ſunt emporia & ſuburbia altiſſimis munita mœnibus: ſimiliter omnis urbs tutiſſimo muro ſepta eſt: præterea navibus & omni genere apparatûs ampliſſimè ornata, aggreſſum unum duntaxat habet a latere maris, & eum quidem difficilem, ac manufactum; ſiquidem per ſcalas conſcendere oportet.* Tyrus etiam, clariſſima Syriæ civitas, circumfuſa ambiente mari, & abſciſſis ab omni parte rupibus prorſus impervia. Ad hæc perpetuo murorum circuitu ſupra aſperos jugorum apices concluſa, & turribus coronata, inter præcipuas olim recenſebatur urbes, quas mare affluens redderet inacceſſas. Perdidit tamen Tyrios, & Macedonum jugo ſubmiſit ipſa loci fiducia, & dicaciter jacta convicia in Alexandrum Macedonem, ut tradit Curtius lib.4. *Non tenuit iram Alexander, cujus alioquin patens non erat. Itaque, vos quidem, inquit, fiducia loci, quòd inſulam incolitis, pedeſtrem hunc exercitum ſpernitis; ſed brevi oſtendam in continenti vos eſſe.* Et mox: *At illi loco ſatis fiſi obſidionem ferre decreverunt. Namque urbem a continenti quatuor ſtadiorum fretum dividit, Africo maxime objectum crebros ex alto fluctus in litus evolvit: nec accipiendo operi, quo Macedones continenti inſulam jungere parabant, quidquam magis, quàm ille ventus obſtabat.* Et paucis interjectis: *Præter hanc difficultatem haud minor alia erat. Muros turreſque urbis præaltum mare ambiebat. Non tormenta niſi e navibus procul excuſſa mitti, non ſcalæ mœnibus applicari poterant. Præceps in ſalum murus pedeſtre interceperat iter: naves nec habebat Rex, & ſi admoviſſet, pendentes & inſtabiles miſſilibus arceri poterant.* Quoniam verò liberum apertumque mare faciles maritimis urbibus aditus explicat ad inferendos commeatus, & quæcunque ex uſu diuturnæ obſidionis eſſe poſſunt, idcircò potiſſima oppugnantium cura eò debet adjungi ut obſideantur maris viæ, arcique oppugnatæ penitus præcludantur. Quoniam id propter inopiam navium conficere non potuit Annibal in Tarentinæ arcis obſidione, eam ob cauſam cum plurimum ibi temporis contriviſſet, de ſolvendo demum obſidio deliberavit, ut legitur apud Livium Dec.3. lib.5. *Reliqua erat in obſidione ſpes, nec ea ſatis efficax, quia arcem tenentes, quà in peninſula poſita imminet faucibus portûs, mare liberum habebant; urbs contra excluſa maritimis commeatibus: propiùſque inopiam erant obſidentes, quàm obſeſſi. Annibal convocatis Principibus Tarentinorum omnes præſentes difficultates expoſuit: neque arcis tam munitæ oppugnandæ viam cernere, neque in obſidione quidquam habere ſpei, donec mari potiantur hoſtes.* Inſulani modò munitos ambitus habeant, armorumque & rei cibariæ ſatis ſepoſuerint ad diuturnam oppugnationem, omnium tutiſſimi ſunt; utpote quibus mare pro foſſa eſt, quo præſidio pedeſtres exercitus impunè deſpiciunt. Non tam illos valla, turres, propugnacula, quàm circumfuſæ aquæ obarmant atque defenſitant. Non impari utilitate aquis præſidiariis, & quaſi commilitonibus utuntur, quibus licet per emiſſaria & cataractas vim aquarum immittere ad hoſtes confeſtim opprimendos & præfocandos. Admirandum certe eſt belli compendium conficere magnos exercitus ruptis aggeribus & Oceano ſuperfuſo, & per ſubitarias eluviones delere militem in ipſis provinciarum viſceribus latè graſſantem. Notum eſt Hollandos eo ſe potiſſimum præſidio ab impeditiſſimis cæteroqui bellis non ſemel explicaſſe. Verum ea illis opportunitas propulſandi obruendique hoſtis immenſis plane ſumptibus ſtat, utpote quibus gravius ab Oceano, quàm ab ipſis hoſtibus bellum impendet. Incommoda maritimæ poſituræ enucleatè referuntur ab Appiano de Bell. Punic. lib. 1., ubi Cenſorinus Conſul Romanus multis argumentis apud Carthaginienſes agit, ne gravarentur ex præſcripto Romani Senatus Urbem Carthaginem dirui penitùs & excindi; novumque oppidum in locis magis mediterraneis condere, ubi relicta negotiatione maritima agriculturæ ſtudiis ſe exercerent. Sic autem Cenſorinus apud Hiſtoricum: *Hoc mare quoties vos admonet veteris imperii potentiæque, toties ad peccandum provocat & in novas calamitates vos conjicit. Hujus occaſione Siciliam invaſiſtis & amiſiſtis. Trajeciſtis in Hiſpaniam, ut aliquanto poſt ex ea pelleremini. Fœderis quoque tempore ſpoliabatis negotiatores noſtras, eoſque occultando ſceleri, mergebatis in mare: donec deprehenſi a nobis mulctati eſtis Sardinia. Sic & Sardiniam amiſiſtis propter hoc mare, quod ſuapte natura omnes invitat ad avaritiam propter proventus celeres & expeditos. Idem mare Athenienſes quondam navalis rei ſtudio, os primò quidem non mediocriter auxit; mox verò penitus dejecit. Sunt enim maritimi quæſtus negotiatoriis ſimiles: proveniunt facilè, faciliùs evaneſcunt. Scitis illos ipſos, quorum modo memini, Athenienſes prolato imperio ultra Ionium mare uſque ad Siciliam, non prius cupiditati modum impoſuiſſe, quàm rerum imperium amiſerint: traditiſque hoſti portubus & navibus mediterranea tutiùs coluerunt. Eſt enim, viri Carthaginienſes, terreſtris vita ſtabilior, intenta ſecuris agriculturæ laboribus: atque minus afferat lucri, plus tamen habet certitudinis & firmitatis, quàm negotiatio maritima. Dicam quod ſentio: civitas maritima videtur mihi navis potius eſſe, quam terra ſolida; mediterranea verò abſque periculo fructus ex agris percipit. Eam ob cauſam veteres civitates Regiæ fuerunt omnes mediterraneæ; atque in hunc modum crevère Medi, Perſæ, Aſſyrii, aliique,*

7. Supereſt ut de poſitu arcium in planitie, planiſque & exæquatis locis verba faciamus. Vetus eſt, & a non paucis Scriptoribus in utramque partem arbitrata quæſtio, utrum in aſperis potius montium faſtigiis, quàm in agris complanatis arces præſtet extruere. Equidem munimenta in montibus poſita admodum tuta reddit loci aſperitas; æquè ſalubria facit aeris liberioris purgatique temperies; cum ſitus campeſtris noxio plerunque laboret aere, vel ob vaporum ac nebulorum craſſitiem, vel ob odorem teterrimum & malignitatem paludum ſtagnantium. Nec contemnendus ejuſmodi ſituum fructus eſt, deſuper

omnia

Digitized by Google

omnia proſpicere, & pollere uſu miſſilium & ſaxorum, quæ in præceps acta damnoſiſſimam vim inferunt. Ad hæc longè minori ſumptu extruuntur, præſertim ſi collocentur in præaſperis rupium cautibus ad modum pinnarum; quibus nimirum juga ipſa ſunt pro fundamento: reliqua verò ſtructura facilè eſt parabilis, cum lapides affatim prærupti montes, aquam verò fontium ſcaturigines abundè ſuppeditent. Contra tamen rem perpendenti incomparabile illud eſt munitionum in plano extructarum emolumentum; ut nimirum ex uſu rei militaris, ad ingenium ſæculi & ex arbitrio machinatorum, quocunque ſtructuræ genere & molitionum opere poſſint attolli. Montanis quippe in locis naturæ potius ſerviendum eſt, quæ ſæpius non admittit ea munitionum genera, quæ cæteroqui præſens neceſſitas uſuſque depoſceret. Præterea erumpendi excurrendique in hoſtes obvii ac paratiſſimi ſunt aditus in planitie, nec turmis egreſſis ſaxorum aſperitas & acclivitas loci negat, aut remoratur maturum receptum. Suppetiæ etiam, res frumentaria, & machinæ longè facilius per æquata loca, quàm per abſciſſas cautes importantur. Iis fere de cauſis plerique ſtatuunt, accommodatiſſimum quidem condendis arcibus ſitum eſſe montanum, ſi nullæ proximè emineant rupes, quibus occupatis hoſtes præſidiariis poſſent eſſe moleſti; ac redundent affatim perennes fontes; cum in ſitu collium vix fluminibus ullus ſit locus, nec ſatis commodè putei excavari queant. Quod ſi vel prope attollantur montes alii, vel aquarum penuria laboretur excelſis in locis, præſtat arcea in planitin, licet longe majore ſumptu, conſtruere. Cæterum a recenti architectura militari video prope deſpici ſublimes arcium poſitns; nec oiſi in aperta planitie condi ſtabilirique urbes munitas. In ſola Babylone ſatis luculentum exemplum urbis habemus a priſcis mortalibus in plano conditæ. Ea civitas, & admirabilis ejuſdem ſitus, murorumque circuitus, ab omnibus fere Antiquitatis ſcriptoribus, Herodoto, Diodoro Siculo, Strabone, Joſepho, Plinio, Juſtino, quaſi certantibus calamis eleganter deſcribitur. Curtius etiam Babylonis opera ſic depinxit lib. 4. *Cæterum ipſius urbis pulchritudo oc vetuſtas non Regis modò, ſed etiam omnium oculos in ſemet haud immerito convertit. Semiramit eam condiderat, vel, ut plerique credidere, Belus, cujus regio oſtenditur. Murus laterculo coctili, bitumine interlitus, ſpatium triginta & duorum pedum latitudinem amplectitur. Quadrigæ inter ſe occurrentes ſine periculo commeare dicuntur. Altitudo muri quinquaginta cubitorum eminet ſpatio. Turres denis pedibus quàm murus altiores ſunt. Totius operis ambitus ſexaginta octo & trecena ſtadia complectitur. Singulorum ſtadiorum ſtructuram ſingulis diebus perfectam eſſe memoriæ proditum eſt. Ædificia non ſunt admota muris, ſed fere ſpotium jugeri unius abſunt. Ac ne totam quidem urbem tectis occupaverunt; per octoginta ſtadia habitabatur, nec omnia continua ſunt, credo, quia tutius viſum eſt pluribus locis ſpargi. Cætera ſerunt coluntque, ut ſi externa vis ingruat, obſeſſis alimenta ex ipſius urbis ſolo ſubminiſtrent. Euphrates interfluit, magnæque molis crepidinibus coercetur.* Et paulò inferiùs: *Arcem quoque ambitu viginti ſtadia complexam habet: triginta pedes in terram turrium fundamenta demiſſa ſunt: ad octoginta ſummum munimenti faſtigium pervenit. Super orcem, vulgotum Græcorum fabulis miraculum, penſiles horti ſunt, ſummam murorum altitudinem æquantes, multarumque arborum umbra & proceritate amœni. Saxeæ pilæ, quæ totum onus ſuſtinent, inſtructæ ſunt. Super pilas lapide quodrato ſolum ſtratum eſt, patiens terræ, quam altam injiciunt, & humoris, quo rigant; adeoque validas arborum ſuſtinent moles, ut ſtipites earum octo cubitorum ſpatium craſſitudine æquent, in quinquaginta pedum altitudinem emineont, & frugiferæ æquè ſint, ac ſi terrâ ſuâ alerentur.* Equidem tanti refert in qualibet operoſiore ſtructura ſitus rationem habere præcipuam, ut non immeritò Chalcedonii cæci palam habiti ſint, quoniam poſthabito amœniore ſitu, ſoloque feraciſſimo, ubi poſtea Byzantium eſt conditum, in oppnſito maris litore Chalcedonem exædificaverint, ſitu ad urbem recipiendam, aleodoſque populares parum felici. Solerter id adnotaſſe Megabizus Darii Perſarum Regis Ductor traditur ab Herodoto, Melpomen. *Megabizus hic immortalem ſui memoriam apud Helleſpontincos reliquit memorabili dicto. Cum enim apud Byzantium agens audiviſſet Chalcedonios decem & ſeptem annis ante Byzantios urbem condidiſſe, cæcos nuncupavit Chalcedonios: cum enim pulchrior adeſſet locus ad urbem condendum, nequaquam elegiſſent turpiorem, niſi oculis capti prorſus fuiſſent.* Legimus inſuper populos poſtea Byzantinos appellatos, cum de ſitu condendæ urbis oraculum ſciſcitatum veniſſent, id retuliſſe reſponſi, ut quæritarent terram oppoſitam terræ cæcorum. Quibus verbis facilè animadverterunt cæcorum terram indicatam fuiſſe urbem, agrumque Chalcedonum, qui relicto adverſæ terræ uberiore ſolo, agrum ſterilem & minime opportunum ſitum elegerint: quare in adverſo litore moliti ſunt lætis animis novam urbem, cui fecerunt Byzantio nomen.

8. Aperitur hic mihi quæritandi locus, ntrum præſtet plures an pauciores arces extruere. Huic quæſtioni aſſociari ſolet altera, qua quæritur an habendus ſit exercitus ſemper paratus. Nihil certi ad utramque controverſiam dirimendam ſtatui poſſe Magiſtri Polemici arbitrantur; ſed ducendam eſſe rationem ſubditorum, finitimarum gentium, ipſarumque vel maximè regionum. Plures arces validiſſimum afferre munimentum prodidit Græcia, quæ ætatem fere implicitum detinuit Philippum Macedoniæ Regem; cum ejus filius Alexander vacuas ferè munitionibus provincias nactus ad extrema terrarum imperium produxerit. Par fuit Romanorum exitus, quos finitimæ urbes egregiè communitæ longo ſeculorum ambitu exercuerunt, ad Europæ Aſiæque dominatum ſingulari poſtmodum felicitate progreſſos. Contra verò inter multos arcium Præfectos facilè cenſeri poterunt, qui rerum novarum cupidi, dominorum minus ſtudioſi, flagranteſque regnandi cupidine, urbes ſuæ cuſtodiæ traditas aut magnis pollicitationibus illecti tradant in manus hoſtium, aut obtentu facili imperia detrectantes vindicent ſibi; tranſverſaſque dominationes ambitioſè moliantur. Quid quod aſſueti milites vallo muriſque tecti eminus hoſtem petere, ſi ad apertum martem rapiantur, clanguent & ſigna deſerunt. Ad hæc inſaoæ molitio-

litiones, armorum & machinarum vis infinita; convectata cibaria, ſtipendiorum largitas, immaniſſimique alii ſumptus ad eas excitandas & aſſervandas vel maximorum regum æraria exhauriunt: ſic verò provincias calamitoſas atterunt, ut inveniantur domitæ, prius quam ab hoſte vincantur. Jam verò vix ullas depoſcit arces perpetuis montium jugis, aut fluviis ambientibus adſtricta regio; quantalibet munitoriæ artis conamina ſupplente natura. Non alio præſidio præſepta Græcia numero carentium Perſarum exercitum ad Thermopylarum præruptas anguſtaſque fauces remorata eſt. Præſcribunt alii inſpiciendam in primis eſſe ſubditorum indolem, & vires finitimorum. Fruſtra enim parato ſemper exercitu, aut arcium copia immineas eorum cervicibus, quorum vel potentiam non pertimeſcis, vel ſuapte natura eſt promptum obſequium. Temporis alii tam emolumenta quam incommoda vocant ad trutinam. Non admodum diuturno ſpatio conficiuntur copiæ militares; arces non niſi luſtris laborantibus extolluntur. Amittitur exercitus longè brevius quam comparatur: arces contra, dum ligone, machinis, fame oppugnantur, anni abeunt. Debilitant inſuper obſeſſæ urbes Principum opes, & ſæpè expugnantur, ſumptus vix æquante compendio: uno exadverſum ſæpè conflictu provinciæ & regna victoribus cedunt. His atque talibus ſubductis rationum momentis, negant Inſtitutores bellici ſuper commemoratis controverſiis ſatis firmam eſſe deliberationem. Ad eundem modum implicatam profitentur incertamque quæſtionem alteram; utrum glorioſius ſit expugnare arcem, quam prœlio vincere. Si cogitationem referas ad campeſtre certamen, tuum facile calculum illud auferet. Neque enim eminus, ſed confertis manibus pedibuſque res agitur. Non agger & fovea bellatorem protegit; ſed exertum corpus, quam amplum eſt, patet in vulnera. Non a fronte ſolum ictus metuendi; ſed ab omni parte, ut Virgilius loquitur, *Horreſcit ſtrictis ſeges enſibus*. Adde lætiorem victoriæ faciem, & majora honorum decora: nam triumphus in acie victoribus ſolum decernitur. Quod ſi ad expugnatores urbium animum adjungas, quanti æſtimandum eſt cum hoſte confligere muris tecto; nec adverſus præſidiarios ſolum impetum facere, ſed contra propugnacula, murales foſſas atque loricas, & innumera genera munitionis? Quid autem durius atque laborioſius, quam per affuſas aquarum colluviones, per interciſos amnes, per objectas ſæpè montanas cautes quaſi guttatim procedere? Adnumera decidentes ſaxorum imbres, nec deſuper ſolum compluentes ignes, ſed ab effracto cuniculis ſolo erumpentes, ſtragemque latiſſimè propagantes. Sed nihil atrocius ipſa tot laborum diuturnitate. Nam in prœlio, ut ait Horatius Sat. 1. 1.

Concurritur: horæ
Momento cita mors venit, aut victoria læta.

Obſidiones longi menſura temporis protrahuntur: interim morbi, fames, tabes, illuvies fœdè graſſantur, ut jam voti locum obtineat, quod erat initio miſerrimum, hoſtium manu è vita diſcedere. Munitionum genera vide in propriis Titulis.

Munito, as. Frequentativum a munio. Cic. pro Roſc. Amer. *Nunc verò quam viam munitet, quod iter affectet, videtis.*

Munimen, inis. Proprie eſt defenſio caſtrorum, vel arcium adversùs adventum hoſtium, quæ fit vallo, foſſâ, aggere, juxta regulas artis militaris. Lucan. l. 6.

munimen nullo quaſſabile ferro.

Munimentum, i. Munimen. Liv. lib. 1. *Quiritium quoque foſſa, haud parvum munimentum a planioribus aditu locis Anci Regis opus eſt.*

Munitio, onis. Munimen. Cæſar lib. 1. Bell. Gallic. *Operis munitione & militum concurſu, & telis repulſi.* Vocabula hæc ſunt quam latiſſimæ ſignificationis pro quolibet opere ad tegendum & propugnandum idoneo. Hujus generis quædam ſunt temporaria, & e levi materia extructa, ut caſtrenſes aggeres, pontes ſubitarii, valla, loricæque ceſpititiæ, & ſimilia: quædam ſtructuræ validioris, utpote perdiu duratura, ut arces, mœnia, propugnacula, parmulæ, caſſides, forcipes, cryptæ cæcæ, & multa hujus machinationis & formæ ad urbium tutamentum & cuſtodiam deſervientia. Item caſtella campeſtria, crepidines ad fluviorum ripas & ingreſſus viarum, pontes lapidei, quæque ad oſtia fluminum, & portuum margines excitantur. Hęc, inquam, omnia muniminis, munitionis, munimenti vocabulis deſignamus.

Munitio interior, vel intima, vel inædificata ſummæ & mediæ arci: item ſupremum arcis propugnaculum, vel editius & validius, & in medio arcis ſublatum: vel præcincta undique & reſciſſa munitio in medio caſtri. Sic appellamus interiorem arcium partem. Mediæ & infimæ Latinitatis Scriptores dixerunt Corpus caſtri, ut ſuo loco notavimus. Partibus reliquis munitio plerunque eminet. Uſus in re munitoria Veterum. Poſt inventas machinas chalibeas igniarias fere deſiit. Vulgo dicimus *Moſchio*. Bern. Orl. 1. 15. 50.

E già pareva al traditor ladrone
Veder la rocca d'intorno togliata,
E rovinato il maſchio, e'l torrione.

Muniones. Defenſores munitionum. Ordericus Vitalis lib. 9. *Pugnaces urbis Muniones pondus Turconi belli tota die ſuſtinuere.*

Munitium, ii. Pro munitione vel caſtro munito. Guillelmus Apul. lib. 5. de Geſtis Normann.

ſed præſidiis munitia tuta
A Duce dimiſſis, caſtelli jura negavit.

Munitor, oris. Qui aliquid munit, & quomodolibet firmandæ munitioni operam præſtat. Liv. lib. 7. *Ab haſtatis, principibuſque, qui pro munitoribus intenti armatique ſteterant, prœlium initum.*

Munitorium, ii. Pro munitione, vel caſtro munito. Joannes de Janua: *Munitorium, locus, in quo ſunt munimenta, vel ipſum munimentum.*

Murci, orum. Sic appellati ſunt, qui per deſidiam detrectantes militiam pollicem ſibi præcidebant, ut gladio tractando neutiquam idonei eſſent. Ammianus lib. 15. *Nec eorum aliquando quiſquam, ut in Italia munus Martium pertimeſcens, pollicem ſibi præcidit, quos jlocaliter Murcos appellant.* Nec porrò exemplis Veterum caret ritus turpiſſimus ſibi amputandi pollices ad militiam ſubterfugiendam. Svetonius in vita Auguſti cap. 24. *Equitem Romanum, quod duobus filiis adoleſcentibus, cauſâ detrectandi ſacramenti,*

ti pollicet amputaſſet, ipſum, bonaque ſubjecit haſtæ. Fortunatianus Rhetor. *Decem militer tempore belli pollices ſibi amputaverunt. Rei ſunt leſæ Reipublicæ*: Menander de Re militari lib. 3. *Eum qui filium debilitavit, delectu per bellum indicto, ut inhabilir militiæ ſit, præceptum D. Trajani deportavit*. Deſides hinc & ignavos dicimus Murcidos; quòd a Murcia Dea inertium & deſidioſorum trahit Auguſtinus lib. 4. de Civit. Dei cap. 16. *Vocaverunt Deam Agenoriam, quæ ad agendum ultra modum ſtimularet: Deam Murciam, quæ præter modum non moveret, ac faceret hominem, ut ait Pomponius, Murcidum, ideſt nimis deſidioſum & inactuoſum*. A memorata conſuetudine pollicis truncandi, quoniam id deſidioſorum hominum fuit, trahit Salmaſius originem vocis Italicæ *Poltrone*, contractè a pollice trunco. Sic autem ſeribit Tract. de Fœn. Trapenſ. *Veteranis, qui filios armir gerendis habiles non ſponte ſua militiæ obtuliſſent, haud impunè fuit lege Valentiniani, & Valentis. Iidem Imperatores ſtatuerunt flammir ultricibus comburendum eum, qui ad fugienda ſacramenta militiæ truncatione digitorum damnum corporir expetiſſet. Multi enim illo tempore, quia neceſſitate ad bellum cogebantur, præ ignavia ſibi pollices truncabant, ne militarent. Inde pollice truncos hodieque pro ignavis & imbecillibus dicimus; ſed truncata voce, Poltrones*. Hanc derivationem vocis *Poltrone*, Voſſio & Ferrario probatam ſugillat taxatque Menagius, ut omninò repugnantem analogiæ. Quaſi verò popellus imperitus, & vilis plebecula, a prava cujus conſuetudine innumera habemus deturpata, & a ſuis veris origioibus detorta vocabula, quidpiam penſi habeat gradus analogicos in dictionibus corrumpendis. Equidem ſi inire vellem ſyllabum vocum, quas ita corruptas a populo retinemus, ut quàm longiſſimè abeant ab omni analogia, exempla proferre poſſem, quæ loquacem, ut ait Horatius, delaſſare valeant Fabium. Neque idcircò hæc dixerim, quod mihi magnopere arrideat etymon vocis *Poltrone* a pollice trunco; ſed ut evincam, non ita rigidam atque ſeveram analogiæ rationem habendam eſſe in vocabulorum originibus ioveſtigandis & deduceodis. Trahunt alii, inter quos ipſe Menagius, vocem *Poltrone* a pullo, in hanc formam: *Pullus, pulli, pullitrus, pultrus, poltrus, poltro, onit, Poltrone*. Libuit aotem illis a pullis deducere *Poltrone*, quoniam facilè paveſcunt & conſternantur pulli: contra verò domitorum equorum magnus ſit vigor & alacritas. Ego verò pavorem illum pullorum nullatenus deſidiam, aut igoaviam putaverim. Ab annorum ſiquidem teneritate, minimaque experientia progignitur. Deſidioſi autem & ignavi, Italis *Poltroni*, non ætate teners, & rerum ignorantia, ſed hebetudine ingenii, tarditate quadam, atque inertia tales ſunt. Ad hæc ipſi pecorum pulli naturam patrum ſequuntur, & a fortibus quidem procreati, fortes ipſi alacreſque ſuot; ignavi verò & inertes, qui ejuſdem naturæ parentes ſunt ſortiti, juxta illud Horatii lib. 4. od. 4.

Fortes creantur fortibus, & bonir
Eſt in juvencis, eſt in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Videſis quanta alacritate pulli equorum ſubſiliant apud Virgil. Georg. 3. ſicubi nacti ſunt parentes generoſos:

Continuò pecoris generoſi pullus in arvis
Altiùs ingreditur, & mollia crura reponit:
Primus & ire viam, & fluvios tentare minacer
Audet, & ignoto ſeſe committere ponto:
Nec vanos horret ſtrepitus, illi ardua cervix,
Argutumque caput, brevis alvus, obeſaque terga,
Luxuriatque toris animoſum pectus: honeſti
Spadices, glaucique: color deterrimus albir,
Et gilvo, tum ſiqua ſonum procul arma dedere,
Stare loco neſcit: micat auribus, & tremit artus,
Collectumque premens volvit ſub naribus ignem,
Denſa juba, & dextro jactata recumbit in armo.
At duplex agitur per lumbos ſpina; cavatque
Tellurem, & ſolido graviter ſonat ungula cornu,

Quod ſi non a quibuslibet, ſed ab inertium duntaxat equorum pullis, ſive pullitris quiſpiam traxerit Italicam vocem *Poltrone*, non illi magnopere obſiſtam. Præcipue cum ejuſmodi pullos obeſos, tardumque ventrem trahentes, dicamus vulgo *Polledraccio*, *Polledrone*, ex quo proxime ferè habes *Poltrone*. Quod ſi verum eſſe dijudicetur, quod a Landino, Vellutello, Galeſino, Alumno, & aliis Italicis Scriptoribus, memorato Landino præeunte, affirmatur, apud Etruſcos *Poltro*, dici lectum; ſatis commodum arbitrarer ab ea dictione deducere vocem *Poltrone*. Verùm nulla ſatis idonea Scriptorum Etruſcorum authoritate confirmat Landinus quod aſſeverat de lecto, apud Italos *Poltro*, appellato, ad illud Dantis Inf. Cant. 24.

Omai convien, che tu così ti ſpoltre,
Diſſe 'l Maeſtro; che ſeggiendo 'n piume
In fama non ſi vien, nè ſotto coltre.

Quod autem ab eodem Dante dicitur Purgat. Cant. 24.

Come fan beſtie ſpaventate, e poltre.

Cave ibi *Poltre* accipias pro ignavis; verùm eam vocem exponit *Giovincelle* vetus interpres ejuſdem Dantis. Antequam hinc me extricem, & aliò convolem, enucleandus occurrit Taciti locus lib. 13. *Inde vilir rursùs Burrhus, & exul Seneca, trunca ſcilicet manu, & profeſſoria lingua generis humani regimen expoſtulantes*. Ubi quòd Senecam truncam habere manum præfatus eſt, non ita eſt accipiendum, ut Philoſophus ille mutilatas haberet manus, quod plane non reticuiſſent, qui de Seneca prolixè copioſeque ſcripſerunt authores non pauci. Trunca manu hominem Senecam dixit, ideſt ignavum ineptumque ad munia militaria, ut bene obſervat Donatus Dilucid. in Tacit. lib. 13. Nihil verò eidem opus fuerat explicationem aliam adiicere; quaſi Seneca trunca manu ſit Philoſophus, a manu, ideſt copia amicorum, deſtitutus, quæ futilis eſt & inepta ſubtilitas.

Murices. Ferrea ſunt offendicula, ad triaogularem vel quadrangularem formam, cum prominentibus radiis acuminatis, ita ut in quamcunque diſſeminata recidant partem, humi defigantur, aliquo extante radio. Uſus erat, ut ad hunc modum conſperſa itinera impedirent, equorum vel camelorum ungulas fioderent, & equitatum diſſol-

diſſolverent. Valuerunt potiſſimum apud Antiquos adversùs currus falcatos. Operiebantur quandoque arena vel frondibus, quò faciljùs incautè & temere progredientes equos ioterciperent. Magnam muricum vim deſodiſſe Darium Regem, quò copias Alexandri approperaturas cooiiciebat, legimus apud Curtium, Vide *Tribuli*. Miſſiles porrò leguntur murices cum incluſo ignis conceptaculo, ut jactati, ſuſceptâ flammâ, hoſtium opera incenderent. Vide de his Heronem de Machin. bell. c.1. Baroccius ad eum locum ejuſmodi muricum ſchemata exhibet, & varia eorum geoera explicat per hæc verba: *Tria muricum genera ſunt, quibus in militia priſci bellatores utebantur: nempe liguei Labdarei & ſerrei ſuper terram diſſeminati, quorum author in præſenti capite mentionem facit: ac demum ferrei ignem artificioſum ferentes, qui mucronibus ſuis ubicunque jactati fuerint affiguntur, & flamma, quam geſtant, locum cui affixi ſunt, comburunt. De quibus etiam iguem ferentibus muricibus outhor inferiùs in cap.14. verba facturus eſt. Ex his autem tribus muricum generibus duo poſtrema, præſertimque tertium, uſque in hodiernum diem in uſu maxime ſunt*. De iiſdem muricibus opulentum eſt teſtimonium Valerii Max. l.3. c.7. *Scipio Æmilianus, cum urbem prævalidam obſideret, ſuadentibus quibuſdam, ut circa mœnia ferreos murices ſpargeret, omniaque vada tabulis plumbatis conſpergeret habentibus clavorum cacumina, ne ſubitâ eruptione hoſtes impetum facere poſſent: reſpondit non eſſe ejuſdem & capere aliquos velle, & timere*. Crediderim autem eas machinulas ſic appellatas o ſimilitudine aliqua muricis piſcis marini ex genere concharum vel potius a rupium acuminibus, ſaxiſque præaſperis & prominentibus, quibus etiam hoc nomen eſt inditum. Virgil. lib. 5.

Concuſſæ cautes, & acuto in murice remi
Obnixi crepuere.

Ex quo non admodum incommode muricem a muro dictum obſervat Perottus.

Muris disiectis ingredi. Vide *Triumphus*, *Iſelaſticum*, *Hieronicæ*.

Murus. Pro ambitu cæmentitio. Vide *Mœnia*.

Murus: Pro ioſtructione exercitus. Hoc nomine Antiquis dicebantur pilátæ legiooes, gravibus munitæ armis atque invicem confertæ, a ſimilitudine muri, quo oppida ſepiuntur. Veget. lib. 1. cap.20. *Unde enim apud Antiquos Murus dicebatur pedeſtris exercitus, niſi quòd pilatæ legiones præter ſcuta etiam cataphractis galeiſque fulgebant?* Huc reſpexiſſe opinor Horatium lib.1, Epiſt.

hic murus aheneus eſto.

Ex hac inſtructione factum, ut metaphoricè murus diceretur quidquid obſtaret validè firmiterque. Veget. lib. 2. cap. 17. *Excipiebat autem prælium gravis armatura, quæ tanquam murus, ut ite dicam, ferreus ſtabat*. Idem lib. 3.cap. 14. *Ad vicem muri nec cedere, nec ſequi*. Ammianus etiam lib. 16. *Steterunt veſtigiis fixis, antepilanis, haſtatiſque, & ordinum primis, velut inſolubili muro fundatis*. Lucanus etiam:

Parthoque ſequenti
Murus erit quodcunque poteſt obſtare ſagittæ.

Et ad eandem formam noo ſemel Cicero, aliique.

Murus, i. Pro maceria vel aggere ſine cæmento, quo opere fiunt muoitiooes caſtrenſes & obſidionales, Cæſar lib.1. Bell.Gallic. *Murum in altitudinem pedum ſexdecim, foſſamque perducit*. Ubi locus ipſe exploratum reddit Hiſtoricum loqui, noo de muro cæmentitio, verùm de excitato ex terra effoſſa aggeſtaque. Idem lib.7. *A medio colle ex grandibus ſaxis ſex pedum murum perduxerant Galli*. De quo muro ſic iterum: *Foſſamque & maceriam ſex in altitudinem pedum perduxerant*. Ubi habes murum coofectum e ſaxis campeſtribus, vel montanis, non planè calcis & terræ foſſilis, ſed vulgaris duntaxat terræ glutino interlitum & coagmentatum. Idem lib.2. de bell. Gallic. *Quem locum duplici altiſſimo muro munierant; tum magni ponderis ſaxa, & præacutas trabes in muro collocarant*. Sed clariſſimè Varro de Re Ruſtic. lib.1. cap.14. *Aggeres, qui faciunt ſine foſſa, eos quidam vocant muros, ut in agro Reatino*.

Muratus, a, um. Muris cinctus. Veget. lib.3. cap.8. *Non enim belli tempore ad ſtativa, vel manſionem civitas murata, ſemper occurrit*. Et iterum ibidem: *Quod aliter non poteſt evenire, niſi per loca idonea, quá noſtrorum ambulat commeatus, præſidia diſponantur, ſive illæ civitates ſint, ſive caſtella murata*.

Murale, is. Murus. Henricus Huotindon l. 8. *Reſonabant colles, reſonabant urbis muralia*. Italis *Muraglia*.

Muralis, le. Adject. ut tormeota, pila muralia. Virgil. lib. 12.

murali concita nunquam
Tormenta ſic ſaxa fremunt.

Cæſar lib. 7. Bell. Gallic. *Ex vallo & turribus trajecti pilis muralibus interibant*.

Muralis Corona. Memoratur a Polybio, aliiſque paſſim Hiſtoricis. Ea erat, juxtà Gellium, qua donabatur ab Imperatore qui primus murum ſubierat, inque oppidum hoſtium per vim aſcenderat. De ea ſic Liv. lib. 16. *Itaque quanquam omnibus omnia deberent, præcipuum tamen Muralis coronæ decus ejus eſſe, qui primus murum aſcendiſſet. Profiteretur qui ſe dignum duceret eo dono. Duo profeſſi ſunt*. Inſigne ejuſdem traditæ exemplum habemus apud Silium lib. 13. ubi Q. Fulvius Procooſul Miloni cuidam eam dooat:

Fulvius & finem ſpoliandis ædibus ære
Belligero reſonante dedit: ſublimis ab alto
Suggeſtu, magnis fautor non futilis auſit,
Lavino generate, inquit, quem ſoſpita Juno
Dat nobis, Milo, Gradivi cape victor honorem,
Tempora murali cinctus turrita coronâ.

Ubi etiam vides quod alii referunt, id coronæ genus murorum pinnis, & quaſi turribus fuiſſe decoratum, cujuſmodi Deùm matri Berecynthiæ etiam attributa legitur, de qua Lucretius lib. 2.

Muralique caput ſummum cinxere coronâ,
Eximiis munita locis quod ſuſtinet urbes.

Fuit autem ea corona aurea, quod Polybius apertè tradit, ubi Scipionem inducit ſuos adhortantem ad oppugnandam Carthaginem Hiſpanicam: *Deinde coronas aureas pollicitus eſt iis, qui primùm murum conſcendiſſent*. Audi Triſſinum Ital. Lib. lib.6.

E chi nell'eſpugnar delle cittadi
Sarà primiero a gir ſopra le mura,
Fia coronato di Corona eletta,
Ch'avrà le foglie ſue di quel metallo,
Che tanto è deſiato dalle genti,

Con

Con le inſegne de merli intorno intorno .

Vide hujus coronæ deſormationem apud Steuvechium ad Veget. lib.2. eap.7. & conſule doctiſſimum Carol. Paſchal. lib.7. Coron. eap.3.

MURAMEN, inis. Murus. Vetus charta an. 1239. de Monialibus: *Ita quod perpetuo muramine incluſe maneant .*

MURO, as. Munire, circumdare muro. Villelm. Brito 10. Philipp.

Protinus Andegavum nullo munimine cinctam
Ingreſſus, lapide incœpit murare quadrato .

MURATUM, i. Opus muro ſeptum & munitum. Acta Synodi Ciceſtrenſis an.1157. *Ipſum Hugonem in quodam caſtro ſuo obſedit, valloque & caſtris undique circumdedit; omnemque illi egrediendi ſpem Murato intercluſit .*

MURILEGUS, gi. A legendis muribus dicta eſt feles vel cattus. Item machina eſt bellica, cattus etiam dicta. Villelmus Brito lib.1. Philipp.

Cratibus interea, pluteis, & robore crudo
Murilegus ſtruitur, ſub quo ſecura lateret,
Dum ſtudet inſtanter foſſas implere juventus .

MURUSCULUM, i. Papias: *Bellicum machinamentum, quo muri diſſolvuntur, unde & dicitur .* Niſi me mea fallunt Pythia, mendoſus aliquis codex impoſuit Papiæ. Ariolari ſubit irrepſiſſe *Muruſculum* pro *Muſculum*: Certo Muſculus bellica eſt machina.

MUS, uris. Vide *Muſculus*.

MUSÆ, arum. Novem numero perhibentur, filiæ Jovis & Mnemoſynes. Non imbelles & otioſæ, ut vulgus putat, ſed armorum & rerum militarium ſunt longè ſtudioſiſſimæ; inprimis verò patronæ & fautrices excellentium Imperatorum. Noverant id Græcorum ſagaciſſimi Lacedæmonii, qui inituri prœlia, & adversùs hoſtem progreſſuri Muſis litabant, quas ſcilicet bellicæ felicitatis auſpices, nec vigoris duntaxat & conſtantiæ militaris, verùm etiam victoriarum conciliatrices reputabant. A Spartanorum ſecunda in bellis de Muſis opinione, non abluſit Romanus ille copiarum moderator Fulvius Nobilior, qui ſigna ænea novem Muſarum, quod pretioſiſſimum habuit ſpolium ex oppido Ambracienſi, Romæ prope Herculis ſimulacrum dedicavit. Quamobrem appoſitè & prudenter Poetæ faciunt, qui militaria fere celebrantes facinora nihil habent antiquiùs, quàm ut ab illorum ope & patrocinio implorato animosè atque ſublimiter canendi auſpicium capiant. Licet autem hic animadvertere tunc præſertim a memoratis Poetis iterari invocationem Muſarum, cum cenſus militares aggrediuntur & exercituum copias digerunt. Difficillimus quippe & memoratu perarduus ille eſt magnorum poematum locus, ubi non ſerie atque contextu continuato, ut in cæteris accidit narrationibus, ſed carptim & ſaltuatim res procedit. Ponendi nimirum ante oculos oppidanorum, popularium, atque adeo populorum mores, arma, conſuetudines dimicandi, inſignia, origines proſapiarum, & his ſimilia non ſane pauca, quæ incredibilem habent varietatem. Quoniam verò vix anguſtis humanæ memoriæ finibus diſſipatæ res atque diſiunctæ contineri poſſunt, idcircò ad Muſas confugiunt, quæ cum ſint Mnemoſynes, ideſt Memoriæ filiæ, peculiarem habent reminiſcentiæ facultatem, vimque diſcretiſſima quæque & longè diſſita commemorandi. Atque hinc profectò tum in exordiis carminum, tum ante legiones, vel copias recenſendas, frequentiſſimæ illæ Poetarum preces, quibus Muſarum auxilium efflagitant. Homerus

Dicite nunc mihi, Muſæ, cæleſtes domos habentes,
Vos enim Deæ eſtis, adeſtiſque ſcitiſque omnia,
Nos autem famam ſolùm audimus, neque quidquam ſcimus,
Qui Duces Danaorum & Principes erant .

Quem æmulatus Virgilius lib.7. canit.

Pandite nunc Helicona Deæ cantuſque movete:
Qui bello exciti reges, quæ quemque ſecutæ
Complerint campos acies, quibus Itala jam tum
Floruerit terra alma viris, quibus arſerit armis.
Et meminiſtis enim, Divæ, & memorare poteſtis:
Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura .

Quod imitatus, ut ſolet, Taſſus in hunc modum Cant.4.

Mà di tù, Muſa, come i primi danni
Mandaſſero ai Chriſtiani, e di quai parti
Tù 'l ſai, mà di tant'opra a noi sì lunge
Debil'aura di fama appena giunge .

Idem Cant.1. licet paulò ante initio pulcherrimi operis Muſæ auxilium invocaverit, repetit tamen eadem vota iteratque, poſtquam deventum eſt ad luſtrationem Francici exercitus:

Mente, degl'anni e del oblio nemica,
Delle coſe cuſtode e diſpenſiera,
Vagliami tua ragion sì ch'io ridica
Di quel campo ogni duce & ogni ſchiera.
Suoni e riſplenda la lor fama antica
Fatta dagl'anni omai tacita e nera.
Tolto da tuoi teſori orni mia lingua
Ciò, ch'aſcolti ogni età, nulla l'eſtingua .

Idem Cant.17. antequam hoſticas copias recenſeat, ita ſcribit:

Muſa, quale ſtagione, e qual là foſſe
Stato di coſe, hor tu mi reca a mente;
Qual'arme il grand'Imperator, quai poſſe,
Qual ſerva haveſſe, e qual compagna gente;
Quando del mezo giorno in guerra moſſe
Le forze e i regi, e l'ultimo Oriente.
Tu ſol le ſchiere, e i Duci, e ſotto l'arme
Mezo il mondo raccolto, hor puoi dettarme .

Boccaccius etiam Theſeid. lib.8. Muſæ præſidium & opitulationem implorat ante cenſum copiarum, quas pugnaturas eduxerunt Arcitas & Palemon.

Ora la Muſa, a cui di me più cale,
Per me verſi componga, e per me canti,
E noto faccia il giuoco Martiale
Fieramente operato da duo amanti,
Con compagnia ciaſcun di ſchiera eguale
Di valoroſi Cavalieri a tanti,
Ch'io per me non varrei a far ſentire
Il duro ſcontro con l'amar ſeguire .

Eundem morem ſecutus eſt Aloyſius Alamanni Avarchide lib.2. ubi recenſet militares copias Arturi Magnæ Britanniæ Regis obſidentis Avaricum, & Clodaſſi eandem urbem propugnantis:

Hor voi figlie chiariſſime di Giove,
Sacrate Muſe, cui niente è ſcuro:
Cantate a me, perch'io gli canti altrove,
I Duci, e i Rè, che ſeguitaro Arturo,
Ch'a narrar l'altro ſtuol, che ſeco muove,
Voce haver converria di ferro duro,

Con mille lingue e mille bocche poi;
Ond'io dirò quei ſoli, e gl'altri voi.

Item Triſſinus Ital. Liber. lib. 2.

Hor tempo è di narrare ad uno ad uno
Chi furon quelli, che in Italia andaro.
Però, Vergini Muſe, a voi non ſpiaccia
Di porger mano a tant'alto lavoro,

Item lib. 10.

Ma voi ch'havete in Ciel divino albergo,
Vergini Muſe, hor mi donate ajuto:
Voi ſiete eterne, e voi preſenti foſte
A quei gran fatti, onde ſapete il vero,
Ma ſolamente a noi pervenne il grido,
Però nulla ſappiam diſtinto, e chiaro;
Diteci adunque primamente il nome
Di tutti quanti e Capitan de Goti
Ch'andaro a por l'aſſedio intorno a Roma.

Ut verò ad celebriores Latinos redeam, audi Statium lib. 4.

tuque o nemoris Regina ſonori
Calliope, quas ille manus, quæ moverit arma
Gradivus quantas populis ſpoliaverit urbes,
Sublata molire lyra.

Et Silium lib. 3.

Prodito Calliope famæ, quos horrida cœpta
Excierint populos, tulerintque in regna Latini.

Faciunt id quidem Poetæ, religioſè ſervantes antiquiſſimum eorum morem, qui a Cœlitum invocatione exordiebantur. Quemadmodum enim rerum agendarum, ſic etiam dicendi initium a Deorum precationibus capiebant. Probè Servius in illud Virgilii lib. 11.

Præfatus Divos, ſolio Rex infit ab alto,

Obſervat nullam orationem a Veteribus inchoatam, niſi Numinibus invocatis. Uſitatiſſimum verò eum fuiſſe morem oſtendit Cicero in Divinat. idemque velut rem notiſſimam indicat Valerius Maximus in præfatione ſui operis ad Tiberium Cæſarem: *Nam ſi priſci Oratores ab Jove Opt. Max. bene orſi ſunt; ſi excellentiſſimi vates a Numine aliquo principia traxerunt; mea parvitas eò juſtius ad favorem tuum decurrerit.* Habent tamen Poetæ cauſam, quo ſuo etiam ingenti commodo Cœlitum, ac præcipue Muſarum commemorationem faciant.

Muſchetta. Balliſtæ validioris telum. Sanutus lib. 2. part. 4. *Poteſt præterea fieri quòd hæc eadem balliſtæ tela poſſent trahere, quæ Muſchettæ vulgariter appellantur.* Hinc omninò retinemus vocem *Moſchetto*, pro genere fiſtulæ manuariæ majoris. Dicitur autem Muſchetta jaculum a muſcheto accipitris vel falconis genere, cujus meminit Petrus de Creſcentiis, de Agricult. lib. 10. cap. 2. Ab eadem ave, & variis ejuſdem generibus, alia quædam habemus nomina tormentorum, cujuſmodi ſunt *Falconi*, *Falconetti*, *Sagri*, *Smerigli*, *Spingarde*. Hæ ſiquidem etiam ſunt in genere falconum, vel accipitrum, a voce Germanica *Sprintz*, quæ ſignificat Moſchetum ex genere accipitrum fringillariorum.

Muſcipula, æ. Propriè eſt inſtrumentum, vel machinula ad mures capiendos. Uſurpatur in re bellica ab Authoribus citerioris ævi pro genere muricum vel tribulorum. Radevicus lib. 2. ubi de Friderico Imp. Cremenſes oppugnante: *Quædam inſtrumenta fabricarunt, muſcipulis quidem ſimilia, ſed pro quantitate humani corporis fortiora, eaque per vias circa vallum diſpergunt: quibus ignari multi hærentes, aut capi facilè poterant, aut occidi. Item foſſas quamplurimas hinc inde deſuper levi operimento contegunt; in quas illapſi ſimiliter capiebantur, aut occidebantur.*

Muſculus. Machina tectoria, milites & foſſores includens ad muros ſuffodiendos & ſubruendos; item ſaxa & idoneam terram cum lignis comportaos ad exæquandum & ſolidandum ſolum lutoſum, ut aditus præmuniatur ambulatoriæ turri, quæ ſe ad hoſticos muros adiungat. Ac proinde duplex conſtat fuiſſe muſculi genus; qua diviſione muſculorum ſtabilita, nulla obſcuritas ſupereſt apud Scriptores, qui de illis diverſimodè ſcripſerunt, quod fruſtra torſiſſe video Lipſium & Steuvechium. De muſculo parante viam turri mobili loquitur Vegetius l. 4. cap. 16. ubi ejuſdem uſum potius quàm ipſum deſcribit machinæ genus: *Muſculos dicunt minores machinas, quibus protecti bellatores, ſi lutum obfuerit, civitatis foſſatum etiam apportatis lapidibus, lignis, ac terra, non ſolùm complent, ſed etiam ſolidant, ut turres ambulatoriæ ſine impedimento jungantur ad murum. Vocantur autem a marinis belluis muſculi. Nam quemadmodum illi, cum minores ſint, tamen balenis auxilium adminiculumque jugiter exhibent: ita iſtæ machinæ breviores, deputatæ turribus magnis, adventui illarum parant viam, itineraque præmuniunt.* De muſculo afferente ſuffoſſores murorum hæc habet Cæſar l. 2. de bello Civili, quæ per partes illuſtrantur a Lipſio Poliorc. l. 1. Dial. 9., ubi ſchema etiam proponit hujus organi: *Ubi ex ea turri, quæ circum eſſent opera, tueri ſe poſſe confiſi ſunt, muſculum ſexaginta pedes longum, ex materia bipedali, quem a turri latericia ad turrim hoſtium murumque perducerent, facere inſtituunt. Cujus muſculi hæc erat forma. Duæ primum trabes in ſolo æquè longæ, diſtantes inter ſe pedes quatuor collocantur: inque eis columellæ pedum in altitudinem quinque defiguntur. Has inter ſe capreolis molli faſtigio conjungunt, ubi tigna quæ muſculi tegendi causâ ponant, collocentur. Eò ſuper tigna bipedalia injiciunt, eaque laminis claviſque religant: ad extremum muſculi tectum trabeſque extremas quadratas regulas, quatuor patentes digitos defigunt: quæ lateres, qui ſuper muſculo ſtruantur, contineant. Ita faſtigiato atque ordinatim ſtructo, ut trabes erant in capreolis collocatæ, lateribus lutoque muſculus, ut ab igne, qui ex muro jaceretur, tutus eſſet, contegitur. Supra lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immiſſa lateres diluere poſſit. Coria autem, ne rurſus igni ac lapidibus corrumpantur, centonibus conteguntur. Hoc opus omne tectum vineis, ad ipſam turrim perficiunt, ſubitòque inopinantibus hoſtibus, machinatione navali, palangis ſubjectis, ad turrim hoſtium admovent, ut ædificio jungatur. Quo malo perterriti ſubitò oppidani, ſaxa quammaxima poſſunt vectibus promovent, præcipitataque muro in muſculum devolvunt. Ictum firmitas materiæ ſuſtinet, & quidquid incidit faſtigio muſculi delabitur. Id ubi vident, mutant conſilium. Cupas tæda ac pice refertas incendunt, eaſque de muro in muſculum devolvunt. Involutæ labuntur, delapſæ ab lateribus longuriis furciſque ab opere removentur. Interim ſub muſculo milites vectibus, infima ſaxa turris hoſtium convellunt. Compluribus jam lapi-*

Digitized by Google

lapidibus, ex ea quæ ſuberat turri ſubductis repentinâ ruinâ pars ejus turris concidit. Animadvertis muſculum Cæſarianum mole & granditate admodum excedere muſculum Vegetii. Hujus iconiſmus ſic exhibetur a Steuvechio ad indicatum Vegetii locum, ut videatur fuiſſe machina quatuor rotis inſiſtens, contecta undique luto, centonibus, crudiſque coriis animalium. A paucis regebatur militibus, qui intra illam tecti expediebant neceſſaria ad ſolum æquandum & ſolidandum, procul a metu telorum, ignium, aliorumque miſſilium, quæ agilitate machinæ, & argillæ centonumque integumento facilè declinabant. Aliquid perſimile videtur fuiſſe recentis Architecturæ machinariæ & oppugnatoriæ pluteis, quod genus dicimus *Galleria*. Addit Steuvechius ſui muſculi deformationi exertum ab anteriore parte præacutum roſtrum, a poſteriori verò manubrium protenſum obtortumque ad formam contortæ caudæ muſculi animalis, ut ab hujus figuræ imitatione ipſa machina videatur appellari poſſe muſculus. Verùm aliud etymon movet a belluis marinis, ut habes in præpoſito Scriptoris teſtimonio. Iſidoro Muſculus dicitur quaſi Muruſculus, a muro qui perfoditur. Verùm hoc, ut multa Iſidori, non admittunt Centuriæ Criticorum. Opinor vocari muſculum, non a figura machinæ, ſed ab officio militum incluſorum. Ut enim terræ ſuffoſſiones dicuntur cuniculi a miniſterio foſſorum, qui more cuniculi animalis terram excavant, ſic muſculi appellantur ab officio militum, qui item ad ſimilitudinem muris vel muſculi animalis terram ſubtùs aperiunt. Planè ſentio ad hunc modum conjectanti mihi bonas arriſiſſe aves. Addo ex Maffejo Hiſt. Indic. lib. 13. deſcriptionem muſculi, quo Indi uſi ſunt adversus Luſitanos, ut perſpicias ejus machinæ uſum ad extrema terrarum penetraſſe. *Acceſſere validis ex aſſeribus muſculi, quam duriſſimo corio tecti, ſub quibus operæ ſine periculo commearent: Ex iis muſculis tabulæ declives ita prominebant, uti per eas devoluta ex occulto ſaxa, truncique arborum, & glebæ ultrà mediam foſſam impetu ipſo ferrentur.*

Musica, æ. Facultas modulandi, moderandique cantum & ſonum: diſciplinarum liberalium nulli aut originis vetuſtate, aut in res humanas fructu adjumentoque concedens. Eadem ſolicitudinum laborumque dulce ſolatium, & jucundiſſimum miſeriarum delinimentum, remedium verò inprimis efficax & opportunum ad abſtergendas atque diſcutiendas atras illas triſtitiæ mœroriſque nebulas, quibus noſtra mortalitas miſerandum in modum obſepta circumfunditur. Sapientiſſimè profectò a Platone inſtitutum, ubi optimè ordinandæ Reipublicæ leges præſcripſit, ut gemino illa maximè firmamento atque tibicine niteretur atque conſiſteret, Gymnaſtica nimirum ac Muſica. Illa quidem exercitatione multiplici præſtat efficitque ut ad vitæ uſus, ac bellica præſertim munia obeunda, vires firmiſſimas & validiſſimum cives robur obtineant: Muſica verò medetur animis, quorum perturbationes omnes ſedato quodam æquabilique inducto modulatu componit atque conciliat. Facultatis nobiliſſimæ originem in diverſa Scriptores trahunt. Sunt qui pulcherrimo invento Pythagoram decorent, qui obſervatis ictibus, alternoque percuſſu fabrilium malleorum, auſpicia inde numerorum & Muſicæ fecerit. Sic autem Virgilius de Cyclopibus lib. 8.

Illi inter ſeſe multa vi brachia tollunt,
In numerum, verſantque tenaci forcipe maſſam.

In eandem ſententiam Callimachus Hymn. in Dian., ubi de Cyclopibus ita loquitur:

Cum illi malleis ſublatis ſuper humeros,
Aut æs candens e camino, aut ferrum
Alternè ferientes validè laborant.

Quod etiam indicavit Dantes Paradiſ. Cant. 2.

Lo moto e la virtù de ſanti giri,
Come dal fabro l'arte del martello,
Da beati motor convien che ſpiri.

2. Si Poetæ audiendi ſunt, Apollo & Mercurius repertores Muſicæ, ejuſdem verò cultores præcipui Orpheus, Linus, Amphion, Arion, aliique extitere. Ægyptii eam inventionem revocant a Manerote, ut tradit Plutarchus de Iſide & Oſiri: ſed antiquior his omnibus Jubal, de quo ſic dicitur Geneſis 4. *Ipſe fuit pater canentium cythara & organa*. Repetunt eam alii originem ab ipſa natura; aveſque oſcines præmonſtraſſe primis mortalibus peritiam modulandæ vocis exiſtimant. Eam opinionem nobilitavit Lucretius, qui ita cecinit lib. 5.

At liquidas avium voces imitarier ore,
Ante fuit multo, quam levia carmina cantu
Concelebrare homines poſſent aureſque juvare.
Et zephyri cava per calamorum ſibila primum
Agreſtes docuere cavas inflare cicutas:
Inde minutatim dulces didicere querelas,
Tibia quas fundit digitis pulſata canentum,
Avia per nemora ac ſylvas ſaltuſque reperta,
Per loca paſtorum deſerta atque otia dia.
Sic unum quidquid paulatim protrahit ætas.

Sunt etiam qui, non ab avium ſolummodo cantu; verùm ab univerſo rerum creatarum ordine ac temperatura, ac proinde ab ipſa natura prognatam Muſicen putent. Hæc profectò tam concinna, tam elegans Mundi fabrica; eademque motu impulſuque vario firmiſſimè in ipſa ſui inſtabilitate conſiſtens, nullam planiùs noſtris mentibus oculiſque expreſſam imaginem repræſentat, quàm ad ingenium artemque ſupremi Artificis, &, ut ita dicam, Phonaſci, appoſite diſtributi dulciſſimique concentus. Apte in hanc rem cecinit Dantes Paradiſ. Cant. 1.

Le coſe tutte quante
Hann'ordine trà loro, e queſto è forma,
Che l'Univerſo a Dio fà ſomigliante.

Clariùs id apertiuſque in globorum cœleſtium perpetua æquabilique vertigine & modulatione jucundiſſima, ut Platonici poſt Pythagoram fere ſenſerunt, comprehenditur. Neque enim ſine admirabili gratiſſimoque ſonitu peragunt illi immenſa ſuorum itinerum ſpatia: imò potius talis tantuſque ab iiſdem orbibus cœleſtis harmoniæ ſonus elicitur, ut ad illius magnitudinem noſtras aures obſurdeſcere optime dixerit Cicero, cujus elegantiſſima verba, quemadmodum leguntur in ſomnio Scipionis, tuâ bonâ veniâ, Lector, adſcribam: *Quæ cum intuerer ſtupens, ut me recepi, Quid? Hic, inquam, quis eſt, qui complet aures meas tantus & tam dulcis ſonus? Hic eſt, inquit ille, qui intervallis conjunctus imparibus, ſed tamen pro rata portione diſtinctis, impulſu & motu ipſorum orbium conficitur: qui acuta cum gravibus temperans, varios æquabiliter concentus*

efficit. Nec enim ſilentio tanti motus incitari poſſunt. Et paulò poſt: *Hoc ſonitu oppletæ aures hominum obſurduerunt: nec eſt ullus hebetior ſenſus in vobis, ſicut ubi Nilus ad illa, quæ Catadupa nominantur, præcipitat ex altiſſimis montibus, ea gens, quæ illum locum accolit, propter magnitudinem ſonitus, ſenſu audiendi caret. Hic verò tantus eſt totius mundi incitatiſſima converſione ſonitus, ut eum aures hominum capere non poſſint: ſicut intueri ſolem nequitis adverſum, ejuſque radiis acies veſtra ſenſuſque vincitur*. De eodem cantu cœleſti ſic Dantes ibidem:

Quando la ruota, che tu ſempiterni
Deſiderato, a ſe mi fece atteſo
Con l'harmonia, che temperi e diſcerni;
Parvemi tanto allhor del Cielo acceſo
Da la fiamma del Sol; che pioggia o fiume
Lago non fece mai tanto diſteſo.
La novità del ſuono, e'l grande lume
Di lor cagion m'accefer un diſio,
Mai non ſentito di cotanto acume.

Sed nimium multis Muſicæ originationem ſollicitavimus. Jam, quaſi cœli magiſterio modulationum procreatricem facultatem edocti, quod noſtræ eſt indaginis, bellicum occinamus.

3. Utque ab ipſis tirocinii initiis exordiar, ſciunt etiam mediocriter in Veterum lectione verſati, pueros nobiles antiquitùs nullam avidiùs artem addidiciſſe, & ab ipſis parentibus ita fuiſſe inſtitutos, ut inter militares exercitationes nulli ſecundam Muſicam ducerent. Adieciſſe huic inprimis animum Herculem ipſum teſtatur Pauſanias lib. 9., & Linum Muſicæ præceptorem habuiſſe. Chiron verò Centaurus, ad cujus diſciplinam ſuam omnem bellicam laudem Achilles meritò retulit, illuſtris alumni diſcipulique animum non alia magis facultate imbuendum curavit. Clariſſimum id ex Statio Achill. lib. 1.

Elicit extremo chelyn, & ſolantia curas
Fila movet, leviterque expertas pollice chordas
Dat puero. Canit ille libens immania laudum
Semina; qui tumidæ ſuperarit juſſa novercæ
Amphitryoniades; crudum quo Beb.yca ceſtu
Obruerit Pollux; quanto circumdata nexu
Ruperit Ægides Minoi brachia tauri.

Non alia Alcibiadem puerum arte exornari voluit Pericles, ſummæ apud Athenienſes præſtantiæ copiarum moderator. Sic autem Gellius lib. 15. cap. 17. de Alcibiade: *Cum apud avunculum Periclem puer artibus ac diſciplinis liberalibus erudiretur, & accerſi Pericles Antigenidam tibicinem juſſiſſet, ut eum canere tibiis, quod honeſtiſſimum tum videbatur, doceret, traditas ſibi tibias cum ad os adhibuiſſet inflaſſetque, pudefactus oris deformitate abjecit infregitque*. Quod autem hic dicit Gellius abdicatam ab Alcibiade fuiſſe tibiam, id pro eo tantùm tempore factum exiſtimes: nam Athenæus lib. 4 & Plutarchus in ejus vita juvenem egregium ejus diſciplinæ affirmant fuiſſe ſtudioſiſſimum; nec ex vulgari quovis magiſtro, ſed ex Panoſino, eximio tunc temporis fidicine, illam addidiciſſe. Ad Spartæ verò gloriam ſplendidum illud atque magnificum, quod de lactentibus ejuſdem pueris commemoratur, qui flentes & irrequieti conſopiebantur nutricum carmine, quo avorum referrentur facinora; tanquam infantes ipſi Spartani quietem dedignarentur, quam virtus maſcula, & eventuum militarium enarratio non conciliaret. Et Lycurgus quidem ejuſdem Reipublicæ Legislator, duriſſimi cæteroqui, laborumque amiciſſimi ingenii vir, Muſicam maximoperè probavit, ſuiſque civibus, tanquam potiſſimum Reipublicæ ornamentum commendatam reliquit. Idem Socrates, Plato, Ariſtoteles, aliique civitatum prudentiſſimi inſtitutores, collaudarunt & ſanciverunt; omneſque ferè gentes amplexæ ſunt, quæ legitimam honeſtamque diſciplinam prorſus non eſſent perosæ.

4. Ab his auſpiciis in cultarum nationum, ac præſertim Græcorum pectoribus vocum ſonuſque peritia ita percrebuit, ut apud lectam juventutem, puerosque olim Marti nomen daturos, idem haberetur ſcitè modulandi facultas, & egregia honeſtiſſimaque inſtitutio. Præclarè Homerus ſtrepitum tumultumque in prælio Barbaris dedit; Græcos verò inceſſu composito ſedatoque, itaque ipsâ inter præliandum, & ferociâ modum quaſi modulos ſervante, inſignivit. Eam ob cauſam inter ſpolia Eetionis citharam duntaxat Achilli attribuit, ut ejus ſonitu nimiam & exuberantem armorum ferociam Dux animoſiſſimus attemperaret. Lacedæmonios verò nonniſi prævio tibiarum ſonitu ad certamen progreſſos diſcimus ex Plutarcho, ne plus æquo efferveſcens indignatio ingenti damno in ipſorum recideret capita. Luculentiſſimo id aſſeruit documento Tyrtæus Dux Lacedæmoniorum apud Pauſaniam, qui ſuaviſſima tibiarum modulatione ſic inſtigavit inflammatos milites, ut qui ſæpius ante fuſi fugatique fuerant, novis aucti viribus Meſſeniorum exercitum cum ingenti clade deleverint. His, aliiſque exemplis Laconicum illud manavit populari voce proverbium: *Urget ferrum ſcitè fidibus canere*. Oſtendit id Alexander Magnus apud Plutarchum, cum audita inter epulandum tibicinis modulatione, divino quodam quaſi furore percitus, impulſis dejectiſque menſis, præcipiti curſu tanquam ad præliandum ſeſe proriperet. Nihil verò in hanc rem pulchrius Homeri loco in Odyſſea. In convivio, quod Alcinous Phæaciæ Rex Ulyſſi hoſpiti lautiſſimum adornavit, Demodocum citharœdum induxit fides pulſantem accinentemque, & res apud Trojam recens geſtas, ac ſæpe ipſum Ulyſſem Ulyſſi, qui nondum ibi innotuerat, ſuumque celaverat nomen, decantantem. Eundem morem non omiſit referre Virgilius lib. 1. Æneid. ubi loquitur de convivio, quo Dido excepit Æneam hoſpitem. Quod autem ibi Virgilius, prolixus cæteroqui Homeri imitator in ærumnoſis Æneæ itineribus, Iopam fidicinem induxerit non carmina militaria, non eventus Troici belli, paulò ante exacti, Homerico exemplo concinentem, ſed potius ſuper orbium cœleſtium copia & pulchritudine modulantem, eo inquam nomine ſcio divinum Poetam Illuſtrium Eruditorum in ſe criſim excitaſſe. Sic autem ibi Maro:

citharâ crinitus Iopas
Perſonat auratâ, docuit quæ maximus Atlas.
Hic canit errantem lunam, ſoliſque labores:
Unde hominum genus & pecudes; unde imber & ignes;
Arcturum, pluviaſque Hyadas, geminoſque Triones.

Sed non illico in magnis authoribus carpendum eſt, quod ad æquè magnorum ſimilitudinem non vi-

videtur exactum. Demodocus apud Homerum concinit militaria in gratiam hoſpitis bellatoris. Aptè id ordinatèque factum ab Homero non depugnaverim. Iopas in Didonis convivio cœleſtia cantu concelebrat; ſuamque collaudat facultatem, ejuſdem origine propoſita a ſtellarum circuitione & motu multiplicis cœli. Id probè aptèque Virgilium fuiſſe commentum ſani quiſque judicii judicaverit. Vide quæ de eo Cantorum diſcrimine latius ſcripſi in Titulo *Aſtronomia*. Verùm omiſſo parergo de Virgilianis vindiciis redeo ad Muſicam bellatricem. Nec interim ab Homero ipſo diſcedam, qui Achillem proponit virili ſono cantuque comparantem ſe ad eruptinnem adversùs Trojanos, quam erat proxime habiturus, quo tempore ab exercitu ſeceſſit ob iram adversùs Agamemnonem conceptam. Sic autem Homerus Iliad. 1.

Invenere illum mentem cithara oblectantem
Affabrè facta, jugum erat ſolido ex argento:
Eetioneæ e ſpoliis quam ceperat Urbis.
Hac animum mulcens, clarorum facta virorum
Inclyta cantabat.

5. Varietas ipſa Muſicæ facultatis, qua nihil excogitari poteſt accommodatius ad humanos animos in omnem partem flectendos, effecit ut non in templa ſolùm & Deorum pulvinaria, item in Principum convivia & ſympoſia ſapientium, quod uſus fuit vetuſtiſſimi, verùm etiam in caſtra atque conflictus, maximeque ubi Mars plurimùm inardeſcit, reciperetur. Habet noſtrarum affectionum dominatrix facultas omnigenæ modulationis uberrimam copiam, qua noſtris animis imperat, eoſque veluti habenis quibuſdam ad quoslibet affectuum motus penitus imbibendos permovet impellitque. Ut enim prolixè tradit Caſſiodorus Epiſt. lib. 2. Doria modulatio optimi conſilii mater eſt: Phrygia ad arma capienda & acriter belligerandum inflammat: Æolia ſedat componitque perturbatæ mentis motus æſtuſque: Jaſia rerum cœleſtium deſiderium, & amorem ingenerat, & ad earum contemplationem mentem exacuit: Lydia poſtremò medicinam facit animis, quos longa tædia macerant, & occulti corrodunt curarum vultures. Liquet id Davidis exemplo luculentiſſimo, quod Sacræ nobis paginæ oſtendunt Reg. lib. 1. cap. 16. cum Saulis Regis a malo genio exagitati furorem & rabiem citharæ ſonitu emolliret. Nec verò ad humanitatem ſolùm informatæ gentes, verùm ipſi etiam vecordes Barbari eam Muſicæ vim ineſſe didicerunt. Getæ ſiquidem, ut narrat Theopompus Hiſtor. lib. 46., cum legationes pacem petitum obirent, præcinentibus tibiis ad colloquium cum hoſtibus accedebant, ut ejus ſonitus dulcedine mitigatus eorum furor concideret, & in honeſtiores conditiones devenirent. Quæ ſunt hactenus commemorata planè perficiunt, ut iratis Muſis & ſiniſtro Apolline natos putem, qui minus commode de pulcherrima facultate judicarunt, nigroque illam calculo a gentis humanæ commercio putarunt eliminandam. Quid enim dicam de Atea, qui ut ſcribit Plutarchus in Apoph. cum Iſmeniam tibicinem longè præſtantiſſimum, quem bello captivum fecerat, modulantem audiviſſet, jucundiorem ſibi equi hinnitum eſſe juravit? Nec admodum urbani moris fuit quod de Ageſilao narrat idem Plutarchus ibidem, qui rogatus audire tibicinem luſciniarum æſtuoſos impeditiſſimoſque cantus ad vivum referentem, reſpondit ſæpius audiviſſe ſe ipſas luſcinias. Nec ſatis laudaverim Philippi Regis vocem, cum mirari ſe diceret, quamobrem Alexandrum filium non puderet tam pulchrè canere. Equidem contra reputando ſatis conſtat, Themiſtoclem indoctiorem fuiſſe habitum, cum circumlatam poſt cœnam lyram accipere recuſaſſet, ut ſcribit Cicero; Cimonem verò & Epaminondam, quòd callerent fides, fuiſſe impensè laudatos, ut docet Probus Æmilius in eorum vita. Quod ſi Reges aliquot, aut viri ſapientes ſuam Muſicæ veriſſimam laudem detractum iviſſe a nonnullis eſt proditum, ſiniſtram eorum opinionem de arte jucundiſſima referendam exiſtimaverim ad enervatos corruptoſque ejuſdem modulos; nec de virili probaque Muſica eos fuiſſe locutos, verùm de enervata fractaque, & ad uſus ſcenicos accommodata. Certè apud antiquiores Græcos, quibus non molliſſimum cordi otium, ſed imperii proferendi ſtudium, & gloriæ, quantam maxime poſſent, præclaris facinoribus adipiſcendæ, ne cognita quidem in theatris erat Muſica, ſed ſacris ſolum, & puerorum inſtitutioni inſerviebat. Vix autem ullam recenſeas in Græcia civitatem, quæ maximam ejuſdem rationem non duxerit, ut potequam in omnium animos imperium obtinere cenſerent. Arcadiæ inprimis populi, ſuopte ingenio rudes & præferoces huic arti retulerunt acceptum, ut relictis montibus ac ſpeleis, quæ ferarum more incolebant, ſeſe ad humanitatem & mitiorem vitæ cultum accommodarent. A ferarum convictu ad incolendas urbes antiquiſſimos illos mortalium pellexerunt Orpheus & Amphion, eam ob cauſam dicti emoviſſe lapides, leoneſque, ac tigrides ſequaces traxiſſe. Eadem facultate non minima ex parte contineri diſciplinam civilis obſequii teſtatum fecit Terpander apud Plutarchum, qui coortam Lacedæmone ſeditionem nervorum dulciſſimo concentu pacavit. Ex quo facili negotio percipias ſapientiſſimum Ciceronis effatum, imò potius Platonis, ex quo mutuatus illud eſt Tullius: *Cum Muſica Reſpublicas mutari ſolere*. Iiſdem quippe moribus lætari homines ſolent, quibus aſſueſcunt concentionibus.

6. Quæ verò Martis opera & militum exercitationes Muſicam non admittunt? Non hic ego de tuba, claſſico, buccina, lituo, tympanis, tibiis verba faciens morer te multis: de his ſiquidem latè operoſèque ſeparatim a nobis ſcribitur. Obiter hìc tamen & in tranſcurſu ejuſmodi vocalium ſignorum, ut inſtrumenta illa a Vegetio appellantur, uſum animadverte. His bellatores in progreſſu militari itineris tædium fallunt; in concione & caſtris ad judicia & alloquium Imperatoris invitantur; impendio alacriores redduntur in prœliis, pericula negligunt, & honeſtam mortem indecori vita potiorem habent. Nulla verò ab humanitatis ſenſu tam aliena, nulla Gratiis Muſiſque tam irata fuit natio, quæ non aliquo modulationis genere in acie & conflictibus uteretur. Indi, ut docet Athenæus lib. 4. cap. 11. in hoſtes irrupturi flagellis cædebant aerem & tympanis verberabant. Perſis militaris progreſſio cornu indicabatur, Ægyptiis ſiſtro, Lydiis fiſtula & fidibus. Apud Romanos verò ſignis caſtriſve movendis cornicines dabant indicium: militares cœtus indicebantur per tibici-

ci-

Digitized by Google

cinem: excubias ſomnique tempora deſignabat buccina: cornua verò tubæque miſto concentu in hoſtes atque conflictum legionarios rapiebant. Non ſane, per Martis genium, elanguida & otioſa in acie & conflictu res ſunt buccinatores, æneatores, cornicularii, liticines, fidicines, tympaniſtæ: imò potius organa illa fideſque, quas agitant vel intendunt tam acre ſunt fortitudinis & audaciæ incitamentum, ut claſſicis, lituis, tubiſque potius quàm militum armis ac machinis accaptas referre victorias ſuas præſtantiſſimi ſoleant Duces. Jure proinde Quintilianus lib.2. cap.18. *Quid autem aliud in noſtris legionibus cornua & tubæ faciunt, quorum concentus quanto eſt vehementior, tanta Romana in bellis gloria cæteris præſtat?* Quodſi foſſores meſſoreſque & agitatores armentorum improbum vitæ laborem duriſſimumque opus terræ excolendæ ruſtico vel paſtorali cantu ſolantur, ſeſeque ad opera perficienda cantu viciſſim animant incenduntque, quidni inſitas militum cordibus alacritatis favillas ardoremque pugnandi ſtatim exſuſcitet undique aures circumſonans tubarum clangor ſtridorque buccinarum? Caſtrenſes etiam labores, qui graviſſimi ſunt, obire faciliùs diſcunt milites beneficio Muſicæ provocantis. Teſtatiſſimum id fecit Herodotus Megarenſis, nobilis inprimis ejus artis cultor atque magiſter, eamque ob cauſam maximopere commendatus a Demetrio expugnatore. Ductor hic præſtantiſſimus, ut refert Julius Pollux lib.4. cap.11. cum nullis hortamentis atque pollicitationibus conſequi poſſet, ut oneroſum & prægrande machinamentum emoverent milites agerentque in muros hoſticos, minimo negotio id impetravit Herodoti beneficio, qui inflatis organis lætiſſimoque concentu edito ad perferendum laborem illum remiſſas antea languenteſque copias ſic inflammavit, ut novo quodam virium auctu apprehenſam machinam impellerent, urbique obſidendæ admoverent. Vaniſſimum porro fuerit cogitare hebeſcere ac veluti obſurdeſcere humanos animos ad dulciſſimos modulatus, cum conſtet ipſa animalia militari concentu vehementer lætari, & ad pugnam capeſſendam, ſeſeque in medios hoſtes inducendum incaleſcere. Et de equis quidem illa habet Virgil. lib.3. Georg.

ſiqua ſonum procul arma dedere
Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus,
Collectumque premens volvit ſub naribus ignem.

Idem Virgil.4. Georg. de apibus ita loquitur:

namque morantes
Martius ille æris rauci canor increpat, & vox
Auditur fractos ſonitus imitata tubarum.

Quæ cum ita ſint mirum certè non fuerit, Miſenum Æolidem apud eundem Poetam lib.6.

Ære ciere viros, Martemque accendere cantu.

Rutulorum item animos ad ſtrennè audendum ſtatim concitatos, buccinis reſonantibus, ut idem refert lib.8.

Ut belli ſignum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rauco ſtrepuerunt cornua cantu,
Utque acres concuſſit equos, utque impulit arma,
Extemplò turbati animi, ſimul omne tumultu
Conjurat trepido Latium, ſævitque juventus
Effera.

Et lib.7.

Tum verò ad vocem celeres, qua buccina ſignum
Dira dedit, raptis concurrunt undique telis
Indomiti agricolæ.

Æneas ipſe, ſuopte ingenio ad arma incitatiſſimus, novos audita tuba & pluſquam humanos animos ſumit lib.2. Æneid.

Exoritur clamorque virûm clangorque tubarum.
Arma amens capio, nec ſat rationis in armis:
Sed glomerare manum bello & concurrere in arcem
Cum ſociis ardent animi: furor iraque mentem
Præcipitant, pulchrumque mori ſuccurrit in armis.

Equidem Græcia captum Ilium, everſumque potentiſſimum illud Aſiæ imperium non tam Agamemnonis, aliorumque clariſſimorum Ducum ac militum armis debuit, quam clangenti illi reſonantique claſſico, cujus ſonitu Ulyſſes Achillem muliebri habitu in Scyro deliteſcentem, ad ſupremam manum & colophonem addendum bello famigeratiſſimo revocavit.

7. Licet ſuopte ingenio ſatis feroces ſint Mars, & Bellona, ad acuendum tamen militarem vigorem Muſas & Apollinem accerſere non indignantur. Hinc Martem accendere cantu, & concentu multiplici exſuſcitare bellatorum pectoribus inſitas ſavillas Martii ardoris omnes ferè conſueverunt ab aliquo humanitatis ſenſu cultuque non abhorrentes nationes. Nimis autem operoſi laboris fuerit inire catalogum earum gentium, quibus non ſine cantu, ſaltatione, ſonoque multiplici inire prœlia ſolenne fuit. Complexus multa eſt Clemens Alexandrinus Pædag. cap.4. *In bellis itaque ſuis tuba utuntur Etruſci, fiſtula Arcades, Siculi autem inſtrumentis, quæ appellant pyctidas, Creſenſes lyra, Lacedæmonii tibia, cornu Thraces, tympano Ægyptii, Arabes cymbalo.* De Lacedęmoniis verò Lucianus in Saltat. *Lacedæmonii quoque, qui Gręcorum pręſtantiſſimi eſſe cenſebantur, cum a Caſtore & Polluce Caryatiſſare perdidiciſſent, quæ ſaltationis ſpecies a Cariis urbe Laconiæ ducta erat, omnia cum carminibus facere ſoliti ſunt, adeo ut ad tibiarum quoque modulos, & rhythmum & moderatum pedis ingreſſum, prœlium committere illi genti moris fuerit. Ac primum quidem conſerendarum manuum ſignum Lacedæmoniis tibia dari ſolitum eſt: proinde de omnibus quoque reportant victoriam, muſica, & modulorum concinnitate illos ducente.* Ejuſdem ſunt illa de Æthiopibus: *At enim Æthiopes non alia, quàm ſaltandi ratione illatis jam ſignis bellum ingrediuntur, nec quiſquam Æthiopum vel ſagittam emitteret avulſam a capite (hoc enim vice pharetrę utuntur, radiorum inſtar tela capiti circumponentes) niſi prius ſaltaverit, & ſaltatione hoſti terrorem injecerit.* De Lydiæ populis Athenæus lib.12. cap.4. *Cum ad bellum exeunt Lydi, cum tibiis ac ſyringibus in acie inſtruuntur, ut aſſerit Herodotus.* Vide Caſaubonum in eum locum Athenæi. Delectatos porrò ſaltatione & concentu bellico Germanos & Thraces habemus ex Tacito, qui de Thracibus lib. 4. *More gentis cum carminibus & tripudiis præſultabant.* De Germanis verò lib.2. *Temerè ſubeuntes cohortes Germanorum cantu truci.* De Iberis autem Silius.

ritu jam moris Iberi
Carmina pulſata fundebant barbara cetra.

Idem in uſu fuiſſe apud Hebræos tum alibi ſępiùs, tum Machab. lib.2. cap. 12. ſacra docet Hiſtoria: *At illis, qui cum Eſdrin erant, diutiùs pugnantibus,*

Digitized by Google

tibus, & fatigatis, invocavit Judas Dominum adjutorem, & Ducem belli fieri: incipiens voce patria, & cum hymnis clamorem extollens, fugam Gorgiæ militibus incuſſit. Ubi quod dicitur de clamore ſublato cum hymnis, inſinuat concentus Veterum dimicationibus ſolitos præludere non molles infractoſque, ſed plane maſculos extitiſſe, ut nos obſervavimus in voce *Celeuſma*, & iterum prolixius in Titulo *Clamor militaris*. . Nec proinde cantus erant inconditi perturbatique, ut ferè clamores bellici Barbarorum; ſed remiſſi elatique legitimis conceptiſque modulis, ut, exordiente aliquo, concinentium turba increbreſceret, certoque gradu, non ſine virili quadam jucunditate, ſonitus ad aures appelleret, ut cautibus, vel litori allidi ſolent advenientes fluctus, alii poſt alios ſonoro magis gravique frementes murmure.

8. Quoniam verò inter humana corpora animoſque ſumma intercedit affinitas, inde ulterius factum, ut quæ animi morbis medetur Muſica, eadem ſedaret crebrò profligaretque languores corporum. Id Pythagoræ cum amicis ægrotantibus ſæpius ceſſiſſe feliciter author eſt Porphyrius in ejus vita: *Erant ei peculiaria carmina, quibus corporum morbis medebatur, quæ cum concineret, ægros priſtinæ ſanitati reſtituebat*. Supra omnem fidem prope eſt quod de Thaleta Cretenſi ſcribit Plutarchus, qui a Spartanis peſte laborantibus Apollinis oraculo accitus undique graſſantem luem gratiſſimo modulamine ſuſtulit depulitque. Homerus vulgatam in Græcorum exercitu, & crebreſcentem luem ſono cantuque ſuperatam tradit his verbis;

Ergo die tota placabant carmine Phœbum,
Formoſum Pæana Achaica turba canentes,
Et magni laudes modulantes Arcitenentis.
Illius auditu pertentant gaudia pectus.

Nec minimum admirationis habet quod Athenæus ſcribit ex Theophraſto, iſchiade laborantes reſipiſcere ſanoſque fieri, ſi eiſdem indigenarum quiſpiam Phrygiam cantilenam accinuerit. Id etiam ex Theophraſto perhibet Gellius lib. 4. cap. 13. in hanc ſententiam: *Proditum hoc plerisque eſt & memoriæ mandatum: iſchiaci cum maxime doleant, tum ſi modulis lenibus tibicen incinat, minui dolores*. Idem mox addit legiſſe ſe in libris Theophraſti viperarum morſibus mederi Muſicam. Notiſſimum certe eſt exculcatumque, multorumque experientia viſuque compertum minimæ molis animalia quædam in Apulia ex genere phalangii vel aranei, quæ ab urbe Tarento appellantur *Tarantole*, quos morſu appetunt, agere in rabiem, & incredibilem in modum efferare. Flagrantiſſimo præſertim anni æſtu, cum aſſiduo ſole torretur Apulia, nocentiſſimum virus inſpirant. Tanta porrò morſui vis & nocendi ineſt pernicitas, ut niſi maturè ſuccurratur, intima illa obſeſſi peſte primò in exitialem ſtuporem dentur, tum e ſtatu mentis dejecti miſerè concidant, & in veſtigio vitam relinquant. Adversùs vim morbi inſoleſcentem atque præproperam diuturnus humanæ diligentię labor eam ſolummodo medelā invenit, ut ea lue percuſſis fidicines aut citharœdi quammaxime poſſunt concitatos concentus adhibeant. Audito modulatu attollunt ſe illi paulatim, demulſique cantus dulcedine, velut e lethali exciti ſomno ſe in pedes erigūt, motuque pedum ad præſcriptam tibicinum normam ingrediūtur exiliuntque: ac majore ſenſim niſu atque impetu in indecoros ferè ſaltus effuſi, ab ea corporum jactatione intimæ peſti excutiendæ concoquendæque remedium & effugium quæritant. Verùm ohe, inquies, jam ſatis eſt. Eequando tu coinphonem? Bene mones: non amplius addo verbulum; ne nimius Muſicæ laudator, ut populari ſermone circumfertur, impediam Muſicam. Scriptorum, qui de ea diſciplina egerunt, ſyllabum, ſed negligenti calculo, init Hofmannus. Mihi hæc ſcribenti præ manibus ſunt Athenæus lib. 12. cap. 4. & lib. 14. cap. 11. & ſæpe alibi. Plutarch. de Muſica lib. ſingulari. Quintilian. Inſtit. l. 1. c. 16. Alex. ab Alex. Genial. dier. lib. 2. cap. 25. Philipp. Camer. Horar. Subciſ. Centuria 1. cap. 18. Centur. 2. cap. 81. & ſæpe alibi. Panciról. rer. Memorab. lib. 1. & in hunc notæ Henrici Salmuth. & Hieronymus Magius variar. lect. lib. 4. cap. 13.

Musso, as, & Mutio, tis. Verba ſunt probè Latina: & mutire quidem apud veteres Comicos ſæpius leges. Terent. in Andr. *Itaque, Herclè, nihil jam mutire audeo*. Eſt ſubmiſſa voce, timidè imperfectèque loqui. Dicitur frequenter de ſeditioſis tum in urbe, tum in exercitu, & caſtris. Virgil. lib. 11.

cuncti ſe ſcire fatentur
Quid fortuna ferat populi, ſed dicere muſſant.

Idem ibidem:

Arma manu trepidi poſcunt: fremit arma juventus.
Flent mœſti, muſſantque patres.

Origo verbi Græcanica a μύζω. Significat autem id verbum flatum quendam, ſeu murmur, occluſis labiis per nares mittere. Id tunc factitare quis ſolet, cum loqui non audet. Contrarium eſt quod habet Lucanus lib. 5.

Non pavidum jam murmur erat, nec pectore tecto
Ira latens.

Virgilianam ſententiam colorem duxiſſe conjicio a veteri effato Poetæ Græci;

non clarè
Sententiam dicebant: omnes enim trepidi Regem ſuum verebantur.

Hinc Italos habere verbum *Ammutinare* præclarè docet Budęus ad Pandectas: *Tumultuari, in tumultu eſſe, & quaſi tumultum decernere: id fermè quod linguâ vernaculâ dicimus emovere, aut etiam mutinare, quod verbum a mutiendo, ideſt, muſſando deductum eſt. Populus enim multa in hujuſmodi conſternatione ſummiſſim dicere ſolet, quæ apertè non audet*. Tales ſeditioſorum motus vocamus etiam murmura. Sunt hæc propriè abruptus quidam tacituſque fragor aquarum. Commodè proinde rei naturam expreſſit Statius, ubi loquitur de ſeditioſis militibus, & ad regnum alterius Thebani fratris, præſentis faſtidio, aſpirantibus;

jam murmura ſerpunt
Plebis Echioniæ: tacitumque a Principe vulgus
Diſſidet, &, qui mos populis, venturus amatur.

Idem Latini dicunt *hiſcere* quod eſt ore adaperto conari verba proferre. Liv. l. 9. Belli Maced. *Nec hiſcere quiſquam audebat*. Virgil. lib. 3. Æn.

raris turbatus vocibus hiſco.

Italis *Fiatare*. Bern. Orlan.

E ſenza più fiatar mi ſtava chiotto.

Et iterum:

Non

Non è chi pure ardiſca di fiatare.

MUTATIO MILITIÆ. Pœna militaris fuit, famam & exiſtimationem potius, quàm corpora afficiens. Menander Digeſt. de re Milit. *Qui in pace deſeruit, eques gradu pellendus eſt, pedes militiam mutat.* Genus fuit ſupplicii, quo quis a majori ordine vel magiſtratu io ioferiorem dejieiebatur. Ejua pœnæ ſumeodæ cauſas ſequentia Scriptorum teſtimooia commonſtrabunt. Valer. Max. l. 2. cap. 2. *C. Cotta P. Aurelium Pecuniolam ſanguine ſibi junctum quem obſidioni Liparitanæ præfecerat, virgis cæſum militiæ munere inter pedites fungi coegit, quòd ejus culpa agger incenſus, & penè caſtra erant capta.* Idem ibidem: *Piſo Conſul, cum in Sicilia bellum adverſus fugitivos gereret, & Titius equitum præfectus fugitivorum multitudine hoſtium circumventus arma bis tradidiſſet, bis præfectum ignominiæ generibus affici juſſit turmaſque equitum, quibus præfuerat, ademptis equis in funditorum alas tranſcripſit.* Atque iterum: *Romani cum magnum captivorum civium ſuorum numerum a Pyrrho Rege ultrò miſſum recepiſſent, decreverant, ut ex iis, qui eque meruerant, peditum numero militarent; qui pedites fuerant, in funditorum auxilia tranſcriberentur.* Macer Digeſt. de re milit. *Deſertorem, qui a patre ſuo fuerat oblatus, in deteriorem militiam D. Pius dari juſſit.* Liv. lib. 25. *Nunc deteriore conditione ſumus, quàm apud patres noſtros fuerunt captivi: quippe illis arma tantùm atque ordo militandi, locuſque in quo tenderent in caſtris, eſt mutatus.* Marcellin. lib. 24. *Reliquos ex ea cohorte equites, qui abjectè ſuſtinuerant impetum graſſatorum, ad pedeſtrem compegit militiam.* Eſt igitur mutatio militiæ dejectio a ſuperiori ad inferiorem gradum, cum quis a Magiſtratu bellico in privatæ militiæ ordinem, a militia equeſtri in pedeſtrem, a pedeſtri nobiliori ad ejuſdem ordinis viliorem militiam tranſmigrare cogitur. Nonnuoquam redacti etiam uſque ad ſervitia militaria, & ad curam ſarcioarum: quod in majoris dedecoris atque ignominiæ notam factum ſæpè legimus non ſolùm ademptis ſignis equiſque, verùm etiam haſtis armiſque reorum diffractis, quæ exauthorati militis probroſiſſima contumelia ſemper eſt habita. Ammiao. lib. 25. *Imperator ademptis ſignis, haſtiſque diffractis omnes eos, qui fugiſſe arguebantur, inter impedimenta, & ſarcinas, & captivos agere iter impeſuit.*

MUTATIO TENTORII. Pœna militaris, authore Polybio, qua delinquentes in officio jubebantur teodere, ideſt taberoacula, vel tuguria explieare extra vallum. De hae pœna Liv. lib. 10. *Cohortes, quæ ſigna amiſerant, extra vallum ſine tentoriis deſtitutas invenit.* Frontin. lib. 4. *Otacilius Craſſus Conſ. eos, qui ab Hannibale ſub jugum miſſi redierant, tendere extra vallum juſſit, ut immuniti aſſueſcerent periculis, & adversùs hoſtem audentiores fierent.*

MUTATIO VESTIUM & ARMORUM. Quàm fuerit Annibali familiaris mutatio veſtium, armorum & ioſigoium ad hoſtes decipiendos, notavi io Tit. *Strategema.* Arma cum aliis commutata legimus non unam ob cauſam. Hoſpitii & fidei conteſtandæ gratia factum à Diomede & Glauco apod Homerum Iliad. 6.

Arma autem inter nos permutemus, ut & hi
Cognoſcant, quòd hoſpites paterni gloriamur eſſe.
Sic utique locuti ab equis deſcendentes
Manus mutuo prehenderunt, & fidem dederunt,
acceperuntque.
Tum vero Glauco Saturnides mentem extulit
Jupiter,
Qui cum Tydide Diomede arma permutavit
Aurea æneis.

Cum vero Homerus ſatis perſpicuè memoret ereptam Glauco a Jove mentem fuiſſe, cum aurea, quæ geſtabat, arma cum Diomedis æneis permutavit, miror Plutarchum, ubi diſpotat adverſus Stoicos, affirmare, ooo fuiſſe iniquam permutationem illam, propterea, quod arma ænea perinde atque aurea ad prœliaodum eſſent idonea. Solers fuit Chorœbi conſilium apud Virg. Æneid. l. 2. quo Trojanos ſuos hortabatur, ut detractis a Græcorum cadaveribus armis Græcos adorirentur.

Mutemus clypeos, Danaumque inſignia nobis
Aptemus.

Simile quidpiam occurrit apud Oppianum l. 3.

Arma deprædati a Marte peremptis cadaveribus
Ipſi armantur, & currunt ad portas:
Illi autem tanquam ſuis feſtinantibus civibus
Aperiunt portas.

Ad Græcorum præſtaotem famam pertinet ſtrategema Ducis Lacedæmooii commutatis Ægyptiorum armis. Frootini ea eſt oarratio l. 2. c. 3. *Caſtronius Lacedæmonius, cum in auxilium Ægyptiis adversùs Perſas veniſſet, & ſciret firmiorem eſſe Græcum militem, magiſque a Perſis timeri, commutatis armis Græcos in prima poſuit acie, & cum illi æquo marte pugnarent, ſubmiſit Ægyptiorum manum. Perſæ, cum Græcis, quos Ægyptios opinabantur, reſtitiſſent, ſuperveniente multitudine, quam ut Græcorum expaverant, ceſſerunt.* Res Græcorum nutantes in Trojano bello reſtituit Patroclus, qui Achillis armis ioſtructus Sarpedonem ioterfecit, ut Homerus narrat Iliad. 16. At contra deriſui fuit Martaous bipedum oequiſſimua, qui gloriam affectavit exornatus armis direptis a Grifone eximio bellatore. Areoſt. Cant. 17.

Martano diſegnò torre il deſtriero,
I panni, e l'arme, che Grifon s'ha tratte:
E andare innanzi al Rè pel cavaliero,
Che tante prove havea gioſtrando fatte.
L'effetto ne ſeguì fatto il penſiero.
Toglie il deſtrier più candido che latte,
Scudo, e cimiero, & arme, e ſopraveſte.
E tutte di Grifon l'inſegne veſte.

Atqui perſouatus ille Thraſo, & panoplia non ſua ferox, meritiſſimum populo ludibrium ſannamque debuit. Sic enim proſequitur Areoſtus. Cant. 18.

Il popol tutto al vil Martano infeſto
L'uno all'altro additandolo lo ſcuopre:
Non è, dicean, non è il ribaldo queſto,
Che ſi fa laude con l'altrui buon'opre:
E la virtù di chi non è ben deſto
Colla ſua infamia, e col ſuo obbrobrio copre?
Non è l'ingrata femina coſtei,
La qual tradiſce i buoni, e ajuta i rei?
Altri, dicean, come ſtan bene inſieme,
Segnati ambi d'un marchio, e d'una razza,
Chi li beſtemmia, chi lor dietro freme,
Chi grida, impicca, abrugia, ſquarta, ammazza:
La turba per veder s'urta, ſi preme,
E corre innanzi alle ſtrade, alla piazza.

Ab hoc faſtuoſæ ſtupiditatis portento mirum quantum diſtat modeſtiæ typus David, quem

cum

Digitized by Google

cum ſuis armis ornatum adverſus Goliath mittere ſtatuiſſet Saul Rex, vitæ paſtoritiæ conditionem profeſſus ille, oon ante ad conflictum progreſſus eſt, quam exoraret Regem, ut iis armis depoſitis, baculo ſuo & funda, quibus inſueverat, uteretur, ut habemus Reg.l.1.17. *Dixitque David ad Saul. Non poſſum ſic incedere, quia uſum non habeo. Et depoſuit ea, & tulit baculum ſuum, quem ſemper habebat in manibus, & elegit ſibi quinque limpidiſſimos lapides de torrente, & miſit eos in peram paſtoralem, quam habebat ſecum, & fundam manu tulit, & proceſſit adverſum Philiſtæum.* Veſtes & arma mutantium agmeo claudat, quæ primo loco receoſeoda fuit, fortiſſima Heroinarum Judith, quæ depoſito viduæ habitu, & ad novæ nuptæ formam expolita, Aſſyrios exploratores & ipſum Holofernem fefellit, Judith 10. *Abſtulit a ſe cilicium, & exuit ſe veſtimentis viduitatis ſuæ, & lavit corpus ſuum, & unxit ſe myrto optimo, & diſcriminavit crinem capitis ſui, & impoſuit mitram ſuper caput ſuum, & induit ſe veſtimentis jucunditatis ſuæ.*

Mutilati in bello. Ære publico olim apud Athenienſes alebantur ex lege Piſiſtrati, quam tulit æmulatione & exemplo Solonis, ut refert Plutarchus in Solone, qui Therſippo id primum contigiſſe docet. Illis tamen ſolum lex illa conſuluit, quorum redditus annuus tres minas oon excedebat: nam quibus divitiæ domi ſuppetebant, excipiebantur ea lege,

Mutilatio, onis. Membrorum abſciſſio, vel fractura. Ioter militaria ſupplicia, & repetitas ab hoſtibus vel proditoribus pœnas ſæpe legitur. Fuit autem io Occidente præſertim in uſu ea feritas, qua inter actam miſerè vitam & mortem ſupplicium inventum eſt utraque crudelius. Membrorum ſciſſio vel fractura, oculorum ademptioni ſolebat adjungi. Verùm de poſteriori hac pœna abunde a nobis eſt dictum in voce *Abacinati*. De ademptione membrorum Ammianus lib.29. *Milites recognoſcens eos, quos a pugnandi propoſita pavor & verba detorſerant Firmi, diverſo genere pœnarum extinxit: alios ademptis dexteris, quoſdam vivos combuſtos.* Hinc in deditionibus arcium ſæpe legitur ea conditio & cautela interiecta, ut ſalva ſint præſidiariorum membra, Author incertus Annal. Francicorum an.1301. *Vita & membrorum eis integritas conceſſa eſt.* Matthæus Pariſ. *Antequam Rex Anglorum rediret in Normanniam, Rex Francorum cepit Dangu caſtellum, conceſſis militibus, qui in ejus præſidio erant, pro quinquaginta marcis argenti, vita & membris, cum equis & armis.* Verum de exceptione membrorum, cum traderetur munitio ab obſeſſis, apertè Hovedenus in obſidione Regis Richardi: *Cum milites, & ſervientes, qui erant in caſtello, exeuntes obtuliſſent ei caſtellum illud, ſalvis vita & membris, & armis illorum, noluit Rex recipere, ſed juravit, quod eos vi caperet, & ſuſpenderet.*

Mutpharachæ. Genus Turcici equltatus, quod per hæc verba deſcribit Jovius hiſt. lib.14. *Mutpharacha admirabili virtute præſtantes, toto orbe conquiſiti, ea conditione militant, ut quas velint Deos, impunè colant, præſentique tantum Imperatori operam navent: qua liberalitate, atque indulgentia invitati, non modo Indi, Æthiopes, & Tartari extremi gentium Idola priſcæ & antiquatæ religionis, aut cœli maxima ſidera pro Diis venerantes, ſed ex noſtro etiam orbe Chriſtiani nobilitate illuſtres in eum ordinem recipiuntur. Hos equites magna delectorum ſubſervorum multitudo ſubſequitur adeò ſplendidè armis & equis inſtructa, ut cum Dominos numero multùm exuperet, ornatu etiam prope par, juſti & fulgentis exercitus ſpeciem oſtendat.*

Myoparo. Conſtat eſſe piraticum navigium. De origine vocis non conſtat. Iſidorus: *Myoparo quaſi minimus paro, idem & Carabus, eſt enim parva ſcapha ex vimine facta, quæ contexta crudo corio genus navigii præbet, quales utuntur Germanorum piratæ in Oceani litoribus vel paludibus, ob agilitatem.* Turoebus tamen compoſitum putat nomen ab inſula Paro, & Myunte urbe. Probè inſtructum erat oavigii genus velis & remige, ut expeditiſſimum eſſet ad hoſticas naves circumveniendas, earumque impetum declinandum. Lazarus Bayſius medium quidpiam obtinere putat inter triremem longam, & onerariam navem. Saluſt. lib.3. *Cohors una grandi phaſela vecta a cæteris deerravit, marique placido a duobus prædanum Myoparonibus circumventa.* Ex quibus verbis plane redarguitur Bayſius: diſertè quippe Saluſtius Myoparonem a phaſelo diſcriminat. Dixi Myoparonem piraticum eſſe navigium: ſic enim Etymologici atque Grammatici ferè tradunt. Sunt tamen non contemnenda Veterum teſtimonia, quibus indicatur ad veram & expreſſam navis bellicæ formam Myoparonem aſſurgere. Hirtius de Bell. Alexandr.: *Vulneratus tamen* (de Octavio loquitur) *adnatat ad ſuum Myoparonem. Eo receptus cum prælium nox dirimeret, tempeſtate magna velis profugit.* Vides hic juſtam prœlii navalis imaginem referri; non verò piraticum aſſultum enarrari. Plutarchus etiam in Lucullo: *Mari profugit cum tribus Myoparonibus Græcis, totidemque biremibus Rhodiis.* Idem Cicero, qui in Verrinis frequenter Myoparonis, tanquam piratici meminit navigii, in tertia tameo ut de nobiliſſima atque admodum præſtanti navi, Regiæque claſſis propria de eodem loquitur: *Mileſios navem popoſcit, quæ eum præſidii cauſâ Myndum proſequeretur. Illi ſtatim Myoparonem egregium de ſua claſſe ornatum atque armatum dederunt.* Et iofra: *Illud quod neque taceri ullo modo poteſt, neque dici pro dignitate, cognoſcite. Milites remigeſque Miletum Myndo pedibus reverti jubet: ipſe Myoparonem pulcherrimum de decem Mileſiorum navibus electum L. Magio, & L. Rabio, qui Myndi habitabant, vendidit.* Interim illud etiam animadverto: ex Hirtii proximè allato loco velatam navem eruitur fuiſſe Myoparonem; ſcribit enim: *Tempeſtate magna velis profugit.* Quod ſi remis etiam inſtitiſſet, ad oſtendendam fugæ celeritatem, potuiſſet id etiam addere minimo negotio ſcribens: *Velis remiſque profugit.* Contra verò Tullius in prolatis verbis de Myoparooe loquens remigum, non item velorum meminit. Equidem Græcorum, Latinorumque teſtimonia, ubi navigia memorant, ita ſæpe variant, & eorum uſum obnubilant offuſcantque, ut de iis vix quidquam ſatis certi compertique erui poſſit. Id a me in multiplici alia materia ſæpe quidem, ſed adhuc nunquam ſatis eſt animadverſum.

Mysorum ac Phrygum discreti sunt termini. Idem adagium aliis priſcis ſenariis ſic effertur:

Digitized by Google

Sunt ſeparati Myſorum termini
Phrygumque, ſed finire perquam eſt arduum.

Memorati ſiquidem populi ſæpe ab hoſtibus aliò transferre ſedes compulſi ſeparatos quidem habebant fines, ſed non ſatis certos atque diſcretos. Uſus adagii eſt de rebus aliquo modo obſcuris, licet illas certo quodam modo ſe habere neceſſe ſit: ut ſi dicas: Philoſophorum ſectæ, quemadmodum termini olim Myſorum ac Phrygum, diverſæ quidem ſunt, ſed non ita perſpectè ſejunctis finibus ſeparatæ,

Myſorum præda. Proverbium militare, cujus meminit Ariſtoteles lib. 1. Rhetoricorum, & Demoſthenes adverſùs Æſchinem. Ortum a Myſis, quos finitimi crebris incurſationibus miſerè ſpoliarunt. Congruit iis, qui nimia facilitate & moderatione uſi aliorum arrogantiæ facilè ſuccumbunt,

N

NACA, cæ. Genus navigii onerarii ad modum ſcaphæ. Monachus Altiſiodorenſis: *De Flandriis quidem ſexaginta rates mediæ quantitatis, quas illi Nacas vocant, neceſſariis omnibus præmunitæ mare ingreſſæ ſunt*.

NACARA, æ. Latinis tympanum, vel potius crotalum: inſtrumentum rotundum ab omni parte, præterquam qua corium obducitur. Pulſatur baculo, & ferè ex equo. Sanutus lib. 2. part. 4. *Sunt quatuor tubatores, tibicines, tibiatores, & qui ſciant pulſare Nacharas, tympana, ſeu tamburla*. Geſta Ludovici VII. Regis Francor. *Tympanis & Nacariis, & aliis ſimilibus inſtrumentis reſonabant*. Ea ſunt ſcilicet inſtrumenta, quæ vulgò dicimus *Timpalli*, de quibus egimus in voce *Tympanum*. Academici a Furfure: *Nacchara: ſtromento ſimile al tamburro di ſuono, mà non di forma: e ſuonaſi a cavallo*. Lat. *Crotalum*. Quod attinet vocis originem, ſunt qui trahant a tympano: tympanum, tympanaculum, tympanacula, nacula, Nachera. Menagius deducit a voce Græca ἀνάκαρα. Fallitur: innumeræ quippe voces ad Scriptores Græcos recentiores profectæ ſunt a Latinis, vel Italis, quarum origo non eſt inveſtiganda a Græcis, ſed omninò a Latinis, vel Italis. Ferrarius accerſit a mitulo, quod eſt genus piſcis teſtacei in hanc formam: mitulo, nitlo, niclo, nicchio, nicla, nacla, nacra, Naccara. Et plane exiſtimaverim illum oon falli, licet longo circuitu ad eam vocis originem indagandam utatur. Verè enim Nacara, alia notione, inſtrumentum eſt conflatum ex duabus teſtulis, vel oſſiculis, vel æneis laminis, vel diſſectis etiam arundinibus, aut aliâ qualibet materiâ ſimili, quæ manibus vel digitis inſerta, per colliſionem ſonum ciet. Ad hanc formam Nacaras hodie appellamus oſſicula, vel aſſerculos ligneos, quibus manu pulſatis & colliſis multiplex chorearum genus exercetur a ſaltatoribus: vulgò apud Italos *Gnaccare*. Non abſimilem ſonum edit Ciconia, ſuperiore roſtri parte ad inferiorem colliſa: quamobrem a P. Syro eleganter & propriè dicitur Crotaliſtria a crotalo, quod eſt ipſiſſimum inſtrumentum, quod dicimus *Gnaccara*. Virgilius in Copa:

Criſpum ſub crotalo docta movere latus.

Apulejus etiam in Apolog. crotali meminit, crepitaculi nimirum ex qualibet materia, quæ manu colliſa apta ſit ſonum reddere. Et ego quidem licet equeſtria illa tympana, quæ ex equo pulſantur, vulgò dicantur *Naccare*, & a quibuſdam Latinis crotala, adhuc tamen illa, & quælibet alia inſtrumenta, quæ bacillis pulſantur, appellanda exiſtimo tympana; crotala verò & Nacheras, quæ ſonum cient per colliſionem. Crotalum autem dicitur non a κρόω, ut placuit Rhodigino, verùm a κροτέω, ut rectè obſervat Voſſius in etymol. Animadvertendum etiam eſt a Turcis, & Saracenis, aliiſque populis Orientis ad nos perveniſſe crotala, & Nacaras, ut obſervat Cangius in Diſſert. ad Joinvill. Vide *Cymbalum* & *Timpanum*.

NANGUINATA, æ. Quod ſit apud Japonios armorum genus, ſic refert Maffejus Hiſt. Ind. lib. 12. *Accedit pilum auro argentovè bracteatum falce præfixum, Nanguinatam appellant*.

NAPHTHA. Oleum eſt ex naturali vena, ſeu liquido, ut alii exiſtimant, bitumine, enaſcens in Suſiana, ut ſcribit Strabo lib. 15., vel circa Babyloniam, & in Auſtragenis Parthiæ, ut refert Plinius lib. 2. cap. 105. Unum eſt ex potentiſſimis igniferis ex Veterum pyrotechnia. Oleum vivum a Medicis, aliiſque dicitur. Gratius:

Vulcano condicta domus, quam ſubter eunti
Stagna ſedent venis oleoque madentia vivo.

Hoc creditur a Medea concremata fuiſſe pellex, poſtquam ſacrificatura ad aras acceſſerat. Nec alio veneni genere imbuta putatur veſtis, qua perhibetur conflagraſſe Hercules in monte Œtha. Concepto ſemel igne inoleſcere penitus, & quolibet attactu latè propagare illum ſcribitur, nonniſi injecto pulvere extinguendum ac deſiturum. Xiphilinus ex Dione hoc genere ſe defendiſſe author eſt Tigranocertanos, cum eorum urbem Lucullus oppugnaret. Sic autem de obſidione illa Plinius lib. 2. cap. 104. *In Comagenes Urbe Samoſatis ſtagnum eſt emittens limum, maltham vocant. flagrantem; cum quid attigit ſolidi, adhæret: præterea tactus ſequitur fugientes. Sic defendère muros oppugnante Lucullo, flagrabatque miles armis ſuis*. Idem oleum ita deſcribitur ab Ammiano lib. 23., ubi agit de Corono Mediæ monte. *In hac regione oleum conficitur medicum, quo illitum telum, ſi emiſſum lentiùs laxiore arcu (nam ictu extinguitur rapido) hæſerit uſquam, tenaciter cremat: & ſi aqua voluerit abluere quiſquam, æſtus excitat acriores incendiorum, nec remedia ullo, quàm jactu pulveris conſopitur: paratur autem hoc modo. Oleum uſus communis herba quadam infectum condiunt harum rerum periti ad diuturnitatem ſervantes, & coaleſcens durant ex materia venæ naturalis, ſimilis oleo craſſiori, quæ ſpecies gignitur apud Perſas, quam Naphtham vocabulo appellavere gentili*. Quæ porrò Ammiani verba, cum Plinii teſtificatione conjuncta, quibus edocemur apud Mediam hoc oleum progigni, mihi apertum faciunt non tam a Medicorum diſciplina, vel Medea venefica, quam a Media ipſa vocatum illud eſſe Medicum.

NARTHEX. Græcis eſt Latinorum ferula, cujus meminit Plinius lib. 13. cap. 22. Ex eo ligno prima confecta ſunt medicamentorum vaſcula; atque inde factum, ut quælibet medicamentorum repo-

ſitoria ſive vaſcula, cujuslibet materiæ fuerint, dicerentur Narthecia. Narthecis nomine poſterioris ævi Scriptores appellarunt vexillum, quod antiquiores dixere Labarum, licet variatâ nonnihil formâ figurâque. Ut enim obſervat Cangius in *Diſſert. de inferioris ævi Numiſmatis*, Labarum conſtabat ex panno quadrato & fimbriato inſignitoque Chriſti Domini Monogrammate; Narthex verò exhibebat ſpeciem ſolidæ ferulæ, quæ longior eſſet, quàm latior. Idem ibidem Cangius tradit Narthecis figuram exhiberi in bulla plumbea Balduini II. Imperatoris Conſtantinopolitani appenſa diplomati anni 1241. Viſitur autem ibi Balduinus Imperatorio ſedens habitu, geſtanſque virgam, ex qua quadratus oblongior pannus dependet, per extremos angulos globulis quibuſdam ſeu margaritis excurrentibus. Sed vide de hoc vexillo plura apud memoratum Cangium.

NASALE, is. Pars illa caſſidis, quæ naſum tegit; naſi intectorium. Ægidius de Roya: *Habita hac victoria dum naſale caſſidis ſuæ pro reſpiratione levaret, incautè volante ſagitta occubuit*. Uſurpata etiam ea vox a vetuſtis Poetis Gallicis.

NATO, as. Non ſolum tuendæ valetudinis ſtudio, verum etiam ex uſu bellicæ diſciplinæ fecerunt Romani veteres prudenter, inſtituendo ut natandi laborem tyrones occuparent. Ideo Campum Martium vicinum Tiberi delegerunt, ubi juventus poſt ſudorem & pulverem, ac laſſitudinem curſu contractam, corpora natando reficeret. Id verò non hominibus ſolùm, verùm etiam equis & jumentis vehementer eſſe proficuum omnium docet gentium experientia. Habebatur autem ſummæ imperitiæ & dedecori natandi artem ignorare, ex quo factus proverbio locus: *Ne natare quidem ſcit*. Quanti autem ponderis & momenti natatum callere ſit in arte militari, præclarè oſtendit Veget. lib. 1. cap. 10. *Natandi uſum æſtivis menſibus omnis debet æqualiter tyro condiſcere; non enim pontibus ſemper flumina tranſeuntur; ſed & cedens & inſequens natare cogitur frequenter exercitus. Sæpe repentinis imbribus vel nivibus ſolent redundare torrentes, & ignorantia non ſolùm ob hoſte, ſed etiam ab ipſis aquis diſcrimen incurrit*. Id autem multo maxime neceſſarium eſſe liquet in pugnis navalibus, ubi natandi imperitia multis exitio, ejuſdem artis ſolertia plurimis ſaluti fuit. Xenophon certè valde imminutum tradit exercitum Cyri propter ignorantiam natandi. Contra verò Julium Cæſarem nandi peritiſſimum ſcribit Svetonius in ejus vita: eumque, militum multitudine navigio demerſo, per natandi peritiam feliciter evaſiſſe memorat Hirtius de Bell. Alexandr. Rerum etiam bellicarum apprime gnarus Cato filium ſuum natandi laborem a pueritia voluit condiſcere, ut ſcribit Plutarchus in ejus vita; *Filium ſuum præivit & docuit ipſe non ſolum jaculari, aut armis depugnare & equitare; ſed & pugillatum exercere, & æſtum ac frigus ferre, ac fluminum vorticoſa, aut rapida natando ſuperare ac tranſmittere*. Nec verò ad genus vel robur duntaxat explorandum, verum etiam ad rudimentum & qualemcunque natatus inſtitutionem pertinuiſſe crediderim non paucarum gentium morem, nudos infantes in amnes gelidos demergendi. Non prætériit Numanus apud Virgilium lib. 9. ubi de rigida Latinorum educatione gloriatur, id recenſere:

natos ad flumina primùm
Deferimus, ſævoque gelu duramus & undis.

Ne verò quiſquam rem novam a Numano dictam accipiat, is ſciat, Poſidonium etiam & Ariſtotelem commemorare uſitatum id fuiſſe apud antiquos Ligures. Et plane neſcio, an ullum apud omnes gentes latiùs obſervatum fuerit educationis puerilis genus. Celtæ primùm omnium hunc magnopere morem illuſtrarunt, infantibus clypeo impoſitis, projectiſque ſic in gurgitem Rheni fluminis. Sic enim genuinam ſobolem explorabant, in amnem demerſuri adulterinam & ſpuriam. Eadem inſuper conſuetudine de infantulorum virtute vel ignavia ſumebant experimentum. In hæc quippe verba utrunque conjungit Ariſtoteles lib. 7. Politic. *Prodeſt ſtatim & contra frigora aſſueſcere a parvis pueris. Hoc enim & ad valetudinem & ad bellica facta maxime accommodatum eſt. Quare apud multos Barbaros mos eſt in flumen frigidum infantes mergere, veluti Celtis*. Cæterum de eo more Celtarum teſtimonium habemus ex veteri Græco Epigrammate in Antholog. quod ita Latinè redditum legitur;

Audaces rapido Celtæ nova pignora Rheno
Explorant: non hos genitrix prius ubere largo
Alma fovet, vitreas fluvii quam venit ad undas.
Lympha novum capit alta genus, quod remigis inſtar
Umbo regit, fluidique effulcit corpus alumni;
Et fœtum ſic unda probat, lectumque jugalem
Damnat adulterii.

Idem ſic eleganter enarrat Julianus Cæſar in Epiſtola ad Maximum Philoſophum. *Nullam omninò Celtis Rhenus injuriam facit, qui ſpurios infantes undis abripit, tanquam impuri lecti vindex: quos autem ex puro ſemine ortos agnovit, in ſumma aqua ſuſpendit, matriſque trementis manibus reddit; & quaſi verum incorruptumque caſti & laudabilis conjugii teſtimonium ſervato infante perſolvit*. Nec eum morem in Germanis adnotare neglexit Galenus lib. 1. de tuend. Sanit. *Quis eorum hominum, qui apud nos ſunt, ferat infantulum recens editum, & adhuc calentem ab utero ad flumen ferre, ibique, quod Germanos facere ajunt, veluti ferrum candicans, in frigidum humorem mergere, quo & periculum naturæ fiat, & corpus ipſum roboretur?* Vides damnari a Medicorum Principe inſtitutionem firmandi corroborandique infantulos in amne rigido. Id vero ſic accipias, ut tibi ante oculos obverſetur valetudinis curandæ magiſter, non artis bellicæ inſtitutor. Sed neque a Græcis eam conſuetudinem prætermiſſam liquet. Arripuere illam Thebani cum de Hercule ita ſcripſerit Claudianus;

cum totis bruma rigeret
Imbribus, & ſolidis hærerent flumina lymphis
Nudum prægelidis durando firmat in undis.

Sed & Spartanis fuiſſe eum ritum familiarem ex Lycurgi ſcilicet diſciplina, docet Seneca Rethor Suaſ. 1. ubi ita de Sparta loquitur. *Hanc Eurotas amnis circumfluit, qui pueritiam indurat ad futuræ militiæ patientiam*; Mihi facilè perſuadeo eum morem ad Græcos pervaſiſſe ex Thracibus, de quibus ita ſcribit Sidon. lib. 2.

Excipit hic natos glacies, & matris ab alvo
Artus infantum molles nix Cimbrica durat.

Ubi tamen non inobſervatam relinques Poetæ duritiem, qui de Thracibus loquens ad Cimbros abiit.

abiit. Ludovicus de la Cerda, ut emolliat ſermonem aſperum, corrigit locum, legendumque exiſtimat: *nix civica durat*. Equidem mihi quacunque boreali nive frigidior eſt Cerdana correctio, qua Poetæ ſenſus planè langueſcit ac deficit. Ut quoquomodo Poetam excuſem, conjicio figurate illum fuiſſe locutum, & nivem Cimbricam pro qualibet nive rigidiſſima poſuiſſe. Video hoc etiam duriuſculum, nec ſatis apte quam dixi figuram cadere in eum locum; ſed malo clavo malus, ut inquit ille, quærendus cuneus. Redeo in circum, utque a Thracibus, atque adeo Cimbris ad Græcorum inſtitutiones revolvar; plurimi facienda eſt Solonis Athenienſium legislatoris authoritas, qui duo illa cives ſuos præcepit a pueritia addiſcere, natare & literas; ut legimus apud Anonymum ad Aphtonium. Quantopere verò eadem exercitatio Romanis arriſerit, non ſolùm oſtendit, quod ſuperiùs expendi, deſignatio Campi Martii ad ipſum Tiberim, ut Romana juventus, quemadmodum loquitur Vegetius lib. 1. cap. 10. *Poſt exercitium armorum ſudorem pulveremque dilueret, & laſſitudinem curſus natandi labore deponeret*: verum etiam ipſa balneorum conſtitutio, ut vel domi haberent Romani opportunitatem nandi, & ad vitanda belli ac præſertim navigationum pericula per otium in ipſis ædibus exercerentur ſuperandis aquis, & corpore quaquaverſùs agendo ac ſublevando. Tetigit id Plinius Junior Epiſt. 6. lib. 5. *Inde apodyterium balnei laxum & hilare excipit cella frigidaria, in qua baptiſterium amplum atque opacum: ſi natare latius aut tepidius velis, in area piſcina eſt, in proximo puteus, ex quo poſſis rurſus abſtergi, ſi pœniteat teporis*. Ejuſmodi balneas domeſticas ad nandum accommodatas neceſſe eſt privatim habuiſſe etiam Auguſtum, de quo legitur apud Svetonium cap. 64. *Nepotes & litteras & natare, aliaque rudimenta per ſe plerumque docuit*. Tiberium etiam peritiſſimum nandi fuiſſe idem tradit Hiſtoricus cap. 44. cujus ut reticeam verba, quæ infamis turpiſſimique flagitii exemplum continent, meus tuuſque, Lector, admonet pudor. Sed nuſquam luculentiùs Romani quanti eam facultatem facerent oſtenderunt, quàm cum Horatius Cocles in Tiberim ſe diſciſſo ponte cum armis dejecit, Etruſcis cum Rege Porſena fortiter retardatis: & Cæſar ipſe, cum apud Alexandriam in mare deſiliit, nandoque per ducentos paſſus ſic ad proximam navim evaſit, ut lævâ commentarios extolleret, ne fluctibus madefierent, mordicus verò paludamentum traheret, ne Imperatorio ſpolio potiretur hoſtis. Virgilius etiam lib. 9. nandi peritum Turnum inducit:

Tum demum præceps ſaltu ſeſe omnibus armis
In fluvium dedit.

Et Metabum Camillæ patrem, de quo lib. 11.

Ecce fugæ medio ſummis Amaſenus abundans
Spumabat ripis, tantus ſe nubibus imber
Ruperat: ille innare parans infantis amore
Tardatur.

Et mox;

At Metabus, magna propiùs jam urgente caterva,
Dat ſeſe fluvio.

Sed & alias nationes bellicas diligentiæ plurimum collocaſſe in addiſcendo natatu pro comperto exploratoque traditur. Sic enim de Gallis loquitur Marcellinus lib. 25. *Edicit ut ſiſtatur agmen, & aſſueti natare Galli amnem primi omnium penetrarent; ut iis magnitudine fluentorum abreptis, reſiduorum pertinacia frangeretur; aut ſi id perfeciſſent innocui, tranſitus fidentior tentaretur. Electique ſunt ad id negotium habiles, qui maxima flumina tranſmeare in regionibus genuinis a prima pueritia ſunt inſtituti*. De iiſdem Pauſanias in Phocicis: *Ad inferiores amnis partes militum decem millia, natandi peritiſſimum quemque, & corporis ſtatura (ut ſunt Galli præ cæteris hominibus eximia corporum magnitudine) eminentiſſimum miſit*. Germanorum verò tanta fuit nandi excellentia, ut etiam ſupra Romanos claruerit, teſte Tacito lib. 5. Hiſtor. *Miles Romanus armis gravis, & nandi pavidus: Germanos fluminibus ſuetos levitas armorum & proceritas corporum attollit*. Tam ardens & ſtudioſa ſedulitas apud omnes ferè nationes in ea ſibi a pueris arte comparanda prorſus teſtificatur non tam oblectamenti gratià, aut valetudinis tuendæ causâ, quàm ad confirmanda in uſus bellicos corpora id fuiſſe excogitatum. Illud verò inprimis permovit viros nobiles & ingenuos, ut amnibus nando trajiciendis aſſueſcerent, quoniam palàm invaluit, viliſſimum & viro forti prorſus indignum mortis genus eſſe, quod in aquis contingeret, ut a nobis alibi eſt prolixiùs explicatum. Eam porrò perſuaſionem eo altiùs hauſerant animis, quoniam pro certo haberent perire prorſus animas extinctorum in aquis, neque illis ullam fore ad beatas Elyſiorum ſedes acceſſionem. Quare non ſemel contigit, ut, exorta tempeſtate, multi expeditis nudatiſque gladiis incumberent, ut atrociore mortis genere redordiendæ deinceps vitæ ſortem in felicibus campis redimerent. Quanti referat nandi artem callere, aliis illuſtrat exemplis Cornazanus rei militaris ſcriptor non indiligens, rebuſque magis, quàm verbis & locutione æſtimandus. Sic autem canit lib. 1. Capit. 4.

Metter trà le virtù non mi vergogno
Saper notar, ch'ogni Roman ſapeva,
Credendo haver di quel talor biſogno.
Di tal meſtier la ſcuola ſi teneva
Di ſotto a Campo Martio al Tebro fiume,
Che ſempre là largiſſimo correva.

Et paulò poſt.

Sertorio d'improviſo infra la ſchiera
Colta degli nemici il Rodan oltre
Notò con la coranza, e la panziera.
Che ſe foſſe garzon ſotto le coltre
Rimaſo troppo in braccio della baglia,
Prigion reſtava ſenza gir più oltre.
Ceſare pur coſi, poich'a Farſaglia
Il gener ruppe, & in Egitto gionto
Hebbe da Tolomea briga e travaglia;
S'ei non haveva tal meſtiero in pronto,
Havendo già i ſuoi nemici alle ſpalle,
Della ſua vita non potea far conto.
Mà ſendogli il notar un trito calle,
In mar gittoſſi, e da man manca aſciutti
De commentarii ſuoi portò le balle.

Et iterum non ita multò poſt.

E Maſiniſſa ſe non era eſperto
Di tal meſtier, dal mal Siface rotto
Dello ſtato e di vita era diſerto.
Mà in un fiume ſi gittò di botto
Perito per fuggir chi 'l perſeguiva
E trapaſſò ſempre notando ſotto.

Subinde oſtendit omnium peritiſſimos extitiſſe in nan-

Digitized by Google

nandi exercitatione Hiſpaniæ populos: idque expertum fuiſſe Annibalem cum Rhodanum amnem trajiceret:

Mà li maeſtri pur di tal meſtiero,
E prencipi dell'arte del notare,
Naſcono in Occidente in sù l'Ibero.
Dico in univerſal ſon da lodare
Gli Spagnol tutti, che per la tempeſta
Nuotan ridendo, e dileggiando il mare.
L'induſtria d'eſſi in ciò fù manifeſta,
Quando Anibal al Rodano pervenne
Ch'al paſſar gente non gli fù piu preſta.

Poſtremò prudenter ingenioſèque cnncludit:

Io vò bene ſcuſar chi non hà penne,
Non chi non sà notar; che in queſto caſo
Alcuna ſcuſa mai non ſi convenne.

Navale, is. Locus eſt, ubi ædificantur naves, vel longo uſu aut ventorum impetu quaſſatæ reficiuntur. Ibidem etiam machinæ bellicæ, hndie verò tormenta muralia omnis generis confici compararique ſolent. Virgil. lib. 4. Æneid.

Diripientque rates alii Navalibus?

De hujus loci conſtructinne hæc ſcripſit Vitruvius lib. 5. cap. 12. *His perfectis, Navalium ea erit ratio, ut conſtituantur ſpectantia maxime ad ſeptentrionem, nam meridianæ regiones propter æſtus, cariem, tineam, teredines, reliquaque beſtiarum nocentium genera procreant, alendoque conſervant; eaque ædificia minime ſunt materianda propter incendia. De magnitudinibus autem finitio nulla eſſe debet, ſed facienda ad maximum navium modum; uti, & ſi majores naves ſubductæ fuerint, habeant cum laxamento ibi collocationem.* Longe celeberrimum & inſtructiſſimum Navale Venetiis viſitur. Ejus porrò præſtantia non hodie ſolùm, verum etiam ante aliqunt ſecula admirationi fuit. Sic enim de illn ſcripſit Dantes Infern. Cant. 21.

Quale nell'Arzanà de' Viniziani
Bolle l'inverno la tenace pece,
A rimpalmar li legni lor non ſani,
Che navicar non ponno, e'n quella vece
Chi fà ſuo legno nuovo, e chi riſtoppa
Le coſte à quel, che piu viaggi fece:
Chi ribatte da proda, e chi da poppa.
Altri fà remi, ed altri volge ſarte,
Chi terzervolo, ed artimon rintoppa.

Quam comparationem nos ita Latinam fecimus, verſum pro verſu illam reddentes: *Similitud. della Comed. di Dant. traſport.*

Ut Venetis ubi lata plagis navalia ſurgunt,
Brumali ignitis pix tempore fervet ahenis,
Quaſſataſque ſalo reficit luctante carinas.
Ergo ubi multa licet rigidum properare per annum,
Ille novum molitur opus; reparare laborat
Ille fatiſcentes longis erroribus alnos:
Nunc proris validi reſonant, nunc puppibus ictus:
Illa parat remos, torquet pars illa rudentes,
Velorumque ſinus proſciſſaque carbaſa nectunt.

Navale apud Svetonium, ut interpretatur Beroaldus, dicitur Armamentarium, quòd non armorum duntaxat, verùm etiam navium eſt receptaculum. Arma enim non ſolum dicimus, quę hoſtem lædunt, ſed quæ ad multarum artium opera conſtruenda ſunt neceſſaria. Hinc arma nautica, arma ruſtica, appellamus inſtrumenta nautarum propria & ruſticnrum. Addo memorandum apud Antiquos fuiſſe Navale Athenienſium, quod mille navium capax Philon fabricavit, ut indicat idem Beroaldus in ſuperiùs memorato lncn Svetnnii.

2. Ego verò antiquiſſimum Navale, vel potius ejuſdem rudimentum axiſtimo fuiſſe in Phrygia, ubi Ida mons cædendæ materiæ opportunitatem præbebat. Nec niſi Navale quoddam extitiſſe npinor in urbe Antandro, ubi claſſem ſuam Æneam ſtruxiſſe ſub ipſum a patria diſceſſum, author aſt Virgilius lib. 3. Æneid.

claſſemque ſub ipſa
Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

Hujus porrò Navalis prope Idam beneficio nos occurrere poſſe, ac mederi facile reputo Virgiliano lapſui, ut Caſtelvitrus & alii notarunt: quaſi Poeta exiguo ſatis tempore, Græcis per captum Ilium excurrantibus, & in proximo degente hoſte, Æneam induxerit novam claſſem moliri, & eam quidem navium omninò viginti, ut idem Æneas fatetur apud Venerem matrem lib. 1.

Bis denis Phrygium conſcendi navibus æquor.

Eam proinde Trojanæ claſſis ædificatinnem inter figmenta a ratione aliena, quæ Græci dicunt ἄλογα reponit Caſtelvitrus. Non ſum ignarus Tarquinium Gallutium Virgil. Vindic. ad lib. 3. Æneid. multa conari ut commentum illud Virgilianum defendat. Condonanda primùm errata quædam Poetis arbitratur, quoniam ea compenſantur majoribus eorum virtutibus. Longa quippe abſurdius eſſe apud Homerum, Ulyſſem conſopitum ad Ithacam mitti a Pheacenſibus, poſtquam hoſpitem illum & ejectum ſummis honoribus & convivio regio excepiſſent. Verùm adaperta hæc ad excuſandum Poetam via minimum facit ad culpam diluendam. Addit Tarquinius fabricandæ commemoratæ claſſi intercedere potuiſſe machinam & opitulatinnem divinam, quoniam arbores illæ, quibus contextæ naves erant, ſacræ dicatæque fuerint Berecynthiæ, cujus Deæ auxilio juvari potuerint Teojani ad molitionem viginti navium tam modico temporis ſpatio. Siquidem ubi potaſtas divina & vis immenſa Superûm intervenit, minimo temporis intervallo perfici poſſunt opera, quæ cæteroqui majorem temporis diuturnitatem efflagitarent. Quo nomine, & opis divinæ acceſſinne excuſatur etiam Areoſtus, apud quem Aſtolfus cum navium penuria laboraret, conjectis in mare frondibus arborum, quas manu collegerat, totidem navigia continuò procreavit, ut legitur Cant. 39.

Havendo Aſtolfo eſercito infinito
Da non gli far ſette Afriche diſeſa,
E rammentando come fù ammonito
Dal ſanto vecchio, che gli diè l'impreſa
Di tor Provenza, e d'Acqua morta il lito
Di man de' Saracin, che l'havean preſa,
D'una gran turba fece nuova eletta
Quella, ch'al mar gli parve manco inetta.
Et havendoſi piene ambe le palme,
Quanto potean capir, di varie fronde
A lauri, a cedri tolte, a olive, a palme,
Venne ſul mare, e le gittò ne l'onde.
O felici del Ciel ben dilette alme,
Gratia, che Dio raro a mortali infonde,
O ſtupendo miracolo, che nacque
Di quelle frondi, come fur ne l'acque.
Crebbero in quantità fuor d'ogni ſtima,
Si feron curve, e groſſe, e lunghe, e gravi.
Le vene, ch'attraverſo haveano prima,

Mu-

Digitized by Google

Mutaro in dure ſpranghe, e lu groſſe travi;
E rimanendo acute in ver la cima,
Tutte in un tratto diventaron navi,
Di differenti qualitadi, e tante,
Quante raccolte fur da varie piante.
Miro col fù veder le frondi ſparte
Produr fuſte, golee, navi da gobbia.
Fù mirabil ancor, che vele e ſarte,
E remi havean quanto alcun legno n'habbia.
Non mancò al Duca poi chi haveſſe l'arte
Di governarſi à lo ventoſa rabbia;
Che di Sardi, e di Corſi non remoti
Nocchier, padron, penneſi hebbe, e piloti.
Quelli, ch'entraro in mar, contati foro
Ventiſei mila, e gente d'ogni ſorte.
Dudon andò per Capitano loro,
Cavalier ſaggio, in terra e in acqua forte.

Verùm hæc ipſa defenſionia ratio oon ſatis firmo adminiculo nititur; nec facit quin meritò exagitari poſſit tanquam audax & inſolens Virgilii figmentum, & commamoratæ claſſis repentioa conſtructio. Licet enim objectu machinæ, & cœleſtia auxilii ſuſtineri poſſit commeotum Areoſti, qui Aſtolfum S. Joannis Apoſtoli patrocinio non ſemel communitum & ſervatum perhibuit, ut facilè ejuſdem ope potuerit conſperſione frundium claſſem acquirere; certe ne veſtigium quidem ſimilis tutelæ in Berecynthia ſpondere ſibi Æoeas potuit, qui nuſquam apud Virgilium legitur in tutela matris Deûm, ſed in Veneris ſolummodò parentis & Deorum Penatium ſpem & fiduciam habuiſſe. Et quidem Berecynthia de ſacratarum ſibi navium duntaxat cuſtodia ſolicita Æneid. lib. 9. filium Jovem precatur, ut immunes illas faceret a flammis Rutulorum, ne verbum quidem addens de Ænca Duce ſervando, utpote cujus patrocinium ejus matri reliquerit. Nihil verò, meo judicio, facilius ad Maronem vindicandum ab omni cenſura Criticorum, quàm ut conjecturam facilem ſequentes affirmemus Æneam fabricaſſe claſſem in Navali urbis Antandri, quæ civitas trigiota millia paſſuum, ut docet Strabo, ab Ilio diſtabat. Ajo itaque in urbe Antandro, quæ ad radices Idæ montis conſita erat, facilè fuiſſe Navale & repoſitorium ampliſſimum rei nauticæ: præcipuè cum materiam cæduam Ida præſtaret, juxta illud Ovidii Epiſt. Parid. ad Helen.

Innumeraſque mihi longa dat Ida trabes.

Quidni verò potuerit Æneas oonnullas ſaltem compactaa perfectaſque naves illic nanciſci; alias porrò ſic inchoatas, ut ſociorum auxilio aptare navigatinni potuerit? Fateor quidem non ſine difficultate aliqua conatuque turbæ accurrentis, pro anguſtia potiſſimum temporia, metuque atque periculo excurrentis undique Græcanici exercitûs, id potuiſſe peragi; verùm id ipſum a Marone indicatur verbis illis: *claſſem molimur*. Moliri quippe apud Latinoa eſt non ſine difficultate & labore aliquid agere. Navale Itali dicunt *Arſenale*, quæ Menagio vox eſt Turcicæ originis. Ferrarius quaſi *Arx navalis*. Exiſtimo eſſe amplius iodagandum in hac origine. Confundere videtur Ferrarius *Arſenale* cum *Darſena*: verùm *Darſena* ex uſu receptaculum eſt navium, non armamentarium. *Darſena* eſt originia Arabicæ ex Covarruvia.

Navalas socii. Commemorantur interdum a Livio; & licet plerunque procul dubio accipiantur pro remigibus, videtur tamen Hiſtoricus alicubi indicare inferiorem ſaltem militiæ navalis gradum aliquem eos obtinuiſſe, ut notavimus in Titulo *Claſſiarii*. De illis autem Liv. lib. 6. *Poſtero die militibus, Navalibuſque ſociis convocatis, primùm Diis Immortalibus laudes gratiaſque egit*. Et ibidem: *Nam unde, cum pecunia in ærario non eſſet, paraturos Navales ſocios?* Et iterum ibidem: *Cum Torraconem navibus veniſſet, expoſitiſque ibi copiis, & navibus ſubductis, ſocios quoque Navales multitudinis augendæ cauſa armaſſet &c.* Eſt etiam apud Livium lib. 37. locus in hæc verba: *Sed momento temporis, & navium virtus, & uſus rei maritimæ terrorem omnem Rhodiis dempſit*: Ubi Joannes Clericus Art. Critic. p. 3. cap. 11. miratur viros doctos non vidiſſe pro *Navium* legendum eſſe *Navalium*, nempe ſociorum navalium, de quibua aliàs Liviua. Fateor duriuſculam eſſe ſententiam Livianam, quomodo circumfertur in vulgatis exemplaribus, & aptiùs eam fluere lectione Clerici. Sed quoniam Liviua nuſquam, quod ego advertere potuerim, navales abſciſsè & ſolitariè poſuit, ſed perpetuo cum adjuncto ſociorum, ideo retinendam lectionem vulgatam putaverim, & veterum exemplarium fidei ſtaodum potiùs, quàm majoria aliquanto perſpicuitatis rationem eſſe ducendam. Vide *Epibatæ*.

Navalia Corona. Ea donabatur qui primos in hoſtilem navem, maritimo prœlio, per vim armatus aſcendiſſet. Procul dubio aurea hæc etiam fuit. Affirmat id Gellius: *Muralis, caſtrenſis, & navalis fieri ex auro ſolent*. Corona navalis & roſtrata confunduntur ferè a Scriptoribua. Inter illas tamen Lipſius multum putat intereſſe diſcriminis. Navalis quippe exiſtimatione longè erat inferior, utpote quæ tradebatur primùm inſilientibus in hoſtica navigia: neque erat roſtris diſtincta; aut certe aliâ notâ a roſtrata diſcernebatur. Hæc autem ſemper roſtris exornata erat; iique illam obtinebant, qui præclaro quopiam navali facinore illuſtris victoriæ decua ſibi comparabant. Quod autem ait Dio lib. 49. Agrippæ ab Auguſto coronam auream roſtris diſtinctam fuiſſe traditam, idque nec antea, nec poſtea alii cuiquam contigiſſe; id ſcilicet manifeſtæ falſitatis arguitur ex Plinio lib. 16. cap. 4. ubi ſic ſcribit de corona civica: *Cedunt huic & roſtratæ quamvis in duobus maxime ad hoc ævi celebres, M. Varrone e piraticis bellis, dante Magno Pompejo; itemque Marco Agrippa, tribuente Cæſare e Siculis*. Dixi corooam oavalem, aut non fuiſſe roſtratam, aut aliâ nota ab eadem diſtinctam. Videtur tameo Virgilius omninò roſtratam facere corooam navalem lib. 8.

cui belli inſigne ſuperbum,
Tempora navali fulgeat roſtrata corona.

Hæc, quod de aliia dixi præmiis militaribus, etiam pacis tempore, in privatia ædibus, vel in templis a victoribus aſſervabantur. Sic enim Svetonius de Claudio in hujus vitâ cap. 17. *Navalem coronam faſtigio Palatinæ domus juxtà civicam fixit, trajecti, & quaſi domiti Oceani inſigne*. Non hujus duntaxat, ſed aliarum etiam coronarum uſum, quæ ſunt, ut cum Poeta loquar, victricum præmia frontium, ad inferius ævum, ac ferè ultimos duraſſe Cæſares liquet ex Ammiano, qui lib. 24. de Juliano Cæſare hæc ſcribit: *Qui appellans pleroſque nominatim, quos ſtabili men-*

te aliquid clarum feciſſe ipſe arbiter perſpexit; navalibus donavit coronis, & civicis, & caſtrenſibus. Græcos etiam coronam navalem in pretio habuiſſe & uſurpaſſe dubitare non ſinunt Xenophon, & Demoſthenes. Vide coronæ roſtratæ apud Steuvechium iconiſmum.

NAVARCHUS, i. Qui in navi, nautis, atque adeo militibus ipſis imperat, Latini præfectos navium, vel navium magiſtros appellant. Horum miniſterium & procurationem omnem diſtinctè expoſuit Vegetius lib. 4. cap. 32. *Singulæ liburnæ ſingulos Navarchos, ideſt, quaſi navicularios habebant, qui exceptis cæteris nautarum officiis, gubernatoribus atque remigibus & militibus exercendis quotidianam curam & jugem exhibebant induſtriam.* Navarchorum erat, ubi primùm prœlium inſtabat, expedire omnia in triremi; loca & munera non nautis ſolùm, verùm etiam militibus attribuere. Iidem ſtipendia, frumentum, aliaque nautis & propugnatoribus erogabant. Sic autem dicti qui ſingulis navibus præerant, nam quibus in univerſam claſſem erat imperium, Conſules, Prætores, vel Præfecti claſſis nominabantur.

NAVIGATIO, onis. Niſi mortalium ambitio & avaritia, inſatiabili quadam cupiditate divitias cumulandi, maria ſolicitaſſet, quieta illa & ſolis ventorum flatibus obnoxia haberemus. Sed poſtquam nihil hominibus moderatum, intentatum nihil eſſe cœpit, profanata primum Pelagi ſecuritas eſt, tum gliſcente ambitu ſitique rerum potiendi, nulla non parte everberatum mare, nulla non parte lacerum, ac ſæpe immenſi ſanguinis effuſione fœdum deturpatumque fecimus. Licet autem multis illa incommoda farciantur emolumentis, in quorum poſſeſſionem ſolo navigationis beneficio venimus, adhuc tamen tot humani generis excidia, tot naufragia, rerumque pretioſiſſimarum jacturam, innumera verò pericula, & infortunia noſtri generis reputanti exclamare cum Poeta libet.

Illi robur & æs triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commiſit Pelago ratem
Primus.

Et cum Seneca in Medea.

Audax nimium qui freta primus
Rate tam fragili perfida rupit;
Terraſque ſuas poſt terga videns,
Animam levibus credidit auris;
Dubioque ſecans æquora curſu
Potuit tenui fidere ligno,
Inter vitæ mortiſque vias
Nimium gracili limite ducto.

Quid enim? poſtquam inexplebilis, & nullis laborum difficultatibus fatigata regnandi cupiditas, non terræ particulam ullam, aut latibulum armis intactum, vacuum bello reliquit, maria etiam poſtmodum claſſibus texit, conflictibus miſcuit, ſtragibus cruentavit. Sed hanc cothurnorum materiam tragicis deflendam in ſcenis, pueris declamandam in ſcholis relinquimus. Nos ad rem noſtram propiùs accedentes illud cum primis nautico Duci proſpiciendum ducimus cum Vegetio lib. 4. cap. 39. ut nonniſi commodâ & idoneâ anni temperie e portibus claſſes educat. Debet autem pernoſcere, quinam menſes aptiſſimi, quinam dubii, quinam minus idonei navigationi ſint. Æſtatis tempore ſecura creditur navigatio; nam caloris beneficio venti mitigantur, qui etiam propitii per id tempus ſolent adeſſe. Ab exitu æſtatis uſque in tertium Idus Novembris navigatio incerta, & periculoſa propter Arcturum, quod ſydus eſt ſummæ vehementiæ: a Novembri ad Martium menſem clauſa maria dixere Veteres, nam, ut tradit Vegetius, *Lux minima, noxque prolixa, nubium denſitas, aeris obſcuritas, ventorum imbri vel nivibus geminata ſævitia, non ſolum claſſes a pelago, ſed etiam commeantes a terreſtri itinere deturbat.* Hinc tempus illud, quod poſt hyemis ſævitiam aperiebatur, prima ab Antiquis dicebatur navigatio. Cic. lib. 2. Epiſt. Q. Fratr. *Iidem ajebant nuntiare te prima navigatione eſſe tranſmiſſurum.* Atque idem iterum ibidem: *Tu, mi frater, ſimul ac illò veneris, primam navigationem, dummodo idonea tempeſtas erit, ne omiſeris.* Id verò tempus natale navigationis a Vegetio vocatur, ſolemnibuſque ludis & certaminibus celebrari ſolebat. Equidem non ita paucis populis Regibuſque affatim carò ſtetit ferox & inconſulta temeritas marinis fluctibus objiciendi claſſes alieno tempore ac prope renuentibus ſignis cœleſtibus. Polybius lib. 1. tradit Romanos, cum extremum atque importuoſum Siciliæ latus, nequidquam nautis ac peritiſſimis quibuſque repugnantibus, trajicere obſtinaſſent animum, quo anni tempore Orionis ſydus navigantibus iniquiſſimum dominabatur, pulcherrimæ claſſis amiſſione fuiſſe mulctatos, vix pauciſſimis, iiſque extremum ſpiritum trahentibus, ad litus perductis. Idcircò meritò Æneæ Dido exprobrabat lib. 4. apud Virgil.

Quin etiam hiberno moliris ſidere claſſem,
Et mediis properas Aquilonibus ire per altum.

Huc ſpectat illud ejuſdem Poetæ lib. 2.

ſæpe illos aſpera ponti
Interclusit hyems, & terruit Auſter euntes.

Nec abſimile illud Horatii lib. 3. Od. 27.

Sed vides quanto trepidet tumultu
Pronus Orion? ego quid ſit ater
Adriæ, novi, ſinus: & quid albus
Peccet Japyx.
Hoſtium uxores, puerique cæcos
Sentiant motus orientis Hædi, &
Æquoris nigri fremitum, & trementes
Verbere ripas.

Cæterum de diebus ad navigandum propitiis vel iniquis videndus eſt Steuvechius ad Veget. lib. 4. cap. 39.

2. Quis autem mortalium primus navigandi artem commonſtraverit, Scriptores variè deſtinant. Sunt qui Neptunum Saturni filium eam inveniſſe memorent, primumque claſſem inſtituiſſe, eique fuiſſe præfectum a genitore; quam ob cauſam Deus maria poſtea eſt habitus. Plerique tamen eam inventionem referunt ad Iaſonem, qui cum aliis Argonautis, ut ſuo in loco explicavimus, ad expeditionem Colchicam, ut aureum vellus diriperet, profectus eſt. Phœnicibus quidam, Tyriiſque, alii Britannis eam inventionem attribuunt. Vide Plinium lib. 7. cap. 56. Conciliari autem facile poſſunt diverſæ hujuſmodi Scriptorum opiniones; vel quoniam majorum longarumque navium repertores alii fuerint, cum primi minores levioreſque inveniſſent: vel quoniam plures in ſua quiſque provincia eandem artem oſtenderint, qui omnes a ſuis popularibus ejuſdem artis inventores habiti creditique ſunt.

Cer-

Digitized by Google

Certè Britannos navigiis corio circumſutis navigaſſe Plinius docet lib.4. cap.16. Idem author eſt Ægyptios ex papyro, ſcirpo, & arundine naviculas primùm habuiſſe. Solinus autem vimineis navibus uſos fuiſſe Britannos memorat per hæc verba cap.25. *Navigant in vimineis alveis, quos circumdant ambitione tergorum bubalorum.* Ubi nota obiter ambitionem pro operimento per ambitum, ſive per orbem ducto poſitam. Notanda etiam ſunt illa Feſti Avieni:

Non carinas hi quippe pinu texere
Fecere morem, non abiete, ut uſus eſt,
Curvant phaſelos, ſed rei ad miraculum,
Navigia junctis ſemper aptant pellibus,
Corioque vaſtum ſæpe percurrunt ſalum.

Nec illum reticuit morem Lucanus lib.4.

Utque habuit ripas Sicoris, campoſque reliquit
Primum cana ſalix madefacto vimine parvam
Texitur in puppim, cæſoque inducta juvenco
Vectoris patiens, tumidum ſuperenatat amnem.
Sic Venetus ſtagnante Pado, fuſoque Britannus
Navigat Oceano, ſic, cum tenet omnia Nilus,
Conſeritur bibula Memphitis cymba papyro.

Inveniuntur etiam apud Solinum, qui bubulis utribus pro navibus uterentur. Sic enim habet Polyhiſtor. cap. 60. *Bubulis utribus contabulatas rates ſuperponunt, vectatique hoc ratis genere, venenatis ſagittis prætereuntes petunt.* Verùm de hoc argumento videndi ſunt qui rem nauticam prolixè tractant.

3. Quod de Typhi, vel Iaſone Scriptores antiqui, præſertim Poetæ literis conſignarunt, ab alterutro eorum attentatum mare, quod prius remis inagitatum fuerat, id ſcilicet de ſola accipiendum eſt Græcia. Et in hanc ſententiam exponendi prædicti Scriptores, ac præſertim Seneca in Medea de Typhi:

Nondum quiſquam ſydera norat,
Nondum Boreas, nondum Zephyrus
Nomen habebant.
Auſus Typhis pandere vaſta
Carbaſa ponto, legeſque novas
Scribere ventis.

De Iaſone verò iidem Poetæ paſſim, ut eorum teſtimonia recenſere ſupervacaneæ ſit operæ. Conſtat nimirum Phœnices, qui multo ante Trojanam oppugnationem maria navigarunt, eam laudem Græcis præripuiſſe: addit Strabo lib.1. eoſdem ultra Herculis columnas navigando fuiſſe progreſſos. Ejus rei omnem adimit dubitationem S. Job, quem liquet ſuperiorem fuiſſe ætate Iaſonis & Argonautarum, ubi indicat ab iiſdem delatum in Arabiam aurum gemmaſque ex inſula Ophir, quæ ad Indiam pertinet. Idem adhuc planius redditur ab ejus nomenclatura maris, quod vulgo dicitur Rubrum. Neque enim aliud Rubrum eſt mare quàm Puniceum, vel Phœnicium, ſic nuncupatum a Pœnis, vel Phœnicibus, qui ejuſdem littora tenuerunt, coloniis in eas regiones claſſe deductis. Sed nihil immorandum in reliquis, cum conſtet primam navem fuiſſe arcam Noe, ut ex Beroſo, Joſepho & aliis optimè advertit Tirinus ad illa verba Sapient.14. *Ab initio cum perirent ſuperbi Gigantes, ſpes Orbis terrarum ad ratem confugiens, remiſit ſæculo ſemen nativitatis.* Vide *Navis I.* Iovaluit autem apud Priſcos opinio de Oceano innavigabili: quò reſpexit Seneca Suaſor. lib.1. *Facilè iſta finguntur, quia Oceanus navigari non poteſt.* Certè Plinius lib.2. cap.67. ad Auguſti tempora refert Oceanum Borealem claſſibus cognitum: *A Gadibus, columniſque Herculis Hiſpaniæ & Galliarum circuitu totus hodie navigatur Occidens. Septentrionalis verò Oceanus majore ex parte navigatus eſt Divi Auguſti auſpiciis, Germaniam claſſe circumvecta ad Cimbrorum promontorium, & inde immenſo mari proſpecto aut fama cognito ad Scythicam plagam.* Quod porrò attinet laceſſiti maris tentatæque navigationis cauſas, ut miſſa faciam, quæ de aureo vellere, & expeditione Argonautarum commenti ſunt Græci fabulatores, duæ potiſſimum fuere, neceſſitas, & utilitas primorum mortalium. Cum perpauci in terris homines degerent, ſatis illis alimentorum ſuppeditabat natalis regio. Eadem magis magiſque ſubinde auctos nec alere, nec capere ſatis poterat. Quare anguſtis clauſi coarctatique limitibus de novis ædibus quæritandis agitare primùm cœperunt. Cum verò id oitentibus objicerentur flumina & maria, conſilia ſociarunt, ſiqua ratione poſſent ad ulteriores diſiunctaſque terras appellere, ſuperatis aquarum ſpatiis, quæ communia vota ac ſtudia remorabantur. Ex quo factum ut rudibus primùm excavatiſque truncis oppoſitos aquarum fluvialium obices conarentur tranſmittere: adapertuſque in hanc formam ab exiguis, ut ſolet, initiis in ioteriora regionum penetrandi aditus, operoſiore lignorum nexu, & contabulatis aſſeribus oſtenſa patefactaque mortalibus fluviorum mariſque navigatione. Utilitas navigationi conjuncta, incredibile memoratu eſt, quanta ceperit incrementa, nexis commercio fœderatiſque terris, quas immenſa intercapedine natura diſſociaverat. Cic. de Nat. Deor. lib.2. *Navigiorum curſibus ſuppeditantur omnes undique ad vitam copiæ, plurimiſque rebus maritimis fruimur atque utimur propter nauticarum rerum ſcientiam.* Emporia hinc & capaciſſimi portus extructi ad omnis generis mercea diſtrahendas commutandaſque. Theodoretus Orat.2. *Per mare longinquas peregrinationes facimus, & ea, quibus indigemus a nobis invicem petimus, ſimulque aliis, quæ ipſis neceſſaria ſunt, rependimus. Nec enim aliquam terræ partem ſummus ille rerum Adminiſtrator cultoribus ſuis omnia ſimul ad uſum victumque neceſſaria proferre paſſus eſt, ne nullius indigens copia mutuæ amicitiæ noceret.* Ad commemoratam commercii utilitatem & commodum retulit Servius navigationis originem. Phœnices autem Tyrioſque præ cæteris Aſiæ populis tranſvehendarum mercium ſtudio indulſiſſe, ex eoque opimos cepiſſe fructus, inter cæteros tradit Pomponius Sabinus ad lib.1. Æneid. *Phœnices condidere Tyrum in mari propter merces, primi mortalium negotiatores in marina alea.* Nec verò negotiatores primi, verùm etiam navigationis authores Phœnices & Tyrii apud Catullum:

Prima ratem ventis credere docta Tyros.

4. Potentiæ inſuper imperiique proferendi vetuſtiſſima origo & cauſa non alio certius ex fonte eſt accerſenda. Quæ aviditas regni amplificandi paulatim effecit, ut quæ ad generis humani ſocietatem nectendam navigatio videbatur in-

Digitized by Google

venta, abrupto paulatim pudore innumera diſcordiarum ſemina & atrociſſimas clades invenerit. Thucidides lib. 1. *Qui claſſibus operam dederunt ingentem potentiam ſibi compararunt, tam ipſo pecuniarum reditu & vectigalibus, quàm imperio, quod in alios exercebant: nam huc & illuc navigantes ſubigebant inſulas* &c. Is verò ardor imperii producendi, oſtentandæque potentiæ uſque adeo quaſdam nationes illexit & irretivit, ut cum apud Carthaginienſes ageretur de poſitu urbis mutando, mori potius plerique ſtatuerint, quàm a mari recedere, ac deſerere diteſcendi opportunitatem, & gloriam quomodolibet ſeſe ſupra fortunam aliarum gentium propter rei maritimæ commoda efferendi. Nego autem Græcos aut Romanos, nego ullam præclarè factis illuſtrem nationem ſingulare in armis decus invaſiſſe, quæ non crebris navigationibus maria circumierit. Eo nomine Alexandrini celebres in Ægypto, Carthaginienſes in Africa, Maſſilienſes in Gallia. Certè florentiſſima Hollandorum Reſpublica non ſatis amplis in Europa finibus cæteroquin adſtricta in re maritima potentiæ ſuæ, quæ omnes jam ferè rerum univerſitatis partes complectitur, proram ac puppim conſtituit. Adſtrue his nulla promptiùs atque commodiùs exercitatione comparari ſolertiam animi, peritiam artium, experientiam rerum humanarum. Prototypon habes ab Homero exhibitum in Ulyſſe, quem poſtquam diuturnis navigationum laboribus, & longo maris errore fortuna defatigavit, tum demum Ducem ſolertiſſimum morumque omnia ferè nationis gnarum, & in omni ingenua laude verſatum, nec tam hoſtium, quàm adverſorum caſuum victorem virtus latè omnibus ſuſpiciendum propoſuit. Conſectanea eſt admodum conducibilis altera utilitas valetudinis tuendæ reparandæque, cui maxime deſervit favetque navigatio præſertim diuturna. Quare apud Scriptores Romanos ſæpiſſime legimus obſtinatiſſimis morbis conflictatos egregiè convaluiſſe poſt obitam navigationem in Ægyptum, quæ a Romanorum medicis imperabatur ægrotis ab omni cæteroqui ſpe ultra vivendi dejectis. Habemus id ex Plinio lib. 31. cap. 6. ubi apertè ſignificat volutationem ipſam navis, & excitas vomitiones conferre plurimum omnibus ferè depellendis morbis: *Principalis navigandi uſus phthiſi affectis, aut ſanguinem egerentibus, ſicuti proxime Annæum Gallionem feciſſe poſt conſulatum meminimus. Neque enim Ægyptus propter ſe petitur, ſed propter longinquitatem navigandi. Quin & vomitiones ipſæ inſtabili volutatione commotæ pluribus morbis capitis, oculorum, pectoris, medentur, omnibuſque, propter quæ helleborum bibitur.* item alius Plinius Epiſt. 19. lib. 5. *Ante aliquot annos, dū Zoſimus libertus meus intentè inſtanterque pronunciat, ſanguinem rejecit, atque ob hoc in Ægypti miſſus a me, poſt longam peregrinationem confirmatus rediit nuper.* Celſus etiam lib. 3. cap. 22. ubi agit de tabis curatione, ita ſcribit: *Opus eſt, ſi vires patiuntur, longa navigatione: ideòque aptiſſimè Alexandriam ex Italia itur.* Poſtremò inter animi oblectamenta meritò reponitur navigatio per lacus & flumina, pacatoſque maris ſinus, comparatis inſtructiſque navigiis orariis ad fructus percipiendos jucundiſſimæ voluptatis. Phæaces ad hanc formam fuere navigationis ſtudioſi; eam ſiquidem exercebant animi gratiâ, non inferendo injurias, aut nauticum Martem ſollicitantes. Sic enim de illis Homerus:

Nam Phæacibus haud cordi jacula atque pharetra,
Sed remi, tabuliſque ratis compactilis æquis.

Teſtantur id creberrimæ Romanorum navigationes ad ſinum Bajanum. Notandum etiam, quod de Julio Cæſare & Cleopatra ſcribit Svetonius cap. 52. ubi etiam fit mentio thalamegi, quæ navis erat cum molliſſimis ſtragulis lectoque ad luxuriam compoſito. Inſuper quæ de foſſis Alexandrinis memoriæ tradidit Strabo in hæc verba: *Super omnia memorabilis eſt turba eorum, qui ad feſtivos dies per foſſam Alexandrinam navigant. Quæ foſſa diebus ac noctibus navicularum plena eſt, viros pariter ac mulieres vectantium, qui cantant ac tripudiant cum extrema laſcivia.* Accedit quod a Plauto ſcribitur in Rudente: Act. 4.

Animi cauſa mihi navem faciam, atque imitabor Stratonicum:
Oppida circumvectabor.

Idem tamen Plautus alibi adversùs navigationis inventum illa ſcribit:

Qui ſeſe miſerum & mendicum velet,
Neptuno credat ſe atque ætatem ſuam.

Cui concinit Propertius:

Ah pereat quicunque rates & vela paravit
Primus, & invito gurgite fecit iter.

Super hoc argumento multa laſciviunt omnes ferè Poetæ, avaritiam præſertim mortalium execrantes, qui lucri gratiâ, fortunas ſuas, atque ipſum ſæpiſſimè ſpiritum arbitrio committunt ventorum mariſque. Hinc potentiſſimæ claſſes ſubmerſæ, merces deperditæ, oppleta cadaveribus litora. Hæ ſcilicet illæ ſunt lacrimæ. Meritò propterea Vates Etruſcus.

O tu che porti temeraria legna
Pellegrini fomenti al peccar noſtro,
Habbiati in odio il mar, Nettuno a ſdegno.

Vulgatum etiam illud Juvenalis ſatyr. 12.

I nunc & ventis animam committe, dolato
Confiſus ligno, digitis a morte remotus
Quattuor, aut ſeptem, ſi ſit latiſſima tæda.

Adhuc deteriora ex navigatione in animos hominum damna proveniunt, ubi eâ quis pravè & perperam utitur. Luxum inprimis navigatio gignit, omniumque gentium colligit vitia, molliſque vitæ ac degeneris inſtrumenta comportat. Strabo lib. 7. Nomades probatiſſimæ prius vitæ populos, maritima re tentata, deteriores factos teſtatur. Plato verò optimæ honeſtiſſimæque Reipublicæ Inſtitutor urbem ſuam quam longiſſimè a mari ſemovit, ut deſugeret vitiorum inquinamenta, quæ peregrè navigantes in patriam ſolent inferre.

5. Illud poſtremò non erit alienum animadvertere, humani generis navigationes, & omnem maria excurrendi audaciam intra Gaditanum fretum olim fuiſſe concluſam. Geminas illic Herculem columnas extuliſſe, quæ & peragratæ a ſe rerum univerſitatis eſſent teſtimonium, & reliquis conſilium, aut imperium ne ultra pergerent, vetus fama occupavit. Poſt longos verò ambitus ſæculorum ab Herculeo illo monumento & Gadium freto in alteram orbis terrarum partem, feliciſſimam navigationem Duce Chriſtophoro Columbo, auſpicatæ ſunt naves Li-

gu-

gures, Hiſpanæque. Divinaſſe navigationem illam viſus Seneca Medea Act. 2.

venient annis
Sæcula ſerit, quibus Oceanus
Vincula rerum laxet & ingens
Pateat tellus, Tiphyſque novos
Detegat orbes, nec ſit terris
Ultima Thule.

Eam expeditionem item per vaticinii modum ſic cecinit Torqnatus noſter Cant. 15.

Tempo verrà, che ſian d'Hercole i ſegni
Favola vile a i naviganti induſtri:
E i mar riposti, or ſenza nome, e i regni
Ignoti, ancor trà voi ſaranno illuſtri.
Fia, che 'l più ardito allor di tutti i legni
Quanta circonda il mar, circondi e luſtri,
E la terra miſuri immenſa mole
Vittorioſo & emolo del Sole.
Un huom della Liguria havrà ardimento
All'incognito corſo eſporſi in prima:
Ne 'l minaccievol fremito del vento,
Ne l'inoſpito mar, ne 'l dubio clima,
Ne s'altro di periglio, ò di ſpavento
Più grave e formidabile hor ſi ſtima,
Faran, ch'l generoſo entro ai divietò
D'Abila anguſti l'alta mente acchetì.
Tu ſpiegherai, Colombo, a un nuovo polo
Lontane ſi le fortunate antenne,
Ch'appena ſeguirà con l'occhi il volo
La Fama ch'hà mill'occhi, e mille penne.
Canti ella Alcide, e Bacco, e di te ſolo
Baſti a poſteri tuoi, ch'alquanto accenne:
Che quel poco darà lunga memoria
Di poema degniſſima, e d'hiſtoria.

Navigantes multa diſcere, ſermo eſt popularis. Optima eorum magiſtra eſt varietas ipſa regionum quas obeunt, quæ diverſis commonſtratis moribus ad vitam probè inſtituendam mirè proficit. Addo vel maxime idoneum vitæ inſtitutorem eſſe mare ipſum, quod illis ante oculos ſemper expanditur. Minimum eſſe fidendum rebus humanis docent aquæ quam latiſſimè navigiolo circumfuſæ, quarum ne ipſa quidem ſine agitatione tranquillitas. Audi Senecam: *Noli huic tranquillitati confidere: momento mare vertitur: eodem die ubi luſerunt navigia, ſorbentur.* Arripe Propertii monitum:

Ventorum eſt quodcunque parat: haud ulla carina
Conſenuit; fallit portus & ipſe fidem.

Nullam porro nobis ſinceram voluptatem contingere aquæ marinæ admonet amarities. Oſtenderunt id Poetæ, qui Nereo ſponſam adjunxerunt Doridem, quam Veteres illi amaritiem interpretantur, ut prolixè tradit Licetus de Gemm. anul. 180. ubi exponit gemmæ anularis ſchema, quæ Doridem repræſentat. Vitiorum inquinamenta & fœdam illuviem exhorreſces atque refugies, ſi cogitaveris mare ſentinam eſſe, quoniam illuc terrarum omnium ſordes confluunt. Eam ob cauſam illud Ægyptii, tanquam rem unam omnium contaminatiſſimam, uſque adeo religioni habebant & averſabantur, ut ne ſal quidem marinum adhiberent in ſacrificiis, ſed ex fonte Hammonis, ut ſcribit Plutarchus, ejus copiam accerſerent. Contra verò idem pelagus erit tibi prototypus ſtimuluſque ad afferendum vitæ candorem: purgamenta quippe illud omnia fæceſque procul rejicit & depellit in littora. Eam ob cauſam ab Euthymio lavacrum nuncupatur; & in hanc ſententiam viri docti exponunt verba Michææ c. 7. *Projiciet in profundum maris omnia peccata veſtra.*

Navigium, ii. Pro quocunque navis genere, notum eſt dictionem eſſe probè Latinam. Cæſar. *Hi primum navigia hoſtium lapidibus & fundis repellebant.* Sed navigium pro claſſe, ſeu multitudine navium bellicarum, dictum paſſim reperies apud mediæ & infimæ Latinitatis Scriptores; nec tamen ſine authoritate & exemplo Latii purgatioris: Tacit. Annal. *Mittit Nero, qui velut paratam prædam adveherent. Dantur triremes & delectum navigium juvandæ feſtinationi.* Guillelmus Brito Philipp. lib. 9.

Hic Savaricus opes cunctis e partibus Orbis
Navigio advectas ſupra ſpem repperit omnem.

Rigordus: *Æneas cum filio ſuo Aſcanio navigio Italiam venit.* Epiſt. Balduini de expugnatione Byzantii: *Iteratò navigium noſtrum ſlommis aggreditur intempeſtæ noctis ſilentio.* Matthæus Pariſ. an. 1190. *Cum veniſſent in mare Hiſpanicum die Dominicæ Aſcenſionis, invaſit navigium tempeſtas valida & horribilis, & ſeparatum eſt ab invicem in momento.* Itali etiam, licet pro navi ſingulari dicant *Navigio*, nihilominus vocem *Navilio* uſurpant tum pro ſingulari navi, tum pro navium multitudine. Joannes Villani: *Tutto il navilio dì Piſani ſi portirono di Sardigna.*

Navigium, ii. Pro navigatione. Dicitur ad palatum optimæ Latinitatis. Navigium ſiquidem eſt quaſi naviagium, ut remigium remiagium, litigium litiagium, & ſimilia: quæ omnia actionem rei potiùs, quàm rem ipſam ſignificant. Pandectæ. *Idque creditum eſſe in omnes navigii dies.* Veget. lib. 4. cap. 31. *Ne longiùs a tutela urbis abſcederent, & cum ratio poſtulaſſet, ſine mora, ſine circuitu, ad omnes mundi partes navigio pervenirent.*

Navigo, as. Florus lib. 2. cap. 2. *M. Attilio Regulo Duce jam in Africa bellum navigabat.* Ubi navigare bellum dixit per audaciam poeticæ affinem. Neque enim ab Hiſtoricis alienum eſt colores quoſdam mutuari a Poetia, quod parce commodèque factum ad ſtili majeſtatem ſplendoremque facit.

Navis, is. Vel a Νέω, quod apud Græcos eſt *ſluo*, ex quo navium collectionem dici ab Italis *Flotta* alibi notavimus, vel a verbo Latino *No*, quod eſt *noto*: vel demum ab alio verbo *Navo*, quod eſt *curare*, operamque dare ſedulam: quaſi navis moderatorem navum, ideſt accuratum, ſtrenuum, & diligentem depoſcat. De fabuloſa ejus origine quædam tetigimus in dictione *Navigatio*. Sed verè illa, neque Neptuni, neque Iaſonis eſt inventum. Ad ſervandas reliquias humani generis in ſola Noemi Patriarchæ familia, commonſtrata huic a ſupremo rerum omnium Architecto & Machinario fuit. Primus ejuſdem uſus non fuit auri Colchici deprædatio, ſed parta ſalus mortalibus, poſt orbem terrarum perpetua imbrium eluvione demerſum. Præſtantiſſimum & admirabile inventum, ipſiſque urbibus atque adeo præmagnis par, nonniſi Deum repertorem & indicem poſtulabat. Vide *Navigatio*. Sive enim oneraria, ſive bellica perpendas navigia, & utrorumque uſum, ac derivata inde in mortales commoda, ad trutinam ſeriò revoces, nihil in uni-

Digitized by Google

verſa natura excellentius, nihil ad regiones diſtantiſſimas commercio nectendas opportunius, nihil ad ſpeciem viſumque magnificentius & auguſtius eſt excogitatum. De innumeris navium generibus, & appellationibus, de totidem porrò navis partibus non eſt hic agendi locus. Nimirum hęc ſola tractatio doctiſſimorum virorum ſtudia exercuit, volumina explevit. De bellicis verò navibus, quæ rem noſtram propiùs ſpectant, vide quæ diximus ſeparatim. Sufficiat hic in univerſum ſubjicere oculis mobilia illa & natantia, ut videntur, caſtella. Eo videlicet molimine, ea molis magnitudine, eàque pollent rerum omnium varietate, ut ad unicum conformandum inſtruendumque navigium architectura, ædificatoria, mechanica, omneſque ferè Mathematicæ facultates ſuam conferre operam, manuſque ſubſidiarias admovere videantur. Quidquòd operoſiſſimas comportant machinas, copias integras peditum equitumque, vim annonæ reique cibariæ incredibilem, armorum verò eam ſtruem & multitudinem, ut ad unam ferè communiendam bellatricem navem ſolidas ætates ſudare navalia neceſſe ſit. Ex quo admiratio omnis adimitur, cum equeſtris pugnæ imaginem a navium agilitate, & navarchorum diſciplinâ referri legimus. Florus lib. 2. cap. 2. *Romana claſſis promta, levis, expedita, & quodam genere caſtrenſis: ad ſimilitudinem pugnæ equeſtris, ſic remis, quaſi habenis agebatur, & in hos, vel in illos mobilia roſtra ſpeciem viventium præſerebant.* Dicit ad ſimilitudinem equeſtris pugnæ certare; cum navarchi & remiges modò propellunt, modò retrò abducunt naves, quod ſeſſores in equis faciunt: item aſſiliendo urgendoque, ac tempori ſeſe recipiendo, nunc obverſis lateribus, nunc elatiore fronte adamuſſim repræſentantes equeſtris conflictus imaginem. Id enim verò eſt, quod dicit Livius ad Cannas minimè equeſtris prœlii more fuiſſe pugnatum. Id iterum eſt, quod in Salluſtii fragmento legitur, naves modò ſumptis tergis, modò redditis decertare ad ſpeciem ſcilicet equitum pugnantium. Non aliam ob cauſam navium gubernatores appellatos alicubi legas aurigas, vel equiſones. Varro: *Navem conſcendimus paluſtrem, quam nautici equiſones per viam conducerent.* Verùm hic potius fas eſt agnoſcere nautas fune ad collum & humeros religato ductare naves adverſo flumine, Clariùs vetus author apud Chariſium:

Typhin aurigam celeris fecere carinæ

Et Ovid. Triſt. 1. 3.

Aurigam video vela dediſſe rati.

Sed & Plautus equos ligneos, Lucretius ventorum currus, alii aquaticum elephantum navigium appellaverunt. Turribus quippe atque militibus communitum a gubernatore velis ac funibus quibuſdam quaſi regitur frenis, utque adminiſtrandi gerendique prœlii ratio poſtulat, nunc in orbem agitur, nunc latera obvertit, inſilit, invadit, recedit, avolat, nulloque non fungitur munere equi ad omnes bellicas excurſiones, flexuſque, & gyros iterandos diuturno pulvere & peritia moderatorum edocti.

2. Cum verò talem tantamque unicum præ ſe ſpeciem navigium ferat; quid de legitima, quid de numeroſiſſima, cujuſmodi plures maria verberant, claſſe prædicem? Obambulantes merito, imò excurrentes, & tranſvolantes dixeris civitates; vagantes arces, atque huc illuc jactatas, cum illis aotennarum malorumque ſilvis, cum tot turritis puppibus, ac præcipue expanſis turgentium velorum ſinibus, quibus, quaſi magnitudinis roboriſque ſui conſciæ, intumeſcunt. Atqui omiſeram de navium teſſeris, & inſignibus dicere. Feſtus quidem author eſt bello paratarum navium inſigne fuiſſe galeam: earum, quæ ſumma agerentur celeritate petaſum Mercurii: pacificatorias verò eaduceum pro ſymbolo extuliſſe. Id verò inſignium & teſſerarum genus omne, ex quibus ſua fere ſingulæ naves nomina ſortiuntur, in puppi præſertim proraque pictorio opere, vel inauratis cælaturis exprimi obtendique ſolet, Jam bellicarum ſolummodo nomenclaturam ineunti immeabilis earum oboritur ſeries. Ad genus hoc pertinent, de quibus explicatiùs alias diſputavimus; roſtratæ, æratæ, igniariæ, piraticæ, ſpeculatoriæ, tormentariæ, balliſtariæ, catapultariæ, prætoriæ, claſſiariæ: Ad hæc Liburnicæ, Rhodiæ, Ægyptiæ, aliæque innumeræ, a locis populiſque, ubi ſunt exædificatæ, nomen ſortitæ. Ab ordinibus etiam remorum dictæ, biremia, triremis, quadriremis, penteres, hexeres, hepteres, aliæque. Adde dromones, curſorias, celoces, ſeu celetes, & celetia, turritas, ſalcatas, quarum omnium apud præſtantes Authores occurrit mentio: & hæc quidem vides non privatarum eſſe navium nomina, ſed bellicorum ſumma quædam genera ac veluti capita navigiorum. Picturatis verò ornamentis non ſolum, apud Veteres præſertim, ſimulacra navium ſymbolica decorabantur, quales erant effigies in proris arietis, ceti, delphinis, tauri, vel imagines Deorum, Heroumque tutelarium, quæ navibus plerunque dabant nomina; ſed univerſa ferè navium compago imbuebatur. Utebantur verò ad hoc Veteres eo encauſtices genere, quod reſolutis igne ceris, penicillo fiebat. Id autem tum ad ſpeciem pompamque viſu pulcherrimum, tum adversùs lignorum putredinem & vim mordacem ſalſorum fluctuum, idoneum maxime & opportunum habebatur remedium. Hor.t. lib. 1. Od. 14.

Nil pictis timidus navita puppibus
Fidit.

Diſertiſſimè verò Plinius lib. 35. cap. 7. *Ceræ tinguntur iiſdem coloribus ad eas picturas, quæ inuruntur alieno parietibus genere, ſed claſſibus familiari, jam verò & onerariis navibus, quoniam & pericula expingimus, nequis miretur & rogos pingi: juvatque pugnaturos ad mortem, aut certè cædem ſpecioſè vehi.*

3. Tria præcipue requiruntur, ut longinquæ præſertim expeditioni idonea ſit navis, cumprimis verò, quæ bellicas machinas geſtare debet vel exercere: magnitudinis juſtæ modus, levitas & agilitas, & robur materiæ comparatæ. Videndus inprimis ea ſuper re Joannes Schefferus de Milit. Naval. lib. 1. cap. 5. Quod magnitudinem attinet, dubium eſt utrum peccari magis ſoleat in conficiendis nimiæ molis navigiis, an iis, quæ ad juſtam debitamque magnitudinem non perveniant. Id licet in omni navium genere ſit obſervandum, attentiùs tamen ac diligentiùs eſt præcavendum in inſtruenda claſſe & navigiis bellicis compingendis. Quæ legitimam excedunt menſuram nec regi ſatis poſſunt, nec ullo modo ſolent uſui eſſe: obſtat quippe ipſa proce-

ritas

Digitized by Google

ritas corporum & machinarum expeditæ partium exercitationi; ac nihilo ſecius naves, atque ipſa militantium corpora, ſi prægrandia ſuerint, nec agilem ſortiuntur motum, nec oppugnationi ſunt ſatis idoneæ. Idcircò Ariſtoteles Politic. lib. 7. *Navis palmi unius prorſus non erit navis, ut nec duorum ſtadiorum aliqua; quia altera propter parvitatem, altera propter magnitudinem curſum & navigotionem non ſuſtinet*. Quantum verò maritimis conflictibus officere ſoleat ac retardare victoriam enormis quædam & immoderata navigiorum moles teſtatiſſimum fecit claſſis Ægyptia, qua Cleopatra & M. Antonius depugnarunt in mari Actiaco adversùs Romanorum & Auguſti claſſem. Sic autem de illa Florus lib. 4. cap. 11. *Nobis quadringentæ amplius naves, ducentæ non minus hoſtium; ſed numerum magnitudo penſabat. Quippe a ſenis in novenos remorum ordinibus: ad hoc turribus atque tabulatis allevatæ caſtellorum & urbium ſpecie, non ſine gemitu maris & labore ventorum ferebantur: quæ quidem ipſa moles exitio fuit*. Dignum etiam memoratu quod ad Alexandrum dictum eſt apud Curtium lib. 6. *Videſne ut navigia, quæ modum excedunt, regi nequeunt?* Hic quippe etiam, ut ferè in cæteris, compar eſt atque perſimilis conditio navalis terreſtriſque conflictus: ac quemadmodum copiarum numerus ſupra modum legitimi Martis comparatus & eductus ad uſus bellicos flecti circumagique non poteſt; ſic prægrandis & vaſta claſſis ad flexus recurſuſque, alioſque uſus nauticos propter ipſam gravitatem & exceſſum molis invenitur incommoda, ſibique potius, quàm hoſti perniciem affert. Id potiſſimum locum habet, ubi ſuprema neceſſitas fugam, vel itineris expeditiſſimi laborem integrum ſuadet: Adnotavit id Lucanus lib. 3., ubi loquitur de claſſe Maſſilienſium, qui ſuarum navium levitati, & peritiæ gubernatorum confiſi minimo negotio eludebant naves Romanorum graves, & ſuo ipſarum pondere præpeditas.

Sed Graiis habiles pugnamque laceſſere pinus
Et tentare fugam, nec longo frangere gyro
Curſum, nec tardè flectenti cedere clavo.

Quæ verò exiguitate corporis peccant navigia, adhuc damnoſiora ſunt. Vix enim inibi ſatis ſpatii relinquitur ad uſus nauticos, & explicanda machinamenta, & omnis generis arma quibus repentina præſertim indiget oppugnatio, aut defenſio. Piratæ quidem, quibus vis ineſt clancularia, & ad fallendum potius, quàm ad pugnandum moris eſt maria excurrere, parvitatem potius ac levitatem, quàm magnitudinem in ſuis navigiis conſectantur. Sed longè alia eſt ratio congredientium claſſium Marte aperto graduque ſtabili & quaſi ſtatario.

4. Devitabitur damnoſa navium gravitas, ſi primùm omnium habeatur lignorum delectus, quæ non ſunt indiſcriminatim cædenda, nec recens cæſa atque compacta pelagi fluctibus committenda. Etiam in hoc Ulyſſes apud Homerum ſagacitatis ſuæ dedit experimentum, de cujus navibus ſic Poeta.

Jampridem areſactæ ut navigarent leviter.

Nec omittendum illud Cæſaris lib. 1. Bell. Civil. *Noſtri gravitate & tarditate navium impediebantur: factæ enim ſubito ex humida materia, non eundem uſum celeritatis habebant*. Vegetius lib. 4. cap. 35. & 36. præcipit obſervandum præcipue eſſe, ut cædantur trabes poſt ſolſtitium æſtivum: exareſcit quippe iis menſibus humor ingenitus, quo deficiente ligna validius robur accipiunt. Iterum quæ adhuc viridea compinguntur, poſt exudatum nativum humorem contrahunt ſeſe adſtringuntque, & patulis rimis fatiſcunt, quo nullum præſentius aut incommodum, aut periculum ingignitur navigantibus. Ex eodem diſcimus præcidendas arbores a luna quintadecima uſque ad vigeſimam tertiam: aliis nimirum diebus præciſæ cariem progenerant, alioſque vermiculos, quibus exeſæ corroſæque facilè computreſcunt. In arborum verò præcidendarum delectu nonnihil Scriptores variant. Lucanus lib. 3. ilicem, quercum, ornum, alnumque promiſcuas habet:

Procumbunt orni, nodoſa impellitur ilex,
Sylvaque Dodones, & fluctibus aptior alnus.

Abies ex Plinio & Vitruvio minime teredini eſt obnoxia. Indicavit id etiam Vigilius lib. 2. Georg.

caſus abies viſura marinos.

De pinu navibus conficiendis aptiſſime vulgatiſſima ſunt poetarum loca. Catullus in Nupt. Pel.

Peliaco quondam prognatæ vertice pinus
Dicuntur liquidas Neptuni naſſe per undas
Phaſidos ad fluctus & fines Æetheos.

Virgil. lib. 9.

maria ante exurere Turno
Quàm ſacras dabitur pinus.

Cum aliud ſit in navibus carinæ, remorum, & gubernaculi miniſterium, idonea iis, cæteriſque partibus aptanda materies. Notavit id Claudian. lib. 3. de Rapt. Proſ.

Quæ longo eſt, tumidis præbebit cornua velis;
Quæ fortis, clavo potior, quæ lenta, favebit
Remigio, ſtagni patiens aptanda carinæ.

5. Per immenſos pelagi fluctus prætervolans lignum, tentiſque remis, ac velis expanſis modò avium modò piſcium figuram referens, tantopere demirati ſunt primi mortalium, ut ad peregrinum & inuſitatum ſpectaculum obſtupeſcentes, opinatique belluas aut monſtra marina naves eſſe, certarent paſſim ex avibus vel piſcibus eiſdem nomina imponere. Ad hanc formam non equus, ut mythologi tradunt, ſed navigium Pegaſus fuit: alaſque illi Poetæ attribuerunt, quoniam explicata vela, vel potius ſublati remorum ordines alarum effigiem adumbrarent. Docent id expreſsè de Pegaſo Ariſtophanes, & Artemidorus. Phœnix etiam nulla certe avis fuit; planèque commentitium eſt, quod de eadem in odoramentis, & peregrinis olentibuſque herbis aut truncis nidificante proditur. Tyrii Phœniciç ſunt populi; qui cum ad varia aromatum genera convectanda quotannis inſulas Indiæ proficiſcerentur, anſam fabulatoribus præbuere, ut Phœnicem volucrem ſingulis exſtructa odoramentis pyra reviviſcentem ſæculis nobis intruderent. Tradit id Fullerus Miſcell. Sacr. lib. 4. cap. 20. *Caſiam in avium nidis & privatim Phœnicis apud Arabes tradunt reperiri. Quod occultè innuere videtur Tyriorum (nam & hi Phœnices ſunt) navigia ex remotiſſimis Indiæ inſulis aromata in ſinum Arabicum deferentia*. Inſuper Gryphes ſeu Gryphi aves, qui aurum dicuntur cuſtodire in fodinis Indicis Scythiciſque, ſi larvam illis fabuloſi integumenti excutiamus, deprehendentur omninò fuiſſe naves, quibus Gryphi populi pretioſiſ-

tioſiſſima quæque ex Indiæ regionibus onerabant aſportabantque. Optimè animadvertit Servius ſummam quandam intercedere affinitatem inter motum navium, aviumque, & reciprncum eſſe ordinem alarum atque remorum. Virgil. Georg. lib. 4. apibus natatum attribuit:

Hinc ubi jam emiſſum caveis ad ſidera cæli
Nare per æſtatem liquidam ſuſpexeris agmen,
Obſcuramque trahi vento mirabere nubem;
Contemplator:

Idem lib. 6. Æneid. alas Dædali vocavit remigium:

Redditus his primum terris, tibi, Phœbe, ſacravit
Remigium alarum.

Ad eandem cum navibus ſimilitudinem formæ curſuſque piſces & ceti veniunt. Quæ nimirum in piſcibus ſunt extantes pinnæ, id in navigiis remi; caudæ verò piſcium gubernaculi agilitatem, & quoquoversùs ſeſe flectendi dexteritatem imitantur. Hinc ſi denudare pergas involucrum fabulæ, quo Andrnmeda ceto objecta fingitur, plane invenies cetum illum navem fuiſſe a Neptunn immiſſam ad puellam diripiendam: neque aliud eſt, ut ſcribit Hyginus, prope fuiſſe ut a ceto eadem devoraretur, quam quod in ventrem, vel potius concavitatem navis conjicienda illa eſſet, ut ad Neptunum inſulæ Regem enavigaret. Nec a forma ſolummodo, vel piſcium depictorum inſignibus appellationem ſuam duxere naves, ſed ipſis antiquitùs fuit piſcibus navigatum. Satis id docemur a fabula Arionis a delphine vectati, aliiſque non paucis, quæ fusè exponuntur a Plinio, Gellio, & aliis Scriptoribus. Sed & emortui piſces, eorumque exuviæ, ſpolia, & cruſtæ naviginrum præſtitere uſum. Teſtudines præſertim id olim commodi exhibuere navigantibus. De his ita ſcribit Diodorus Siculus lib. 3. *Habent teſtudines eximia magnitudine, nihil piſcatorum lembis minores, quarum cruſtis, ut quæ ſcaphæ formam habent, commodum utuntur, & in continentis oras aquandi cauſâ iis navigant.* Idem tradit Strabo lib. 16., & Plinius lib. 9. cap. 10. Photius autem de teſtudinum copia, quæ inter Sporades Ægæi maris inſulas enaſcuntur, & earum utilitate multiplici ita ſcribit: *In circumfuſo pelago teſtudinum copia naſcitur. Gurguſtia in editis locis inde coagmentant, ad navigationis præterea uſum & aquationis transferunt. Quo fit ut res eadem navis, domus, vaſis, & alimenti hominibus illis uſum præbeat.* Non abs re fuerit Ægyptiorum etiam indicare naves teſtaceas, fictaſque ex luto, quas memorat Strabo lib. 17., & Juvenalis indigitat Satyr. 15.

imbelle & inutile vulgus
Parvula fictilibus ſolitum dare vela phaſelis,
Et brevibus pictæ remis incumbere teſtæ.

Enimverò ab initiis tam exilibus ad hanc demum proceritatem vaſtitatemque navigiorum progreſſum eſt, quibus hodie explicatiſſimam pelagi faciem audacter proculcamus atque contegimus. Licet verò exemplum fabricandæ navis a piſcibus ductum fuiſſe nonnulli ſcripſerint: ab eorum nempe dorſo carinam inflexam, a capite proram directam, a cauda verò temonem, a branchiis remos acceptos; Heſiodus tamen, qui vela dixit navium alas, ab avibus potiùs mutuatam indicat figuram navium. Roſtra certè ductum ab avibus vocabulum nunc etiam retinent. Vide *Navigatio*.

Naves bellicæ. Quoniam non terrâ ſolùm, ſed etiam mari bella & dimicationes exercet ambitio mortalis, idcircò ad uſum bellicum varii generis aptata navigia, quæ figurâ, mole, cæteroque apparatu diverſa, alia aliis temporibus, pro vario ætatum uſu, inventa ſunt atque compacta. Hinc navigia, elata turribus, inſtructa militibus, clavo etiam, velis, & rudentibus ornata, aquaticos elephantes nonnulli dixerunt. Quanto magnificentiæ ſtudio atque adeo ambitione certaverint antiqui Reges aliquot in adornandis bellicis navigiis, omnique paratu, armamentiſque inſtruendis, ſatis fuerit indicare propoſita tibi, Lector, deſcriptione navis, quam extruxit Ptolemæus Philopator. Sic autem illa deſcribitur a Plutarcho: *Poſtea tamen quadraginta ordinum navem ædificandam curavit Ptolemæus Philopator, in longitudinem quidem productam ad cubitos ducentos octoginta: altitudine autem ad ſummitatem uſque navis, duodequinquaginta cubitorum. Inſtructa autem erat quadringentis nautis, extra remiges, qui quater mille numero erant. Capiebat præter hos navis in aditibus unà & cataſtromate armatos milites paulò minus ter millenis. Verùm ſolam hæc navis ſui ſpectationem exhibuit ab immobilibus ædificiis parum admodum differens.* Ejuſdem navis deſcriptionem habemus prolixè adhuc magis atque diſtinctè apud Athenæum lib. 5. *Quadraginta ordinum navem conſtruxit Philopator, quæ in longitudinem haberet octoginta ſupra ducentos cubitos, octo autem & triginta in latitudinem ab aditu in aditum, in altitudinem autem uſque ad ſummitatem & oram navis, quod acroſtolion dicunt, octo & quadraginta cubitos habebat, a ſummitate autem extrema puppis ad eam partem, quæ mari alluitur, tres & quinquaginta cubitos: gubernacula autem habebat quatuor, ſingula in longitudinem triginta cubitorum, remos verò longiores octo & triginta cubitorum: qui propterea quòd plumbum haberent in capulis, & quod ad interiorem partem graviores eſſent libramento, uſui habiles ad remigandum erant. Fuit præterea duplici prora, duplicique puppe, roſtraque ſeptem habebat: quorum unum quidem extabat: quædam autem contractiora erant, minoraque, nonnulla verò ad epotidas erant collocata. Zonas autem perpetuas habuit duodecim, quarum quæque ſexcentorum erat cubitorum. Erat autem mira & egregia ſymmetria: admirabilis præterea & alius navis ornatus, ad cujus proram & puppim erant expreſſa animalia non minora duodecim cubitorum, & in omni parte multiplici ceræ pictura variegabatur. Tota verò ab ea parte, qua remi collocati erant, uſque ad carinam ipſam in habitu thyrſos habebat, cum perpetuis hederæ foliis. Multus autem erat & armamentorum ornatus, quibus inſtruebantur partes, ut quæque eis indigebant. Cum autem experimenti cauſa deduceretur, ſuſcepit remiges plures quatuor millibus, ad reliqua autem miniſteria quadringentos. In cataſtromate verò & aditibus habuit propugnatores bis mille octingentos quinquaginta, præter magnam multitudinem hominum, quæ ad juga erat: magnam præterea vim continebat rei frumentariæ. Deducta autem fuit initio ab Eſcario quodam, qui eam navem compegiſſe dicitur materia quinquaginta navium quin-*

que-

Digitized by Google

queremiam. Deducebatur autem a turba cum magno clamore & tubarum ſonitu. Poſtea verò quidam e Phœnicia excogitavit deductionem ducta foſſa æquali navi longitudine, quam ad portum fodiendam curavit.

2. Sua etiam prætendebant munimenta ab excitatis turribus, ut dicunt, ad libram: eas autem tum ad proram, tum ad puppim ſuperædificabant, ut tradit Appianus de Bell. Civil. Veget. lib. 4. cap. 44. *In majoribus etiam liburnis propugnacula turreſque conſtituunt, ut tanquam de muro, ita de excelſioribus tabulatis facilius vulnerent, & perimant inimicos.* Ex Dione habemus, Antonianos turritis puppibus dimicaſſe adversùs Auguſtum in Actiaca navali pugna, quod etiam commemoravit Virgilius lib. 8.

pelaga credas innare revulſas
Cycladas, aut montes concurrere montibus altos:
Tanta mole viri turritis puppibus inſtant.

Taſſus Gieruſ. Can. 16.

Svelte notar le Cicladi direſti
Per l'onde, e i monti co i gran monti urtarſi:
L'impeto è tanto, onde quei vanno e queſti
Co' legni torreggianti ad incontrarſi.

Conſtat idem ex Cæſare lib. 3. de Bell. Civil. *Atque alteram navem, quæ erat ad cuſtodiam ab Acilio poſita, pluribus aggreſſus navibus, in quibus ad libram fecerat turres.* De iiſdem etiam Plinius lib. 32. *Sed armatæ claſſes imponunt ſibi turrium propugnacula, ut in mari quoque pugnetur, velut e muris.* Sunt autem qui Ægyptios adversùs Auguſtum cum Antonio & Cleopatra pugnaturos, primos omnium inveniſſe ſcribant uſum turrium in navibus. Verùm eos latiſſimè falli conſtat ex verbis Servii ad illud Virgilii, *turritis puppibus inſtant*, ubi ille hæc habet: *Hoc de Hiſtoria traxit. Nam Agrippa primus hoc genus turrium invenit, ut de tabulatis ſubitò erigerentur, ſimul ac ventum eſſet in prœlium, turres hoſtibus improviſæ, in navigando eſſent occultæ.* Ubi vides, & memorato bello navali antiquius fuiſſe inventum, & eas inſuper navium turres non fuiſſe ſtabiles uſuique perpetuo defixas, ſed operæ ſubitariæ: habebant ſiquidem paratas trabes & aſſares, quibus eas pro rei opportunitate confeſtim excitarent, eaſdem poſtea demolituri, ne hoſtibus pateſcerent. Verbis Servianis multum lucis aſpergit Cæſar lib. 1. de Bell. Civil. ubi non ſolùm rem manifeſtam facit, ante bellum navale Actiacum, turritas naves in uſu fuiſſe apud Romanos, verùm etiam earum uſum, & ordines ad bina & terna tabulata ſeu contignationes, exponit: *Alias deinde pari magnitudine rates jungebat, has terra atque aggere contegebat, ne aditus atque incurſus ad defendendum impediretur: a fronte, atque ab utroque latere cratibus, ac pluteis protegebat. In quarta quaque earum turres binorum tabulatorum excitabat, quo commodius ab impetu navium, incendiiſque defenderet. Contra hæc Pompejus naves magnas onerarias, quas in portu Brundiſino deprehenderat, adornabat. Ibi turres cum ternis tabulatis erigebat, eaſque multis tormentis, & omni genere telorum completas ad opera Cæſaris appellebat.* De armis & armamentis, cæteroque paratu bellico, quo naves ſolebant inſtrui, ſparſim multa diximus ubi de armis & machinis. De bellicis incendiariis conſule Titulos *Naves Incendiariæ*, & *Cuniculi*.

3. Bellicum navigium peregrini operis cum turri ſuperpoſita ad oppugnandum inſtructiſſima commenti ſunt Antuerpienſes ad ſubruendum pontem adversùs Antuerpiam conſtructum ab Alexandro Farneſio. Eam machinam ſic deſcribit Famianus Decad. 2. lib. 6. Bell. Belgic. *Id erat inuſitatæ magnitudinis & formæ navigium; cujus fundamentum pontonibus non abſimile, trabibus in modum cratis ita contexebatur, ut relicta inter eas trabes ſpatia, a vacuis doliis complerentur, ſuſtineretur que faciliùs imponenda moles. Porrò trabes & dolia craſſis, piceatiſque tabulis supernè conſtrata planum carinæ ſolum æquabant, lateribus quaquaversùm communitis lorica impenetrabili, ac denſo ordine muralium tormentorum. Super hanc verò navim, ſolido tabulato tectam, navis attollebatur altera in caſtelli ſpeciem, figuræ propemodum quadratæ, qua claſſiarii vehebantur circiter mille, ſclopis plerique majoribus armati, præter eos, qui aut in inferiore occultabantur navi, aut in ſublimium malorum corbibus, plumbeam velut e nubibus grandinem emiſſuri viſebantur. In hujus autem effectu navigii, quo nullum aut operoſius aut impenſius Antuerpiæ fabricatum eſt, ſiquidem menſes in ea ſeptem inſudatum, nec minùs centum florenorum millibus inſumptum ferunt, haud dici facile poteſt, quantum fiduciæ repoſuiſſe viſi ſint Antuerpienſes; adeout circum portentoſam illam, mobilemque arcem, admirabundi, deque ſucceſſu jam ſecuri, nomen ei Finem Belli, jactantiùs indiderint, & manare ad hoſtes confidentiam nominis conſultò voluerint.*

4. Ut autem dignoſci invicem poſſent navigia non modò propria inſignia & tutelas habebant, ſed inde privatas appellationes. Virgil. lib. 10. quædam commemorat in recenſione navium, quæ Ducem Æneam ex Etruſca regione ſequebantur:

Maſſicus ærata princeps ſecat æquora Tigri.

Ubi tigris inſculpta ornamentum ſimul roſtro præbuit, navique inſigne & nomenclaturam. Ea verò de Abantis navi:

Una torvus Abas: huic totum inſignibus armis
Agmen, & aurato fulgebat Apolline puppis.

Cælatus nimirum ibi Apollo, vel depictus tutelam navi præſtabat & nomen. Sed & alia Centauri nomine recenſetur a Cycni filio ducta:

Filius æquales comitatus claſſe catervas
Ingentem remis Centaurum promovet.

Sed & alia Auletis, cui nomen Triton indidit:

Hunc vehit immanis Triton.

Græcas verò naves ex inſularum nominibus liquet nomen plerunque habuiſſe. Hinc Samena a Samo inſula, Parona ex Paro, Corcyrion ex Corcyra. Ad hæc Afracta Rhodiorum, & Dycrota Mitylenæorum referuntur a Tullio ad Atticum lib. 5. Epiſt. 11. Vide Titul. *Navis III.* Certaminis etiam indicandi, & implorandæ opis habebant ſigna. Præcipuum id verò fuit ſublatum ex Prætoria vexillum. Liv. Dec. 4. lib. 7. *Et circumveniſſent, ni ſigno ſublato ex Prætoria nave, quo diſperſam claſſem in unum colligi mos erat, omnes quæ in dextro cornu vicerant naves, ad opem ferendam ſuis concurriſſent.* Athenienſes punici coloris chlamydem extuliſſe leguntur in pugnæ ſignum adversùs Lacedæmonios. Fumo præterea interdiù indicia promebant, igne per noctem. De fumo Cæſar de Bell. Gallic. lib. 5. *Tum fumi incendiorum procul videbantur, quæ*

res

Digitized by Google

res omnem dubitationem adventus legionum expulit. De igne verò Polybius lib. 2. *Cognito Conſulis adventu,id enim per nocturnos ignes intelligebatur*, Thucydides lib. 2. Belli Peloponneſ. *Levati ſunt ignes Athenas verſùs, adventum hoſtium ſignificantes.* Et lib. 3. *Faces hoſtilis adventus in dies Thebas verſùs ſublatæ ſunt.* Æreo ſublato clypeo e navi aggreſſionis ſignum Lyſandrum dediſſe narrat Plutarchus in ejus vita, Vide *Naves incendiariæ*, & *Cuniculus*.

Naves dissolubiles. Vide *Pons*.

Naves fluviatiles. Occurrunt apud Tacitum lib. 2. Annal. *Naves fluviatiles non a puppi ſolùm, verùm etiam ad proram gubernacula habentes.* In uſu eas fuiſſe apud Byzantinos, author eſt Dio in Severo. Uſus erat, ut repente converſo remigio expeditiùs ſe ſubducere poſſent in pugna navali, & quo vellent appellere. Illud verò occurrit inprimis memorabile, quod legitur apud Livium dec. 1. lib. 10. de Cleonymo Spartanorum Duce, qui cum præmagna & validiſſima claſſe Adriaticum mare ingreſſus,fœdiſſimum in modum fuſus fugatuſque fuit a Patavinis, ſummo animo atque ferocia depugnantibus ex navibus, quas in amne Meduaco paraverant & inſtruxerant. Fluviatilium quippe navium beoeficio & opportunitate obnixi Patavini, hoſticis navibus ad fluvii fauces incenſis pręmagnâ prędâ, majore gloria ad ſuos reverſi ſunt. Inſtitutum etiam ab iiſdem victorię monumentum io ipſo flumine, oppidum interluente. Sed rem memorabilem, ipſis Livii verbis licet exponere: *Ita in medio circumventi hoſtes, cæſique. Pars capti claſſem indicaut, regemque Cleonymum tria inde millia abeſſe. Ibi captivis proximo vico in cuſtodiam datis, pars fluviatiles naves, ad ſuperanda vada ſtagnorum aptè planis alveis fabricatas, pars captiva navigia armatis complent, profectique ad claſſem, immobiles naves, & loca ignota plusquam hoſtem timentes circumvadunt: fugienteſque in altum, ac nuſquam repugnantes uſque ad oſtium amnis perſecuti, captis quibuſdam, incenſiſque navibus hoſtium, quas trepidatio in vada intulerat, victores revertuntur. Cleonymus vix quinta parte navium incolumi, nulla regione maris Adriatici proſperè adita, diſceſſit. Roſtra navium, ſpoliaque Laconum in æde Junonis veteri fixa, multi ſuperſunt qui viderunt. Patavii monumentum navalis pugnæ eo die, quo pugnatum eſt, quotannis ſolemni certamine navium in flumine oppidi medio exercetur.* Conficiendis etiam pontibus & copiis armatorum trajiciendis fluviatiles naves Marti deſerviunt. Verùm de his ſatis diximus opportuniore loco. Vide *Luſoriæ*, & *Riparienſes*.

Naves incendiariæ. Notum eſt naves bellicas oon cæteris modo machinamentis ad prœliandum idoneis, ſed organis inſuper & jaculis ignem quomodolibet afferentibus inſtrui. Non hîc de hujus generis navigiis ſermonem inſtituo; verùm de iis, quæ ſolius ignis vi & impreſſione claſſibus aut urbibus ſunt exitioſa. Ex hoc numero primum ſunt, quæ non milite, aut claſſiariis, ſed ſolis exſaturantur receptaculis cvibraodorum ignium, & incendii diſſeminandi. Non incendendis modò hoſtium claſſibus, verùm etiam molitionibus lapideis, atque adeo urbibus ipſis diruendis ejuſmodi navium uſus crebreſcit. Quę hujus ſunt generis inſtruuntur ollis majoribus impendio ponderoſis, compactiſque ex ferro ſectili teſſellato; ut in ædificia proruentes poſtremo diſſolvantur, & in diſperſa latè fruſta diſſiliant. Frequentius tamen ferreis glandibus, talis, clavis, catellis, aliiſque ferramentis, & gravioris miſturæ farcimine juxta præſcriptiones machinariorum exſaturari ſolent. Inſiſtunt autem præaptatis baſibus, ſive loculamentis, quæ opportuoo vocabulo mortaria vocamus. Duriſſimam hæc ſolidiſſimamque ex ære ſelecto materiam depoſcunt; eam verò capacitatem ut a labro extantes ollas ſuſtinere poſſint; utque majorem concipiant impetum, ea etiam tormentario pulvere oppleri, & quaſi concamerari ſolent. Subſtruitur iis, ubi globis proxima ſunt, bumens argilla ad explendos hiatus, rimaſque occludendas; nullo ad evaporandum ſpiramento relicto, ut nimirum in unum collecta vis incluſæ peſtis acerbiùs & pernicioſiùs feratur, atque deſæviat. Ars verò libratorum in eo vertitur, ut tota hæc machina ſic inclinetur ubi explodendus eſt globus, ut juſtam habeat dimenſionem cum propoſita ſibi ad quaſſandum evertendumque loci diſtantia. Sic autem ejuſmodi naves ſunt compactæ, ut unicum habeant munimentum, quod præſidio ſit atque cuſtodiæ incluſis mortariis. Munitio autem illa ad oras oavium lorica eſt conſerta trabibus, opere lateritio expletis intervallis. Tutiſſimum illæ ſunt navigiorum genus: a fronte ſiquidem, terraque hoſtili, immunes redduntur intercapedine atque diſtantia loci, cujus beneficio ad illas non perveniunt, niſi interdum admodum languida, arcium tormenta miſſilia: cum exploſæ contra ab illis ollæ certo meditatoque ictu ingentique cum robore ac vehementia ferantur ad deſtinata loca. Nullus verò eiſdem a tergo metus. Ita enim diſponuntur, ut claſſem ſociam milite tormentiſque inſtructiſſimam, ad ipſarum cuſtodiam & tutamentum a tergo expanſam habeant. Hoc inſuper incommodo noſtro ævo laborant ſcilicet urbes maritimæ; quemadmodum miſerabili experimento ſæculo elapſo Ruſcurrum, vulgo Algerium, oppidum in Africæ ora prænobile, & Janua nobiliſſima Italiæ civitas didicerunt. Et hæc innuere ſatis fuerit de eo genere navium incendiariarum, quæ nominantur *Pallandre*. Longè diverſi operis atque ſtructuræ ſunt, quas appellamus *Brulotti*. Hæ ſiquidem noo tam ollis illis pręgrandibus muniuntur, quàm ipſę exitiabile ſunt & portatile incendium. Nimirum exſaturatę infartęque materiâ aptâ ad ignem illicò concipiendum, ac nitrato pręſertim pulvere, immenſo quodam impetu ad invadenda & arripienda hoſtium navigia deferuntur. Iis verò impreſſione validiſſima adhęrentes, ubi primùm ignem concipiunt, in modum grandinis ac tempeſtatis diſruptæ quaſſatęque ſic omnia flammis occupant, & involvunt, ut ex uno in aliud navigium tranſvolante flamma, nihil faciliùs ſit, quàm earum pauciſſimis integras claſſes incendi, brevique temporis ſpatio perire funditùs molitiones luſtris laborantibus immenſoque ſumptu comparatas. Supervacaneum juxta atque odioſum eſſet commemorare quot millia funerum in rationes Libitinę venerint a Tartareis hiſce navibus, & inauſpicatis atque teterrimis poſt homines natos ſęvitię portentis, quę non publica duntaxat ſupplicatione & majoribus hoſtiis ex

He-

Digitized by Google

Hetruſca diſciplina veterum haruſpicum averruncari, ſed in os Erebi voraginoſum dejici, & perire quod ajunt funditùs, humanitatis interſit. Gratulari mihi ex animo liceat veteris militiæ genio, qui perniciem, urbium excidio natam, feliciter ignoravit. Vide *Caniculi 6. & ſeq.*, *Organum Diaboli & Olla*.

2. Etiam ab antiquis ruditer quidem, ſed tamen acerrimè igne miſſili fuiſſe certatum oſtendunt pugnæ navales non ita paucæ: inſtar omnium tamen fuerit, quæ ab Antonio & Cleopatra adversùs Auguſtum commiſſa eſt in mari Actiaco. Cum diu ancipiti Marte ibi eſſet depugnatum, poſtremò Auguſtus diſiecit feliciſſimè claſſem hoſticam, incredibili vi miſſilium ignitorum in eandem jacta. Tetigit id Horat. lib.1. Lyric. Od.37.

ſed minuit furorem
Vix una ſoſpes navis ab ignibus.

Tetigit idem Florus lib.4. cap.11. *Singulas plures adortæ miſſilibus ſimul cum roſtris, ad hoc ignibus jactis, ad arbitrium diſſipavere.* In ejuſdem pugnæ deſcriptione idem indicare non prætermiſit Virgilius lib.8.

Stupea flamma manu, teliſque volatile ferrum
Spargitur.

Ubi acutè Ludovicus de la Cerda obſervat non confusè, ſed diviſim accipienda eſſe verba Virgiliana, ut ſententia eorum ſit, eò ad ultimum deveniſſe navalem conflictum, ut Antoniani quidem ferreis duntaxat jaculis, Cæſariani verò nonniſi immiſſis ignibus congrederentur. Conſtat autem Antonium ſagittis ſolum jaculiſque ferreis in eo prœlio fuiſſe uſum. Nam ſi igne etiam jacto certaſſet, non omiſiſſet id etiam prædicare in allocutione illa, quam habuit ad ſuos milites apud Plutarchum, ex qua hæc ſeligo: *Nunc autem cum tot ſagittarii, & funditores in eis navigent, & præterea ex turribus e loco ſuperiore tela jacere, & impetum hoſtium arcere poſſint, poteritne quiſquam illorum nobiſcum congredi, & ad naves noſtras accedere? quod ſiquis acceſſerit, nonne multitudine remorum obruetur? nonne & de navium noſtrarum tabulatis, & de turribus jaculis appetitus merſabitur?* Auguſtum verò in ejus prœlii exitu nonniſi jaculatis ignibus ad victoriam contendiſſe, præter allata teſtimonia Virgilii, Horatii & Flori, teſtatiſſimum reddit Dio. Quoniam autem nullus Hiſtoricorum eo Scriptore graviùs & exactiùs memorabilem illam concertationem expoſuit atque adeo quoniam ibi ollarum ignearum diſertè injecta mentio legitur, eum locum hìc ſubjicere erit operæ pretium. In hæc autem verba Latinè illum reddidit Bayſius de re Navali: *Quum itaque diutiùs pari Marte dimicarent; Cæſar dubius quid ſibi agendum foret, juſſit e caſtris ſibi ignem comportari. Neque enim antea eo uti voluerat, ſibi ſuiſque prædam ſervare cupiens. Tunc autem proſpiciens aliter victoriam ſe conſequi non poſſe, ad illud tanquam extremum auxilium deſcendit. Ibi verò genus aliud pugnæ videre erat. Iſti enim ſimul undecunque adnavigantes, in adverſarios tela ignita conjiciebant, faceſque ardentes emittebant: complures ollas etiam carbone piceque refertas eminus machinis jaculabantur. Illi autem, ut ſingula quæque poterant, detrudebant. At ubi ea tela in materiam & ligna inciderant, flammamque multam utpotè in navi excitaverant, primùm quidem ad ea extinguenda, aqua dulci quam potùs gratia comportabant, utebantur: nonnullaque ea ratione extinxerunt. Ubi verò illa conſumpta eſt, hauriebant aquam marinam: & quà ea multa & abundanti uſi ſunt, ignem aqua vi cohibuerunt. Quum autem non poſſent ubique id præſtare, neque enim multa, neque ea ipſa ingentia habebant inſtrumenta ad aquam hauriendam, vaſaque adeo ipſa propter trepidationem ſemiplena hauriebant. Quare non ſolùm nihil proficiebant, ſed ignes præterea irritabant. Aqua enim ſalſa maris, ſi ſenſim in flammam infundatur, vehementer ipſam excitat. Poſtquam igitur & hac in re inferiores ſe vident, veſtem multam, quæ craſſior habebatur, ipſaque adeo ſuorum cadavera in ignem injiciebant: & eo modo per aliquod tempus ab his ignis prohibitus eſt, viſuſque remitti. Poſtea verò ingruente ſæviſſimo vento, in majus reſplenduit, tanquam ab iis ipſis excitatus: & interea dum pars aliqua navis conflagrabat, nonnulli eorum propiùs ad ignem accedentes, in ipſum inſiliebant: armamentaque ipſa & navis inſtrumenta alii conſcindebant: alii deferebant, ut conjicerent partim in mare, partim in ipſos hoſtes, ſiquo pacto illis nocere poſſent. Nonnulli autem ſecedentes ad eam navis partem, quæ vacua ab incendio erat, manus ferreas, haſtaſque longas, ſi quando aliàs, expediebant, ut adverſariorum navem aliquam arripere, ad ſeque alligare & copulare poſſent, & in eam ſeſe dejicere: quod ſi id negaretur, illam ſaltem ſimul incenderent. Ubi verò vident nullos ad ſeſe appropinquare, id enim ſumma ratione cavebant, ignem autem jam utraque latera devoraſſe, in fundumque navis pervaſiſſe, hic exempla graviſſima ab ipſis edita ſunt. Aliqui enim eorum, præcipueque nautæ ab ipſo fumo, priuſquam flamma circumvenirentur, ſuffocabantur: alii in ipſa media flamma, ceu in fornace comburebantur: alii autem, priuſquam id paterentur, ſemiuſtulati abjectis armis ſauciabantur ab eminus ferientibus: alii in mare ſeſe præcipitantes ſubmergebantur: alii ab ipſis hoſtibus oppreſſi demergebantur, vel etiam ab ipſis belluis marinis dilaniabantur. Soli tolerabili caſu, ut in tali facto, occubuere, quibus datum eſt, ut antequam tale quidpiam paterentur, ſeſe mutuis vulneribus confoderent, aut ſibi ipſi mortem animo præſenti, nullum alium perpeſſi cruciatum afferrent: quorum cadavera in ipſis ardentibus navibus, tanquam in rogo combuſta ſunt. Quæ cum viderent Cæſariani antea quidem, quandiu aliqui eorum ſe defendere potuerunt, propiùs accedere verebantur. Ubi verò ignis jam fere naves ipſas conſumpſerat, ipſique Antoniani neque ſibi præſidio eſſe, nedum quidquam moleſtiæ adverſariis inferre poterant, tunc magno ſtudio ſummaque alacritate ad eos adnavigabant, ſiquo pacto prædam ſervare, ipſumque ignem extinguere, quem ipſi intulerant, poſſent. Unde & multi eorum ab ipſa flamma circumventi, ipſiſque ardentibus tabulis & armamentis cum ſuis navibus prorsùs interiere.*

3. Auguſtanas incendiarias naves, earumque uſum apud Romanos longa annorum intercapedine præceſſit Tyriorum navis, ſulphure, reſina, pice, bitumine, atque alia ad ignem facilè concipiendum idoneâ materiâ a Tyriis olim compaginata. Adversùs aggerem, ad Tyrum intercludendam, ductum ab Alexandro talem tantam-

que ſtragem dedit & propagavit in immenſam latè perniciem diſſiliens navis, ut breviſſimo temporis ambitu ſeptum illud & clauſtrum diuturno labore confectum ſuis ex omni parte denudatum munimentis dirueret. Ea res in hunc modum exponitur a Curtio lib. 4. *Inter hæc Tyrii navem magnitudine eximia, ſaxis, arenaque a puppi oneratam; itant multum prora emineret, bitumine ac ſulphure illitam remis concitaverunt. Et cum magnam vim venti vela quoque concepiſſent, celeriter ad molem ſucceſſit. Tum prora ejus accenſa remiges deſiluere in ſcaphas, quæ ad hoc ipſum præparatæ ſequebantur. Navis autem igne concepto latiùs fundere incendium cœpit: quod, priuſquam poſſet occurri, turres & cætera opera in capite molis poſita comprehendit: At qui deſiluerant in parva navigia faces, & quidquid alendo igni aptum erat, in eadem opera ingerunt. Jamque non modo Macedonum turres, ſed etiam ſumma tabulata conceperant ignem: cum ii, qui in turribus erant, partim haurirentur incendio, partim armis omiſſis in mare ſemetipſi immitterent. At Tyrii, qui capere eos, quàm interficere maluerunt, natantium manus ſtipitibus, ſaxiſque lacerabant, donec debilitati impunè navigiis excipi poſſent. Nec incendio ſolùm opera conſumpta; ſed fortè eodem die vehementior ventus motum ex profundo mare illiſit in molem, crebriſque fluctibus compages operis verberatæ ſe laxavere, ſaxaque interluens unda medium opus rupit.* Exitialis eadem machina quemadmodum ab Arriano deſcribitur, operæ fuerit intelligere: *Tyrii contra hujuſcemodi quid machinati ſunt; navem hippagogam aridis ſarmentis, aliaque materia, quæ facilè ignem concipit, onerant. & malis duobus ad proram erectis, quamlatiſſimè poſſunt, in orbem circumſepiunt, ut faſces & faceſque quamplurimas capiant. Ad hæc picem & ſulphur, aliaque ad excitandam ingentem flammam accommoda accumulant. Præterea ad utrunque malum binas antennas extenderant, atque ex iis in lebetibus ſuſpendunt, quæcunque aut infuſa, aut immiſſa vehementer flammam augere poſſent. Dehinc omnia nautica inſtrumenta in puppim transferunt, ut eorum pondere gravata puppis, proram altiùs erigat. Dein obſervato vento, qui aggerem versùs ſpiraret, navem triremibus alligatam in mare protrahunt. Poſtquam verò moli turribuſque appropinquaverunt, immiſſo in materiam igne, quanta maxime vi poſſunt, navem triremibus protrahentes, ad molis caput, impellunt. At qui in navi jam ſuccenſa erant remiges, facilè enatarunt. Interea ingens incendium turres comprehendit, & antennæ confractæ, quæcunque ad augendum incendium præparata erant, effundunt.*

Naves longæ. Longę a Scriptoribus naves dictę, quę remis incitabantur, quorum uſus non erat in onerariis. Nihil putantur differre a biremibus, quę duplici remorum ordine agebantur. Militares omninò erant, ac ferè a Scriptoribus diſcretę ſemper ab onerariis. Appian. de Bell. Civil. *Per hyemem onerariis inde receſſit; paucæ enim, quas habebat, longæ naves Sardiniæ, & Siciliæ præſidio erant.* Cic. Epiſt. Famil. lib. 12. *Sex. Marius, & C. Titius legati Dolabellæ a claſſe diſceſſerunt, navique longa profugerunt onerariis relictis.* Cæſar Comment. lib. 4. *Quad ubi Cæſar animadvertit naves longas, quarum & ſpecies Barbaris erat inuſitatior, & motus ad uſum expeditior, paululùm removeri ab onerariis navibus & remis incitari, & ad latus apertum hoſtium conſtitui, atque inde fundis, tormentis, ſagittis hoſtes propelli ac ſubmoveri juſſit.* Plura de navibus longis teſtimonia vide apud Bayſium de re Navali. Nihil differre naves longas ab iis, quas Græci dixerunt Dicrota, Criticorum diligentiſſimi ſtatuunt. Earum inventorem fuiſſe Iaſonem teſtatur Philoſtephanus apud Plinium lib. 7. Herodotus tamen & Diodorus Siculus longæ navis inventum referunt ad Seſoſtrim Regem Ægyptiorum, qui ejus generis navigiis Erythræos ad deditionem redegerit. Alii item Scriptores mira contentione ad alios trahunt longæ navis inventionem, quos vide apud Gyraldum lib. 1. de Navigiis.

Naves onerariæ. Licet a bellicis diſcernantur, & oneribus vectandis duntaxat ſerviant, ut ipſo earum exprimitur nomine, nihilominus multis de cauſis tituliſque ad bellicam faciunt tractationem. Nam ſicut in terreſtri bello non milites duntaxat Duceſque, eorumque arma & inſignia, ſed ipſa nihilo ſanè minus copia carrorum, curruum, & equorum; ad hæc ſarcinæ militares, convectiones commeatuum, & omnis generis impedimenta ſtudioſè conſiderantur; ad conſimilem planè modum in bello navali non recenſendæ expendendæque ſolummodò ſunt militares naves, verum etiam onerariæ, quæ ſunt quædam quaſi claſſium impedimenta, quibus annona, reliquique commeatus, machinæ, equi, atque adeo milites ipſi convehi ſolent. Neque enim hic de iis agimus onerariis, quæ commercii propagandi gratia, in tranquillitate & otio pacis ultrò citroque merces comportant ac diſtrahunt: verùm de iis, quæ vel obſeſſis urbibus, vel ipſis copiis militaribus, quæ bellicis feruntur navigiis, alimoniam, arma, ſupplementa militum inferunt. Eam illæ ob cauſam minimùm ſegregari ſolent a bellicis; nec ſine harum ductu & tutela in periculo verſantibus, aut rerum inopia laborantibus oppidis, recentem militem, equos, arma, & quæcunque demum neceſſitas poſtulat, ſubminiſtrant. De oneraria Cic. 6. Verr. *Negent iſti onerariam navem maximam ædificatam eſſe Meſſanæ; negent ei navi faciundæ Senatorem Mamertinum publicè præfuiſſe.* Liv. Dec. 3. lib. 7. *Naves, quas Livius tutandis commeatibus habuerat, partim machinationibus onerat, apparatuque mœnium appugnandorum; partim tormentis & ſaxis, omnique telorum miſſilium genere inſtruit, onerarias quoque, non eas ſolùm, quæ remis agerentur.* Per quæ verba etiam diſcimus onerarias & bello inſervientes velis incitari ſolitas, cum iis fere careant onerariæ & quæ commercii cauſa maria tranſcurrunt. Ex ea onerariarum cum bellicis conjunctione fit, ut frequenter legamus, poſt navalium prœliorum exitus, onerarias in prędę partem victoribus ceſſiſſe. Appianus lib. 5. de Bell. Civil. *Cepit binas, ternaſque præſidiariarum onerariarumque eas quæ frumentum portabant, & in ſtatione erant: eas autem quæ præternavigabant, vel depreſſit, vel religavit, vel concremavit.* Et quemadmodum ab onere ferendo onerarię, ſic etiam a pondere eędem dicuntur graves. Appianus ibidem: *Interiere naves graves ſex, leviora verò navigia viginti ſex, multòque plures li-*

liburnicæ. Non contemnendus ille etiam legitur fructus onerariarum, ut, conclamatis quandoque rebus poſt Martem adverſum, in eas Duces, militeſque victi tranſilierint, ſeſeque in tuta loca receperint. Ita factum ab Alcibiade & ſociis narrat Thucidides lib. 6. *Alcibiades cum fugæ ſociis confeſtim e Thuriorum portu tranſportatus, nave oneraria primùm in Cyllenen Eleorum, deinde Lacedæmona profectus eſt*. Demum diverſa onerariæ communes ſortiuntur vocabula ab ipſa, quas deferunt, rerum diverſitate. Frumentarias & annotinas dicimus, quę frumentum & annonam convehunt, vinarias, quę vinum vel poſcam, hippagogas vel hippagines, quę equos ſubvectant, ſtratiotides, quę deferunt militum ſupplementa. Sed de his fuſiùs in ſuis locis.

Naves Rotatæ. Vide *Liburnæ*.

Naumachia, æ. Latinè pugna navalis. Quamvis peculiare ſit exercitationis ludicræ genus & ad tractatum ſpectaculorum pertinere videatur; nihilominus quoniam inſtituta fuit a Romanis, ut ejus uſu per otium ſpectatores actoreſque ludi diſcerent, quomodo deinde in legitimo Marte proficerent, ut docet Polybius lib. 1. idcircò non incommodum hic etiam locum obtinet. Naumachiam proinde hìc accipio pro exercitatione qualibet & meditatione pugnæ navalis, non arctiùs preſſiuſque pro Naumachiis Romanorum, ideſt prælargis foſſis lacubuſque, ubi aquâ ex Tiberi deductâ ad pompam & ſpectaculum navali conflictu certabatur. Ipſum proinde mare ſæpius pro Naumachia fuit. Liv. lib. 35. *Ut omnia ſatis apta ad certamen eſſent, profectus in altum, quotidie remigem militemque ſimulacris navalis pugnæ exercebat*. Idem lib. 29. ſcribit Scipionem expediri claſſem juſſiſſe, inque portu edi navalis prœlii ſimulacrum. Duilius etiam, ut ſcribit Frontinus lib. 3. cap. 2. *Subinde exercendo milites remigeſque conſecutus eſt, ut ſecuris Carthaginienſibus uſque in id tempus innoxiæ conſuetudinis ſubitò admota claſſe murum occuparet*. Neque id a Romanis modò factitatum. Idem de Syracuſiis prodidit Thucydides lib. 7. Idem de Thraſybulo & Thraſyllo commemorat Diodorus lib. 13. Parabatur ſiquidem ea exercitatione agilitas & experientia in universa re nautica; accedebantque ſic inſtructi edoctique impandio promptiores ad ſerios maris conflictus. Solertiæ poſtea Romanorum fuit curare, ut Romę in Campo Martio lacus defoderetur, quò derivatis aquis ex Tiberi adverſia concurrens navibus juventus diſciplinam navalam per ludum ediſceret. Ejus ludi authorem Cæſarem parhibet Xyphilinus: *Poſtremò prælium navale non in mari fecit, ſed in terra, loco in Campo Martio defoſſo*. Et primò quidem rudis fuit parumque culta omnis Romæ exædificatio Naumachiæ. Circummunitus poſtea locus, coronatuſque ſedilibus ad figuram theatri. Atqui Svetonius etiam in Amphitheatris edita narrat a Domitiano navalia prœlia. Et quoniam perutile primùm inventum paulatim vitiari corrumpique cœpit, converſa demum in delicias militaris ea meditatio. Hinc Nympharum natantium chorus exhibitus in Naumachia a Domitiano. Qua de re Martialis in Amphit.

Luſit Nereidum doctis chorus æquore toto
Et vario faciles ordine pinxit aquas.

De Nerone verò marina monſtra belluaſqua inducente in Naumachiam ita Svetonius in ejus vita: *Exhibuit & Naumachiam innantibus belluis*. Et Xyphilinus: *Theatro aliquo repente aquâ marinâ expleto, in qua piſces & animalia natabant, bellum navale dedit*. Portentoſum præ cæteris fuit quod ſcribit Lampridius de Heliogabalo, qui Euripis vino plenis exhibuit navales Circenſes. Vide plura de Naumachia apud Hieronymum Mercurialem de Arte Gymnaſtica lib. 3. ubi ejuſdem graphicam inſuper exhibet delineationem.

Naumachiarii. Latinè dixeris pugnatores in bello navali. Legitur hęc vox apud Svetonium in Claudio de iis, qui certarunt in Naumachia ludicra, antequam idem Fucinum lacum emitteret: *Proclamantibus Naumachiariis, Ave Imperator &c.*

Nauplius. Filius Neptuni & Amymones, Eubœę inſulæ Rex. Ut ulciſceretur mortem Palamedis filii, a Græcis, Ulyſſis fraude mactati, Gręcę claſſi a bello Trojano revertenti, & naufragio periclitanti ſignum facibus extulit e Caphareo promontorio. Decepti Duces illuc naves appellentes ad ſaxa Capharea alliſi, Ulyſſe tamen ſuperſtite, quem maxime abſorptum Nauplius voluiſſet, qui ejuſdem pertimeſcens inſidias ſe in mare dedit pręcipitem. Propert. lib. 3. 6.

Saxa triumphales fregere Capharea puppes,
Naufraga cum vaſto Græcia tracta ſalo eſt.

Idem lib. 4. 1.

Nauplius ultores ſub noctem porrigit ignes.

Nautæ, arum. Comparatos antiquitùs fuiſſe nautas non ſolùm ad miniſteria funium, velorum, anchorę, clavi, aliorumque, quę large numerantur, operum ad rite moderandam regendamque navim, verum etiam ad capeſſenda arma, & fortiter prœliandum, notavimus in Titulo *Epibatæ*. In tres quippe claſſes digeruntur, qui navi deſerviunt. In remiges, quod ab armis tractandis prorſus alienum ſemper extitit hominum genus; in milites ſeu propugnatores, quibus armorum duntaxat curatio eſt: & nautas, qui malos ſcandunt, carinam exhauriunt, clavum regunt, per foros & tabulata curſitant ad opera: iidem arma interdum capiunt, ſeſeque immiſcent propugnatoribus, ubi pręſens neceſſitas ingruit, pręſertim in re ſubita plenaque periculi. Ut ad ſua miniſteria expeditiores nautæ eſſent, ſimul ut ferendo labori durarent corpora, nudi ferè agitabant apud Antiquos. Virgil. lib. 5.

Cætera populea velatur fronde juventus
Nudatoſque humeros oleo perfuſa niteſcit.

Sicubi verò veſtes ſumerent, vix ex alia materia, quàm e caprinis pilis confectas leguntur habuiſſe. Aptę quippe veſtes cilicinę ad obſiſtendum ventorum vehementię & undarum fluctibus. Virgil. 3. Georg.

Nec minus interea barbas incanaque menta
Cinyphii tondent hirci, ſetaſque comantes
Uſum in caſtrorum, & miſeris velamina nautis.

Probus & alii eas veſtes appellant cilicia, ex ejuſdem nominis provincia, ubi primùm inventæ, vel frequentiori uſu contritę. Equidem non aliis coopertos veſtimentis nautas exhibent nummi veteres lapideſque. Excipiendus tamen eſt gubernator, qui utebatur pallio, quod humeris erat injectum, nodoque adſtrictum ad ſiniſtram partem, ut facilè poſſet gubernaculum circumagere. Plaut. In Milit. Glor.

Facito ut venias ornatus ornatu naulerico,

Cauſiam habeas ferrugineam, culcitam ob ocu-
los laneam,
Palliolum habeas ferrugineum (nam is color
thalaſſicu'ſt)
Id erit connexum in humero lævo, expapillato
brachio
Præcinctus, atque aſſimulato quaſi gubernator
fies.

De ipſo autem vitæ genere ac perpetuis nautarum periculis nihil attinet dicere, cum ſatis abundèque hujuſmodi ſit argumentum a poetis & declamatoribus agitatum. Nullum certè durius aſperiuſque vitæ miniſteriique genus, quàm quod Virgilius breviter, & tamen pleniſſimè dixit;

infidum remis impellere marmor.

Laborioſiſſima vitæ duritia, cui inſueſcunt, & perpetuum cum adverſis vadis luctamen quandam illis in agendo aſperitatem, & ſpiritus elatiores ingenerat. Audi quàm arroganter Æneam excipiat Charon apud Virgil. lib. 6.

Quiſquis es armatus qui noſtra ad flumina ten-
dis,
Fare, age, quid venias; jam iſthinc & com-
prime greſſum.

Vide nautæ ad inſtar maris tumentem animum. Iidem detrectant imperia faceſſere. Gyas Menœtem monet his verbis apud eundem lib. 5.

Quò tantum mihi dexter abis? huc dirige cur-
ſum:
Litus ama.

Quid autem nauta?

ſed cæca Menœtes
Saxa timens, proram pelagi detorques ad un-
das.

Iidem quandoque minus religioſi. Palinurus apud Virgil. lib. 5.

non ſi mihi Juppiter author
Spondeat, hoc ſperem Italiam contingere cœlo.

Vide Bayſium de Navigiis, & apud nos *Navigatio*.

Nec Herculeſ contra duos. Admonemur hoc adagio cedendum eſſe multitudini; nec verò quempiam ita pollere viribus, ut contra plures adverſarios ſuſtinere diuturnam dimicationem poſſit. Monſtri enim ſimilia ſunt, quæ referuntur exempla Horatii, Scevæque militis Cæſariani; quorum prior adversùs acies Etruſcorum pontem ſuſtinuit ſolus; ſolus etiam poſterior adversùs integrum penè exercitum Pompejanorum decertavit; qua de re Lucanus:

Parque novum fortuna videt concurrere, bellū,
Atque virum.

Origo hujus proverbii a Scriptoribus variè traditur. Sunt qui affirment Molionidas valida armatorum vi adversùs Herculem impetum feciſſe, eumque hoſtium copia conterritum fugâ ſalutem quæſiviſſe. Suidas refert in certamine Olympiaco imparem fuiſſe Herculem adversùs duos quibuſcum pugnam ſuſceperat. Plato autem author eſt, Herculem cum hydra, & enormis magnitudinis cancro congredi auſum, viribus imparem diſceſſiſſe, & Jolai auxilium imploraſſe.

Ne puero gladium. Meminit hujus adagii Athenæus, quo admonemur, poteſtatem, vel magiſtratum non eſſe mandandum ignavis & imperitis; quemadmodum ſtultum fuerit & exitioſum puero gladium tradere, quod eſt virorum pugnacium inſtrumentum, cautè nec ſine cauſa adhibendum.

Neceſſitas, atis. Ea rerum conſtitutio eſt, quæ ſuperari mutarique non poteſt. Proinde telum violentum & atrox a Livio dicitur. Thales verò interrogatus quid in natura validiſſimum duceret, reſpondit, neceſſitatem, ut ſcribit Laertius in ejus vita. Addit idem Scriptor in vita Pittaci, tantum roboris ineſſe neceſſitati, ut ipſi ne Dii quidem reluctari poſſint, quod expreſsè etiam habet Livius Dec. 1. lib. 9. *Parendum eſt neceſſitati, quam ne Dii quidem ſuperant*. Ut autem in reliquis omnibus, ſic vel maxime in tractatione bellica res eſt imperioſiſſima neceſſitas. Et quidem in delectu nihil moræ per Romanos fuit, quin arctis extremiſque in rebus ſervos, capitecenſos, & pueros prætextatos ad ſumenda arma & ſacramentum dicendum adigerent, ut a nobis eſt alibi demonſtratum. Nulla inſuper ad ultimi periculi faciem habita ratio vacationum, nullæque admiſſæ excuſationes; ſed omni immunitatum genere valere juſſo, flamines etiam & ſacerdotes in aciem compulſi, ut obſervat Plutarchus in vita Camilli. Poſtremò quotieſcunque, ingruente cominùs validiore hoſte, aut alio id ſupremo periculo ſuadente, ſummis malis extrema remedia quærerentur, ac præſertim ubi tumultus decernebatur, confeſtim ex recepta formula pronnnciatum, ut vacationes ne valerent; cujus rei ſatis exemplorum poſſem colligere ex Livio, Tacito, & aliis, ſed vide quæ diximus in Titulo *Vacatio*. Ejuſdem diræ neceſſitatis imperium, utque Horatius vocat, clavi adamantini, Senatores & ampliſſimi cujuſque ordinis homines coegerunt non ſolùm arma tractare, verùm etiam obire munia vigiliarum, ut tradit Livius lib. 3. in extremas anguſtias a Volſcis redacta civitate. Non multum diſſimilis rigor & durities rerum extremarum in pecuniæ egeſtate Templorum ſacræ ſupellectili, aſſervatæque ad religioſos uſus pecuniæ neutiquam parcere perſuaſit. Diſcimus id primùm ex ſacris Literis 4. Reg. cap. 18., ubi Regem Ezechiam Templi gazam, ipſaſque januas e ſolido auro conflatas Aſſyriorum Regi certam pecuniam imperanti tradidiſſe ſic enarratur: *Indixit itaque Rex Aſſyriorum Ezechiæ Regi Judæ trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri, Deditque Ezechias omne argentum, quod repertum fuerat in domo Domini, & in theſauris Regis. In tempore illo confregit Ezechias valvas templi Domini, & laminas auri, quas ipſe affixerat, & dedit eas Regi Aſſyriorum*. De Scipione etiam Africano legimus, cum producere pecuniam publicam ex ærario ad urgentes Reipublicæ uſus Quæſtores detrectarent, popoſciſſe virum egregium ab iiſdem claves ærarii, eductaque auri vi, quanta ad præſentem egeſtatem reparandam ſatis eſſet, præclarè ac prudenter docuiſſe leges omnes atque præſcripta fruſtra obniti, ubi dira neceſſitas imperium obtinet. Quemadmodum enim omnis infringebatur authoritas aliis magiſtratibus poſt Dictatorem pronunciatum; ſic jura urbana omneſque civiles cautiones conticeſcere oportet, ubi ad poſtremam Reipublicæ perniciem mala ingraveſcunt, legumque omnium victrix rigidiſſimos ſuos faſces inevitabilis attollit neceſſitas. Exemplum Scipionis Africani ſecutus Cornelius Sylla, ut legimus apud Appian. in Mithrid.; impetravit a Romanis, ut conclamatis pene rebus reſtituendis venui exponerent quidquid aut ſacræ pecuniæ,

aut

Digitized by Google

aut pretioſæ Templorum ſupellectilis Numa Rex olim comparsviſſet. Quodſi belli jura, & gentium inſtituta permittunt populos atque provincias divexari mulctis pecuniariis, ſi licet quandoque per eaſdem leges agros incendere, aſportare pecors, urbes integras ſolo æquare, civeſque bonis omnibus exutos ad unum internecione delere; quidni eadem extrema remedia neceſſitas extorqueat, ac Dictatorio quodam jure ſibi depoſcat? Nec longa porrò conſultatione opus eſt, ubi atroces atque noviſſimæ calamitates incidunt, juxta illud Silii lib. 7.

morat extrema recuſant.

2. Quidni verò ea ſibi vindicet neceſſitas militaris, cum otii negotiique rationem ducentes majores noſtri non dubitaverint non unius generis laborioſa munera in re ruſtica villicaque feſtis etiam diebus permittere vinitoribus atque meſſoribus, eoſque ab omni religionis vinculo exſolvere & relaxare, ne perpetui ſcilicet anni ſudores pereant, & ab annona omnique paratu cibario urbes flagellatæ ſuccumbant. Quare Virgil. Georg. lib. 1.

Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus
Fas & jura ſinunt.

Hujus generis ſunt, quæ a Columella lib. 2. cap. 22. a Catone cap. 2, a Macrobio Saturnal. lib. 1. cap. 16., & iterum lib. 3. cap. 3. adnumerantur & digeruntur. Licuit quippe per ferias foſſas veteres tergeri, muniri viam publicam, vepres recidi, purgari pratum, vinciri virgas, ſpinas runcari, expinſi far, munditias fieri, lavari oves medicinæ causà. Ortum hinc antiquiſſimum & populari ſermone tritum adagium, *Neceſſitatem ferias non babere*. Ex neceſſitate, quæ in rebus ipſis diſpicitur, oritur deſperatio, quæ regnst in mortalium animis, filia ſuæ genitricis ingenio planè compar, aſperitate, duritia & violentia inexorabili. Neque enim ad alium finem Corinthii templum Neceſſitati ſic dicarunt, ut perpetuò clauſum omnibus eſſet inacceſſum, ſituque & ſqualore obſoleſceret. Quid enim aperiretur aditus aut copia fieret ſupplicandi diriſſimi Numinis, quodque adeuntium precibus ferreas & inexpugnabiles præberet aures, & ad melioris fortunæ ſpem omnem abjiciendam compelleret?

Nsfasti diss, Liv. lib. 1. *Nefaſtos faſtoſque dies fecit*. Ominoſi, inauſpicati, triſteſque habebantur. Propriè verò faſtis ſunt contrarii. Hi dicti vel a *fando*, vel a voce *fas*, ut tradit Varro; quoniam illis licebat Prætoribus tria verbs fari: Do, Dico, Addico, ideſt, Do actionem: Dico jus; Addico judicium, ſeu aliquid meà ſententià adjudico, vel abjudico, Ex quo nefaſti erant, quibus illa fari verba non licebat. Ovid. Faſt. 1.

Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur:
Faſtus erit, per quem lege licebit agi.

Sunt qui dies nefaſtos cum atris confundant, uſurpentque promiſcuè. Hoc tamen alii diſcrimen advertunt; ut atri omnes; pro nefaſtis, non verò omnes nefaſti pro atris hsberentur. Præcipua verò cauſa nefaſtorum dierum ersnt acceptæ publicæ clades, ut prolixiùs obſervavi in dictione *Atra dies*.

Nsgotium, tii. Prœlium, Saxo-Grammaticus l. 1, *A quo terreſtri negotio ſuperatus.*

Nemsi ludi. Dicti ſunt ab hujus nominis ſylva inter Cleônas & Pliuntem in Achaja. Confundunt paſſim Scriptores eorum originem & amplitionem. Origo eſt ab Ophelte, qui alio nomine Archemorus eſt appellatus, quem adhuc lactentem cum Hypſipile nutrix inter herbas reliquiſſet, aquam oſtenſura ſeptem Ducibus, qui cum Polynice Thebas oppugnatum ibant, ſerpentis morſu tradunt interemptum. In eundem locum reverſi poſtea Achivi Duces ſepelierunt puerum, ludoſque ſolemnes inſtituerunt, in commemoratæ nutricis, & genitoris Lycurgi ſolatium ac levamentum. Non parum iiſdem celebritatis poſtea addidit Hercules, eoſque magnitudine præmiorum magnopere nobilitavit, cum in eodem luco leonem ſæviſſimum occidiſſet. Vide Authores Commen. in Pindari Nemeonica, Ælian. Var. Hiſtor. lib. 4. cap. 1. & Pauſaniam in Argolic. Idem verò Hiſtoricus in Corinthiacis gemina diſtinguit Nemea; æſtiva ſcilicet, & hyberns. Et æſtiva quidem celebrabantur menſe Panemo, qui Attico Hecatombæoni reſpondet, ut notat Scaliger in ſuis laterculis de Menſibus. Æſtiva porrò Nemea erant periodica, & trieterica; cum hyberna quotannis celebrarentur, ut obſervat Palmerius in Exercit. ad Diodor. Sicul. lib. 19. Ad eundem modum Athenis magna Panathenaica edebantur quinto quoque anno, minora verò quotannis. De tempore, quo hæc certamina peragerentur, multa diſputat Samuel Petitus Com. in L.L. Att. lib 1. tit. 1. Quoniam verò cœpta ſunt ea ludicra per occsſionem belli Thebani, idcirco antiquitùs milites duntaxat eorumque liberi admittebantur ad ſpectaculum: admiſſi poſtea omnis generis ſpectatores. Victorum porrò præmium corona primùm oleagina, vel ex apio, poſtea aliæ ſolemnitates additæ. Cum verò conſtet ex Pindaro, aliiſque trieterica fuiſſe Nemeorum certamina, plane fallitur Auſonius, qui qustuor Græcorum agones pentatericos fuiſſe aſſeverat. Genus demum ludi equeſtre primùm tantummodo fuit: adjecta poſtea alia certaminum genera, diſcus, ſaltus, lucta, pugilatus. Vide Scaligerum Poetic, lib. 1. cap. 25. & Gaſpar. Barth. Animad. in Stat.

Neoptolemi vindicta. Proverbium originis militaris, quo innuimus, quempiam eadem pati coactum, quæ in slios ipſe patravit. Ortum a Pyrrho, ſive Neoptolemo Achillis filio, qui poſtquam Priamum occidiſſet ad aras confugientem ædium regiarum, ipſe etiam non ita multò poſt ad aram Apollinis eſt interfectus. Sic exponitur hæc parœmia a Panſania lib. 4.

Neoptolemus. Latinè novus miles. Pyrrhi, Achillis filii cognomen apud Poetas.

Neptunus. Saturni filius, de quo multa fabularum Enarratores. Tridente illum, ſive fuſcina armavit Antiquitas, quæ telum eſt trifida cuſpide diſſectum, Ex quo Neptunus Tridentiger, vel Tridentifer dicitur. Ovid.

Cumque Tridentigero tumidi genitore profundi.

Attributus autem eſt illi tridens, quoniam aptum ſit inſtrumentum ad terram emovendam: eo quippe jaculo percuſſam terram terrificis commoveri ſubſultibus fabulatores commenti ſunt. Equeſtris, ſive Hippius cognominatus eſt, cùm ob alias cauſss, quas recenſet Pauſanias in Achaicis, tum quia equitationis inventor fuit, ut ſcribunt Orpheus & Homerus. Diodorus Siculus de Cretenſibus agens hæc habet: *Addunt etiam, Neptunum equos primum domuiſſe, artemque*

equi-

equitandi ab illo traditam, ex quo Hippius ſit appellatus. Porrò Val. Probus in Comment. ad illud Virgil. Georg. 1.

tuque ò cui prima frementem
Fudit equum tellus,

Campi, inquit, *in Theſſalia ſunt Petrai, in quibus locus Petra nomine, percuſſus tridente Neptuni, equum, qui Scyphius vocatus eſt, edidit*. Templum Neptuno Equeſtri Romæ poſitum in Circo Flaminio. Bina autem officia ab Antiquis Neptuno ſunt tradita, equorum ſcilicet, & navigantium cura, ut ſcribit Homerus in Hymnis:

Bina tibi Superi Neptuno munera donant
Flectere equos, regere & naves, quæ marmora ſulcant.

Idcircò quatuor equis ejuſdem currum agi ſcripſerunt, tametſi non deſunt, qui vitulis marinis Neptunum vehi tradiderint.

Neronia. Genus quoddam fuit certaminis quinquennalis, quinto quoque anno celebrati, inſtitutique a Nerone, ſervato adamuſſim more Græcorum. Propterea enim conjicio ſcribi a Svetonio, Neronem primum omnium inſtituiſſe Romæ quinquennale certamen, cum alioquin alia quinquennalia conſtituta fuiſſe ab Auguſto ſatis liqueat. Sic autem Svetonius de Neroniis cap. 12. *Inſtituit & quinquennale certamen primus omnium Romæ more Græco triplex, muſicum, gymnicum, equeſtre; quod appellavit Neronia*. Similia prorſus habet Tacitus Annal. 14. *Quinquennale ludicrum Romæ inſtitutum eſt ad morem Græci certaminis, variâ famâ, ut cuncta fermè nova*. De iiſdem ludicris iterum loquitur Svetonius in Vitell. cap. 4. *Sed aliquanto Neroni acceptior, cum propter eadem hæc, tum peculiari merito: quod præſidens certamini Neroneo, cupientem inter cytharœdos contendere, nec quamvis flagitantibus cunctis promittere audentem, ideoque egreſſum theatro revocaverat, quaſi perſeverantis populi legatione ſuſceptu, exorandumque præbuerit*.

Nervi, orum. Pars erant fere præcipua in machinis oppugnatoriis, ac præſertim balliſta, ſcorpione, & onagro. Eas machinarii veteres nervis præſertim contendebant adducebantque, ut impetum conciperent, extortæque majorem facerent impreſſionem. Id obſervare non prætermiſit Vegetius lib. 4. cap. 9. *Nervorum quoque copiam ſummo ſtudio expedit colligi. Quia onagri, vel balliſtæ, cæteraque tormenta, niſi funibus nervinis intenta nihil proſunt*. Hero etiam cap. 18. ex animalibus robuſtioribus nervos comparandos præſcribit, & in tauris quidem, qui in humero ſunt, in cervis, qui in cruribus pedibuſque. Iidem in manualium etiam ſagittarum arcubus ſummam vim obtinent. Virgil. lib. 5.

Primoque per cælum nervo ſtridente ſagitta
Hyrthacidæ juvenis volucres diverberat auras.

Certè in his machinis non abſimile pondus atque momentum extinctorum animalium nervi habent, quam in iiſdem habebant vivis. Conſtat enim apud Anatomicos peculiare quoddam atque præcipuum corporum robur in nervis exiſtere. Hinc milites, claſſes, vectigalia, pecuniam, equitatum appellamus belli aut Reipublicæ nervos. Hinc pro potentia frequentiſſimè ſumuntur; & ad ſummum niſum conatumque explicandum eleganter uſurpantur: Ex quo illæ formulæ: Nervos omnes contendere vel intendere: Nervos frangere vel incidere; & ſimiles.

Nestor. Pyli Rex. Juvenis bellum fecit adversùs Epeos in Peloponneſo. Progredi ad bellum Trojanum primò recuſavit; poſtea cum navibus quinquaginta illuc jam ſenior navigavit. Stat. Theb. lib. 4.

Nondum nota Pylos juveniſque ætate ſecunda
Neſtor, at ire tamen peritura in caſtra negavit.

Singulari prudentia præditus res Græcorum conſilio ſuſtentavit, ut non dubitaverit Agamemnon palam jactare, ſi decem Neſtori ſimiles in caſtris haberet, brevi ſe Ilium expugnaturum. Non impari polluit eloquentia, qua diſcordes Duces, ac præſertim ipſum Agamemnonem & Achillem conciliavit. Horat. Epiſt. lib. 1. 2.

Neſtor componere lites
Inter Peliden feſtinat & inter Atriden.

Eam ob cauſam melle dulcior ejus dicitur oratio fluxiſſe. Tres ætates vel ſæcula vivendo conſumpſit: ex quo triſæcliſenem illum vocavit Lævius. Horat. lib. 2. 9.

At non ter ævo functus amabilem
Ploravit omnes Antilochum ſenex
Annos.

Neſtoreas ætates centum ſingulas annorum fuiſſe viſus eſt credere Juvenalis Sat. 10.

Rex Pylius, magno ſi quidquam credis Homero,
Exemplum vitæ fuit a cornice ſecundæ.

Et clariùs Ovid. Metam. lib. 12.

vixi
Annos bis centum, nunc tertia vivitur ætas.

Alii contra ſtatuunt nonageſimum ſolùm annum Neſtorem attigiſſe, ejuſque ætates ſingulas annos triginta complecti. Hanc ſententiam tuentur Euſtachius in Homer., Æron, & Lactantius. Quomodolibet ſæcula illa, vel ætates ſint ſupputandæ, conſtat annos Neſtoris abjiſſe in parœmiam non uſitatæ longævitatis.

Nicatores. Latinè victores. Videntur tamen fuiſſe certum militiæ & quidem Prætorianæ genus. Liv. Dec. 3. l. 5. *Ubi primùm agger injunctus muro eſt, & cohors Regia, quos Nicatoras appellant, tranſcendit*. Fuit etiam Nicator cognomentum Regis Seleuci, quod bello ſemper invictus fuerit, ut teſtatur Appianus in Syriacis.

Niceteria, orum. Sacrificia fuere & publica convivia, quæ Duces celebrabant poſt victoriam, a qua illis ex Græco nomen. Budæus.

Nicsterii. Genus militum, quibus nomen a victoria vel victoriæ præmio. Marcellinus lib. 6. *Eum inſectabatur Dorus quidam ex medio ſcutariorum, quem Niceteriorum Centurionem ſub Magnentio Romæ provectum retulimus accuſoſſe Adelphium*.

Niceterium, ii. Conſtat fuiſſe genus præmii pro victoria, a qua Græcè dicitur. Vetus ſcholiaſtes ad illud Juvenalis Satyr. 3.

Et ceromatico fert niceteria collo.

Exiſtimat fuiſſe veſtes & ſpolia victis detracta. Vetus Vocab. *Dicuntur Niceteria philateria, quæ geſtabant Athletæ, facta de ſummitatibus armorum, quæ a victis acceperant, & collo ſuſpenſa gerebant quaſi ſigna victoriæ*. Perottus torques fuiſſe opinatur. Cenſuerim quidquid pro victoria; præſertim apud Athletas, tradebatur in præmium, appellatum fuiſſe Niceterium; & plane nomen eſſe generatim omnia complectens. Id mi-

mihi perſuadet locus apud Xennphontem l. 6. ubi Iaſon ita loquitur: *Et Nieeterium auream eoronam fore, ſiquis e civitatibus bovem dutiorem pulcherrimum Deo aleret.*

Nicon. Nomen arietis, Græca notione a vincendo dicti. Eo Romanos uſos fuiſſe ad labefactandos muros Hieroſolymitanos admodum felici ſucceſſu, refert Joſephus lib. 6. *Itaque muro jam cedente magno arieti Romanorum, quem Judæi Nicona vocabant, quod omnia vinceret, quamvis & antea defeſſi erant pugna & vigiliis, cum longè ab oppido pernoctarent, tamen etiam negligentia, vel quòd malè conſulerent, murum ſibi ſupervacuum eſſe credentes, quibus alia duo munimenta ſupereſſent, laſſatique plurimi receſſere. Cum autem Romani quà primùm murum Nicon perruperat, aſcendiſſent, ad ſecundum omnes Judæi relictis cuſtodiis refugerunt.*

Nigri, Certum militiæ Hungaricæ genus, ſub Matthia Rege. De horum diſciplina & origine nominis ita ſcribit Bonfinius Rer. Hungar. l. 9. *Exercitus hic idcircò Niger appellatus, quia Matthiæ juſſu ſub divo ſemper hibernare & æſtivare ſolebant, æſtu & algore juxta obdurati, & aſſiduis militiæ laboribus obfirmati, ut nihil eſſet ita arduum & difficile quod expugnare non auderent.*

Nigri, & Albi. Vide *Albi & Nigri*.

Nobilitas in Duca. A notitia Nobilitas dicitur, & Nobilis Latinis eſt notus. Hac ſermonis proprietate ſervata dixit Virgilius lib. 7.

Eſt locus Italiæ in medio ſub montibus altis
Nobilis, & fama multis memoratus in oris.

Simili modo Plaut. in Rud. *Qui ſcelere nobiles fieri volunt*, noti ſcilicet & celebritatem adepti aliquam. Ex quibus verbis obſerva in deteriorem etiam partem dici nobilem. Juxta hanc acceptionem improbiſſimi quique peſſimorum facinorum authores vocari nobiles poſſunt; utque nobiliſſimus, ideſt notiſſimus ad omnem poſteritatem eſſet infinitæ cujuſdam audaciæ Græculus ille Heroſtratus, Epheſinum Dianæ templum incendit, nihil cunctatus diruere præſtantiſſimum Orbis miraculum, dummodo poſteris innoteſceret magnæ potius obnoxius famæ, quam bonæ. Eadem eſt acceptio contrarii nominis *Ignobilis*. Actius apud Diomedem: *Ego me Argos referam, nam hic ſum ignobilis.* Verùm hic juxtà longe diverſam uſurpationem Nobilem & Nobilitatem accipimus; nimirum etiam terræ filii & nebulones obſcuriſſimi generis, quique, ut eſt in veteri Græcorum adagio, ne patris quidem nomen dicere poſſunt, juxta præfatâ nobilitatis notionem, ſplendidiſſima atque regali proſapia natis, qualicunque magnorum flagitiorum improbitate, ac funeſtiſſimis in Rempublicam factis præſtare poſſunt. Loquimur proinde de Nobilitate ſeu notitia cujuſpiam in bonam partem, qua fit ut pauci a plurimis ſegregentur, & in bene conſtituta Republica vel civitate primum dignitatis locum obtineant. Verùm hic etiam ſeverioris ſupercilii Philoſophi medios ſe interponunt, eumque demum nobiliſſimum eſſe jactitant cum Vellejo Paterculo lib. 2. qui optimus ſit; ſatyrici etiam illud indefeſſo conatu inculcantes,

Nobilitas ſola eſt atque unica virtus.

De his vide multa declamatoriè magis, quàm verè prolata a Plutarcho lib. contra Nobilit., & in comparatione Lyſandri cum Sylla. Vide etiam Senecam in Epiſt. ad Lucil., & Juvenal. Satyr. 8. Nos viris ingenuis a præſtantia virtutum & morum integritate neutiquam inficiamur plurimum ornamenti atque ſplendoris accedere. Sapientiæ porrò laude & a ſtudiis literarum, ad hæc ab excellentia in omni cultu liberalium facultatum honorificentiſſimum comparari nomen nec diffitemur, nec ignoramus. Verùm hic Nobilitatem non alia, quàm humanæ politiæ decempeda atque commenſu finitam accipimus, eoſque hic duntaxat intelligimus Nobiles, qui ubique gentium præcipua quadam honoris ſignificatione, & patritiorum nomine ſalutantur. Verùm hæc ipſa tractatio parum unanimi Scriptorum ſententia diſceptatur. Sunt enim, qui Nobilitatem in quodam majorum ſplendore & claritate conſtituant, ut docuit Cicero lib. 2. Rhetor. Sunt qui non aliud eſſe Nobilitatem ſtatuant, quàm opes antiquas cum Ariſtotele lib. 2. Rhetor. Eam plane diſceptationem omnem aliis dirimendam relinquimus, noſtrique inſtituti memores diſpiciemus breviter, utrum, & quanti referat Imperatorem claritate generis nobilitari. Equidem cum inter prærogativas Imperatorias Cicero authoritatem retulerit, fuere qui minimum ambigerent eandem maximopere pulcherrimo hoc, licet extimo adminiculo comparari. Enimverò præclaris magniſque conatibus non parum obſiſtit gentis obſcuritas, qua coinquinati hoſtibus etiam deſpectui ſunt: minuſque obtemperantem habere in caſtris militem neceſſe eſt iis, qui cum gregariis, infimiſque manipularium generis conditione adæquantur. Onoſander cap. 1. *Ignobilis Ducis principatum ægre ferre populus ſolet: & vix eſt ut illius imperio ſubiici velit. Quocirca neceſſe eſt eum, qui præclaras omnes, quas enumeravi, virtutes complexus eſt, etiam illuſtrem & nobilem eſſe.* Demit iiſdem audaciam, atque inſitum quendam ardorem & impetum ad egregia pertentanda facinora bebetior ipſe ſanguis, & minime idonea indoles ad ingentem gloriam laceſſendam. Et quoniam imperatori frequens alloquium cum Regibus atque proceribus, & intima rerum agendarum tractatio eſt ineunda, non minimum ſane videtur humili ſorte prognatis officere poſſe ſui tenuitas generis; quæ inſuper in capiendis conſiliis non elatiores ſpiritus, qui perneceſſarii non ſemel ſunt, ſpondere poteſt; neque enim niſi depreſſa & humilia a deterioris proſapiæ viris proficiſci poſſe cenſemus. Avaritiæ verò cauſas, quæſitaſque diteſcendi opportunitates procul habere ſolent, qui ſibi ſplendoris patrii conſcii Martis aciem, non mercaturam aliquam, ſed virtutis dignoſcendæ, gloriæque theatrum interpretantur. Quò referas illud de Aſcanio apud Virg. l. 3. Æneid.

Ecquid in antiquam virtutem animoſque viriles
Et pater Æneas, & avunculus excitat Hector?

Illud autem videtur omnibus perſuaſum, quod Horatius dixit lib. 4. Od. 4. *Fortes creantur fortibus.* Quod effatum non modo vim maximam apud omnium animos, verùm etiam fidem habet, licet non hujuſmodi ſit, ut id ſemper neceſſario verum exiſtimemus futurum. Conſtat ſiquidem filios ſæpius oris lineamenta, quàm ornamenta animi ſuorum parentum referre: nihilque facilius contingit, quàm ut nepotes poſterique imbelles a majorum virtute diſcedant. Poſtremò ſtatuas

ipſas

ipſas & fumoſas avorum imagines, quæ in Nobilium atriis domibuſque affatim ſuppetuot, oeceſſe eſt eoſdem vehementer ineendere ad oon imparem maximorum operum laudem, ac veluti meſſem iovadendam; quod præclarè teſtatur Saluſtius de bell. Jugurt. *Sæpe audivi ego Q. Maximum, P. Soipionem, præterea civitatis noſtræ præclaros viros, ſolitos ita dicere, eum majorum imagines intaerentur, vebementiſſimè ſibi animum ad virtutom aeeendi; ſcilieet non eeram illam, neque figuram, tantam vim in ſeſe babere; ſed memoriâ rerum geſtarum eam flammam egregiis viris in pectore creſcere, neque prius ſedari, quàm virtus eorum famam atque gloriam adæquaverit.* Atqui contra non defuere, qui ad horum labefactandam ſententiam longè commodiùs actum cum iis civitatibus, regniſque reputant, qui ſuis exercitibus Imperatores deſignant inanibus quidem ejuſmodi præſidiis deſtitutos, ſed qui ſuam, ſuorumque poſterorum fortunam propria in manu ſe gerere arbitrantur; virique oovitatis, ut de Cicerone dixit Paterculus, oobiliſſimæ, omnia incrementa ſua ſibi debent. Nec prætera reformidant nobiliores ioterdum ignaviæ atque deſidiæ accuſare: tanquam opimâ ab antiquis domi partâ gloriâ ſatis tuti beatique, nepotes inglorii ſub eorundem victricibus laureis ignavum latus depooant, & otio plerunque otque ſocordia eonſeneſcant. Pervidit id Oooſander cap. 1. *Nee male forſan ſperavit aliquis, Duces præſtantiores futuros, ſi avorum magna ſonare nomina nequeant. Illi namque parentum virtutibus eelebres, etſi degenereut, famæ nibilominus & memoriæ perennitatem æternùm manſurum exiſtimant; ideoque permultis negotiis ſupino animo deſidioſi jacent. Secus qui nullam ſibi generis arrogant gloriam.* Huc porrò trahunt, quod Marius nullis majorum imaginibus commendatus ad Romanos dixit apud Saluſtium de Bell. Jugurt. *Quæſo reputate cum animis veſtris num id mutari melius ſit, eequem ex illo globo nobilitatis, ad boc, aut aliud tale negotium mittatis, bominem veteris proſapiæ, ae multarum imaginum, & nullius ſtipendii, ſcilieet, ut tanta in re ignarus omnium trepidet, feſtinet, ſumat aliquem ex populo monitorem officii ſui.* Præclarè autem Juvenalis Satyr. 8. de Marii, novi hominis eximiis in Rempublicam meritis:

Arpinas alius Volſcorum in monte ſolebat
Poſcere mercedes alieno laſſus aratro,
Nodoſam poſt bæc frangebat vertice vitem,
Si lentus pigrâ muniret caſtra dolabra:
Hic tamen, & Cimbros & ſumma pericula rerum
Excipit, & ſolus trepidantem protegit urbem.

Illa etiam adiiciunt; conſpicui generis Imperatores, utpote magnis clientelis, & amicorum potentia ſubnixos aſpirare ad dominatum faciliùs, quod, ut reliqua prætermittam exempla, magno ſuo malo & infortunio Roma intellexit, Syllæ, Julio Cæſari, aliiſque, magnorum exercituum copiis demandatis. Frugalitatem etiam & parſimoniam io caſtris, quæ potiſſimum eſt vinculum diſciplinæ, procul dubio ſervari magis ab eo Imperatore, qui procul ab omni delitiarum mollitie & luxùs invitamentis, ſub tecto patrio aſperam vitam traduxerit. Quamobrem de Imperatoria nobilitate ita ſtatuunt, ut, ſi ea adſit, illam non aſpernentur, ſi noo afferatur, eandem magoopere noo requirant: nihil porrò eſſe conſultius præceptione Juvenalis Satyr. 8.

Malo pater tibi ſit Therſites, dummodo tu ſis
Æacidæ ſimilis, Vulcaniaque arma eapeſſas;
Quàm te Therſitæ ſimilem producat Achilles.

Quidni enim in ſtudio militari locum habeat, quod in ſtudio litterario oatalium claritudine deſtitutis ſtrenue pollicetur Seneca Epiſt. 44. *Patricius Socrates non fuit: Cleanthes aquam traxit, & rigando bortulo locavit manus: Platonem non accepit nobilem Philoſophia, ſed fecit. Quid eſt quare deſperes bis te poſſe fieri parem? Omnes bi majores tui ſunt, ſi te illis geris dignum.* Ego verò, licet oon magnopere validum firmumque fulcrum atque tibicinem Martis adminiſtrandi, generis prærogativam eſſe exiſtimem, adhuc tamen ex eadem non minimum authoritatis in illum derivari plane ſentio. Noo ſum ignarus, ubique gentium, ac per omnes ferè temporum ambitus paſſim occurrere præſtantiſſimos Duces, qui nulla majorum gloria exornati, & militaria ſtudia ad ſummum gloriæ apicem evexerunt, & ſuam patriam innumeris victoriis condecorarunt; verùm Imperatorum genere illuſtrium & numerum longe ampliorem eſſe judicaverim, & rei etiam militaris peritiam, ac facinorum felicitatem majorem extitiſſe. Neque enim poſſunt ſibi deeſſe, aut ſui loci immemores agere, qui pulcherrimum illud incitamentum rerum maximarum a natura ſortiti ſunt majorum exempla, & ad eoſdem æmulandum a natura ioſitam atque ingeoitam provocationem. Quodſi Ariſtoteles commendatitias ſecum deferre litteras ſcripſit, qui formâ venuſtus eſſet, quidni longè ampliores circumferat, qui proſapiâ clarus eximiâ, interque ſtemmata & ſimulacra virorum illuſtrium enutritus extimulatur ad virtutem & gloriam? Utinam Nobilitas, qua nulla potior mortalibus ad amorem ſibi & exiſtimationem cooeiliandam illecebra eſt, non ſæpe plures in tranſverſum ageret, qui pulcherrimo naturæ munere ac beneficio abuſi aecepta a majoribus deeora, morum pravitate eorrumpunt atque cootaminant, & ab avitæ elaritudinis faſtigio fœdè deſciſcunt. Veriſſimè quippe ab Horatio pronunciatum exiſtimo lib. 4. Od. 4.

Utcunque defecere mores
Dedecorant bene nata culpæ.

Noous, i. Notum eſt propriè eſſe ligaturam, vel vinculum. Ad hujus ſimilitudinem dicitur genus quoddam aciei inſtruendæ, de quo ita ſcribit Iſidorus lib. 9. eap. 3. *Nodus propriè eſt denſa peditum multitudo, ſicut turma equitum. Dictus autem Nodus pro difficultate, quòd vix poſſit reſolvi.* Ex quo autem Iſidorus hauſerit hanc figuram inſtruendi militaris ordinis, plane non aſſequor; nec ejus rei veſtigium mihi apparet apud antiquiores Latii Scriptores.

Nola. Vide *Campana*.

Nomina locorum bellicæ originis. Vide *Cognomenta Ducum ex victoriis*.

Nomina Navium. Vide *Tutela Navium*, & *Navis*.

Non absque theseo. Utimur hae parœmia militari, vel ad ſignificandam animorum rerumque omnium conjunctionem; quaſi nihil nobis jucundum ſine amicorum communione & ſocietate contingat: vel ubi indicare volumus alienum auxilium neceſſarium eſſe, nec aliter rem confici poſ-

poſſe. Quemadmodum enim eſt in fabulis, permulti Duces præſtantes ardua facinora non perfeciſſent, niſi iis Theſeus vir fortiſſimus auxilio fuiſſet. Certè Herculi cum Amazonibus dimicanti, Meleagro adversùs aprum Calydonium, Pirithoo belligeranti contra Centauros auxiliatus eſt Theſeus, cujus illi ſubſidio victores fuere.

Non annuncias bellum. Dicitur proverbiali ſermone, & figurata locutione de nuncio magnopere felici lætoque. Bellum ſiquidem rerum omnium calamitoſiſſimum meritò habetur. Recenſet hoc adagium Ariſtophanes in Pluto. Meminerunt etiam Plato in Phædro, & Pindarus in Pythiis.

Non certatur de oleastro. Vox proverbialis, cujus meminit Diogenianus. Dicitur autem quoties non de nugis, rebuſque vilibus agitur, verùm de re ſeria magnique momenti: præmium ſiquidem certaminum ludicrorum corona erat oleagina, vel querna; vel ex ſimili fronde.

Non plus ultra. Vide *Quæ ultra Gades inacceſſa*.

Norma, æ. Inſtrumentum notiſſimum, tritumque manibus mechanicorum, architectorum, fabrorumque omnis ferè generis. Fabrilia ſic dirigit opera, ut ſine illius adminiculo nihil opifices cœptare, nihil ad finem perducere poſſint. Sunt qui normam cum regula lineaque confundant: verùm res ſunt longè diverſæ. Regula enim ad ſtructuras æquandas, & ad lineam dirigendam proficit. Normâ explorantur anguli an recti ſint. Inſtrumenta menſoria, quæ in fabrorum manibus quotidie verſantur aptè vereque diſtinguit Vitruvius lib.7. *Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam reſpondentes exiguntur*. Et normam quidem noſtrates vocant *Squadra*. Inventum fuit Theodori Samii, ut refert Plinius lib.7. cap.56. Ejus figura planè conſimilis eſt Latinæ literæ L, componiturque ex lineis io angulum rectum coeuntibus. De norma inſtrumento ad dimetiendum meminit etiam Cicero Academ.2. *Atqui ſi id crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis*. Ubi animadverte inſtrumenta menſoria ſuperiùs indicata etiam a Cicerone probè diſtingui.

Normalis, e. Ad normam factum. Quintilian. lib.11. cap. ult. *Siniſtrum brachium eo uſque allevandum eſt, ut quaſi normalem angulum faciat*.

Normatus, a, um. Ad normam factum. Colum. lib.2. cap.13. *Antiquam illam Ciconiam infiximus, ut tanquam ſuppoſito vaſi ad perpendiculum normata inſiſteret*.

Nostro Marte: item vario Marte, dubio Marte, iniquo Marte, voces ſunt ferè vulgares, cum negotium quodlibet noſtris viribus nullo externo ſubſidio feliciter conficimus: vel cum proſperis in re quapiam agenda adverſa miſcentur; vel cum difficili in loco plenoque periculi rem eſſe ſignificamus. Tractus ſermo a militia, tranſlatuſque videtur ab Imperatoribus, qui propriis auſpiciis bellum ſuſtinent. Cic. Philipp.2. *Rex enim ipſe ſua ſponte, ſimul atque audivit ejus interitum, ſuo Marte res ſuas recuperavit*.

Notarius, ii. Dicitur a notis, tum quæ literas ipſas ſignificant, tum quibus compendio ſcribitur, & propriè is eſt, qui ab aliquo dictata excipit deſcribitque. Plin. Epiſt. 213. *Cogito ſiquid in manibus, cogito ad verbum. Notarium voco; & die admiſſa, quæ formaveram, dicta*. In hac verò acceptione Notarius, merus eſt dictatorum exceptor, ſive amanuenſis. Longè ab illis diverſi ſunt, qui actus publicos, contrahentium pactiones, ac præſertim teſtamenta, muniti fide publica in ſcripta referunt, ideoque libro & pugillaribus ſunt ſemper inſtructi. Alia iterum Notariorum acceptio eſt pro iis, qui Principibus ac viris illuſtribus ſunt a ſecretis. De iis expreſsè Vopiſcus in Aurelian. *Mneſtheum quendam, quem pro ſecretorum Notario habuerat*. Et Lamprid. in Alexand. *Eum Notarium, qui falſum cauſæ breve in concilio Imperatori retuliſſet, inciſis digitorum nervis, itaut nunquam poſſet ſcribere, deportavit*. Et Spartian. in Diadumeno: *Iſtæ literæ per Notarium proditæ illi puero multum obfuiſſe dicuntur*. Qui verò ex eo genere Principibus locabant operam dicebantur Tribuni Notariorum, de quibus Ammianus, Zoſimus, aliique Scriptores. Sed frequentiſſima horum mentio apud Jureconſultos, & in Notitia utriuſque Imperii. Et quoniam ſæpe apud eoſdem militaſſe dicuntur Notarii, id plane ſic eſt accipiendum, ut militiæ potiùs deſervierint, quàm ipſi arma tractaverint, juxtà uſitatam formulam omnium ferè Scriptorum, qui floruerunt tempore Imperii diviſi, apud quos militare eſt quomodolibet deſervire Aulæ Palatinæ. Et in hanc ſantentiam exponendi ſunt iidem Scriptores, ubi ſcribas, cancellarios, tabularios, alioſque hujus generis miniſtros militaſſe narrant, quod a nobis eſt etiam alibi obſervatum. Jam verò de Notariis militantibus Ammianus lib.29. *Baſſianus Procerum genere natus, Notarius militans inter primos*. Idem alibi Fauſtinum Notarium militantem prodit. Idem lib.26. de Procopio: *Inſigni genere Procopius in Cilicia natus & educatus, ea conſideratione, qua propinquitate Julianum poſtea Principem contingebat, a prima gradu eluxit, & ut vita moribuſque caſtigatior (licet occultus erat & taciturnus) Notarius diu perſpicaciter militans, & Tribunus, jamque ſummatibus proximus*. De Notariis, item de Tribunis, & Primiceriis Notariorum præter Caſſiodorum, qui frequenter illorum meminit, non pauca congerunt Pancirolus Comment. Not. Imp. Gutherius de officiis domus Aug. Sirmondus ad Sidonium, & Cangius in Gloſſ.

Notæ furtivæ, occultæ, arcanæ, clandeſtinæ, arbitrariæ in epiſtolis conſcribendis. Vide *Ziphera*.

Nudo mandas excubias. Vox proverbialis a Zenodoto commemorata, uſurpanda quoties negotium mandatur illis, quibus rei perficiendæ facultas deeſt; quemadmodum ſtultum eſt nudum militem cuſtodiæ præficere, quoniam armis vacuus deriſui potiùs quàm terrori ſit hoſti, vel exploratori.

Numerarii, orum. In comitatu & apparitura Præfecti Prætorio proximi erant Actarii. Eorum officium erat publicas rationes conſcribere, ac præſertim quæ ad tributa & largitiones pertinebant. Curabant autem & recognoſcebant, nequid debitæ ſummæ deeſſet. Ad eorum itidem pertinebat curam notare in libro ſingulorum dierum excubias & noctium vigilias; item alia ad rectè ſtabiliendum in caſtris rerum ſtatum, & quietem publicam afferendam pertinentia. Præcipuè verò adnotabant in brevibus ſtipendia militibus ſoluta, diviſionem annonæ & commeatus, armo-

armorum copiam, quæque ejus generis adminiſtrando bello uſui eſſent futura. Ad Numerarios nempe pertinet quod legimus apud Vegetium lib.2.cap.19. *Sed in quibuſdam notarum peritia calculandi computandique uſus exigitur. Totius enim legionis ratio, ſive obſequiorum, ſive militarium munerum, ſive pecuniæ quotidie adſcribitur actis, majore prope diligentia, quàm res annonaria vel civilis, libris adnotatur*. Numerarios a nummis trahit Iſidorus: *Numerarii ſunt, qui nummum publicum in ærarium inferunt*. Alii a numeris, quos ſupputant. Verum etymon a numeris, ideſt copiis militaribus. Utque huic opinoni potius aſſentiar, facit vocabulum *Supernumerarii*, qui profectò dicuntur a Numerariis, nec alioqui quidquam habeut negocii cum numeris notarum, ſive ratione computandi. Eoſdem Jureconſulti appellant paſſim Rationarios a publicis rei caſtrenſis & militaris rationibus computandis,

Numeri. Juriſconſulti Numeros dicunt frequenter catalogum ſive matriculam militum, tabellas ſcilicet, ubi militum nomina erant deſcripta: *Ex eo tempore quis jure militari incipit teſtari poſſe, ex quo in Numeros relatus eſt, ante non*, ſcripſit Ulpianus. Eodem trahi poteſt illud Plinii lib.10. Epiſt. ad Trajanum: *Jam ſacramento dixerant, nondum tamen diſtributi in Numeros erant*. Et Epiſt. lib.4. *Neque enim adhuc nomen in Numeros relatum eſt*. Verùm ego exiſtimo utrobique Plinium non de brevi, vel indiculo militum, ſed de ipſis militum ordinibus verba feciſſe. Eſt autem compertiſſimum, ordines militares ab Antiquis Numeros appellari. Videtur Plinius inſinuare, Numeros, cœtus eſſe militum in ſuos ordines jam deſcriptos relatoſque, ut ab ea appellatione excludi debeant tyrones, & quicunque militiæ præſtant operam, nondum tamen in certas legiones, turmas, vel centurias admiſſi. Videtur etiam id clarè ſignificaſſe Vopiſcus in Probo: *Accepit ſexdecim millia tyronum, quos omnes per diverſas provincias ſparſit, itaus Numeris limitaneis quinquagenos & ſexagenos inſerret*. Ex quo manifeſti erroris arguitur Rhodiginus lib.29. cap.8. ubi Numeros de iis militibus dici tradit, qui legionibus non inſunt. Cæterum frequentiſſimè legas apud Ammianum Numeros pro militari ordine non equitum minus quàm peditum, Illud ſeligo lib.23. *Miſſa per militares Numeros expeditionali teſſera, cunctos tranſire juſſit Euphratem*,

Numerus militum. Quænam ſit juſtis exercitibus conveniens militum multitudo; & utrum immenſa quadam copia bellatorum, an debito commenſu conſcriptos ordines præſtet educere, unum eſt ex militaribus problematis, quæ a Scriptoribus variè diſputantur. Neque verò hic loquor de bellicis illis Barbarorum inundationibus, & immetata militum copia, quam Hunni, Vandali, Goti, aliæque Boreales Nationes in Europæ provincias intulerunt, Illi ſiquidem non tam juſti exercitus, quàm populorum tranſmigrationes fuere, Omitto etiam de Xerxe Perſarum Rege dicere, qui bellum Græciæ illaturus, decies ſepties centena millia militum contraxit. Quam hominum turbam ex editiore loco contuitus, meritò collacrimaſſe dicitur, reputans, innumeros illos mortales ſimul coactos non ultra multos annos vita fruituros. Eas porrò interminatas copias meritò irriſit Leonidas Dux Thebanorum, trecentis duntaxat Spartanis inſtructus. Cum enim inaudiviſſet eum eſſe Perſarum numerum, ut ſi jaculum in Solem ſinguli jacerent, diem illicò obtenebrarent, velo telorum inducto; Commodiùs, inquit, ſub umbra pugnabimus.

Leonida in udir che il campo hoſtile
Tal'era, che ſreceiando al Sol fea velo,
Diſſe con faccia di timore ſgombra,
Pugnerem dunque agiatamente all'ombra.

De eodem Xerxe, aliiſque Ducibus, quorum immenſa quædam fuit in armis multitudo mortalium, ita Veget. lib.3. cap.1. *Nam cum Xerxis & Darii, & Mithridatis, cæterorumque Regum, qui innumerabiles armaverant populos, exempla releguntur, evidenter apparet nimium copioſos exercitus magis propria multitudine, quàm hoſtium virtute depreſſos*. Quibus dictis ſtatim addit graviſſimas cauſas, quibus oſtendit innumeris obnoxium eſſe incommodis exercitum plus æquo militum numero pollentem: *In itineribus pro mole ſua ſemper eſt tardior; in longiore autem agmine etiam a paucis ſuperventum aſſolet pati. In locis autem aſperis, vel fluminibus tranſeundis, propter impedimentorum moras ſæpe decipitur. Præterea ingenti labore numeroſis animalibus equiſque pabula colliguntur. Rei quoque frumentariæ difficultas, quæ in omni expeditione vitanda eſt, citò majores fatigat exercitus, aqua denique ipſa nimiæ multitudini aliquando vix ſufficit*. Concluditque ſapienter: *Veteres, qui remedia difficultatum didicerant experimentis, non tam numeroſos, quam eruditos armis exercitus habere voluerunt*.

2. Equidem non eſt dubitandum, numero præſtantes vires pluribus in locis prodeſſe; acciſaque bellantium parte Duces faciliùs ſic iterare conflictum, adhuc reliquis non contemnendis ordinum nervis. Occupata etiam loca quibuslibet præſidiis firmare valent, integro retento aliorum militum robore. Ad oſtentationem etiam, obtentum, & pompam, & oſtendendam Principum Regumque potentiam conducere magis videntur exercitus numeroſi: qui porrò, utcunque morbo multis debilitatis, amnium tranſitu demerſis, crebris transfugiis imminutis, adhuc tamen multos atque prævalidos habent ſuperſtites. Sed contra reputanti ſapientiſſimum eſt Vegetii documentum: *In omni prælio non tam multitudo & virtus indocta, quàm ars & exercitium ſolent præſtare victoriam*. Illud etiam Thucydidis præclarum eſt: *Sæpe pauciores dum metuunt, plures præ contemptu parum inſtructos profligaſſe*. In eandem ſententiam Frontinus: *In certamine exercitata paucitas ad victoriam promptior eſt, quàm rudis & indocta multitudo*. Poſtremò ſcitè Tacitus: *Etiam in multis legionibus pauci ſunt, qui bella profligant*. Hinc quadraginta facilè millia veteranorum cum Alexandro Macedonum Rege longè majores numero Perſarum copias, non uno certamine diſiecerunt. Nihil autem frequentius occurrit annalium memoriam perlegentibus, quàm copioſiſſimi exercitus ſuperati a paucioribus, qui numeri inopiam virtute farcirent. Non quidquam magis exitio fuit Pompejo in campis Pharſalicis, ut ſcribit Florus, quàm ipſa exercitûs magnitudo, ex omni Aſiatica fæce conflata. Pro comperto non dubiè habendum eſt nimia

mul-

Digitized by Google

multitudine gravem exercitum ſibi ipſi obſtare, ſibique eſſe oneroſum; utque vaſta mole viri, ſic immenſa corpora militum propter ipſam magnitudinem vulneribus ſunt magis obnoxia, faciliuſque hoſtium jacula invitant, cædique ſunt expoſita. Minus etiam tales exercitus vel in acie, vel in caſtris diſciplina conſervantur, pronioreſque ſunt ad ſeditiones, præcipuè ſi ſtipendia minus procedant, deſitque annona militaris. Siniſtris etiam eventibus, peſtilentia, rerum neceſſariarum inopia, omnia generis morbis longè faciliùs laborant. Tardiores etiam ſunt in militari progreſſu, potiſſimum verò in locis aſperis ac trajectu fluviorum; ubi ingens ſarcinarum & impedimentorum copia mirum in modum itinera remoratur. Creſcunt etiam pro tanto numero, augenturque in immenſum difficultates pabulationis, aquationis, & lignationis. Id ſuit cauſæ, quapropter numeroſiſſimus exercitus Mithridatis pabulorum & commeatuum inopia diffIueret, Lucullo apud Cizicum exiguas & prævalidas retinente copias, quibus res cibaria omniſque apparatus bellicus affluebat. Adde vim auri incredibilem abſorberi tot ſtipendiis, armis, vecturis, cibariis.

3. Hæc plane ſaciunt ut optimi quique armorum Duces longè majorem virium firmitatem ſtatuant in juſto exercitu, probe inſtructo, & diſciplinam ſervante, quàm in peramplis copiis armatorum. Conſularis certè exercitus Romanorum duas tantùm legiones Urbanorum militum ſub ſignis habebat; qui numerus undecim peditum millia, equites verò ſexcentos explebat. Quibus copiis totidem conjunctæ ex ſœderatorum ac ſociorum auxiliis eas conſtituebant vires, quibus quemcunque aggrediebantur hoſtem, arces verò etiam munitiſſimas oppugnabant. Quodſi pluribus in locis eſſet belligerandum, alius comparabatur exercitus ab alio Conſule, non impari conſcriptorum numero. Non ignoro, auctum poſtea numerum legionum, & quidem poſt cladem Cannenſem duodeviginti Romanos habuiſſe. Nunciato etiam Gallico tumultu equitum octoginta millia, ſeptingenta millia peditum, ut refert Polybius lib. 3. ſub ſignis ſuere. Unus Cornelius Cinna, ut ſcribit Vellejus, triginta legionum inſtar effecit. Sed & quadraginta legiones, bello inter Pompejum & Cæſarem; atque etiam quinquaginta in bello Mutinenſi & Philippenſi numerantur apud Hiſtoricos. Admirandum porrò eſt quod refertur ab Appiano, in una Sicilia, *Legiones fuiſſe quadraginta quinque, equitum vigintiquinque millia, levis armaturæ tantundem, & plus dimidio, naves longas & militares ſexcentas, onerarias ſine numero*. Ex iis nihil eſt demirandum, ſi Pyrrhus ſibi non contra homines, ſed contra Hydram Lernæam dimicare videretur: novis quippe ſemper delectibus adversùs ipſum exercitus ſupplebant, ac reparabant Romani. Verùm ea contigerunt, cum imperium mirandum in modum eſſet auctum, omniſque generis hoſtes ac plurima ſuſcepta bella in cervicibus eſſent. Quod ſi ratio & neceſſitas non ſecus ſuadeant, idoneo numero, ſed excellenti alacritate ſtudioque milites conſcribere præſtiterit, quàm inconditam, ſibique ſolum plerunque nocituram multitudinem. Quid non auſi ſunt in Italia, quid non mira felicitate perfecerunt Trojani bellatores Æneam ſecuti? Erant autem ſi Virgilio credimus,

Exigui numero, ſed bello vivida virtus.

Poſtremò quod idem Virgilius dixit de agris excolendis, de conſcribenda etiam militia non immeritò dicerem atque præciperem:

laudato ingentia rura,
Exiguum colito.

4. Cum res Martia, ut magiſtri omnes Polemici tradunt, nullo majore conſtet procedatque præſidio quàm copiis militaribus, ſine quarum opera omnis generis arma & munimenta otioſa ſunt & habenda contemptui, eam ob cauſam Principes, rerumque publicarum moderatores quanto maxime poſſunt ſtudio ſatagunt, ut ſumma penes eoſdem ſit civium frequentia & multitudo, ex quibus milites ad bellicas expeditiones eliciuntur. Cum enim acceptis cladibus, morbis, ſameque multi in dies concidant milites, cum innumeri vulneribus aut ſenio debilitati ſigna ſubſequi nequeant, non ſatis commodè ſuppleri iidem poſſunt, ac demortuorum damna ſarciri, niſi confertiſſimi populi nova veluti plantaria ex perenni ſeminario Marti ſufficiant. Certè cum Annibal primo illo & feliciſſimo bello Punico ſupra ducenta Romanorum millia deleverit, cumque immenſam aliam bellatorum vim captivam ſecerit, neceſſe omninò ſuiſſet principi gentium populo tot tantiſque attrito cladibus planè ſuccumbere, ac ſpem omnem retinendi, nedum propagandi Imperii abdicare, niſi in exuberanti populo inexhauſtum habuiſſet ſundum, quo ſupplere legiones, inſtaurare vires acciſas, & renovare bellum ex integro potuiſſet. Et ego quidem nego quidquam ad Romanorum gloriam ſplendidiùs ſuiſſe dictum, quàm cum eam urbem Cineas Pyrrhi Epirotarum Regis Orator, Hydram, ut dixi, Lernæam nominavit. Neque enim ajebat niſi cum ramoſiſſimo & multorum capitum monſtro bellum a Pyrrho ſuiſſe ſuſceptum; qui cum hoſtes multis funeſtiſſimiſque affectos cladibus contriviſſet, novos ſubinde enaſci exercitus, novos, quaſi e Cadmæa ſerpentinorum dentium ſegete, bellatores emergere in dies cerneret. Non ſecus de Romanis Annibal judicavit apud Horat. l. 4. Od. 4.

Non hydra ſecto corpore firmior
Vinci dolentem crevit in Herculem.

Quæ res incolumitati gloriæque Romanis fuit, eiſque poſtea terrarum imperium comparavit, eadem ad extremum exitium olim dedit Lacedæmonios. Poſt pugnam Leuctricam ſuperati a Thebanis Spartiatæ, cum carerent copia civium, qui res perditas reparare poſſent, amiſere Græciæ Imperium, cui magnis viribus, majoribus animis inhiabant. Nihil porrò eâ civium penuriâ exitioſius fuit Thebanis ipſis atque Athenienſibus, qui multiplici bello devicti a Philippo Macedonum Rege, cum reſtaurare nequiviſſent amiſſum militem, in acerbiſſimi victoris jura legeſque conceſſerunt. Curatum autem tam anxiè atque ſolicitè à Romanis eſt de augenda civitate & ſobole procreanda, ut pauperibus agros ex publico aſſignaverint, multaſque addiderint immunitates, quo procreandis liberis vacaret civitas. Inſtitutum etiam ſapientiſſimè & quidem ab ipſo Romulo, ut hoſtes bello ſuperati civitate donarentur, ut inter alios teſtatur Tacitus lib. 3. *Quid aliud exitio Lacedæmoniis & Athenienſibus fuit, quanquam armis pollerent, niſi quod victos pro alienigenis arcebant? At conditor noſter Romu-*

Digitized by Google

lus tantum ſapientia valuit, ut pleroſque populos eodem die hoſtes, dein cives haberet. His artibus optimè proviſum a principe gentium populo ne militum innpia laborarent exercitus: quo inſuper effectum eſt, ut Imperatores de ſupplendis legionibus nihil ſoliciti rei ſtrenuè adminiſtrandæ nervos omnes intenderent.

5. Non injucundum verò fuerit lectori attexere hic quæ in hoc argumentum numeris vernaculis, ruſticula quidem, parumque culta exornataque locutione, nihilnminus quod rem ipſam attinet, verè aptiſſimèque ſcribit Cornazanus capit. 2. lib. 1.

La dotta paucità, come maeſtra
Si regge in arme, e la gran turba indotta
L'uno per l'altro ſempre ſi ſineſtra.
E ſpeſſiſſime volte uno gran frotta
Con pochi eſperti alla pugna venuta,
E dal ſuo proprio diſordine rotta.
Toſto ſi drizza compagnia minuta
Dotta, ſe la ſi ſturba una gran torma,
Difficilmente in pericol s'ajuta.
E mal nol caminar ſe gli dà forma,
Per la gravezza ſua, che ſempre è lenta,
Ne può di pochi è buon pareggiar l'orma.
Ogni piccol ſquadron l'aſſalta e tenta
Per aſpri luoghi, & al paſſar dell'acque,
Siche da proprii impedimenti e venta.
Oltra di queſto mai ben non ſi pacque
(Intellige *paſcolò*)
Per via longa gran campo; che non baſta
Il poco a chi per molto mangiar nacque.
E ſe per caſo avvien, ch'a forza d'haſta
Volti le ſpalle, ognun, che fuga piglia,
Più gente tira e più gl'ordini guaſta,
Miſero al fin colui, che ſi conſiglia
Entrar con troppa turba in un paeſe;
Perche da ſe medeſmo ſi ſcompiglia.
Eandem rem exemplis etiam illuſtraverat lib. 1. capit. 1.
Che Capitano mai pronto e importuna
Tanto non fù, che in numero confiſo
Non diventaſſe poi di bianco bruno.
In Armenia Tigran ſi preſe a riſo;
Seicento aveano migliar di perſone
(lege potius)
Seicento havea migliara di perſone,
E Lucul venti, e fù rotto e conquiſo.
Io taccio del figliuol, che fù prigione:
Che in queſta ſtrage non robba, e denari,
Mà a ſacco andaro i Regi e le corone.
L'iſtoria di due Eſerciti diſpari,
Quanda Claudio di ſangue il Metro tinſe,
Quelli, che non lo ſon, credo ſon rari.
Et infra:
Mario come trattò Cimbri e Tedeſchi
Che qual tempeſta ſotto aquilon moſſa
L'alpi aderenti al Ciel paſſar ſi freſchi.
Era lor ſchiera più che la ſua groſſa,
E pur li ruppe, e 'l Rodano fù teſte,
Che l'aqua al mar più dì ne menò roſſa.
De qua clade Cimbrorum ſic Petrarca præcinuerat:
Et è queſta del ſeme,
Per più dolor del popol ſenza legge,
A cui, come ſi legge,
Mario aperſe ſi 'l fianco,
Che memoria del opra unco non langue,
Quando aſſetato e ſtanco
Non più bevvè del fiume acqua che ſangue.
Iterum verò Cornazanus:
Mira poi in Grecia l'habito funeſte,
Che tante madre in un dì ſol coperſe.
E ſè in Levante tante ſpoſe meſte.
Vien d'Oriente l'Imperator Serſe;
E quanto è 'l Mar da Media à Salamina
Copre col fondo delle navi Perſe.
Le cime della terra con ruina
Abbaſſa, e ſpiana tutte le montagne,
E fonda i ponti ſopra la Marina.
Mà vedi poco poi quel, che guadagne:
Che per ducento, che gli ferno inſulto;
Empiè di ſangue tutte le campagne.
Et de hac etiam ſtrage Perſarum hæc præſcripſerat idem Petrarca.
Pon mente al temerario ardir di Serſe,
Che fece per calcare i noſtri liti,
Di nuovi ponti oltraggio alla Marina:
E vedrai nella morte de mariti
Tutte veſtire a brun le donne Perſe,
E tinto in roſſo il mor di Salamina.
Ex eadem fidelia ſunt illa Triſſini lib. 1.
Nè mi ſpaventa il dir, che metter ponno
Dugento milia in arme a la campagna:
Che la colluvion de le perſone
Non ſuol dar la vittoria nelle guerre,
Ma i pochi e buoni, con conſiglia ed arte
Più volte han vinto innumerabil gente.
Claudat agmen pulcherrima Horatii ſententia lib. 3. Od. 4.
Vis conſili expers mole ruit ſua:
Vim temperatam Di quoque provehunt
In majus.

Nummi, orum. Supervacaneæ hic operæ fuerit expendere, quantam hiſtoriæ lucem, quantumque pondus & robur Scriptorum authoritati, ad narratarum rerum veritatem aſſerendam afferant nummi. Video eam univerſæ Antiquitatis ſelectiſſimam partem atque graviſſimam, tanto illicio, ſtudioque indagandæ veritatis omnium ætatum ingenia tenuiſſe: viden tam diligenti opera & perquiri undique vetuſta numiſmata, & in Muſæis magnorum Principum accuratiſſimè aſſervari, ut nullus dubitem inter primarias hujus ævi, hominumque doctiſſimorum curas referri eorundem perveſtigationem & operoſiſſimam explanationem. Satis hic fuerit mihi Lectoribus meis innuere, per omnes retroactas ætates, non omninò bonis ingenuiſque inſenſas diſciplinis, nummos percuti ſignarique ſolitos ſcalpturis, aut cælaturis rerum geſtarum, ac militarium perſæpe operum, quæ diſtinctè enucleateque cognoſcere poſteritatis perenne beneficium atque compendium futurum fuiſſet. Prolixa harum rerum copia in nummis Cæſarum. In Auguſti nummis inſcriptiones illæ leguntur: *Republica Conſervata*: *Ægypto Capta*: *Aſia Recepta*: *Civibus Servatis*: *Armenia Capta*: *Signis Receptis*: *Civibus & Signis Militaribus a Parthis Recuperatis*. Inter ſymbola verò militaria nummis ſcalpta pila diverſi generis, aquilæ tum inermes, tum armatæ fulminibus, coronæ nexiles, laureæ, oleaginæ: complicati earum arborum rami, ſceptrum, caduceum, & alia in infinitum pertinentia occurrunt. Paucula hæc obiter indicata ſunt, ut digitum intendam Lectoribus ad ampliſſimam ſegetem colligendam; & hoc quaſi embammate & promulſide eorundem guſtum

ſtum

ſtum excitem proritemque ad Apollinares illas & Pontificias cœnas, quibus ſummâ lautitiâ, otiosèque recreari poſſunt apud plurimos eruditiſſimoſque veterum Numiſmatum interpretes & promoſcondos.

Nuncii Militares. Si proſpera nunciabant, victorias nimirum, expugnationes urbium, provincias in poteſtatem redactas, afferebant litteras laureatas, lauro ſcilicet ſignatas & obvolutas. Manu etiam laureatas geſtabant haſtas, ideſt laureis coronis exornatas in apice. Plin. lib. 15. cap. ult. *Laurus præcipua victoriæ lætitiæque nunciis additur literis*. Idem de laureatis haſtis mentionem facit. Sed & de litteris laureatis Martialis lib. 7.

Sed jam lætitiæ quo ſit fiducia major,
Sarmaticæ lauris nuncius ipſe veni.

Lampridius in Alexand. Severo: *Ex omnibus locis tabellæ laureatæ delatæ ſunt*. Ideſt litteræ rerum lætarum nuntiæ. Vetus etiam interpres Juvenalis ad Satyram quartam ita ſcribit: *Siquid nuncibant Conſules in Urbem, per epiſtolas nunciabant: ſi victoria nunciabantur, laurus in epiſtola figebatur; ſi autem aliquid adverſi, figebatur pinna*. Idem tradit Servius in Virgil. lib. 9., ubi ait.

pennata per urbem
Nuncia fama ruit.

Ubi ita Servius: *Quidam volunt ideo hic famam pinnatam a Poeta inductam, quæ tumultum & res adverſas nunciet, ut illud tangere videretur, quod qui bellum nunciaret, pinnatas litteras diceretur afferre*. Utrunque morem complexus eſt Statius lib 5. Sylvar. Carm. 1.

quæ laurus ab Arcto,
Quid vagus Euphrates, quid ripa binominis Iſtri,
Quid Rheni vexilla ferant, quantum ultimus Orbis
Ceſſerit, & refluo circumſona gurgite Thule:
Omnia nam lætas pila attollentia frondes
Nullaque fumosâ ſignatur lancea pinnâ.

Ubi palmari mendâ vitioſam lectionem Salmaſius reſtituit: nam in vulgatis ante ipſum ſic legebatur:

Omnia non lætas pila attollentia frondes,
Multaque ſumosâ ſignatur lancea pinnâ.

Quòd nuncii proſperorum eventuum in literis & haſtia geſtarent laurum, in promptu eſt cauſa, a fronde ab antiquo victorias & proſpera nunciante. Quod verò pinnis ornarentur, cum caſua nunciarent adverſos, id ſcilicet non aliam ob cauſam factum ſuſpicor, quàm quoniam perniciſſima celeritate, & longe majori feſtinatione opus eſſet in triſtibus nunciandis, propter remedii neceſſitatem, qua occurrendum erat præſenti periculo, maloque impendenti; cujuſmodi ſunt res turbidæ, motuſque excitati in provinciis, acceptæ clades, & ſimilia, quæ ad ſarciendum accepta damna, propera depoſcunt conſilia. Nigri etiam coloris, quo res infauſtæ adumbrabantur, illas fuiſſe pinnas ex prædicto colligitur Statii loco: *fumosâ ſignatur lancea pinnâ*. Vide Salmaſ. ad Lamprid. Notandum eſt ex Dione illud apud Romanos fuiſſe initium literarum, quas victoriæ nuncias Romam Duces mittebant: *Si vos, liberique veſtri valetis, bene eſt: Ego quidem & exercitus valemus*. Abſtinuiſſe tamen legimus hac formula Adrianum, cum nunciaret victoriam, quæ magno ſuorum ſanguine ſteterat. Vehementem verò mihi admirationem incuſſit quod legi apud Matthiam Dogen Architect. Milit. Hercotect. lib. 2. Scribit autem conſcriptas aliquando litteras cupreis capſulis ſive globulia incluſas & deglutitas, extractaſque poſtea ex viſceribus eorum, qui eas devoraverant, catapotiis propinatis. Verùm de nunciis per columbas, ſagittas, & ſimilia, alibi eſt ſermo. Olea inſuper geſtamen fuit nunciorum. Dantes Purg. Cant. 2.

E come a Meſſagier che porta olivo
Tragge la gente per udir novelle
E di calcar neſſun ſi moſtra ſchivo.

2. Alia notione Nuncii bellici, ſunt Caduceatores, qui certis inſignibus & ſingulari veſtitu exornati pangendis fœderibus, induciis conciliandia, indicendis bellis, prœliia dirimendis, imperatis denique quomodolibet faceſſendia, operam præſtant. Virgil. lib. 11.

Nuncius hæc, Idmon, Phrygio mea dicta Tyranno
Haud placitura refer.

Mos vetus ab Heroum ævo permanavit, ut, etiam flagrante bello, multa hoſtes per Nuncios paciſcerentur, quos ea de cauſa, quaſi rem ſacram & religioſam, non inviolatos modo, ſed honorificè acceptoa, & reverenter habitos eſſe voluerunt. Verùm nos alibi de his ſæpius atque prolixius. Vide *Haraldus*.

Nundinæ, arum. Pro militari decurſione vel haſtiludio. Decretum Eugenii II. Pont. *Temerariam multorum audaciam, qui ad deteſtabiles nundinas ex condicto venire ſolent, ad oſtentationem virium ſuarum, omninò & ſub anathemate fieri prohibemus. Quod ſiquis ibidem mortuus fuerit, pœnitentia & viaticum ei non negetur, Eccleſiaſtica tamen careat ſepultura*. Similiter alii ſæpe Scriptorea Latinobarbari, Trojam & Decurſiones Nundinaa vocant.

Nunquam mi a tergo fugienti infixeris hastam. Connumeratur inter verſiculos proverbiales Homeri. Habetur autem ubi Diomedes Ulyſſem fugientem ad pugnam revocat. Monet verſiculus apertum Martem, ſive certamen, proprium virorum eſſe, non inſidias clancularias.

Nux, cis. Idem ac epitoxis. Pars balliſtæ. Villelmus Brito lib. 6. Philipp.

Guido nucem volvit balliſtæ pollice lævo,
Dextra premit clavem, ſonat una nervus, & ecce
In Regis ſcapula ſtabat fatalis arundo.

Dantes Paradiſ. Cant. 11.

in quanto un quadrel poſa
E vola, e dalla noce ſi diſchiava.

Hinc proverbium Italicum: *la corda e'n ſu' la noce*: pro damno proximo.

Nycteus. Unus ex quadrijugis equis Plutonis, de quo Claudian. de rapt. Proſ. lib. 1.

Orphnæus crudele micans, Æthonque ſagitta
Ocior, & Stygii ſublimis gloria Nycteus
Armenti, Ditiſque nota ſignatus Alaſtor.

Nyctostrategi. Nocturni erant apud Romanos Magiſtratus in provinciis, qui noctu urbes luſtrabant armati publicæ quietis gratia. Eorum meminit Arcadius l. ult. §. 2. ff. de mun. & honore,

O

O. Litera. O geminata genus erat clamoris militaris, quo ſcilicet utebantur milites, cum in patriam victores remeabant. Feſtus in dictione *Ovantes*. *Ovantes, lætantes: ab eo clamore, quem faciunt redeuntes ex pugna victores milites geminatâ O literâ*. Eadem commendantis eſt in re fortiter geſta, & ad majora animantis. Silius lib. 4.

Macte, o macte indole ſacra.

Et lib. 12.

Macte o virtutis avitæ.

Conſecravit hunc morem Eccleſia Romana, quæ fideles filioſque ſuos toto ſacri Adventus tempore piè religioſèque comparans ad feſtivè ſanctèque excipiendum Infantem Divinum, victorem ſcilicet mortis futurum & Erebi triumphatorem, poſtremis ſeptem diebus ejuſdem annui ſpatii, in diurno ſacrarum Horarum precumque penſo, ſeptem ad *Magnificat* proponit majores Antiphonas, quarum litera initialis eſt *O*. Habet præterea commemorata litera *O* in prę́fatis antiphonis vim ſignificandæ lætitiæ in expectatione partus divini; notatque Sanctorum Patrum in Limbo preces in expectatione ejuſdem Myſterii. Vide Macros fratres in Hierolex. in dictione *Antiphona*. Viſitur Romæ ſtatua Oſiridis, ſiniſtra manu prę́ferentis tabellam cum litera T inſcripta, cui apposita ſuperiùs eſt *O* litera, quaſi anuli vicem ſupplens, ut habetur in exemplo ejus ſimulacri propoſito ab Alexandro Donato in Roma Vet. lib. 1. cap. 21. In ea verò effigie literâ *O* aliqui oculum putant referri, quem fuiſſe providentiæ ſymbolum in ſimulacris Oſiridis tradit Plutarchus per hæc verba: *Oſirim oculo & ſceptro pictis exprimunt, oculo providentiam, ſceptro potentiam demonſtrantes*. Eâdem literâ *O*, quæ ibi anſulæ, vel anuli vicem videtur ſupplere, deſignari alii putant ſolem, quaſi mundi oculum. Macrob. lib. 1. Saturn. *Oſirim Ægyptii, ut ſolem eſſe aſſerant, inſculpunt ſceptrum, inque eo ſpeciem oculi exprimunt: & hoc ſigno Oſirim monſtrant, ſignificantes hunc Deum ſolem eſſe; quia ſolem Jovis oculum appellavit Antiquitas.*

Obarmo, as. Armo. Horat. l. 4. Od. 4.

quibus
Mos unde deductus per omne
Tempus Amazonia ſecuri
Dextras obarmet, quærere diſtuli.

Apul. Aſin. 9. *Sic ille nequiſſimus carnifex contra me manus impias obarmabat.*

Obedientia. Superiorem aliquam cæleſtemque vim, quæ rebus creatis præſit eaſque moderetur, non modò agnoſcendam eſſe, verùm etiam ſanctè religioſèque verendam, & fatentur facilè omnes & gloriantur. Veriſſimum quippe illud Senecæ de Vita beata: *Obedire Deo libertas eſt*. Ægrè verò illis ſubjicimur, quos nobis naſcendi conditio æquales facit. Ea porrò neceſſitas vitio potiùs hominum inducta eſt, quàm imbecillitate naturæ. Cum autem pauciſſimi Imperia exerceant, numero verò careant, quibus ſubeſſe neceſſe eſt, feliciſſima ea fuerit Reſpublica, cui nonniſi optimi obveniunt Magiſtratus. Claudian. lib. 3. Stil.

Fallitur egregio quiſquis ſub Principe credit
Servitium: nunquam libertas gratior extat
Quàm ſub Rege pio.

Immortali plane digniſſimum memoria eſt Solonis effatum, optimè compoſitum fore illud regnum aſſeverantis, ubi cives Magiſtratibus, Magiſtratus Principi, Principes Deo reverenter & obſequioſè ſubeſſent. Horatius etiam id tetigit lib. 3.

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipſos imperium eſt Jovis.

Reputanti non ſemel mihi quot quantaque ab exiguis initiis potentiæ cœperit incrementa Romanum Imperium, nullum ſeſe offert animo ejuſdem propagandi præſentius inſtrumentum eos homines habuiſſe, quàm ut digniſſimi quique imperarent, reliqui verò tanta fide & obſequio domi militiæque majoribus morem gererent, ut in iis præſtandis officiis ſalutis publicæ atque felicitatis partem potiſſimam collocatam putarent. Quàm verò Romani milites Imperatoribus ſuis morigeri fuerint oſtendit Scipio Africanus, qui, ut author eſt Plutarchus, turri præcelſa undique ambiente mari præcincta, legatis hoſticis indicata, adjecit nullum ſe ex ſuis militibus noſcere, quem non certò ſciret, ſi ipſe juſſerit, ex editiſſima illa turri ſe in mare præcipitaturum. Violatæ verò obedientiæ luculentiſſimum poſteris documentum demandavit Manlius Torquatus Conſul, qui filium, quamvis victorem, quoniam contra ipſius imperium pugnaverat, non dubitavit occidere, quaſi plus in imperio eſſet, quàm in victoria, ut Florus advertit. De quo præclare etiam Petrarca:

Poi quel Torquato, che 'l figliuol percuſſe,
E viver orbo per amor ſofferſe
Della militia, perche orba non fuſſe.

Sed operæ fuerit ipſum audire Manlium apud Livium lib. 8. advocata claſſico concione, his verbis ſententiam acerbiſſimam ferentem in filium: *Quandoquidem tu, T. Manli, neque Imperium Conſulare, neque majeſtatem patriam veritus, adversùs edictum noſtrum extra ordinem in hoſtem pugnaſti, & quantum in te fuit, diſciplinam militarem, qua ſtetit ad hanc diem Romana res,*

ſolvi-

Digitized by Google

ſolviſti ; meque in eam neceſſitatem adduxiſti, ut aut Reipublicæ mihi, aut mei, meorumque obliviſcendum ſit, nos potius noſtro delicto plectemur, quàm Reſpublica tanto ſuo damno noſtra peccata luat. Triſte exemplum, ſed in poſterum ſalubre juventuti erimus. Ut verò ſuper obedientia militari oonoihil etiam de externis adjungam, abſolutiſſimum obſequii exemplar atque prototypon libet inſpicere in Chryſante, Cyri Perſarum Regia milite gregario, qui cum hoſtem in aciem petiturus eductum e vagioa gladium extuliſſet, ſigno receptui per tubam dato, dimiſſo hoſtem ictum inhibuit. Factum, documentumque diſciplinę caſtrenſis nullo ętatum ambitu antiquandum meritò Cyrus multis extuliſſe laudibus legitur apud Xennphon. Pæd. lib. 4. Omninò compar obedientiæ teſtimonium proditur a Plutarcho in Apophthegm. Lacon. de milite Lacedęmonio, qui claſſico ad receptum canente primùm audito, vaginæ enſem reddidit, quem in obvium hoſtem nudaverat: tum percunctantem ſocio cur hoſtem noo mactaſſet? quia melius eſt, dixit, dicto audieotem eſſe Imperatori, quàm hoſtem interficere. Nihil certè majori cautione Spartiatis præcepit Lycurgus, quàm ut obtemperandi ſcieotia abundè præſtantes eſſeot. Obſervavit id Xeoophon: *Hac re Spartiatæ gloriantur, & ingentes animos tollunt, quòd humiliter ſe gerant in obtemperando ſuis Præfectis.*

2. Et quoniam de Spartanorum virtute incidit ſermo, nihil veritati propiùs a Plutarcho dictum ſemper exiſtimavi, quàm cum in Lycurgi vita negavit verum unquam eſſe potuiſſe, quod de ea gente circumferri ſolebat, trito populari uſu ſermone, nimirum Spartanos præeſſe aliis & imperare neſcire, obedientiæ verò militaris virtutem præ cæteris nationibus ſanctam habere, & maximum in modum in caſtris & acie cuſtodire. Equidem fieri vix unquam poteſt ut populi, aut milites diu & ex animo pareant, ſi minus peritoa, aut ſtrenuos nanciſcantur Imperatores. Nibil magis militarem obedieotiam progignit & ſancit, quàm Ducum præſtantia. Horum quippe alterum ab altero proficiſcitur: ſeſeque eadem mutuò juvant; ut plane vix repu- tem ſejunctas illas eſſe virtutes, Equum freno parentem nihil magis facit, quàm ſeſſoris peritia: fruſtraque ſit, aut certé minimùm ad diuturnam præſertim oavigationem proficiat turbæ nauticæ prompta alacritas, & paratum obſequium, ſi ignavus gubernator in puppe deſideat. Neceſſe proiode eſt, optimos eſſe Imperatores, ubi militum obedientia impensè laudatur; ut enim a Ducis ſtrenuitate copiis militarihus animus & robur increſcit, ſic ab ejuſdem excellentia obſequium comparatur.

3. Quæſtiooem eſſe pulcherrimam & a prudentibus viris in utramque partem arhitratam, refert Gellius lib. 1. cap. 13., utrum in negotio cuipiam commiſſo, & quid omnioò facere debeat definito, præſtet immutare quidpiam contra imperantis ſententiam mandatumque, ſi futurum quis prævideat, ut melius & utilius in præcipientis commodum res ipſa recidat. Videtur quippe ſæpius minime rei tractandę congruere, ſi oblata divinitùs ejuſdem melius gerendæ occaſio prætermittatur. Aliis arridet magis obtemperantis religio, & illibatæ obedientiæ exemplum, quàm acceſſio quælibet majoris compendii. Diſceptato hinc inde problemate concludit Gellius pro obedientia intemeratè colenda exemplo Architectonis, qui trabem arieti conficiendo ad Craſſum miſit, non quam Craſſus imperaverat, ſed quam Machinarius ipſe commodiorem judicaverat operi faciundo. Sic autem Gellius: *Is cum in Conſulatu obtineret Aſiam provinciam, & circumſidere oppugnareque Leucas oppidum pararet: opuſque eſſet firma atque procera trabe, qui arietem faceret, quo muros ejus oppidi quateret: ſcripſit ad Magiſtrum* ἀρχιτέκτονα *Moleatenſium ſociorum amicorumque populi Romani, ut ex malis duobus, quos apud eos vidiſſet, uter major eſſet, eum mittendum curares. Tum magiſter* ἀρχιτέκτων, *comperto quamobrem malum deſideraret, non uti juſſus erat, majorem, ſed, quem eſſe magis idoneum aptioremque faciendo arieti, facilioremque portatu exiſtimabat, minorem miſit. Craſſus eum vocari juſſit; & quum interrogaſſet cur non quem juſſerat, miſiſſet, cauſis rationibuſque, quas dictitabat, ſpretis, veſtimenta detrahi imperavit, virgiſque multùm cecidit; corrumpi atque diſſolvi officium omne imperantis ratus, ſiquis ad id, quod facere juſſus eſt, non obſequio debito, ſed conſilio non deſiderato reſpondeat.* Quæ oorma & ſolicitudo fideliter & ad nutum parendi auſcultandique majoribus, multis de cauſis cautiùs atque caodidiùs cuſtodienda eſt atque repręſentanda in re caſtrenſi & prœliari. Ut enim prætercam militum non conſilium aut ingenium, ſed operam eſſe conductam, ſatis bellè cumulatèque illi proprio defungentur munere, quoties ſimplex obſequium præſtiterint & expeditam obedientiam. Ad hæc præcipuum belli gerendi momentum eſt noſcere Imperatoris ſecretum & occulta conſilia miuimùm pertinere ad privatns quoſque, nec eorum officii eſſe rimari illa, ſed potius capeſſere & adimplere, juxtà illud Taciti Hiſt. *Parendo potiùs, quàm imperia Ducum ſciſcitando, res militaris continetur.* Ratio tamen ipſa & publici emolumenti cauſa ſuadet interdum, ut præſentis graviſſimique incommodi declinandi gratiâ a præſcripto recedatur: neceſſitati quippe plurima ſunt relioquenda & ſubitis eventibus, quorum cauſas humani ingenii conſiliique imbecillitas non ſemper advertit. Habenda præſertim eſt ante oculos, & penſitanda iodoles atque ingenium Imperatorum. Neque enim Manliana, aut Poſthumiana omnium ſunt imperia; quin frequentiùs animo magis commodo atque remiſſo ſunt exercituum Duces, quique minimùm renuant atque indignentur, ſi miles occaſioni ſerviat, quæ ſpondeat lætiorem eventum, præter mentem ſupremi moderatoris. Quod ſi periculum inevitabile aut præſens neceſſitas nihil ſecus ſuadeat, obedientiæ vinculum nulla eſt ratione diſſolvendum. Alii proinde aliorum imperio ita ſubeſſe ſe ſentiant, ut id & ęquiſſimo ferant animo, & potiſſimam diſciplinę caſtrenſis partem eſſe certiſſimum habeant. Milites Centurionum, Centuriones Tribunorum, Tribuni Conſulum vel Prętorum, vel certè ſi hoa abeſſe contigerit, Legatorum imperia apud Romanos impigrè faceſſebant; majores verò Magiſtratus ſinguli colebant ſanctiſſimè. Conveniebant verò ſummo mane ſuos quiſque pręfectos, ſummoſque ordinatim moderatores, ut de re agenda certiores fierent: Polybius de Caſtramet. *Equites ordinumque*

Digitized by Google

que Ductores omnes, oriente luce accedebant ad Tribunorum tentoria, Tribuni ad Conſulem. Non minimùm porrò intererit ad retinendam militum obedientiam eoſdem habere ſemper exercitos, ut propria virtute & militari peritia periculis quęſita, res arduas non reformident, verùm ad eas invitari provocarique a Ducibus certatim expetant, laudabili quadam contentione glorię, & ęmulatione inter ęquales. Equidem iis artibus longè feliciùs ad obedientiam proficiunt animi bellatorum, quàm metu ſuppliciorum. Solerter id præmonſtravit magiſter militiæ Veget. lib. 3, cap. 4. per hæc verba: *Laudabiliores tamen Duces ſunt, quorum exercitus ad modeſtiam labor & uſus inſtituit, quàm illi, quorum milites ad obedientiam ſuppliciorum formido compellit.* Ubi verò milites imperata feciſſe renunciabant apud Romanos, ea ferè utebantur formulà: *Factum eſt quod imperaſti.* Tacit. lib. 1. Annal. *Nuncianti Centurioni, ut mos militiæ, factum eſſe quod imperaſſet.* Sveton. in Tib. cap. 22. *Tiberius renuncianti Tribuno factum eſſe quod imperaſſet.* Idem in Claudio cap. 29. *De nece conſularis viri renunciante Centurione factum eſſe quod imperaſſet.*

Obelus. Fit a Græcorum ὀβελὸς, quod eſt telum, haſta; uſus tamen vocis frequentior pro veru, haſtula ferrea cuſpidata, qua carnes aſſantur. Obelum præterea, a veru vel veruculi ſimilitudine, dicimus virgulam cum cuſpide ad expungendum, configendum, atque adeo notandum idoneam, quam nimirum Veteres adhibebant ad inducenda quædam & e medio tollenda de ceratis pugillaribus, quibus ad ſcribendum utebantur. Similis haſtula etiamnum ſæpe viſitur & adjicitur in librorum marginibus, cum indicare volumus quidpiam immutatum, diffictum, vel perperam intruſum in textum. Virgula, haſtula, veruculum expunctionis Latinè dicitur. Poſtremò Obelum vocamus lapidem ſeu marmor quadratum, ſenſim gracileſcens in acuminatum verticem, ad nonnullam expreſſionem metæ vel pyramidis. Hujus generis Obeli in Ægypto olim ingenti copia excitati; nec ita pauci Romam inſanis ſumptibus, niſu incredibili advecti; quorum aliquot etiamnum in Urbis foris arciſque ante majores Baſilicas conſpiciuntur. Ab Obelo fit Obeliſcus, qui enumeratis ſignificationibus perinde atque Obelus gaudet, Nizolius affirmat Obeliſcum diminutivum nominis eſſe, non rei. Latè fallitur. Obeliſcus eſt parvus Obelus. Fugit autem Nizolium ratio, quamobrem Obeliſcos appellamus Obelos prægrandes, qui Romæ viſuntur. Rem explanavit Petrus Angelicus Bargæus Opuſculo ſingulari de Obeliſco. Conjectat autem a multitudine minorum Obelorum, qui olim urbem ornabant, uno omnes nomine Obeliſcos vocitatos: factum verò poſtmodum, ut comminutis minoribus illis edacitate temporis & injurià Barbarorum, eandem Obeliſcorum appellationem retinerent qui ferè ſolùm ſuperſunt majores Obeli.

Obequito, as. Ante vel circumequito. Liv. lib. 2. *Laceſſere ad pugnam obequitando caſtris provocandoque.*

Obses. Feſtus obſides dictos putat pro obfides, quia ob fidem patriæ præſtandam dantur. Sunt qui obſidem habent tanquam hoſpitem, quia ſic agit inter hoſtes, quaſi hoſpes ſit uſque ad completas promiſſiones. Sunt etiam qui accerſunt ab obſtando, quoniam obſes jure ſuo obſtat opinioni & conatui hoſtili. Leves illæ omnes, meo judicio, originationes hujus vocabuli. Itaque obſes dicitur ab obſidendo: inter hoſtes enim ſic cuſtoditur, tantaque aſſervatur diligentia, quaſi obſideatur, donec liberetur hoſtium fides pollicitationibus & pactis expletis. Eſt autem obſes, qui fidei tuendæ cauſa traditur alterius poteſtati certis legibus & conditionibus, de quibus vide Hugonem Grotium de Jur. Bell. & Pac. Virgines etiam pro obſidibus interdum datas conſtat ex Livio, ubi a Romanis Regi Porſenæ traditas ſcribit virgines obſides, interque eas Cleliam. Metapontini fœminas dedere obſides Chronymo Lacedæmoni, ut ſcribit Athenæus lib. 13. cap. 28. Quocirca miror tanquam rem novitiam narrari a Svetonio in vita Auguſti, quod obſides ille fœminas accepiſſet: *A quibuſdam verò novum genus obſidum, fœminas exigere tentaverit.* Cur autem uſitatum ſæpius fuerit, ut fœminæ potius quàm mares in obſides & pignora traderentur, diſcimus ex Tacito de Mor. Germ. *Efficaciùs obligantur animi civitatum, quibus inter obſides puellæ quoque nobiles imperantur.* Creditum olim unumquemque non ſecus in vitam propriam, quàm in res alias, quę cujuſque proprietatis eſſent, exercere poteſtatem poſſe. Hinc interdum obſides vitâ privati, aut ſuo ipſorum conſenſu, aut certe publico, quo privatus contineretur. At poſtea quam veriore ſapientia eruditi ſumus, in vitam cujuſque ſoli ſupremo Conditori jus eſſe, minus humanum viſum eſt ut ſuam obſides vitam temere profunderent. Præclarè Scipio apud Livium lib. 28. negat ſe in obſides innoxios ſæviturum, ſed potius ab eis, qui defeciſſent, pœnas expetiturum. Narſeti etiam, ut ſcribit Agathias lib. 1. inhumanum atroxque viſum eſt de obſidibus ſupplicium ſumere. Certe odioſam eſſe obſidum obligationem, & quoniam libertati inimica eſt, & quoniam ex alieno provenit facto, exiſtimat præfatus Grotius. Obſes Italis dicitur *Statico*, *Oſtaggio*: quæ vox Italorum favet iis, qui obſidem Latinorum trahunt ab *hoſpite*.

Obsidio, onis. Urbis vel arcis aggreſſio, circumſeſſio, & circumvallatio cum armato milite, & inſtrumentis idoneis ad oppugnandum. Unum eſt ex pręcipuis Martis operibus, & quod maxime omnium architecturæ ſtudium, Ducis vigilantiam, & indefeſſum militum ardorem depoſcit. Sæpe enim fluviis & montibus obſtat natura, ita ut contra hanc potius, quàm contra hoſtes ſit decertandum. Alia eſt obſidio laxior, quæ bellicis machinamentis, & aſſultu militari parcius utens, ſatis habet rem frumentariam & commeatus intercipere, ut fame potius, quàm vi & aggreſſione deditio contingat. Itali dicunt *Blocco*; quam vocem originis Germanicæ ſtatuit Ferrarius. Hujus generis oppugnationem indicare videtur Vegetius lib. 2. cap. 7. ubi duas affert obſidionis ſpecies per hæc verba: *Unam cum adverſarius opportunis locis præſidiis ordinatis, continuis aſſultibus oppugnat obſeſſos; alteram cum aquâ prohibet incluſos, vel deditionem ſperat a fame, quòd omnes prohibuerit commeatus.* Subditque paulò poſt. *Hoc enim conſilio ipſe otioſus ac tutus fatigat inimicum.* Appoſite & accommodate Livius foſſa & aggere

præ-

præcinctos circumvallatos vocat; largius detentos, circumſeſſos. En tibi ejus verba. *Obteſtarenturque, ut tunc ſaltem opem non circumſeſſis modò, ſed etiam circumvallatis ferret.* Quoniam verò, licet minus inſtructa machinis, diuturnior tamen ea eſt obſidionis ſpecies, ideo majorem exigit tolerantiam militum & conſtantiam Imperatoris. Ut enim probè apud Liv. lib. 5. præcipit Claudius, conſtantia in omni quidem genere militiam exercentibus eſt neceſſaria, maxime tamen in obſidendis urbibus. Alia eſt obſidio arctior. Hæc verò item duplex, alia per coronam, quo genere uſa eſt vetus militia: nec aliter Veſpaſianum Cæſarem Jopataram præcinxiſſe tradit Joſephus de Bell. Judaic. lib. 3. De hac abundè dixi in Titulo *Corona*, pro genere obſidionis. Militia recentior circumvallationem amplectitur. Operoſior alia eſt, & bellicis machinamentis inſtructior. Suos etiam aggeres, reductus, & ſuggeſta probè diſpoſita habet ad appropinquandum mœnibus, ad oppugnatores contegendos, & tormenta atque omne genus telorum igniumque explodendum. Utitur proinde ſimplici vel duplici præcinctione. Simplicem vocant lineam circumvallationis. Duplex præcinctio addit breviorem alteram & interiorem, quam vulgò appellant lineam contravallationis. Prior illa & explicatior campeſtria reſpicit loca, & circumſidentes protegit ab hoſte exterius approperante. Poſterior non ita parum anguſtior objicitur propius arci obſeſſæ, tegitque militem media inter utranque ſpatia occupantem ab eruptionibus præſidiariorum. Utriuſque figura orbiculata, ſemilunaris, ovalis, pro loci poſitura, & peritia machinarii, cujus eſt ſitum omnem expendere, & ducendæ foveæ locum capere. Spatio ritè deſignato egeritur a foſſoribus terra, quæ eàdem operà foſſam aggeremque præſtat in munitos ſinus deducto militi. Conſultò hìc prætereo acceſſus obſidionales, ſuggeſtus tormentarios, corbes, pluteos, cuniculos, aliaque opera & inſtrumenta obſidionalia, quæ propriam habent tractationem in ſuis Titulis. Quædam hìc generatim ad obſidionem ſpectantia prælibare ſit ſatis.

2. Multiplex verò ratio & utilitas eſt obſidionum, ſive oppugnationum nrbium. Primùm equidem ſic probè cavetur, ne nuncii ab obſeſſis ad ſocios extra agentes, ab his verò in oppugnatam civitatem tranſmeare poſſint. Dejicit porrò animos, ac mirum in modum firmiſſimæ virtutis etiam bellatores debilitat reputatio cujuſdam veluti carceris, in qnem ſe arctiſſimè coactos vident. Incuſſus inde terror metuſque ac prope deſperatio ſuboritur, cogitantibus omnia circa ſe ſpatia ab hoſte inſeſſa & occupata: bunc verò, cum innumeris approperantem copiis machiniſque, nullum ad effugium vel ſalntem quaquaversùs aditum, imò verò ſpem nullam fiduciamque relinquere. Hinc decreſcente paulatim, ut neceſſe eſt, annonæ & victualium paratu, machinis etiam propugnatoriis & re tormentaria, vel effracta, vel diminuta, hoſte præſertim quatiente muros, & ſuperbè ad portas inſultante, conclamatis demum rebus, ad ſervandam miſerrimam animam poſtrema omnium adjunguntur conſilia, & fatali ſupremæ neceſſitatis impulſu, ad deditionem victoribus hoſtihus faciendam civitas immenſis laboribus defatigata compellitur.

Ideò longè ſecurius arcium deditio curatur a ſolertibus obſeſſoribus, cum illas non ſimplici aggere, qui circumvallatio dicitur, *Linea di Circonvallatione*; ſed altero etiam præcingunt, *Linea di Contravallatione*. Quemadmodum enim interior ambitus ſive agger aggreſſorum copias a militibus obſeſſæ arcis atque præſidiis tutatur; ſic exterior additus tutiores eoſdem reddit ab auxiliis extra adventantibus, quæ a ſociis ſœderatiſque urbibus metui poſſunt, & adversùs ſic incluſos, extraque probè communitos, redduntur inania. Gemini hujuſce aggeris, ſive circumvallationis opulentum teſtimonium habes apud Thucydidem in oppugnatione Platæenſium per hæc verba: *Circumvallatio tota Peloponneſiorum habebat duos ambitus ſive muros. Unum in Platæenſes ipſos; alterum exteriùs ſpectantem, & ſiquis Athenis vellet adoriri. Diſtabant inter ſe pedes ſedecim: intervallum medium inædificabatur tabernaculis vigilum & cuſtodum per ſua diſerimina. Ea tamen ita erebra & perpetua erant, ut totum opus unus murus videretur craſſior, & qui pinnas utrinque haberet. Inter denas autem quaſque pinnas, turres erant magnæ & æquali craſſitie, quæ tangerent interiorem & exteriorem frontem. Sic, dico, ut ambire eas non liceret, ſed per medias ipſas tranſeundum eſſet.* Cæſar Uzitam in Africa oppugnaturus adversùs exercitus Jubæ, Scipionis, & Labieni, ad urbem comprebendendam duplicem aggerem, quaſi brachia in diverſum acta direxit; quo & munitiores haberet copias, & prolicere faciliùs poſſet deſertores. Hirtius de Bell. African. *A ſuis caſtris e regione oppidi Uzitæ, quod inter ſua caſtra & Scipionis in planitie poſitum erat, tenebaturque a Scipione, duo brachia inſtituit duci, ut ad angulum dextrum ſiniſtrumque ejus oppidi convenirent. Id hac ratione opus inſtruebat, ut cum propiùs oppidum copias admoviſſet, oppugnareque cœpiſſet, tecta latera ſuis munitionibus haberet, ne ab equitatus multitudine circumventus ab oppugnatione deterreretur. Præterea quo faciliùs colloquia fieri poſſent, & ſiqui perfugere vellent, facilè & ſine periculo fieret.* Verùm de omni re obſidionaria videndus inprimis Vegetius, qui lib. 4. multa utilia providet prædocetque tum adversùs machinas, inſidias, & irruptiones obſeſſorum; tum maxime de cura ſtudioque adhibendo, ut ſumma cum vigilantia omnia peragantur in aggeribus oppugnantium. Illa inprimis verba notanda ſunt cap. 28. *Cum negligentia intervenerit, paribus inſidiis ſubjacent obſidentes. Nam ſive cibo, ſive ſomno fuerint occupati, ſive otio, aut aliqua neceſſitate diſperſi: tunc oppidani repente prorumpunt; ignorantes perimunt; arietes, machinas, ipſoſque aggeres ignibus concremant, omniaque in perniciem ſuam fabricata opera ſubvertunt.*

3. Licet autem pro regionum ac temporum diverſitate, multis modis variata ſit urbium oppugnatio, juverit tamen celeberrimas urbium obſidiones tum apud veteres, tum apud recentes lectitare Scriptores; in quibus exemplo & quaſi manu confecta ea legimus, quæ de apparatu caſtrenſi, de machinis, de aggeribus, de acceſſibus militaribus; ad hæc de copiarum diſtributione, & omnium generum munimentis ſuo in loco a nobis notantur & explicantur. Duplicem obſidionem ad veteris militiæ normam exactam,

Digitized by Google

alteram quidem Platæarum, alteram verò Numantiæ exequitur accuratè Appianus: utriuſque verò ſpecimen oculis exhibet Lipſius lib.2. Poliorceticoo Dialog.1. Satis hîc fuerit Cæſaris verbis oſtendere quemadmodum rei militaris ſcientiſſimus ille Imperator Alexiam obſederit & oppugnaverit, cujus obſidii deſcriptionem latè illuſtravit idem Lipſius propoſito etiam ejuſdem ſchemate. Hæc autem ſunt Cæſaris verba: *Quibus rebus cognitis ex perfugis & captivis, Cæſar hæc genera munitionis inſtituit, foſſam pedum xx. directis lateribus duxit: ut ejus ſolum tantundem poteret, quantum ſumma labra diſtabant. Reliquas omnes munitiones ab ea foſſa pedibus quadringentis reduxit. Id hoc conſilio, quoniam tantum eſſet neceſſariò ſpatium amplexus, nec facilè totum opus coronâ militum cingeretur, ne de improviſo aut noctu ad munitiones hoſtium multitudo advolaret, aut interdiu tela in noſtros operi deſtinatos conjicere poſſent. Hoc intermiſſo ſpatio, duas foſſas quindecim pedes latas, eadem altitudine perduxit: quarum interiorem campeſtribus ac demiſſis locis, aquâ ex flumine derivatâ, complevit. Poſt eas aggerem ac vallum duodecim pedum ſtruxit; huic loricam pinnaſque adjecit, grandibus cervis eminentibus ad commiſſuras pluteorum atque aggeris, qui adſcenſum hoſtium tardarent: & turres toto opere circumdedit, quæ pedes octoginta inter ſe diſtarent -- Ad hæc rurſus opera addendum Cæſar putavit, quò minore numero militum defendi munitiones poſſent. Itaque truncis arborum, haud admodum firmis ramis acciſis, atque horum dolabratis ac præacutis cacuminibus, perpetuæ foſſæ quinos pedes altæ ducebantur. Huc illi ſtipites demiſſi, & ab infimo revincti, ne revelli poſſent, ab ramis eminebant. Quini erant ordines conjuncti inter ſe atque implicati: quò qui intraverant, ſeſe ipſi acutiſſimis vallis induebant. Hos cippos appellabant. Ante hos, obliquis ordinibus in quincuncem diſpoſitis, ſcrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur, paulatim anguſtiore ad ſummum faſtigio. Huc teretes ſtipites feminis craſſitudine ab ſummo præacuti & præuſti demittebantur; itaut non amplius quatuor digitis ex terra eminerent. Simul confirmandi & ſtabiliendi causâ, ſinguli ab infimo ſolo pedes terrâ exculcabantur: reliqua pars ſcrobis, ad occultandos inſidias, viminibus ac virgultis integebatur. Hujus generis octoni ordines ducti, ternos inter ſe pedes diſtabant. Id ex ſimilitudine floris, Lilium appellabant. Ante hæc, taleæ pedem longæ, ferreis hamis infixis, totæ in terram infodiebantur, mediocribuſque intermiſſis ſpatiis, omnibus locis diſſerebantur. Quos ſtimulos nominabant* &c. Profectò tantâ eventuum varietate in Alexiæ oppugnatione utrinque certatum eſt, tantumque virium atque dexteritatis in eadem Cæſar exeruit, ut Vellejus Paterculus ſcriptum relinquere non dubitaverit: *Circa Aleniam tantæ res geſtæ, quantas audere vix hominis, perficere penè nullius, niſi Dei fuerit.* Audacter id quidem licenterque dictum, licet fortaſſe nullo magis facioore, quàm eâ oppugnatione Cæſaris fama enituerit. Cum autem obſidiones urbium nulli ſecunda ſint pars adminiſtrandi belli, utpote in quam univerſus militiæ apparatus, copiarum robur, & Imperatoris ſolertia conſpiret, ideo Ducem nuſquam tam vigilantem ac providum eſſe neceſſe eſt. Neque enim unum, aut alterum ibi curandum, ſed tota atque iotegra plurimarum difficultatum moles expedienda, iiſque occurrendum periculis, quæ in re maxima eò poſſunt adducere incuriosum Imperatorem, ut breviſſimo temporis ſpatio, infeliciter profligato bello, non ſine perpetuo dedecore, atque irreparabili partium damno ſit diſceſſurus. Quid enim profuerit arctiſſimè urbem præcingere, niſi caveat, ne ipſe a ſupervenientibus a tergo copiis obſideatur? Quid intererit ſaluberrima conſilia capere, niſi etiam omni opera curet, ne illa quoquo modo hoſtibus ſubolere poſſint? Neque verò tam armis, quàm aſtu & ſagacitate dimicandum in obſidionibus: nam & inutilia reddenda ſunt, aut corrumpenda, quæ adverſariis uſui eſſe poſſunt, & habenda transfugarum ratio, atque ab ipſis proficiendum hoſtibus: præſertim verò adnitendum ut ad omnium rerum inopiam obſeſſi redigantur. Ut enim uſurpare ſæpius Cæſar ſolebat, ac ſæpius commonere, idem adversùs hoſtem debet eſſe Ducis conſilium, ac medicorum contra vitia corporum, fame nimirum potiùs, quàm ferro ſuperandi. Denique nullam oon diligentiam, præſentiſſimaſque exigit curas, quod ſemel neglectum, iterari vix unquam poteſt, quod fuiſſe video Scipionis documentom apud Suidam: *Aut tentare non oportet, aut ſic tentare, ut omnibus viribus, quod inſtituiſti, coneris perficere: nam bis ad eundem lapidem offendere, ſimul periculoſum eſt, & contemptui obnoxium.*

4. Ubi primùm vero hoſtilis aggreſſio vel obſidio timetur, id maximo adhibito ſtudio primùm omnium proſpicere ſatagunt Duces accuratiſſimi, ut iovalidos quoſque, devexos ad ſenium, ſœmioas præſertim, omnemque turbam inutilem, & quæ tantùm oneri ſit futura, & aleoda ſine fructu, primo quoque tempore dimittant, iis duntaxat retentis, quorum robur, virtutiſque & conſilii præſtantia proficuam operam periclitanti patriæ & rebus dubiis ſpondere poteſt. Ut enim periti agrorum cultores frugiferarum arborum ramos aridos, & nihil præ ſe bonæ ferentes ſpei idoneo tempore ſolicitè amputant: ſementem verò ipſam lapidoſis, aridis, & quacunque demum de cauſa iniquis locis minimè committunt; ſed eam tantommodò agrorum partem atque plantarum ſubigunt & exercent, quæ villicis laboribus olim reſpondeat, compleatque horrea, urbeſque integras exſaturet beata quadam affluentia omnigenæ feracitatis; non abſimili plane modo ubi proxima Martis alea ſubeunda eſt, & oppugnatio diuturna faucibus imminet, illud primùm omnium cauto Duci proponitur, ut impedimenta procul amoveat reſecetque, nullamque ſpei partem conſtituat in plebe vel ætate nihil profutura. Prævisum id antiquiſſimè eſt & obſervatum a non exigui nominis Imperatoribus, populiſque. Exemplo eſſe poſſuot Platæenſes, qui obſeſſi a Peloponneſiacis ejuſmodi genus hominum aliò demandarunt, ut narrat Thucydides lib.2. *At Platæenſes cum liberos & uxores cum ſenioribus, atque hominum nullius uſus multitudinem jam ante exportaſſent, ipſi reliqui, qui obſidionem ſuſtentabant, quadringenti numero erant, & Atheniensium octoginta, cum centum ac decem fœminis, quæ panem facerent. Tot omninò fuerunt cuncti, qui ad tolerandam obſidionem ſunt conſtitu-*

Digitized by Google

tuti, nemine alio intra muros retento. Idem apud Herodotum lib. 3. *Thalia*, de Babyloniis legitur, verùm documento ab omni humanitate abhorrente & longè crudeliſſimo; utpote qui non relegaverint aut ejecerint, ſed morti dederint acerbiſſimæ turbam ſupervacaneam: *Matres expellunt; mulierum unam, quam ſibi quiſque voluit, e domeſticis elegit, & hanc ad panem ſibi faciendum. Cæteras in unum contractas ſtrangulant: hoc idcirco facientes, ne rem frumentariam illæ abſumerent*. Vidit id etiam Virgilius lib. 5., ubi Æneas in Sicilia apud Aceſtem relinquit vulgus, ac fœminas inprimis, diuturna navigatione defatigatas, ſecumque ad navigationem proſequendam ſelectiſſimos quoſque & robuſtiſſimos duntaxat rapit; idoneos ſcilicet ad futura prœlia, & oppugnationes ſuſtinendas.

Huic trade, amiſſis ſuperant qui navibus, & quos
Pertæſum magni incœpti rerumque tuarum eſt;
Longævoſque ſenes ac feſſas æquore matres,
Et quicquid tecum invalidum metuenſque pericli eſt,
Delige: & his habeant terris ſine mœnia feſſi.

Et non ita multis interpoſitis:

Tranſcribunt urbi matres, populumque volentem
Deponunt, animos nil magnæ laudis egentes.
Ipſi tranſtra novant, flammiſque ambeſa reponunt
Robora navigiis: aptant remoſque rudenteſque:
Exigui numero, ſed bella vivida virtus.

Idem ut facerent Athenienſes monuit Themiſtocles apud Ariſtidem 2. Platon. *Conſilium fuit ut Civitas Athenarum Minervæ Præſidi committeretur: pueri, mulieres, ſenes Træzene, & Salamine deponerentur, reliqui decertarent pro patria*. In re ſimili Horat. Epod. Od. 16.

mollis & exſpes
Inominata perprimat cubilia,
Vos, quibus eſt virtus, muliebrem tollite luctum,
Etruſca præter & volate littora.

5. Quemadmodum verò obſeſſi nihil ſtudioſius curare debent, quàm ne ullam partem immunitam relinquant; ſic oppugnatores eo maxime oportet curas intendere, ut vires machinaſque dirigant in eum locum, quem aut præſidio denudatum, aut minus cautè ac diligenter firmatum conſpiciunt. Semper ſiquidem ſolet accidere, ut latus infirmius obſeſſæ arcis hoſtes impetant; eoque demum fatiſcente, victoriâ potiantur. Documento eſſe poſſunt Athenienſes, quorum arcem expugnavit Xerxes Perſarum Rex, machinis & milite in eam partem directo, quam munitionibus illi ſpoliatam reliquerant, rati ſatis firmam naturæ præſidio fore. Herodot. Uran. *Igitur a fronte arcis, a tergo autem portarum, qua parte nemo excubabat, quàque nemo credebat quempiam hominum aſcenſurum, hac parte, etſi loco prærupto, quidam conſcenderunt juxta templum Aglauriæ filiæ Cecropis. Quos ubi in arcem aſcendiſſe viderunt Athenienſes, partim e muro ſeſe præcipitaverunt, atque extincti ſunt; partim in ædem refugerunt. At Perſæ qui aſcenderunt primum ad portas contendunt, eiſque patefactis ſupplices trucidant, atque ubi omnium ſtragem fecerunt, direpto templo arcem incendunt*. Similis error & oſcitantia Philippo Macedonum Regi tradidit Alphiriam, Peloponneſi oppidum florentiſſimum. Polyb. lib. 4. *Cum igitur clarus ac ſerenus adveniſſet dies, Philippus diſpoſitis in aurora pluribus in locis, qui ſcalas ferebant, & ante eos mercenariorum ordinibus, ac inde Macedonum collocatis, cum primus ortus eſt Sol, omnibus mandat, ut facto impetu collem aſcendere ac oppugnare urbem maturent. Quibus mandata peragentibus, accidit ut Alphirienſes ad eum ſemper locum omnes concurrerent, in quo magis eniti Macedones videbant. Sub idem tempus Philippus delectos ex omni numero milites ſecum habens clam per prærupta quædam loca ad arcis mœnia advenerat. Hic oppugnantibus ex omni parte urbem militibus, & ſcalas undique mœnibus admoventibus, Philippus quoque receptaculum, quod circa arcem erat, aggredi cœpit; eoque ſtatim, quia vacuum militibus erat, potitus eſt. Quod ubi Alphirienſes ex mœnibus perſpexere, recenti periculo deterriti, timenteſque, ne occupata a Macedonibus arce, nulla ſibi amplius ſpes ſalutis relinqueretur, confeſtim omnes deſertis mœnibus ad arcem confugere. Quo facto Macedones ſubitò & mœnia & urbem occuparunt.* Non abſimili lapſu peccavit graviter in rem obſidionalem Mago Dux Carthavinienſis propugnator Carthaginis urbis Hiſpanicæ. Cum enim abundè firmatam eam urbem cenſuiſſet alluente mari, eluſit Ducem incautum Scipio, qui expectato maris receſſu, ex ea parte oppugnatam urbem, in Romanorum poteſtatem redegit. Liv. de Bell. Punic. lib. 6. *Ab terra ingens labor ſuccedentibus erat: nec altitudine tantum mœnium impediebantur: ſed quòd euntes ad ancipites utrinque ictus ſubjectas habebant Romanos: ut latera infeſtiora ſubeuntibus, quam adverſa corpora eſſent. At parte in alia quietus, & per ſtagnum facilis tranſitus, & in murum aſcenſus inde fuit. Nam neque opere emunitus erat, ut ubi ipſius loci, ac ſtagni præſidio ſatis creditum foret: nec ulla armatorum ſtatio, aut cuſtodia oppoſita, intentis omnibus ad opem eò ferendam, unde periculum oſtendebatur. Ubi urbem ſine certamine intravere, pergunt inde, quanto maximo curſu poterant, ad eam portam, circa quam omne contractum certamen erat. In quod adeò intenti omnium non animi ſolùm fuerant, ſed etiam oculi, aureſque pugnantium, ſpectantiumque & adhortantium pugnantes, ut nemo ante ab tergo ſenſerit captam urbem, quàm tela in averſos inciderunt, & utrinque ancipitem hoſtem habebant. Tunc turbatis defenſoribus metu, & mœnia capta, & porta intus foriſque pariter refringi cœpit: & mox cædendo confractis ac diſtractis, ne iter impediretur, foribus, armati impetum fecerunt.*

6. Opportune autem monet Vegetius lib. 4. cap. 27. non levem diligentiæ partem eſſe adhibendam, ut obſeſſores obſeſſique indiſcriminatim noſcant calleantque opportunitates, quæ ad vim inferendam, vel repellendam gignuntur a tempore, quo incautiores eſſe milites ſolent, vel ſomno indulgentes, vel cibo potuique vacantes; quæ ſanè tempora commodam inſidiis & eruptionibus anſam præbere ſolent. Sic autem Veget. *Non ſolum in Obſidionibus, ſed in univerſo genere bellorum ſupra omnia ducitur hoſtium conſuetudinem explorare diligenter ac noſſe. Opportunitas enim inſidiarum aliter non poterit inveniri, niſi ſcias quibus horis adverſarius a laboris intentione diſcedat, quibus reddatur incautior: inter-*

Google

dum medio die, interdum ad veſperum, ſæpe nocte, aliquando eo tempore, quo ſumitur cibus, cum utriuſque partis milites ad requiem, aut ad curanda corpora diſperguntur. Scitè id pervidit Marcellus in obſidione Syracuſarum, de quo hæc habet Livius de Bell. Punic. lib. 5. *Indè ubi id temporis viſum, quo die epulatis jam vinoque ſatiatis principium ſomni eſſet, ſigni unius milites ferre ſcalas juſſit, & ad mille ferme milites armati tenui agmine per ſilentium eò deducti. Ubi ſine ſtrepitu ac tumultu primi evaſerunt in murum, ſecuti ordine alii, cum priorum audacia dubiis etiam animum faceret, jam mille armatorum cæperant partem, cum cæteræ admotæ, pluribuſque ſcalis in murum evadebant, ſigno ab Hexapylo dato, quo per ingentem ſolitudinem erat perventum: quia magna pars in turribus epulati, aut ſopiti vino erant, aut ſemigraves potabant, paucos tamen eorum oppreſſos in cubilibus interfecerunt*. Italis Obſidio dicitur *Aſſedio, Aſſediamento, Aſſeggio*. Fiamm. l. 4. *Per li cui aſſediamenti degl'animi infinite città cadute & arſe ne fumano*. Guido G. *E con grande coſtanza fermiamo il deſiato aſſeggio contra la Cittade Trojana*. Vide Matthæum Oddum Urbinatem qui obſidionis ineundæ ſuſtinendæque rationem, aphoriſmos, & præcepta, ex optimæ notæ Scriptoribus collecta dilucidè tradit.

OBSIDIO NAVALIS. Quæ de terreſtri urbium oppugnatione ſupra commemoravimus commmunia ſunt maximam partem cum circumſeſſione claſſium, & navali oppugnatione urbium maritimarum. Habet nihilominus non pauca maritima obſeſſio, quibus terreſtris nequaquam indiget; ut meritò dubitari poſſit utri oppugnationi terreſtri an navali major Ducum ſolertia & experientia, alacrior militum ſtrenuitas & ardor ſit neceſſarius. Occludendi primùm ſunt portus, ne ullus inde ad effugiendum aditus hoſti præbeatur. Obſtruebatur autem portus navibus ipſis multiplici catenarum nexu complicatis, & ſuper ſtratis pontibus ad utrinſque præſertim cornu extremitatem. Polybius lib. 1. in obſidione Lilybei: *Conſul quo diligentiùs aditum ex omni parte cuſtodiret, inſtructis per noctem navibus decem quam expeditiſſimis ſtabat ipſo in littore cum omni exercitu ſpectator eorum, quæ gererentur. Naves verò ab utraque parte ad paludis voraginem, quantum fieri poterat accedentes, remos quaſi alatæ ſuſtinebant ad invadendam & comprehendendam navem, quæ erat exitura*. De catenarum verò colligatione Diodorus Siculus lib. 13. *Navium conjugatione portus hoſtium obſtruxerunt. Acatos enim triremeſque & onerarias anchoris firmatas & catenis ferreis conſtructas tabulatis pontibus inſtraverunt*. Longè firmius præſepiendi portus munimentum excogitavit Demetrius in obſidione Rhodi apud memoratum Diodorum lib. 20. Commentus quippe eſt innatans vallum compactum nexumque præacuto ferro, ad præcludendum aditum navigiis hoſtium ſubſidiariis. Adhuc validius excitata eſt non ſemel eadem communitio ſeu circumvallatio portuum, præjactis in imum pelagus ſaxis ingentibus, cum prægmagnis ramalibus trunciſque arborum, humoque ſuperjecta, ut undis ventiſque ſtructura obſiſteret. Demerſæ etiam interdum ſaxis vel arena oppletæ naves. Livius lib. 37. de Æmilio: *Se in animo habuiſſe tota claſſe Epheſum petere, & onerarias ducere multa ſaburra gravatas, atque eas in faucibus portus ſupprimere*. Pugnæ verò obſidionalis initium faciebant binæ, & interdum plures conſertę naves, remiſque interioribus denudatę, quibus imponebantur navales machinæ atque adeò turres oppugnatoriæ, mox in terram deducendæ admovendæque hoſticis mœnibus. Liv. lib. 24. *Junctæ aliæ binæ quinqueremes, demotis interioribus remis, ut latus lateri applicaretur, cum exteriori ordine remorum velut naves agerentur, turres contabulatas, machinamentaque alia quatiendis muris portabant*. Quæ verò ejuſmodi fuerint navales oppugnatoriæ machinę, in ſuis ſeparatim titulis prę monſtravimus. Miſſa hic facimus cętera, quæ poſt exſcenſionem in litus, & machinarum illationem ſequuntur: ſunt enim illa propria & peculiaria terreſtris oppugnationis. Vide Schefferum de Milit. Naval. lib. 3. cap. 7.

OBSIDIUM, ii. Obſidendi actus. Obſidio, Tacit. lib. 4. *Primo ſui inceſſu ſolvit obſidium*.

OBSIDIUM, ii. Pro obſide. Tacit. 11. Annal. *Multi ad Godatzen inclinabant, quidam ad Meherdatem prolem Phrabatis, obſidio nobis datum*.

OBSIDATUS, us. Lex, vel nexus dati obſidis. Ammianus lib. 16. *Pater ejus diù obſidatus pignore tentus in Galliis*. Et lib. 17. *Procerum filios obſidatus ſorte opinione celerius obtulerunt*. Et lib. 25. *Obſidatus ſpecie viri celebres altrinſecùs dantur*.

OBSIDIOR, aris. Inſidior. Colum. lib. 5. cap. 14. *Cavendum erit ne apes intercipiantur violentia crabronum, qui ante alvearia plerunque obſidiantur prodeuntibus*.

OBSIDEO, es. Foſſa & vallo incluſum retinere, vel etiam quomodolibet armis & armatis adſtrictum habere. Cic. 2. Philipp. *Aditus armati obſident*.

OBSIDO, is. Obſideo. Saluſt. in Catil. *Occultè pontem obſidunt*.

OBSESSOR, oris. Qui obſidet vel oppugnat. Cic. pro Domo ſua: *Obſeſſor Curiæ*.

OBSESSIO, onis. Obſidio, oppugnatio. Cic. pro Balbo: *Nullius obſeſſionis, nullius prælii expertem fuiſſe*.

OBSIDIONALIS, le. Quod pertinet ad obſidionem. Vide *Obſidionalis Corona*.

OBSIDIÆ, arum. Inſidiæ. Colum. 8. 2. *Ne obſidiis hominum, aut inſidioſorum animalium diripiatur*.

OBSIDIONALIS CORONA. Gellius, aliique eam eſſe ſcribunt, quam populi, vel civitas liberata Duci dat, qui eidem libertatem peperit. Aureis, muralibus, vallaribus, roſtratis, civicis, atque adeò triumphalibus præfert illam Plinius, & quidem juſtis de cauſis. Præter enim quam quod reliquas coronas militibus dabant aut ipſi milites, aut Imperatores; hanc verò miles, vel civitas daret Imperatori; quod certe longè præſtantioris pretii & honoris eſſe oportuit; illud inprimis eſt notandum, præcipue inter obſidionalem & civicam, quòd hæc unius tantum ſervati militis erat præmium; obſidionalis verò teſtimonium erat non privato cuiquam, ſed exercitui, civitati, vel provinciæ partæ allatæque ſalutis. Sic enim Plinius lib. 22. cap. 4. *Quod ſi civicæ honos uno aliquo ac vel humillimo cive ſervato, præclarus ſacerque habetur, quid tandem exiſtimari debet unius virtu-*

tute ſervatus univerſus exercitus? Eam P. Decio Tribuno militum fuiſſe traditam, ſcribit Liv. lib. 7. *Legiones gramineam coronam obſidionalem clamore donum approbantes Decio imponunt*. Sed & Q. Fabium Maximum, alioſque a Senatu illam retuliſſe memorat Plinius. Conſtabat autem viridi gramioe, eo ipſo in loco decerpto, in quo Dux exercitum, vel civitatem ſervaſſet. Nimirum, ut refert memoratus Plinius, *Summum, apud Antiquos, ſignum victoriæ erat, herbam porrigere victos, hoc eſt terrâ, & altrice ipſa humo, & humatione etiam cedere: quem morem etiam nunc durare apud Germanos ſcio*. Eam porrò conſuetudinem victoribus porrigendi terram a victis, hodieque multis vigere in locis, præſertim apud luctatores, ipſe vidi non ſemel. Ex quo populare adagium eſt: *Herbam porrigere*, pro cedere, vel quempiam ſuperiorem agnoſcere. Delineationem gramineæ obſidionalis coronæ vide apud Steuvechium ad Veget. lib. 2. cap. 7. Plura de eadem corona ſuppeditabit tibi eruditiſſimus Carolus Paſchal. Coronar. lib. 7. cap. 16.

OBTRUNCO, as. Capite, vel aliis membris cæſis, cadaver relinquere. Liv. lib. 1. *Ita Regem obtruncat*. Vide *Truncus*.

OBVALLO, as. Circumvallo. Cic. de Leg. Agrar. *Eum locum, quem nobilitas præſidiis firmatum atque omni ratione obvallatum tenebat, me Duce reſcidiſtis*.

OCCIDIO, onis, &

OCCISIO, onis. Verbale eſt ab occido, quod fit ex *ob*, & *cædo*. Eſt autem occidere propriè adacto vulnere de medio tollere. Sed quoniam verbum occido, cum ſuis verbalibus & derivatis tranſiit poſtea ad iodicandam vitam quomodolibet ereptam, ideò Scriptores Latini ac præſertim Hiſtorici, ubi gladio ſublatos memorant, eos occidiooe vel occiſione occiſos plerunque dicunt. De occidione Liv lib. 8. Bell. Punic. *Cum duo exercitus eorum prope occidione occiſi eſſent*. De occiſiooe Cicer. 14. Philipp. *Impetumque in M. Antonium, exercitumque hoſtium fecerit, ejuſque copias occiſione occiderit*. Nec obſervare negligas, *occido*, & *occiſionem* etiam de uno frequenter dici: ea verò coojunctim accepta, ideſt occidione vel occiſione occidere, nonniſi de exercitu, aot multitudine integra interfecta. Id nimirum, eſt quod Itali dicimus *Mandare a fil di ſpada*. Noo ſolum agros incendere, viva corpora abducere in captivitatem, bonis fortuniſque omnibus exuere populares, oppida & omnis generis munimenta diruere, verùm etiam hominem, ſanctiſſimum in terris animal, ferro vel igne neci tradere, artem fecimus. Hoſtium quippe internecio pars potiſſima bellorum eſt. Nihil veſana illa libertate immanius, nihil impium magis & impudens, ſi exitio addicantur homines ex animi pravitate & libidine, nulla cauſa juſtam ultionem provocante. Inhumanum illud atque barbaricum apud Senecam:

probitas, pietas, fides
Privata bona ſunt, quà juvat, Reges eant.

Item illud ejuſdem io Troad.

Quodcunque libuit facere victori, licet,

Interveniunt tamen non ſolùm urbanæ leges, verum etiam militares; & illæ quidem ſceleſtorum, hæ hoſtium vitam ferro ſubmittuot. Tanti eſt tueri publicam tranquillitatem & illibatas cuſtodire juſtitiæ leges, omniſque jura honeſtatis, ut ad ea retinenda, improboſque & furioſos conſceleratorum hominum vel hoſtium impetus coerceodos, per ſuorum amiſſiooem, tanquam per exciſa computrefacta membra, & latius nocitura, publicus ſtatus & civilis vitæ ratio velificetur. Eam ob rem clementer Cæſar Hæduis ſigoificatum voluit ſuo ipſos beoeficio cooſervatos eſſe, quos jure belli interficere potuiſſet. Notanda etiam illa apud Livium Dec. 3. lib. 1. *Sed hæc patienda cenſeo potiùs, quàm trucidari corpora veſtra, rapi trahique ante ora veſtra conjuges ac liberos belli jure ſinatis*. Eo armorum jure factum, ut pro ampliſſimo accipiatur decore & ornamento, quod cæteroqui ad ferarum crudelitatem accederet. Hinc nihil glorioſius apud Poetas quàm fortiſſimos hoſtes gladio conficere. Hioc glorioſè illa atque jactanter dicta, exutos armis Duces ſtrenuos, erecta ſpoliis trophæa, cadaveribus oppletos amnes, impeditos agros, ſanguine hoſtili perfuſas cautes, & eodem laurus bellicas irrigatas. Magnificum hioc illud Africani apud Ennium, non inhumanum exiſtimatur,

Si fas cædendo cæleſtia ſcandere cuiquam,
Mi ſoli cæli maxima porta patet.

Plauſibile illud apud Virgilium lib. 10.

Craſtina lux (mea ſi non irrita dicta putaris)
Ingentes Rutulæ ſpectabit cædis acervos.

Atque iterum ibidem:

Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem aufert,
Cum tamen ingentes Rutulorum linquis acervos.

Equidem Ariſtoteles lib. 7. Politic. author eſt legem apud Macedones fuiſſe latam, ut qui oullo interempto hoſte cooſpici poſſet, capiſtro, quaſi vile jumentum præcingeretur. Iberi verò, gens pugnaciſſima, & læta bello, tot obeliſcis ſuorum ſepulchra ornare cooſueverunt, quot hoſtium capita bello obtruocaſſent. Ampliſſimæ verò laudi ſibi ducit Aurelianus Cæſar apud Vopiſcum, quod bello Sarmatico uno die quadragiota & octo interfeciſſet, plurimis autem & diverſis diebus ultra nongeotos quinquagiota. Nec aliunde Heroici ac præſertim Etruſci fabulatores incredibilem illam voluptatem in legentium animis cient, quàm perpetua fere commemoratione atque recenſione præſtantium equitum interfectorum, copiarumque in fugam verſarum unius dextera bellatoris.

2. Nihil cauſæ fuiſſet, quapropter ad publicam, ut ſic dixerim, lanieoam tot hominum myriades educerentur, tubis clangentibus, explicatis vexillis, certoque, io humano hauriendo ſanguine, ordine & lege ſervata, ſi iotemerata deveniſſet ad poſteros ſanctiſſima illa honeſtas, fidei candor, & illibatæ innoceotiæ pudor; quod ab amantiſſimo Conditore beatiſſimom patrimonium dotemque pulcherrimam primi homines acceperunt; neque occaſu ſubito evanuiſſet ætas illa, quæ, ut cecinit Ovid. Metam. lib. 1.

vindice nullo
Sponte ſua ſine lege fidem rectumque colebat.

Et cum, ut Poeta ſequitur.

Nondum præcipites cingebant oppida foſſæ,
Non tuba directi, non æris cornua flexi,
Non galeæ, non enſis erat: ſine militis uſu
Mollia ſecuræ peragebant otia gentes.

Verùm poſtquam avaritia, odium, ambitio, cæte-

cæteræquæ vitiorum peſtes irrupere, exitio quam latiſſime permananti metu atque ſuppliciis obviam itum; objecta malo præcipiti legum frena; utque cum vitæ ſaoctitudine tranquillitas aſſereretur publici ſtatus, exarmatus a legibus furor privatus, & conquieſcere juſſus: delicta verò & maleficia ooo pro cujuſque libidine, ſed jure Regio & conſtitutis ritè Magiſtratibus vindicata atque coercita. Ad hunc modum effuſum largiter a bello ſanguinem leges & jura defendunt. Quamobrem oihil neceſſe eſt, ut Annibali, Alexandro Macedoni, aliiſque maximis Imperatoribus Rhetores dicam impingant, robuſtèque ſe jactiteot, efferantque in plauſibili argumento, eos Duces tanquam humani generis caroifices & graſſatores publicos criminando. Declamant iſthæc in ſcholis capillati, exornantque ex eloquentiæ arculis atque nartheciis, plauſtris cooviciorum Duces immeritos oueraotes. Verùm hæc minimo negotio æqui rerum æſtimatores condonent pueris, quorum cæteroqui regnum eſt, ut habet Horatius.

Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Quis hæc eadem atque adeo atrociora ferat in majori abolla, ut ille cecioit: Seoecam iotellige; qui in eoſdem Duces jurgioſum atque perpetuum agit declamatorem, omoibuſque io eoſdem invehitur Stoæ ferocieotis afflatibus, nihil omittens reliquum, ut omnibus modis, quà potes, quà non pote, eximii oominis armorum moderatores traducat, & acerbiſſimo, ac pluſquam Theonino dente demordeat? Etenim ſi oon ex declamatoria levitate, ſed legitimo jure io eos agendum ſit, vix quidquam in eis obiurgatione dignum offendas, ſi juſtam belli cauſam ſecuti tot illi bellis vitam eontriverint. Cum enim prohibere injurias, illataſque ultum ire, non modò jura gentium, verùm etiam ipſius naturæ leges ſinant, ne privata ultio io ſæviſſimam familiarum perniciem & civitatum exitium deſciſcat, mediam ſe publica authoritas ioterpoſuit, ut privatorum rixas atque diſſidia in immenſum ſaoguinem eruptura compooeret. Hioc urbani Magiſtratus juſtitiæ vindices: hinc bellorum denunciatiooes poſt expenſas diuturno examine juſtas atque legitimas cauſas armorum. Eam in armis æquitatem, facultatemqne vitæ adimendæ vel ipſi hoſtes graviſſimis vulneribus affecti agnoverunt. Sic eoim Mezeotius Æoeam alloquitur apud Virgil. lib. 10.

Hoſtis amare, quid increpitas, mortemque minaris?
Nullum in cæde nefas.

Turnus verò ad eundem Æneam lib. 12.

equidem merui, nec deprecor, inquit,
Utere ſorte tua.

In eandem ſeotentiam ductor Thebaous apud Statium lib. 12.

Nec querimur cæſos: hæc belli jura, viceſque
Armorum.

Neque poſtremò quidquam intereſt, aperto ne potius Marte, an per dolum comparatis ioſidiis hoſtes de medio tollantur. Id a oobis ſeparatim eſt alibi expenſum; ut hìc ſatis ſuperqoe ſit Theologorum Principis Auguſtini ſententiam adſcribere, qui hæc habet quæſt. 10. io Joſue. *Cum juſtum bellum ſuſcipitur, vi aperta pugnet quis, aut ex inſidiis, nihil ad Juſtitiam intereſt.* Vide *Juſtitia armorum*.

Ocrea, æ. Genus calceameoti militaris ad tibias obtegendas ex ære potiſſimum fieri ſolitum. Ex *ob* & *crura*, quaſi cruribus obteodatur, deducit Varro, *b* extrito, ut io verbo omitto, & aliis. Feſtus tameo commodius dici putat ab antiqua voce *ocris*, qua mons aſper, & per uſurpationem quævis emineotia ſignificatur. Protuberaot ſiquidem tumeotque ioæqualiter ocreæ. Ocrim autem pro aſpero loco & confragoſo ſumi docent verba illa Livii Aodronici.

Sed qui ſunt hi, qui aſcendunt altum ocrim.

Ocrea minori oumero uſurpatur a Polybio, & Livio, nec ſane fruſtrà. ioveniuntur ſiquidem ſiniſtro ioterdum duntaxat pede ocreati milites, quandoque verò dextero ſolùm. De ſiniſtro ſatis clarum eſt teſtimonium Livii de Samnitibus: *Siniſtrum crus ocrea tectum.* Silius autem idem habet de Sabinis:

Cunctis haſta decus: clypeuſque refertur in orbem,
Vertice & implumes, & levi tegmine cruris
Ibant.

De dextero autem pede ſolùm ocreato documentum habemus ex Vegetio lib. 1. cap. 20. *Pedites ſcutati etiam ferreas ocreas in dextris cruribus cogebantur accipere.* Quæoam verò miraodæ apud nos oovæque conſuetudiois fuerit cauſa, ex eodem Vegetio diſcimus. Populi nimirum, qui pugnabant jaculis, cum pedem ſiniſtrum anteriorem terræ ſiſterent, illum ocreatum habebànt; qui verò gladio certabant, cum pedem dexterum anteriorem terræ ſiſterent, illum taotùm habebant ocreatum. Verùm hoc ex peculiari aliquarum gentium inſtituto fuerit: nam utrunque pedem paſſim ocreis tectum milites habuiſſe ex lapidum monumentis, & Hiſtoricis palàm habetur. Accipe autem quæ Vegetius ibidem enucleatiùs habet de hoc more: *Sciendum præterea, cum miſſilibus agitur, ſiniſtros pedes in ante milites habere debere: ita enim vibrandis ſpiculis vehementior ictus eſt. Sed cum ad pila (ut appellant) venitur, & manu ad manum gladiis pugnatur, tunc dextros pedes in ante milites habere debent: ut & latera eorum ſubducantur ab hoſtibus, ne poſſint vulnus accipere, & proximior dextra ſit, quæ plagam poſſit inferre.* Heroum geſtamen antiquum fuere ocreæ, ut notum ſit ex Homero Iliad.

tum cruribus aptat
Ære renitentes ocreas, quas fibula loris
Arctabat niveis.

Quod autem Homerus dicit de loris, & fibula, referendum eſt ad ocrearum oroamenta, quæ ex auro, argeoto, vel ebore fuerunt. Aotiqua marmora ooo ad crus dimidium, ſed ad totam tibiam uſque ad genu oſteodunt ocreatos milites. Suadet id etiam vera ratio, oe crura vulneribus eſſent obnoxia, dum vitandis ictibus ſcutum attollebatur. E corio coofiatas primùm ocreas opinatur Voſſius; verùm eas fuiſſe æreas non ſolùm Livius & Polybius, ſed looge illis antiquior Homerus oſtendit loco commemorato. Inventores ocrearum Cares fuiſſe docet Plinius lib. 7. cap. 56. Ocreæ Veterum Italis dicuntur *Gambiere, Stivali.* Quæ non totam tibiam, ſed crus dimidium obtegunt, dicuntur *Stivaletti, Calzaletti, Borzacchini.*

Ocreatus, a, um. Ocreis indutus. Horat. Serm. 2.

In nive Lucana dormis ocreatus.

Ocularium, vel ocvlare. Foramen galeæ, quod re-

Digitized by Google

relinquitur ad liberum oculorum uſum, Rigordus, *Occiditur cultella, recepto in capite per ocularium galeæ*. Brito lib. 11. Philipp.

feneſtras
Per galeæ medias, quibus eſt ocularia nomen,
Per quas admittit ocularis pupula lumen.

Officiales. Miniſtri Magiſtratûs, & interdum Magiſtratus ipſi. Modeſtin. D. l. 12. Tit. l. 34. *Præſides provinciæ Officiales, qui perpetui ſunt, mutuam pecuniam dare, & fœnebrem exercere poſſunt*. Spartianus in Caracalla: *Non ignorantibus Martio Agrippa, qui claſſi præerat, & pleriſque Officialibus impulſu Martialis*. Interdum ſic appellati ſunt miniſtri, & famuli bellici: interdum verò apparitores & beneficiarii, de quibus alibi loquimur. Hodie apud Italos *Officiali di guerra*, nomen eſt, quod de ſummis, mediis, & infimis Magiſtratibus dicitur indiſcriminatim. Zaſius in L. Principaliter ſi cert. pet. hæc diſtinguit Officialium genera: *Sunt enim Rectores provinciarum, ſunt Præſides, ſunt Gubernatores, Prodomini, ſive, ut vulgò vocantur, Vicedomini, Adminiſtratores ſine juriſdictione, & cum juriſdictione; ſunt & Aulici, quos Palatinos nominant. Sunt & multa alia genera &c.* In veteri Gloſſario Græcolat. invenies *Officium, Palatina Militia*. Ubi adverte, quod me alio loco monere memini, uſitatum eſſe loquendi modum apud Scriptores eorum temporum, ut militare acciperent pro ſervire; militiam verò pro ipſo famulatu. Diverſa erant in Palatio ſeu Palatinis Aulis munia & officia, quorum ſingula ſuos habebant Præfectos, qui Magiſtri & Principes officiorum dicebantur. Ubi autem de iis famulis aulicis ſermo eſt apud Hiſtoricos mediæ Latinitatis, ſæpe eorum, nomine militum, meminerunt; ipſam verò operam præſtitam in quolibet famulatu & miniſterio, militiam vocatam invenies. Ea porrò ſunt miniſteria, quæ occurrunt frequentiſſimè apud memoratos Authores nomine officiorum. Vita S. Severi: *Miſit milites ex officio ſuo, ut ubicunque eum reperiſſent, abſque honore ſuis præſentarent aſpectibus*. Acta S. Aſclæ Martyris: *Quem cum vidiſſet Judex, dixit ad officium, Quis eſt hic? Apollonides unus ex Officialibus dixit: Puto Chriſtianus eſt*. In quibus verbis etiam nota, officium non ſumi duntaxat pro ipſo munere apparitorum, ſed pro apparitorum ipſorum cœtu, vel cohorte.

Officina armorum. Vide *Fabricæ armorum*, *Armamentarium*, & *Navale*.

Officium, ii. Pro cœtu vel cohorte apparitorum. Vide *Officiales*.

Olea, Pacis ſymbolum. Vide *Supplices*.

Oleagina corona. Non ſolùm eorum erat, qui in ludicris viciſſent certaminibus, ut habetur apud eos, qui tractant de ludis Gymnicis; verum etiam milites & bellatores ornabat. Poſtremi quidem honoris & omnium infimi eam extitiſſe tradit Gellius; eorumque peculiarem, qui prœlio non intereſſent, ſed triumphum procurarent. Nihilominus non minimum honeſtamenti eam prætuliſſe certum eſt. Sic enim Dio Caſſius lib. 49. de Auguſto in Sicilia præmia diſtribuente: *Et omnibus quidem quingentas drachmas; iis verò qui navali certamine viciſſent, etiam coronam oleagineam dedit*.

Oleum, i. Fervens oleum inter medelas ad repugnandum adversùs machinas fuiſſe exhibitum ab Antiquis, cùm alia multa, tùm luculentiſſimum docet teſtimonium Joſephi de Excid. *Cum Romani jam invicem ſe adhortati latera junxiſſent, ac deſuper protecti longioribus ſcutis inexpugnabilem globum feciſſent, muroque ſuccederent, tum ille ferventi oleo perfundi eos jubet. Quod Judæi promptè & cupidè fecerunt ipſis etiam ahenis bullientibus in eos miſſis. Quæ res Romanorum connexionem ſolvit; & cum magno dolore a muris abibant præcipites. Celerrimè enim oleum a capite ad pedes per omnia ſe ſe arma inſinuabat, & carnem inſtar ignis depaſcebatur. Quippe quod naturâ facilè accenditur, & tardè refrigeratur ob pinguedinem & lentorem. Loricis itaque & galeis illigati cum eſſent, fuga non erat hujus peſtis: ſed nunc ſubſilientes, nunc dolore ſe incurvantes, decidebant de pontibus*. Vide *Naphtha*.

Oleum medicum. Vide *Naphtha*.

Oleum vivum. Vide *Naphtha*.

Olla, æ. Propriè eſt vas fictile, carnibus & aliis eſculentis coquendis idoneum, Perſ. ſat. 4.

tunicatum cum ſale mordens
Cæpe, & farratam pueris plaudentibus ollam.

Recens militia ollas igniferas, vel incendiarias vocat non multum abſimilis figuræ vaſa ferrea, quæ globis, catellis, aliiſque ferreis ſegmentis fruſtiſque exſaturata, admoto igne, e mortariis deſtinatò a libratoribus jaculantur, cum ingenti ædificiorum quaſſatione & proximorum pernicia. De his vide quæ ſcripſi in Titulis *Naves Incendiariæ*, & *Bolides*. Harum jaculatores juxta & artifices ſi ollarios dixeris, nihil tibi faceſſam moleſtiæ, nec vitio verterim rem novitii inventi novo vocabulo expreſſam. Eas ollas, a fragore quem edunt Itali dicunt *Bombe*.

2. Sunt tamen & majores ollæ, quæ non perpetua integuntur laminâ ferreâ, verùm ambiuntur operimento lineo probè tenſo, quod lorum ferreum ad modum zonulæ in decuſſim excurrens adſtringit firmatque, foramine ad ignem excipiendum relicto. Compinguntur intus ænei tubuli, minoreſque bolides, quas mala Punica appellant. Univerſam congeriem vehementer obſtipat involvitque maſſa ſtupea, quam pice, amurca, ſummæque graveolentiæ medicamentis inficiunt imbuuntque. Neque enim id genus impetu duntaxat & pondere, aut transvolantis ferri disjecta grandine graſſatur, ſed multo maximè aſſultu ſubito nubis fumeæ, quæ teterrimam fœtidamque peſtem quam latiſſime evomens cerebrum inceſſit, viſcera inficit, reſpirandique adimit facultatem. Id verò organum recens militia vocat *Carcaſſa*, quoniam decuſſato ferro diſtinctum ejuſdem operimentum ſimile eſt primæ navium compagi, & expreſſiùs pectori cadaveris exſiccati, quæ item nominantur *Carcaſſo*. Integrum vero cadaver exſiccatum dicimus *Carcame*, *Scheletro*. Aloiſius Pulci Morg.

Ed ecco un Diavol più che carbon nero,
Che dalla tomba fuor ſubito balza
In un carcame di morto aſſai fiero,
Ch'avea la carne ſecca, ignuda, e ſcalza;

Dicitur quoque abjectâ prima littera, *Arcame*; Idem ibidem

Se v'è reliquia, arcame, o catrioſſo
Rimeſo, o piedi, o capi di capponi.

Harum vocum originem Academici a furfure dubie trahunt ab arca; Menagius verò id tanquam

rem

Digitized by Google

rem certam pronunciat. Mihi rem valde dubiam facit prima navis compages, quæ adaperta eſt, & non parum abeſt a figura arcæ. Exiſtimo proinde eas voces duci non ab arca, ſed ab arcu. Quidquid enim Italieè *careame*, *arcame*, & *carcaſſo* dicitur, flexuoſum eſt & incurvum ad modum arcus. Adſtipulatur huie opinioni vox *careaſſo* pro receptaculo arcus & ſagittarum, ut dixi in Titulo *Pharetra*. Huic tamen ſententiæ non leviter videntur officere voces *caſſero* & *caſſo* quibus Itali nominant concavam corporis partem coſtis obductam, quas voces trahunt omnes a Latinorum *capſum* vel *capſa*. Atqui ego eaſdem velim potius deductas, atque adeo propius a voce *caſſum*, quod eſt vacuum vel inane, quemadmodum pars eſt illa corporis minimum oppleta carne, ſed potius vacua, & magnam partem inanis. Adſcribo tibi demùm hujus ollæ incendiariæ deſcriptionem, ut illam tradidit Vauban ætatis noſtræ peritiſſimus machinarius. *Nouveau traité des fortifications* lib. 1. c. 4. *Carcaſſe eſt un feu d'artifice, composé de trois juſqu'a quatre grenades, avec pluſieurs petits canons de piſtolet, chargés & enveloppés dans des etoupes trempées dans des matieres huileuſes; on met au tour une toile goudronée; on place tout cela dans une eſpece de lanterne, qui à une plaque de fer a chaque extremité, entretenuë par deux branches de fer, leſquelles ſont croiſées par des cercles de même matiere: & à l'une des plaques il y a un trou pour donner feu a la carcaſſe, qui ſe jette après comme les bombes*. Accipe aliam deſcriptionem ab Ozanam. Diction. Mathemat. pag. 538. *Les Carcaſſes ſont des boites faites des bandes de fer, de la groſſeur des bombes couvertes de groſſe toile goudronée, & remplies de deux ou trois grenades, & de pluſieurs bouts de canon, des piſtolets chargez de poudre, & enveloppez avec les grenades dans une maſſe d'etoupe trempée dans de l'huile, & dans d'autres matieres combuſtibles*. Vide iconiſmum hujus ollæ apud *M. de Fer, les Forces de l'Europe. Planche*. 7.

Ollula, æ. Diminutivum ab olla, de qua ſuperius dixi. Ollulas incendiarias dicimus globos ferreos manuales, quos plumbeis glandibus oppletos igne applicito manu in hoſtes jaciunt ad hoc jaculi genus eruditi milites, quos proinde ollularios nominare neutiquam refugerim: uſus eſt præcipuus ad equitatum disjiciendum. Mirè ſiquidem equos diſturbat & diſtrahit per eorum dorſa, cervices, & capita ſaliens ignita peſtis & grando. Etiam adversùs pedites, ubi maxime conferti ſunt, evibrantur. Eaſdem vocamus bolides. Vide eum Titulum. Itali vocant *Granate*, quoniam earum figura malis Punicis eſt perſimilis. Qui eas jaciunt dicuntur *Granatieri*: In prœlio & irruptione reliquos antevolant. Planè ſucceſſiſſe videntur Antiquorum Rorariis.

Ollarii. Vide *Olla*.

Ollularii. Vide *Ollula*.

Olympia, orum. Feſtum in Achaja celebratiſſimum, juxtà Elidem Piſamque, in campo, qui Olympia dicebatur. Nulla aut hominum conventu frequentior, aut decertantium ardore & numero nobilior in univerſa Græcia ſolemnitas commemoratur. Illuſtre ejus rei teſtimonium eſt apud Ciceronem pro Flacco, ubi ea Græcorum certamina æquiparare non dubitat triumphis Romanorum. Sic autem ſcriptum reliquit: *Pugil Olympionices; quod eſt apud Græcos prope majus ac glorioſius, quàm Romæ triumphaſſe*. Idem Orator 2. Tuſcul. teſtatur Diagoram habitum fuiſſe feliciſſimum, quòd uno die duos filios Olympionicas vidiſſet. De inſtitutore horum certaminum Scriptores non plane conſentiunt. Diodorus lib. 4. attribuit illa Argonautis; Vellejus Iphito Elæo, qui ita ſcribit lib. 1. *Clariſſimum deinde omnium ludorum certamen, & ad excitandam corporis animique virtutem efficaciſſimum Olympiorum initium habuit, auctorem Iphitum Elæum. Is eos ludos mercatumque inſtituit, ante annos quàm tu M. Vinici conſulatum inires D. CCCCXXIII. Hoc ſacrum eodem loco inſtituiſſe fertur ab hinc annos ferme M. CCL. Atreus, quum Pelopi patri funebres ludos faceret: quo quidem in ludicro omnis generis certaminum Hercules victor extitit*. Verùm longè potior pars inventore Hercule Olympia nobilitat: ita Pindarus, ejuſque Scholiaſtæ, Pauſanias lib. 5., aliique. Verùm ſuper ipſo Hercule duplex enaſcitur quæſtio. Nam Pauſanias, qui de origine Olympiorum latiſſimè ſcripſit, eorum inventorem non eum facit Herculem, qui ex Alcmena & Jove natus perhibetur, ſed alterum in Creta genitum. Iterum incertum alii reliquerunt Jovi ne potius ea feſta Hercules ſacraverit, an Pelopi materno atavo. Primum quidem Pauſanias, Pindarus, ac plerique alii ſtatuunt, quibus accedit Diodorus Siculus lib. 5. Solinus verò cap. 2. Pelopi favet per hæc verba: *Certamen Olympicum, quod Hercules in honorem atavi materni Pelopis ediderat, intermiſſum, ab Iphiclo ejus filio inſtauratum fuiſſe poſt excidium Trojæ anno quadrageſimo octavo*. Idem ſenſiſſe videtur Statius lib. 6.

Hunc pius Alcides Pelopi certavit honorem:
Pulvereumque fera crinem detorſit oliva.

Ubi pulcherrimè olivam feram, translato idiotiſmo ad plantas ab animalibus vocavit oleaſtrum, ſive oleam ſylveſtrem. Et quidem tota militaris fuit ea ludorum origo Hercule authore. Illos quippe inſtituiſſe dicitur, ut fictorum certaminum meditamentis vero conflictui juventus Græca proluderet; eoſque condidiſſe apud Elidem juxtà fluvium Alpheum, ubi Augeam Regem ſuperavit. Duplex autem Olympiorum fuit certamen, quod in aliis etiam Græcorum Gymnicis ludis obſervare me memini: alia quippe Olympia magna vocavit Lucianus in Harmonide, quæ nimirum per univerſam Græciam atque adeo Europam erant ſamigeratiſſima, & ad Piſam edebantur: minora alia, quæ ad illorum imitationem condita Smirnæ, Pergami, Alexandriæ, & alibi celebrata leguntur.

2. Neque verò minus in ancipiti & obſcuro eſt quis Olympionicarum primus victoriam eo pulvere reportaverit. Pauſanias lib. 5. Corœbum fuiſſe exiſtimat. Herculem verò primis Olympiorum honoribus auctum, eorumque non victorem minus, quàm inventorem extitiſſe tradit Plutarchus in vita Theſei. Euſebius verò x. de Præparatione Evangelica author eſt Corylum Argivum primam retuliſſe victoriam in Olympico ſtadio. Quod verò honores attinet & præmia Olimpionicarum, tot tamque illuſtria fuere, ut non aliam ob cauſam dixerit Pindarus non aliter hoc certamen inter cætera eminere, atque aqua inter elementa, aurum inter metalla, Sol inter ſydera excellit. Prætereo palmæ geſtamen quod

Digitized by Google

quod commune illis fuit cum aliorum ſacrorum certaminum victoribus. Vitruv. lib. 9. *Athletis, qui Olympia, Pythia, Iſthmia, Nemea viciſſent, Græcorum majores ita magnos honores inſtituerunt, uti non modo in conventu ſtantes cum palma & corona ferant laudes, ſed &c.* De eodem palmæ geſtamine Senecа in Agamemn.

Cape hoc decorum ludicri certaminis
Inſigne frontis, læva victricem tenens
Frondem, virenti protegat rama caput:
Eſt iſta donum palma Piſæi Jovis:
Velamen eadem præſtet atque omen tibi.

Corona autem eorum propria fuit ex oleaſtro. Indicavimus id ſupra ex verſu Statii. Idem apertè tradunt Pauſanias, Plinius, aliique. Adde his Agathiam in Prolog. Hiſt. *Non enim puta oleaſtri, aut apii cauſâ Olympionicæ in arenam deſcendebant.* Quod ſi olivâ coronatos illos alicubi legitur, id ſcilicet accipias de olea agreſti, vel fera, ex memorata formula Statii. Apio coronatos fuiſſe Olympionicas negant eruditi: fuit enim apium corona peculiaris Nemeonicarum. Obtinuit autem nobilitas atque dignitas Olympiorum, ut in aliis etiam certaminibus victores dicerentur Olympionicæ, & in hanc ſententiam explicandus eſt Agathias loco ſuperiùs adducto, ut bene monet Cerda ad Virgil. Georg. lib. 3. Sed & auream coronam iiſdem victoribus impertiebant teſte Pindaro, qui proinde Olympiam matrem auro coronatorum appellat. Tranſiit poſtea præmium coronæ aureæ ab Athletis Olympiorum ad exercituum Imperatores, qui ſingulari aliquo facinore vel victoria patriam exornaſſent. Ex quo Alcibiades apud Cornelium Nepotem, & Cyrus apud Xenophontem aureâ donati coronâ leguntur. Utrum verò etiam pecunia erogaretur victoribus, rem dubiam faciunt hinc Herodotus lib. 8. apud quem Tigranes Græcos commendat, quòd in Olympicis corona, non pecunia in præmium proponeretur: hinc lex antiqua Athenienſium lata a Solone, quæ Iſthmionicis centum drachmas de publico, Olympionicis verò quingentas numerari voluit. Solenni inſuper epulo excepti, munitique omni fere immunitatum genere, ac præſertim vacatione munerum civilium. Eorum porrò nomina ad memoriam poſteritatis inſcripta laterculo ſervabantur, ut notat Salmaſius ad Tertulliani pallium. Legebantur etiam in Duces, & a finitimis populis exercituum adminiſtrationem accipiebant. Hæc atque alia effecerunt, ut Lucianus ſcripſerit, tantum non æquales Diis fuiſſe Olympionicas: Socrates verò apud Platonem nihil illis beatius extitiſſe pronunciaverit. Sic enim ſcribit lib. 5. de Republ. *Omnibus igitur his difficultatibus liberati vitam agent felici Olympionicarum vita beatiorem.* Neque pro coronide præmiorum eiſdem ſtatuæ defuere, quas illis erectas præter Lucianum docemur a Plinio lib. 34. cap. 4. *Effigies hominum non ſolebant exprimi, niſi aliqua illuſtri cauſa perpetuitatem merentium. Primò ſacrorum certaminum victoria, maximèque Olympiæ, ubi omnium, qui viciſſent, ſtatuas dicari mos erat.* Indicatur idem a Svetonio in Neron. cap. 24. *Ac ne cujus alterius Hieronicarum memoria, aut veſtigium extaret uſquam, ſubverti & unco trahi, abiicique in latrinas omnium ſtatuas & imagines imperavit.* Non igitur demirandum eſt ſi ad Olympiorum celebritatem, & danda iis certaminibus nomina præſtantiſſimi quique Duces ex omni Græcia confluerent. Equidem Plutarchus in Alcibiade teſtis eſt ſumma cura ſtudioque eum Ducem equos nutriviſſe, quos mira præditos pernicitate, & ad ſeptem quadrigas jugatos ad Olympia erat ducturus. Notandum eſt, vetitum fuiſſe fœminis Olympiis intereſſe. Inſinuat id per tranſitum Statius 1. Theb.

excluſæque expectant præmia matres.

Præter ordinem tamen id conceſſum fuit Pherenici, ſeu Berenici, quoniam patrem, filiumque, ac fratres in eo certamine ſæpe victores, atque adeo domeſticam eam laudem haberet. Valer. Max. lib. 8. cap. 16. *Pherenices quoque non vulgaris honos, cui ſoli omnium fœminarum gymnico ſpectacula intereſſe permiſſum eſt, cum ad Olympia filium Euclea certamen ingreſſurum adduxiſſet, Olympionica patre genita, fratribus eandem palmam aſſecutis latera ejus cingentibus.* Facit porrò ad eorum celebritatem ludorum ſic eoſdem arriſiſſe Romanis, ut eoſdem & in Urbem translatos vellent, & multis honorum additamentis auctos atque inſignitos. Primus Cato Uticenſis ad eorum imaginem ludos edidit Romæ, propoſuitque victoribus coronas ex oleaſtro, more Olympiorum. Poſt Catonem Auguſtus eadem inſtauravit certamina, cum victor bello navali inſtituiſſet ludos Quinquennales ad ſimilitudinem Olympiorum. Strabo lib. 7. *Inſtar Olympiorum ludi Actii deſignantur, Actio Apollini conſecrati.* Et Sveton. in vita Auguſti cap. 18. *Quoque Actiacæ victoriæ memoria celebratior in poſterum eſſet, urbem Nicopolim apud Actium condidit, ludoſque ibi Quinquennales conſtituit.* Sed & Sylla eadem prius Romam traduxerat, teſte Appiano 1. Bell. Civil. *Athletas & cætera ſpectacula Sylla Romam evocavit, veluti ſolamina quædam belli Mithridatici, aut Itali, excuſatione adhibita, quaſi populum a calore reſpirare, & refrigerari cuperet.* Nero autem, ut ſcribit Philoſtratus, non ſolùm in Græciam profectus eſt, ibique ſubjectus præconi in Olympiis, Pythiiſque, ter victor in Olympiis fuit, ſemelque in Iſthmiis citharœdos ſuperavit; verùm etiam aurigavit & coronam meruit in Olympiis Romam translatis. Sveton. in ejus vita cap. 24. *Aurigavit quoque plurifariam, Olympiis verò decemjugem*: ideſt curru, quem decem equi juncti traherent, quæ fuit pompæ oſtentatio extra omnem ordinem, moremque; nam currus ſejugus omnium maximus fuit, authore Iſidoro. Cæterum ludos Olympicos veri conflictus præludium & velitationem fuiſſe, oſtendunt eximii bellatores, qui ab iis certaminibus ad exercitus ducendos tranſgreſſi ſunt. Bello gerendo præfectum legimus apud Ariſtidem in Panath. Phrynonem Olympionicem Athenienſem, quem etiam ad occupandum Sigæum univerſæ claſſi præpoſuerunt ſui populares. Ex Diodoro etiam diſcimus Crotoniates rei gerendæ adversùs Sybaritas præfeciſſe Milonem illum, qui ſex Olympicis coronis conſpicuus pro miraculo quodam oſtentoque pluſquam humani roboris habitus eſt: qui porrò non impari felicitate hoſtes fudit fugavitque bellator, quàm Athleta prius antagoniſtas ſuperaverat. Vide Hofman. Paſchal. de Coron. Fabrum in Agoniſt. Pontanum, & de la Cerda in 3. Georg. Alexandr. Genial. lib. 5. cap. 8. & in eum notas Tiraquelli.

Omnes machinas admovere. Populari dictione eſt oihil relinquere intentatum ad quidpiam conſequendum. Plato, Cicero & alii boc utuntur ſermone, a militia deſumpto, ubi bellatores arcem aliquam oppugnantes omois generis machioas ad eam eapiendam admoveot.

Omni peda standum. Dicitur proverbiali ſermone de ſumma vi extremoque niſu adhibito in negotiis. Trahitur a militibus, qui ſtationem ſuam firmè conſtanterque in acie tuentur, neque locum deſerunt, ultraque præſcriptum ſe commoveot.

Onager, gri. Fit a Græcorum ὄνος, aſious, & ἄγριος, ſilveſtris. Eſt proinde aſinus ferus, ſilveſtris. Plinius l. 8. cap. 44. in Phrygia & Lycaonia ſcribit præſtantes naſci. Idem ibidem tradit eorum pullis, utpote exquiſiti ſaporis, gloriari Africæ populos, vocarique Laliſiooes. Congruit Martialis lib. 13.

Cum tener eſt onager, ſolaque laliſio matre
Paſcitur, boc infans, ſed breve nomen babet.

Sed & grandiores non injucundi ſaporis eſſe, ut minimum a cerviois caroibus differant, teſtatur Xenophon. In Palæſtina magno eos numero ſoboleſcere eruitur e Sacris paginis, in quibus frequens onagrorum mentio. Seligo illud Eccleſiaſt. 13. *Venatio leonis onager in eremo; ſic & paſcua divitum ſunt pouperes*: ad quæ verba vide eruditiſſimum Cornelium a Lapide. In re oppugnatoria ooager eſt machioa balliſtæ ſimilis, Veget. lib. 4. eap. 22. *Balliſta quanto prolixiora brachiola babuerit, tanto ſpicula longiùs emittit: onager autem dirigit lapides, ſed pro nervorum craſſitudine & magnitudine ſaxorum pondera jaculatur*. Ammianus lib. 23. onagrum latè deſcribit: eam deſcriptionem repete a Titulo *Scorpio*. Coofundit quippe Ammianus onagrum cum ſcorpiooe; quæ tamen diſtinguit Vegetius, Tradit hic ſcorpionem eſſe in genere ſagittæ, & miſſilium; onagros verò receoſet inter machinas emittentes. Sed nihil facilius potuit contiogere, quàm ot Ammiani tempore eandem babuerint appellationem ſcorpio & onager, quæ ævo Vegetiano, aut certè antiquiore, diſtioguebantur machinæ, Idem in aliis uſuveniſſe orgaois oppugnatoriis, obſervavimus ſæpe aliàs: verùm quædam licet fortaſſe ad ſatietatem, oumquam tamen ad rei neceſſitatem ſatis notantur. Obſerva, etiam domeſticum aſinum fuiſſe oppugnatoriam machinam: verùm de hac ſuo loco. Addo certamen ab aſioo, ſive domeſticum illud, ſive ſilveſtre fuerit animal, initum adverſus Orlaodum io Viridario Falerinæ apud Berni Orl. Inam. l. 2. c. 4.

Mai non fu viſto sì ricco lavoro,
Che queſta porta moſtra in prima faccia,
Tutte ſon gioje & vagliono un teſoro,
Et non è chi per lei difeſa faccia
Se non un'aſinel di ſcoglie d'oro
Coperto, & lunghe ha l'orecchie due braccia,
Che, qual ſerpe la coda, quelle piega,
Et piglia, & ſtringe ciò che vuole & lega.
Tutto è coperto di ſcaglia dorota
Com'io ho detto, & non ſi può paſſare,
Taglia la coda qual ſpada affilata,
Nè vi può arme reſiſtentia fare.
Ha una voce faſtidioſa, ingrata,
Che d'intorno la terra fa tremare.
Il Conte a queſta porta s'avvicina,
Et la beſtia ver lui ratta camina.
Orlando gli tirò col brando crudo,
Dal qual non lo difeſe quella ſcaglia,
Tagliolla tutta inſin al fianco nudo,
Perch'ogni incanto quella ſpada taglia:
Preſe a lui l'aſin con l'orecchia il ſcudo,
Et tanto dimenando lo travaglia,
Come ſe preſo l'haveſſe ad un laccio,
Ch'a ſuo diſpetto gliel tolſe di braccio.
Per queſto conturboſſi forte Orlando,
Et tira un colpo furioſamente,
Si che l'orecchie gli tagliò col brando,
Poco gli valſe la ſcaglia lucente;
Onde la groppa rivoltò ragghiando,
Et mena della coda ch'è tagliente,
Spezzagli tutta quanta l'armadura,
Ma è fatato, & poco ſe ne cura.
Diede una gran percoſſa a lui nell'anca
Dal lato deſtro, & tutta gliela ſpezza,
Arriva il colpo nella coſcia ſtanca,
Quell'aſpra ſpada ogni coſa ſcavezza;
Se tutto nol togliò, poco vi manca.
Cadde giù l'aſinello, e la cavezza
Ragghiando pare, e facendo un romore,
Che venti ſuoi fratei nol ſan maggiore.
Mena Orlando che vuol finir la feſta,
Et l'aſin tuttavia ragghia & ſoſpira,
Ma il Conte in terra gli gettò la teſta:
Il buſto ſenza quella intorno gira,
Tremò tutto 'l giardino & la foreſta,
La terra s'apre, & l'aſin dentro tira,
Et poi di nuovo quella ſteſſa terra
Come l'hebbe inghiottito, ſi riſerra.

Onera militum. Tametſi equis ſarcinariis, vehiculis, carriſque ea cum exercitu onera deportarentur, quæ ex militum uſu eſſent; ipſi tamen milites inter commigrandum ſuas deferebant ſarcinas & præmagno apud Romanos præſertim onere gravabantur. Quatuor verò præcipua ſunt onerum genera, quæ milites commeantes ſolebaot attollere: frumeotum, ſive buccellatum, utenſilia, vallus, & arma. Et Cicero quidem Quæſt. Tuſcul. lib. 2. author eſt milites geſtare conſueviſſe plus quam dimidiati menſis cibaria. Idem ferè a Polybio traditur. Sed integri quaodoque menſis annonam ſecum aſportaſſe non ſemel legitur apud Livium, ſic enim habet lib. 44. *Prætore dimiſſo Conſul menſtruum juſſo milite ſecum ferre profectus eſt*. Et idem lib. 57. de Scipione Numantino: *Militem triginta dierum frumentum efferre cogebat*. Paulo minorem copiam Cæſar expreſſit lib. 2. Bell. Civil. *Dierum viginti duorum ab Ilerda frumentum juſſi erant efferre*. Quod autem attinet utenſilia non ſolum ea deferebant, quæ ad lignandum, pabulandum, & muniendum erant neceſſaria; verum etiam catenam ad captivos illaqueandos & adſtringendos. Sic autem de Romanis peditibus ſcribit Joſephus: *Ferunt haſtam & ſcutum præter iſta, ſerram, & corbem, rutrum, & ſecurim, lorum, ſalcem, & catenam*. Vallum etiam ideſt ſudem ad ſubitò munienda caſtra, ſeſeque vallandum geſtabant. Apud Livium legimus interdum ſeptenos, duodenos etiam quandoque vallos a ſingulis comportatos militibus. Sic enim habetur Epit. lib. 57. *Triginta dierum frumentum ac ſeptenos vallos ferre cogebat*. Idem lib. 3. *Armati cum cibariis in quinque dies, valliſque duodenis Martio in Campo adeſſent*. Plerun-

runqne tamen, ut docet Polybius tribus ſolùm aut quatuor vallia milites onerabantur. Hujuſmodi onera frumenti, utenſilium, atque vallorum in faſcem collecta attollentes humeris commeabant, ut cernimus in Columna Trajani, cujus ſchedion videre eſt apud Lipſium lib. 5. de Milit. Rom. Dialog. 11. Memoratis oneribus accedebant arma, quæ tamen a Cicerone non inter onera, ſed veluti membra militis numerantur. Ipſius verba ſunt loco ſuperiùs indicato: *Noſtri exercitus primùm, unde nomen habeant, vides. Deinde quis labor, & quantus agminis? Ferre plus dimidiati menſis cibaria, ferre ſiquid ad uſum velint, ferre vallum. Nam ſcutum, gladium, galeam noſtri milites in onere non plus numerant, quàm humeros, lacertos, manus. Arma enim membra eſſe milites dicunt, quæ quidem ita geruntur aptè, ut ſi uſus foret, abjectis oneribus, expeditis armis ut membris pugnare poſſint.* Ex Cicerone eandem ſententiam exſcripſit Silius lib. 11.

Ac ne nocte quidem clypeive enſeſve repoſti,
Non pharetræ, aut jacula, & pro membris
arma fuere.

Profectò mirum non eſt tanta exercitos duritie milites ad omnem poſtea in caſtris & acie exantlandum laborem obcalluiſſe. Ii ſcilicet illi ſunt, de quibus neque ſudantibus neque reſpirantibus inter dimicandum Q. Catulus cum admiratione ſcripſit ad Senatum: quod libet referre Plutarchi verbis in vita Marii: *Eos ſic fuiſſe laboribus ſuetos, ut nec ſudantem, nec ſuſpirantem quenquam cerneres, idque in diuturna illa pugna cum Cimbris magno æſtu & acri concurſu, Q. Catulum notaſſe, & ad Senatum ſcripſiſſe.* Hinc factum ut Romani milites eam onerum copiam deferentes per jocum *Muli Mariani* dicerentur. Vide *Muli Mariani*, & *Ærumnæ*. Eas militum ſarcinas plus æquo graves fere conqueritur Virgilius lib. 3. Georg.

Non ſecus ac patriis acer Romanus in armis
Injuſto ſub faſce viam cum carpit, & hoſti
Ante expectatum poſitis ſtat in ordine caſtris.

In eandem ſententiam Horat. Epod. 9.

Romanus (eheu, Poſteri negabitis)
Emancipatus fœminæ,
Fert vallum & arma miles.

2. Quamvis autem ſolutiori ætate, & languescente robore militiæ veteris lixarum humeris carriſque ea deportarentur onera, eam tamen ignaviam inertiamque minime paſſi ſunt Romani veteres: taxatique etiam apud poſteriores reperiuntur mores illi degeneres. Neque porro Romanis impares in ea tyrocinii duritia Macedones fuere. De his hæc Polyænus: *Philippus exercebat unà cum armis trecenta ſæpe ſtadia ambulare ferentes galeas, peltas, ocreas, ſariſſas, & præterea commeatum, & quæcunque vaſa quotidiani uſus.* De iiſdem Macedonibus hæc habet Frontinus lib. 4. cap. 1. *Philippus cum primùm exercitum conſtitueret, vehiculorum uſum omnibus interdixit. Equitibus non amplius quàm ſingulos calones habere permiſit, peditibus autem denis ſingulos, qui molas & funes ferrent. In æſtiva exeuntibus triginta dierum farinam collo portari imperavit.* Tantum onerum gravius inſuper faciebat conficiendi itineris ſpatium, quod ſæpe longum, interdum verò, ubi neceſſitas id poſceret, longiſſimum erat. Vegetius etenim gradum militarem diurnum ſic definit: *Horis quinque æſtivis viginti millia paſſuum militari gradu confici.* Duriſſimum id equidem eas humeris ſarcinas attollentibus: ſed nihil non obtinet a docili ingenio diſciplinæ vigor, & cæterorum exemplum. Præclarè ſiquidem idem Vegetius ſcripſit: *Nihil eſt, quod non aſſidua meditatio facillimum reddat.* Dum hæc ſcribo in urbe & receſſu Tiburtino, quò me ante paucos menſes, valetudinis causâ, Româ recepi, hinc prætergradientes vidi copias militum Germanorum ex Alpibus & Italiæ confinio ad Regni Neapolitani expeditionem progreſſas. Erant autem duodecim facilè millia bellatorum. Vidimus verò ac palam omnes obſervavimus equites lectiſſimos graves impendio ſarcinas ſecum deferentes: portionem nimirum buccellati, lintea, ſecures, vallos, & alia ejuſmodi multa, quæ ſumma celeritate & pari ordine poſtea ad ſuos uſus expedierunt, ubi primùm ad ripam Anienis amnis prope pontem, cui Lucano nomen, ad quietis aliquid capiendum in manſione tumultuaria conſtitere. Mirum certe omnibus fuit tot luſtrare ab illis delata onera, immenſam prope vaſorum & utenſilium copiam, præcipue verò vim vallorum, quibus ſeſe præcingerent, incredibilem: quæ tamen breviſſimo, ut dixi, temporis ſpatio ex equis deſilientes, admirabili dexteritate, pro gentis aſſuetudine & inſtitutione, partim ad munitionem, partim ad vela obtendenda, & comparanda ſuper herboſo gramine cibaria, accommodarunt.

Opima spolia. Opima dicuntur, non ab opere, vel ope præſtanda, ut tradunt aliqui, ſed ab Ope Dea Saturni uxore, quæ in Regia colebatur a Populo Romano, ut ſcribit Feſtus. Ops autem Dea apud Veteres terra erat: & quoniam a terra omnia generantur atque proveniunt, hinc ampliſſima quæque dicuntur opima, quaſi magnifica & ampla. Romanorum peculiare decus fuere opima ſpolia; neque luculentuſſimum illud virtutis honeſtamentum & præmium aut ab aliis acceptum gentibus, aut cum aliis communicatum. Juxta propriam verò acceptionem ea erant ſpolia opima, quæ Dux populi Romani detrahebat Duci hoſtium victo proſtratoque. Exempli raritas eum honorem inprimis commendat. Intra ſeptingentos ferè annos ter ſolùm Romanos ejus generis ſpoliis augeri contigit. Relata ea primùm fuere a Romulo, cæſo Acrone Ceninenſium Duce, ut ſcriptum reliquit Livius lib. 1. Rem eleganter exponit Propertius lib. 4. Eleg. 11.

Nunc Jovis incipiam cauſas aperire Feretri,
Armaque de Ducibus trina recepta tribus.
Magnum iter aſcendo, ſed dat mihi gloria vires.
Non juvat ex facili lecta corona jugo.
Imbuis exemplum primæ tu, Romule, palmæ,
Hujus & exuviis plenus ab hoſte redis,
Tempore quo portas Ceninum Acrona petentem
Victor in everſum cuſpide fundis equum.
Acron Herculeus Cenina ductor ab arce,
Roma, tuis quondam finibus horror erat.
Hic ſpolia ex humeris auſus ſperare Quirini,
Ipſe dedit, ſed non ſanguine ſicca ſuo.
Hunc videt ante cavas vibrantem ſpicula turres

Romulus, & votis occupat ante ratis.
Juppiter, hæc hodie tibi victima corruet Acron.
Voverat, & ſpolium corruit ille Jovi.

Altera opima ſpolia Coſſus Cornelius retulit de Tolumnio. De eodem ita proſequitur ibidem Propertius:

Coſſus at inſequitur Vejentis cæde Tolumni,
Vincere cum Vejos poſſe laboris erat.
Nec dum ultra Tiberim belli ſonus, ultima præda
Nomentum, & captæ jugera terna Coræ,
Et Veii veteres & Volſcum regna fuiſtis,
Et veſtra poſita eſt aurea ſella foro.

De eodem Coſſo ita ſcribit Liv. lib.4. *Spolia in Æde Jovis Feretrii prope Romuli ſpolia, quæ ſola tunc erant opima, dono fixit.* Tertiis opimis potitus eſt M. Marcellus, interfecto Viridomaro, ut narrat Plutarchus in ejus vita, & indicat Virgil. lib.6.

Tertiaque arma patri ſuſpendet capta Quirino.

Deferri autem dicarique ea ſpolia Jovi Romulus inſtituit. Ab iiſdem porrò ferendis Juppiter Feretrius appellatus: Sic enim Propertius ubi ſupra:

Nunc ſpolia in templo tria condita. Cauſa Feretri,
Omine quod certo Dux ferit enſe Ducem:
Seu quia victa ſuis humeris hæc arma ferebãt;
Hinc Feretri dicta eſt ara ſuperba Jovis.

Romulus ea ſpolia Jovi pedes intulit ac dedicavit; Coſſus, & Marcellus quadrigis vecti, ut docet Plutarchus in hujus vita. Non parcam indicare ex Varrone, opima ſpolia fuiſſe, quæ miles etiam manipularis, dummodo Duci hoſtium, detraxiſſet. Exempla verò ea dedicantium nonniſi Duces extitiſſe commonſtrant. Opima ſine addito dixit Seneca in Hercul. Fur.

Opima victi Regis ad Superos refert.

OPINATUS, a, um. Gloſſæ Iſidori: *Militaris, Opinatus, ideſt vetus miles*; ubi Salmaſius Opinatum exponit longâ militiâ probatum. Verùm ibi Opinatus non militiæ genus indicat, ſed ſumitur pro præſtanti, ſpectabili & famigerato. Familiare id fuit nomen Scriptoribus ævi inferioris. *Philoſophi Opinati*, apud Julium Firmicum lib.3. cap. 3. In vita S. Boniti Epiſc. Claromont. *Pergit ad quendam Opinatiſſimum Dei famulum.* Et alibi frequentiſſimè. Ubi Opinatus & Opinatiſſimus pro celebri & celeberrimo, vel famigeratiſſimo apponuntur, non in militari duntaxat, ſed in qualibet materia. Opinio nimirum pro exiſtimatione, vel fama ſæpe ſumitur. Hinc Gloſſæ veteres apud Cujacium Opinatores vocant, qui curam habent æſtimandi, ſpectandi, probandique non militarem ſolùm, quod indicare videtur Salmaſius, ſed omnis generis annonam.

OPPUGNATIO, onis. Actus eſt vim quomodolibet contra inferendi; ſive id fiat in conflictu conſerendo manus, ſive in obſidione, ſive in qualibet aggreſſione, quavis ratione petatur hoſtis. Cæſar lib.2. Bell. Gallic. *Gallorum eadem atque Belgarum oppugnatio eſt.* Imperatori de bello inferendo meditanti nulla antiquior cura eſt, quàm ut de reditu cogitet. Continuò ſcilicet in ipſius ignominiam atque perniciem vel feliciſſima recidet expeditio, ſi poſtquam in ſolo hoſtico multa & præclara fecerit, regreſſu intercluſo ſuccumbendum eidem ſit hoſtibus inſilientibus a tergo, interciſis ſæpe ab iiſdem itineribus, & commeatu intercluſo. Id autem cauſæ fuit quominus Scipio ad Numantiam contenderet per explicatam planitiem, quemadmodum non pauci hortabantur ut faceret. Peritiſſimi Ducis conſilium ſic enarrat Appianus de Bell. Hiſpan. *Via, quæ Numantiam tendebat ac in planitiem ducebat, brevior erat, multique ut in eam ingrederetur, ſuadebant: quibus Scipio dicebat, ſe redeundi modum cogitare; quod tum hoſtes levi armatura inſtructi eſſent, qui in pugnam exirent; & urbem a tergo, in quam ſe commodè poſſent recipere, haberent.* Sedulò eſt inſuper reputandum, ut longe major in Rempublicam utilitas redundet ab armis illatis, quàm ſit certum præſenſque incommodum faciendorum ſumptuum, laborumque & ſanguinis profundendi. Intellexit id providitque opportunè Scipio eandem Numantiam oppugnaturus, ut legitur apud Appianum ibidem: *Stultum eſſet ob rem levem ſeſe in periculum conjicere; malus eſt enim Imperator is, qui nulla propoſita utilitate pugnat; is autem fortis & prudens, qui pugnæ periculum adit tum, cum neceſſitate conſtringitur. Similitudinem quoque a medicis ducebat, qui non prius ad ſecandum & urendum veniunt, quàm loco affecto medicamenta adhibuerint: quæ cum dixiſſet, ducibus copias per longiorem viam ducerent, imperavit.* Sequitur curatio rei cibariæ, ne multitudinem militum lixarumque, atque adeo equos ipſos & jumenta eſca deficiat. Extremæ quippe dementiæ fuerit immenſam mortalium vim ſub ſignis circumferre, non comparatis antea commeatibus, quorum inopia ſæpenumerò facilliùs, quàm cladibus ipſis exercitus conſumuntur. Veget. lib.3. cap.3. *In omni expeditione unum eſt & maximum conſilium, ut tibi ſufficiat victus, hoſtes frangat inopia. Ante igitur quàm inchoetur bellum, de copiis expenſiſque ſolers debet eſſe tractatus; ut pabula, frumentum, cæteræque annonariæ ſpecies, quas a provincialibus conſuetudo depoſcit, maturiùs exigantur, & in opportunis ad rem gerendam ac munitiſſimis locis amplior ſemper modus, quàm ſufficit, aggregetur. Quodſi tributa deficiunt, prorogato auro comparanda ſunt omnia.* Ratio ab eodem ſuperius ibidem reddita. *Sæpiùs enim penuria, quàm pugna conſumit exercitum, & ferro ſævior fames eſt. Deinde reliquis caſibus poteſt in tempore ſubveniri, at pabulatio & annona in neceſſitate remedium non habent, niſi ante condantur.* Earum rerum proviſa copia non valetudini tuendæ ſolummodò, verum etiam declinandis legionariorum querelis jurgiiſque proficiet; cum liqueat nihil magis, quàm pabulationis, vel annonæ inopiam pro obtentu accipi a militibus exſuſcitandi ventilandique æſtus ſeditionum. Huc etiam referas procurationem veſtitus militaris; ne miles algeat in caſtris, præcipuè ſi per nivoſam hyemem eſt deducendus, juxta illud Vegetii lib.3. cap.2. *Nec ſanitati, nec expeditioni idoneus miles eſt, qui algere compellitur.* Harum rerum immemores, aut in iiſdem procurandis indiligentes Duces cum exempla alia, tum Cambyſis Perſarum regis caſus infeliciſſimus deterrere poteſt, qui ex opima feraciſſimaque regione progreſſus in Æthiopiæ ſteriles agros, eò miſerrimos adegit milites, quod narrat Herodotus in Thalia, ut decimum quemque ſortiti ex omni

numc-

Digitized by Google

numero verterent in alimentum. Expenſarum porrò rationem, & numeri copiarum perſpectam proviſamque in anteceſſum habere Imperatorem neceſſe eſt. De iis in oppugnationem profecturi exercitus nervis abundè a nobis eſt alibi agitatum. Non parcam hìc utranque rem Divino teſtimonio ſancire. Et de ſumptibus quidem ſic legimus Lucæ 14. *Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius ſedens computat ſumptus, qui neceſſorii ſunt, ſi habeat ad perficiendum: ne poſtea quàm poſuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes, qui vident, incipiant illudere ei dicentes, quia hic homo cœpit ędificare & non potuit conſummare.* Et iterum ibidem de idoneo copiarum numero: *Aut quis Rex iturus committere bellum adversùs alium Regem non ſedens prius cogitat ſi poſſit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad ſe? alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens rogat ea, quæ pacis ſunt.* In eo vel maxime differt ab obſidione oppugnatio arcium, quod hæc armorum miniſterio, & militarium machinarum uſu peragitur; illa verò etiam ſine his exerceri atque intelligi commodè poteſt. Aperte iſta diſtinguit Livius de Bell. Punic. lib. 4. *Ita conſilio habito, cum omnis conatus ludibrio eſſet, abſiſtere oppugnatione, atque obſidendo tantùm arcere terra marique commeatibus hoſtem placuit.* Cohibeo calamum a commemoratione machinarum, acceſſuum, aggreſſionum, & ſtratagematum, quæ Poliorceticen, ſive rem oppugnatoriam conſtituunt. Ea ſatis prolixam habent tractationem in propriis Titulis; hìc verò ea recoquendi nec otium ſuppetit, nec hujus operis ratio poſtulat. Licet autem omni armorum genere urgeri oppugnationem leges permittant, fœda tamen quædam, & contra omnem humanitatis & urbanitatis ſenſum inventa non declinant ſolum, verum etiam abhorrent paulo cultiores gentes. Pudet me referre cadavera & humana excrementa in hoſtes jacta, quod Bonfinius memorat Rer. Ung. dec. 3. lib. 3. *Vaſorum circiter duo millia tabidis cadaveribus, humaniſque excrementis completa, in hoſtem emiſſa, ut eum pernicioſo fœtore conficerent: ex quo factum eſt, ut præ teterrimo odore omnibus fere dentes caderent nutarentve.* Apage ſordes peſteſque, a quibus omnis abhorret humanitas; & quibus honeſti Martis Genius non modo non indiget, ſed indignatur. Vide *Obſidio*.

Oppugno, as. Contra pugno. Cic. pro Sextio: *Domus eſt oppugnata ferro, facibus, exercitu Clodiano.*

Oppugnator, oris. Qui oppugnat. Cic. pro Corn. Balb. *Atque utinam qui ubique ſunt propugnatores hujus imperii, poſſent in hanc civitatem venire, & contra Oppugnatores Reipublicæ de civitate exterminari.*

Optica. Facultas eſt una ex Mathematicis, quæ directos conſiderat radios, ex quo ædificiorum normam & ſuperficierum & corporum generatim frontes, lateraque, prout in viſum cadunt, habet perpenſa. Nullatenus ignoranda eſt machinariis bellicis, quemadmodum Scriptores Polemici ſtatuunt.

Optio, onis. Quinam ſit militiæ gradus clarè tradit Feſtus: *Optio qui nunc dicitur, antea dicebatur Accenſus. Is adjutor dabatur Centurioni a Tribuno militum; qui ex quo tempore, quem velint Centurionibus permiſſum eſt optare, & nomen ex facto ſortitus eſt.* De iiſdem Vegetius lib. 2. cap. 7. *Optiones ab optando appellati, quòd antecedentibus ægritudine impeditis, hi tanquam adoptati eorum atque vicarii ſolent curare.* Ex quibus locis videtur clarè deduci, poteſtatem ſubrogandi aliquem Centurioni, vel Decurioni, antiquitùs penes Tribunum fuiſſe; eumque militem ſubrogatum Accenſum fuiſſe dictum. Cum verò ipſis Centurionibus aut Decurionibus indulta eſſet facultas ſubrogandi ac veluti adoptandi; tunc verò non amplius Accenſos illos, ſed Optiones fuiſſe nominatos, qui alio nomine Subcenturiones indicantur, ut prudenter exiſtimat Lipſius, trahitque ex illis verbis Livii lib. 8. *Centurioni primipili permiſſum erat a Conſulibus, ut Subcenturionem quem vellet, legeret.* Eam præfecturam per facetiam aliò tranſtulit Plautus in Aſin. *Optionem tibi ſumito Leonidem.* Eadem fermè de Optiooibus habet Varro lib. 15. de L. L. Sunt qui Optionem confundant cum Teſſerario; idque per occaſionem duplicis priſci lapidis, in quorum primo ſic legitur *TESSERARIO. OPTIONI. FISCI. CURATORI.* Alterius verò hæc eſt ſententia; *IN. EIS. TESSERARIO. OPTIONI. VEXILLARIVS.* Sed eos meritò irridet Salmaſius ad Spartian. in vita Hadriani ubi clarè demonſtrat in primo lapide deſignari militem ex Teſſerario in Optionem primum promotum, ex Optione verò in fiſci curatorem. Item in ſecundo lapide militem indicari ex Teſſerario Optionem factum, ex Optione Vexillarium. A poſteriorum verò temporum Scriptoribus Optiones vocantur Erogatores annonæ militaris, & qui ſumptuum domeſticorum curam habebant. Ita Procopius lib. 2. Wandal. cap. 20. & lib. 1. cap. 17. Item Cod. Th. l. 1. 24. de Erogat. Milit. Annonæ. Inſuper cuſtodes carcerum, Optiones appellabant. Acta SS. Perpetuæ, & Felicitatis: *Pudens miles Optio præpoſitus carceris.* S. Eulogius in Epiſt. ad Alvarum: *Cum me furibundo Optio præſidialis carceribus appplicaret.* Vide Salmaſium in Hadriano. Juverit hìc notare, caſtrenſes & militares appellationes plurimas ad indicanda nomina & officia magiſtratuum civicorum poſtea fuiſſe translatas. Obſervavimus id in dictione *Miles*, ubi animadvertimus tempore Cæſarum & Principum Byzantinorum, atque adeo apud Scriptores rerum Francicarum, præſertim tempore Philippi Auguſti, Milites, Militiam, Militare fuiſſe paſſim uſurpata pro miniſtris urbanis, qui erant in officio Palatii. Item ſæpe legimus in officio, ſive apparitura Præfecti Prætorio non pauca Magiſtratuum nomina deſumpta ex catalogo caſtrenſium dignitatum, ut præſertim in voce *Optio* ex allatis ſuperiùs teſtimoniis ſit manifeſtum. Creditum quippe fuit ad quandam pertinere amplitudinem & ſplendorem multiplicis urbani Magiſtratus, ut ea officia & miniſteria a bellicis appellationibus ornamenti ſpeciem quandam & decus acciperent. Id ipſum etiamnum uſuvenire conſtat in officiis & apparituris præcipuorum Magiſtratuum. Ordines quippe ſatellitum, militari vocabulo dicimus *Compagnie di Sbirri*: ipſos ſatellites vocamus *Soldati*: horum verò Duces & Præfectos *Capitani*, *Caporoli*. Operæ pretium fuerit id obſervaſſe ad intelligentiam Scriptorum, qui per

Digitized by Google

eas ætates floruerunt, atque adeo plurimorum apud nos titulorum, cujuſmodi ſunt, Cornicularii, Adiutores, Commentarienſes, Principes, Stratores, aliarumque ejuſmodi appellationum, quæ e caſtris & militia ad Magiſtratus civicos ſunt propagatæ.

Optionatus, us. Dignitaa & officium Optionis. Feſtus.

Oratio funebris. Vide *Laudatio Funebris*.

Orator. Legatus, Nuncius, Internuncius, Vide *Legati*.

Orator. Pro viro eloquentia præſtanti. Vide *Eloquentia*, *Allocutio militaris*, *Literæ*.

Orbis, is. In foro bellico multiplex eſt diſpoſitio aciei militaris. Saluſt. *Romani, inquit, veteres noviqne ſcientes belli, ſiquos locus aut caſus conjunxerat, Orbes fecere; atque ita ab omnibus partibus ſimul tecti & inſtructi hoſtium vim ſuſtinebant*. Eſt igitur primò Orbis ſepoſita bellatorum manus, quæ caleſcente pugna inſurgens ſe agit in gyrum, medioſque hoſtes includens, ita eoſdem arctat, ut nec ſatia tractare arma, nec promptè poſſint effugere. Iterum Orbis dicitur, cum in unum milites coeunt & conſtipantur, qua ratione facilliia ſe adversùs hoſtes tuentur; collectique in globum, licet majori numero circumventi diutius hoſtiles impetus ſuſtinent, & irrumpentium vim remorantur. Milite ſic in gyrum acto, prævalidas hoſtium incurſiones a ſuis militibus retardatas refert Cæſar. Eadem conſilii opportunitate uſum fuiſſe Philippum Macedonem adversùs Illyrios, & Xantippum Lacedæmonem adversùs Marcum Attilium Regulum ſcribit Frontinus. De Orbe ita ſcribit Vegetius lib. 1. cap. 26. *Jubetur etiam ut inſtruant Orbes, quo genere cum vis hoſtium interruperit aciem, reſiſti ab exercitatis militibus conſuevit, ne omnis multitudo fundatur in fugam, & grave diſcrimen immineat*. Cæſar lib. 4. *Cum illi, Orbe facto, ſeſe defenderent*. Et lib. 5. *Cum propter longitudinem agminis, minus facilè per ſe omnia obire, & quid quoque loco faciendum eſſet, providere Legati poſſent; juſſerunt pronunciari, ut impedimenta relinquerent, atque in Orbem conſiſterent: quod conſilium etſi in ejuſmodi caſu reprehendendum non eſt, tamen incommodè accidit; nam & noſtris militibus ſpem minuit, & hoſtes ad pugnandum alacriores effecit, quod non ſine ſummo timore ac deſperatione id factum videbatur*. Item Hirt. de Bell. Alex. *Legio trigeſima ſexta magnis hoſtium copiis circumdata, præſentiſſimo animo pugnans in Orbem ſe recepit ad radices montium*. Ammian. lib. 29. *Prælio atroci commiſſo, ferocientibus Barbaris ultra modum, aciem in rotunda habitu figuratam opponit*. Notandum eſt cum Æliano, figuram orbicularem aptiſſimam eſſe ad fraudem. Cum enim media parte ſit patens, & extremis paucos oſtendat, occultat numerum militum, & dum parvas eſſe ſuas copias ſtudet oſtendere, decipit confiſos hoſtes. Generatim quippe, ut idem Scriptor docet, quæ in orbem globumque formantur, parva videntur eſſe; quod ſi explicentur, ſe porrigunt in duplum. Manifeſtum id fit in columnis, quæ cum in orbem ſe colligant, undecunque aſpiciantur, dimidia tantùm ſui parte ſe exhibent, aliam penitus occultant. Concludit autem Ælianus optimum eſſe inſtruendi artificium, ut plus inferas adverſariis copiarum, quam primo aſpectu oſtendas.

Ordo militaris in acie. Quod Imperatorem attinet, medium in acie locum, ſed prope tergum potius inclinatum ſupremos armorum Duces plerunque ſervaſſe legimus, & cum ſelectiſſimis quibuſque juxtà aquilas triariorum receptos. Virgil. l. 9.

medio dux agmine Turnus
Vertitur arma tenens.

Saluſtius etiam de Catilina: *Ipſe cum libertis propter aquilam aſſiſtit*. Legati ſimiliter & Tribuni ferè prope Imperatorem, ubi honeſtiſſimus erat locus, agebant. Sic tamen obſervatum id fuit, ut ſi ratio, aut ſtudium præbendi reliquis exempli ſtrenuitatis, & famæ acquirendæ, vel præſens cauſa, & opportunitas alias mutare ſedes ſuaderet, nihil moræ fuerit in Imperatore, quominus in primas etiam acies interequitando pugnandoque excurreret. Sic Livius de Camillo lib. 6. *In equum inſilit, & ante ſigna obverſus in aciem ordines interequitat*. Non abſimili forma Saluſtius de Catilina: *Centuriones omnes lectos, & evocatos, præterea ex gregariis optime quemque armatum in primam aciem ſubducit*. Ipſi verò milites ſic erant aſſueti, ut ſuos quiſque manipulos vel centurias, inibique ſuam ſingillatim ſtationem noſcerent. Sic enim Livius lib. 9. *Crebrò decurrere milites cogebant, ut tyrones aſſueſcerent ſigna ſequi, & in acie cognoſcere ordines ſuos*. Et iterum ibidem: *Sed ſigna undique coibant, & notis ordinibus in veteri diſciplina militiæ, jam ſine præcepto ullius, ſua ſponte ſtruebant aciem*. Imperatum etiam ſæpius legimus, nequis militum ultra paſſum unum lineam progrederetur: atque id capitali etiam pœna ſancitum. Tacit. lib. 13. Ann. *Qui ſignum reliquerat, ſtatim capite pœnas luebat*. Quod de Romanis confirmat etiam Joſephus lib. 5. Exeid. *Leges Romanæ ſemper eum, qui vel leviter ordine exceſſerit, morte puniunt*. Habebanturque fere pro deſertoribus ejuſmodi milites, juxta teſtimonium Taciti lib. 1. Ann. *Vexillum ad ripam vertit, pro deſertore fore clamitans, ſiquis agmine deceſſiſſet*. Levior tamen quandoque pœna lineam in acie tranſgredientibus irrogata legitur, ſic enim habetur apud Livium Epit. lib. 56. *Quem militem extra ordinem deprendiſſet, ſi Romanus, vitibus, ſi extraneus, fuſtibus cædit*. Apud Græcos autem id genus palam dedecoroſum, & ignominia notatum offendimus. Colligitur id ex Demoſthene Orat. de Rhodior. libert. *Vos, eum, qui præſcriptum a Duce ordinem deſeruerit, infamem judicatis eſſe debere, nec ullam Reipublicæ partem attingere*. Quam ob cauſam nihil demireris in tantum Græcorum Romanorumque gloriam floruiſſe. Suo certe imperio, ac ſplendore nominis erant digniſſimi, qui iſta aliis levia & neglecta, aut tam exactè diligenterque ſervarent, aut violata, tanta voluerint diſciplinæ ſeveritate puniri. Jam verò paginas implere poſſem, ſi aggrederer exemplis oſtendere, quam magni momenti ſit, ordines rectè diſtribuere in progreſſu & acie militari. Audi Vegetium præcipientem l. 1. c. 26. *Nihil magis prodeſſe conſtat in pugna, quam ut aſſiduo exercitio milites in acie diſpoſitos ordines ſervent, nec ultra quam expedit, aut conglobent agmen, aut laxent. Nam ut conſtipati perdunt ſpatia pugnandi, & ſibi invicem impedimento ſunt; ita rariores atque interlucentes aditum perrumpendi hoſtibus præſtant*. Qui ordi-

nem

Digitized by Google

nem non ſervaſſet apud Romanos, ſi Romanus erat, ut ſuperius eſt dictum, vite, ſi extraneus, fuſte cædebatur. Compertum id habemus ex Diodoro & Livio. Idem ſancivit exemplis iteratis Scipio apud Numantiam. Sed obſerva cum Steuvechio ipſam quandoque optime digeſtam ordinationem florentiſſimis copiis exitio fuiſſe, coactis ſuccumbere, tergumque iis vertere, qui nullam ſervarent ordinis diſciplinam. Senſit id non levi ſuorum damno Cæſar dimicans adverſus Afranianos, de quibus ita ſcribit l. 1. de Bell. Civ. *Genus erat pugnæ militum illorum, ut magno impetu primò procurrerent, audacter locum caperent, ordines ſuos non magnopere ſervarent, rari diſperſique pugnarent*. Et paulò poſt. *Hæc tamen ratio noſtros perturbat inſuetos hujus generis pugnæ*. Ad hanc formam prœliabatur Æneas in ſupremo patriæ diſcrimine apud Virg. l. 1. Æneid.

Arma amens capio: nec ſat rationis in armis. Hinc etiam licet addiſcere, ipſa non fallendi præcepta nos fallere; nihilque eſſe tam recto judicio deliberatum atque pręſcriptum, ut idem interdum corrigi, diffingi, mutarique non ſuadeant ſubiti eventus. Serviendum proinde tempori eſt, & pro re nata, ut ratio poſtulat, arripienda conſilia; cogitandumque non Legiſlatorem ullum, non ullum ſapientiſſimorum hominum cœtum tanta rerum intelligentia præditum eſſe, ut prænoſcere omnia caſuſque omnes occupare in qualibet pręſcriptione & ferendis legibus poſſit.

ORDINARII MILITES. Dicuntur ab ordine. Hic verò eſt rerum diſtributio, & apta ad uniuſcujuſque locum collocatio. Hinc Latinè Ordinarium dicimus, quidquid recta ratione eſt diſpoſitum, & ordinem ſervat. Vitruvius lapides ordinarios in ſtructura dixit, exactos ad normam, reſpondentes ad perpendiculum, ordine demum coagmentatos. Columella aliique Scriptores de re ruſtica vites, & arbores ordinarias appellant conſitas ordinatim in quincuncem, vel aliam diſtributionem juxta leges agriculturæ. Ut propiùs ad rem noſtram accedam, pugiles ordine & lege ſervata dimicantes ordinarios nuncupat Svetonius in Auguſto c. 45. *Spectavit ſtudioſiſſimè pugiles, maximè Latinos, non legitimos modo, & ordinarios, quos etiam cum Græcis committere ſolebat; ſed cotervarios quoque oppidanos, inter anguſtias vicorum pugnantes temerè, ac ſine arte*. Ubi nota, catervis, quę diſiecti ſunt pugnantium globi, opponi ordinarios, eoſdemque vocari legitimos: ut enim legitimi a lege ſervanda, ſic ordinarii a tuendo ordine nominantur. Ut autem etiam hoc Grammaticorum gratiâ adiiciam, ſuſpicari ſubit, ordinarium poſitum aliquando fuiſſe pro morigero, ſive aliorum imperia peragente. Sic enim ſcribit Ulpianus in L. Item apud Labeonem. §. Prætor ait, ſiquid aliud. ff. de injuriis, *Etenim multum intereſt qualis ſervus ſit, bonæ frugi, ordinarius, diſpenſator: an verò vulgaris, vel mediaſtinus, an qualis qualis*. Ubi nihil obſtat, quominus ſervum ordinarium plane exponam ſuum in famulatu ordinem cuſtodientem, nec immiſcentem ſe aliorum muniis, ſuoſque tranſilientem cancellos: nihilominus non ſum vehementer alienus, ut ordinarium eo in loco ſumam pro morigero, ſive auſcultante dictis, & herilibus imperiis parente ſervulo. Neque ad hanc conjecturam inducerer, niſi legiſſem verbum, *Ordino* pro Latinorum verbo *Jubeo* uſurpari a Latino Interprete Dictys Cretenſis in Præfat. *A quibus ordinatus eſt ut Annales belli Trojani conſcriberet*; ubi planiſſimum eſt, *Ordinare* ſumi pro *Jubere*, & trito apud Italos verbo *Ordinare* pro *Comandare*. Verùm modus, inquies, pudorque fuerit, in re nihili tam longas inflandi tibias. Ego verò ſic a diverticulo ad rem caſtrenſem revocabo animum, ut iterum aliquid negotioli Grammaticis eventilandum exſuſcitem. Res eſt aperta, ordinarios genus eſſe militum. Nec verò tamen ita liquidum eſt, utrum a tuendo, ſervandoque ordine potiùs dicantur, quàm ab infimo militiæ ordine. Mihi certe res eſt comperta, a militibus ordinariis fluxiſſe exculcatam populari ſermone vocem Italorum *Ordinario*, pro conſueto, vel mediocri, & vilioris notæ: juxtà quam uſurpationem vulgò dicimus, *Ingegno, Libro, Penſiero Ordinario*, & ſimilia. Neque enim vox Latina Ordinarium pro conſueto, vel mediocri, exemplum habet, quantum ego pervidere lectitando potui apud probatos Latii Scriptores, niſi fortè ubi memorant milites Ordinarios. Forte autem, & per dubitationem dixi ex Feſti ſententia, qui ordinarium militem exponit manipularem infimi ordinis: ſic enim Feſti Epitomator: *Sunt quidam etiam, qui manipularem eum, qui infimi ordinis ſit, appellatum credant ordinarium*. Favet Feſto Vopiſcus in Bonoſo: *Militavit primùm inter ordinarios, deinde inter equites, duxit ordines, Tribunatus egit*. Quibus verbis Hiſtoricus diſerte diſtinguit inter ordinarios, equites, & ordinum Ductores, ut prorſus inſinuare videatur, ordinarios fuiſſe milites gregarios, vel gregales. Sed ecce tibi Vegetium, alioſque in adverſam partem trahentes appellationem ordinariorum. Sic autem Veget. lib. 2. cap. 7. *Ordinarii dicuntur, qui in prœlio primos ordines ducunt*. Quid apertius? Et cap. 8. *Decem Centuriæ cohortis primæ a quinque ordinariis regebantur*. Eccos tibi ordinarios, non manipulares infimi ordinis, nec gregarios milites, ſed ordinum Ductores. Dum verò ad Vegetium inclinat animus, ut ad Feſti ſententiam iterum relabar, facit Catonis authoritas, qui in ea ratione, quam ſcribit de ſuis virtutibus contra Thermum, ita loquitur: *Quid mihi fieret, ſi non ego ſtipendia in ordine omnia ordinarius meruiſſem?* Agnoſcis hic, pro eodem haberi a Catone Ordinarium, & ſtipendia merentem in ordine, ideſt gregarium manipularem. Adde Frontinum lib. 4. Stratag. cap. 1. *Q. Metellus Cos. quamvis nulla lege impediretur, quin filium contubernalem perpetuum haberet, maluit tamen eum in ordine merere*. Ubi iterum ordinarii ipſiſſimi ſunt in ordine ſtipendia merentes, ideſt manipulares & gregarii. Salmaſius ad Capitolin. in Maximin. ſic rem conatur componere, ut exiſtimet ordinarios fuiſſe Ductores, non quidem centuriarum, cum aperte ex eodem Capitolino diſtinguantur Centuriones ab ordinariis, ſed manipulorum, qui per ea tempora decem regebant milites. Conjectat etiam nullo quidem Magiſtratu extra prœlii aleam functos ordinarios; ſed ad ipſum prœlium, juſſu Centurionum, paucis militibus præfectos, in conflictum eoſdem rapere conſueviſſe ad primos hoſtium impetus perrumpendos. Juxta hanc

verò

Digitized by Google

verò Salmaſii conjecturam ordinarii in caſtris & extra prœlium gregarii ſuot; io ſolo prœlio aliquâ gaudent præfecturâ. Verùm hoc plane novum io militia Romaoa; & niſi aliis juvetur Scriptorum admioiculis, debile & infirmum. Vide eundẽ Salmaſium etiam ad Vopiſcum io Bonoſo.

Ordinarii. Alia notione dico hic Ordioarios, qui ſingulos ordines vel verſus ducunt, in iiſque ante alios collocantur. Equitum turmæ, & peditum centuriæ præter bellicos magiſtratus, quibus ſubiiciuntur, habeot etiam tum in acie, tum in militari progreſſu & inter commeandum delectos milites, qui ſingulis ordinibus vel verſibus, Italis *file*, præficiuntur. Verſus autem illi ordineſque ſenos, octonos, deoos fere comprehendunt milites. Hos vulgo dicimus *Capifila*. Eos, inquam, non defugerim appellare Ordinarios, quoniam ſuum quique ordinem vel verſum videntur ducere, & ioterdum etiam ordinare; licet ea curatio propriè ad inſtructorem pertineat. Iis nullum eſt io ſocios imperium aut poteſtas, neque illis in itinere præeunt, verùm ad ſignificationem hoooris primum in ordioe, verſu, vel linea, obtinent locum; ut etiam Capita verſuum vel linearum militarium commodè dici poſſint. Quodſi eoſdem Antiſtites vel Præſtites nominaveris, noveris meum qooqoe in ciſta numerari ſuffraginm. Neque enim Antiſtites vel Præſtites quidquam rei ſuot aliud, quam qui ante alios, vel præ aliis ſtant. Scio ad rem ſacram deflexos Aotiſtites; verum juris, eloquentiæ, ſapientiæ Antiſtites dixerunt etiam viri docti. Prę́ſtes autem dicitur ut Aotiſtes, ſi Feſto credendum; licet Ovidius aliud thema accerſat Faſt. 5.

Præſtitibus Majæ Laribus videre calendæ
Aram conſtitui, parvaque ſigna Deûm.

Et mox,

Cauſa tamen poſiti fuerat cognominis illis,
Quod præſtent oculis omnia tuta ſuis.

Eoſdem poſtremò appellatiooe Græca non ioſcitè vocaveris Acroſtichios, quæ vox Latinè ſignificat capita ordinum, ſeu verſuum, ab ἄκρος, *ſummus*, ϛίχος, *verſus*. Sicut enim verſus apud Latinos, ita ϛίχος apud Græcos non carmen ſolummodo, vel poeticam modulationem ſignificat, verùm etiam ordinem, lioeam, & meoſuram. Cæterum non ſum neſcins Acroſtichia nſurpari potius frequenter pro primis verſuum, ſive carmioum literis, quorum primæ cum ſequentibus ita nectuntur, ut certas quaſdam dictiones faciant, ot legitur in quibuſdam Ennianis, & Sibyllinis. Celebratur autem inprimis oratio Sibyllæ Erythrææ, quæ oritur ex capitibus verſuum, qui leguntur io Carmine de extremo humaoi generis judicio. Dictio autem, quæ ex illis ioitialibus enaſcitur, hæc eſt: ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΣΩΤΗΡ. *Jeſus Chriſtus Dei filius Servator*. Referuntur prædicti verſus ab Eoſebio in vita Conſtantioi. De Acroſtichiis in Canticis Eccleſiæ ita Conſtitut. Apoſt. lib. 2. cap. 57. apud Macros: *Alius quidem pſalmos David canat, populus verò initia verſuum, quæ dicuntur Acroſtichia, ſuccinat.*

Ordinatio, onis. Diſtributio militum, copiarum inſtructio. Vide *Acies*. Vegetius ad rem ædificatoriam & munitoriam tranſtulit: *Propterea quia ſi quis ad murum tali ordinatione conſtructum vel machinas volverit admovere &c.*

Ordinator, oris. Ioſtructor aciei. Ad rem forenſem tranſtulit Seneca Epiſt. 110. *Advocato & litis Ordinatori.*

Ordinem deserere. De iis veteri adagio dicitur, qui commiſſum ſibi munus negligunt, ſuaque ſocordia non ſibi ſolum ſed univerſis obſunt. Trahitur ab acie, in qua diligeoter cuſtodiendi ſunt ordines a militibus, in quo etiam leviter peccantes ingenti ſunt univerſis copiis detrimento; quamobrem deſertores ignominioſiſſimi habeotur apud militares viros. Memineruot hujus adagii Plato, Tullius, & alii.

Oroines. Copiæ, vel numeri militares, dicti ab ordioe, & recta collocatione, aptaque militiæ diſciplina. Frontinus lib. 1. cap. 11. ordioes a Ceoturionibus diſtinguit; ſic enim habet: *Imperavit Tribunis & primis Ordinibus, & Centurionibus.* Ubi etiam oota ordioes pro ordinariis poſitos. Crediderim itaque, ordines, ſive ordioarios ànte ipſam aquilam, & in prima ſtantes acie dimicare cooſueviſſe. Reliqui verò Centuriooes, juxta ſuam quiſque centuriam decertabant. Alcidamas Rhetor dictos ordines refert a certa quadam figura ſerieqoe diſpoſitorum militum, cujus inventorem facit Neſtorem: alii tamen eam figuram a Palamede inveotam tradunt tempore belli Trojani.

Oroines, ſeu versus remorum in navisus. Vide *Triremis*.

Ordines sacri Militiæ Equestris. Præfari hic quædam mibi de milite neceſſe eſt. Scriptores inferiorum temporum mioiſtros Palàtii Auguſti, & quoquo modo in aulis Principum operam ſuam locantes, frequeotiſſimè milites appellant. Iidem militare paſſim dicunt quovis urbano, civico, vel domeſtico officio apud Magnates defungi. Chart. Alberti Imperat. apud Caogium: *Ipſum in noſtrum familiarem & militem duximus aſſumendum, volentes ut ubicunque locorum, quæ Romanum profitentur Imperium, noſtrorum familiarium & militum prærogativa, gratiis, libertatibus, & juribus perfrui debeat.* Et quidem tam latè pervagatum eſt militis & militiæ oomen, ut qui legum ſtudiis navareot operam, milites literati, qui Eccleſiarum negocia procurarent, milites Eccleſiaſtici dicerentur. De poſtremis hiſce Charta Philipp. Reg. Fraociæ. *Ab antiquo ſeptem ſunt milites in Eccleſia Lugdunenſi, pro juribus Eccleſiæ defendendis, & negociis ejuſdem Eccleſiæ feliciter promovendit. Nos verò volentes inibi cultum augmentare Divinum, pro ſalute animæ noſtræ, ac chariſſimæ conſortis noſtræ Joannæ quondam Franciæ Reginæ, tres novas perpetuas & liberas ibi fundamus militias.* Et infra: *Quos tres milites, fideles, & familiares noſtros, eſſe volumus Clericos, ac de noſtro & Regum Francorum conſilio.* Quos hic milites & militias dicit, vulgò Præbendatos & Præbendas appellamus. De literatis verò militibus Matth. Pariſ. anno 1251. *Henricus de Bathonia, miles literatus, legum terræ peritiſſimus.* Et anno 1252. *Miles literatus Robertus de la Ho, cui Rex commiſerat tutelam Judęorum, & ſigilli ſui.* Ab officio & poteſtate Palatina & civili ex uſu ejuſmodi aularum & Palatii Auguſti tranſierunt io caſtra voces *Miles & Militia*. Id verò factum per occaſionem Principum, qui famulos ſuos, & miniſtros nobiles, ob præmium virtutis, donabant militari cin-

Digitized by Google

cingulo: Atqui hic iterum obſerva ita donatos cingulo, & in equeſtrem ocdinem aſcitos, antiquitus eodem nomine fuiſſe milites appellatos. Leges autem admodum frequenter milites creatos, in milites adoptatos, pro in equeſtrem ordinem promotis. Adam. Brem. c. 153. *Cum omnes, qui erant in Saxonia clari & magnifici viri, adoptaret in milites*. Pcoinde tria olim ſignificaſſe dignoſcimus militem & militiam: exercitationem bellicam, officia palatina vel civica, & inaugurationem in equeſtrem ordinem.

2. His ita ſtabilitis, antiquiſſimum fuiſſe multi ſtatuunt, & a ſupremo Numine conſecratum ritum creandi pronunciandique militem gladio & balteo. Sic enim Deus apud Iſaiam cap. 45. Cyrum alloquitur: *Accinxi te, & non cognoviſti me*. Et Machab. 2. cap. 15. *Extendiſſe autem Jeremiam dextram, & dediſſe Judæ gladium aureum, dicentem: Accipe ſanctum gladium, munus a Deo, in quo deiicies adverſarios populi mei Iſrael*. Adde his plurima, quæ ſacri Interpretes ad loca prædicta attexunt. Vide præſertim Lorinum in pſalm. 44. Verum ejuſce moria commendatio & laus eximia illa eſt, quod Deus ipſe gladin dicatur accinctus, & quaſi inaugurationem equeſtrem exemplo ſuo nobilitaſſe pſalm. 44. *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime*. Ubi more Regio ſummus cerum Conditor ipſe ſe gladio balteoque præcingit; utpote qui ſupremam in omnes poteſtatem exercet, nulli ſecundus viribus aut dignitate. Divinitus præmonſtratam inaugurationem equeſtrem certis poſtea notis ac ceremoniis humani Pcincipes inſigniverunt. Supervacaneæ tamen eſt operæ equeſtrium ſacrorum Ordinum ociginem repetere ab eqneſtri ordine veterum Romanorum. Licet enim, quemadmodum obſervat Seldenus de Titul. Honor. inferiorum temporum milites, ſive equites ſacrati proximè reſpiciant Principes, ſicut Romani equites primi erant a Senatoribus, reliqua tamen ferè diſſentiunt. Sed neque ad hanc originem advocanda Veterum inſtitutio, nonniſi prævio ſacramento in Tribunorum vecba adigendi tirones, qui porcò de eorum manu cingulum caperent. Sunt enim hæc non peculiaria hujus ordinis, ſed plane communia militiam quomodolibet capeſſentibus. Ad Germanos alioſque Septentrionis populos eam alii originem referunt: quo trahunt verba Taciti de Mor. Germ. *Tum in ipſo concilio vel Principum aliquis, vel pater, vel propinquus ſcuta frameaque juvenem ornat. Hæc apud illos toga, hic primus juventæ honos*. Verum hæc rudimenta & adumbrationes fuere equeſtris ſacræ militiæ, quam conſtat poſt longam ſæculorum intercapedinem ſua auſpicia habuiſſe.

3. Id autem in Anglorum maxime Regum curia, certis quibuſdam ſacriſque citibus peragi ſolitum, nec niſi expiato prius confeſſione noxarum animo, & nocte ſolida inter ſacras preces protracta, clarè per hæc verba docet Ingulfus: *Anglorum erat conſuetudo, quod qui militiæ legitimè conſecrandus eſſet, veſpera præcedente diem ſuæ conſecrationis, ad Epiſcopum, vel Abbatem, vel Monachum, vel Sacerdotem aliquem, contritus & compunctus de omnibus ſuis peccatis confeſſionem faceret, & abſolutus, orationibus, & devotionibus, & afflictionibus deditus in Eccleſia pernoctaret. In craſtino quoque Miſſam auditurus gladium ſuper Altare offerret, & poſt Evangelium Sacerdos benedictum gladium collo militis cum benedictione imponeret; & communicatus ad candem Miſſam ſacris Chiſti myſteriis, denuò miles legitimus permaneret*. Quam ſedulo probi mores vitæque ſanctitas, & plurima ſigillatim pietatis officia in ſacros Ocdines militares pcoxime recenſendis commendarentur, vide in Tit. *Religio*, ubi egi de Gulielmo Comite Hollandiæ in equeſtrem ordinem relato. Aliua erat citus, antequam militiam quiſpiam adipiſceretur, ut prius ingrederetur balneum, lotuſque inde pcodiret, non tam corporis, quàm animi maculis expiatis. Hiſt. Caroli VI. Francoc. Regis: *In hoc ſtatu cum matrem uſque ad S. Dionyſium conduxiſſent in ſecretioribus locis, nudè in præparatis balneis ſe mundarunt*. Eum morem ab Hiſpanis in Americanas etiam provincias inductum fuiſſe neceſſe eſt, ſi adhibenda eſt fides Joſepho Acoſta lib. 7. Hiſtoriæ Indicæ cap. 27., ubi ſcribit, Magnates & Proceres Mexicanos nonniſi a Sacerdotibus lotos prius filios ſuns munire cingulo militari. Hinc habemus Equites Balneatos dictns: apud Italos *Cavalieri bagnati*. De quibus ita ſcribit Franciſcus Sacchetti Novell. 125. *Li Cavalieri bagnati ſi fanno con grandiſſime cerimonie, e conviene che ſieno bagnati, e lavati da ogni vizio*. Hæc verò lotionis & balneorum conſuetudo obſervatur pcæcipue in Anglia, ut ſcribit Nicolaus Uptonus lib. 1. de Milit. Offic. cap. 3. Prodeuntes verò à balneis tirones, depoſitis prioribus veſtibus nova accipiebant veſtimenta. Hiſt. Carnli VI. Regis Francoc. *Indumentis prædictis exuti, mox veſtimentis novæ militiæ adornantur*. Sed omnium enucleatiſſimè de citu Anglico Joannes Monachus apud Favinum, ubi de Gaufrido Andegavenſi creato equite: *Illuceſcente die altera, balneorum uſus, uti tyrocinii ſuſcipiendi conſuetudo expoſtulat, paratus eſt. Comperto Rex a cubiculariis, quod Andegavenſis, & qui cum eo venerant, aſcendiſſent de lavacro, juſſit eos ad ſe vocari. Poſt corporis ablutionem aſcendens Comitis Andegavorum generoſa proles Gaufridus, byſſo retorta ad carnem induitur, cyclade auro texta ſuperveſtitur, chlamyde conchylii & muricis ſanguine tincta tegitur, calceis boloſericis calceatur, ſocularibus in ſuperficie leunculos aureos habentibus munitur. Ejus verò conſodales, qui cum eo militiæ ſuſcipiendæ munus expectabant, univerſi byſſo & purpura innovantur*. Enarrat adductos poſtea equos, acma allata, & quidem appenſum humeris ſcutum, impoſitam galeam, loricam duplicatam, calcaria aurea, lanceam, enſem ad ornatum & munimentum fuiſſe additum. Addunt alii eorum inſigne fuiſſe inſtitam ab humeris dependentem colocis candidi; ſed & partem ſolennitatis fuiſſe convivium, ubi coquorum magiſter, oſtenſo illis cultro, comminabatur abſciſſurum ſe iiſdem calcaria, niſi piè ſanctèque fidem ſervaſſent. Recenſetur denique inter ceremonias inſtitutionis equeſtris alapa incuſſa. De hoc citu vide Titulum ſingularem *Alapa militaris*. Creati demum milites poſt amplexus & impreſſa oſcula dimittebantur: Bernard. Taſſ. Amadig. Cant. 1.

E pregò 'l nuovo Rè, ch'al ſuo Donzello
L'ordine deſſe di Cavaleria,
Che non era men nobile, che bella;

Nè meno ornato di virtù natia;
Ch'à queſt'effetto dal materno hoſtello
Condotto ivi l' havea per lunga via;
E di man d'altro Prence havea giurato
L'ordine non pigliàr tanto honorato.
Liſuorte, che gentil'era e corteſe
Vago di ſodisfare al ſuo deſire,
Tolta licenza pria del Rè Scozeſe;
E quello detto a lui, che ſi ſuol dire,
Gli diè l'ordine degno; e da lui preſe
Il giuramento, a cui contravenire
Non lece a Cavaliero; e lieto molto
L'abbracciò ſtretta, e lo baciò nel volto.

4. Ad ſimilem formam Pontificem Romanum conſecraſſe in milites, Cæſares, Reges, magnoſque Principes, legitur in Cæremoniali Romano, & apud Ughellum Tom. 1. part. 1. *Gladio tunc ab altari deſumpto miles præcingebatur.* Joannes Sarisberienſis lib. 6. *Inolevit conſuetudo ſolemnis, ut ea die, qua quiſque militari cingula decoratur, Eccleſiam ſolemniter adeat, gladioque ſuper altare poſito & oblato, quaſi celebri profeſſione facta ſeipſum obſequio altaris devoveat, & gladii, ideſt officii ſui jugem Deo ſpondeat famulatum.* Petrus Bleſenſis Epiſt. 94. *Sed & hodie tyrones enſes ſuos recipiunt de altari, ut profiteantur ſe filios Eccleſiæ uſque ad honorem Sacerdotii, ad tuitionem pauperum, ad vindictam malefactorum.* Taſſus Cant. 11. de Gothefrido ſupremo Duce Cruceſignatorum:

Qui tace: & ei riſponde. Hor ti ſia noto,
Che quando in Chiaromonte il grande Urbano
Queſta ſpada mi cinſe, e me devoto
Fè Cavalier l'onnipotente mano;
Tacitamente a Dio promiſi in voto
Non pur l'opera quì di Capitano;
Mà d'impiegarvi ancor quando che foſſe,
Qual privato guerrier, l'arme e le poſſe.

5. Raimundus verò Montanerius, & Chronicon Petri IV. Regis Aragoniæ diverſum referunt militaris inaugurationis ritum apud Reges Aragoniæ, & primarii ordinis proceres Hiſpanos. Neque enim illi ab Epiſcopo, vel Sacerdote, accipiebant enſes; ſed ipſi eoſdem de altari ſumebant, ſuoque aptabant lateri. Roderigus Toletanus lib. 9. de rebus Hiſpaniæ: *Tertia die ante Feſtum S. Andreæ monaſterio prope Burgas celebrata Miſſa a Venerabili Mauritio Burgenſi Epiſcopo, & armis militaribus benedictis, ipſe Rex ſuſcepto gladio ab altari, manu propria ſe accinxit cingulo militari.* Sed & miles a milite accipiebat cingulum, & in militarem cooptabatur ordinem. Chart. in Antiqq. Trecenſib. *Ita quod Nicolaus & ipſius liberi, & tota poſteritas eorundem maſculina, quandocunque & a quocunque milite voluerint, militiæ cingulo valeant decorari.* Idem a nobilibus fœminis præſtitum teſtatur Ordericus Vitalis lib. 11. *Sicilis quoque Philippi Francorum Regis filia, quæ Tancredi uxor fuit, Gervaſium Britonem Dolenſis Vicecomitis filium militem fecit, alioſque plures armigeros militaribus armis contra paganos inſtruxit.* Adumbratum id olim a Spartanis fœminis, quæ, ut docent Plutarchus & alii, in aciem profecturos filios ipſæ armabant, ſiniſtræ clypeum, enſem lateri eiſdem aptantes. Moris etiam fuiſſe invenio, ut conjuges ipſæ viros, atque adeo nobiliſſimæ quæque virgines & puellæ amatores ſuos armarent. Et de conjugibus quidem hæc habet Ovidius Epiſt. Laodamiæ.

Ipſa ſuis manibus forti nova nupta marito
Imponet galeam, barbaraque arma dabit,
Producetque virum, dabit & mandata reverti,
Et dicet, referas iſta ſac arma Jovi.

De puellis autem regiis hæc invenio apud Aloyſium Pulcium Morgant. Cant. 15. de Orlando:

Armoſſi tutto innanzi al Rè Pagano,
E Chiariella l'armò di ſua mano.

Et iterum ibidem:

Feceſi l'arme trovare e 'l cavallo,
E Chiariella ſua ſol volle armallo.

De Equitibus aurei Calcaris, & quomodo milites aurea, vel inaurata acciperent calcaria, diximus in voce *Calcar*. Non omittam ſubiicere locum Nicolai Uptoni lib. 1. de Milit. Offic. cap. 3., ubi militis, vel equitis inſtituendi plures modos enumerat: *Creantur autem milites variis modis, videlicet per balneum, qui modus obſervatur in Anglia & aliis regnis, ubi regnat pax. Item creantur milites per aliquem Principem, ſeu principalem Capitaneum in villarum obſidionibus, caſtrorum, vel fortalitiorum, & hoc diverſis modis. Si fortè aſſaltus fiat, ſeu faciendus fuerit, tunc creandus in militem portabit gladium in manibus, de principali Capitaneo obſidionis petens, ut ipſum creet in militem. Qui quidem Princeps, ſeu principalis Capitaneus capiet gladium prædictum de manibus ordinandi, & ipſum percutiet, dictum gladium tenendo ambabus manibus, cum eodem, nominando eum militem ſic percuſſum. Qui quidem Princeps tenetur alium veteranum militem eidem aſſignare, qui ſibi calcaria deaurata præparabit, & ſecum tranſibit ad aſſaltum faciendum. Item idem modus obſervatur in creatione militum ad mineram, ſed veteranus ille, cui novus tiro committitur, vigilabit nocte ſequenti cum ſuo tirone in minera ſupradicta. Item creantur milites in bellis campeſtribus, ubi idem modus creationis obſervatur, qui in aſſaltibus exercetur.* Non ſupervacaneum fuerit adiungere, quæ in idem argumentum ſcribit Franciſcus Sacchetti loco ſuperius inſinuato: *In quattro modi ſono fatti Cavalieri, ò ſolevanſi fare (che dirò meglio) Cavalieri bagnati, Cavalieri di corredo, Cavalieri di ſcudo, e Cavalier d'arme. Li Cavalieri bagnati ſi fanno con grandiſſime ceremonie, e conviene che ſieno bagnati, e lavati da ogni vizio: Cavalieri di corredo ſono quelli, che con la veſte verde bruna, e con la dorata ghirlanda pigliano la Cavallerio: Cavalieri di ſcudo ſono quelli, che ſono fatti Cavalieri, ò da popoli, o da Signori, e vanno a pigliar la Cavalleria armati, e con la barbuta in teſta: Cavalieri d'arme ſono quelli, che nel principio della battaglia, ò nella battaglie ſi fanno Cavalieri:* Qui a Sacchetto indicantur equites vel milites *di Corredo*, ideo eo nomine paſſim audiunt apud Etruſcos Scriptores veteres, quoniam cum equeſtri dignitate augerentur, viris nobilibus & militaribus publicum præbebant convivium, ut teſtantur Academici à Furfure in dictione *Corredo*. Dicitur autem *Corredo*, convivium, a concredio, vel corredio, vel conragio, quæ verba ejuſdem ſunt notionis apud ſcriptores Latinos eorum temporum. Propriè verò Corredium explicari ſolet præbenda, vel penſio, vel certa portio alimoniæ Monachis aſſignari ſolitæ. Monaſticum Anglicanum Tom. 1. *Abbas & Monachi ejus lo-*

ci

ċi per totum annum poſt obitum ſuum totum Corredium, ſicut in vita ſuo perceperint, habere debent, quod alicui indigenti pro anima ſua erogabitur. Corredium verò, vel Corradium ab édendo, vel radendo, vel rodendo dictum exiſtimat Voſſius. Ferrarius trahit ab arrhis nuptialibus; ex quibus *Arredi* & *Corredi*.

6. In equitibus inſtituendis nihil majori ſtudio providebatur, quam ut ii ſolum eligerentur, quorum parentes viri nobiles & patritii extitiſſent. Hinc crebrò leges in memoriis poſteriorum temporum, milites eos duntaxat creandos, qui ex militibus eſſent geniti. Nam in jure Feudali miles eſt vir nobilis, ut notat Seldenus de Tit. Honor. p. t. c. 1. Perrari verò exempli fuit, militari cingulo donari minime ingenuos. Legitur tamen interdum id factum, ac præſertim in Conſtit. Friderici II. quam aliqui Conrado IV. attribuunt; ubi hæc leguntur: *Notum facimus univerſis, quod A. de N. Majeſtati noſtræ humiliter ſupplicavit, ut cum fieri velit miles, & pater ſuus miles non eſſet, ſibi exinde largiri licentiam dignaremur. Nos autem ut fidei ſuæ meritum & ſuorum per Imperialis gratiæ præmium imperialiter compenſemus, de poteſtatis noſtræ plenitudine ſibi concedimus poteſtatem, quod quanquam pater ſuus miles non fuerit, & noſtris conſtitutionibus caveatur, quod milites fieri nequeant, qui de militum genere non ſumuntur, ipſe tamen de culminis noſtri licentia decorari valeat cingulo militari, mandantes quatenus nullus ſit, qui ipſum ſuper hoc de cætero moleſtare vel impedire valeat aut præſumat.* Sic etiam ſæpe ſolo diplomatis Imperialis beneficio quandoque creatos equites extra dubitationem eſt. Ejuſmodi diplomatum formulam refert Petrus Calefatus de Equeſtr. Dignit. Ubi verò aut periculoſum aliquod certamen ineundum aut paulò celebrior habenda eſſet equeſtris decurſio, arma bellatores ſolebant capere e manu amiciſſimorum, vel equitum virtute præſtantium, atque adeo ab ipſis Regibus, & Cæſaribus tradita, & accincta pugnaturis. Obſervavit eum ritum Areoſtus Cant. 46. ubi lta ſcribit de Rugerio prodituro ad ſingulare certamen cum Rodomonte:

Gli ſproni il Conte Orlando a Ruggier ſtrinſe,
E Carlo al fianco la ſpada li cinſe.
Brodamonte e Marfiſa la corazza
Poſto gl'haveano, e tutto l'altro arneſe:
Tenne Aſtolfo il deſtrier di buono razza,
Tenne la ſtaffa il figlio del Daneſe.

Ob hanc cauſam minimè mirum eſt ęgerrimè tuliſſe equites veteres armorum amiſſionem. Neque enim alia fere arma geſtabant, niſi quæ vel ab excellentium Principum manu accepiſſent, vel ipſi proſtratorum hoſtium ſpolia & exuvias obtinuiſſent. Exorta autem inde ea conſuetudo, ut amiſſis armis vacationem a militia ſponte ad tempus ſuſciperent; ſeſeque ſacramento obſtringerent, caſſidem, ſcutum, gladium, & ſimilia armorum genera non geſtaturos, niſi quorum jacturam fecerant, ſtrenuè dimicando, arma recuperarent. Prolixam exemplorum ſegetem ſuppetunt vates Italici. Duos eligam ex Areoſto, alterum Cant. 1. ubi de Ferrauto ſic loquitur:

Nè tempo havendo a penſar altra ſcuſa,
E conoſcendo ben, che'l ver li diſſe,
Reſtò ſenza riſpoſta a bocca chiuſa:
Ma la vergogna il cor sì li trafiſſe,
Che giurò per la vita di Lanfuſo,
Non voler mai ch'altro elmo lo copriſſe,
Se non quel buono, che già in Aſpramonte
Traſſe dal capo Orlando al fiero Almonte.

Alterum Cant. ult. de Rodomonte:

Queſt'era il Rè d'Algier, che per lo ſcorno,
Che gli fè ſopra il ponte la donzella,
Giurato havea di non porſi arme intorno,
Nè ſtringer ſpada, nè montare in ſella,
Finche non fuſſe un'anno, un meſe, e un giorno
Stato, come eremita, entro una cella.
Così a quel tempo ſolean per ſe ſteſſi
Punirſi i Cavalier di tali eccesſi.

Poſtremò ſolemnis ritus deturbandi & dejiciendi milites de gradu militiæ erat per detractionem, vel abſciſſionem enſis. Charta Jacobi I. Regis Aragoniæ: *Cum perventum fuerit ad ejus depoſitionem, ipſemet cingat ſibi enſem; quo facto, Princeps terræ, accepto cultello, in poſteriori parte, ideſt ſupra renes, ſcindat enſis corrigiam omninò, de qua eſt accinctus, itaut corrigia inciſa enſis per ſe cadat in terram; & ſic ille, qui ante miles erat, pravis ſuis meritis exigentibus, de militia, qua prius decoratus extiterat, perpetuo ſit depoſitus, & damnatus.* Verum de hoc ritu nos etiam alibi nonnihil diximus. Hæc, Lector, de inauguratione ſacrorum Ordinum militarium generatim delibata ſatis habeas. Vide plura apud Selden. de Tit. Honor. Nicol. Uptonum de Militar. Offic. Villelm. Tyrium l. 18. Jacobum de Vitriaco Hiſtor. Hieroſol. De ſingulis ejuſmodi ſacris Ordinlbus ſeparatim ſermonem inſtituere ſupervacaneum duxi, tum propterea quod ea tractatio non imparem fortaſſe noſtro operi univerſo magnitudinem molis deſiderat; tum ne actum agere videar, poſtquam operosè prolixèque de iis alii ſcripſerunt. Horum ſyllabum vide apud Bernardum Juſtinianum, qui hoc idem argumentum noviſſime diligenter copioſèque pertractat, adjecta etiam delineatione commemoratorum equitum cum peculiari cujuſque habitu & inſignibus. Vide apud nos *Religio*, §. 8. & Præfationem noſtram ad Lectorem n. v.

Orea, æ. Pars illa freni, quæ inſeritur ori, ex quo Oreæ nomen. Quemadmodum Aureæ dicuntur pars freni altera, qua aures alligantur. Titinnius in Setina: *Tantum gaudebit ſibi permitti Oreæ.* Eadem voce utuntur Cæcilius, Cato, & alii antiquiores. Italis *Muſoliera*, *Morſo*.

Organeptice. Facultas Mathematicæ, ut dicitur, ſubalterna, eique ſubſerviens in adornandis conficiendiſque bellicis inſtrumentis, & machinis tam tectoriis, quam oppugnatoriis, quales ſunt Tolenones, Sambucæ, Helepoles, Teſtudines, Onagri, Turres ambulatoriæ, aliaque ejus generis longè plurima, quas in deſuetudinem abire juſſerunt noſtrorum temporum fiſtulæ chalybeæ, & machinæ fulminales. Latinè dixeris *Machinariam*.

Organum, i. Latinè Inſtrumentum. Neque ſolùm dicitur de pneumaticis, & hydraulicis, cujuſmodi Ariſtoteles vocat engibata, quæ compreſſo vel dilatato ſpiritu mirabiles motiones progignunt; ex quo muſica quædam inſtrumenta, quibus concepto per folles ſpiritu, ac multiplicem in modum in diſpares fiſtulas diſpertito

derivatoque, diverſimodus editur ſonus, ſingulari nomine dicuntur Organa: verùm etiam eam paſſim appellationem ad bèllicas machinas indicandas uſurpant omnes ferè rei militaris Scriptores. Vitruvius tamen lib. 10. cap. 1. inter organa, & machinas aliquid diſtingult in hunc modum: *Inter machinas & organa id videtur eſſe diſcrimen, quod machinæ pluribus operibus, aut vi majore coguntur effectus habere, uti baliſtæ, torcularium que prœla: organa autem unius operâ, prudenti tactu perficiunt, quod propoſitum eſt, uti ſcorpionis, ſeu aniſocyclorum verſationes.*

Organum Diaboli. Novo horrendoque vocabulo meritò ſic appellatur recens tormenti pulverarii genus, pluribus conſtans æneis tubis intra arcam clauſis, & in idem centrum conſtipatis. Nimirum fatali machinæ prope fiſtularum ſpiracula applicito igne, fiſtulæ omnes pilas ferreas in modum grandinis continuò effundunt, & obvia quæque ineluctabili ruina diffringunt atque proſternunt.

Ornatus Militaris. Vide *Luxus*, *Picturæ inuſtæ corporibus*, *Criſta*, & *Munditia armorum*.

Orphnæus. Unus ex quadrijugis equis Plutonis, de quo Claudian. de rapt. Proſer. lib. 1.

Orphnæus crudele micans, Æthonque ſagitta
Ocior & ſtygii ſublimis gloria Nyctæus
Armenti, Ditiſque notâ ſignatus Alaſtor.

Orthium, aliis Orthryum carmen. Memoratur a Gellio lib. 16. cap. 19. ubi tradit Arionem fidicinem, priuſquam ſe in mare projiceret, id carmen ſublatiſſima voce cantaſſe. Erat autem carmen aptiſſimum ad animos in prœlium inflammandos. Dion vocat carmen Palladis, bellici ardoris incentivum. Alexander Macedo ad arma proſiluit, quaſi Numine quodam correptus, poſtquam idem carmen excepiſſet a Timotheo, peritiſſimè illud modulante. Vide Beroaldum ad Apuleii lib. 10. & apud nos *Hormum Carmen*.

Orthographia. A Vitruvio lib. 1. cap. 2. ſic definitur: *Orthographia eſt erecta frontis imago.* Et quidem vocem Græcam Latinè reddas: Deſcriptio rei ſtantis, vel erectæ. Quid præſtet in Architectura, præparandiſque modulis in ædificiis tum civilibus, tum militaribus aptè exponit Barbarus: *Orthographia non minus frontis, quàm laterum erectio eſt, ſiquis vim verbi conſideret, omnis enim a veſtigio erecta magnitudo, juxtà operis futuri rationem deſcripta, Orthographia vocari poteſt. Deſcribuntur ergo & rerum frontes extimæ, intimæ, lateraleſque, ſecundum ſpeciem operis propoſiti, ſive Dorico, ſive Jonico, ſive alio genere uti velimus. Sed Vitruvius ad frontem reſpexit, tanquam ad nobiliorem partem.* Hoc deformationis genus Itali vocant *l'Alzato*: & quidam etiam *Facciata*. Quid ſit Orthographia in re ſcriptoria, monſtrat Quintilianus lib. 1. cap. 7. *Quod Græci Orthographiam vocant, nos rectè ſcribendi ſcientiam nominamus.*

Orthostata, æ. Fulcimenta ſunt, quæ ædificiis, vel machinis exteriùs adjici ſolent, per modum pilæ arrectariæ, muris vel machinis adpactæ. Hoc fulcrorum genere debiliora membra, & preſertim anguli communiuntur. De iis Vitruv. lib. 2. cap. 8. *Ita non acervotim, ſed ordine ſtructum opus, poterit eſſe ſine vitio ſempiternum; quod cubilia & coagmenta eorum inter ſe ſedentia, & juncturis alligata, non protrudent opus, neque orthoſtatas inter ſe religatos labi patientur.* Agit de iis Vitruvius etiam cum ſcribit de conſtructione Arietis. Orthoſtatæ autem quaſi rectæ ex Græco dicuntur.

Oryges. Dicitur a Vitruvio lib. 10. cap. 21. pars illa teſtudinis arietariæ, quæ acuminata ad ſimilitudinem aratri muris immittitur ad eorum ſuffoſſionem, ex qua vocabulo nomen ex Græco. Vitruvii verba ſunt: *Quæ autem teſtudines ad fodiendum comparantur, Oryges Græcè dicuntur.* Meminit etiam earum Hero de Machinis Bellic.

Osa, æ. Vide *Hoſa*.

Ossergum, vel Ospergum. Vide *Halſperga*.

Osculana pugna. Feſtus. *Significatur victos vincere: quia in eadem Valerius Levinus Imperator Rom. a Pyrrho erat victus, & brevi eundem Regem devicerat. Ejus meminit Titinius hoc modo.*

Hæc quaſi Oſculana pugna eſt.

Sed quoniam Feſti textum mutilatum habemus, incertum relinquitur, quam ob cauſam ea pugna dicatur Oſculana. Narratur quidem ea pugna in epitome Livii; ſed nihil ibi de Oſculana. Conjiciunt nonnulli pugnatum fuiſſe ad oppidum Auxium, & pugnam appellatam Auxianam; mox corrupta voce, Oſculanam. Alii Aſculanam primum ab Aſculo nominatam contendunt; poſtea vero Oſculanam appellatam. Quod attinet rem ipſam, & victorias ſæpe reportatas a victis, clarè id tradit Vegetius cap. 25. lib. 3. *Frequenter jam fuſa acies diſperſos ac paſſim* (lego *ſparſim*) *ſequentes reparatis viribus interemit.* Sæpe enim, ut dixit Virgilius:

victis redit in præcordia virtus.

Vide Frontinum lib. 2. cap. 5. & lib. 3. cap. 9. Appianus etiam de bello Hiſpanico ſimili pacto a Quinto Fulvio deletos memorat Segedianos, cum hi proſpero primum cum Romanis congreſſu tumefacti, mox immiſſo ex inopinato a Romanis exercitu fuſi ſunt, & ex victoribus victi ereptam ſibi de manibus victoriam doluerunt. Sed plura habes ſuper hoc argumento in Tit. *Deſperatio*.

Ostensionales milites. Memorantur a Lampridio in Alexandro Severo: *Milites, quos Oſtenſionales vocant, non pretioſis, ſed ſpecioſis clariſque veſtibus ornabat, nec multum inſignibus, aut ad apparatum regium auri & ſerici deputabat, dicens, imperium in virtute eſſe, non in decore.* Ubi primùm obſerva cum Caſaubono uſitatiſſimam eo ſæculo hanc vocem fuiſſe, cum tamen ejuſdem præter Lampridium nemo ferè meminerit. Adverte etiam ſic ab Hiſtorico id genus militum deſcribi, ut pompatici ferè ſolùm & ad oſtentationem producti in ſolemnitatibus, & feſtis diebus fuerint. Appellati verò Oſtenſionales ab oſtenſione, quo vocabulo luſtrationem ſolemnem exercitus, vulgo *Moſtra*, Latini dixerunt. Vetus inſcriptio apud Salmaſium ad memoratum locum Lampridii: *TEMPORIBVS CLAVDII TIBERII FACTA HOMINVM ARMIGERORVM OSTENSIONE*. Sunt qui Oſtenſionales Lampridii interpretantur milites honorarios, qui licet in aula ſint Principum, belloque minus idonei, nihilominus muniuntur militaribus immunitatibus honoris gratiâ, gaudentque militiæ proventibus, licet togati ipſi res urbanas procurent. Hoc genus militiæ Imagia-

Digitized by Google

gioarium vocavit Svetooius in Claudio cap.25. *Inſtituit Imaginariæ militiæ genus, quod vocatur ſuper numerum, quo abſentes, & titulo tenus fungerentur.* Dicimus autem Imaginariam militiam, quæ vera non eſt, ſed ita coocipitur animo, ac ſi vera eſſet. Ad hunc modum Jureconſulti dicunt Imaginariam locatiooem, Imaginariam apocham, ſolutionem etiam, cootractum, divortium Imaginarium.

Ostensio, onis. Pro recenſione exercitus, *Moſtra, Raſſegna*. Vide *Oſtenſionales milites*.

Otium, ii. Vide *Labor*. *Luxus*. *Bellum externum*.

Ovalis corona. Myrtea erat. Ferebant illam Imperatores cum ovaotes intrareot civitatem. Ovare autem eorum erat, qoi bellum aut non ritè iodictum, aut cum non juſto hoſte, ſervis nempe, piratis, humilique alio qoovis hoſte geſſiſſent; vel quibus victoria citra pulverem, ut dici ſolet, obtigerat. Iis myrtea corona mittebatur, ex Veneris ſcilicet arbore, ut victoriæ genus mioimom virile & Martium notaretur. De Sabinis ovans Poſthumius Tubertus eam coronam retulit, ut refert Plioius: *Bellicis ſe quoque rebus Myrtus inſervit, triumphanſque de Sabinis Poſthumius Tubertus in conſulatu (qui primus omnium ovans urbem ingreſſus eſt, quoniam rem leviter ſine cruore geſſerat) myrto Veneris victricis coronatus inceſſit, optabilemque arborem etiam hoſtibus fecit.*

Ovatio, onis. Pro tempore, quo gallinæ ova pariunt: Plinius 29. 3. *Tanquam congruere ovationem etiam ſerpentium humani ſit arbitrii.* Ovationem pro genere triumphi non invenio apud idoneos Scriptores. Non detrectaverim tamen eam uſurpare, licet correptam depoſcat primam ſyllabam, quæ producitur in ovatione gallinæ: ſed & dicitur.

Ovatus, us. Valer. Flacc.6. Argon.

barbariei glomerantur ovatus.

Nizolius trahit hanc vocem, vel a geminata litera *o o*, *u* interpoſita euphoniæ cauſa: vel ab interiectiooe gaudentium *ohe*, ut ovatio ſit quaſi ohatio. Non eſt dubitandum veram eſſe hujus vocis origioem, quam tradunt alii. Ab ove ovatio dicitur, propterea quod io minori triumpho ovis duntaxat, non taurus, ut in majori, ſacrificaretur. Idem aptè ſentit Servius in illud Virgil. Æneid. lib.4.

ſola fugâ nautas comitabor ovantes.

Quomodo ovatio differat a triumpho doeet Plutarchus io Marcello. Servius ovationem, minorem triumphum vocat, cum Duces rebus quidem præclarè geſtis, ſed noo ita magnis, ut juſto triumpho digna eſſeot, ex Senatus conſulto pedibus, vel etiam equo vecti urbem ingrediebantur. Vide apud oos *Ovalis Corona*. Vide etiam Alexand. ab Alexand. lib.6. cap.17. Antonium Valtrinum de Re militari, Onnphrium Panvinum de Triumpho, Cæſarem Bullingerum de Spoliis Bellicis.

Ovo, as. Peoprie eſt mioorem triumphum duceee. Longe tamen frequentiùs utimur hoc verbo per abuſiooem ad lætitiam ſignificandam. Liv. lib.1. *Romani ovantes ac gratulantes Horatium accipiunt, eo majore cum gaudio, quo prope metum res fuerat.*

Ovatum aurum. Collectitium ex præda hoſtica, vel e ſpoliis minorum triumphorum, cujuſmodi eraot ovationes. Ad hanc ſeotentiam exponcodus eſt Perſius Sat.2.

auro ſacras quod ovato
Perducis facies.

Neque enim audiendi ſunt Nizolius & Authores Calepioi (intellige Calepini Dictionariom) auctoris, qui exponont ovi album, quo æra & marmora integebantur, qua interpretatione nihil eſt ioeptius.

Ovum. Genus diſpoſitionis io acie; cujus figuram & uſum exponit Ælianus. Tutam & percommodam eam eſſe collocationem dicit, quia undique communitur decurione, tergiductore, & cuſtodibus lateris. Addit id genus diſpoueodorum ordinum inventum fuiſſe ab Iiione Theſſalo, mandatum verò executioni ab Iaſone Medeæ marito. Eſt proinde ovalis acies fere circularis, & in orbem coacta; paulò tamen utrinque extenſior & tenuata ad ovi figuram. De ea ſic Thucydidea lib.2. *Peloponneſii in orbem naves diſpoſuere quàm poterant diffuſiſſimum, ut exitu hoſtes intercluderent. Prorae navium undequaque exerebant, puppes autem in ſinum vertebant, minores ſimul & quinque olias celerrimas naves recipiebant in circulum, ut per eum diſpoſitæ, quoties hoſtis iucurreret, ex parvis intervallis erumpere, eumque adoriri poſſent.* Ubi obſerva in oavali etiam acie eam figuram ſervari. Notat tamen Schefferus de Milit. Naval. lib.7. cap.5. non durabilem eam eſſe, & diſiectu facilem violentiâ undarum.

Pasu-

P

PABULATIO, onis. Verbale a verbo *Pabulor*, & hoc a *Paſco*, quod habemus ex Græcorum πάω, quod eſt nutrio. Vox eſt omninò caſtrenſis, ut aquatio, & lignatio, ac ferè dicitur de militibus cum in agros progrediuntur pabuli capiundi causâ. Prolixè autem alibi docuimus, ſtudiosè providendum a Metatoribus, uti locum caſtris opportunum pabulationi capiant. Cæſar 7. Bell. Gallic. *Omnibus modis huic rei ſtudendum, ut pabulatione & commeatu Romani probibeantur*. Pabulari non ſolum eſt herbas manu vel falce capere in pabulum jumentorum; Cæſ. l. 8. de Bell. Gall. *Cum pabulatum frumentatumque longius eſſet proficiſcendum*; ſed etiam paſcere ſignificat. Colum. l. 7. de capella: *Placide ac lente pabuletur*. Idem Author eleganter pabulari ad nleas tranſtulit l. 5. *Tertio quoque fimo pabulandæ ſunt oleæ*. Propriè enim armenta pabulantur. Adverte hic obiter erraſſe Feſtum, qui armentum ab armis dictum aſſeverat; quod dicatur vel de equis, quibus armati inſident, vel de bobus, qunrum corio ſcata fiunt. Virgilius l. 1. Æneid. de cervis dixit:

tres littore cervos
Proſpicit errantes, hos tota armenta ſequuntur
A tergo.

Verum etymon tradidit Varro ab arando; & prius aramentum, poſtea, litera extrita, armentum fuit. Armentas etiam Veteres dixere. Pacuvius:

Tu curvifrontes paſcere armentas ſoles.

Ubi nota aptum epitheton *curvifrontes*: quod ſi ad eos tranſtuleris, qui demiſſo vultu, cervice inflexa, pallore ſimulato, opinionem ſanctimoniæ affectant, translatum laudabo.

PABULARIS, re. Quod eſt pabulo aptum, vel pertinet ad pabulum. Colum. 2. 14. *De lupino nihil dubito, atque etiam de pabulari vicia*.

PABULOR, aris. Pabulum ex agris quæro. Liv. 6. *Pabulatum cohortes miſere*. Vide *Pabulatio*.

PABULATOR, oris. Qui vadit pabulatum. Liv. 9. Bell. Punic. *Cum in Pabulatores Romanos impetus factus eſſet*.

PABULATORIUS, a, um. Colum. lib. 6. 3. *Frondis aridæ corbis pabulatorio modiorum viginti ſufficit*.

PABULUM, i. Dicitur propriè de cibo pecudum, aliorumque brutorum, herbaceo ſcilicet, fœniceo, vel ſtramentitio. Virgil. 1. Æneid.

priuſquam
Pabula guſtaſſent Trojæ.

Foraggio. Vide *Fodrum*.

PÆAN. Nomen eſt Apollinis, a medendo apud Græcos ſic nuncupati. Juvenal. Satyr. 6.

Parce precor Pæan.

Eadem vox ſequentiùs uſurpatur pro hymno in Apollinis laudem, quemadmodum Dithyrambus hymnus erat in laudem Bacchi. Neque verò, ut docet Pollux, ſolum canebatur, ut maleficia & morbi arcerentur, ſed etiam ad celebrandam Apollinis victoriam, Pythone interfecto. Virgil. l. 6.

Lætumque choro Pæana canentes.

Pindarus opus ſuum de laudibus Deorum Pæana inſcripſit. Latius itaque Pæan hymnus eſt, quo Veteres Diis gratulabantur felices exitus victoriarum. Nam ſicuti homines in prœlio victores Epiniciis, ita victores Deos Pæanibus efferri mos erat. Vulgò tamen & per uſurpationem gratulationes victoriarum etiam in hominum laudem poeticis adſtrictæ numeris Pæanes nominantur. Vide Scalig. Poet. l. 1. cap. 44. Sed in exponenda voce *Pæan*, inprimis ſunt audiendi Scholiaſtæ Pindari & Euripidis, ex quibus elicitur Latonam, cum a Pythone ſerpente, cum filiis Diana & Apolline, morſu venenato appeteretur, irritoque conatu lapidem ipſa in anguem jeciſſet, advncaſſe auxilium Apollinis filii. Cum autem hic felici ictu ſerpentem confixiſſet, lætabundam matrem verbis filio gratulatam victoriam ferunt *ἰὴ παῖ ἰὴ παῖ*. Eſt autem παῖ apud Græcos *puer*, vocativo caſu. Exinde verò ortum, ut Apollo Pæan, & cantici triumphales in ejuſdem honorem lucubrati dicerentur Pæanes. Sunt porrò qui veram hiſtoriam conveſtitam poſtea fabuloſo ſerpentis commento ita referant: Pythonem quendam, hominem crudeliſſimum, tyrannidem in Phocide exercuiſſe; ob eamque Draconis cognomentum retuliſſe. Hunc ab Apolline ſagittis confoſſum memorant; ad quem perimendum cum ille diſcederet, acclamatum fuiſſe a populis *Io Pæan*; ex quo facta appellatio *Pæanibus*, canticis gratulatoriis in honorem Apollinis.

PÆDAGOGIANI. Pueri nobiles & ingenui, aulicique juniores miniſtri, qui in aulis ſerviunt & educantur a Principibus, omneſque ibi artes illuſtres, ac potiſſimum militares addiſcunt. Apud Principes Orientis ad militiam maxime alebantur; ex eorum quippe curia ad arma exercenda prodibant, armnrum tyrocinio in Regio ſamulatu cum æqualibus poſito. Ammianus lib. 29. *Adultus quidam ex his, quos Pædagogianos vocant*. Meminit etiam eorum Notitia Imperii. Ordo eorundem & miniſterium dicitur Pædagogium, Italicè illos vocamus *Paggi*: ducta vocis origine a Pædagogio, vel Pædagogo, quæ dictiones apud Græcos ſignificant inſtructores puerorum, vel locum & miniſterium ad pueros honorarios inſtruendos. Turnebus Adverſ. lib. 23. cap. 19. *Quos hodie vernacula voce Pagios nun-*

Digitized by Google

nuncupamus, qui fere ingenui & nobiles pueri ſunt in nobilium familia, eos nomen habere cenſeo a Veterum Pædagogiis. Cæterum *Pagii*, & *Pagetti* apud Latinos Scriptores inferioris ævi etiam occurrunt. Knyghtonus An. 1342. *Anglici non perdiderunt niſi duos ſagittarios, & unum Pagettum.* Hiſt. Fundationis Abbatiæ Pipuellenſis in Anglia: *Et habuit ſub ipſo foreſterarios tres pedites cum Pagiis eorum.* Numerati etiam ſunt inter armigeros, ſive ſcutiferos, equitum nempe & bellatorum nobilium pediſſequos, eorumque equos & arma ducentes; in qua notione ſæpius occurrunt apud Poetas Gallicos vetuſtiores. *Paggi di Palafreno.*

Paoa, æ, &

Pagamentum, i. Pro ſtipendio. Vide *Stipendium*, ubi exempla & etymon hujus vocis.

Paganus, i. In pago, ideſt ruri natus & educatus. Apud veteres Romanos, ut colligitur ex Scævola ad Leg. Faleid. Paganus ille erat, qui militiæ accingebatur, eique ſe præparabat. Eo quippe intervallo, quo quis ad militiam aſpirabat, Paganus dicebatur; militiam verò demum adeptus ornabatur appellatione militis. Certum tamen eſt apud Veteres, Paganos dici conſueviſſe homines non militantes, & contraria fuiſſe hæc duo, Militem & Paganum, ut colligitur ex Svetonio pluribus in locis, & etiam ex illis Perſii verbis in Prolog.

ipſe ſemipaganus
Ad ſacra vatum carmen affero noſtrum.

Senſus autem eſt: cum nondum ſim verè miles Muſarum, tamen affero carmen noſtrum ad ſacra Vatum, ut apud ipſos militiæ ſacramentum dicam. Quamobrem autem viri urbani non militantes dicerentur pagani, ex eo ortum aliqui credunt, quòd urbe Roma in quatuor tribus, quæ Pagi etiam vocabantur, diviſa, in iis habitantes pagani in aliud domicilium transferri non poterant. Ob eam porrò cauſam ſunt qui reputent a Divo Hjeronymo, & aliis Eccleſiaſticis Scriptoribus Paganos appellatos fuiſſe Ethnicos, quaſi ſub Chriſti vexillo non militantes. Atqui contra nonnihil ad rem bellicam Paganos pertinuiſſe, non pauca indicant Veterum teſtimonia, quæ militibus illos aſſociant. Tacit. 3. Hiſtor. *Cæteri ad naves ruebant, ubi cuncta pari formidine implicabantur, permiſtis Paganis, quos nullo diſcrimine Vitelliani trucidabant.* Et iterum ibidem: *Mox infeſtus Prætorienis, Vos, inquit, niſi vincitis, Pagani, quis alius Imperator, quæ caſtra alia excipient?* Et infra: *Ipſique Pagani favore municipali, & futuræ potentiæ ſpe, juvare partes adnitebantur.* Et lib. 4. *Tria millia Legionariorum, & tumultuariæ Belgarum cohortes, ſimul Paganorum lixarumque ignara ſed procax ante periculum manus, omnibus portis erumpunt.* Idem indicare videtur Svetonius in Galba, apud quem non milites duntaxat fuiſſe ſcribit, verum etiam Paganorum turbam, ideſt hominum militiam auſpicantium, aut quomodolibet demum ad ſocietatem vel clientelam militum pertinentium.

Pagii, orum: &

Pagetti, orum. Vide *Pædagogiani*.

Pagoti, orum. Famuli militares ignavi & rudes, utpote e pagis tumultuario collecti. Continuator Nangii an. 1356. *Qui etiam Garcionibus & Pagotis ſine defenſione aliqua fugere non valentes ſe reddebant.*

Palæstra, æ. Spectatâ Græcæ vocis origine luctationem ſignificat. Erat autem latiſſima porticus, in qua Græci luctatores, aſperſi oleo, ac ſubinde pulvere, mutuis amplexibus brachia & membra complicantes ad eum finem certabant, ut alter alterum in terram affligere atque dejicere ſatageret. Latiùs tamen accipitur pro parte Gymnaſii; & plurima complectebatur exercitationum genera, quibus corpora ad incolumitatem ſolidabant, bellicíſque parabant diſciplinis Græci veteres. Eum locum deſcribit Vitruvius lib. 5. cap. 11. *In Palæſtris periſtylia quadrata, ſive oblonga, ita ſunt facienda, uti duorum ſtadiorum habeant ambulationis circuitionem, quod Græci vocant Diaulon. Ex quibus tres porticus ſimplices diſponantur, quartaque, quæ ad meridianas regiones eſt converſa, duplex, uti cum tempeſtates ventoſæ ſunt, non poſſit aſpergo in interiorem partem pervenire.* Vide quæ ſequuntur apud eundem Scriptorem, multa de Palæſtra Græcorum differentem. Vide apud nos *Atletica*.

Palæstricus, ci. Qui ſe vel alios exercet in Palæſtra. Quintilian 1. 11. *Ne illos quidem reprehendendos puto, qui paulum etiam Palæſtricis vacaverint.*

Palæstrita, æ. Luctator. Cic. 6. Verr. *De Heraclii hæreditate, quam Palæſtritis conceſſiſſet multò maximam partem ipſum abſtuliſſe.*

Palæstricus, a, um. Cic. 4. Verr. *Nunquam vos Prætorem tam Palæſtricum vidiſtis.*

Palæstricè. Palæſtritarum more. Cic. de Opt. gen. Orat. *Sed ita ut palæſtricè ſpatiari in xyſto liceat.*

Palafredus, & Palafrenus. Equus gradarius, ferendo equiti idoneus. Joannes de Janua: *Palafredus dicitur a paſſu equi & freno, & deducendo, quia leni paſſu per frenum ducitur.* Hebrardus Betunienſis in Græciſmo,

bellum Palafredus anhelat.

Acta Alexandri III. PP. *Præ nimia multitudine ipſius veſtigia oſculantium albus Palafrenus ambulare vix poterat.* Cujacius originem nominis trahit a Paraveredo: quoniam veredi equi ſint agminales, parati ad publicam curſuram. Ex quo aptè Voſſius contra Turnebum oſtendit, Palaferedos ſeu Palaſrenos inferioris notæ equos eſſe, longèque illis præſtare dextrarios, quorum maxime uſus erat apud nobiles bellatores. Italis etiam *Palafreni*. Qui verò id equorum genus curant, & ad latus equitum pedibus ambulant, dicuntur *Palafrenieri*, atque iidem ſunt prorsùs, origine ſaltem ſpectata, atque illi, qui dicuntur *Staffieri*, quoniam pedibus incedunt ad ſtapedas equitantium Dominorum. Dantes Par. 21.

Cuopron de manti loro i palafreni,
Si che due beſtie van ſotto una pelle.

Palamedes. Nauplii Eubœæ Regis filius. Ulyſſis ad bellum proficiſci detrectantis ſimulatam inſaniam detexit, objecto eidem filio parvulo, cum aratro terram proſcinderet. Ea cauſa Ulyſſes, invitus ad bellum pertractus, Palamedi proditionis inſimulato inſidias ſtruxit, in ejuſdem etiam tentorio effoſſo auro, quod ibi abſcondi curaverat, quaſi illud a Rege Priamo accepiſſet, ut adulterinis literis fuerat ante commentus. Itaque tanquam proditor ab exercitu lapidibus

dibus obruitur. Literarum notas aliquot inveniſſe creditur, ut nos alibi expoſuimus. Item inventor perhibetur ludi latrunculorum. Sed nobis id neutiquam ſuadetur; ut oſtendi in Tit. *Latrunculi*. De Palamede Virgil. lib. 2. Æneid.

Fando aliquid ſi fortè tuas pervenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis, & inclita famâ
Gloria, quem falſa ſub proditione Pelaſgi
Inſontem, infando indicio, quia bella vetabat;
Demiſere neci, nunc caſſum lumine lugent.

PALANGA, & PALANGARII. Vide *Phalanga* & *Phalangarii*.

PALARIA, æ. Locum eſſe, ubi milites ad palum ſe exercebant circumeuntes docet Chariſius. Vide etiam Scalig. in Varronem de Ling. Lat., & apud nos *Palus*.

PALATA, æ. Palorum ſeries ad operum militarium munimentum. *Palizzata, Paliſicata*. Charta Villelmi Ducis Calabriæ apud Ughellum: *Et cum lignaminibus ſufficientibus ad aptandam varcaturam pro palata ejuſdem molendini*.

PALATINÆ LEGIONES. Cuſtodiebant palatium principum Byzantinorum, ſuberantque Magiſtro militum præſentali. Sex omninò numerantur in Not. Imp. Earum nomina & inſignia refert ibidem Pancirolus cap. 38. De nonnullis nos agimus ſeparatim.

PALATINÆ VEXILLATIONES. Vide *Vexillationes*.

PALATINI. Ut vox ſonat, ſunt qui in palatio degunt vel ſerviunt. Scholiaſtes Juliani Anteceſſoris cap. 82. *Omnes qui in palatio militant, poſſunt appellari Palatini*. Charta Roberti Regis Francorum: *Ex ſententia Palatinorum noſtrorum adjudicavimus ei &c.* Charta Ludovici VI. apud Doubletum. *Communicato cum Palatinis noſtris conſilio &c.* Sic autem præcipue appellati Magnates, Optimates, Proceres, & nobiliſſimi quique, ſpectatiſſimæque virtutis armorum Magiſtri in aula Caroli Magni Imperatoris, qui comites expeditionum, & copiarum duces fuerint adversùs Mauros & Saracenos in iis conflictibus, qui apud Gallicos & Italos fabulatores, quos vulgò dicimus *Romanzieri*, decantantur. Galliæ Palatinorum appellationem nobilitavit Poeta Dantes, dum eam tranſtulit ad ſignificandum S. Dominicum, Prædicatorum Ordinis ab omni genere laudis ſpectatiſſimi Inſtitutorem. Sic autem indicare Poeta voluit, ut optimè advertit Landinus, exciſa à viro Sanctiſſimo Hæreſeos monſtra, & innumeras de pravorum dogmatum aſſeclis & propugnatoribus victorias reportatas, ſingulari cum incremento & gloria Catholicæ Religionis. Sic autem Dantes Parad. cap. 12.

Ad inveggiar cotanto Paladino
Mi moſſe l'infiammata corteſia
Di Frà Tommaſo, e 'l diſcreto latino:

De Paladinis Academici a furfure. *Titolo d'honore date da Carlo Magno a dodeci huomini valoroſi, de quali ſi ſerviva a combattere per la Fede inſieme con eſſo lui, e furon quegli, che i Poeti ne lor Romanzi celebrano come Heroi*. Sed maxime expedit de illorum origine & munere excipere, quæ tradidit Joannes Baptiſta Pigna, Diſcorſo de Romanzi: *Ora quanto a queſta parte, perche detta s'è ch'ella è Errante, per cagion de Paladini erranti, reſta che diciamo perche Erranti, e perche Paladini Erranti chiamati ſiano coloro: di che i noſtri a dire pigliato anno. Artù Rè d'Inghilterra, una Corte avea, che non ſolamente di paeſani nell'armi valoroſi fioriva, mà di Cavalieri, eziandio d'altre regioni. E trà gl'altri, che vi concorſero, Lancillotto uno fù, che di gentil ſembiante era, a grazioſe maniere, e prò della perſona, quanto altri, che quivi dimoraſſe: e finalmente tale, che in grazia di Genevra, donna del Rè, di leggiero entrò. Ora, avendo egli a coſtei donato l'amore, e la ſervitù ſua, per varie terre, da queſt' Iſola partendoſi traſcorreva, e con molte vittorie a caſa ritornava: avendo tutt'eſſe in honor di Genevra acquiſtate: ò perch'egli a loro poſta ſi foſſe, ſapendo ch'a lei grate ſarrebono. Dall'altro canto, Triſtano dalla bellezza tratto della Reina Iſotta, fece di molto lodevoli fatti in molti luoghi, molte battaglie pigliando. A poco a poco a gara di queſti due, aſſai rivali ſi moſſero. Creſcendo il numero di queſti guerrieri, che errando andavano, venne la Cavalleria degl'Erranti. Ed eſſi medeſimi furono detti Paladini, perciòche erana del Palaggio Reale. Ed era titolo, come è di quei che ſono nella Camera del Rè Chriſtianiſſimo. E fù nel vero Carlo Magno facitore de Paladini, perche i Remenzi, detti Romanzi, che propriamente Paladini ſi chiamano, a Parigi ſi riducevano, e non quello d'Inghilterra, e d'altro luogo; ma quelch'era in queſta Città, per eccellenza il Palagio ſi nominava: come era quello del Papa, dal quale onorevole nome anno i Conti Palatini*. Id genus equitum illuſtrium in omnes ferè Europæ nationes propagatum, quorum alii ex Anglia, nonnulli ex Gallia, vel Hiſpania originem repetunt; ætas poſterior nominavit *Cavalieri Erranti*. Propoſitum autem illis, non modo fortiter ubique agere, & ab omni animi ſocordia vehementer abhorrere, nulliſque laboribus aut periculis vel minimum frangi ac deterreri; verum honeſtè inprimis ſanctèque, & publicæ utilitatis cauſa arma tractare: regiones verò vel maxime diſterminatas adire, ut virginum pudicitiam tuerentur, amiciſſimos quoſque ab injuſtæ mortis caſu vel præſenti eriperent captivitate; homines verò conſceleratos ac tyrannos crudeliſſimos e medio tollerent. Bernardus Taſſus Amadig. Cant. 1.

Nel ſecol priſco, in quella bella etate,
Ch'era d'ogni virtute il Mondo adorno,
E i Cavalier d'eccelſa alta bontate
Caſtigando i malvagi ivano intorno.

In eandem ſententiam Aloyſius Alamanni Giron. Corteſ. lib. 1.

Et ch'io mi cingo ſol queſte arme intorno
Per ſpender ſangue, e guadagnare honore,
E ch'io piango la ſera t'in quel giorno
Non paſſai con ſudor le maggior'hore,
Per difender gli humil di danno, e ſcorno:
Et al ſuperbo tor l'ira e'l furore.

In Imperio Orientali Palatini milites erant Principum Prætoriani, qui ſic palatium tuebantur, ut licet in provincias mitterentur, Palatinorum tamen retinerent nomen, nec ſtipendia amitterent. Soli ſuberant Magiſtro militum præſentali, ut tradit Not. Imp. & ibidem Panciroli cap. 51.

PALATINI. Salii Sacerdotes inſtituti a Numa. Vide *Salii*.

PALATIO, onis. Vitruvius lib. 2. c. 9. *In paluſtribus locis infra fundamenta ædificiorum, palationibus crebrè fixa, permanet immortalis ad æternitatem & ſuſtinet immania pondera ſtructuræ*. Vides eſſe genus fundamenti vel ædificii, quod ſit uligino-

giaoſo & congeſtitio in loco, ſtructuram juvantibus palis defixis, altè in terram depactis. Multa hujus generis fiunt ab architectura militari, ad aquoſa præſertim loca communienda. *Steccata*, *Palizzata*, *Paliſicata*. Dupliciter autem uſus palationis poteſt occurrere. Primò ad ſtruendum in imo aquarum pedamentum ſtabile ſtructuris, quæ inſuper extolli debent; ut ſunt arcus, pontes, portus, aliæqae prætenturæ, & ædificia. Animadvertendum ibi eſt, ut palorum ſive ſudium injectio congruat aquoſo ſolo; requirit autem palos uſtulatos, qui perpetuò durent, & quaſi lapideſcant, ne admittant eariem, neve diuturna limi alluvione computreſcant. De hoc genere ſic ſcribit Vitruvius lib. 3. cap. 3. *Si locus erit congeſtitias ad imum, aut paluſter, is locus fodiatur exinaniaturque, & palis alneis, aut oleagineis, aut robuſteis uſtulatis configatur; ſublicæque machinis adigantur quam creberrimæ, carbonibaſque expleantur intervalla palorum, & tunc ſtructuris ſolidiſſimis fundamenta impleantur.* In eandem ſententiam audiendus eſt Leo Albertus de Re ædific. lib. 3. cap. 3. *Operis hujus area ſit duplo major, quàm futurus eſt murus, ſintque pali ad muri futuri altitudinem longi nihilominus una partium ex octo; ſintque craſſi ut ad ſui longitudinem: itaut pars reſpondeat nihil minus duodecima. Denique conferti figantur, quoad ubi plures interfigas, aditus non pateat.* Vide quæ de hoc genere diximus in dictione *Feſtuca*. Iterum pali in terram depanguntur; ſtructura ſimplici, ſicubi opus eſt aggeres & obſtacula obtendere adversùs impetum & alluvionem aquarum. Funguntur quippe munere fulturarum; terramque firmaat & continent, ne quotidiana gurgitis vehementia fatiſcat vel corruat. Et de hoc etiam genere a nobis erit alibi dicendam, præcipuè in voce *Phalanga*.

Palearii. Genus Gallicæ militiæ omni nequitia & crudelitate pollutuai. Divinare licet cam Cangio ſic appellatos, vel quoniam paleam pro teſſera ad innoteſcendum deferrent in galea; vel quoniam agros & oppida tanquam paleas igne conſumerent. Gaufridus Voſienſis in Chronico cap. 10. *Philippus Galliarum Rex ſocero ſua Anglorum Regi Henrico, quaſi auxilium, tartareas direxit legiones: eorum pedes veloces erant ad effundendum ſanguinem. Hi ex diverſis terrarum partibus conglobati unam Eccleſiam fecerunt malignantium, unoque vocabulo Palearii, quaſi a palea vocabantur.*

Palladium. Palladis ſimulacrum, Trojæ aſſervatum, in quo cuſtodiendo omnis Trojani belli eardo vertebatur, & qao demum a Græcis ſublato Ilium cum univerſo Imperio Aſiatico funditus concidit. Virgil. Æneid. 2.

Omnis ſpes Danaûm, & cœpti fiducia belli
Palladis auxiliis ſemper ſtetit. Impius ex quo
Tydides ſed enim, ſcelerumque inventor Ulyſſes,
Fatale aggreſſi ſacrato avellere templo
Palladium, cæſis ſummæ cuſtodibus arcis,
Corripuere ſacram effigiem, manibuſque cruentis
Virgineas auſi Divæ contingere vittas:
Ex illo fluere, ac retro ſublapſa referri
Spes Danaûm, fractæ vires, averſa Deæ mens.

Verùm de Palladio nihil addendum iis, quæ ex variis auctoribus accuratè collegit Ludovic. Vives ad cap. 2. lib. 1. D. Auguſt. de Civit. Dei: *Chryſas Pallantis filia cum Dardano nuberet, pro dote ſecum attulit Palladium, & magnorum Deorum ſimulacra, quibus templa Dardanus in Samothracia conſtruxit, quæ poſtea ſacra ſunt in Ilium nepotum tempore tranſvecta, accepto Oracula, manſuram Urbem, quandiu in ea Palladium illud fuiſſet. Quocirca in intimam arcis partem eſt reconditum, effičto altero Palladio illi ſimillimo, quod in publico negligentiùs obſervabatur. Cumque Pyrrhus ex Helena vate Priami filia inexpugnabilem eſſe Trojanam Urbem ſalvo in ea Palladio cognoviſſet, idque Principibus Græcorum renunciaſſet; Ulyſſes, & Diomedes per fraudem primum ingreſſi, facta in cuſtodes vi, Palladium illud imaginarium, ſive ſuppoſititium ſurripuerunt. Alterum, nempe verum, capta jam Urbe Sycas æditnus loci Æneæ tradidit cum magnis Diis, quos Penates Trojanos vocant; quæ omnia ſecum in Italiam advexit Æneas. Hinc en Alba longa, ſive, ut Varro putat, ex Lavinio Romam Palladium translatum eſt, ſtatutumque in Æde Veſtæ, quæ cum deflagraret L. Metellus Pontifex Maximus Palladium media ex incendia ſuſtulit amiſſis luminibus. Quod iterum vulgò viſum Heliogabalo Imperatore incenſa Æde Veſtæ. Alterum quoque fuit Palladium Athenis, quod dicavit Nicias.* Hæc Vives.

Pallas. Bellorum præſes & gubernatrix Dea, ideoque Armiſona, Armipotens, Ægiſona, Bellipotens, aliiſque bellicis cognominibus frequentiſſimè apud Scriptores celebrata. Idcircò etiam virili & truculento depingitur vultu, galeam gerens in capite, cui ſphynges, gryphes, & gallus, quòd pugnaciſſima avis ſit, in ſummo apice, & utrique parti annectuntur. Varium quippe pro nationum varietate, apad quas cultum invenit, Palladis ſimulacrum deſcribitur. Vide Pauſaniam in Attic., Plinium lib. 34. Apulejum lib. 10. & præcipuè Servium in illos Virgilii verſus lib. 8.

Ægidaque horrificam, turbatæ Palladis arma,
Certatim ſquamis ſerpentum auroque polibant,
Connexoſque angues, ipſamque in pectore Divæ
Gorgona deſecto vertentem lumina collo.

Criſtallinum nempe clypeum cum Gorgonis diſſecto capite impreſſo geſtaſſe fertur, cum haſta prælonga. Ejus Deæ clypeus Ægis vocatur, ab hujus nominis clypeo Jovis, qui caprina pelle confectus fuit, ut diximus in voce *Juppiter*; ex quo non Palladis ſolum, ſed omnia poſtmodum ſcuta Ægides appellata ſunt. De illius origine, quod in re fabuloſa ſæpe uſuvenire ſolet, diſcordes inter ſe antiquitatis Scriptores multa & diverſa deprompſerunt. Obtinait tamen ut e Jovis capite exorta crederetur, quod primus omnium ſcripſit Stheſicorus, & acerbiſſimis cavillationibus deridet in Dialogis Deorum acerrimus ille hominum ac Deorum irriſor Lucianus. Cic. lib. 3. de Natura Deorum, Minervam belli inventricem fuiſſe teſtatur his verbis: *Liberum alterum patre Cælo, qui genuiſſe Minervam dicitur, quam principem & inventricem belli ferunt.* Iſtuc etiam reſpexit Virgilius lib. 11.

Armipotens belli præſes Tritonia virgo.

Callimachus de curru certaſſe Minervam, eqaoſque multo ſanguine conſperſos habuiſſe author eſt. Dimicaſſe autem fertur adversùs Gigantes, & Jo-

Digitized by Google

& Jovi auxilio fuiſſe. Græcis adverſùs Trojanos continenter præſto fuit. Ideo in univerſa Græcia, ac præſertim Athenis & Spartæ multis honoribus affecta eſt. Eadem Ajacem Oileum immiſſo fulmine in ſcopulum alliſit ob ſtuprum in dicato ſibi templo ab eodem commiſſum. Proditur etiam artem gubernandi naves edocuiſſe Tiphyn cum Argonautis ad Colchos profecturum. Cum Neptuno etiam decertavit, eductaque oliva, pacis ſymbolo, Deorum ſententia æmulum vicit, qui equum bellatorem produxerat. Palladis hinc illam nomine vocitatam plerique ferunt. Romani multis illam templis atque ædibus ſumma religione coluerunt. Clariſſimum verò illi a Pompejo excitatum fuit delubrum, cujus meminit Plinius lib. 7. cap. 26. in quo expreſſa extabat ſeries rerum geſtarum poſt annos triginta, quos perpetuos in armis & ſub caſſide exercuit. Ad Cœlii verò montis radices magnificum Captæ Minervæ cernebatur templum. Cur autem Capta ſeu Capita a Romanis Minerva diceretur, Ovidius 3. Faſt. variè explicat.

Cœlius ex alto quà mons deſcendit in æquum
Hic ubi non plana eſt, ſed prope plana via eſt,
Parva licet videas Capitæ delubra Minervæ
Quæ Dea natali cœpit habere ſuo.
Nominis in dubio cauſa eſt. Capitale vocamus
Ingenium ſollers: ingenioſa Dea eſt.
An quia de capitis fertur ſine matre paterni
Vertice cum clypeo proſiluiſſe ſuo?
An quia perdomitis ad nos captiva Faliſcis
Venit, & hoc ipſum litera priſca docet?
An quod habet legem, capitis quæ pendere pœnas
Ex illo jubeat furta reperta loco?
A quacunque trahas ratione vocabula, Pallas
Pro Ducibus noſtris Ægida ſemper habe.

PALLAS, antis. Evandri filius qui a patre ſuppetias ferre juſſus Æneæ adverſùs Turnum ab eodem in prœlio interfectus eſt. De hujus laudibus, obitu, & funere multa habet Virgilius lib. 11.

PALMA, æ. Propriè eſt pars interior & concava manus humanæ, quam Latino vocabulo dicimus volam. Nam palma Græcorum eſt; fitque ab illorum, παλάμη, eliſa litera α, quemadmodum, eadem eliſa litera a Græcorum κυπάρισσος Latini habent *cupreſſus*. Proprietatem vocis *palma* religioſè ſervavit Dantes Inf. c. 9.

Con l'unghie ſi fendea ciaſcuna il petto:
Batteanſi a palme, e gridavan sì alto,
Ch'io mi ſtrinſi al Poeta per ſoſpetta.

Et iterum Purg. c. 7.

L'altro vedete, ch' hà fatto alla guancia
Della ſua palma ſoſpirando letto.

Palma præterea dicitur arbor nota, quoniam expanſos habet ramos ad ſimilitudinem explicatæ manus humanæ. Sed & extremam remi partem dicimus palmulam, quòd noſtræ manus volam extenſam referat. Palmites demum nominamus ſarmenta vitium, quoniam virgulas crebreſcentes habeant ad figuram digitorum, quibus noſtræ manus diſtinguuntur. Cæterum palma arbor commune fuit atque optatiſſimum certaminum & victoriarum præmium apud omnes ferè gentes. Horat. Od. lib. 1. 1.

palmaque nobilis
Terrarum Dominos evehit ad Deos.

Virgil. lib. 5.

Cuncti adſint, meritæque expectent præmia palmæ.

Et iterum ibidem:

ſacri tripodes, virideſque coronæ,
Et palmæ, pretium victoribus.

Petrarcha:

Ivi ha del ſuo ben far corona e palma.

Et Dantes de Angelo Gabriele Deiparam ſalutante:

Perch'egli è quegli, che portò la palma
Giù a Maria, quando 'l Figliuol di Dio
Carcar ſi volſe della noſtra ſalma.

Hinc milites vel ductores plurium palmarum vocamus, qui pluribus ſunt aucti victoriis. Cic. pro Roſc. Amer. *Alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur.* Cur autem palma pro victoriæ ſymbolo ab omnibus ferè gentibus ſit habita, rationem affert Gellius l. 3. cap. 6. ex Ariſtotele, quam etiam rationem habet Plutarchus Sympoſ. lib. 8. cap. 5. Nimirum quia ingenium ejuſmodi plantæ eſt, ut urgentibus opprimentibuſque non cedat; imo potius renitens prementi adverſùs pondus reſurgat, & ſurſum agatur recurveturque. Vide *Palmam referre*. Ejuſdem arboris viror foliorum perpetuus occaſio fuit, ut pro victoriæ indicio ſumeretur, ut loco ſupramemorato ſcribit Plutarchus. Palma non capite ſolùm, verum etiam manibus gerebatur. Ideo apud Apulejum lib. 2. Mercurius dextra palmam virentem quatit. Similiter manu palmas geſtantes victores diſcurrebant, more, ut ait Svetonius in Calig. e Græcia Romam tranſlato. Ante januas etiam ad victoriam indicandam ſtatuebantur palmæ. Martial. lib. 7.

Excolat & geminas plurima palma fores.

Palma lemniſcata victorum erat præmium, maxime verò gladiatorum. Lemniſcata autem dicitur a laneis vittis, quibus ſertum hujus arboris ramis foliiſque contextum, vinctum junctumque erat. Vetuſtiſſimus etiam Chriſtianorum ritus conſuetudinem illam nobilitavit, ut palmæ aut Martyrum gererentur manibus, aut ad eorum ſepulchra apponerentur.

2. Eadem palma, oblata Regibus, præcipuè Gallicanis, in eorum inauguratione, cum adprecatione victoriæ, inter ſolemnes referebatur ritus ejuſdem Regiæ inaugurationis. Formulam habemus apud Hincmarum in Coronationibus Regiis: *Det tibi Dominus velle & poſſe quæ præcipit, ut in Regni regimine ſecundum voluntatem ſuam proficiens, cum palma perſeverantis victoriæ ad palmam pervenias ſempiternam.* Item aliam in veteri Epiſtola Joannis VIII. Pontif. ad Carolum Calvum imp. *Hodieque manui veſtræ ſpeciali voto & prærogativa, plenam benedictione palmam, ſicut cernitis, deſtinamus, adverſùs viſibiles hoſtes & inviſibiles triumphum. Optantes enim vos de cunctis adverſariis triumphare, nihil aptius vobis, quàm ramos palmarum duximus offerendum.* Et infra: *Optantes enim vos de cunctis adverſariis triumphare, nihil aptius vobis, quàm ramos palmarum duximus offerendum, quos & pueri ſternebant in via Domino Hieroſolymam venienti, antiquum hoſtem triumphatura, & mundum victura.*

3. Verum palmas triumphantium inſigne extitiſſe demonſtratur luculentiſſimè exemplo Chriſti Domini, cujus in urbem Hieroſolymam ingreſſum concelebrarunt turbæ Hebræorum con-

concinentes triumphales Hymnos, & palmarum ramos manibus extollentes. Joann. 12. *Acceperunt ramos palmarum, & proceſſerunt obviam ei, & clamabant Hoſanna, benedictus qui venit in nomine Domini.* Quoniam verò Paleſtina palmarum eſt feraciſſima, in more poſitum fuit, ut qui ex Occidente ad viſenda loca ſancta peregre in Syriam proficiſcerentur, pia expeditione confecta, peractiſque rite ex voto religionis & pietatis officiis, relatos inde palmarum ramos manu geſtantes in patriam remigrarent. Ut nimirum teſtatum ita facerent militaſſe ſeſe Regi Divino, qui mortis triumphator mox futurus, in urbe nobiliſſima triumphum egerat virentibus palmarum ramis exceptus. Durandus lib. 1. Ration. cap. 3. *Qui de Hieroſolymis veniunt, palmam in manibus ferunt, in ſignum quod illi Regi militarunt, qui Hieroſolymis cum palmis honorificè receptus eſt, & poſtmodum ibidem cum Diabolo pugnans victor extitit.* Idcircò ea Orientis ſacraria religionis ergo luſtrantes Palmariorum nomine innotuerunt. Altaſerra in Decretal. Innoc. III. *Eapropter redeuntes ab Hieroſolyma ramos palmarum reportarant in ſignum expletæ ſacræ expeditionis; unde & Palmarii dicti.* Idem tetigit Dantes Vit. Nov. *E diſſi Pellegrini, ſecondo la larga ſignificatione del vocabolo: che Pellegrini ſi poſſono intendere in due modi, in un larga, & un ſtretto: in largo, in quanto è Pellegrino chiunque è fuor della ſua Patria: in modo ſtretto non s'intende Pellegrino, ſe non chi và verſo la caſa di S. Jacopo, o riede. E però è da ſapere, che in tre modi ſi chiamano propriamente le genti, che vanno al ſervigio dell'Altiſſimo. Chiamanſi Palmieri, in quanto vanno oltramare, laonde molte volte recano la palma. Chiamanſi Pellegrini, in quanto vanno alla Caſa di Galitia; peroche la ſepoltura di S. Jacopo fu più lontano dalla ſua patria, che d'alcuno altro Apoſtolo. Chiamanſi Romei, in quanto vanno a Roma.* Poſtremò commemoratum Chriſti Domini triumphalem ingreſſum in urbem Hieroſolymam Eccleſia Catholica quotannis celebrat ipſo ſacræ Hebdomadæ die Dominico, læto habitu, feſtivis acclamationibus, & diſtributione palmarum. De hoc feſto vide multa apud Macros Fratres.

Palma, æ. Pro ipſo victore. Figuratè bis ponitur a Virgilio, primum lib. 1. Georg. ubi enumerans, quæ potiſſimum apud quaſque regiones proveniunt ſic habet:

India mittit ebur; molles ſua thura Sabæi:
At Chalybes nudi ferrum; viroſaque Pontus
Caſtorea, Eliadum palmas Epirus equarum

Ubi *palmas equarum* dixit pro equabus victricibus. Et iterum lib. 5. Æneid.

Emicat Euryalus, & munere victor amici
Prima tenet, plauſuque volat fremituque ſecundo.
Poſt Elymus ſubit, & nunc tertia palma Diores.

Ubi *tertia palma* eſt tertius victor in certamine curſus illic inſtituti.

Palmam referre. Quamvis hæc oratio ſimplex videatur, tranſiit tamen in dictum proverbiale, & palmam ferre, referre, tribuere, præripere communi locutione dicimus pro victoriam reportare &c. Qui tamen evenerit, ut palma pro victoria paſſim utamur, rationem affert Gellius lib. 3. Noct. Attic. cap. 6. hæc referens: *Si ſuper ejus lignum magna pondera imponas, ac tam graviter urgeas, onereſque, ut magnitudo oneris ſuſtineri non queat, non deorſum palma cedit, nec infra flectitur, ſed adversùs pondus reſurgit, recurvaturque.* Hinc fit cum ingenio virorum fortium magnopere palmam convenire: imbecilli enim animi cedunt oneri, & facilè ſuccumbunt: viri fortes ab ipſis periculis atque adeo cladibus, omniſque generis infortuniis majores fiunt, juxta illud Virgilii lib. 6.

Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito,

Ac illud Torquati Taſſi Cant. 18.

E come palma ſuol, cui pondo aggreva
Suo valor combattuto ha maggior forza
E ne l'oppreſſion più ſi ſolleva.

Addo comparationem Horatii lib. 4. Od. 4.

Duris ut ilex tonſa bipennibus
Nigræ feracis frondis in Algido,
Per damna, per cædes, ab ipſo
Ducit opes animumque ferro.

Palmarii. Vide *Palma*.

Palmaris, re. Pertinens ad Palmam, ut Palmaris ſtatua. Cic. 6. Philipp. *Sed illa ſtatua palmaris, de qua, ſi meliora tempora eſſent, non poſſem ſine riſu dicere.*

Palmarius, a, um. Idem. Terent. Eunuc. *Id verò eſt, quod mihi puto palmarium.* Ideſt victoria dignum.

Palmarium, ii. Donativum pro victoria; ſed fere ſumitur de victoria forenſi. Ulpian. *Etſi nomine palmarium cautum ſit, ſic tamen &c.*

Palmata, æ. Haud dubiè veſtis fuit peculiaris triomphantium. Ex aliqua tamen ambiguitate Scriptorum veterum factum eſt, ut paſſim confundatur cum Toga picta, & interdum etiam cum Trabea. Unam eas veſtes faciunt poſt Feſtum Turnebus, Ferrarius & alii, quibus ſuccenturiari etiam video Dempſterum in Paralip. ad Roſin. l. 10. c. 29. & Bulenger. de Triumph. cap. 18. Duplex illud triumphale geſtamen diſtinguunt tamen claris notis Florus lib. 1. cap. 5. ubi de ornamentis Etruſcorum ad Romanos tranſlatis ita loquitur: *Inde faſces, trabeæ, curules, annuli, phaleræ, paludamenta, prætexta: inde, quod aureo curru quatuor equis triumphatur, togæ pictæ, tunicæque palmatæ: omnia denique decora, & inſignia, quibus Imperii dignitas eminet.* Livius 1. dec. lib. 10. *Quos vos ſella curuli, toga picta, prætexta, tunica palmata, & corona triumphali laureaque honoraſtis.* Nec minori perſpicuitate ſermonis 3. dec. lib. 10. *Maſiniſſam primùm Regem appellatum, eximiiſque ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, ſella curuli, & ſcipione eburneo, toga picta & tunica palmata donat.* Et ne dubites inclinante imperio ea geſtamina a Scriptoribus uno fuiſſe confuſa, audi Capitolinum in Gordian. *Palmatam tunicam & togam pictam primus Romanorum privatus ſuam habuit.* Meritò proinde Salmaſius ad Vopiſcum in Carino latè primum diſtinguit eas veſtes authoritate Dionyſii & Livii, qui ubicunque loquitur de tunica triumphali, palmatam illam, ubi verò de toga, pictam, vel purpuream appellat, & optimum atque veriſſimum inter utraſque ſtatuit diſcrimen. Palmata igitur veſtis vel tunica ea erat, quæ ejuſdem figuræ clavos aureos, vel purpureos inſertos vel inſutos habebat. Toga verò picta, quæ di-

Digitized by Google

diverſis coloribus erat intexta, vel opere Phrygio, varietate quadam figurarum acu exornata. Sed de toga picta vide in ſuo titulo ſeparatim. Jam verò quod attinet tunicam palmatam iterum eſt notandum, antiquiores quidem Scriptores tunicam illam, ut dixi, appellare, quod religioſè inter cæteros retinent & obſervant Livius & Dionyſius: inferiorum tamen Cæſarum ævo vix uſpiam palmatæ tunicæ, frequenter togæ palmatæ fit mentio. Martial. l. 7. Epigram. 1. ad Loricam:

I, precor, & magnos illæſa merere triumphos,
Palmatæque Ducem ſed citò redde togæ.

Idem in aliis Scriptoribus obſervat Manutius. In re obſcuriſſima, & in utramque partem tracta a Scriptoribus illud eſt certum, duplex antiquitùs fuiſſe geſtamen triumphantium: alterum tunicam, quæ interior erat veſtis; cujuſmodi Romanorum communes albæ purpureis clavis erant ornatæ, triumphantium verò purpureæ totæ, aureis diſtinctæ clavis: & hæc quidem tunica erat palmata, ſic appellata ab iiſdem clavis, ut mox clariùs explicabo. Aliud verò triumphos ineuntium geſtamen, idque tunicæ ſuperinductum, liquet fuiſſe togam pictam. Variatum fortaſſe poſtmodum eſt; cœptæque pingi tunicæ ipſæ, & permutato veſtium opere ipſa etiam ad aliam ſignificationem tranſierunt veſtium nomina. Verùm hæc controverſia ſuum adhuc Paridem deſiderat. Obſerva interim falſum eſſe Servium ad lib 1. Æneid. ubi de origine vocis Palmatæ ita ſcribit: *Romanorum Imperatorum inſigne fuit ſella curulis, ſicut etiam palmata toga dicitur,* (togam, non tunicam dicit ex uſu Scriptorum ævi inferioris) *quam merebantur ii, qui de hoſtibus palmam reportaſſent.* Eadem ferè ſcripſerat Eclog. 10. *Triumphantes omnia habent Jovis inſignia, ſceptrum, & palmatam togam, qua utebantur illi, qui palmam merebantur.* Neque enim palmata dicitur a palma nempe victoria, ſed, ut doçet Feſtus, vel a clavis latioribus ad inſtar palmę manùs; vel a palmarum ramis opere Phrygio vel Babylonico eidem intextis vel inſutis. Neque audiendus eſt Sidonius Carm. 4.

Poſt palmam palmata venit:

Ubi poeticæ ſcilicet hilaritati, & uſui inſervit.

2. Non ita tamen peculiaris triumphantium fuit palmata, ut Conſules etiam & Prætores interdum non inſigniret. Satis id dilucidè teſtatur Anſon. in Gratiar. act. *Palmata veſtis, ut in pace Conſulis eſt, ſic in victoria triumphantis.* Maternus etiam lib. 4. Matheſ. cap. 15. *Tunc enim coronas aureas, tunc prætextas decernit, aureaſque Conſularium ſeu Proconſularium palmatas.* Adde Sidon. Apollinar. lib. 1. Epiſt. 5. *Jam coronâ ſponſus, jam palmatâ Conſularis, jam cyclade pronuba honoratur.* Ut enim obſervat Manutius, cum Conſulibus toga triumphalis attribui cœpit pro prætexta, eadem palmata dicta eſt. Audiendus etiam Valer. Max. lib. 9. cap. 1. ubi Metelli Pii luxum & lautitiam ſugillans inter alia hæc habet: *Quid ſibi voluit princeps ſuorum temporum Metellus Pius, cum palmata veſte convivia celebrabat?* Figuris etiam illuſas palmatas legimus: neque ſolum aureis quibuſdam ſtellis interſtinctas, ut diſcimus ex Appiano, verum etiam humanorum corporum, rerumque variarum delineamentis, auro & purpura eleganter variatas. Id verò etiam intendit magis ſuſpicionem de palmata apud Scriptores minus diſtincta, & frequenter promiſcue habita cum toga picta. Imò rei cæteroqui perobſcuræ majorem adhuc offundunt caliginem crebræ locutiones Scriptorum, qui trabeam etiam pro palmata, vel toga picta inducunt, quam conſtat fuiſſe regiam & conſularem veſtem. Certè Auſonius in Gratiar. act. eandem veſtem modò trabeam, modò palmatam, modò togam pictam indiſcriminatim vocat; ſic enim ſcribit: *Dimicaturus palmatæ veſtis meæ ornamenta diſponis: parum eſt, ſi qualis ad me trabea mittatur interroges: te coram promi jubes; hæc eſt picta, ut dicitur, veſtis, non magis auro ſuo, quam tuis verbis.*

3. Verùm de veſte triumphali, quocunque demum illa nomine ſit nuncupanda, variis emblematum figuris illuſtrata, Scriptores ſæpius meminerunt. Anſonius ubi ſupra: *Palmatam tibi miſi, in qua Divus parens Conſtantius intextus eſt.* Et paucis interiectis: *Conſtantius in argumento veſtis intexitur; Gratianus in muneris honore ſentitur.* Claudian. in Panegyr. Olybrii & Probini:

Lætatur veneranda parens, & pollice docto
Jam parat auratas trabeas, cinctuſque micantes
Stamine, quod molli tondent de ſtipite Seres.

Prolixiùs & eleganter Corippus lib. 1. Num.

Et talis intextam pretioſo murice veſtem,
Juſtinianorum ſeries ubi tota laborum
Nexo auro inſignita fuit, gemmiſque coruſca.
Illic barbaricas flexa cervice phalanges,
Occiſos Reges, ſubjectaſque ordine gentes
Pictor acu tenui multa formaverat arte.

Et paulò poſt.

Ipſum autem in media victorem pinxerat aula,
Effera Vandalici calcantem colla tiranni:
Plaudentem Libyam, fruges, laurumque ferentem.
Addidit antiquam tendentem brachia Romam,
Exerto & nudam geſtantem pectore mammam,
Altricem Imperii.

Ubi habes palmatam, ſive trabeam, ſive togam pictam mirifica quadam rerum varietate inſignitam: licetque obſervare non clypeos ſolum, & tentoria caſtrenſia, ſed veſtes ipſas a victoribus geſtatas eximium in modum depictas colorataſque ſuorum aut gentilium facinoribus. Non imparis texturæ veſtem exhibet tibi Claudianus lib. 2. de Laud. Stilic. Gemmæ etiam veſtibus triumphalibus a Poetis additæ. Clandian. 6. Conſul. Hon.

Conſpicuas tum flore genas, diademate crinem,
Membraque gemmato trabea viridantia cincta,
Et fortes humeros, & certatura Lyæo,
Inter Erythræos ſurgentia colla ſmaragdos
Mirari ſine fine nurus.

Quanti verò fuerint apud Romanos, & quam rarò moderatèque uſurpatæ veſtes auro & purpura intextæ, vel acu pictæ opere Phrygio & Babylonico, non panca ſunt, quæ faciunt apertiſſimum. Triumphantium illæ prius peculiares extitere; nec niſi poſt devexum in deteriores mores Imperium conceſſæ Conſulibus aut Prætoribus. Adde eaſdem religioſè habitas & aſſervatas fuiſſe. Nemo quippe privatus habere domi eas poterat veſtes: verùm in Capitolio cuſto-

ditas

Digitized by Google

ditas inde triumphum inituri ſumebant, eodem, exacto triumpho, referendas. Tradit id vetus Interpres Juvenalis ad Satyr. 10.

& medio ſublimem in pulvere circi
In tunica Jovis,

Ubi tunicam Jovis exponit habitum triumphalem, aſſervari ſolitum in Capitolio. Idem tradit Livius l. 10. *Qui Jovis Opt. Max. ornatu decoratus curru aurato per Urbem vectus in Capitolium aſcenderit*. Idem indicat Lamprid. in Sever. *Prætextam, & pictam togam, nunquam niſi Conſul accepit, & eam quidem, quam de Jovis templo ſumptam alii quoque accipiebant*. Leges etiam, ut ſuperius indicavi, vehementer taxatos Principes, ſicubi extra triumphum uſi eſſent iis veſtibus per licentioſam quandam oſtentationem: neque enim niſi a ſuperbiſſimis quibuſque Principibus id factitatum, cum inſigni ſemper dedecore & invidia populari. Sic autem Capitolin. de Gordian. *Palmatam tunicam, & togam pictam primus Romanorum privatus ſuam propriam habuit, cum ante Imperatores eam de Capitolio acciperent, vel de palatia*. Propter eandem cauſam Herodianus Commodum, Dio Neronem, Svetonius Caligulam perſtringit. Cæſari ſolùm inter reliquos honores, ut habemus ex Dione, attribuit Senatus, ut ſemper in Urbe tunica triumphali indutus incederet. Virilis illius ſpectatiſſimæque ætatis graviſſimi homines quanto noſtros mores atque delicias riſu vel indignatione proſequerentur, ſi contueri iiſdem liceret, non opulentiſſimas dicam matronas, ſed vilium opificum uxorculas, gradientes ſuperbè, & auro ſolido contextas chlamydes conterentes? O tempora! o mores!

Palmularius, ii. Vide *Parma*.

Paludamentum, i. Compertum eſt veſtem, ſive ornamenta militaria hoc nomine prænotari. Varro trahit a *palam*, quoniam Imperator cum ad bellum exit, veſtem mutat; qua palam conſpicitur. Voſſius accerſit ab origine Hebræa verbi ſignificantis operire vel velare, ex quo etiam trahit origines nominum *Pallium, & Palla*. Feſtus docet paludamento notari omnia militaria ornamenta & inſignia. Sed a Nonio preſſius exponitur pro ſpecie ornatus, qui thoraci ſuperimponebatur, non ad tutelam, ſed ornamenti gratia. Conſtat tamen Livium paludamentum pro veſte militari uſurpaſſe etiam ejus, qui non eſſet Imperator. Hinc Paludati pro militibus leguntur apud nonnullos Scriptores, ac præſertim Sidonium lib. 5. Epiſt. 7. Budæus putat paludamentum Imperatoriam eſſe chlamydem, & quale illud eſt hodie ornamentum, quod Galli vocant *Cottes d'armes*. Ex Valerio Maximo lib. 1. cap. 6. habemus Craſſo, qui apud Parthos occubuit, pullum traditum fuiſſe paludamentum, cum in prœlium exeuntibus album aut purpureum dari ſoleret. Color purpureus Imperatoriæ ejus veſtis congruit improborum ſanguini per juſtam vindictam fundendo: color albus ejuſdem veſtis ſpondere pacem poteſt imperata facientibus, admittentibus æquas conditiones. Diſtinguebatur verò paludamentum, ſive chlamys Imperatoria a reliquis paludatis militibus, quod illud erat cocco tinctum, neque ſolùm Reipublicæ tempore, ſed etiam apud Imperatores, ut paſſim legitur apud Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ, & obſervat Roſinus Antiquit. Romanar. lib. 5. Hinc Plinius: *Coccum Imperatoriis dicatum paludamentis*. Hinc Spartian. in Alexandr. Sever. *Hoc ſolùm Imperatorium habens, quod lacernam coccineam accipiebat*. Silius etiam:

At contra ardenti radiabat Scipio cocco.

Clariſſimè vero Iſidorus: *Paludamentum*, inquit, *pallium fuit Imperatorium, cocco, purpura, & auro diſtinctum*. Quod autem addit de auro, id non fuiſſe ex more militiæ veteris obſervat Lipſius. Triumphantibus quippe ſolùm paludamento auro texto uti licebat: ſed uſurpatum fortaſſe etiam aurum, cum, ſeneſcente Imperio, viguit magis ambitio Cæſarum. Milites verò cæteri non puniceo, purpureo, vel coccineo, ſed albo fere vulgarique paludamento ornabantur. Conſtat enim, ut ſuperiùs notavi, idem fuiſſe apud Romanos indumenti genus, chlamydem & paludamentum; cum nihil frequentiùs apud Scriptores occurrat, quàm chlamydati milites, vel paludati. Lucilius:

Ponè paludatus ſtabat rorarius velox.

Paludamenti vel chlamydis figuram exhibent in Imperatore paludato Lipſius de Militia Romana lib. 2., Ferrarius & Roſinus Antiq. Rom. lib. 5. Origo paludamenti ſive chlamydis apud Romanos ab Etruſcis fuit, qui novennali bello a Tarquinio ſuperati, ad eum detulerunt inſignia Principatus, quibus Etruſci ornabantur Reges. Florus: *Inde faſces, trabeæ, curules, annuli, phaleræ, paludamenta, prætexta: inde, quòd aureo curru quatuor equis triumphatur: togæ pictæ, tunicæque palmatæ: omnia denique decora & inſignia, quibus Imperii dignitas eminet*.

2. Quemadmodum dixi confundi a Scriptoribus paludamentum & chlamydem, ad eandem formam certum eſt haberi promiſcue paludamentum & ſagum. Adhuc tamen qui propriè loquuntur, paludamentum pro veſte Imperatoris, ſagum pro veſte militum gregariorum accipiunt. Juvenal. Satyr. 6.

Cumque paludatis Ducibus præſente marito
Ipſa loqui.

Livius verò paſſim paludamentum attribuit Imperatoribus: idque alii religioſè ſervant antiqui Scriptores. Confunditur tamen a Livio cum ſago lib. 1. *Princeps Horatius ibat tergemina ſpolia præ ſe gerens; cui ſoror virgo, quæ deſponſa uni ex Curiatiis fuerat, obvia ante portam Capenam fuit: cognitoque ſuper humeros fratris paludamento ſponſi, quod ipſa confecerat, ſolvit crines & flebiliter nomine ſponſum mortuum appellat*. Conſtat autem Curiatium, quem paludatum deſcribit Livius, militem manipularem, non Imperatorem fuiſſe. Leguntur etiam paludati lictores, qui profectò magnopere diſtant a dignitate Imperatoria. Liv. lib. 41. *C. Claudius Conſul veritus, ne fortè ea res provinciam exercitumque ſibi adimeret, non votis nuncupatis, non paludatis lictoribus, nocte profectus præceps in provinciam abiit*. Hæc & ſimilia teſtimonia Veterum faciunt ut vehementer ſuſpicer, quod etiam ſubobſcurè indicatum video ab Alex. Neap. Genial. Dier. lib. 15. cap. 18. paludamenti nomine duo comprehendi; veſtem Imperatoriam, & militare aliquod ornamentum; ſive illud faſcia fuerit, ſeu zona aliqua vividi coloris & elegantioris operis. Profectò Varro lib. 6. de L. L. paludamenta exponit ornamenta militaria; ſic enim de illis loquitur: *Sunt hæc inſignia & ornamen-*

ta

ta militaria; ideo ad bellum cum exit Imperator, ac lictores veſtem mutant, & ſigna iucinuerunt, Paludatus dicitur proficiſci: quæ propterea quod conſpiciuntur palàm, Paladamēta dicuntur. Exemplum ſagi pro paludamento accepti habes ex Saluſtio lib. 11. Hiſtor. apud Nonium: *Occurrere Duci, & prælium accendere, adeo ut Metello in ſagum, Hirtulejo in brachium tela venirent.* Metellus autem tunc temporis omnino Imperator erat. Hirtius etiam de Bell. African. *Cum Scipio ſagalo purpureo ante Jubæ Regis adventum uti ſolitus eſſet.* Notandum tamen eſt, Imperatores cum paludati Urbem repeterent, nonniſi depoſito paludamento eandem ingredi conſueviſſe. Id honoris enim extra ordinem a Senatu indultum fuit Pompejo Magno, ut diebus feſtis paludamentum geſtaret, ut legitur apud Dionem. Contra verò Svetonius in Vitellio cap. 11. ut rem inſolentem notat, eum Principem Romam introiſſe paludatum. Adhuc magis novum eſt, quod legitur apud Plinium lib. 33. cap. 3. de Agrippina, quæ paludamento aureo induta Naumachiam viderit. Verùm ea ſuper re vide quæ diximus in voce *Chlamys*: ubi non pauca etiam huc ſpectantia.

Paludati, orum. In libris Auguralibus, ut ait Veranius, milites dicebantur. Omnia enim militaria ornamenta, paludamenta appellari ſolita ſcribit Feſtus.

Paludatus, a, um. Qui Imperatoria induitur veſte, vel militari ornatu condecoratur. Cic. ad Caſſium: *Panſa noſter paludatus profectus eſt.*

Palus, i. Lignum teres & acutum, quod in terram defigi compingique ſolet non modo ad uſus ædificiorum, & conſerendarum arborum, ſepiumque fulciendarum, in quam ſententiam Tibullus lib. 1.

Hic docuit teneram palis adiungere vitem,

Verùm etiam ad multa militiæ commoda ac præſertim in re munitoria tum obſidionali tum propugnatoria. Palis ſiquidem validè in terram compactis, certoque defixis ordine, ſeriatim, cancellatim, decuſſatim, pro multiplici apud diverſos populos agendi extruendique uſu, conficiuntur aggeres, ſive acceſſus obſidionales, & omne genus munitionum præcipue tumultuariarum, de quibus a nobis eſt ſæpius actitatum: *Palafitta, Palancata, Palizzata, Paliecciata*. Hinc etiam projecturæ illæ feneſtrarum, ſive pergulæ & podiola, quæ Italicè dicimus *Balconi*, quaſi *Palconi* a palis dicuntur: quoniam antiquitùs non opere cæmentitio, vel ſecto marmore, ſed palis duntaxat & prominentibus vallis extruebantur. Hinc etiam ſolaria & contignationes, quoniam ex contentis palis, tignis, & aſſeribus ſolent confici nomenclaturam accipiunt. Nec aliunde appellatio eſt vivariis illis & ferarum ſepimentis, quæ vulgò dicuntur *Parchi*, vel *Barchi*: quoniam palorum ſive ſudium cancellis muniuntur. Joannes Villani lib. 6. cap. 1. *Fece il Parco delle uccellagioni, e fece il Parco della caccia preſſo a Gravina*. Nihil enim opus eſt harum vocum originem accerſere a Belgicis & Germanicis dictionibus, ut contendit Voſſius de Vitiis ſerm. lib. 11. cap. 15. A palo habemus verbum *palo*, quod eſt palis fulcire & communire. Colum. lib. 11. cap. 2. *Ut vitis paletur, & capite tenus alligetur*. Sed longe aliam ſignificationem habet verbum deponens *palor*, quod eſt diſperſo gradu errare temerè & vagari. Occurrit creberrimè apud Hiſtoricos, ubi agitur de fuga copiarum, disjectiſque militum ordinibus. Liv. lib. 5. *Jam obſidionis tædio victi abſcedant, vagique per agros palantur, cibis vinoque raptim hauſto repleti*. Trahunt quidem nonnulli hujus originem verbi ab adverbio *palàm*, quaſi palari ſit pàlam errare: Sunt etiam qui ad Græcanicam originem confugiunt: ſed plane ſiſtendum in obvia origine vocis *Palus*. Palatos milites pro diſperſis ſæpius habent Scriptores militares. Liv. lib. 3. de Bell. Punic. *Alius exercitus primò per agros ſilvaſque fugâ palatus*. Et alibi: *Per agros palati milites frumentum, & ſiqua alia uſui eſſe ad veſcendum poterant, ad naves retulere*. Demum non modo lignea ſpectatorum podia, *Palchi* & *Palchetti* hinc appellationem habuere, verum etiam ſuggeſtus ille emortualis & ferale pegma, quod Italicè dicimus *Catafalco*. Recenſetur autem vox illa inter hybridas, conflaturque ex dictione Græca κατα, & *palco*, uſitata mutatione literæ *p* in aſpiratam *ph*. Eſt enim *Catafalco* ſtructura ſeu pegma palis in gyrum fere conſitum & ſublatum. Vide Tit. *Diſpalo*.

Palo, as. Vide *Palus*.

Palor, aris. Vide *Palus*.

Palati milites. Vide *Palus*.

Palus, i. Alia notione Palum vocamus genus bellicæ exercitationis. Duplex illud; alterum pedeſtre, equeſtre alterum. Chariſius Palariam vocari hoc genus bellici meditamenti ſcribit Inſtit. Grammat. Tirones ad palum pedeſtri proluſione in hunc modum erudiebantur. Altè in terram defigebatur palus ſex eminens pedes ad juſtam viri ſtaturam, quem tirones cominus ſudibus, ſeu ligneis gladiis feriebant: in eumque aſſiliendo, & reſiliendo ſe exercebant. Hujus præluſionis meminit Juven. Satyr. 6.

aut quis non vidit vulnera pali,
Quem cavat aſſiduis ſudibus, ſcutoque laceſſit,
Atque omnes implet numeros.

Meminerunt etiam Plato 7. de Legib. Ariſt. in Politic. Vide Mercurialem lib. 3. de Arte. Gymnaſtica cap. 4. ſed omnium enucleatiſſimè Veget. lib. 1. cap. 11. *A ſingulis autem tyronibus ſinguli poli defigebantur in terram, ita ut nutare non poſſent, & ſex pedibus eminerent. Contra illum palum tanquam contra adverſarium tiro cum crate & clava, velut cum gladio ſe exercebat & ſcuto, ut nunc quaſi caput aut faciem peteret, nunc a lateribus minaretur; interdum contenderet poplites, & crura ſuccidere, recederet, aſſultaret, inſiliret, & quaſi præſentem adverſarium, ſic palum omni impetu, omni bellandi arte tentaret. In qua meditatione ſervabatur illa cautela, ut ita tiro ad inferendum vulnus inſurgeret, ne qua ex parte ipſe pateret ad plagam*. Erant huic exercitio adducendo publicè comparati deſtinatique Campidoctores & armorum Magiſtri. Hoc aliiſque præclaris militiæ meditamentis copias ſuas inſtituiſſe Cæſarem narrat Hirtius in bell. African. *Cæſar contra hujuſmodi hoſtium genera copias ſuas non ut Imperator exercitum veteranum, victorem maximis rebus geſtis; ſed ut Laniſta juniores gladiatores condocefaceret, quo pede ſe reciperent ab hoſte, & quemadmodam obverſi adverſariis, & in quanto ſpatio reſiſterent, modò procurrerent, modò recederent, comminarenturque impetum*. Quibus ad palum pugnantibus res

pro-

Digitized by Google

procedebat parum feliciter, minus idonei habebantur tum ad rem Martiam, tum ad gladiaturam: fuit quippe tironibus bellicis & gladiatoriis exercitatio illa communis: Veget. ibidem: *Palorum enim uſus non ſolum militibus, ſed etiam gladiatoribus plurimum prodeſt. Nec unquam aut arena aut campus invictũ armis virum probavit, niſi qui diligenter exercitatus docebatur ad palum.* Punctim autẽ, non cęſim feriebant more Romanorum, qui cæſim ferientes irridere ſolebant. Vide Titul. *Punctim.* Interim obſerva Vegetium ſibi in hoc diſſentire, qui lib. 1. cap. 12. ita ſcribit: *Præterea non cæſim, ſed punctim ferire diſcebant.* Contra verò lib. 2. cap. 23. *Ad palum quoque vel ſudes iuniores exerceri percommodum eſt, cum latera, vel pedes, aut caput petere punctim cæſimque condiſcunt.* Id Stenvechium non advertiſſe miratus ſum. Nec verò cominus duntaxat clavis, ſed eminus quoque miſſilibus palum petebant. Veget. ibidem: *Miſſilibus etiam palos procul ferire meditentur, ut & ars dirigendi & dextræ virtus poſſit adcreſcere.* Clavæ ſive ſudes, quibus dixi palum feriri ſolitum, duplo graviores erant legitimis gladiis, quemadmodum duplum pondus habebant crates, quibus ſcuta mentiebantur. Utebantur etiam Pannonicis pileis ex dura gravique pelle conſutis, ut plane levior illis poſtea galea videretur. Efficiebat ea meditatio ut cum ſumenda arma eſſent, tanquam ad leviorem ſarcinam reſpiraret miles; profectò ut proluſio & tentamenta Martis Romani ipſo bello duriora eſſent. Hujus generis eventum memorabilem poſteris tradidit Polybius lib. 1. Romani ſiquidem navali bello adverſùs Carthaginienſes dimicaturi, quo tempore navigia adornabantur, collocatis in arena ſubſelliis exercebant ſe in ſicco remis agendis, protendentes & adducentes brachia, ut facturi erant in pelago, ad ficti navarchi vocem nutumque; laborioſiùs omninò graviuſque defatigati litorali illa aridaque adumbratione, quàm vero poſtmodum labore navali. Certo numero non finiebatur memorata exercitatio. Duo interdum pluresve, quandoque univerſæ copiæ depactis palis ſimulato conflictu detinebantur. Hujus exercitamenti meminit Triſſinus Ital. Liber. lib. 6.

E dapo queſte ivano contro un palo
Nodoſo e groſſo, e di robuſto legno,
Ch'avanzava ſei piè ſopra la terra:
E con un ſcudo grave & una mazza,
Ch'era di peſo doppio d'una ſpada,
Combattean ſeco, e come a lor nemico
Tentavan di ferirlo hor nella gola,
Hora ne' fianchi, & hora nella faccia;
Nè gli menavan mai ſe non di punta.

Eandem concertationem exponit Cornazanus lib. 1. capit. 3. Facio quidem libenter, ut quæ præfatus author in eam artem illuſtrandam vernaculis numeris ſapienter eruditèque comprehendit, exſcribam aliquando. Ægrè tamen mihi eſt ejus operis editionem apud me extare innumeris pene mendis coinquinatam, licet cæteroqui ejuſdem authores fuerint typographi Florentini Hæredes Junctarum, notiſſimæ apud omnes diligentiæ & elegantiæ in voluminibus edendis & excudendis. Impreſſum verò opus habeo Anno M. D. XX. Equidem non minimum moleſtiæ devorandum fuit mihi ſæpiùs in genuino Authoris ſenſu extricando, evolvendoque ab impeditiſſima perplexaque ſcriptura, quæ minimam interpunctionum rationem ducit, monoſyllaba conſequentibus verbis conjungit, producenda corripit, corripienda producit, & ubique imperitè affectat latinitatem. Ut id ſemel præfarer ad fidem etiam meam pertinere duxi, ut conſtet apud te mihi ratio emaculatæ ejuſmodi editionis, & variatarum quandoque vocum, præſertim ubi id Italici rhytmi neceſſitas pòſceret. Accipe nunc quæ de exercitatione Romanorum ad palum complectitur memorato in loco:

Alcune piazze havean chiamate agoni,
In mezzo a cui ſi piantavan pali
A gli ſcholar, che ſi dicean tironi.
Gli ſcudi havean di vimini, non quali
I veri ſon, ma di peſo due tanta
Per ben conſuefarſi a tutti i mali.
Una mazza anco in man di verde pianta
Per viceſpada, pur di doppia pondo:
Dicono alcun che libre era quaranta.
Che da queſto grave habito al ſecondo
Venendo, gli parean l'armi camiſa;
Sì, che 'l nemico ne rimanea in fondo.
Armati di legname in queſta guiſa
Contra quel palo, come ſua ribello,
Facevan coſe non da tor per riſo.
Come toro adirato in un drapello
Di giovenche amoroſe in geloſia
Vien da ſe ſteſſo al Martial duello.
Uſcita fuor della publica via
A qualche tronco d'una quercia vecchia
S'accoſta, per provar ſua gagliardia.
Ad ogn'atto, che fa, ſeco ſi ſpecchia,
Corre nel arbor, poiche l'ha percoſſo:
Al ſuo proprio furor tende l'orecchia.
Feriſce i venti di gran furia moſſo:
Co' piè poſterior ſparge l'arena:
Mugge; e di rabbia nuota ogni gran foſſo.
Queſto, ſe poi la ſua ventura il mena
A ſcontar l'avverſario, in un inſtante
Il fere, e vince, e lui non ſente pena.
Così i garzon Roman col palo avante
Due fiate il dì s'eſercitavan prima,
Al modo già predetto guerreggiante.
Ferivano quel pal da capo a cima
Con tutto quel vantaggio al trar di botte,
Che ſervar poſſa un buon maſtro di ſcrima.
Da lati, da traverſo, e ſopra, e ſotto,
Tentavano quel pal com'huomo vero,
Ed in tal forma ogn'un ſi faceva dotto.

2. Equeſtris exercitatio ſive decurſio ad palum fit a tironibus equos citato curſu dirigentibus, vel ad trajiciendum lancea annulum fune appenſum, vel ad feriendam humanæ figuræ verſatilem ſtatuam, ſiniſtra verſatilem item clypeum geſtantem. De hoc certamine conſule Titulum *Quintana.*

PAN, nis. Silveſtrium ac ruſticanorum Deorum facilè Princeps; paſtorum verò Numen & Præſes antiquiſſimus. Ipſe tamen invito otio atque ſecuritate ſylvarum in rei bellicæ partem non ignobilem venit. Diſciplinam quippe militarem a Pane Bacchus didicit: ab eodem etiam ordinis militaris, phalangis, & utriuſque exercitus cornu diſponendi inventionem habuimus, ut apertè tradidit Polienus lib. 1. Stratag. *Dionyſii, ſive Bacchi dux fuit in militia Pan. Is primùm reperit Ordinem, nominavit Phalangem,*

cornu inſtituit dextrum, ac lævum: ex quo cornutum etiam Pana vulgò deſingunt. Idem non fiſtulam duntaxat adinvenit, quod imbelle eſt, & paſtoritiis cantilenis accommodatum, muſicum inſtrumentum, verum etiam repertor fuit tubæ prœliaris; ut a nobis eſt obſervatum in Titulo *Paniei Terrores*.

Panathenæa, orum. Præcipua fuit & maxima ſolemnitas cum publicorum celebratione ludorum atque certaminum apud Athenienſes in honorem Minervæ, quæ patrocinio ſuo atque adeo nomine indito eorum prius urbem nobilitaverat, receptaque in ſummo arcis faſtigio ſingulari ab iiſdem ſtudio & obſequio excolebatur. Sic ea ſolemnia nominavit Theſeus, poſtquam univerſos Aſiæ atque adeo Græciæ ipſius populos in unam urbem coegit, ut nulla non edita ſignificatione lætitiæ, ludis præſertim conſtitutis, Deam gentis ſuæ Præſidem obnixè devenerarentur, quemadmodum narrat Pauſanias in Aread. Ferunt autem inventa olim & celebrata ſimpliciùs ea feſta ab Erychthonio Rege Athenienſium, dictaque fuiſſe Athenæa, ideſt Minervalia. Duplicia fuere: alia majora, quæ indicebantur quinto quoque anno: alia minora, quæ recurrebant quotannis. Celebrabantur die duodecima menſis Hecatombæonis. Tetigit Quinquennalia Panathenæa Plautus in Mercat.

Neque niſi quinto quoque anno poſſe inviſere
Urbem; atque extemplò inde ut ſpectaviſſem
peplum,
Rus rursùm confeſtim exigi ſolitum a patre.

Fit autem his verſibus pepli mentio, quoniam inter alias ceremonias, ejus pompæ peculiares, circumferri ſoleret publicè contextum a virginibus peplum, quod erat Minervæ geſtis depictum, vel opere Phrygio variatum. Neque omittendus hic ritus Athenienſium egregius intexendi deſcribendive eodem peplo eorum nomina, qui illuſtri aliquo facinore de Republica eſſent meriti. Innuit id Ariſtophanes in Equit. ubi viros illuſtres ac fortes peplo dignos nominat. Meminit porrò ejus ritus Virgilius, ſeu quicunque fuerit alius author Poematis, quod inſcribitur Ciris.

Sed magno intexens, ſi fas eſt dicere, pepla,
Qualis Erecbtbeis olim portatur Athenis,
Debita cum caſtæ ſolvuntur vota Minervæ,
Tardaque confecto redeunt quinquennia luſtro.

Complectebantur Panathenæa, ſive feſta Panathenaica, certamina ferè omnia, quæ communia & uſitata erant cæteris Græcorum ludis, equeſtres præſertim decurſiones, Pyrrhicam, & aurigationes. Nefas erat pompam ludicram ſpectare quemquam tincta veſte: quod ſi quis auderet, confeſtim ab Agonotheta indicto ſupplicio luebat audaciam, ut notat Lucianus in Nigrino. In honorem etiam Minervæ, quæ oleæ inventrix extiterat, non ſolum oleaginâ coronâ decorabantur Athletæ, & urnâ olei donabantur victores; verum etiam, ut Xenophon tradit in Convivio, non poſtremam feſtivi apparatus partem obtinebant ſenes oleæ ramum geſtantes: neque verò dejecto corpore aut rugis exarati, debileſque cruribus deligebantur, ſed qui cæteris forma præſtarent, erudamque ac viridem ſenectam, ut Virgilius loquitur, palàm oſtenderent.

Pancsria, æ. Lorica, ſeu munimentum, quod ventrem tegit. Ventrale. Joannes Turoczius in Chronico Hung. *Habebat Sampſon ſubtunicam panceriam, & præ gravamine loricæ natare non poterat*. Italis *Panziera*, *Panzerone*.

Panchates. Nomen equi in ludis a Scipione celebratis in Africa apud Silium lib. 16.

proximus ibat
Aſtur Panchates: patrium frons alba nitebat
Inſigne, & patrio pes omnis concolor albo.
Ingentes animi, membra haud procera, decenſque
Corporis exiguum: ſed tum ſibi fecerat alas
Concitus, atque ibat campo indignatus habenas.

Pancratium. Genus ludicri, ſed atrocis certaminis. Sic Græcè appellatum, quaſi omnes vires exercens. Celebrabatur quippe omni educto virium robore & contentione nervorum: calcibus, pugnis, genibus, manibus, dentibus, membriſque omnibus ad nocendum exertis, Pancratiaſtæ inſurgebant ad pugnam. Falluntur primùm, qui Pancratium exponunt ludum gymnicum pentathlo, ſive quinquertio conſtantem, ut Pancratiaſtæ fuerint pentathli, ſive quinquertiones, hoc eſt, qui palmam retulerint ex quinque ludicris certaminibus, luctatione, diſco, pugilatu, pugna ſuper pavimento, & jaculatione. Nec verò minus hallucinati ſunt, qui docuerunt exercitationis gymnaſticæ genus fuiſſe, compoſitum ex lucta & pugilatu; aliud porrò Pancratii genus diſtinguentes, quod appellant volutatorium: Anthyllus autem apud Oribaſium Collectan. lib. 6. cap. 27. vocitat luctam ſuper pavimentum. Ut enim optimè obſervat Salmaſius ad Solin. cap. 24. ex Theocrito & aliis non fuerunt duo Pancratii genera, alterum ex pugilatu & luctatione conſtans, alterum, ut Mercurialis & alii nominant volutatorium, ideſt luctamen ſuper pavimento; ſed hoc ultimum duntaxat fuit Antiquis verè Pancratium, licet ipſum ex luctamine & pugilatu eſſet conflatum. Conſtat enim luctatores ſtantes erectoſque ita decertaſſe, ut antagoniſtam in terram affligere duntaxat ſatagerent. Nefas illis pugnis cædere, quod erat peculiare pugilum; nefas etiam in ſemel proſtratos ſævire, aut mutuos in terra complicare nexus, ultraque fatigare Martem ludicrum. Soli eorum niſus ad ſubvertendum hoſtem ſupplantandumque dirigebantur. Subortum tamen poſtea aliud concertationis genus, quo per terram omnimodis nexibus complicari invicem, & quaquaversùs in arreptos æmulorum artus ſubire, eoſque morſu, talitris, manuque, & unguibus apprehendere moris fuit, donec concertantium alter, ſublato digito, victum ſe fateretur. Atque hoc ſcilicet Antiquorum Pancratium fuit, ut oſtendit ſchema exhibitum a Hieronymo Mercuriali de Arte Gymnaſt. lib. 2. cap. 8. ex antiquis nummis Saluſtii eujuſdam, qui ſub Valentiniani & Placidiæ Auguſtæ principatu, Africæ Regno vi occupato, ludos ſimiles, atque alios ob victoriam edidit. Colligitur tamen ex Pauſania lib. 5. Pancratiaſtes non adſtrictis pugnis ut pugiles, ſed inflexis digitis decertaſſe. Teſtimonium de Pancratio habemus apud Quintilianum lib. 2. in hæc verba: *Peritus non, ſi docendum Pancratiaſten ſuſceperit, pugno ferire, aut calce tantùm, aut nexus modo, atque in his ictus aliquos docebit*. Gellius etiam lib. 13. cap. 26. de Pancratiaſtis, ſive, ut ipſe vocat, Pan-

Digitized by Google

Pancratiis, ita loquitur: *Ad ea cavenda atque declinanda proinde eſſe oportet animo ſemper prompto atque intento, ut ſunt Athletarum, qui Pancratiæ vocantur, nam ſicuti illi ad certandum vocati projectis altè brachiis conſiſtunt, caputque & os ſuum manibus oppoſitis quaſi vallo præmuniunt; membraque eorum omnia, priuſquam pugna mota eſt, aut ad vitandos ictus cauta ſunt, aut ad faciendas parata: ita animus atque mens viri prudentis &c.* Jam verò Antæi pugnam cum Hercule in Lybia, quam plerique Scriptores Gymnici referunt ad luctationem, Pancratio meritò adſcribit Salmaſius loco indicato. Inſiſtit autem Solini verbis, qui ita ſcriptum reliquit: *Ubi Antæi regia, qui implicandis explicandiſque nexibus humi melius ſciens, velut genitus matre terra, ibidem Herculi victus eſt.* Quibus verbis aperte ſignificatur totam illius pugnæ rationem verſatam fuiſſe in flexuoſa complicatione membrorum; Antæo non erecto corpore depugnante, ſed terræ adhæreſcente, quam & parentem & auxiliatricem novaſque ſuggerentem vires habuit. In hoc igitur contendebant ludentes Pancratio, ut pugnis talitriſque cædendo, adſtringendo fauces, defringendo pedum manuumque digitos, ad hæc depilando, mordendo, vellicando adverſarium adigerent ad apertam confeſſionem victoriæ, quam vel voce edita, vel ſublato digito teſtaretur. Eadem apertæ vocis teſtificatio, vel ſublatio digiti accipiebatur in victoriæ confeſſionem in pugilatu. Quare Lacedæmonii vetabant ſuos cives iis ludis exerceri, in quibus quoquomodo ſe quiſpiam ſuperatum fateretur. Tradit id Seneca lib. 5. de Benefic. cap. 3. *Cum invictos eſſe Lacedæmonii cives ſuos magno æſtimarent, ab his certaminibus removerunt, in quibus victorem facit non Judex, non ipſe exitus, ſed vox cedentis.* Aliam inſuper, nec ſane incommodam rationem adjicit Turnebus lib. 27. cap. 8., quamobrem Spartani Pancratium & pugilatum damnaverint: nimirum quoniam ejuſmodi ludi debilitarent ardorem animi: frequenter enim ita plagis vulneribuſque malè mulctati diſcedebant ex arena, ut ſegniores in poſterum redditi omnem certaminis aleam detrectarent. Atrox certè & perhorridum, cruentumque fuiſſe pugnæ genus coniicio, ut vix quidpiam a vero & legitimo Marte diſtaret, ne dum adumbratio illa eſſet, & urbana proluſio conflictuum militarium. Nonnihil tamen ad bellicam Athleticam conduxiſſe Pancratium teſtimonio ſunt viri nobiles, qui illo exerceri non perhorruerunt. Equidem Phrynon Dux Athenienſium clariſſimus fuit Pancratiaſtes; quem tamen Pittacus Mitylenæus involutum laqueo, quem clypeo latentem abduxerat, ſuperavit. Autolycus etiam ob ſingularem Pancratii peritiam ſtatuam Athenis meruit in Prytaneo. Nihilominus ob laboris magnitudinem, & cruenti certaminis truculentiam minus admiſſas legimus fœminas ad certandum Pancratio, quas cæteroqui ſcimus a Græcis legislatoribus a luctatione & pugilatu nequaquam fuiſſe excluſas. Certè Plato lib. 8. de legib. interdixit Pancratio puellis, quæ nubiles non eſſent. Sed exercitas eo etiam ludo fœminas teſtatur Propertius lib. 3. Eleg. 13.

Et patitur duro vulnera Pancratio.

Vide præter indicatos Scriptores Hoſmannum, Scaligerum in præfatum Propertii locum, & Petrum Fabrum in Agoniſt.

PANICI TERRORES. Eruditè & diligenter, ut ſolet, de terroribus Panicis agit Politianus Miſcell. cap. 28. Sunt autem illi ſubitæ quædam conſternationes metuſque lymphatici, quibus qui corripiuntur, nullo rationis imperio ad ſanam mentem revocari poſſunt. Eorum origo refertur ad Panem Deum, qui licet nemorum ſaltuumque Numen apud Antiquos fuerit, adhuc tamen auſpiciis optimis in arma proceſſit. Cum verò tubam, ſive obtortam concham inveniſſet, ejus primùm inflatæ ſonitu, ignotoque ad eam diem clangore, ita Titanas perterruit, ut in fœdiſſimam fugam effuſi, ſuique minime compotes, nec perturbatis animis quietem, nec tutum corporibus effugium nanciſcerentur. Habemus id ex Theone antiquo interprete Arati Poetæ. Scribit ille: *Militaſſe Pana Deum adversùs Titanas, primumque eum videri concham illam tortilem & turbinatam, qua pro tuba utuntur, inveniſſe, quæ Græcè Cochlos appellatur, factumque ipſius opera, uti ſe armandi ſociis ita fieret copia, dum ſonitu quocunque illo, qui Panicos vocatur, in fugam Titanes agebantur.* Non igitur mirum, ſi Interpres alius Syneſii terrores Panicos proprios eſſe ſcripſerit copiarum militarium, cum viri equique ſolutis ordinibus perturbantur nulla formidinis cauſa cognita, ſed quodam ſyderum afflatu. Aliam Panici terroris cauſam affert Polyænus l. 1. Stratag. cujus verba refero in Tit. *Clamor Panicus.* Nonnus Poeta Dionyſ. 10. furiis agitatum deſcribens Athamantem, eundem inſano Panos flagello percitum teſtatur. Meminit etiam terroris Panici Euripides in Medea, ubi vetus Interpres notat terrorum repentinorum cauſam Pani Deo a Priſcis fuiſſe attributam. Cicero ipſe de Panicis terroribus non ſemel ſermonem iniicit Epiſt. ad Tyronem: *Et ſi Atticus noſter, qui quondam me commoveri* πανικοῖς *intellexit, idem ſemper putat, nec videt quibus præſidiis philoſophiæ ſeptus ſim.* Ad Atticum lib. 5. *Scis enim quædam* πανικὰ *dici.* Verum prorſus ad vivum eoſdem terrores expreſſit Valerius Flaccus Argonaut. lib. 3.

dant æthere longo
Signa tubæ, vox & mediis emiſſa tenebris.
Hoſtis habet portus, ſoliti rediere Pelaſgi,
Rupta quies, Deus ancipitem lymphaverat urbem
Migdoniæ Pan juſſa ferens ſęviſſima matris,
Pan nemorum bellique potens, quem lucis ab oris
Antra tenent, patet ad medias per devia noctes
Setigerum latus, & torvæ coma ſibila frontis.
Vox omnes ſuper una tubas, qua conus & enſes
Qua trepidis auriga rotis, nocturnaque muris
Clauſtra cadunt, taleſque metus non Martia caſſis
Eumenidumque comæ, non triſtis ab æthere Gorgon
Sparſerit, aut tantis aciem raptaverit umbris.
Ludus & ille Deo, pavidum præſepibus aufert
Cum pecus, & profugi ſternunt dumeta juvenci.

2. Neſcio quid ſimile Panicis terroribus ingenerabant Corybantes Berecynthiæ Matris Deûm ſacerdotes, a cujus ſacris furorem quendam entheatum, ardoremque vaticinandi hauriebant. Ejuſmodi ſacrorum vox erat peculiaris gallari. Ut enim a Bacchis Liberi ſociis fit bacchari, quod

Digitized by Google

verbum exprimit divini genus quoddam furoris impreſſum Bacchi ſociis; ſic a Gallis, qui Berecynthiæ, ſive Cybeles erant myſtæ & ſacrificuli, ſit gallari; quod eſt furere, ſive corripi terriculamentis quibuſdam, quæ ex iiſdem ſacris, & a Dea eorum auſpice afflabantur. Meminit autem hujus verbi Varro in Satyr.

Nam quæ venuſtas hic adeſt Gallantibus.

Galli autem Cybeles comites dicebantur, non a Gallia, regione notiſſima, ſed a Gallo Phrygiæ fluvio, ad quem ſua Orgia exercebant; ſive quoniam ex eo bibentes incipiebant furere, interque morboſa phantaſmata & imagines, quæ oculis obverſabantur, triſti voce & ululatu horrenda canebant. Id ejus vocis thema ſic expreſſit Ovid. 4. Faſt.

Cur igitur Gallos, qui ſe excidère, vocamus,
Cum tanto Phrygiâ Gallica diſtet humus?
Inter, ait, viridem Cybelen, altaſque Celœnas
Amnis it inſanâ nomine Gallus aquâ.
Qui bibit inde furit: procul hinc diſcedite queis eſt
Cura bonæ mentis: qui bibit inde, furit.

De eodem fluvio & origine comitum Matris magnæ Herodianus in Commodo: *Antiquitùs Phryges Orgia celebrabant ad fluenta fluvii Galli, a quo nomen habuere, qui Deæ caſtrati conſecrantur.* Meminit ejuſmodi Gallorum Lucanus lib. 1.

crinemque rotantes
Sanguinei populis ulularunt triſtia Galli.

Catullus etiam de Aty ipſam Cybeleo Gallam nominat:

Agite, ite ad alta Gallæ Cybeles nemora.

Apud eundem Catullum habes latè deſcriptum ibidem furorem eadem ſacra frequentantium, & quidem carminis genere, quod ab iiſdem Gallis dicitur Galliambus. Hinc morbi genus, qui dicitur Corybantiaſmus, quoniam vaniſſimi animi metus atque terrores a Corybantibus credebantur immiſſi. Eo morbo terrifica quædam ſpectra larvæque verſari minarique videbantur ante oculos; ita ut ægrorum aures incondito quodam triſtique ſonore tinnirent. Commemorato languore correpti laborabant maxime vigilia & inſomniis: quod ſi quietis aliquantulum caperent, apertis id faciebant oculis. Meminit ejus morbi Plinius lib. 11. cap. 37., ubi hæc habet de oculis: *Quin & patentibus dormiunt lepores, multique hominum quod* νυκτάλωπας *Græci dicunt.* Sic enim ſcribendum ex veteri Authographo exiſtimat Salmaſius adversùs conjectationes alias Turnebi, & Scaligeri. Prædictis vanis terroribus occurrere & mederi Antiqui crediderunt adamantem gemmam, de qua ita ſcribit Solinus cap. 52. *Utpote qui lymphationes abigunt, mentium vanos metus pellunt, venenis reſiſtunt.* Quæ ex Plinio pene ad verbum, ut ſolet, hauſit: *Adamas & venena irrita facit, & lymphationes abigit, metuſque vanos expellit a mente. Et ob id quidam eum Ananchiten vocavere.* Sic enim iterum legit Salmaſius adversùs aliorum conjectanea in acceptione & explicatione Græci vocabuli additi a Plinio, omiſſique a Solino. Vocarunt itaque Veteres adamantem Ananchiten, a Græca voce ἀνάγκη, quæ a Latinis neceſſitas dicitur. Uſurpatur autem inprimis vox illa ad exprimendum quidquid ſubito vanoque pavore percitos animos ſuæ ſpontis eſſe non ſinit. Habemus hinc poculum Anancæum apud Plaut. in Rudent.

Credo Hercle anancæo datum quod biberet.

Ubi Lambinus aliique frivolè advocant poculum capax ad inſtar urnæ judicialis; cum ibi poculum anancæum ſit calix extremæ neceſſitatis, quod Horatius dixit neceſſitatem fati. Dicta autem ſunt anancææ ſive fatales lymphationes, vana, ut Apulejus loquitur, occurſacula, imaginarii metus, defixiones Magicæ, ac demum quidquid nos præter voluntatem aliquò rapit, ſive id Magica poteſtate contingat, ſive lævi cujuſdam genii inſtinctu, quo mentis uſus abripitur, ut indicare non deſtitit etiam Dantes Infern. Cant. 24.

E quale e quei, che cade, e non sà como
Per forza di Demon, ch'a terra il tira,
O d'altra oppilazion, che lega l'huomo.

Nota autem verbum ligare uſurpatum a Dante aptiſſimè & admodum propriè. Ligare ſiquidem & defigere propria ſunt vocabula vel Magicæ facultatis, vel ſortilegiis addictorum hominum. Plin. lib. 24. *Defigi quidem diris deprecationibus nemo non metuit.* Adde illa apud Comicum: *Audin tu? hic furti te alligat.* Et apud Horatium: *Mentem vincire lyæo.* Frequentiſſimè verò in rebus veneficis in uſu ſunt verba ligare, defigere, vincire: præſertim apud Poetas, ubi loquuntur de philtris amatoriis, de faſcino, de ceſtu, ſive cingulo Veneris. Similem defixionem, ſive illigationem Magicam notavit Lucanus lib. 6. in hyæna:

Viſcera non lyncis, non diræ nodus hyænæ.

De qua etiam Plinius: *Et quibuſdam Magicis artibus omne animal, quod ter luſtraverit, in veſtigio hærere.* Verùm iſthæc ex Magica vanitate futilia fere ſunt & nugatoria. Doctores ſacri eadem fere verba uſurpare ſolent, ubi quempiam dicunt anathematum vinculis innodatum, conſtrictum, obligatum. Hæ ſcilicet Eccleſiaſticæ in ſacrarum legum violatores pœnæ graviſſimæ, & æſtimandæ maximum in modum, & magnopere ſunt pertimeſcendæ. Cæterum de commemoratis ac fere fictitiis terroribus vide plura apud Salmaſium in Solin. cap. 52. A terroribus Panicis habent Neapolitani voces vernaculas *Panteco*, pro ſideratione quadam, & quaſi repentini metus afflatu, & *Spanteco*, quod eſt ſubito commoveri, atque perterrefieri.

PANICUS CASUS. Per adagium dicitur de tumultu caſuque ſubito repentinam formidinem incutiente, & quaſi a Numine quodam incuſſo metu. Non ſemel utitur hoc proverbio Tullius. Hæc autem ad Atticum: *Ego bellum fœdiſſimum futurum puto, niſi qui, ut tu ſcis, Panicus caſus extiterit.* Idem alibi: *Rumorem afferunt magnum Romæ, dum ad Antonium frumentum omne portari, Panicum certè &c.* Dicuntur autem caſus Panici, a Pane Deo, qui ſubitas animi conſternationes & repentinos terrores immittere credebatur. Fiebat hujuſmodi terriculis, ut uſus etiam mentis adimeretur. Pindarus verò in Nemeis author eſt non eſſe vitio vertendum, ſi viri etiam fortes ad hujuſmodi terrores fugiant, expalleſcant; accidere nimirum id metu quodam Deorum atque religione.

PANIS CASTRENSIS. Vide *Buccellatum.*

PANOPLIA, æ. Latinè omnis armatura, ſive armatura perfecta, cum quis omnibus armis neceſſariis eſt inſtructus. Gloſſ.

PAPILIO, onis. A ſimilitudine papilionis vermiculi

culi alati, papiliones vocari cœpta tentoria a Scriptoribus minus puræ Latinitatis: nam qui ex Plinio locus adduci ſolet, ſuſpectus eſt. Sic autem dicuntur non ſolum tabernacula gregariorum, de quibus Veget. l. 1. cap. 3. *Interdum ſub divo, interdum ſub papilionibus commorentur*; verum etiam Imperatorum. Lamprid. in Alex. Sev. *In procinctu atque in expeditionibus apertis papilionibus prandit, atque cœnavit.* Aurati præterea papiliones leguntur apud Trebell. in xxx. Tyr. Sed vide Salmaſium ad Spartian. In Feſcenn. Papias ex Iſidoro: *Papiliones tentoria dicuntur a ſimilitudine parvi animalis. Hæ ſunt aviculæ lumine accenſo conveniunt, & circa volitantes ab igne proxime interire coguntur.* Parum diligenter Iſidorus aviculas dixit, quæ inſecta nominare debuerat. Papiliones dicuntur tentoria militum a tenſis deorſum alis ejus inſecti, dum flores legit. Hieronymus Aleander Riſpoſta all'Occhiale dello Stigliani: *La voce di padiglione viene da* Papilio: *che così i Latini de' tempi baſſi cominciarono a nominare quello, che prima ſi diceva* Tentorium. *E ſe non m'inganna, preſero queſta nominanza dal parpaglione, il quale era pur detto appo i Latini* Papilio. *Forſe perche, poſando i parpaglioni ſu qualche fiore, o erba, e ſtendendo quelle lor grand'ali all'ingiù, pare che moſtrino la forma d'un padiglione.* Ferrarius tamen in dictione *Farfalla*, quæ Latinis eſt Papilio, monet tentoria appellata fuiſſe papiliones, non ab alis extenſis eorum inſectorum, dum flores delibant; ſed quoniam papilio quodlibet genus culicis Latinè dicitur; adversùs quod animalculorum genus conopea fiunt in domibus; a quorum ſimilitudine prodierunt tentoria militaria.

Papyrus. Arbor in Ægypto frequentius naſcens. Quomodo antiquitus ad ſcribendum materiam ſuffecerit, aliorum eſt indaginis. Compertum eſt ex ea arbore naves & quidem bellicas fuiſſe olim confectas. Apertè id elicitur ex Iſaia cap. 18. *Veh terræ cymbalo alarum, quæ eſt trans flumina Æthiopiæ, qui mittit in mare legatos in vaſis papyri ſuper aquas*.

Par honor ignavoque viro et virtute valenti. Recenſetur inter verſiculos Homeri proverbiales, & refertur ab Ariſtotele lib. 2. Politic. Monet verſiculus habendum eſſe diſcrimen virtutis ac dignitatis in præmiis diſpenſandis. Sunt autem verba Achillis, ſtomachantis nullam ſui rationem habitam eſſe ab Agamemnone, cum cæteroqui reliquos Duces Græcos longè ipſe antecelleret.

Parachlamys, idis. Veſtis militaris minimum diſſimilis chlamydi. Memoratur ab Ulpiano. Affertur etiam pro hac voce verſus Plauti in Perſa: verùm caſtigatiores codices habent ibi chlamydem, non parachlamydem.

Paragauda, æ. Genus veſtis militaris, vel potius veſtis ornamentum & appendix. Legitur apud Trebellium in Claudio; *Albam ſubſericam, paragaudam triuncem unam*. Et iterum apud Vopiſcum in Aureliano: *Paragaudas veſtes ipſe primus militibus dedit*. Turnebus optime opinatur fuiſſe diverſi coloris faſcias ſericas, vel auro ornatas, & veſtibus intextas vel aſſutas. Plane cenſeo ſimile quidpiam fuiſſe verſicoloribus tęniis, quibus diſtinguuntur hodie famuli domeſtici unius familię ab aliarum familiarum famulis: Italis *Trine*: quod illis adhęſiſſe nomen conjecto, quoniam ternis primùm ejuſmodi faſciis vel tęniis famulitii veſtes diſtinguerentur. Et plane congruunt paragaudę Veterum, quę modo ſingulæ, modo binæ, interdum ternæ, quaternæ, atque adeo quinæ aſſuebantur. Sic enim exponit Salmaſius quæ ſequuntur Vopiſci verba: *Et quidem aliis monolores, aliis dilores, trilores aliis, & uſque ad pentelores, quales hodie lineæ ſunt*. Ubi monolores paragaudas intelligit unum tantùm lorum, ideſt inſtitam vel faſciam panni vel ſerici colorati, & ad hunc modum expone dilores, trilores, & alios. Obſerva quinque faſciis diſtinctas Vopiſci tempore veſtes militares, quot fere hodie loris ſive tæniis ornantur veſtes famulorum ex paulò illuſtrioribus familiis. Cęterum Paragaudam fieri a gaudio, & Græca propoſitione adjecta Turnebus exiſtimat. Salmaſius pro certo habet Syrorum vocem eſſe puriſſimam.

Paralus. Navis, quæ ab Ulpiano Rhetore inter ſacras accenſetur: ſed fuiſſe etiam bellicam docet Thucydides l. 8. per hæc verba. *Venerant & Argivi cum propugnatoribus qui in nave Paralo dicta eſſe ſolebant, qui juſſi erant a triginta Tyrannis per id tempus in nave militari Eubœam ipſam circumnavigando abire ac tueri*. Inventa fuit a Paralo, teſte Plinio l. 7. Sed cum πάραλος ſit vox Græca, & ſignificet quid maritimum & litorale, navis ipſa Paralus videtur fuiſſe navigium orarium, cujuſmodi naves appellamus *Guarda coſte*. Vide Gyrald. de navigiis. Parali effigies picta a Protogene aſſervabatur apud Athenienſes in propyleo templi Minervæ, ut ſcribunt Plinius l. 35. c. 10. & Cicero Orat. 4. in Verrem.

Paramerium. Vox eſt Græcanica, uſurpata tamen a Leone Imperatore: *Habent ſpathas, Romano more, ab humeris pendentes, & Parameria.* Significat autem gladiolum, qui pendulus geſtabatur ad femur, unde illi nomen ex Græco. Sic armati militis effigiem ex Columna Antonini depromit Lipſius Analect. ad Militiam Romanam.

Parangariæ, arum. Vide *Curſus Publicus*.

Parasanga. Genus menſuræ itinerariæ. Vide *Stadium*.

Parascevus. Inter naves bellicas refertur a Joanne Lucio l. 4. Hiſt. Dalmat. *Omnes Galeas, Paraſceuas, Brigantinos, & quodlibet genus claſſis.*

Parastatæ, arum. Vitruvius lib. 5. cap. 1. *Reliqua ſpatia inter paraſtatarum & columnarum trabes per intercolumnia, luminibus ſunt relicta*. Ubi Philander: *Paraſtatæ ſunt pilæ quadratæ, aut lapides pilarum modo ad columnarum latera appoſiti, vulgò pilaſtratæ dictæ, prominentibus ipſis columnis partibus duabus, aut ſecundum alios parte ſolummodò ſui media*. Hac notione rejecta ad Ædificatoriam, Paraſtatæ duo ſignificant apud nos. Primùm in Catapulta, eodem Vitruvio teſte, trabeculæ ſunt vel tabulæ arrectariæ, quibus tranſverſariæ affiguntur. Iterum Paraſtatæ locum habent in acie, quemadmodum Epiſtatæ, Proſtatæ, Adſtites, Subſtites, quæ voces diſtinguebant collocationem & officia militum in Græcorum acie; ac præſertim in inſtructione phalangis Macedonicæ. Paraſtatæ dicuntur quaſi adſtantes, Gazæ & aliis Adſtites. Dicebantur juxta, prope, &

ad latus locati. Pollux: *Omnis qui alicui in ordine adſtat, dicitur Paraſtata*. Proſtata Martinio eſt Dux, Præfectus: ſed apud Macedones Proſtatæ erant milites in priori linea, & quidem in jugo: dicuntur enim quaſi ante ſtantes; quos proinde Latinè dixeris Præſtites, vel Antiſtites. Iterum Præſtites & Subſtites dicuntur alternatim priores & poſteriores in verſu, quorum nempe alii alios ſic tuentur & ſuſtinent, ut qui comparatus ad priorem eſt Subſtes, comparatus ad tertium ſungatur Præſtitis officio, & in hunc modum uſque ad poſtremum ſe invicem excipiant, & viciſſim ſuffulciant. Ælianus. *Item Subſtes, qui proximus ab hoc Præſtite eſt, ac deinceps ad hunc modum Prçſtes Subſteſque locatur; ut ordo totus ex Prçſtitibus & Subſtitibus poſitis alternatim conficiatur*. Barbarn apud Vitruvium Paraſtatæ, Proſtatæ, & Epiſtatæ ſunt Præfecturæ eorum, qui cornibus præerant. Nihil obſtat & magiſtratum & officium militare eodem nomine fuiſſe indicatum.

Parazonium. Vox Græcanica, qua ſignificatur gladiolus a zona pendens, & femori alligatus, Apud Martialem hoc legitur lemma diſtichi; *Parazonium*. Sic autem ſubdit:

Militiæ decus hoc, & grati nomen honoris,
Arma Tribunitium cingere digna latus.

Conſtat autem quemadmodum gladio majoribus Magiſtratibus, ſic Tribunis gladiolo poteſtatem olim fuiſſe traditam. Nonnihil etiam diſtinguendum inter parazonium & pugionem, cum ea arma Martialis apertè ſeparet in Diſtichis. Armati parazonio milites illuſtres occurrunt ſæpius in antiquis cælaturis, & numiſmatis.

Paris. Priami & Hecubæ filius. Eum cum utero mater geſtaret, viſa ſibi eſt facem parere; quod a divinatoribus acceptum eſt in præſagium exorituri pueri cauſa evertendæ inflammandæque patriæ. Ovid. Epiſt. Paridis Hel.

Illa ſibi ingentem viſa eſt ſub imagine ſomni
Flammiferam pleno reddere ventre facem.
Territa conſurgit, metuendaque noctis opacæ
Viſa ſeni Priamo, vatibus ille refert.
Arſurum Paridis vates canit Ilion igni.

Eam ob cauſam infans editus feris devorandus exponitur. Educatur tamen urſæ lacte, vel, ut alii tradunt, a paſtoribus Idæ montis. Cum adoleviſſet piratas, qui regium pecus abegerant, inſecutus armenta recuperavit, ab eorum manibus opportuno auxilio ereptis paſtoribus regiis; ex quo eidem Alexandri nomen inditum. Ovid. ibidem:

Penè puer cæſis abducta armenta recepi
Hoſtibus, & cauſam nominis inde tuli.

Inter Junonem, Palladem, & Venerem exortum litigium de formæ pulcbritudine diremit, aureo pomo Veneri tradito: quod illi, univerſæque Priami familiæ calamitatum fuit initium, Pallade & Junone adverſus Priamum & ejus familiam conjuratis. Quo fabulæ involucro docuerunt Poetæ veteres nonniſi ad honeſtatis regulam ferenda eſſe ſuffragia; cum Paridi & ejus genti tanti ſteterit præpoſterum judicium, quo abdicata ſapientia, quam Pallas pollicebatur, & potentia, qua Juno eundem extollere in eo ſpopondit certamine, omnium pulcherrimam renunciavit Venerem, & mulierculæ formam præſtantem potentiæ ſapientiæque poſthabuit. Itaque Paris, amicitiæ & hoſpitii jure neglecto, Helenam abſtulit ab ipſis ædibus Menelai. Tradunt alii raptam Helenam a Paride, cum inter Bacchas in littore ſacrificaret. Euripides author eſt non Helenam, ſed ejus ſimulacrum aſportatum a Paride, nec ulla ipſum hoſpitii jura violaſſe. Quocunque iſthæc modo ſe habuerint, conſtat utriuſque amores breves admodum fuiſſe. Helenam quippe conſanguinei Rhodum revocarunt. Paridem conſcientiæ ſcelerum & Grçcorum arma agitarunt, poſtquam Agamemnonem & Achivos Duces in patriam concitaverat. Hinc porrò etiam Mythologi opportunè admonent breves ferè contingere impotentis libidinis fructus & voluptates; quæ ſi diuturnæ eſſent, nihil homine eſſet furioſius; advertuntque cum Euripide in Troad. Venerem nominatam fuiſſe Aphrodiſiam ab inſania & dementia potius, quàm a ſpuma maris, ut aliis viſum:

Ubique ſtulta eſt Venus mortalibus:
Recteque nomen cepit a dementia.

Nec ita multò poſt Paris ſceleratæ vitæ finem invenit. Nam cum in Thymbræo Apollinis templo Achillem interfeciſſet, ejus pede ſagitta trajecto, a Pyrrho vel Polyctete interfectus eſt. Gravinre eundem ſupplicio affecit ſuorum odium & deteſtatio; cum effrenata ejuſdem libidine familia Priami, patria, & imperium Aſiaticum ferro ignique conciderit. De Paride Petrarca:

Poi vien colei, ch'ha 'l titol d'eſſer bella:
Seco ha 'l Paſtor, che male il ſuo bel volto
Mirò sì fiſo: onde uſcir gran tempeſte,
E funne il Mondo ſottoſopra volto.

Parma, æ. A ſimilitudine parmæ, ſcuti, de qua infra, ſic nominatur machina tectoria, e vimine & crudis enriis ad formam teſtudinis compoſita. Sub ea milites & conſiſtentes dimicabant, & procedentes tutò progrediebantur ad aſſultum. Circumferebatur nimirum adjectis vectibus, ad modum ſellæ geſtatoriæ umbellatæ. De hac machina multa habes apud Heronem lib. de Machinis Obſidionalibus. Vide autem ibi Baroccium.

Parma, æ. Breve ſcutum, anſatum, & rotundum: dictum ab æqualitate, quòd a medio in omnes partes ſit par, ut ſcribit Varro. Parmæ virorum fortium pictæ fuerunt, quoniam in iis præclara delineabant facinora, quæ belligerando edidiſſent. Tironum exadverſum puræ albæque erant parmæ, nullis ſcilicet operum illuſtrium monumentis, picturis, aut cælaturis condecoratæ, ut aptè docet Servius ad illud Virgil. l.7.

parmaque inglorius alba.

Latinis parmam illud eſſe ſcutum, quod Græci peltam appellant, ſcribit Plinius. De parma & ejus uſu Polybius lib.6. *Natu minimi, quos velites & pilanos nominarunt, jubentur geſtare gladios, pila, parmamque. Parma tum firmitatem habet ob ſtructuram, tum magnitudinem, quæ tutando corpori ſit ſatis: nam rotunda cum ſit, tripedalem habet diametron*. Fuit autem parma levis armaturæ & velitum. Liv. lib.31. *Veliti Romano parmam gladiumque habenti*; Sed equitum fuiſſe tutamentum legimus. Liv. lib 2. *Deſiliunt ex equis, provolant in prælium, & pro anteſignanis parmas objiciunt*. Idem lib.8. *Equus ad vulneris ſenſum, prioribus erectis pedibus, magna vi cum caput quateret, excuſſit equitem; quem cuſpide parmaque innixum,*

attol-

Digitized by Google

attollentem ſe gravi caſu, Manlius ab jugulo, itaut per coſtas ferrum emineret, terræ affixit. Equeſtres tamen parmæ velitaribus magnitudine præſtabant, ut oſtendit Livius lib. 26. *His parmæ breviores, quàm equeſtres.* Deceptum hinc fuiſſe conſtat Hoſmannum, qui equeſtres parmas ad velites exiſtimat eſſe referendas. Iterum idem fallitur, ubi ceoſet Frontinum Stratagem. l. 4. c. ult. de equitatu geſtante breviores parmulas fuiſſe locutum, ubi ita ſcripſit: *Romani cum Campanis equitibus nullo modo pares eſſent, Q. Nevius Centurio in exercitu Fulvii Flacci Proceſſ. excogitavit, ut delectos ex toto exercitu, qui velociſſimi videbantur, & mediocris ſtaturæ erant, parmulis non amplis & galericulis gladiiſque ac ſeptenis ſingulos haſtis quaternûm circiter pedum armaret, eoſque adiunctos equitibus juberet uſque ad mœnia provehi.* Neque enim ibi brevioribus parmis ioſtructi de numero ſunt equitum, ſed pedites perniciſſimi immixti equitibus, velites nimirum. Licet enim velites interdum legantur etiam in equis militaſſe, nihilnminus apud Rnmanos in peditatu ferè cenſebantur. Hioc habemus Parmatam militiam, parmis tectam, Liv. lib. 4. *Dat ſignum Vulſcis Imperator, ut parmatis novæ coborti hoſtium locus detur.* Suot aotem qui Thraces primos omoium parmas adhibuiſſe ſcripſeriot: ex quo Parmularii (quos oonnulli aſperinre litera in leniorem mutata, Palmularios vocant) etiam Thraces ſunt appellati. Fuit autem id gladiatorum genus quoddam, qui rotundn brevique pugnabant clypeo. Eos ita dimicantes, cum brevinre ſica, paſſim nobis axhibent vetuſti lapides. Neque enim hic moror ſubtilitates Grammaticorum, qui Parmularios exiſtimant eſſe parmarum artifices, ut inter alins ſcribit vetus Interpres Quintiliani ad ejuſdem lib. 2. cap. 11. ſic autem de Parmularin Svetnn. in vita Domitiani cap. 10. *Patremfamilias, quòd Thracem Mirmillani parem, muneraria imparem dixerat, detractum e ſpectaculis in arenam, canibns objecit, cum hoc titulo: Impie locutus Parmularius.* Diviſa quippe erant in ludis ſpectatorum ſtudia; utque in Circo diverſus color aurigaotium dividebat populum in factinoes, ex quo alii Vanetis, alii Praſinis favebant; ſic in Amphitheatro & arena gladiatoria ipſa gladiatorum arma ſequebantur; atque hinc alii Retiariis, alii Parmulariis favebant. Quod ſuperiùs dixi de parmæ figura rotunda, id de Romana ſolùm affirmatum accipias. Nam Thracum parmas quadratas fuiſſa planaſqua, & ad modum imbricis excavatas, oſtendunt cælaturæ Columnæ Trajani, ut ſimiliores ſcuto Romaoo fuerint, quàm clypeo Græcorum, ut explicat Raderus in Martialem lib. 14., & indicat Plinius lib. 33. cap. 9.

Parmula, æ. parva parma. Horat. l. 2. 7.

Tecum Philippos, & celerem fugam
Senſi, relicta non bene parmula.

Paamula, æ. Non a figuræ, ſed ab officii ſimilitudine, quo fungitur parmula brevius ſcutum, appellatur munitiuncula io Architectura militari, portæ arcis vel loricæ prætenta, ad propugnaculorum hinc & illinc prominentium præſidium & tutelam. Ea tormentis miſſilibus omnique armorum genere, ac ſtrenuo ioprimis milite probè munitur; utpote quæ ſæpe ſola longam ſuſtinet obſidionem, diuqne ab arce impetenda hoſtem continuia exploſinnibus diſtinet. Non habet hoc munimentum alas atque receptus, quod eſt inter illud & caſſidem, ſiva ſemilunam, diſcrimen; ideoque ſi parmula hnſtes patiantur, a propinquis propugnaculorum ictibus verberati, noo ita facilè ibi conſiſtuot. *Rivellino.* Vide Vauban. des Fortific.

Parmularii. Vide *Parma* pro ſcuto.

Parmatus, a, nm. Vide *Parma*.

Paao, onis. Navigium eſt fere piraticum, ad cujus ſimilitudinem, ut ait Feſtus, Myoparn, oavis item piratica nomen ſortitur. Iſidnrus a piratis dictum Parooem putat: melius alii ab inſula Paro; ex qua porrò & Myunte item ioſula nominatum exiſtimant Myoparonem. Eam Paronis originem, quam procul dubio veriorem exiſtimo, Suidas & Ariſtophanis Ioterpres tradiderunt. Sic autem Varro de Paronibus. *Jamque duas Parones habebant inſtructas.* Sed enim & Ciceronis verſiculus ille legitur:

Tunc ſe fluctifero tradit mandatque Paroni.

Paruncullus, i. Parvus Paro, quæ navis eſt prædatoria. Cicero ex Iſidnro:

Paruneulis ad litus ludit celeribus.

Parthenopæus. Filius Menalippes & Milanionis. Variant tamen alii. Videndus Moretus ad Propertii Eleg. 1. 1. Nomen habuit a virgioitate ex Græco, quoniam pulchritudine virgioum æquaret faciem; vel quia conceptum illum diù mater cælavit, quaſi virgo adhuc eſſet. Ad bellum Thebanum ſuppetias tulit Polynici. Stat. 4. Theb.

Tu quoque Parrhaſias ignara matre catervas,
Ab rudis armorum (tantum nova gloria ſuadet)
Parthenopæe rapis.

Idem ejus venuſtatem Thebanas mulieres demiratas eſſe ſcribit Silv. 5. 2.

aut quem de turribus altis
Arcadas Ogygio verſantem in pulvere metas
Spectabant Tyriæ non torvo lumine matres.

Thebann belln incnlumis ad bellum Trojanum profectus eſt, ibique ioterfectus dicitur. Sunt tamen qui duos fuiſſe memorent Parthennpæos.

Pars. tis. In ſingulari numern eleganter ſumitur apud Latinns pro viribus; ex qun frequens furmula: *Pro virili parte.* Cic. 6. Verr. *Præcipue quod in his artibus pro mea parte verſor, quarum ille princeps fuit.*

Partes, ium. In numero multitudiois ferè factionem ſignificat. Hinc formulæ illæ: in partes trahere, tranſire, tranſgredi, deſcendere. Cic. 13. Philipp. *Antonius potius & Ventidius partes Cæſaris defenderent.* Tacit. lib. 15. *Igitur ubi conjuratis Præfectum quoque Prætorii in partes deſcendiſſe, crebro ipſius ſermone facta fides, promptiùs jam de tempore ac loco cædis agitabant.* Sunt qui partes de populo dici, factinoes de Senato affirment ex Saluſt. Jugurth. *Ceterum nos partium popularium & Senatus factionum ac deinde malarum artium &c.* Verùm promiſcoè factinnes parteſque habuere Scriptores alii. Sed neqoe illud ſemper retentum, ut in numero duntaxat multitudinis dicerentor partes prn factione. Liv. lib. 5. Ball. Maced. *Donec ab iis, qui Romanæ partis erant, Quinctius eſt accitus.*

Passagium, ii. Propriè tranſitus. Apud Scriptores mediæ & ioſimæ Latinitatis frequentiſſimè ſic appellatur ſacra expeditin militum Cruceſignatnrum in Orientis regna, & præcipuè Palæſtinam. Duo autem erant paſſagia, alterum vernale

Digitized by Google

nale dictum, alterum æſtivale; de quibus creberrima mentio apud Hiſtoricos eorum temporum. Jacobus de Vitriaco lib. 3. Hiſt. Orientis: *Fecit treguas uſque ad magnum paſſagium*. Sanutus lib. 3. part. 4. *Deinde per illas partes traſcurrens, & ad paſſagium cunctorum corda ſuccenſens*. Italis etiam in eandem ſententiam *Paſſaggio*. Boccacc. Novell. 5. *In un general paſſaggio de Criſtiani, fatto con armata mano*.

Passarinus. Nomen equi in ludis Circenſibus Romanorum. Refertur a Martiali:

Utrumne currat Paſſarinus, an Tigris,

Et alibi:

Tigrem vince, levemque Paſſarinum:
Nulla eſt gloria præterire aſellos.

Pastorelli. Factio hominum facinoroſorum, atque adeo Hæreticorum, qui Galliæ regnum an. 1251. ſub S. Ludovico IX. & iterum an. 1320. enormibus latrociniis & cladibus funeſtarunt. Obtentus illis & color expeditio ſacra in Palæſtinam: qua ſpecie Blancham Reginam ſuis facile præſtigiis eluſeruot. Verùm ſpecie pietatis & ſacræ militiæ in Orientem exercendæ, ac præſertim glorioſo nomine & jactatione ulciſcendi captivitatem memorati S. Ludovici Regis incredibilem Galliæ atque Angliæ regno intulere perniciem. Cohortis improbæ Anteſignanus fuit homo nefarius, qui ſe Magiſtrum Hungariæ appellabat. Hiſt. Francor. M. S. ex Bibliotheca Memmiana: *In Franciam tunc venit Impoſtor, qui Magiſtrum Hungariæ ſe vocitans, jactabat Terram Sanctam liberari oportere ab infidelibus, operà juvenum Paſtorellorum. Ipſe probus videbatur, & modeſto cultu veſtitus, in Francia ad ſexagies mille Paſtorellos coegit: cum quibus Lutetiam accedens, a Regina Blanche, ejus verbis fidem habente, magnificè exceptus eſt &c. Verùm quam primùm Paſtorelli Ligerim tranſierunt, non Judæis modò, ſed etiam Chriſtianis tot damna intulerunt, ut dici vix poſſit*. Eorum meminiſſe non pepercerunt Poetæ Gallici veteres. Guillelmus Guiart.

L'an mil deus cens cinquante & un,
Sans nombrer a mon retour el,
Cheminerent li Paſtourel,
Qui a ens vanter s'atiroient,
Que S. Loys vanger irojent.
Uns home menoit cele meſnie,
C'on clamoit Meſtre de Hongrie,
Il depeçojent mariages,
Et faiſojent pluſieurs domages,
Car ſol eſtojent, & teſtu,
A Paris fû l'un deus veſtu
En guiſe, d'Eveſque a grant coite,
Et i fiſt yaüe benoiſte,
Si con ſi compaignon requiſtrent
Pluſieurs Clers a Orliens ociſtrent,
Des-biens du monde deſnuez
Fu leur meſtre a' Bourges tuez.

Ad Aquitaniæ fines cum perveniſſent perditiſſimorum nebulonum catervæ, quaſi mare trajecturi moturique arma adversùs Saracenos, fraude demum & nequitià cognità, pœoas dederunt opulentiſſimi Regni ſæviſſimis rapinis & latrociniis devaſtati. Diſperſi enim eorum cœtus; actique in crucem Toloſæ & Carcaſſone præcipui oequiſſimique eorum Duces; ut prolixè memorant Thomas Valſinghamus, Coſmus Pragenſis, & Chronicoo Rotomageoſe. Vide Odoricum Rainaldum an. 1320., & Henricum Spoodanum an. 1420., qui eorum errores recenſet. Vocitati ſunt Paſtorelli, ab agni effigie, quam præferebant in vexillis: tanquam Palæſtinæ regiones a Saraceoorum jugo ſic ipſi eſſent erepturi; quemadmodum Agnus Diviuus a ſervitute Prædonis Tartarei humanum genus aſſeruit.

Patana, æ. Lamina chalybis, ſive loricula, qua pectus ambiunt bellatores; geſtarique ſolet poſt lineum iodusium ad intimam munitionem. Villelmus Brito lib. 3. Philipp.

Vix obſtat ferro fabricata patenu recocto,
Qua bene munierat pectus.

Et lib. 11.

Tot ferri ſua membra plicis, tot quiſque patenis
Pectora, tot coriis, tot gambeſonibus armant.

Refertur etiam in fabula Amedæi, cujus author Britoni ferè æqualis fuit. Cæterum patena duplicem aliam apud aliquos ſignificationem habet, quas ita expreſſit Joannes de Garlandia in Synonymis:

Vas dico patenam, calicis tectura patenam.

Et de patena quidem, quæ ad ſacræ Menſæ uſum ad calicis operimentum adhiberi ſolet, vide Macros Fratres. Quod autem dicit Budæus, patenam pro vaſe latiori memoratam fuiſſe a Columella lib. 12. cap. 43. ſit tibi ſuſpectum; & corruptam ibi ſcripturam emacula, ac ſubſtitue patinam, vel pateram, quæ conſtat fuiſſe vaſa a patendo ſic appellata.

Pater patratus. Uous erat ex Fecialibus, qui ad ſanciendum fœdus & jusjurandum certis verbis patrandum mitti ſolebat. Nomeo proinde illi a patrando fœdere vel jurejurando. Eo bello, quod Tullus Hoſtilius cum priſcis Latinis geſſit, Marcus Valerius primus Fecialis creavit Patrem patratum Spurium Fuſium. Formula, qua Patres patrati antiquiſſimo more res direptas repetebant aut conciliabant fœdera, hæc erat ex Livio lib. 1. *Audi Juppiter, audite fines cujuſcunque ſint gentis: Ego ſum publicus Nuncius populi Romani, piè juſtèque legatus venio, verbis meis fides ſit*. Quibus peractis enuociat poſtulata, Jovemque teſtem facit, ſe juſta petere, Numinis indignationem in ſuum comprecans caput, ſi doloſo agit animo, vel iojuſta repetit. Si quæ expoſcebat, oon reddebantur tribus & trigiota diebus exactis, bellum indicebat bac formula: *Audi Jupiter, & tu Juno, ac Quirine, Deique omnes Cœleſtes: vos Terreſtres, voſque Inferni audite: Ego vos teſtor, populumque illum* (nominabat autem populum quicum erat cootentio) *injuſtum eſſe ajo, neque jus perſolvere*. Poſt hæc vel ſimilia verba haſtam in hoſtium fines emittebat, eaque ratione indicebat bellum, ut nos alibi expoſuimus. Vide *Clarigatio*, & *Feciales*. Alia quædam ſcitu digna de Patre patrato accipe collecta & exſcripta ex Plutarcho quæſt. Roman. cap. 62. *Cur inter Feciales maximus eſt is, quem Patrem patratum appellant? Is autem eſt, qui liberos habet vivo adhuc patre ſuo: atque etiamnum privilegium authoritatemque aliquam retinet. Prætores enim corpora, quæ ob formam & florem ætatis cuſtodia opus habebant pudica, eorum fidei commendant. An quia & liberos reverentur ſuos, & timent genitores? An ipſum nomen rem explicat? Eſt enim patratum quaſi perfectum*

&

& abſolutum: & perfectior aliis putabatur, qui viva patre, pater eſſet factus. Aut jurejurandi & pacis præſidem oportet ſimul (ut Homerus ait) prorſum & retrorſum videre? Id verò maxime præſtare poſſit, qui & filium habet de quo conſultet, & patrem quicum deliberet. Calepinus & hujus pediſſequi aliquot dici autumant Patrem patratum, quoniam cum patrem haberet & filios, ſi ad hos referatur pater eſſet, ſi ad illum patratus. Rem leviſſimam putidamque meritò deridet Donatus Dilucid. in Liv. lib. 1.

PATERA, æ. Refertur inter præmia militaria a Polybio: *Qui hoſtem dejecerit & ſpoliaverit, pediti quidem pateram, equiti phaleras dabant*. Probum patera quinquelibri donatum legimus in Vopiſco.

PATROCLUS. Mœnetii & Stheneles filius. In diſciplinam Chironi traditus cum Achille, huic amicitia ſe adjunxit, eumque in bellum Trojanum ſequutus eſt. Cum verò Achilles ob raptam Briſeida iratus Agamemnonem & caſtra deſeruiſſet, Patroclus Achillis armis indutus ſe in aciem proripuit. Refugientibus aliis, tanquam cum Achille certaturis, Hectorem adverſum habuit, a quo interfectus minus lætum victorem reliquit, errore deprehenſo, cum extinctum ſpoliaret. Ejus cædem tam acerbè Achilles tulit, ut Agamemnoni reconciliatus, & in aciem reverſus non prius mœrendi finem faceret, quam poſtquam eidem obtruncatum Hectorem inferias miſit. Vide multa de Patroclo apud Homerum Iliad. 19.

PATRONUS, i. Quid ſit propriè in judiciis ſic traditur ab Aſconio Pædiano: *Qui defendit alterum in judicio, aut Patronus dicitur, ſi orator eſt; aut advocatus, ſi aut jus ſuggerit, aut præſentiam ſuam ſuggerit amico; aut procurator, ſi negotium ſuſcipit; aut cognitor, ſi præſentis cauſam novit, & ſic tuetur ut ſuam*. Satis hæc de patronis indicaſſe fuerit in re forenſi. Cæterum obſervandum eſt, fuiſſe vetus inſtitutum popularium earum provinciarum, quæ aut ſociæ Romanorum eſſent, aut ab iiſdem juſto Marte ſuperatæ in ipſorum jura ceſſiſſent, ut familiæ Optimatum in eiſdem provinciis aliæ alios Romanos patricios ſibi deligerent & aſciſcerent, in quorum clientelam fidemque ſe traderent, ſeque fortunaſque ſuas patronis illis defenderent, & ab injuriis vindicarent. Pulcherrimus atque percommodus ille erat fructus a provincialibus decerptus, poſt amiſſa patria jura, tranſitumque factum in leges Romanas. Licet enim provinciæ ſociæ totius Romani populi clientela gauderent, publicum tamen illud erat patrocinium. De privata hic tutela loquimur, qua familię provincialium Romanis proceribus, primoribuſque, quorum præcipuo aliquo titulo gratiam iniiſſent, nexę ac mancipatæ ſic in omni genere cauſarum atque negociorum ab illis foverentur, ut in earum fide atque potentia, ſecuritatis ſuæ validiſſimum ſtatuerent munimentum. Hæ porrò neceſſitudines & clientelæ in hæredes etiam tranſibant; ut jam palam apertèque nobiliſſimæ Romanorum familiæ, ſuorum quęque provincialium adjutrices patronęque dicerentur. Hujus inſtituti originem ad Romulum ipſum refert Dionyſius Halicarnaſſeus. Facta quippe a Romulo diviſione inter patricios & plebejos, ut uterque ordo, vinculo quam poſſet arctiſſimo, colligaretur, plebejos patriciis idem Urbis Conditor commendavit, optione plebeiis data, ut quem vellent patriciorum ſibi in patronum legerent. Jam verò de privatis patronis Romanę gentis, qui provinciales & ſocios ſingularem in modum amplecterentur, eoſdemque obnixo juvarent ſtudio, innumera ſunt teſtimonia apud antiquos Scriptores. Liv. lib. 25. *Incolumeſque Syracuſas familiæ veſtræ ſub clientela nominis Marcellorum, tutelaſque habendas tradas*. Idem. *M. Cato multis graviſſimiſque inimicitiis implicatus eſt, ut Hiſpanos, quos in fidem receperat, propugnaret*. Cicero pro Roſcio: *Nam cum multos veteres a majoribus Roſcii patronos, hoſpiteſque haberent, omnes eos colere atque obſervare deſtiterunt, ac ſe in Chryſogoni fidem ac clientelam contulerunt*. Apertiſſimè verò 1. in Verr. *Clariſſimi viri noſtræ civitatis temporibus optimis hoc ſibi ampliſſimum pulcherrimumque ducebant, ab hoſpitibus clientibuſve ſuis, ab exteris nationibus, quæ in amicitia populi Romani ditioneque eſſent, injurias propulſare, eorumque fortunas defendere*. Idem 2. in Verr. *Vexavit Puteolanos, quod C. Caſſium, quod Brutos patronos adoptaſſent*. Idem pro Planco, ſemel iterumque teſtatur, Dyrrachium & Brunduſium in ſua ipſius fide & clientela fuiſſe. Poſtremò Sveton. in Tiberio. *Per Siciliam quoque & Achajam circumductus, ac Lacedæmoniis publicè, qui in tutela Claudiorum erant, demandatus, digrediens inde itinere nocturno diſcrimen vitæ adiit*. Optimę inſtitutionis fuiſſent patroni, ſi horum authoritas & clientum fides certis ſe honeſtiſque cancellis continuiſſet; ſed avaritię & ambitionis interventu, multis, graviſſimiſque damnis eà cauſà in publicum ſtatum turbatum ſęvitumque eſt. Ut enim quiſque clientelis erat validior, privatæ conditionis impatientia, grandeſcere primùm, mox libertatem patriæ ſenſim ſubruere adortus, poſtremò vi & armis ad dominationem inhiare, & quoquomodo labefactare Urbis tranquillitatem occœpit. Hinc armigeros & ſtipatores circumferre; iiſque forum, curiam, viarum aditus obſidere; donec ad eos diſcordiarum civilium æſtus peocurſum eſt, quibus annales Romani fœdiſſimum in modum inhorreſcunt. Non repetam exempla a Clodianis, Marianis, & Sillanis temporibus, cum cives improbiſſimi diſtractam nefariis factionibus patriam miſerrime concerpſerunt. Referam documentum poſterioris ævi ex Claudiano in Ruffin. l. 2.

circumque armata clientum
Agmina privatis ibant famulantia ſignis.

PAVENSES. Scuta majora Italis *Paveſi*, & *Palveſi*. Charta vetus Hiſt. Bononienſ. *Precamur quatenus dictum caſtrum muniatis victualibus, baliſtis, ſagittamentis, Pavenſibus, lumeriis, & panwellis*. Vide *Paviſarii*.

PAVISARII, orum. Latinobarbari Scriptores ſic appellârunt milites ſcutatos, a pavaſiis, vel paveſiis, quæ ſunt grandiora ſcuta. Thomas Valſinghamus in Eduard. III. *Venientem contra eum cum ſeptem millibus electis armatorum, aliiſque armatis Paviſariis, ac balliſtariis in numero exceſſivo*. Itali etiam ſcuta dicunt *Paveſi*, & antiquitus *Palveſi*: quibus *Palveſata* eſt ex iiſdem ſcutis tegmen conſertum ad modum teſtudinis militiæ veteris. Vocis originem a verbo *pavia*,

ut

ut exiſtimat Thomas Stiglianus in Opuſculo, quod inſcripſit *Occhiale contra l'Adone del Marino* ad illum verſiculum Cant. 11.

Muove pian pian per lo paveſe i paſſi.

Ubi oſtendit perperam a Marino pavimentum dici *Paveſe*, licet tum pavimentum, tum paveſia ſcuta, aliàs apud Italos *Targhe*, dicantur a paviendo. Menagius trahit a voce parma, ſed longè abeuntes literę non faciunt ut illi aſſentiri poſſim. Paveſiorum frequenter meminerunt Poetæ Gallici vetuſtiores, quos adducit Cangius in Gloſſ.

Pavor & Pallor. Martis armigeri reputati ſunt, quoniam ferociſſimi Numinis natura eſſet latè occurrentibus terrorem incutere. Stat. Thebaid. lib. 3.

comunt Furor, Iraque criſtas;
Frena miniſtrat equis Pavor armiger.

Claudian. in Rufin.

Fer galeam, Bellona mihi, nexuſque rotarum
Tende, Pavor.

Valer. Flacc. lib. 3.

Terrorque Pavorque
Martis equi.

Ubi Barthius appoſitè conjicit pro *Martis equi* conjunctim eſſe legendum *Martiſequi*. Quæ plane lectio probatiſſima mihi eſt. Verè enim incedentem Martem Pavor Terrorque conſequuntur. Tullus Hoſtilius tertius Romanorum Rex in prœlio contra Fidenates fanum Pavori Pallorique vovit. Liv. lib. 1. *Tullus in re trepida duodecim vovit Salios, fanaque Pallori & Pavori.* Scipio Pavori ſacrificaſſe legitur, ne copiæ nocturno tempore dimicaturæ vanis agitarentur terroribus. Appian. de Bello Pun. *Ipſe ſacra fecit Audaciæ Pavorique, nequis ut in nocte, panicus terror accideret.*

Pax, cis. Æquo animo in eorum ſententiam diſcedo, qui Pacem a pactione nuncupatam putant. Ex quo frequenter habemus locutiones illas pacem pactam vel depactam, pacis pactionem. Fit autem pactio, vel a *pagere*, quod verbum Quintilianus Antiquis fuiſſe ſcribit pro *paugere*; vel a Priſcorum verbo *pacere*, ex quo habemus verbum *paciſci*, ex cujus ſupino fit pactum, ut a facio, factum, ab ago, actum. Vide Voſſium in Etymol. In beatiſſimæ pacis ſinu editi primi mortales diuturnam ejuſdem uſuram, quo nullum opulentius & optabilius patrimonium, tranſmiſiſſent ad poſteros, niſi illis precox ambitio, pomique fatalis deguſtandi cupiditas recto honeſtoque potiores fuiſſent. Poſt violatum jus faſque e feliciſſimi domicilii ſepto evallata Pax, concerptum dotalis concordiæ vinculum, nec animorum duntaxat, verum etiam rerum creatarum fœdus abruptum: ſimul avaritia, licentia, libido, cæteræque vitiorum acies irrupere. Quæ perturbatio publici ſtatus, rixæque & cædes exortę cum ad immenſam perniciem vergerent, reſque humanas raperent ad exitium, viri magni legum pręſcriptiones advocarunt, quarum beneficio Pax extorris poſtliminio revocata priſtinum jus reciperet, diſcuſſiſque diſſidiorum turbinibus fortunaret iterum populos, & ad ſpem illibatę ſerenitatis erigeret. Tam arcto ſiquidem nexu Eunomia, quę Latinis recta eſt legum ordinatio, Juſtitię & Paci jugatur, ut ſorores illas, & Themidis filias appellaverit Pindarus Od. 13. ubi Corinthum deſcribit: *In hac Eunomia habitat, ſororeſque, fundamentum urbium, firma Juſtitia, & iiſdem moribus inſtituta Pax, diſpenſatrices hominibus divitiarum, aureæ filiæ Themidis conſultricis bonæ.* Quod vates Græcus videri poteſt hauſiſſe ab Hebræo vate & Rege Pſalm. 84. *Juſtitia & Pax oſculatæ ſunt.* Ut autem inductarum legum reverentia altius animis inoleſceret, opportuna quædam adminicula earum interdum conditores excogitarunt. Splendido primùm mendacio populis impoſuere, præſtiteruntque ſecreta cum Diis alloquia comminiſcendo, ut religiosè arriperent tanquam cœlitus demiſſa, quæ humanis ipſi conſiliis conſtituiſſent; non ignari quò ſublimior præcipientis dignitas obtenderetur, eò paratius firmiuſque obſequium fore. Ea fraude feliciter bono publico velificati ſunt Minos qui Cretenſium leges ad Jovem, Zoroaſtres qui Bactrianorum ad Orimaſum, Charondas qui Carthaginienſium ad Saturnum, Oſiris qui Ægyptiorum ad Mercurium, Solon & Zeleucus, qui Athenienſium & Locrenſium ad Minervam, Numa qui Romanorum ad Ægeriam retulere: nihil ambigentibus populis vel duriſſimis frenis adſtringi, aſperrimiſque veluti lupatis cervices inſerere, poſtquam præceperant animis, Diis cordi eſſe ſecuritatem ſuam normamque vivendi. Accenſeo commemoratis civitatum Inſtitutoribus ſapientiſſimum Zamolxim, qui a Veſta, quemadmodum ex induſtria mentiebatur, acceptis legibus Scythas compoſuit; ut etiam falſitatis nomine redarguendum putes Scythicum Anacharſin, cum Athenienſium inſtituta irrideret, præſeque jactanter ferret, ſe ſuoſque eorum nexuum exſortes adhuc majori innocentia & ſanctitudine vitam tranſigere; quod ibi mores optimi impendio magis valerent, quàm in Attica & Græcia bonę leges. Quod autem viri ſapientes divinas in tradendis legibus allocutiones & imperia meditato ſtudio confinxerint, continuò animadvertis a ſacra Exodi Hiſtoria id eos accepiſſe, ubi legitur Moiſen divina præcepta, marmoreis conſignata tabulis, & in montis faſtigio a ſupremo Numine vere ſuſcepta ad populum reportaſſe. Hauſta ſemel opinione latarum divinitùs legum, proximum fuit ut gentes univerſæ facili negotio ſibi ſuaderi ſinerent, immotas illas æternaſque eſſe oportere. Nihil quippe vitæ ſocietatem magis diſſoluit, quàm earum frequens mutatio, novaſque in dies ſubrogandi libido, expunctis aliis & antiquatis. Earum ſtabilitatem optimi quique magiſtratus uſque adeo curarunt, ut parum firmas fixaſque leges & nullas perinde haberent. Plato de legib. l. 7. *Siquis frequenter novas leges veteribus ſubrogarit, nullam ea majorem civitati peſtem dixerimus.* Thucyd. l. 3. *Omnium verò graviſſimum eſt, ſi de quibus decrevimus, eorum nihil ſtabile teneamus, neque noverimus meliorem eſſe ſtatum civitatis, quæ deterioribus legibus ſed ſtabilibus utitur, quàm quæ bonis quidem, ſed parum firmis fuerit conſtituta.* Idcircò Locrenſes, ut legitur apud Demoſthenem (nam idem Thuriis Diodorus Siculus adſcribit) ne libido novarum legum ferendarum crebreſceret, ſanxerunt, ut ſiquis novam ferre vellet, reſte in collum inſerta id faceret, incolumis abiturus, ſi utilia & honeſta proponeret, ſi ſecùs adducta eadem reſte continuo præſocandus. Poſtremò ne mortales ab jugo legum abſterritas cervices

aver-

Digitized by Google

averterent, eo inſuper illicio uſi ſunt ſapientia præſtantes viri,ut eas æternas eſſe profiterentur, meotibuſque s natura penitus inſitas & Ingeneratas; homines verò ooo tam earum authores, quàm interpretes, explanatores & internuncios perhiberi. Cic. 1. de Leg. *Lex eſt neque hominum ingeniis excogitata, nec ſcitum aliquid populorum, ſed æternum quiddam, quod univerſum mundum regeret imperaudi probibendique ſapientia*. Meritò proinde legibus acceptam referimus ſocialem vitam & libertatem, qui ſuot fructus jucundiſſimi pacis atque concordiæ. Cic. pro Cluent. *Hoc fundamentum libertatis, hoc fons æquitatis*. Et iterum: *Legum denique idcircò omnes ſervi ſumus, ut liberi eſſe poſſimus*. Vide quæ de legum initio & varietate ſcribit Tacitus Hiſt. l. 3. Excogitata iſthæc atque proviſa ſapienter. Experientia tamen vitæque uſus monſtravit, adversùs vitlorum latè permanantem luem non uodique firmum præſidium, & ſuſpectam cantionem leges eſſe. Quemadmodum enim aranearum plagæ nexiles minuta volatilia facilè irretiunt, ſed paulò ſortiora non remorantur, quin eaſdem reſcindant atque tranſiliant: non ſecus legum repaguls intra rationis gyrum continent vulgi capita & minimo cenſu plebeculsm, quæ tamen poteotiores aſperoantur diffringuntque. Ad hæc privatos quoſque fere leges afficiunt, & iotra certos urbium aut regionum csncellos ſubſiſtunt. Atqui optimis legibus ioſtitutas civitates, altoque fruentes otio crebrò vis externa perturbat atque corrumpit. Scio non paucas cenſeri communes leges atqoe ſanctiſſimas, in quas omnes conſenſere gentes; ac veluti vincula quædam habentur atque tibicines humanæ ſocietatis. Verùm eos aggeres nullo negotio perrumpit præceps libido, & incitatus ſemel furor, oullum ſæviendi finem modumque nacturus, niſi tumeſcentem æſtum validiora coerceant munimenta. Immani furioſoque malo atrox certe remedium, ſed rebus perditis neceſſarium repertum eſt: arms ſcilicet, macbinæ, claſſes, acies, conflictus, populationes, incendia, & quæ nihilo his leviora, brevi quidem, ſed longsm terrorum ſeriem complectente vocabulo, Bellum vocamus. Ad hunc modum quæ ſunt ad ſpeciem ioimiciſſima, non modò aſſociari, ſed altersm ex altero enaſci contingit: ut plane nulla felicior, nulla diuturnior pax habeatur, quàm quæ belli filis, laborum & calamitatum pretio redempts progignitur. Huc reſpexit Tscitus, ubi ſcripſit miſeram pacem vel bello bene mutari.. Verè amentiſſimi eſſent, & ex humanæ naturæ finibus extermioandi, qui alis ex aliis bella capeſſereot, non pacis atque tranquillitatis ſtudio revocandæ, ſed quadsm suæ voluntatis nequitia, aut importunitate naturæ. Et qnidem nonniſi pacis & publicæ incolumitatis gratia bellum eſſe gerendum oſtendit vetus ſchema gemmæ anularis Fabii Maximi Cunctatoris, ubi ſcalpitur oleæ ramus ex equi ore prominens. Id verò apertiſſimè etism docet Ariſtoteles lib. 10. Eth. cap. 7. *Bellum gerimus, ut in pace degamus; atque activarum quidem virtutum operationes in civilibus, vel bellicis rebus verſantur, quarum actiones negotioſæ videntur. Bellicæ ſanè etiam omninò; nemo enim eſt, qui vel bellum expetat, vel apparatum bellicum faciat bellandi causà. Sanguinarius enim quidam prorſus eſſe videretur, ſi amicos eà causà ſibi hoſtes redderet, ut pugnæ & cædes orirentur*.

2. Eſt autem Pax ſtatus rerum tranquillus & imperturbatus; qui propterea quod animis ſerenitatem inducit, idcirco Pax veſte candida a Poetis inducitur. Tibull. 1. 10.

Interea Pax arva colat: Pax candida primùm
Duxit araturos ſub juga curva boves.

Recreat verò animos propter omnigenam affluentiam, rerumque copiam ad vitam non ſuſtentandsm modò, verum etiam lautè jucundèque producendam. Eam ob cauſam cum cornucopiæ delineatur a Seneca in Medea.

Martis ſanguineas quæ cohibet manus,
Et cornu retinet divite copiam.

Ejuſdem ſimulacrum manu attollentis Plutum, qui opulentiæ Deus eſt, exhibet Pauſanias in Bœoticis. Eo ſymbolo indicabatur ex bello miſerias, ex pace divitiss parari. Sed nulla uſitatior Pscis effigies viſitur, quam flaventes ſpicas manu præferentis ad indicandam anni ubertatem.

Fia mai quel dì, che bianca il ſeno e'l volto,
E la man carca di mature ſpiche,
Ritorni a noi la bella amata Pace?

Iiſdem ſpicis coronatum Pacis ſimulacrum alicubi invenies. Quandoque lauro, ſed frequentius olea præcingitur. Cum caduceo etiam depingebatur, ut ſcribit Herodianus l. 1. Homerus inſuper Iliad. lib. 18. Vulcanum inducit duplici civitate diſtinguentem Achillis clypeum, quarum altera choreis, nuptiis, & conviviis hilaris Pscem adumbrat: altera ſanguine redundans, ferroque & igne vaſtata Belli exhibebat imaginem. Præſtat autem non raro moleſtiore bello implicari urbes ut ſecurior inde tranquillitas, & pacis otium perenne proveniat. Præclara Polybius l. 4. *Metuendum eſſe bellum equidem non abnuo: ſed non uſque adeo metuendum, ut ejus vitaudi gratià omnia velis ſufferre. Ut enim pace juſta & honeſta nihil pulchrius, ſic ea, quam ignavia vel ſervitus infamat, nihil turpius, neque magis noxium eſt*. Indictæ mulctæ, reſciſſa fœdera, impoſita vectigalia, graviſſimæque conditiones aliæ quandoque efficiunt, ut non tam pax conciliata, quàm pactio ſervitutis inita videatur. Meoeclides cum ſuaderet populo, ut pacem bello potiorem haberet; Falleris, inqnit Epaminondas, qui pacis nomine cives ad ſervitutem vocas. Longè adhuc deterior ſervitus a pace populis impendet, cum divitiæ parum honeſtè habitæ, & omnis generis deliciæ animos enervant, urbeſque omni exteroo hoſte crudelius peſſundant. Juvenal. 6.

Nunc patimur longæ pacis mala: ſævior armis
Luxuria incubuit, victumque ulciſcitur orbem.

Verùm de hoc argumento ſæpe alibi: Vide Tit. *Luxus Militaris*.

3. De certis ritibus conciliandæ pacis, præſertim apud Romanos, multa diſſerui in Titulo *Fœdus*, *Feciales*, *Clarigatio*. Addo non prius Romanos pacis conſilia capere conſueviſſe, quam Tribuni plebis de eadem ineunda rogarent populum. Id autem fiebat eàdem formulà, qua de bello capeſſendo idem populus rogabatur; verbis illis: *Velitis jubeatis*, ut diligenter expendit Briſſonius de Formul. lib. 2. Livius lib. 30. *Tum M. Attilius, & Q. Minutius Tribuni plebis ad populum tulerunt, vellent juberent, Sena-*

Digitized by Google

natum decernere, ut eum Cathaginienſibus pax fieret, & quem eam pacem dare, quemque ex Africa exercitum deportare juberent. Idem Livius lib. 33. *Vellent juberent eum Rege Philippo pacem eſſe.* Iterum in pacis leges atque conditiones certis ſormulis verbiſque conceptis mutuam pro ſuis nationibus atque Principibus obligare ſolebant fidem ſequeſtri ſponſoreſque pacis omnium gentium. Ejus rei abundè ſuppetunt exempla apud Livium, ſcriptorem morum, rituumque ſuæ patriæ obſervantiſſimum. Formulæ verò illæ pacis conciliatrices & nunciæ illud ferè habere ſolebant initium; *Amicitia eſto.* Pro varietate verò conditionum in pace cum diverſis nationibus aut Regibus conciliianda, item pro multiplici rerum præſentium ſtatu, exituque bellorum, diſpares etiam formulæ efferebantur. Pro exemplo ſit ſormula concepti fœderis inter Populum Romanum & Antiochum Regem apud Livium lib. 38. *Amicitia Regi Antiocho cum populo Romano his legibus & conditionibus eſto. Ne quem exercitum, qui cum populo, ſociiſve bellum geſturus erit, Rex per fines regni ſui, eorumque, qui ſub ditione ejus erunt, tranſire ſinito, neu commeatu, neu qua alia ope juvato. Idem Romani, ſociique Antiocho, & iis, qui ſub imperio ejus erunt, præſtent. Belli gerendi jus Antiocho ne eſto cum iis, qui Inſulas colunt, neque in Europam tranſeundi. Excedito urbibus, agris, vicis, caſtellis cis Taurum montem, uſque ad Tanaim amnem, & a valle Tauri, uſque ad juga, quà in Lycaoniam vergit. Ne qua arma efferto ex iis oppidis, agris, caſtelliſque, quibus excedat; ſiqua extulit, quæ quoque oportebit, rectè reſtituito. Ne militem, neu quem alium ex regno Eumenis recipito. Siqui earum urbium cives, quæ regno abſcedant, cum Rege Antiocho, intraque fines ejus regni ſunt, Apameam omnes ante diem certam redeant. Qui ex regno Antiochi apud Romanos, ſociiſque ſunt, iis jus abeundi manendique eſto. Servos, ſeu fugitivos, ſeu bello captos, ſeu qui liber captus, aut tranſfuga erit, reddito Romanis, Sociiſque. Elephantos tradito omnes, neque alios parato. Tradito & naves longas, armamentaque earum: neve plures, quàm decem naves actuarias, nulla quarum pluſquam triginta remis agatur, habeto.* Reliqua cum aliis conſarcinandæ pacis & fœderis formulis vide apud Briſſonium de Formulis lib. 4. Illud non eſt controverſum, etiam apud Veteres increbuiſſe, ut ea inter fœderum pacta apponeretur conditio; eoſdem amicos atque inimicos habendi a fœderatis. Liv. lib. 37. duas pacis conditiones latas fuiſſe ſcribit Ætoliæ: *Ut vel Senatui liberum arbitrium de ſe permitterent; vel mille talenta darent, eoſdemque amicos atque inimicos haberent.* Idem lib. 38. de Fulvio Conſule, hæc inter reliqua iiſdem Ætolis pacem petentibus reſpondente: *Ad ea adjecturum etiam, ne eaſdem, quos populus Romanus, amicos atque hoſtes habeant.* Paci etiam compoſitæ cum Rhodiis, M. Marcello & Servio Sulpitio Conſulibus, illud fuiſſe adſcriptum: *Eoſdem ſe hoſtes habituros quos Senatus populuſque Romanus*, legitur in epiſtolis Lentuli ad Senatum, quæ habentur apud Ciceronem Epiſt. Famil. lib. 12. Nec omittebant, quod etiamnum in uſu eſt, commemorationem gentium, vel Principum fœderatorum. Liv. lib. 23. ubi agit de conciliata concordia inter Romanos, & Philippum Regem Macedonum: *In eas conditiones cum pax conveniſſet, ab Rege fœdere adſcripti, Pruſia Bithyniæ Rex, Achæi, Theſſali, Acarnanes, Epirotæ; ab Romanis, Ilienſes, Attalus Rex, Pleuratus, Nabis Lacedæmoniorum tyrannus, Elei, Meſſenii, Athenienſes.* Operæ fuerit etiam inter exteros conglutinatæ pacis formulam adjicere. Pro exemplo ſit, quæ habetur apud Livium lib. 23. de Campanis cum Annibale paciſcentibus in hæc pacta: *Nequis Imperator Magiſtratuſve Pœnorum, jus ullum in civem Campanum haberet: neve civis Campanus invitus militaret munuſve faceret, ut ſuæ leges, ſui Magiſtratus Campanis eſſent. Ut trecentos ex Romanis captivos Pœnus daret Campanis, quos ipſi elegiſſent: cum quibus equitum Campanorum, qui in Sicilia ſtipendia facerent, permutatio fieret.* Ubi vides etiam mentionem habitam permutandi captivos. Pulcherrimum hoc atque optatiſſimum ſupremi Numinis donum, ſtabilemque cum animorum concordia rerum tranquillitatem, utinam nobis impertiat æternus ille veræ pacis Author atque Largitor, diuturnoque bello flagrantem Europam, conciliatis Regum animis, non iterum perturbanda regnorum quiete componat. Tot quippe rerum converſiones, tantamque Chriſtiani ſanguinis effuſionem cum animo reputantem exclamare ſubit cum Drance apud Virgil. Æneid. l. 11.

Nulla ſalus bello: pacem te poſcimus omnes.

aut cum Petrarcha:

Io vò gridando: Pace, Pace, Pace.

Pax dea. Juven. Sat. 1.

Ut colitur Pax atque Fides.

Apud Græcos, ac præcipue Athenienſes, templa habuit, aras, & pulvinaria; præcipue poſt Lacedæmones ſuperatos: qua de re ſic ſcribit Cornelius Nepos: *Quæ victoria tantæ fuit Atticis lætitiæ, ut tum primùm aræ Paci publicè ſint factæ, eique Deæ pulvinar ſit inſtitutum.* Eam Ovidius navali corona redimitam deſcribit Faſt. lib. 1.

Frondibus Actiacis comptos redimita capillos,
Pax ades, & toto mitis in Orbe mane.

Ejus ſimulacrum quomodo aliter exprimeretur, retuli in ſuperiori titulo. Romæ verò templum habuit magnificentiſſimum, quod a Claudio inchoatum conſtruxit Veſpaſianus. De eo templo hæc ſcribit Joſephus Bell. Jud. lib. 7. *Poſt triumphos verò, & Romani Imperii firmiſſimum ſtatum, Veſpaſianus Paci templum ædificari decrevit. Itaque mira celeritate, & quæ hominum cogitationem ſuperaret, effectum eſt. Magna enim divitiarum largitate uſus, inſuper perfectis id picturæ, ac figmentorum operibus, exornavit. Omnia namque in illud fanum collecta ac depoſita ſunt, quorum viſendorum ſtudio per totum Orbem, qui ante nos fuerunt, vagabantur, quomodo aliud apud alios ſitum eſſet, videre cupientes. Hic autem repoſuit etiam quæ Judæorum fuerant inſtrumenta, his ſe magnificè ferens. Legem verò eorum, & penetralium vela purpurea in Palatio condita ſervari præcepit.* Divus Hieronymus, aliique teſtantur, vaſa & donaria Templi Hieroſolymitani a Tito Veſpaſiano in eo Pacis templo fuiſſe repoſita. Combuſtum tamen illud eſt, ac prope redactum in cineres, Commodo imperante, ut docet Herodianus l. 1.

Pacatum, i. Regio vel ager ab hoſte vacuus, & quie-

Digitized by Google

quieſcens, cui opponitur Hoſticum. Livius l. 8. *Sine commeatu vagi milites in pacato in hoſtico errent*: ubi ſupplendum *agro*.

PACIARII. Præfectura erat in Regno Aragoniæ quam ſtrenuiſſimi quique cives obibant. Eorum munus fuit oppidanorum cohortes regere, caſque evocare ad propulſandos ſicarios & viarum obſeſſores, pacemque in Regno afferendam, ex quo Paciarii appellati. Frequens horum fit mentio in monumentis publicis Aragonici Regni. Vide Cangium in Gloſſ., & conſule dictionem *Suprajunctarii*. Charta Curiæ Barcinonenſis: *Concedimus etiam quod Paciarii, & Jurati, & Conſules ſint in civitatibus, villis, & aliis locis noſtris, in quibus eſſe antiquitùs conſueverunt*.

PACIARIUS. Pacis conciliator. Vetus charta an. 1267. *Cum te in partibus Tuſciæ, Romano ſubjectis Imperio, nunc vacanti, pacis conſtituerimus per noſtras litteras ſervatorem, in eiſdem tibi Paciarii, ſeu pacis ſervatoris officium committentes*.

PACIFER, a, um. Ferens pacem, vel indicans. Hinc Virgilius lib. 8. Paciferam olivam dixit, quoniam ejuſdem ramis oſtenſis pax concilianda, aut ejus deſiderium ſignificaretur:

Paciferæque manu ramum prætendit olivæ.

PACIFICO, as. Pacem conglutinare, diſcordias tollere. Cic. ad Attic. lib. 15. *Servius verò pacificatus cum librariolo ſuo videtur objiſſe legationem*. Liv. lib. 3. *Legati pacificatum venerunt*. Probè diſtinguunt Grammatici inter pacificari, placari, & pacari, quorum primum eſt reſtitui in concordiam, alterum ab indignatione redire ad animi lenitatem, tertium ab armis, inimicitiaque exercenda diſcedere.

PACIFICATIO, onis. Pacis conciliatio. Cic. ad Attic. lib. 9. *Reſpondit ſe non dubitare quin & opem & gratiam meam ille ad pacificationem quæreret*.

PACIFICATOR, oris. Pacis vel concordiæ conciliator. Liv. lib. 7. Bell. Punic. *Adhibitus ab Ætolis ex finitimis Pacificator Animander*. Cic. ad Atticum lib. 1. *Primùm igitur ſcito, me primum non eſſe rogatum ſententiam, præpoſitumque eſſe nobis Pacificatorem Allobrogum*. De Pacificatoris habitu in ſtatuis ita loquitur Quintilianus: *Fit & ille habitus, quo eſſe in ſtatuis Pacificator ſoles, qui inclinato in humerum dextrum capite, brachioque ab aure protenſo, manum infeſto pollice protendit*. Eodem habitu extare Romæ ſtatuam Pacificatoris ante Ædes Lateranenſes, tradit Politianus Miſcell. cap. 65. Imperatores habitu Pacificatoris viſuntur in nummis, cum exprimuntur incedere lento gradu, dextra elata.

PACIFICATORIUS, a, um. Concordiam jungens. Cic. Philipp. 12. *Poſteaquam nos pacificatoria legatione implicatos putant*.

PACIFICUS, a, um. Pacis & concordiæ ſtudioſus. Cic. ad Attic. lib. 8. *Et qua pacifica perſona deſideretur, an in bellatore ſint omnia*.

PACIFICE. Cum pace. Corvin. de Prog. Aug. *Pacificè aliquandiu ſtetit*.

PACIO, is. Pacifico, vel potius pacificor. Feſtus pro hoc verbo adducit locum duodecim Tabul. verbo Talio: *ſi membrum rupſerit, ni cum eo pacit, talio eſt*.

PACO, as. Eſt ordinem, quietem, & quaſi pacem inducere poſt res turbidas. Cæſar lib. 1. Bell. Civil. *Omnem Galliam, Germaniamque pacaverint*.

PACATOR, oris. Quaſi pacis conciliator. Verum ad res ipſas perturbatas potius quàm ad civilem pacis tractationem ſolet referri. Senec. Herc. Œth.

Sed tu domitor magne ferarum,
Orbiſque ſimul pacator ades.

PACALIS, le. Adjectivum ejuſdem notionis, quo *Paco* & *Pacator*. Ovidius pacales oleas dixit, quas ſupra Virgilius paciferas. Sic autem ille Metam. 6.

Circuit extremas oleis pacalibus oras.

PAXAMENSE PANE. Vide *Buccellatum*.

PECTORALE. Plin. l. 34. c. 7. *Fecit & Sp. Carvilius Jovem; qui eſt in Capitolio, victis Samnitibus, ex pectoralibus eorum, ocreiſque & galeis*. Genus armaturæ quo pectus tegitur. Divites ſolum, iique ex militibus, quibus major erat cenſus, loricas hamatas apud Romanos adhibuere. Milites alii pro loricis, pectoralibus pectora adſtringebant. Apertè id tradit Polybius: *At plerique capientes æream laminam, quæ ſit palmi majoris, ſive duodecim digitorum undique, nec amplius, eam pectori apponunt, & vocant Pectorale. Qui tamen ſuper decem mille drachmas cenſi ſunt, ii pro pectorali ſuper cætera arma loricas capiunt hamatas*. Vides clare diſtingui loricas a pectorali. Erat autem pectorale lamina ex ære vel ferro procuſa, ea latitudine, quæ ad pectus tegendum ſufficeret. Nam ima ventris privati illi milites ſatis ſcutis muniebant. Ex corio etiam concinnata legimus pectoralia. Varro: *De corio crudo pectoralia faciebant*. Et Silius lib. 8.

Pectora pellis obit cæſi venatibus urſi.

Polyænus hoc armaturæ genus vocat ſemiloricas. Ut enim ſuo loco diximus, duplex erat Romanorum lorica: ſive duplici illa parte conſtabat; altera qua tergum, altera qua pectus operiebatur, quæ fibula nectebantur. Anteriorem itaque loricæ partem, ſive ſemiloricam Author præfatus nominat Pectorale. Vide *Thoracomachus*.

PECTORALE, is. Cingulum, ſeu faſcia, quo equi pectus præcingitur & munitur. Vincentius Bellvac. lib. 30. *Habent etiam frena phalerata, & inaurata, & inargentata, atque in pectoralibus campanulas infixas, magnum emittentes ſonitum*.

PECUNIA MILITARIS. Vide *Arca militaris*, & *Ærarium*.

PEDATURA, æ. Latii voce Pedaturam dixit Vegetius, quod Græci vocant Podiſmum. Duo hac voce ſignificantur: primùm menſuræ genus digeſtæ per pedes. Iterum ſpatium ipſum eâdem menſurâ contentum. Vide *Podiſmus*. Gromaticis & architectis familiare eſt vocabulum. Menſuræ genus centum amplectitur pedes geometricos. Uſus eſt præcipuus in re militari ad metiendas areas ſituſque camporum, ubi caſtra deſignanda ſunt & collocanda. Veget. lib. 3. cap. 8. *Singulæ centuriæ, dividentibus campidoctoribus & principiis, accipiunt pedaturas, & ſcutis ac ſarcinis ſuis in orbem circa propria ſigna diſpoſitis, cincti gladio foſſam aperiunt*.

PEDEM CONFERRE. Proverbio militari eſt propiùs ad rem ipſam tractandam accedere. Trahitur a militia, quæ tunc maxime fervet & ſanguinolenta eſt, cum milites cominus congrediuntur, & ad gladios conferendos deveniunt.

PEDES TANGERE. Actio ſupplicantis. Vide *Genua tangere*.

PEDITAS. Peditatu & equitatu conſtantur exercitus. Utri in prœlio plus momenti afferant, ita diſceptant authores Polemici, ut communi fere calculo peditatum anteferant. Primas equitatui videntur attribuiſſe Parthi, Perſæ, Scithæ, Numidæ, aliæque gentes, quarum nervi & militiæ robora ſolo equitum numero finiebantur, Accenſe Arabes, Mauros, Saracenos, Moſchos, Hunnos, Vandalos, Gothos, aliarumque nationum equeſtres copias, quarum validiſſimis incurſionibus nihil propius fuit, quàm ut imperii Romani vires penitus acciderentur, florentiſſimi verò Europæ populi in Barbarorum ſervitutem miſerè cederent. Porrò equites deſilientes omnia exequi poſſunt peditum munia; eaque interdum tutiùs præſtant ſuis ipſorum equis protecti, ut explicavimus ubi de militia Draconariorum. Hic exemplis rem urgeo. Poſthumii Dictatoris juſſu equites Romani pedeſtri pugna Latinos & Tarquinios ſuperant ad lacum Regillum. Liv. l. 2. dec. 1. *Tum ad equites Dictator advolat, obteſtans, ut feſſo jam pedite, deſcendant ex equis & pugnam capeſſant. Dicto paruere.* Camillus, verſo in pedeſtrem conflictum equitatu, ad Satricum reſtituit res Romanorum pene perditas L. Furii Collegæ temeritate. Idem lib. 6. dec. 1. *Optimum viſum eſt in fluctuantem aciem tradi equos, & pedeſtri pugna invadere hoſtem. Eunt inſignes armis animiſque qua premi parte maxime peditum copias vident.* Equites Romani permiſſu Appii Claudii Dictatoris in pedes deſiliunt, & pugnam redintegrant adversùs Hernicos. Idem lib. 7. Dec. 1. *Poſtquam equeſtris pugna effectu quam concitibus vanior erat, conſulto prius Dictatore equites, permiſſu deinde ejus relictis equis, clamore ingenti provolant ante ſigna, & novam integrant pugnam.* Priſcis Germanis admodum familiare fuiſſe dimiſſis equis ſe in pedes dare habet Cæſar de Bell. Gall. l. 4. *Equeſtribus præliis ſæpe ex equis deſiliunt, ac pedibus præliantur, equoſque eodem manere veſtigio aſſuefaciunt, ad quos ſe celeriter, cum uſus poſcit, recipiunt.* Idem de Julio Agricola ſcribit Tacitus in ejus vita: *Tum Agricola, ſuperante hoſtium multitudine, dimiſſo equo pedes ante vexilla conſtitit.* Jam verò equorum celeritatem nullo peditum conatu æquari poſſe ſatis conſtat. Ea cauſa interdum contingit victoriâ potiri equeſtres turmas, antequam pedites ſuperveniant. Verè Tacitus: *Equeſtrium virium id proprium citò parare victoriam.* Ad ultimum vis & ſecuritas pedeſtrium copiarum nulla eſt, ſi equitum præſidio deſtituantur: nec facilè fuerit numerari victorias ſolis partas peditibus, aut gentes, quæ ſolo peditatu uterentur in prœlio. Occurrunt autem paſſim a ſolo equitatu fuſi cæſique exercitus. Nationes verò, quæ equeſtribus duntaxat viribus valeſcerent, ſuperiùs non ita paucas recenſuimus.

2. Exadverſum cultiſſimæ quæque gentes, apud quas militaris diſciplinæ peritia excelluit, in peditatu præcipuum robur & victoriæ fiduciam conſtituerunt. Macedonum phalanges, tanquam ænei muri, inſuperabiles habitæ, ejus gentis nomen ad ſummam celebritatem & univerſæ Græciæ, mox etiam Aſiæ terrorem evexere. Romanæ verò legiones minimo equitatu, Polybii ævo & vigente Republica inſtructæ, Italiæ primum ſubegere feroces populos, mox per longè diſſitas provincias & extrema terrarum circumtulere arma victricia. Nec verò temerè Macedones atque Romani pedeſtres copias potiores habuerunt. Adfuit ſic reputantibus vis certa conſilii & non una compendii ratio. Et primò quidem longe expeditiùs atque faciliùs pedites conſcribi in confeſſo eſt. Duplo ut minimum majore ſumptu ſtant ærario equitum turmæ. Æſtimanti equorum delectum & comparationem, eorum armamenta, ſubvectionem pabulorum, iiſque colligendis conducta ſervitia, incredibile dictu eſt, quanta vis auri ante multos annos ſit ſolicitè coacervanda, profundenda poſtea non ad privatum dimenſum, nec, ut ait Plautus, modio aut trimodio, verùm ipſo horreo. Quodſi aleam ipſam conflictus libeat inſpicere; inſtructionem & ordinem, in quo felix pugnæ exitus maxime vertitur, longè faciliùs pedites tuentur & ſervant. Cum enim nonniſi corporum ſuorum armorumque curam habeant, nihil prohibet quominus imperia capeſſant, ſeſeque ad nutum vertant in latus, diſtrahant, conſtipentve, quemadmodum in tirocinio ſunt edocti. Eadem minus expeditè perfici neceſſe eſt ab equitibus, quos ſuper corporis ſui cuſtodia, & armorum tractatione, equos regendi ſtudium laborque circumſtat. Ad hæc objectæ ſubiti pavoris cauſæ, quæ innumeræ paſſim incurrunt, renitentes equos efferant, aguntque tranſverſos. Neque enim in tanta eorum copia, quantavis in delectu habita diligentia, devitari poteſt ne ulli pavidi vel calcitroſi, ne refractarii vel ſternaces ulli aſciſcantur, quique alio degeneres vitio in re trepida proturbent ordines diſſolvantque. Nec minus accreſcit pediti pretium a qualibet locorum poſitura, opportuna certamini. Neque enim aut ſaltibus impeditos anfractus, aut valles rivulis interciſas pertimeſcunt; quominus in ipſis æſtuariis ſummiſque cautibus, collato pede ſe inſerant, pugnamque contineant. At verò equites iniquiora loca nacti reſiliunt pavidè, aut in veſtigio ignavè ſubſiſtunt, ſpectatores potius virtutis alienæ, quàm ſocii. Non abnuerim in aperta explicataque planitie plurimùm eniteſcere efferrique virtutem equitum: ſed minimum proinde, ut peritiſſimi quique ſtatuunt, peditibus palmam præripiunt, quorum in campeſtri acie non obſcurior laus aut fortitudinis ad inſiliendum, aut ad obſiſtendum firmitatis atque conſtantiæ. Teſtatiſſimum id fecere olim Romani adversùs Aſiaticos, & majorum noſtrorum memoria Hiſpani milites, quorum facinora militaria in Italia, Belgio, Gallia atque Germania omnis poſteritas obſtupeſcet. Si hactenus expenſa conferas, facilè conjicies penes equites plus terroris & pompæ, penes pedites plus momenti ad felicem exitum eſſe; & illos fortaſſe citiùs, hos verò tutiùs parare victoriam. Non ſecus decreviſſe videtur mihi Xenophon de Exercit. Cyr. lib. 3. ubi ita Cyrum loquentem inducit: *Decem millia equitum non ſunt amplius quàm decem millia hominum. Nam ab equi vel morſu vel calcitratione nemo facilè in prælio periit. Viri ſunt, per quos in pugna omnia geruntur. Atque nos quidem multo quam equites tutiores ſumus. Nam illi in equis merentes*

tes

tet non nos tantùm metuunt, ſed illud etiam ne ab equis excutiantur; nos terræ firmiter innixi vehementiùs ferimus ac certiùs. Una tantùm re nobis præſtant equites; ſecuriùs quàm nos fugam arripiunt.

3. Et hæc hactenus diſputavimus peditum equitumque vires comparantes in prœlio terreſtri. Nam, quod attinet navales conflictus, apertius eſt quam ut ſignificari verbis indigeat, nullas ibi intervenire equitum turmas. Cum verò facultas urbium oppugnatoria, quam Græci Poliorceticen appellant, item ars munitoria, & quidquid Matheſeos ſubalternarum facultatum ad molitionem machinarum & harum uſum deſervit, vix ullos deſideret equites, eò magis peditum præſtantia clareſcit, & eorum in omni parte diſciplinæ militaris præſidium & robur aſſeritur. Quo demum numero & collocatione miſcendi ſint, vel aſſociandi equites peditatui, alibi expoſuimus. De ſingulis verò peditum Præfecturis diximus affatim ſuis in Titulis.

Pedestris. Subſtant. Qui pedibus incedit, vel pedes militiam exercet. Exemplum primæ uſurpationis dat Martialis de Spectac. 28.

Abnuit in liquidis ire pedeſter aquis.

Exemplum ſecundæ tradit Apulejus: *Qui modò in exercitu profectus eſt pedeſter.*

Peditatus, us. Copiæ peditum. Cic. ad Caton. *Equitatu, Peditatu, & pecunia paratus.* Vide *Pedites.*

Pedones. Latinis melioribus Pedites. Tudebodus lib. 2. *Occideruntque multos ex noſtris milites & Pedones.*

Pedites. Alia notione, ævo præſertim Principum Longobardorum, ſunt mercede conducti a viris nobilibus, Magnatibus, Comitibus, pagorumq; vel caſtellorum Dominis. Iidem aliis nominibus dicti Satellites, Servientes, Homines, Fideles, Aldii &c. Antiquitùs nimirum & memorato potiſſimum ævo Longobardico, militum numero nobilitas ſolummodò cenſebatur. Soli etiam Proceres, & Magnates, ac Feudatarii vocabantur milites. Horum porrò in exercitu non ita magnus erat numerus; ſed illorum ſinguli, pro unuſcujuſque ſanguinis locique conditione, ſecum rapiebant in bellum vim ingentem ſubditorum, quos ſatellites, ſervientes, miniſteriales, aliiſque appellationibus dictos, jam uſque ad ſatietatem pluribus in locis inculcavi. Hac adhibita cautione, atque his ſemel firmiter ſtabilitis, facilè intelliges, non valde admirandum fuiſſe, quod ſæpe legitur, ingentes civitates & arces pauciſſimorum militum numero fuiſſe cuſtoditas, & propugnatas. Ibi ſiquidem milites pro viris Principibus & Magnatibus ſolùm ſumuntur, quos ingens ſequebatur turba ſatellitum, vel ſervientium, vel peditum, qui neutiquam erant in militiam aſcripti, verùm præſto aderant ſuis dominis, a quibus privatam annonam, non verò publicam a belligerantibus Regibus accipiebant. Teſtatiſſimum id tibi fecerint, quæ jam ſubjiciam loca Scriptorum. Hovedenus an. 1281. *Cepit Rex Angliæ centum milites ſervientes, equites, & pedites multos.* Idem ibidem: *Die craſtina Rex Franciæ venit de Mantua cum trecentis militibus, & ſervientibus & communiis ſuis.* Et paulò poſt: *Capti ſunt de gente ſua uſque ad centum milites; ſervientes, equites, & pedites, quorum non eſt numerus.* Sed omnium clariſſimè Bongarſianus an. 1153. *In congreſſibus aliis noſtrorum exercitus, quantumlibet modicus Divino ſemper vincebat præſidio: nunc autem quia nec nos cum Domino, nec nobiſcum Dominus, gens noſtra penitus ante conflictum ſuccubuit; cum tamen milites pluſquam mille, & pedites pluſquam viginti millia cenſerentur.* Ubi vides milites a peditibus clarè diſtingui. Nimirum pedites turbam ſervilem, ſatellites & armigeros vocat, cæteroſque venales & conductitios a privatis dominis: milites verò dicit privatos vaſſallos, nempe Dominos Feudorum, & Aulæ Proceres. Neque verò quidquam eſt cauſæ ut mille milites, viginti millibus peditum oppoſitos, accipias pro mille equitibus; quaſi equitatus fuerit mille equitum, peditatus verò cenſuerit viginti millia peditum. Nam contra eſt inſtitutum & ratio eorum temporum, cum nonniſi primariæ nobilitatis viri cohoneſtabantur militum nomine. Equidem veriſſimum eſt ejus notæ viros illuſtres in equis ſemper pugnare conſueviſſe: verùm non eſt dubitandum eorum etiam famulos & armigeros ſeu ſcutarios in equis etiam interdum decertaſſe. Id apertè evincit memoratum ſuperiùs teſtimonium Hovedeni, ubi diſcriminantur apertè milites ab equitibus, & peditibus ſervientibus.

Pegasus, i. Equus alatus, quo uſus eſt Bellerophon in expeditione contra Chimæram. Alii ex Meduſæ ſanguine natum adſtruunt. Hyginus Neptuni & Meduſæ filium facit. Pegaſus dicitur, quoniam natus eſt juxta Pegas, ideſt fontes Oceani, ubi Gorgones habitant. Cicero pro Quintio: *O hominem fortunatum, qui ejuſmodi nuntios, ſeu potiùs Pegaſos habeat!* Ad hujus ſimilitudinem Bernardus Taſſus in Poemate Italico *Amadigi* commentus eſt equum alatum Aquilinum, quo uſus Floridantes multa & præclara facinora edidit. Ejuſdem exempli eſt Areoſti Hippogryphus, equus alatus Aſtolfi, quò hic lunam adiit repetitum Comitis Orlandi cerebrum. Vide *Hippogryphus*. Fictitio hujus alati integumento ſunt qui navem intelligant, cujus inſigne equus eſſet, qua Bellerophon ad Chimæram navigavit. Ad eandem formam Taurum, ſub cujus forma Juppiter Europam, item Aquilam, quæ ejuſdem imperio Ganymedem rapuit, naves Mythologi interpretantur, quarum inſignia fuerint Taurus & Aquila.

Peleus. Æaci & Endeides filius: clarus expeditione Argonautica, clarior Achille filio, quem ſuſcepit ex Thetide.

Pelles ferinæ. Heroes fabuloſæ vetuſtatis vix alio indutos habitu, quam detractis ferarum ſpoliis ad inferendum terrorem & ferociam oſtentandam Poetæ tradiderunt. Et quoniam ferociſſimum animal idemque ſuperbiſſimum habetur leo, ejus potiſſimum feræ extinctæ excoriatæque exuviis pugnatores illos inclytos legimus coopertos. Ut autem reticeam, quod Euripides inprimis ſcribit de Hercule leonina pelle ferociter velato, idem operimentum Aventino Herculis agnato attribuit Virgilius lib. 7.

Ipſe pedes tegmen torquens immane leonis
Terribili impexum ſeta cum dentibus albis
Indutus capiti, ſic regia tecta ſubibat
Horridus, Herculeoque humeros innexus amictu.

Idem ſpolium leoninum aſſignat Tydeo præfatus

Digitized by Google

tus Euripides in Phœniſs. & Statius Adraſto, atque adeo Silius Annibali: ſic enim de illo ſcribit lib.7.

jam membra cubili
Erigit, & fulvi circumdat pelle leonis.

Propero ad alia ferarum ſpolia. Virgilius lib.8. pantheræ corio Evandrum exornat:

Demiſſa ab læva pantheræ terga retorquens.

Idem lib.11. tigridis corio Camillam nobilitat:

Pro crinali auro, pro longæ tegmine pallæ
Tigridis exuviæ per dorſum a vertice pendent.

Idem ibidem juvenci ſeu potius tauri pelle Ornitum armat ornatque:

Cui pellis latos humeros erepta juvenco
Pugnatori operit.

Eodem tegmine veſtit Argum Apollon. lib.1.

Pellem tauri ad imum demiſſam inducit circa humeros
Argus Areſtorides.

Et quandoquidem ferarum tegumenta pro inſigni nobilis ferociæ & generoſæ indolis argumento interpretabantur Veteres, nihil in illis moræ fuit, quin equos ipſos illuſtrium bellatorum conſpicuos facerent ferinis exuviis. Virgil. 11.

Spumantemque agitabat equum, quem pellis ahenis
In plumam ſquamis auro conſerta tegebat.

Adſtrue Stat. 4. Theb.

Cornipedem trepidos ſuetum prævertere cervos
Velatam geminæ dejectu lyncis.

Vide Titulos *Exuviæ*, *Criſta*, *Galea*, *Lorica*, *Venatio*.

Pelles. Pro militum tabernaculis, quæ apud Antiquos ex pellibus conficiebantur. Cic. Acad.4. *Ut non multum Imperatori otiam ſub pellibus relinquatur*. Cæſar lib. 3. Bell. Civil. *Ibique reliquarum ex Italia Legionum adventum expectare, & ſub pellibus hyemare conſtituit*: Liv. Dec. 1. lib. 5. *Militem Romanum in opere, & labore, nivibus pruiniſque obrutam ſub pellibus durare*. Claudian. in Paneg. 1. Stilic.

quoties ſub pellibus egit
Edonas hiemes?

Pelorus. Nomen equi in ludis a Scipione in Africa exhibitis apud Silium lib. 16. de quo illa inprimis ejuſdem ſunt verba:

At docilis freni, & melior parere Pelorus,
Non unquam effuſum ſinuabat devius axem,
Sed lævo interior ſtringebat tramite metam.

Pelta, æ. Græcæ originis vocem ſtatuit Martinius. Scutum eſt, lunæ ſemiplenæ imaginem referens, juxta illud Virgilii lib. 1. Æneid.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

Et Nonius quidem ſcutum Amazonium vocat. Hujus inventor fuit Iphicrates, ut apertè tradit Probus in ejus vita: *Cum ante illum Imperatorem maximis clypeis, brevibuſque haſtis, minutis gladiis uterentur, ille e contrario peltam pro parma fecit, a quo poſtea Peltaſtæ pedites appellati, ut eſſent ad motus concurſuſque leviores*. Similia habet Diodorus lib. 15. *Græcis antea magnis clypeis utentibus, & ob id ad motus parum aptis, ipſe contraxit eos, & effecit modicas peltas*. Ex quibus genus etiam ſcuti pernoſcis, habile ſcilicet leviuſque. Plutarchus verò in vita Philopœmenis ſcribit, ſpreviſſe eum poſtea peltas, & grandiores reduxiſſe clypeos. De figura verò peltæ ſolùm hoc certi habemus, incertam illius formam variamque extitiſſe pro nationum varietate. Lunatas fuiſſe peltas Amazonum ſupra meminimus: Græcos rotundis fuiſſe uſos habemus ex ſupramemoratis locis, ubi dicuntur Græcorum clypei, qui profectò rotundi erant, in peltas, gravitate imminuta, nihil verò immutatâ formâ converſi. Plutarchus etiam rotundam figuram peltis attribuit in vita Numæ, ubi loquitur de Ancilibus. Verùm Suidas locum afferens Scholiaſtæ Thucydidis quadrangulos clypeos fuiſſe ſcribit. Xenophon autem apud Pollucem hederæ folio ſimilem fuiſſe ſcribit peltam Amazonicam, quam alii lunatam affirmant. Peltarum icones aliquot vide apud Lipſium Analect. ad milit. Rom. Vide *Cetra*.

Peltastæ. Milites, quibus pelta eſt ſcutum. Vide *Pelta*.

Peltatus, a, um. Pelta armatus. Liv. lib. 28. *Menippum ex regiis Ducibus cum mille Peltatis Chalcidem mittit*.

Peltifer, a, um. Ferens peltam, ut puellæ peltiferæ apud Statium.

Pennones. Vexilla erant, a pendendo dicta. Memorantur a Scriptoribus mediæ Latinitatis. Ejuſdem notionis ſunt Penuncellus & Penicellus. Thomas Valſinghamus in Ricardo 11. *Vexilla & Penicellos erigentes*. Et infra: *Deferens vexillum, vel Penicellum diſplicatum de armis S. Georgii*. Et quoniam regia & publica edicta vexillis explicatis ſolebant indici, ideo ſæpe leguntur Pennones pro edictis regiis vel bannis; juxta notionem a nobis explicatam in ipſa voce *Bannum*, quæ edictum ſimul & vexillum ſignificat. Vetus charta Petri I. Regis Aragoniæ: *Pennones atque regalia noſtra firmiter obſervari jubemus*. Itali etiam vexilla dicunt *Pennoni*; haſtarum verò flammulas, ſive panni, lini, vel ſerici faſcias affixas & explicatas ad cuſpides lancearum, vocant *Pennoncelli*, quas nos Penuncellos ſupra diximus. Criſtulæ etiam galearum vocantur *Pennoncello* apud Academicos a Furfure. Ar. Fur.

E con un bianco pennoncello in teſta.

Pensatores. Quæſtorum miniſtri, ſive erogatores militarium ſtipendiorum. Vide *Stipendium*.

Pentacontarcha. Latinè militum quinquaginta Præfectus. Occurrit 1. Machab. cap. 2. *Et poſt hæc conſtituit Judas Duces populi, Tribunos, & Centuriones, & Pentacontarchos, & Decuriones*. Quem hiſtoria ſacra Reg. l.4. 1. vocat Principem quinquagenarium, ad Eliam evocandum miſſum à Rege Ochozia, *Miſitque ad eum Principem quinquagenarium*, ſeptuaginta habent Pentacontarcham. Eodem nomine in militia navali audit Præfectus Pentacontori, quæ navis erat quinquaginta remigum, inventa, ut Scriptores Græci referunt, à Danao, cum ex Ægypto Argos tenderet; eique attributos addunt iidem Scriptores remiges quinquaginta à numero filiarum ejuſdem Danai. Ejuſdem generis extitiſſe memorant navem Argo. Pentacontori meminere Thucydides, Polybius, & Demoſthenes. Vide Gyrald. de Navig. & Scheffer. de Militia navali lib. 4.

Pentagonæ arces. Latinè quæ quinque habent angulos vel propugnacula.

Pentalpha. Vide *A littera*.

Pentathlum. Numerus eſt & periodus, quinque complectens certamina Gymnica Græcorum, ideſt cæſtum, curſum, ſaltum, diſcum & luctam. Qui in his omnibus viciſſent dicebantur Pentathli.

hli. Plin. lib. 34. cap. 8. de Myrone: *Hic fecit Delphicos Pentathlos*. Pentathli & Pentathlorum mentio occurrit ſæpe apud Pauſaniam, Herodotum, alioſque Græcos Scriptores. Jamverò Latini Græcorum Pentathlum Quinquertium dixere; eos verò, qui ex iis omnibus ludis victoriam reportaſſent, Quinquertiones. Vide quæ de ſingulis ludis prolixè egimus in ſuis Titulis. Vide etiam *Athletica*, & *Gymnaſtica*.

PENTIREMIS. Quam navim Cicero aliique Scriptores probi ſatis apte efferendam putarunt nomine Quinqueremis, neſcio quid in mentem venerit Hirtio, ut voce hybrida, ex Græca nimirum Latinaque compoſita, Pentiremem non ſemel diceret. Sic enim de Bell. Alexand. *Capit ex eo prælio Pentiremem unam, triremes duas, dicrota octo, compluresque remiges Octavianos*. Et iterum in Bello Africano: *Naves onerarias, quæ longiùs a portu in ſalo ſtabant, incendit: & Pentiremes duas vacuas a defenſoribus, nullo repugnante, cepit*.

PENULA, æ, aliis PÆNULA. Veſtis genus ſupra tunicam aſſumpta, pluviis arcendis; ideo craſſior illa & villoſa. Eam milites etiam ad ſagum addidiſſe conſtat ex Seneca lib. 3. de Benef. cap. 28. *Quò te penulati iſti in militum quidem non vulgarem cultum ſubornati, quò, inquam, te iſti efferunt?* Et lib. 5. cap. 24. *Quidam ex commilitonibus Cæſari penulam ſuam ſubſtravit*.

PEPLUS, i & PEPLUM. Genus eſt veſtis laxioris atque depictæ, & quidem Minervæ peculiaris, eique ſacræ, ut docet Servius ad illud Virgilii 1. Æneid.

Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades paſſis, peplumque ferebant.

Hoc ego nomine inter militaria indumenta peplum retulerim, quod Deæ armigeræ veſtis fuerit. Legitur tamen in Homero Iliad. 5., Venerem etiam a Diomede accepiſſe vulnus in manu, Ducisque lanceam ejuſdem Deæ peplum confixiſſe. Mihi porrò valde mirum accidit ab Homero Deas induci peplo dimicantes, quæ non ſolum ſinuoſa admodum veſtis eſt, verum etiam ad talos promiſſa. Claudian. de Nuptiis Honorii:

Et crines feſtina ligat, peplumque fluentem
Allevat.

Legitur quidem apud Pollionem in Saturnino, amictum Imperatorium peplum fuiſſe, ubi ita ſcribitur: *Hic ea die, qua eſt amictus a militibus peplo Imperatoris, concione habita dixiſſe fertur: Commilitones, bonum Ducem perdidiſtis, & malum Principem feciſtis*: Verùm is locus omni robore deſtituitur ad aſſerendum peplum pro militari aut Imperatoria veſte. Neque enim peplus ille fuit Ducum inſigne, ſed, ut optime notat Caſaubonus ad Pollionem in Celſo, cum aliunde purpura non ſuppeteret ad amiciendum novum Auguſtum, detraxerunt milites peplum ex ſimulacro Veneris, vel Palladis Deæ, ut clariùs idem Pollio ſe explicat in Celſo: *Afri quoque, authore Vibio Paſſieno Proconſule Africæ, & Fabio Pomponiano Duce limitis Libyci, Celſum Imperatorem appellaverunt, peplo Deæ cæleſtis ornatum*. Mutuatitium proinde fuit, extortumque a neceſſitate Imperatorium illud Celſi indumentum. Verum ſicut id optime notatum eſt a Caſaubono, ſic falſus eſt Salmaſius, ubi fœminarum duntaxat proprium fuiſſe peplum addocet. Veſtem quippe illam etiam viris communem ſtatuit Pollux authoritate Xenophontis. Homerus etiam Odyſſ. 4. Helenum longo peplo ſcribit indutum: & Epigramm. Græc. lib. 1. Bacchus dicitur veſtitus peplo ex cervinis pellibus. Adverto etiam Cœlium Rhodig. lib. 13. cap. 18. obſervare peplum ab Homero etiam quandoque accipi tum pro curruum opertorio, tum pro ſtragulo equorum: quemadmodum Ariſtophanes velum navis Panathenaicæ, quæ quarto quoque anno in honorem Palladis inſtruebatur, peplum nominavit. In iiſdem Athenienſium feſtis Panathenaicis contextus a virginibus deferebatur peplus, ubi depicta conſpiciebantur Minervæ geſta; atque ibidem delineata cernebantur eorum nomina, qui aliquid immortalitate dignum pro patria fortiter egiſſent. Hinc Ariſtophanis formula, *dignus Peplo*, pro viro eximiè forti, ut notavimus etiam in Titulo *Panathenæa*. Propter ejuſmodi facinora ferè militaria in peplo depicta iterum Peplus honeſtum habet locum in noſtra recenſione bellicarum dictionum.

PER HASTÆ CUSPIDEM CURRAS. De iis per adagium dicitur, qui in re maximum in modum periculoſa verſantur. Tranſlatum a re militari, cum milites per adverſas bellatorum haſtas ſe inferunt. Vel potiùs a circulatoribus, qui per ſummas haſtarum cuſpides ingredi ſolent.

PERA, æ. Proprie Græcis eſt pellis a collo dependens. Sumitur pro ſacculo viatorio, locumque habet in re ſarcinaria militari. Martial. lib. 14.

Ne mendica ferat barbati prandia nudi,
Dormiat & tetrico cum cane, pera rogat.

PERULA, æ. Parva pera. Senec. Epiſt. 91. *Exemptum protinus e perula calicem fregit*.

PERACIUM, ii. Legitur quandoque pro pharetra, vel telorum repoſitorio, & theca ſagittarum. Origo nominis ex pera ſacculo. Anonymus de Geſtis Friderici II. Imp. *Saraceni more ſolito, priuſquam ſe jungant, manualiter hoſtibus ex peraciis tela projiciunt, & ſubitò ſagittantes Ribaldos ſine numero vulnerant*.

PERDOMO, as. Penitus domo. Liv. lib. 9. *Si arma, Aſiâ perdomitâ, in Europam vertiſſet*.

PERDUELLIS, is. Latinè hoſtis, & propriè qui pertinaciter bellum exercet. Nam duellum antiquitùs bellum erat; ex quo perduellum, quaſi pertinax bellum; & perduellis, quaſi pertinax hoſtis. Juxtà hanc acceptionem frequenter Plautus hoſtes & perduelles promiſcuè habet. Veteres autem hoſtem vocabant quem nos hoſpitem vel peregrinum dicimus, ut docet Cajus L. quos nos ff. de verb. ſignif. Poſteriorum verò temporum uſus obtinuit, ut perduelles dicerentur hoſtes patriæ, vel qui graviter offenſi Principis vel Reipublicæ culpâ (quod læſæ majeſtatis crimen vocamus) ſe gentemque ſuam commaculaſſent. Cic. 1. Offic. *Equidem illud etiam animadverto, quod qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis vocaretur, lenitate verbi triſtitiam rei mitigante*.

PERDUELLIO, onis. Propriè & antiquiſſimè eſt pertinax bellum: ſed jam uſurpatione communi crimen eſt majeſtatis, ut loquiunt, læſæ. Liv. lib. 1. *Perduellionem judicent ſecundùm legem*.

PEREQUITO, as. Equitando in omnem partem ſe agere. Cæſar lib. 4. Bell. Gall. *Per omnes partes* per-

perequitant & tela conjiciunt.

Pererium, ii. Machina eſt, aliter Petraria appellata, a Gallorum voce *Perriere*. Edictum Nunonis Sancii. *Statuimus, quod nullus expugnet aliquod caſtrum, vel aliquam munitionem cum Guſſa vel Pererio.*

Perfidia, æ. Vide *Fides*.

Perfuga, æ. Qui ad hoſtes perfugit, ſive deficit. Corn. Fron. de different. Vocabul. illud ſtatuit diſcrimen inter perfugam & transfugam, ut transſuga ſit, qui ſociis relictis ad hoſtes accedit animo nocendi ſuis, juvandi hoſtes; perfuga verò ad hoſtes accedat animo orandi & ſupplicandi. Transfuga diſcedit ad hoſtes ut juvet; perfuga ut juvetur. Cic. Philipp. *Cur de perfugis noſtris copias comparat contra nos?* Et Offic. *Perfuga a Pyrrho venit in caſtra Fabritii*. Optime Liv. lib. 30. diſtinguit inter perfugas & fugitivos: *Naves longas, Elephantos, perfugos, fugitivos, captivorum quatuor millia tradiderunt*. Perfugæ nimirum ii ferè dicuntur, qui ad hoſtes accedunt, ſugitivi verò, qui heros quidem ſuos deſerunt, & ad alios, non tamen hoſtes, conſugiunt. Vide *Fugitivi*.

Perfugio, gis. Deſciſco, tranſeo ad hoſtes. Cæſar lib. 1. Bell. Civil. *Magnus eorum quotidie numerus ad Cæſarem perfugiebat.*

Perfugium, ii. Tutus locus, quo quis ſe contendit recipere adverſis rebus jactatus. Liv. lib. 2. *Pars perexigua Duce amiſſo, quia nullum proprium perfugium erat, Romam inermes & fortunâ & ſpe ſupplicum delati ſunt.*

Pergama, orum. Virgil. Æneid. 2.

Trojam incenſam & prolapſa videntem
Pergama.

Arx Trojæ editiſſima: ex qua altiſſima quæque ædificia vocari etiam Pergama, tradit Servius ex Æſchylo. Ad eundem modum, ut teſtatur Euſtathius 2. Iliad. montem omnem editiorem Idam dicebant, omnem aquam Acheloum. Vet. Vocab. *Pergama, ædificia Trojana a πῦρ, quod eſt ignis, & γυνὴ, quod eſt mulier, quaſi per ignem & mulierem deſtructa*. Hoc etymon, ita vivam, non Thermas modo Neronianas, ſed ipſam ardentem Trojam refrigerare poſſet. Phrygiam vocem ſuſpicor.

Peribolus, i. In architectura militari ſuprema eſt pars in gyrum acta, interiecta loricula, per quam diſcurrunt milites ad arcis cuſtodiam. Sumitur etiam Peribolus pro ipſo latiori ambulacro deſuper complanato, ubi circitores ad cuſtodiam excurrunt, quemadmodum ex Polemicis Scriptoribus obſervat Cangius. Meminerunt hujus vocis Gulielmus Tyrius lib. 8. cap. 4. Albertus Argentinas ad annum 1375. Eſt autem Peribolus Latinè ambitus, ſive ſeptum. *Incamiſciata*.

Perierunt omnia. De extrema pernicie dicitur. Ortum autem adagium ab Hippocrate, qui interfecto Mindaro Lacedæmoniorum Duce ſcripſit ad Spartanos hujus exempli epiſtolam: *Perierunt omnia*. Quod etiam antiquo Senario ſic exprimitur:

Periere boneſta, Mindarus ſublatus eſt.

Recenſetur adagium a Diogeniano.

Peritomidæ, arum. Barocius paraphraſtes Heronis in libro de Machinis bellicis docet eſſe ligna tranſverſa ad baſim teſtudinis arietariæ, quibus juga inhærent, præſtantque ut univerſa machina firmiter conſiſtat, neque motione laxetur aut contrahatur. Vide delineationem Teſtudinis cum ſuis partibus apud memoratum Scriptorem.

Peritretos. Pertuſum quid & perforatum indicat ex Græco. Vitruvius l. 1. c. 2. exponit foramen in balliſta: *Aut etiam embate in balliſtæ foramine, quod Græci peritreton vocitant*. Idem lib. 10. c. 17. peritreton appellat ſcutulam: *Cum ergo foraminis magnitudo fuerit inſtituta, ſcutula, quæ Græcè peritretos appellatur &c.* Vide *Scutula*.

Perizomata. Vide *Veſtitus militaris*. 1.

Permunio, is. Munitionem abſolvo. Liv. lib. 10. Bell. Punic. *Et quæ munimenta inchoaverat, permuniit.*

Pero, onis. Genus calcei ruſtici e crudo corio, altique ad mediam tibiam; quo minus eos geſtantes luto cæteriſque ſordibus pedes inficiant, præſertim cum per cœnoſa loca eſt gradiendum. Dicitur a pera, ſacculi genere; quòd ſit laxius calceamentum ad ſacculi ſive peræ ſimilitudinem. Divus Hjeronymus in cap. 44. Geneſ. docet, apud Hebræos eadem voce peronem & ſacculum indicari. Hoc maxime calceamenti genere uſos conſtat agricolas ruſticoſque. Firmitatem ſcilicet illi uſumque calcei commodum in laxioribus illis quærebant integumentis, de ornatu elegantiore, & concinnitate parum ſoliciti. Perſius Satyr. 5.

Navem ſi poſcat ſibi peronatus arator
Luciferi rudis, exclamet Melicerta; periſſe
Frontem de rebus.

Ejus calceamenti firmitas & commoditas invitavit etiam milites, ut illud adſciſcerent; opportunum vel maxime futurum, præſertim cum per nives imbreſque, & fœdam tempeſtatem iter eſſet capeſſendum. Hernici præſertim illos adhibuere. Virgil. lib. 7.

veſtigia nuda ſiniſtri
Inſtituere pedis; crudus tegit altera pero.

Quod autem ibi Virgilius innuit de Hernicis, qui nudo ſiniſtro pede, calceato dextero depugnabant, id ſcilicet factum Ætolorum aliarumque gentium imitatione, quæ nonniſi dexterum pedem calceo protectum habebant; quoniam ſolus ille anterior inter dimicandum procurreret: quod a nobis eſt latius obſervatum in voce *Ocrea*. Craſſius verò corium illud peronum interdum etiam ſetis aſperabatur. Sidonius Apollinaris lib. 4. Epiſt. *Quorum pedes perone ſetoſo tolos adusque vinciebantur*. Idem Carm. lib. 7. ex equino corio tradit confectum:

& poplite nudo
Peronem pauper nodus ſuſpendit equinum.

Exoticum ac peregrinum id Romanis fuiſſe calceamentum notat vetus Scholiaſtes Juvenalis ad illum verſic. Satyr. 1.

Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis:

Ubi hæc habet Interpres: *Pedules novos in braccis, quos perones dicunt, habens, ut peregrinus.* Tertulianus verbis illis lib. de Pallio cap. 5. *Magnum inceſſui munimentum ſutrinę venerec proſpexere, perones effœminatos*: His, inquam, verbis magnum eruditis viris faceſſit negotium. Cum enim conſtet, peronem ruſticorum & militum peculiarem fuiſſe calceum, rudem ſcilicet & incomptum, qui fieri potuit, ut inter ornamenta mundi muliebris, & fœminarum delicias habe-

haberetur? Verùm nihil obſtat arriſiſſe quidem fœminis eam calcei ſormam; ſic verò illam ad ſuos uſus tranſtuliſſe, ut concinnè conſuti, & eleganter exculti eſſent perones muliebres; auro etiam ſuppacti, nec crudo conſarcinati corio, ſed pretioſis pellibus; præſertim cum gemmatos etiam perones apud fœminas fuiſſe doceat idem Tertullianus lib. de habitu mulierum cap. 7. Vide Balduinum de calceo antiqq. cap. 17.

PERPENDICULUM, i. Vitruv. lib. 7. *Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam reſpondentes exigantur*. Inſtrumentum eſt notiſſimum, idemque tritum fabrorum manibus atque mechanicorum. Conſtat reſticulo cum appenſo plumbo. Uſus eſt ad altitudinem operum explorandam & examinandam. Hujus inſtrumenti inter alia multa inventor fuit Dædalus, ut ſcribit Plinius lib. 7. cap. 56.

PERPENDICULATOR, oris. Qui perpendiculo utitur; cujuſmodi ſunt mechanici ferè omnes, ac præſertim materiarii cæmentariique ſabri. Sext. Aurel. Victor in Adriano: *Namque ad ſpecimen legionum militarium; fabros, perpendiculatores, architectos, genuſque cunctum extruendorum mœnium, ſeu decorandorum in cohortes centuriaverat*.

PERPUNCTUM, i. Addit. ad Matth. Pariſ. *Unum perpunctum, capellum ferreum, gladium &c.* Tegumentum pectoris, ex lana coactili, inductum pro lorica; & plane genus thoracomachi. Villelm. de Guignavilla vetus Poeta Gallicus dubitare non ſinit, aut ipſum eſſe gambeſonem, nimirum loricam ex panno duplici farctoque, vel quidpiam ſimile;

De pontures le Gambiſon,
Pourquoi Paurpoint l'appelle-on.

PERSTERNO, is. Penitus ſterno. Liv. lib. 10. de via ſilice ſtrata uſurpavit: *Via Martis ſilice ad Bovillas perſtrata eſt*.

PERSULTO, as. Dicitur propriè de pecore agros & paſcua calcante & proſternente. Frequenter tamen in rem bellicam transfertur ab Hiſtoricis. Liv. lib. 4. Bell. Maced. *Memores quam ſæpe in agro earum impunè perſultaſſent*. Tacit. lib. 11. *Ibero exercitu campos perſultante*. Idem in vit. Agric. *Simul rariores ſilvas equitem perſultare juſſiſſet*.

PERTICA, cæ. Pro menſorio in caſtris metandis inſtrumento ſæpius uſurpatur. Erat autem virga, ſeu fuſtis oblongus, qui normas habebat & pendentia perpendicula. Notum etiam apud Veteres inſtrumentum agrimenſorum. Propert.

Abſtulerat patrias pertica triſtis oves.

Factum autem eſt poſtea, ut terræ ipſæ ſive coloniæ limitibus comprehenſæ, populari apud Romanos voce, dicerentur Perticæ. Frontin. *Solum autem quodcunque coloniæ eſt aſſignatum, id univerſum Pertica appellatur*. Sed vide latiùs de iſtis diſputantem Salmaſium in Solin. & apud nos Tit. *Groma*.

PERTICHETA, æ, & PERDICETA. Machina jaculatoria in genere balliſtæ. A pertica, ut vox ſonat, illi nomen. Hiſtoria Excidii Acconis: *Secum ducens machinarum multitudinem fundibularium, ſicut ſunt petrariæ, biblietæ, perdicetæ & mangonelli*. Sanutus lib. 2. part. 4. *In prora verò cujuslibet galearum fieri poſſent aliqua bellica inſtrumenta Pertichetas ſive furcatas a puppe uſque ad proram*. Ex quibus apparet Perticbetam machinam appellatam etiam fuiſſe Furcatam: ab ipſis nempe perticis, quæ ſolent furcatæ eſſe.

PERTINAX. Equus fuit hoc nomine Commodi Imperatoris, quem ille inaurata pelle ſolebat contegere, ut legitur apud Dionem in Pertinace.

PERVASTO, as. Prorſus vaſto. Tacit. lib. 15. *Pervaſtata Italia, provinciæ everſæ*.

PESSUNDO, as. A *do* & *peſſum*, quod adverbium ſignificat ad imam partem, ad pedes. Ex quo ire peſsum, eſt deorſum vel retrorſum ire: rem in contrarium cedere: afflictam & conclamatam eſſe, & quaſi calcatam pedibus. Plin. in præfat. lib. 14. *Peſſum jere vitæ pretia, omneſque a maxima bono liberales dictæ artes in contrarium cecidere*. Peſſundo autem eſt pedibus premere; & ſumitur pro evertere cum ſummo quodam contemptu. Terent. in Andria: *Quæ ſi non aſtu providentur, me, aut herum peſſundabunt*. Verum hæc & nota ſunt omnibus, & ad noſtrum forum minime pertinent. Illud eſt plane novitium, ut *Peſſundare* dicatur pro *expugnare*, qua notione non ſemel uſurpatur a Scriptoribus ævi Longobardici. Villelmus Brito Philipp. lib. 6.

Obſidet ergo duo, ſibi quæ tradenda fuerunt,
Oppida, ſi pacto voluiſſet ſtare Joannes:
Hebdomadiſque tribus valido peſſundat utramque
Marte.

Idem lib. 3.

facilique putabat
Poſſe Medontinum ſibi vi peſſundare caſtrum.

Et iterum.

Neuſtrica peſſundat ſibi dum confinia bello.

PESTILENTIA. Vox eſt Voſſio Hebraicæ, Mureto Græcæ originis. Aliis ſatis bellè trahitur a Latinorum *peſſum*, quaſi Peſtis omnia peſſundet. Quædam eſt ab exhalatione vel aliis de cauſis orta malignitas, in veneni naturam facilè tranſmigrans; contactu ſæpe & commercio, interdum vitiato aere in exitium propagata. Atrox inprimis & funeſtiſſimum malum; utpote quo ſæpe aer, quo ſpiritum ducimus, & præmoritur ipſe, & quæ ipſo indigent, indigent autem quæcunque vivunt, ſecum in exitium trahit. De peſtilentiæ cauſis agunt operosè illuſtres Medici. Frigus immoderatum, loca paluſtria, ſtrages editas, inſepulta cadavera, graſſantes morbos, quæque extrema fames imperare ſolet, teterrima alimenta percenſent. Primas verò deferunt calori ſummo ſiccitatem eximiam ingeneranti. Ut enim nihil eſt igne in natura efficacius, ſic ad perimendum nihil eſt celerius & violentius. Hoc Mythologi indicatum ferunt a Phaetontis incendio, terris omnibus populiſque exitioſo. Idem memorant adumbraſſe Homerum Iliad. lib. 1. ubi narrat in Græcorum exercitum peſtilentiam immiſſam fuiſſe ab Apolline, quem ſolem eſſe fabulæ perhibent. Obſervatum eſt tabem peſtiferam deſcribentes mira conſenſione a quadrupedibus initium capere. Præivit Homerus loco relato:

Mulos quidem primum inveſit & canes veloces;
Sed poſtea ipſos, ſagittam mortiferā immittens,
Feriebat.

Virgil. lib. 3. Georg.

Hic quondam morbo cæli miſeranda coorta eſt

Tempeſtas, totoque Autumni incanduit æſtu,
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum,

Claudian. lib. 2. In Ruffin.

primo pecudum depaſcitur artus,
Mox populos urbeſque rapit,

Senec. Œdip.

Prima vis tardas tetigit bidentes.

Ejus rei cauſa ab ipſa brutorum natura petenda eſt; quorum pleraque nobis facultate odoratus longè præſtant; omnia verò in terram jugiter prona malignos halitus propiùs hauriunt. Et quoniam canes præ cæteris olfactu præditi ſunt acutiſſimo, idcireò coortam peſtem primi ſentiunt. Prædocuit idem Homerus præſcriptis verbis, Adſtrue Lucretium lib. 6.

cumprimis fida canum vis
Strata viis animam ponebat in omnibus ægram.

Ovid. Met. lib. 7.

Strage canum primò volucrumque oviumque boumque,
Inque feris ſubiti deprenſa potentia morbi eſt.

Sil. lib. 17.

Vim primam ſenſere canes.

De peſtilentiæ cauſis & damnis obiter nos iſta quidem & generatim. Nam Hiſtorici Poetæque fere omnes in ea latiùs deſcribenda ſuarum quiſque virium fecere periculum. Vide horum loca ſtudioſè collecta atque collata ab eruditiſſimo de la Cerda ad Virgilii Georg. lib. 3. Progredior ad militaria,

2. Nullo uſitatius malo publico teſtatum eſſe Cælites voluere, quàm properè quamque luctuoſè divinam ultionem laceſſant, qui iniquè & crudeliter bella indicunt, eademque, in Superos reverentia, religione, omnique humanitate penitus ejurata, per impudentem audaciam & licentiam injurioſam exercent. Sacræ juxtà profanæque conſentiunt literæ. Senacherib Aſſyriorum Rex in expeditione Hieroſolymitana impietatis ſuæ pœnas perſolvit exercitu peſte deleto, quod brevi admodum tempore cœleſtis nuncii miniſterio peractum eſt, ut exponitur lib. 4. Reg. cap. 19. Quod enim ibi legitur percuſſum ab Angelo ejus Regis exercitum, Joſephus Antiqq. Jud. lib. 10. cap. 2. poſt Herodotum & Beroſum, de immiſſa peſtilentia interpretatur. Affero Joſephi verba: *Senacheribus autem ab Ægyptiaco bella revertens offendit ibi exercitum, quem ſub Rapſacis imperio reliquerat, peſte divinitùs immiſſa deletum, abſumptis cum Ducibus & tribunis centum & octoginta quinque millibus militum.* Joſephi ſententiam ſequuntur Alfonſus Tonſtatus Epiſcopus Abulenſis, & Thomas Cardinalis de Vio, quem a patria Cajetanum nominant. Vide Cornel. a Lapide in Iſai. c. 37. De immiſſa cælitus in Hebræos labe peſtifera ob recenſitum a David populum ita ſcribitur Reg. lib. 2. cap. 24. *Immiſitque Dominus peſtilentiam in Iſrael de mane uſque ad tempus conſtitutum, & mortui ſunt ex populo a Dan uſque ad Berſabee ſeptuaginta millia virorum.* Gigantes verò, homines impii & Deorum contemptores, cum in hos bellum facerent, profligati peſtilentia conciderunt ab Hercule, Deorum apud Ægyptios antiquiſſimo. Macrob. Saturn. lib. 1. *Gigantas autem quid aliud fuiſſe credendum eſt, quàm hominum quandam impiam gentem Deos negantem?* Et paulo poſt de Hercule: *Ab hac gente Sol pœnas debitas vi peſtiferi caloris exegit. Et revera Herculem Solem eſſe vel nomine claret: Heracles enim quid aliud eſt, niſi heras, ideſt aeris cleos?* Expugnatis a Romulo Fidenis lues graviſſima Romam & Laurentes inceſſit ob inultam Tatii mortem: eumque nullo humano præſidio obviam iretur gliſcenti exitio, reſedit tandem lethalis pernicies inventis & ſupplicio affectis homicidis, ut ſcribit Plutarchus in vita Romuli. Joſephus Antiqq. l. 15. cap. 11. acerbiſſima peſte conflictatam ſcribit Urbem Hieroſolymorum, Herode Rege, ob Mariamnem Reginam injuſtè cæſam. Ut verò ab argumento nullum capiente finem me expediam, ad calamum revoco peſtilentiam illatam in Græcorum Trojam obſidentium exercitum, cujus cauſam ad Chryſen Sacerdotem contumelioſè acceptum ab Agamemnone refert Homerus Iliad. lib. 1.

Quiſnam ipſos Deorum liti commiſit ut pugnarent?
Latonæ & Jovis filius. Hic enim Regi iratus
Morbum ſuſcitavit malum. Peribant autem populi
Quoniam Chryſen contumelia affecerat Sacerdotem
Atrides.

Nimirum parum religioſè cœpta triſti exitu in authorum capita recidunt; ut plane conſtet nihil eſſe verius effato Æoli, Poetæ antiquiſſimi: *Orſus mali finis malus.* Tranſgredior ad alias peſtilentiæ cauſas in exercitu & caſtris. Ipſa verò cuique obvia rerum copia facit ut curſim illas delibem, ne laureolam, quod ajunt, videar in muſtaceo quærere.

3. Nulla ferè ſiccitate frequentior cauſa. Liv. lib. 17. *Propter famem peſtilentiamque in agro Romano ex ſiccitate caloribuſque nimiis ortam, exercitus duci nequivit.* Proximus ad eandem a fame gradus: Curtius lib. 9. *Famem deinde peſtilentia ſecuta eſt; quippe inſalubrium ciborum novi ſucci, ad hoc itineris labor & ægritudo animi vulgavere morbos.* Florus lib. 3. cap. 5. *Cum ex mora obſidentem Regem fames, & ex fame peſtilentia urgeret.* Pertimeſcenda aeris gravitas: Liv. lib. 20. *Acceſſit & peſtilentia, commune malum, quod facilè utrorumve animos averteret a belli conſiliis: nam tempore Autumni, & locis natura gravibus intoleranda vis æſtus per utraque caſtra omnium ferè corpora movit.* Cauſas alias coacervat Appianus de Bell. Punic. ubi ita ſcribit de peſte in Caſtris Aſdrubalis: *Acceſſerunt & morborum genera omniſaria, quæ incommodo victu, otio, & anni tempore augebantur. Concluſa enim erat intra modicum caſtrorum ſpatium turba hominum. æſtate ardente, qualis eſt in Africa: & cum ligna coquendis cibis deficerent, ſcuta urebantur: nec cadavera mortuorum efferebantur, Maſaniſſa non intermittente ſtationes; ac ne cremari quidem poterant lignorum inopiâ. Ita peſtis in dies graveſcebat, dum verſantur inter olentia tabo corpora.* His aliiſque de cauſis pervagatæ peſtes obſidiones urbium, expeditiones militares, & belli quoquo modo inferendi gubernandique conſilia dirimunt: clavo ſcilicet, ut dicitur, pellente clavum, & levioris infortunii ſenſu ad gravioris mali præſentiam hebeſcente. Liv. Dec. 1. lib. 2. *Incommodo bello in tam arctis commeatibus vexati*

ti

ſi forent, ni Volſcos jam moventes arma peſtilentia ingens invaſiſſet. Idem Dec. 1. lib. 4. *Urbes tamen non oppugnatæ, quia peſtilentia populum invaſit*. Et iterum ibidem: *Peſtilentia coorta cogitationes hominum a foro certaminibuſque publicis ad domum curamque corporum nutriendorum avertit*. Præclarè ſcilicet ſcriptum reliquit Vegetius lib. 3. cap. 2. *Malè cum his agitur, quibus neceſſitas & belli incumbit & morbi*.

4. Jam verò cum in confeſſo ſit apud omnes, peſtilitatem (ut Lucretii vocabulo utar) ſupplicium eſſe unum omoium graviſſimum, quotquot ad infringendam inflatam mortalium proterviam a ſupremo Numioe proficiſcuntur, non eſt dubitandum, quin potiſſima adversùs hanc remedia ab ejus indignatione mitiganda, & ioeunda a cedeuntibua ad obſequium ſervulis gratia, petenda ſiot. Id vel erga Patrios Deos fictitios ſervarunt nationes ferè omnes. Diodorus l. 15. author eſt Carthaginienſes, cum vulgata lue divexati, & finitimorum præterea bello laceſſiti de imperio periclitarentur, poſt Deos ſacrificiis pacatos, ab ioteritu reſpiraſſe. Supplicatione Æſculapio indicta, eoque ab Epidauro accerſito, a diuturna morboſaque ſtrage Romanos fuiſſe liberatos teſtatur Livius Dec. 1. lib. 10. Rem cuilibet perſpectiſſimam exemplis ultra non urgeo. Adverto tamen priſcæ ſuperſtitionis Deos fictiles, lapideos & metallicos, quemadmodum aures habebaot oec audiebaot, ut eſt io pſalmo 113. ſic poſtremò oeglectos fuiſſe a ſuis cultoribus, ſicubi ſacrificia & ſupplicatiooes mious ex voto procederent. Ita ſe geſſiſſe Romanos afflatos peſte ſæviſſima Dionyſius prodidit Aotiqq. lib. 10. *Ergo quandiù ſpei aliquid fuit in Diis, populariter ſacris operabantur & luſtrationibus. Ubi verò increbuit opinio non eſſe curę Diis res mortalium, nec tangi eos miſericordia, & ipſi religiones neglexerunt*. Longè verò firmiore fiducia noſtræ preces armantur, quos erigit divina ſponſio pſalm. 88. *Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: miſericordiam autem meam non diſpergam ab ea, neque nocebo in veritate mea*. In hoc pollicitationis divioæ atquo clementiæ pignore, votiſque piè ouncupatia, impeodio nos ſtabiliorem ſpem fidemque reponimua, quam in ſuis Romani veteres lectiſterniis, claviſque a Dictatore fixia, de quibus Liv. dec. 1. lib. 7. *Repetitum ex ſeniorum memoria dicitur, peſtilentiam quondàm clavo a Dictatore fixo ſedatam*. Verùm huic propulſando a caſtris malo humana etiam, ſecundum opem divinam, ſuot advocanda præſidia.

5. Quod in curanda uniuſcujuſque valetudine caveri commendarique inprimis ſolet, ut quantolibet ſtudio arceantur cauſæ morborum, idem ut io exercitu & præmagnia quibuſque cœtibus a morboſa tabe afferendis, nulla prætermiſſa diligentiæ parte cuſtodiatur, jure præcipitur. Quemadmodum enim alimoniæ frugalitas, ſinceritas aeris, æqua corporis agitatio, & facilè parantur, & plerunque tuta ſunt adminicula commodæ valetudinis; contra verò ubi ægrotationes ingruuot, cum triſtiſſimis herbarum ſuccis, teterrimis potionibus, catapotiis, alexipharmacis, atque adeo igne ferroque rea agitur, eventu ſæpe fruſtraoeo, ſemper ooo tam doloris ſenſu, quàm ſumptibus aſpero; ad eandem formam opportunis cautionibus procul habitæ in caſtris cauſæ morborum, non pacatas modò copias, verùm geſtientes efficiunt; exadverſum invaleſcentem ſub pellibus debacchantemque luem excindere, immenſum quiddam habet operis & laboris. Ex remediis porrò eam peroiciem præpedientibus frequens io caſtris militum exercitatio omnibus eſt anteferenda. Diſertè id præcipit Romanæ militiæ Magiſter Vegetius lib. 3. cap. 2. *Rei militaris periti plus quotidiana armorum exercitia ad ſanitatem militum putaverunt prodeſſe, quàm medicos*. Enucleat idem ſubinde eem preſſiùs per hæc verba: *Itaque pedites ſine intermiſſione imbribus vel nivibus ſub tecto, reliquis diebus exerceri in campo voluerunt. Similiter equites non ſolùm in planis, ſed etiam in abruptis & foſſarum hiatu difficillimis ſemitis, ſeque & equos ſuos exercere juſſerunt. Ex quo intelligitur quanto ſtudioſiùs armorum artem docendus ſit ſemper exercitus; cum ei laboris conſuetudo & in caſtris ſanitatem, & in conflictu poſſit pręſtare victoriam*. Ejus rei exemplum memorabile, ſed patrię ſuæ calamitoſum reliquit Pericles. Cum enim Peloponneſiaco flagrante bello, intra Atheoarum muros recepiſſet collectam ex agris plebem ruſticanam, ne Spartanorum inſultibus infeſtaretur, per otium & laborum deſuetudinem languore primùm affici incluſa multitudo; mox tanquam ex effuſa Paodoræ pyxide, oulla oon morborum genera in cooſertos & deſides deſævire; ut per omnium capita pervagata lues io urbe conficeret, quos leviore damno in agris hoſtiles gladii ſuſtuliſſent. Vide Plutarchum in vita Periclis. In metandis præcipuè caſtris habenda locorum ratio; nec oiſi explorata prius ſoli aeriſque ſalubritate figendæ ſtationes. Evitanda potiſſimum ſtagna paluſtria, algores immodici, extrema ſiccitas, & quæ Vegetius iodicato loco complectitur in hanc ſententiam: *Ne in peſtilenti regione juxta morboſas paludes, ne aridis & ſine opacitate arborum campis aut collibus, ne ſine tentoriis æſtate milites commorentur. Ne tardiùs egreſſi, & calore ſolis, & fatigatione itineris contrahant morbum, ſed potius in æſtu luce cœpto itinere ad deſtinata perveniant. Ne ſæva hyeme iter per nives ac pruinas noctibus faciant, aut lignorum patiantur inopiam, aut minor illis veſtium ſuppetat copia. Nec ſanitati enim nec expeditioni idoneus eſt miles, qui algere compellitur. Nec perniecioſis vel paludoſis aquis utatur exercitus*.

6. Quod ſi neceſſitas adigat copiaa iniquiore loco ſubſiſtere, cogitandum actutum erit de caſtria permutandis, qua mutatione nihil præſentiùs ſerpentem tabem vetat ingraveſcere. Idem ibidem Vegetius: *Ex contagione aquarum & odoris ipſius fœditate vitiatis hauſtibus, & aere corrupto, pernicioſiſſimus naſcitur morbus, qui prohiberi non poteſt aliter, niſi frequenti mutatione caſtrorum*. Idem docet Vitruvius lib. 1. cap. 4. Ex quo porrò diſces, quam ſagacibus olim experimentis proluderetur ad loca caſtris vel urbibua excitandis capienda: *Majores e pecoribus immolatis, quæ paſcebantur in iis locis, quibus aut oppida aut caſtra ſtativa conſtituebantur, inſpiciebant jecinora, & ſi erant livida & vitioſa prima, alia immolabant, dubitantes utrum morbo an pabuli vitio læſa eſſent. Cum pluribus experti erant, & probaverant integram & ſolidam naturam jecinorum ex aqua & pabulo, ibi*

conſtituebant munitiones : ſi autem vitioſa invenisbant, indicio transferebant, idem in humanis corporibus peſtilentem futuram naſcentem in iis locis aqua cibique copiam, & ſic transmigrabant & mutabant regiones, quærentes omnibus rebus ſalubritatem. Eo magis abrumpendæ moræ omnes, mutandæque continuò manſiones, ſi fontes, flumina, putei, commeatus dolo malo ab hoſtibus contaminari inveniantur, quod non ſemel factitatum alibi demonſtravimus. Addo hic ad maturandum humani generis excidium id quoque fuiſſe inventum, ut peſtis ipſa in ſinu occulta, ſed palam diſſeminanda circumferretur. Refugio meis verbis efferre rem plenam immanitatis : indicabo verbis Roderici Fonſecæ illuſtris Medici Tom. 1. Conſ. 49. *Animadvertendum quod venefici homines aliquando peſtem deferunt, fomitem ſecum portando, vel ſaniem eorum, qui peſte laborarunt, quam vel vaſis includunt, vel aliqua panno lineo immergunt, vel fabricant unguenta ex peſſimis herbis, qualis eſt Napellus, Aconitus, atque illis inungunt fores, & ſerraturas, unde afficiantur ingredientes.*

7. De cura humandi poſt conflictius cadavera, ex quorum fœtore & maligno halitu intabeſcens aer frequenter florentiſſimas delevit copias armatorum, vide quæ aliud agentes diximus in Titulo *Funus*. Propero ad militum eſuriem, ex qua proximus ad peſtem gradus. Utriuſque calamitatis notis inſcripti Numantinorum vultus commiſerationem etiam ab hoſtibus extorſerunt. Appian. de Bell. Hiſpan. *Itaque jam fame exeſti diuturnaque peſtilentia abſumpti, crinibus & barbis horridi ſe tandem Scipioni dediderunt.* Etiam Harpyarum ora fame pallida notavit Virgilius lib. 3. Æneid. Contra pro eodem Veteres habuere militem pranſum & ad pugnam paratum, ex quo frequens apud Hiſtoricos formula : *Pranſum paratumque militem educere.* Liv. lib. 3. *Extemplo teſſeram dari juſſit, ut prandeant milites, firmatiſque cibo viribus arma capiant.* Sed de famis ſupplicio diximus in proprio Titulo. Hic obſervo corpora vel diuturna eſurie emaciata, vel deterrimis cibis nutrita morborum fomitem circumferre jure exiſtimari. Annonâ proinde ſepoſitâ eſuritio e caſtris eliminanda eſt. Proſpiciendum ut clibani portatiles, truſatiles molæ, majores cacabi, aliaque id genus præſto adſint, ne milites in languores morboſos abeant, fiatque illud Virgilii lib. 3. Georg.

Dira per incautum ſerpant contagia vulgus.

Secernendi verò in certumque locum cogendi morbo tacti, ut convaleſcant ipſi, & integris corporibus non officiant. Nam, ut ait Juvenalis Satyr. 2.

grex totus in agris
Unius ſcabie cadit & porrigine porci,
Uvaque conſpecta livorem ducit ab uva.

PETITIONES ARMORUM. Italis *Colpi*, *ſtoccate*. Servius ad illud Virg. lib. 9.

At Niſus ruit in medios, ſolumque per omnes
Volſcentem petit. in ſolo Volſcente moratur,

Ita ſcribit : *Petitiones proprie dicimus impetus Gladiatorum.* Addiſcuntur autem ejuſmodi petitiones in ſcholis ex arte gladiatoria, & monomachia. Neque enim quidpiam eſt aliud, quam peritia hoſtis feriendi, quæ cæteroqui laborioſam & diuturnam habet tractationem. Quintil. l. 9. c. 1. *In armorum certamine adverſos ictus & rectas manus, cum videre, tum propulſare facile eſt : averſæ tectæque minus ſunt obſervabiles.* Uſus eſt Cicero in Verrem vocabulo *Petitiones* in hanc acceptionem : *Novi omnes hominis petitiones.* Vide apud nos *Avocare arma*.

PETORITUM, i. Horat. lib. 1. Serm.

atque caballi
Paſcendi, ducenda petorita.

Vocem eſſe Gallicæ originis ſtatuunt Etymologici ex Gellio lib. 15. cap. 30. qui id videtur ſanxiſſe authoritate M. Varronis. Feſtus : *Petoritum Gallicum vehiculum eſſe, & nomen ejus dictum exiſtimant a numero quatuor rotarum.* Nonnihil tamen idem Feſtus addubitat originis eſſe Græcanicæ. Conciliari hæc facilè poſſunt. Fieri enim potuit, ut eam vocem a Græcis acciperent Maſſilienſes, quos Græca lingua uſos fuiſſe conſtat : a Maſſilienſibus verò id nomen in univerſam Galliam propagatum. Idem accidiſſe in vocibus *ſagum*, *bulga*, & aliis, contendit Voſſius, & nos alibi obſervavimus. Acron ad allatum Horatii locum ſcribit Petorita fuiſſe vehicula famularum captivarum. Porphyrion autem, alter Horatii interpres, ea ſcribit fuiſſe, quibus Regum familia vehebatur. Certum eſt, genus currus quadriroti extitiſſe. Viatorium porro fuiſſe currum, & ad bellicos uſus idoneum conjicitur ex Horatio.

PETRARIA, æ. Inferioris ævi Scriptores, apto quidem, ſed apud Antiquos mihi nunquam invento vocabulo, ſic vocant machinas lithobolas, ideſt ſaxa excutientes, cujuſmodi multas ſuis in locis expoſuimus. Jacobus de Vitriaco lib. 3. Hiſtor. Oriental. *Nos verò conſiderantes, turrim capi non poſſe Petrariarum, vel tribulorum ictibus &c.* ubi nos non *tribulorum*, ſed *trabucorum* legendum eſſe alibi docuimus. Idem alibi : *Inventi ſunt in Damiata tribuculi* (lege *Trabuculi*) *quatuor cum Petrariis, & manganellis.* Hoc facile genus eſt machinæ, quod alii vocant Bibliam Petrariam, vulgo *Petriera*.

S. PETRE. Formula fuit clamoris militaris, qua non ſolum Pontificiæ copiæ, verum etiam Principum laicorum uſæ ſunt ſæpenumero in conflictu, patrocinium inclamantes Apoſtolorum Principis. Et de copiis quidem Pontificiis teſtimonium habes Acta Innocentii III. PP. *Proſiliit ad arma cum ſuis, & benedictione ac remiſſione a legato recepta, cum idem legatus maledixiſſet hoſtibus in nomine Domini, Comes alta voce S. Petrum invocans adjutorem, proceſſit ad pugnam.* De copiis verò laicis teſtatiſſimum id reliquit Bruno de bello Saxonico ; ubi aſſeverat moris fuiſſe apud Saxones ſui temporis inclamare, *S. Petre*. Sic autem ſcribit : *Ibi quidam de noſtris adverſarium ſibi videns obvium, velut ſuum ſalutavit ſocium dicens S. Petre, quod nomen Saxones pro ſymbola tenebant omnes in ore.*

PHALÆ, arum, aliis FALÆ. Turres ligneæ ex quibus pugnabatur. Iſidorus ubi de Phalarica telo : *Hoc telo pugnatur e turribus, quas Phalas dici manifeſtum eſt.* Ennius phalarum meminit :

Malos diffindunt, fiunt tabulata phalæque.

Originem vocis ita tradit Feſtus : *Phalæ dictæ ab altitudine a phalando, quod apud Etruſcos ſignificat Cælum.* Phalas proinde dixerunt primùm, quas turres ambulatorias appellant alii ; quæ machinis inſtructæ & militibus armatæ, omniſque generis miſſilia comportantes, ad muros arcium ad-

Digitized by Google

admovebantur in militia veteri, ut nos proprio in loco latè explicavimus. Inſuper phalæ dictæ non mobiles duntaxat, & ſubditis rotis actę turres, verum etiam fixæ, & ad inſtar lapidearum, immobiles minimeque portatiles. Eodem porrò vocabulo nuncupatæ turres excitatæ interdum in navibus a prora & puppi, quarum delineationem habes apud Steuvechium in notis ad Vegetii l. 4. Has omnes machinas & ſuggeſtus fulminatorios deſpicit recens militia; cum illis ſucceſſerint impendio validiora ad oppugnandum machinamenta, quæ procul diſtantia ad urbes penitus excindendas proficiunt. Phalæ præterea ſunt Vitruvio turriculæ ligneæ, ovi figuram referentes in faſtigio, cujuſmodi adhibebantur in Circo, ad ipſas euripi oras; ſive adjectio ea fuerit ad ornatum, ut nonnulli ſtatuunt, ſeu verius ad notandum numerum curriculorum. Conſtituebantur nimirum ad tempus ipſo ludorum die, quibus peractis, removebantur. De his phalis loquitur Juvenalis Satyr. 6.

Conſulit ante phalas, delphinorumque columnas.

Eas Circi phalas perſimiles fuiſſe conjicio pilis, ſeu columellis lapideis, in ovalem figuram deſinentibus, quibus exornari ſolent atria & arcuatæ porticus magnarum ædium, atque adeo domorum Religioſarum periſtylia. Et quandoquidem de phalis extra bellicam tractationem dicere inſtitui, id nomen poſtremo ſortiuntur lignea pegmata, eademque exemptilia ac temporaria, cum ſedilibus editioribus: cujus generis plurima extrui ſolent per vias ad ſpectandos ingreſſus ſolemnes, aliaſque publicæ pompæ celebritates, quæ pegmata, & diſſolubiles ædium additiones & projecturas dicimus *Palchi, Palchetti*. Vide de Phalis Salmaſium in Solin.

PHALANGA, aliis PHALANCA, aliis PALANGA, æ. Liquet genus eſſe fuſtis. Plinius lib. 7. 56. *Prælium Afri contra Ægyptios primum fecere fuſtibus, quos vocant Phalangas*, Scitè advertit Martinius, Plinii phalangas fieri poſſe a *phalanx*, caſu Græco, numero plurium accuſandi. Iterum phalanga fuſtis eſt, quo navis ad pelagus attrahitur, vel ad litus ſubducitur. Clarè Nonius: *Palangæ dicuntur fuſtes teretes, qui navibus ſubiiciuntur, cum attrahuntur ad pelagus, vel cum ad littora ſubducuntur, unde etiam nunc Falangarios dicimus, qui aliquid oneris fuſtibus transferunt.* Quod attinet phalangas, ideſt fuſtes tranſverſos ad onera ſubvectanda, etiamnum in Hiſpania, qui ea comportant, dicuntur *Palanqueros*. Nec aliunde accerſenda eſt origo vocis *Facchino* apud Italos, ut bene notat Ferrarius: Fit autem a phalanga; ex qua *Phalangini*, *Phalachini*, & contractè *Fachini*. Planè deceptus eſt Covarruvias, quem ſequitur Menagius, qui vocem *Facchino* deducit a *Faſcis* in hunc modum: *faſcis*, *faſcia*, *faſcina*, *faſcino*, *faſchino*. *Facchino*. Nam inter puerorum jocularia recenſeas quod quidam proponunt ab Italicis verbis *fà chino*, quoniam onera recipientes bajuli incurvantur. Sunt porrò hujuſmodi phalangæ teretes & craſſiores, quas inſertis cum onere funibus tetraphori, vel exaphori deferunt; ad minimum certe duo bajuli. Neque enim phalangas dixeris anſatas perticas cum ſublatis hinc inde ciſtis onerariis, quas pulvillia ad collum poſterius injectas deferri paſſim videmus a bajulis ſingillatim. Redeo ad phalangas nauticas. Audivi ipſe ſæpius phalangas vocari a nautis in oppidis maritimis Regni Neapolitani fuſtes illos, quibus ad ſiccum ſubducuntur naves. Ibidem appellantur *Falangari* exactores pecunię, quæ in acceſſu navium ſolvitur. Thema vocis *phalanga* ab Afris primum trahit Menagius, inſiſtens verbis allatis Plinii; deinde tranſit ad fontes Hebraicæ linguæ, qua baculus dicitur. Mihi eſt certiſſimum phalangam appellari a palis, non ſolùm ob conſuetum tranſitum aſpiratæ *Ph* in tenuem *P*, ſed quoniam doctiſſimi viri palangam non phalangam ſcribunt. Ab iiſdem palia non dubiè appellationem ſortitur munitionis ſive areia munitæ genus, quod Itali dicimus *Palanca*. Conſtruitur depactis in terram palis, firmatis terræ ceſpititiæ aggeſtu, nulla aut certe minima ſtructura & admiſtione cæmentitii operis. Ut plurimum excitantur ita munitæ arces paluſtribus & aquoſis in locis; ubi ſcilicet euripi latè circumfuſi & æſtuaria abundè præſidii afferunt; ut nihil neceſſe ſit operoſiori molitione oppidanis proſpicere. Viſuntur paſſim in Hungaria & Belgio. Ex illis tamen plurimas ad formam lapidearum arcium, ex norma recentis militiæ munitoriæ, validiſſimas reddiderunt Galliæ Hiſpaniæque Reges, & Rectores Batavorum Reipublicæ fœderatæ. In Hungaria verò hoc ipſo anno ſexto decimo ſupra milleſimum ſeptingenteſimum, quo hæc litteris tradimus, poſt memorabilem cladem inter Danubium & Savum, in Raſciana provincia a Turcis acceptam, hoc ſtructuræ genere munitiſſimam inprimis urbem Temeſuariam expugnavit Germanorum exercitus, ductu & auſpiciis Eugenii Principis a Sabaudia, quem Auſtriacorum Cæſarum arma per Italiam, Germaniam, Belgium, felici ſemper exitu circumferentem Europa ſuſpexit; Otomannici verò Imperii Principes fatale ſibi & formidoloſum ſidus non una ſuorum ſtrage ſenſerunt. Quas dixi lacunas & aquarum receptacula, in quibus arces ſolent extolli, vulgò vocamus *Maraſſi*, a dictione *Maru*, quæ Scriptoribus ævi deterioris eſt palus, ſtagnum, locus uliginoſus. Villelmus Gemmetic. lib. 2. cap. 20. *Sedens ſuper lacum, quem uſu quotidiano loquendi maram vocamus.* Villelm. Brito Philipp. lib. 5.

Quæ pro fonte marus gaudet potare lutoſas.

Item Hiſt. Fundationis Abbatiæ Rameſienſis: *Ambitur præterea idem locus paludibus anguilloſis, maris latè patentibus, & ſtagnis multi modi generis piſcium, & avium natalitium nutritivis.* A phalanga, vel palanga habemus vocem Italicam *Spalancare*.

PHALANGARII, orum. Sic appellavit Alexander Severus milites, qui conſtituebant phalangem triginta millium hominum a ſe, ad Alexandri Macedonis æmulationem inſtitutam. Sic autem ſcribit Lamprid. in ejus vita: *Elaborabat denique ut dignus illo nomine videretur, imò ut Macedonem illum vinceret, dicebatque inter Romanum Alexandrum & Macedonem multum intereſſe debere. Fecerat denique ſibi argyroaſpidas, & chryſoaſpidas: fecerat & phalangem triginta millium hominum, quos phalangarios vocari juſſerat.* Longè hi diſtant a phalangariis, qui a Polluce & aliis deſcribuntur. Ii nempe ſunt, qui phalangas, ideſt cylindros, vel fuſtes teretes navibus ſupponunt, ut eas ſubducant ad littora, vel attrahant in pelagus; aut exactores pecuniæ pro acceſſu navium. Vide *Phalanga*.

PHA-

Phalangitæ. Dicuntur milites ex phalange. Liv. lib.37. *Decem millia peditum more Macedonum armati fuere, qui Phalangitæ appellabantur*.

Phalango, as. Verbum eſt deſitum apud Afranium. Notat naves ad ſiccum ſubducere ſubditis phalangis.

Phalanx. Incredibile memoratu eſt, quantam de ſe Macedones ſamam conciverint apud exteros omnes, atque adeo Romanos ipſos, opinione phalangis, ideſt certorum ordinum militarium in denſam ſpiſſamque ordinationem conglobatorum. Invictam & inſuperabilem omnes exiſtimabant: atque hujus palam didito terrore magnam orbis terrarum partem domuiſſe, multoſque ſubegiſſe Aſiaticos populos creditus eſt Alexander Macedo. Romani non incurioſi captandis rerum articulis & opportunitatibus, quæ ad latiùs propagandum Imperium conducerent, occaſioni non defuere, excitatique vulgatâ famâ phalangis Macedonicæ, ipſi etiam ſpiſſiùs conſtipatam aciem ad eam inſtituerunt formam, ut tradit Livius lib.8. In explicanda univerſæ phalangis Macedonicæ diſpoſitione multus eſt Ælianus: & adhuc prolixius ex Æliano de eadem agit & diſputat Franciſcus Patritius Paralell. Milit. part.2. l.23. & ſæpe alibi. Diligenter eandem deſcripſerunt Curtius & Polybius. Et Curtius quidem lib.3. ita ſcribit: *Macedonum acies torva ſane & inculta, clypeis, haſtiſque immobiles cuneos & conſerta robora virorum tegit. Ipſi Phalangem vocant peditum ſtabile agmen. Vir viro, armis arma conſerta ſunt, ad nutum monentis intenti: ſequi ſigna, ordines ſervare didicere. Quod imperatur omnes exaudiunt: obſiſtere, circuire, diſcurrere in cornu, mutare pugnam, non Duces magis, quàm milites callent: & ne auri argentique ſtudio teneri putes, adhuc illa diſciplina, paupertate magiſtra, ſtetit*. Polybius autem lib. 17. ſic loquitur: *Vir armatus in ipſa concertationis denſitate, tribus pedibus firmus perſtat: magnitudo autem haſtarum ſecundum primam baſim, ſexdecim; ſecundum verò convenientiam veri ac recti, quatuordecim cubitos habet: & ex illis quatuor per ſpatium intermanuarium, & æquilibrium partis, dum in procinctu ſtat, adimuntur, manifeſtam eſt, quod decem cubitis haſta neceſſariò ante cujuſque armati corpus præemineat, quando ambabus manibus in hoſte libratur. Hinc autem accidit, ut aliæ haſtæ ante ſecundam & tertiam, ac quartam; aliæ quintam ſeries eorum, qui procedunt in acie duobus cubitis præemineant. Siquidem phalanx proprietatem & denſitatem ſuam ſecundum ordinem, & retrò & a latere ſtantium habuerit*.

2. Atqui licet tanta fuerit phalangis Macedonicæ firmitas, ut nulla vis poſſet aut obſtantem perfringere, aut incumbentis impetum ſuſtinere, nihilominus legionem Romanam cum phalange Macedonum comparans idem Pholybius huic illam multis de cauſis ſtatuit anteferendam. Nulla phalangi vis inter ſaltus & nemoroſos anfractus, nulla in fluviorum alveis & mæandris: quod ſi tumuli & jugoſi occurrerent clivi, aut ſubſiſtere, aut diſſolvi phalangem oportuit. At Romana legio minus conferta, & ordinibus laxior, ubique ſe exerit, ſuarumque compos eſt virium. Longè expeditior præterea Romana legio, & ad circumeundum, ſeſeque vertendum quoquoverſum agilis & idonea. Poſtremò viritim legionarii dimicabant; & ſuæ cuique vires in poteſtate erant; at in phalange ſingulos fere armorum motus præſcribebant Ducum imperia; conſtipatique milites in ahencum quendam murum non tam privata virtute vel robore, quàm univerſi corporis impreſſione & impetu æſtimabantur. Eam ob cauſam non inſcitè Scriptores aliquot phalange non tam armatorum numerum, quam certam aciei diſponendæ figuram deſignari arbitrantur. Cuneum autem conflari tradunt, dum pedes pedibus, clypeos clypeis uſque adeo adſtricti conſerunt, ut nonniſi trium pedum ſpatium ſinguli cum armis occupent. Profectò pro armorum connexione, & teſtudine phalangem uſurpavit Cæſar Comment. lib. 1. *Milites noſtri e loco ſuperiori pilis miſſis facilè hoſtium phalangem perfregerunt*. Clariùs Juvenal. Sat. 2.

junctæque umbone phalanges.

Et Cæſar de Germanis: *Germani celeriter ex conſuetudine ſua, phalange facta, impetum gladiorum exceperunt*. Idem de Helvetiis: *Ipſi confertiſſima acie, rejecto noſtro equitatu, phalange facta, ſub primam noſtram aciem ſucceſſerunt*. Ubi verbis illis *Phalange facta* apertè demonſtrat genus novæ diſpoſitionis. Sed redeo ad phalangem pro multitudine armatorum. De ejus numero ſæpe variatum. Octo millia illi attribuit Vegetius l. 2. c. 2. *Macedones, Græci, Dardani phalanges habuerunt; & in una phalange armatorum octo millia cenſuerunt*. Agmen erat ſtabile ſolorum peditum, armorum nexu condenſum; ut ſingulis moveri non fuerit integrum, niſi cum tota moveretur acies. Harum uſu Philippus Macedoniæ Rex, & hujus filius Alexander univerſam Græciam & magnam Aſiæ partem ſubegerunt. Eædem typus & exemplum fuere Romanis legionibus, quarum robori terrarum Orbis ſuccubuit. Vide plura apud Raderum in Curtii Commentariis, & præſatum Patritium.

Phalarica, æ. Genus eſt jaculi, ſive haſta rotunda, inter cujus tubam & haſtile ſulphur, reſina, bitumen, ſtuppa convolvuntur, infuſo oleo incendiario. Ea balliſtæ impetu emiſſa turritis machinis ligneis affigitur, eaſque erumpentibus diſiectiſque ignibus incendit. Nomen illi inditum a phalis, quoniam turrium propugnatores illa utantur, ut ſcribit Servius: Verum Vegetius author eſt id illis hæſiſſe nomen propterea quod machinas turritas cremarent. Ex Livio tamen fit manifeſtum, non ſolum ad comburendas machinas & lignea munimenta adhibitas fuiſſe phalaricas; nec e balliſtis ſolum emiſſas, ut contendit Vegetius, verùm etiam in armatos hoſtes torqueri conſueviſſe. Quod etiam oſtendit Virgilius, qui hæc habet de jactata a Turno phalarica lib. 9.

Sed magnum ſtridens contorta phalarica venit
Fulminis acta modo: quam nec duo taurea terga,
Nec duplici ſquama lorica fidelis & auro
Suſtinuit; collapſa ruunt immania membra.

Ea legitur phalaricæ deſcriptio apud Iſidorum: *Phalarica eſt telum ingens torno factum, habens ferrum cubitale, & rotunditatem de plumbo in modum ſphæræ in ipſa ſummitate. Dicitur etiam & ignem habere adfixum. Hoc autem telo pugnatur e turribus, quas phalas dici manifeſtum eſt: Juvenalis: Conſulis ante phalas*. Iterum alteram accipe ex Feſto: *Falæ dictæ ab altitudine, a*

falan-

Digitized by Google

ſalando, *quod apud Etruſcos ſignificat cœlum*. *Falarica genus teli miſſile, quo utuntur ex falis, ideſt ex locis extructis dimicantes*. Sed omnium clariſſimè Liv. lib. 1. Dec. 3. *Falarica erat Saguntinis miſſile telum, haſtili oblongo, & cætera tereti, præterquam ad extremum, unde ferrum extabat: id ſicut in pilo quadratum, ſtuppâ circumligabant, linebantque pice. Ferrum autem tres in longum pedes habebat, ut cum armis transfigere corpus poſſet. Sed id maxime etiamſi hæſiſſet in ſcuto, & non penetraſſet in corpus, pavorem faciebat; quod cum medium accenſum mitteretur, conceptumque ipſo motu multo majorem ignem ferret, arma amitti cogebat, nudumque militem ad inſequentes ictus præbebat*. Phalaricam etiam intellexit, ut conjicio, Herodianus ubi de obſidione Aquilejæ ſic fatur: *Sed & machinis, quæ muro admovebantur, deſuper faces injiciebant, pice ac reſina oblitas, & in extremo mucronem habentes: quæ cum accenſæ ferrentur, infixæ inhærenteſque machinis, facilè eas concremabant*. Arcu emitti ſolitam phalaricam ad ſagittæ modum cælaturæ docent. Mihi non eſt dubium etiam manu ſine arcu conjectas fuiſſe. Suadent mihi Scriptores, qui ut jaculum ſæpe illam, ſic ſæpe haſtam nominant. Idem diſcimus, ut notavi ex Virgilio, qui contortam phalaricam ſcribit: non torquetur autem, quod ex arcu emittitur, ſed potius dirigitur: quod autem ſine arcu manu agitur, torqueri dicitur.

Phaleræ, arum. Non ſolum ornamenta equorum ſic appellantur, ſed etiam equitum; erantque inprimis plumæ impoſitæ galeis. Livius: *Tantum Flavii Comitia indignationis habuere, ut plerique nobilium annulos aureos ac phaleras deponerent*. Curſores præſertim phalerati erant, ut innuit Svetonius in Nerone. Indicabant autem illæ phaleræ ſivæ plumæ eorum celeritatem; quemadmodum Mercurio, velociſſimo Deorum nuncio, alas in pileo Antiquitas attribuit. Vide Fortun. Licetum de Lucernis antiqq. l.6. cap.82. ubi lucernam phalerati curſoris exponit. Inter munera militaria phaleræ adnumeratæ ſunt. Erant autem, ut explicavimus, plumæ in equitum galeis appoſitæ, quibus illi admodum gloriabantur. Earum fit mentio apud Gellium lib.2. cap.12. Extat etiam earum delineatio in nummis. In antiqua verò inſcriptione ſic legitur: *DONIS. DONATO. AB. DIVO. TRAJAN. AVG. TORQVIBVS. ARMILLIS. PHALERIS. BELLO. PARTHICO*. Lipſius tamen ſecus phaleras accipit & exponit. Exiſtimat autem ſimilitudinem quandam habuiſſe cum torquibus. & pectorum fuiſſe ornamenta. Favent verſus Silii lib.15. ubi ſic habet:

phaleris hic pectora fulget,
Hic tarque aurato circumdat bellica colla.

Quod autem ſcribit Polybius, phaleras peculiare fuiſſe equitum donum, ſic admittit Lipſius, ut nihilominus traditæ etiam peditibus inveniantur. Hoc autem oſtendit ex lapide priſco, & ex teſtimonio Dionyſii, ubi eidem militi vel duci donatæ dicuntur phaleræ & armillæ: præcipuè id verò a Dionyſio ſcribitur de L. Sicinio, qui profectò militiam non mutavit, neque a pedite ad equitem tranſiit, vel contra. Conſtat apud Polybium, quemadmodum phaleras equitum proprias, ſic armillas fuiſſe peditum. Sed inſinuatis ſuperiùs teſtimoniis videtur ſatis oſtendi, tum phaleras, tum armillas promiſcuum fuiſſe munus tam equitum quam peditum. Mihi Lipſii ſententia eò magis probatur, quod Livius in prædæ cujuſdam recenſione diſtinxit phaleras equorum, quod illi neceſſe non fuiſſet ſi phaleræ equorum eſſent peculiares. Sic autem Livius lib. 2. Bell. Punic. *Præda ingens parta eſt, & præter equos viroſque, & ſiquid argenti, quod plurimum in phaleris equorum erat, omnis cætera præda diripienda data eſt*. Vide tamen omninò Ludovicum de la Cerda ad illud Virgilii lib. 9.

phaleras Rhamnetis & aurea bullis
Cingula,

Obnixè contendentem adversùs Lipſium nuſquam phaleras dici de ornamentis equitum, præſertim ſi ante pectus pendeant. Ubi plurima in utramque partem ſic affert, ut nihil lucis deſiderari ultra poſſit in hac materia.

Phaleratus, a, um. Phaleris ornatum. Liv. lib. 10. Bell. Pun. *Sagula purpurea, equos duos phaleratos*.

Phali, orum. Heſychio, Euſtathio, & aliis ſunt fiſtulæ, ſive tubuli in ſumma galeæ parte, in quos immituntur criſtæ. Cum cono, & ipſis criſtis confundi a nonnullis ſolent. Vocabulum eſt Græcanicum, quod a Grammaticis variè accipitur, nec unum in modum Latinè redditur a Græcis literatoribus.

Pharetra, æ. Græcum eſt vocabulum, dictum a ferendo. Repoſitorium & theca ſagittarum, ut vulgò exponitur: ut verò eruditiores notant non ſagittarum modò, ſed etiam arcus loculamentum. Probè idcirco Etruſci ab arcu, potiori parte, illam dixerunt *Carcaſſa*. De origine pharetræ, & ejus inventore minimum locuti ſunt veteres nuperique Scriptores. Video tamen apud Tyrios antiquiſſime eam in uſu fuiſſe. Virgil. lib. 1. Æneid.

Virginibus Tyriis mos eſt geſtare pharetram.

Apud Cretenſes etiam memoratur. Virgil. lib. 3. Georg.

Armaque, Amyclæumque canem, Creſſamque pharetram.

Sed & Lyciæ populis familiaris fuit. Stat. lib. 6.

Cætera plebs Lyciis gaudet contenta pharetris.

Dicitur etiam apud Italos *Turcaſſa* a voce *thecarium*, ut bene advertit Ferrarius: fruſtra reclamante Menagio, conſuetâ illâ cantilenâ, *Non ſi può*. Nimirum non ita bellè profluit derivatio per gradus analogicos. Sed nos alibi obſervavimus, uſum loquendi, & corrumpendi vitiandique vocabula longè anteceſſiſſe obſervationes analogicæ gradationis: & nihil opus eſſe rigida quadam ſeveritate analogiæ regulas conſectari. Veriſſimè ſiquidem Quintilianus: *Non enim cum primum fingerentur homines, analogia demiſſa cœlo formam loquendi dedit, ſed inventa eſt poſtquam loquebantur; & notatum in ſermone, quid, quo modo cederet. Itaque non ratione nititur, ſed exemplo: nec lex eſt loquendi ſed obſervatio, ut ipſam analogiam nulla res alia fecerit, quam conſuetudo*. Æthiopes non pharetra conditas, ſed ſummo capite plexas ſagittas geſtare author eſt Lucianus in Saltat. Et forte ſic illas gerebant, ut iiſdem coronati, & ſolis inſtar radiati viderentur. Luciani verba ſunt: *Nec quiſquam Æthiopum vel ſagittam emittere, avulſam a capite (hoc enim vice pharetræ utuntur, radiorum inſtar tela capiti circumponentes) niſi prius ſaltaverit,*

ſal-

ſaltatione hoſti terrorem injecerit. Inter bellatores Deos ſoli Cupidini pharetram attribuunt Fabulatores. Anacreon. Od. 13.

Mox ergo ſumpſit arcum,
Et auream pharetram,
Me prælio laceſſens.

Ovid. Metam. lib. 10.

Namque pharetratus dum dat puer oſcula matri.

Aliis Diis pharetra ad venatum non ad belligerandum tradita. Ovid. Met. 1. de Apolline:

Hunc Deus arcitenens, & nunquam talibus armis
Ante niſi in domis capreiſque fugacibus, uſus
Mille gravem telis, exhauſta pene pharetra,
Perdidit.

Idem de Diana lib. 3. Metam.

Ira pharetratæ fertur ſatiata Dionæ.

Virgil. de Venere venatrice Æneid. lib. 1.

Succinctam pharetra, & maculoſæ tegmine lyncis.

Ob eandem cauſam pharetra & ſagittis armati inducuntur paſtores in Fabulis. Taſſus Amint. Att. 1. ſc. 1.

Altri ſegua i diletti dell' Amore,
Se pur v'è nell' Amore alcun diletto.
Me queſta vita giova, 'l mio traſtullo
E la cura dell'arco e degli ſtrali:
Seguir fere fugaci, e poi le forti
Atterrar combattendo: e ſe non mancano
Saette alla faretra e fere al boſco,
Non tem'io, ch'a me manchino diporti.

Guarinus Paſt. Fid. Att. 4. ſc. 8.

O arco, mia poſſanza, e mio diletto,
Strali, invitte mie forze:
Or vengo in prova, vengo,
Quella vana fantaſima d' Amore,
Con le ſue armi effeminate, venga
Al paragon di voi.

Bonarellus Fill. di Scir. Att. 1. ſc. 3.

Mà tratti alle mie ſtrida
Fur quivi ambo ad un tempo: in arrivando
Scoccò l'un l'arco, e l'altro avventò 'l dardo;
Nè l'un nè l'altro invano: onde il centauro
Leggermente ferito
All'omero ſiniſtro, al braccio deſtro,
Poco ſangue versò, molt'ira accolſe.

Pharos. Vide *Turres maritimæ*.

Phaselus, i. Ex pulcherrimo hujus navigii elogio & deſcriptione, quam trimetris jambis Catullus cecinit, liquet velis & remige fuiſſe inſtructum, & admirabili præditum celeritate. Relatum fuiſſe inter navigia bellica dubitari non ſinit Saluſt. *Cohors una grandi Phaſelo a cæteris deerravit, morique placido a duobus prædonum Myoparonibus circumventa.* Sic autem de illo Catull.

Phaſelus ille, quem videtis, hoſpites,
Ait fuiſſe navium celerrimus;
Neque ullius natantis impetum trabis
Nequiſſe præterire, ſive palmulis
Opus foret volare, ſive linteo.

Appianus de Phaſelo & ejus forma hæc habet loquens de Octavia: *Munerata eſt Octavia fratrem decem Phaſelis miſtis ex forma onerariarum longarumque navium*. Hic locus Baifium & alios in eam opinionem induxit, ut putarent, Phaſelum navigium eſſe miſtum ex triremi & oneraria. Mihi valde debili munimento iidem videntur inniti. Si Appiani verba accuratè perpendas, non tam videris deſcribi iiſdem Phaſelum, quam novam potius adduci Phaſeli formam. Quid enim neceſſe fuerat intrudere illuc loci, Phaſelum eſſe miſtum ex oneraria longaque navigium, ſi vulgares ad eam diem ejuſmodi naves illius fuiſſent formæ? Itaque ſic interpretor Appiani locum: Octavia munerata eſt fratrem decem Phaſelis novæ ſtructuræ, utpote miſtis ex forma onerariarum longarumque navium: ut Octaviæ liberalitas ea ſcilicet muneris peregrinitate explendeſceret. Jam verò quos Appianus vocat Phaſelos, Plutarchus eandem rem narrans appellat Myoparones. Ex quo non deeſt ſibi Baifius, & ſtatim ſuſam arripit, Phaſelum & Myoparones unam eandemque faciendi navem. Reclamare mihi huic videtur ſententiæ Saluſtii locus ſupra memoratus; ubi ſcribit, Phaſelum a cæteris deerrantem veniſſe in manus prædonum, qui duobus illum Myoparonibus circumvenerant: quibus verbis clariùs, quàm ut a noſtro ſermone majorem lucem deſideret, ſejungit Hiſtoricus diſtinguitque Phaſelum a Myoparone. Verum ecce tibi alium in ſcirpo nodum. Horatius enim lib. 3. Od. 2. de Phaſelo loquitur tanquam de navi minimùm bellica. Sic enim ſcribit:

vetabo, qui Cereris ſacrum
Vulgarit arcanæ, ſub iiſdem
Sit trabibus, fragilemque mecum
Solvat Phaſelum.

Congruit Horatio Virgilius, qui loquitur de Phaſelo, tanquam de cymba oraria. Ex quibus locis habes variè admodum diſiectèque de Phaſelo Antiquos fuiſſe locutos. Ut eos conciliem commune potius ac generale quoddam fuiſſe navis vocabulum Phaſelum, quàm prædictos authores minus propriè fuiſſe locutos exiſtimaverim. Id nimirum etiam facit, ut aſſentiar Iſidoro, qui Phaſelum exponens, nihil peculiare propriumque de illo ſcribit; ſed originem nominis ſolummodo trahit a vaſe (diximus autem alibi, vaſa plurima navibus dediſſe nomina) ut a Phaſelo factum fuerit baſellum, & poſtea vaſellum. Sic autem ſcribit: *Phaſelus eſt navigium, quod corruptè baſellum dicimus, noſtro verò nunc tempore vaſellum appellamus*. Ex quibus verbis non incommodam inſuper habes originem Italici nominis *Vaſcello*. Scio, Nonium exiſtimaſſe Campanum fuiſſe navigium; idemque affirmatum aſſeverare a Varrone, Saluſtio, & Siſenna. Sunt etiam, qui ab ejuſdem nominis legumine Phaſelum navem factam dictamque putent. Non deſunt qui a Phaſelide oppido eam acceſſant originem. Nihil tamen iſta me permovent, quominus ab Iſidoro diſcedam.

Phlegon. Unus ex quatuor Solis equis quadrijugis. Ovid. lib. 2. Metam.

Interea volucres Pyrois, Eous, & Æthon
Solis equi, quartuſque Phlegon hinnitibus auras
Flammiferis implent, pedibuſque repagula pulſant.

Phlogius. Unus ex quadrijugis equis Martis, ut refert Q. Calaber ex Homero.

Phosos. Unus ex quadrijugis equis Martis, ut refert Q. Calaber ex Homero.

Phocensium desperatio. Parœmia de extremis atrociſſimiſque & parum ſanis conſiliis. Orta

eſt ab Hiſtoria, quam refert Panſanias in Phocicis, & fuſiùs recenſet Plutarchus. Cum enim Phocenſes inaudiviſſent, Theſſalos a ſe pridem offeoſos conſultaſſe de invadenda Phocide, omnique regione igni ferroque vaſtanda, ſtatuerunt, ut viri quidem obviam Theſſalis procederent, mulieres verò cum liberis ex omni regione congregatis certo in loco ſe abderent cum ingenti ligoorum materia, ut ubi primum iotelle-xiſſent victos io prœlio viros, admoto igne ſucceoſaque materia ad unum omnes conflagrarent potius, quàm in hoſtium poteſtatem venirent. Ejuſmodi conſilium, humanitatis & cooſanguinitatis plane immemor dictum eſt poſtea, *Phocica deſperatio*.

Phœnicum pacta. Populari ſermone dicitur de fraudulentis pactiooibos. Referuot adagium Suidas ac Diogenianus. Ortum autem a Phœnicibus, qui cum Carthaginem appuliſſent a popularibus poſtularunt, ut liceret ſibi ea loca diem ac noctem hoſpitio tenere. Cum autem elapſo tempore jubereotur excedere, ambiguitatem vocis manifeſtarunt abire recuſantes, aſſirmanteſque, pactos ſe eſſe diſceſſum poſt omnes exactos dies nocteſque.

Pholoss. Equus jugalis Admeti apud Statium lib.6.

Nominibuſque cient Pholoen, Admetus, & Iris.

Phryctí, orum. Faces in ſignnm ſublatæ io caſtris a vigiliis. Vide *Ignis Caſtrenſis*.

Phylacioss. Græcis fuere naves ad præſidium & cuſtodiam miſſæ vel relictæ. Memoraotur frequenter a Xenophonte, Diodoro, & Appiaoo. Appiani interpres reddidit *cuſtodiarias*, majori fidelitate, quàm elegantia. Latioi dicunt præſidiarias.

Phylarchi, orum. Græca notiooe ſunt capita tribuum. Sic autem Saraceni ſuos appellabant Duces, ut ſcribit Procopius lib.1. de Bell. Perſic. Marcellinus Comes: *Quindecim millia Saracenorum ab Alamundaro cum Chabo & Heſido Phylarchis limites Euphrateſiæ ingreſſa ſunt*.

Pica, cæ, aliis Picca. Genus ligonis, olim valde uſitatum iore obſidionali ad muros ſuffodieodos. Villelm. Brito. lib.2. Philipp.

ſub eiſque ſecare minarius inſtat
Celtibus & piccis imi fundamina muri.

Villelm. de Podio-Laureotii: *Turribus & muris Fortiarum deſtruendis picas ferreas applicabant*. Idem inſtrumentum dixere etiam piconem, vel picconem, quod etiamnum apud Italos uſurpatur, *Piccone*, probe Latinis *dolabra*. Epiſt. Arnoldi Archiep. Narboneoſ. *Poſtmodum oapiti caſtri ejuſdem inceſſanter ſagittis & lapidibus per totum diem & noctem impuguarunt, muros nihilominus cum piconibus fodientes*.

Pico, vel Picco, oois. Vide *Pica*, vel *Picca*.

Picator, vel Piccator, oris. Qui terram piccâ fodit. Lambertus Ardenſis: *Foſſarii cum foſſoriis, ligoniſtæ cum ligonibus, picatores cum piccis, malleatores cum malleis*.

Picta tooa. *Hanc*, ut ait Florus, *ſubactis duodecim Thuſciæ populis Tarquinius Priſcus Romam tranſtulit*. Floro non congruit Plinius, qui eam originem non Priſco, ſed Tullo Hoſtilio attribuit. Veſtis erat propriè triumphantis. Ut enim tradunt Livius & alii, purpurea primum toga, mox verò purpurea ſimul & picta in Capitolium invehebatur. Picta autem dicebatur, vel quoniam in ea figuræ ad ingeoium artificis variarentur ad picturæ ſimilitudinem, cujuſmodi acu pictas veſtes Homerus, Virgilius, & Catullus deſcribuot: vel quoniam purpura ipſa variis figurarum emblematis eſſet intexta. Palmis plerunque figuratæ appellaotur a nonnullis palmatæ. Triumphantis etiam res geſtas, & gentilium ſtemmata exprimebant. Ab Auſooio id expreſsè diſcitur. Sic eoim habet in Gratiar. Act. *Palmatam tibi miſi, in qua Divus Pareus Conſtautius intextus erat: hæc planè, hæc eſt picta, ut dicitur, veſtis, non auro magis tuo quàm tuis verbis*. Adjicit Feſtus, eandem a clavis aureis, quibus diſtinguebatur, dictam fuiſſe clavatam. Cæterum acu pictæ veſtis inveotores Phrygas fuiſſe docet Plinius; ideoque earum artifices Phrygiooes appellantur. Eaſdem Aſſyrias & Babylonias ouncupamus, quoniam, ut idem ſcribit Plinius, diverſorum colorum picturis Aſſyrii & Babylonii illas ornabant. Vide Dempſterum io Roſin. lib.5. cap.35. & Ferrarium de Re Veſtiar. lib.2. cap.8. & 9. Meminit togæ pictæ Juvenalis Satyr. 10.

& pictæ ſarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ.

Item Propert. lib.4. Eleg.4.

Te toga picta decet, non quem ſine matris honore
Nutrit inhumanæ dura papilla lupæ.

Liv. etiam lib.30. de Scipione: *Maſiniſſam primùm Regem appellatum, eximiiſque ornatum laudibus, aureâ coronâ, aureâ paterâ, ſella curuli, & ſcipione eburneo, togâ pictâ, & palmatâ tunicâ donat*. Adde Ovid. lib.2. ex Pont. Eleg.1.

Claraque ſumpturum pictas inſignia veſtes.

Quod autem auro etiam diſtinguerentur togæ pictæ, aut aureis latis clavis exornarentur, docet Juvenal. Satyr.6.

Aut latum pictæ veſtis conſiderat aurum.

Vide *Palmata*.

Pictacia, orum. Legitur hoc vocabulum apud Lampridium in Vita Alexandri Severi: *Milites ſuos ſic ubique ſcivit, ut in cubiculo haberet breves, & numerum, & tempora militantium; ſemperque cum ſolus eſſet & rationes eorum, & numerum & dignitates eorum, & ſtipendia recenſeret, ut eſſet ad omnia inſtructiſſimus. Denique cum inter militares aliquid ageretur, multorum dicebat & nominà. De promovendis etiam ſibi annotabat & perlegebat cuncta pictacia*. Ejuſdem vocis meminit Hyginus de limitibus conſtituendis. Paſſim verò apud mediæ & infimæ Latinitatis Scriptores ooo uno ſenſu pictacium legitur, ut obſervat Cangius in Gloſs. In memorato Lampridii loco ſumitur pro brevi, vel catalogo, vel matriculà, ubi militum oomina deſcripta ſunt: qui breves adnumia etiam, vel adnomia leguotur dicta, ut notavi ſuo loco. Propriè autem Græca vocis origine Pictacium eſt titulus, ſive tabella pice illita, ut affigi applicarique poſſit. Alias etiam hujus vocis obſervatiooes digerit Salmaſius in Lamprid. Scribit enim indiculos nominum exteriùs libris adfixos pice vel glutino pictacia vocari. Celſus pictacia dixit emplaſtra, quæ ad dolorem capitis minoendum fronti illinuntur. Pictacia etiam nominaotur breves, quibus continentur ſpecies aononariæ, item portiones vini, aceti, laridi,

& ſimilium, quæ militibus erogabantur. Demum ex pictacio factum eſt pictancium litterâ additâ, ut lanternam pro laterna dicimus. Ex quo putat Salmaſius fluxiſſe vocem popularem, qua obſonium dicimus *Pietanza*. Aſſentior tamen Voſſio & aliis, qui vocem *Pietanza* deducunt a pietate: præſertim cum ipſa pietas apud Italos dicatur etiam *Pietanza*. M. Cin. Rim. *Sempre mai, poirh'io la viddi, diſdegnò pietanza*. Novell. Antich. 83. in titulo: *Come Meſſer Azzolino fece bandire una grande pietanza*. Incipit: *Meſſer Azzolino da Romano fece bandire una volta nel ſuo diſtretto, & altrove ne fere invitata, che volea fare una grande limoſina. E però tutti i poveri biſognoſi huomini come femine a certo die foſſer nel prato ſuo & a catuno darebbe nuova gonnella, e molto da mangiare*. Obſerva *Pietanza* non dici ſolum de obſoniis erogatis, ſed etiam de largitione veſtium: *a catuno darebbe nuova gonnella*. Vide Caſaubonum in Lamprid. & in Auguſt. Sveton. cap. 89.

Picturæ inustæ corporibus. Petrus Maffejus, aliique Indicæ Hiſtoriæ Scriptores commemorant, quoſdam Indiæ & interioris Africæ populos non armorum ſolummodo, verum etiam veſtium expertes, nudiſque corporibus ſolitos in bella procedere; vanam nihilominus quandam ferociæ pompam oſtentare corporibus diſcolori pictura inuſtis, & ferarum figuris, veluti emblematis quibuſdam, variatis. Conficiunt ſiquidem ex patriorum graminum herbarumque ſuccis multiplex glutini genus, cujus gummitione eleganter depingunt nuda corpora, & ad vivum imitantur leones, tigrides, elephantos, feraſque alias ſoli patrii. Circumferre illos exiſtimes viva quædam periſtromata, vivaſque in humanis corporibus effigies ferarum. Hæc portenta corporum humanorum in intimis Africæ Indiæque regionibus, majorum noſtrorum memoriâ, a Luſitanis adinventa. Longe tamen antiquior conſuetudo fuit ferarum formas inducendi membris humanis. A Britannis verò ſic uſurpata, ut inuſtæ a pueris notæ & effigies ferinæ creſcente corpore adoleſcerent; in eaque ferarum varietate delicias illi quaſdam & laſciviam facerent. Tradit id expreſsè de Britannis Solinus cap. 24. *Regionem partim tenent Barbari, quibus per artifices plagarum figuras, jam inde a pueris variæ animalium effigies incorporantur, inſcriptiſque viſceribus hominis incremento pigmentis notæ creſcunt: nec quidquam magè patientiæ loco nationes feræ ducunt, quàm ut per memores cicatrices plurimum fuci artus bibant*. Idem breviùs refert Cæſar lib. 5. Bell. Gallic. *Omnes ſe Brittanni vitro inficiunt, quod efficit cæruleum colorem*. Et Plin. lib. 22. cap. 1. *Simile plantagini glaſtum* (emacula cum Salmaſio *guaſtum*) *in Gallia vocatur, quo Britannorum conjuges, nuruſque quibuſdam in ſacris & nudæ incedunt, Æthiopum colorem imitantes*. Paria quædam de nudis corporibus picturatis habent Mela, & Herodianus lib. 3. Quod autem herbæ vel infecturæ genus fuerit vitrum, latè explicat Salmaſius ad indicatum locum Solini, ubi inter alia tradit ab inuſtis verſicolori pictura corporibus adhæſiſſe antiquitùs Britannis nomen Pictorum, quod hodieque apud Latinos retinent. Eundem porrò morem notat Plinius lib. 6. cap. 4. in Tibarenis, & Moſſynis: *Gentes, Tibareni, Moſſyni, notis ſignantes corpora*. Sed & de antiquis Libyæ populis ita ſcribit Herodotus lib. 4. *Corpus minio tingunt, aſſerentes ſe a Trojanis oriundos*. Athenæus etiam lib. 5. ita loquitur de pompa Ptolemæi; *Poſt hos Satyri quadraginta ſequebantur aureis coronis inſignes, efformatis in modum hederæ; quorum aliis erant corpora conchylio, aliis minio picta*. Idem poſtremò ad terrorem hoſtibus incutiendum arriſit Gelonis & Agathyrſis, quos Scythiæ eſſe populos Geographi tradunt, & omnes agnoſcunt. De Agathyrſis Virgil. 4. Æneid.

Creteſque, Dryopeſque fremunt, pictique Agathyrſi.

Idem de Gelonis lib. 2. Georg.

Eoaſque domos Arabum, pictoſque Gelonos.

De Agathyrſis illud eſt etiam Solini teſtimonium cap. 15. *Gelonis Agathyrſi collimitantur, cæruleo picti colore, furatis in cærulum crinibus; neque hoc ſine differentia, nam quanto quis alteri præſtat, tanto propenſiore nota tingitur, ut ſit indicium humilitatis minus pingi*. Scio variè a Grammaticis explicari pictos Gelonos & Agathyrſos. Feſtus Avienus de pictura veſtium accipit:

Præcinctique ſagis ſemper pictis Agathyrſi.

Alii referunt ad ſtigmata notaſque, quibus eorum erant compuncta corpora. Negat id Servius, ſed pictos, quaſi pulchros accipit. Sed plane exiſtimandum eſt colore aliquo fucatos fuiſſe corpore integro: nec habenda eſt ratio Claudiani, qui ita ſcribit in Ruffin.

Membraque qui ferro gaudet pinxiſſe Gelonus.

Ubi pictura illa refertur ad ſtigmata ſive notas inſcriptas. Credibile quippe eſt eadem ratione dici pictos Gelonos atque Agathyrſos. De his verò luculenter ſcribunt Mela & Ammianus per totum corpus fuiſſe coloratos. Sic autem Mela lib. 2. cap. 1. *Agathyrſi ora, artuſque pingunt, ut quique majoribus præſtant, ita magis vel minus. Cæterum iiſdem omnes notis, & ſic ut ablui nequeant. Ita quoque his temporibus Ægyptii: præſertim qui Alexandriam, Memphimque incolunt, novas nuptas pingunt*. Ammianus verò lib. 13. *Gelonis Agathyrſi collimitant, interſtincti colore cæruleo corpora ſimul & crines: & humiles quidem minutis, atque raris, nobiles verò latis, furatis, & denſioribus notis*.

Pila, æ. A ſimilitudine rotundæ illius ſpherulæ, qua ludimus, pilas etiam vocant Scriptores Polemici ferreos vel plumbeos globos, qui in tormenta vel fiſtulas fulminarias immiſſi, accenſique poſtea & violenter exploſi, obvia quæque impetunt. De hujuſmodi pilarum, quæ maximi ſunt momenti in re militari, ratione, magnitudine, & forma, pro fiſtularum, vel tormentorum, quibus inſeruntur, diverſitate, latè ſcripſit Jacobus Ulſanus in Tractatu de tormentis bellicis. Quo invento larido inunctæ pilæ gravius accenſæ nocerent, tradit Boſius part. 3. lib. 31. *E in queſta ſera particolarmete havevano trovata una nuova poſta, dalla quale commodiſſimamente, e di mira tirando cader facevano morti a viſta loro molti Turchi, che paſſavano caricati d'altri morti - e per accreſcere il guſto della caccia loro trovarono un'inventione da certificarſi ſempre quando i tiri loro colpivano, ungendo le palle degl'archibuſi di lardo: percioche in tal modo ſparate oltre la ferita, appiccavano ſubito il fuoco nelle giubbe de' Turchi. Onde dal fumo, che incontanen-*

Digitized by Google

tantente n'uſciva s'accorgevano, che i colpi lorò non erano ſtati vani.

Pila, æ. Pro inſigni Orbis terrarum extolli ſolito in haſtis, in ſignis militaribus. Vide *Tuſa*.

Pila ignea. Machinamentum repertum in obſidione Melitenſi, quo pilo militari cum extante cuſpide addebantur fiſtulæ ad ignem ejiciendum. Organum ſicç fiſtulariæ *Bajonetta*, oppoſitum: nam huic tubo ſica addita, illi haſtæ tubi adjecti. Quâ ratione ea machina ſtrueretur tradidit Boſius l. 27. per hæc verba. *Le picche di fuoco erano veramente picche da guerra, e da combattere, co' ferri loro acuti in punta, il qual ferro ſi laſciava fuori ſcoperto, libero, e ſpedito, acciochè ferir poteſſe: e vicino a quello ſi metteva un ſacchetto poco men di due palmi lungo, pieno dell' iſteſſa miſtura delle trombe; in maniera tale accommodato, che a poco a poco conſumandoſi, e per un lungo pezzo vive fiamme sbruffando, non punto men furibonde, ma però alquanto minori di quelle delle tromba, venivano finalmente a ſparare due cannoli di ferro, o vero d'ottone, carichi di polvere fina, e di pendigoni groſſi di piombo, facendo l'iſteſſa effetto di due archibuſetti a ruota.* Vide *Tubæ igneæ*.

Pilei Pannoniei. Quinam fuerint tam diſertè exponit Vegetius l. 1. cap. 20. ut nihil lucis deſideret: *Uſque ad præſentem prope ætatem conſuetudo permanſit, ut omnes milites pileis, quot Pannonicos vocabant, ex pellibus uterentur. Quod propterea ſervabatur, ne gravis galea videretur in prælio homini, qui geſtabat aliquid ſemper in capite.* Clarum eſt Pannonicos appellatos a Pannonia provincia, quemadmodum aliæ ab aliis regionibus veſtes. Novum tibi facilè acciderit pileos ex ligno compactos geſtatos fuiſſe. Habemus id ex Boſio Part. 3. lib. 31. in hæc verba. *Con tale ſperanza trovarono l'inventione di certi gran morrioni chiamati Mantelletti fatti di legname, e di tavoloni con tal induſtria fabricati che portandogli in capo erano coperti fin alle ſpalle, e riparati da fuochi artificiati, e dalla continova, e folta tempeſta delle ſaſſate, che adoſſo gli piovevano, e reſiſtevano anco all'archibuſate, e di queſti avendone fatte fare un numero grandiſſima, e di eſſi armati -- ſi ſpinſero all'aſſalto -- Ma ſi trovarono così caricati, e ingombrati da detti mantelletti occupando pochi grande ſpazio di luogo, che non potevano così bene maneggiar l'armi, e avenda il capo così grave era coſa faciliſſima il fargli cader in terra &c.*

Pilum, i. A Varrone teli genus fuiſſe dicitur, peculiare militum Romanorum; quemadmodum geſa Gallorum erant propria, ſariſſæ Macedonum. Veget. lib. 2. cap. 15. ſic deſcribit hoc telum: *Haſtile pedum quinque & ſemis, quod pilum vocabant, nunc ſpiculum dicitur, ad cujus jactum exercebantur præcipue milites: quod arte & virtute directum, & ſcutatos pedites, & loricatos equites ſæpe tranſverberabat.* Et lib. 1. cap. 20. *Miſſilia*, inquit, *quibus utebatur pedeſtris exercitus, pila vocabantur, ferro ſubtili trigono præfixa, unciarum novem, ſive pedali; quod in ſcutum infixum non poſſet abſcindi; & loricam, ſcienter ac fortiter directum, facile perrumpit. Cujus generis apud nos jam rara ſunt tela.* Legionarios Romanos duo geſtaſſe pila multis Scriptorum teſtimonijs colligitur. Polybius; *Præter hæc pila duo, & galea ærea, & ocrea.* Idem dilucidè tradit Vegetius l. 2. c. 15. Virgil. Æn. 1.

Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.

Expreſſe Silius Romanorum peculiare pilum eſſe ſcribit lib. 8.

Non illis ſolitum criſpare haſtilia campo,
Nec mos pennigeris pharetram impleviſſe ſagittis.
Pila volant, brevibuſque habiles mucronibus enſes.

Adde Lucanum initio Pharſaliæ.

pares aquilas, & pila minantia pilis.

Cujuſmodi illa fuerint, docemur etiam ex Polybio lib. 6. *Pilorum autem alia ſunt craſſa, alia tenuia. E craſſis & firmioribus iterum alia rotunda, quæ palmarem habent diametrum; alia quadrãgula, quæ trientale latus. Tenuia autem Sibynis mediocis aſſimilantur, quæ ferunt una cum prædictis. Omnis verò iſtorum longitudo ligni fera tria cubita. Aptatur ſingulis telum ferreum, hamatum, longitudine par ipſi ligno, cujus nexum ita validè firmant, ad medium uſque ligni inſerentes, & crebris fibulis adſtringentes, ut non prius devinctio illa inter utendum ſolvatur, quam ipſum ferrum defringatur.* Dimidiam, ut vides pili partem obtinebat telum ferreum hamatum. Aderat vero mucro a tergo hamis ideſt uncis ferreis aſper, quo impactum ſemel telum non poſſet evelli. Ex quo non eſt mirandum ingentia vulnera adaperta conjectu pilorum, ut legimus apud Florum lib. 2. cap. 7. *Nihil terribilius fuit ipſo vulnerum aſpectu, quæ non ſpiculis, neque ſagittis, neque Græculo ullo ferro, ſed ingentibus pilis, nec minoribus adacta gladiis, ultra mortem patebant.* Ubi Lipſius pro *ultra mortem*, ultra morem reponit. In ea verò lectione nihil mutandum cenſeo, ex ingenio ſtyloque Flori: vividius nempe *ultra mortem*; plane languidum ſubſtitutum illud *ultra morem*. Innuit autem Hiſtoricus ſuperfuiſſe vim telis ſupra necem inferendam: ſive potuiſſe cæſos minoribus, ac illa erant, vulneribus mortem oppetere. Magnitudo pili ea erat, ut inniti illis milites poſſent. Silius lib. 13.

Stabant innixi pilis exercitus omnis.

Cubitos quatuor & ſemis longitudine pilum æquabat. Licet enim lignum tres cubitos, & totidem ferrum occuparet, inſertum tamen ligno ferrum cubitum & ſemis latebat. Ipſe verò mucro ferreus crebris adſtringebatur fibulis, ſive alis ferreis utrinque adnexis ad ſtabilitatem. Mutata deinde fuit ea colligatio a Mario, ut in ejus vita ſcribit Plutarchus per hæc verba: *Marius in pugna illa cum Teutonis primum innovavit hac de pilis. Nam cum antea immiſſio ligni in ferrum duabus fibulis* [[illegible]] *ferreis comprehenſa & obſtricta eſſet; tunc quidem Marius alteram, ut erat, reliquit; alteram tollens, clavum ligneum fragilem ejus loco impoſuit, hoc commentus & ſpectans, ut pilum ſcuto adverſarii incidens rectum non maneret, ſed fracto ligneo clavo flexus fieret circa ferrum, & telum ob incurvitatem mucronis ſic inhærens traheretur.* Sed licet dimidia fere parte pilum ferro conſtaret, ſcias tamen illud fuiſſe ex tenui lamina. Molle etiam lignum; cujus forma quadrangularis vel rotunda, ut aptum eſſet ad jactum: erat quippe pilum ex genere miſſilium. Tibullus l. 4.

aut lento perfregerit obvia pilo.

Notandum quemadmodum Dionyſius lib. 5. diſertè tradit, pila Veterum utrinque mucronata fuiſſe & cuſpidata. Aſſerit id etiam Fabrettus de Columna Trajan. ubi viſitur miles ſiniſtra manu haſtile geſtans ad longitudinem quinque pedum cum æquali utrinque cuſpide. Immutaſſe tamen videtur pila ætas poſterior; imamque eorum cuſpidem aliquanto breviorem & obtuſam feciſſe, ad uſum eadem ſolo defigendi. Ita verò hoc uſitatum a militibus, ut tamen ex vetuſto more utrinque cuſpidata tela relinquerentur Imperatoribus. Quoad longitudinem pilorum aliqua etiam inducta varietas; ita tamen, ut magnitudini corporum illa geſtantium ſemper reſponderent. Dicitur autem pilum, ut tradit Varro, quaſi per illum. Sed vide Voſſium. Pilum pro gradu militiæ uſurpat Plinius l. 22. c. 6. *Primum pilum capeſſens ſub Catulo*: ideſt præfecturam primæ Centuriæ. Item pilum projectum ſignum erat certaminis ineundi, quemadmodum haſta emiſſa in hoſtium fines ritus fuit belli indicendi. Tradit id Dionyſius Halicarn. & colligitur ex Livio.

Pilani. Qui pilis armati dimicabant. Is ordo peditum poſtremus erat in acie. Antecedebant illos Haſtati. Ovid. Faſt. 3.

Haſtatos inſtituitque decem.
Et totidem Princeps, totidem Pilanus habebat.

Hi poſtea dicti ſunt Triarii, teſte Varrone.

Pilarii, orum. A Quintiliano dicuntur præſtigiatores, qui levi manuum agitatione parvis pilis in vas conjectis ejectiſque oblectant falluntque populum. Non eum damnaverim, qui hanc vocem ad rem militarem deflectat, ad prænotandum milites pilis pugnantes, licet malim pilanos uſurpari. Alibi obſervavi ex Salmaſio diverſimodè armatos ab Antiquis dictos Pilanos, Scutatos, Loricatos, & ſimiles, poſteriori ævo appellatos Pilarios, Scutarios, Loricarios.

Pilatus, a, um. Pilo armatus. Martial. l. 10.

Et pilata redit jamque, ſubitque cohors.

Pilatum agmen. Spiſſius eſt denſiuſque, quaſi confertim conſertis pilis. Procedit autem ſine jumentis, ut paratius ſit ad iniqua loca tranſmittenda. De hoc agmine ſic loquitur Servius ex Varrone: *Duo ſunt agminum genera: Quadratum, quod immiſſis etiam jumentis incedit, ut ubivis poſſit conſidere: Pilatum alterum, quod ſine jumentis incedit; ſed inter ſe denſum eſt, quo faciliùs per iniqua loca tranſmittatur.*

Pilatim. Adverb. Formula eſt Scauri apud Servium: *Pilatim exercitum ducere*, quod eſt ſtrictim & densè quaſi conſertis pilis.

Pilentum, i. Porphyrius ad illud Horatii lib. 2. Epiſt. 1.

Eſſeda feſtinant, pilenta, petorita,

perhibet Reginas captivas pilentis fuiſſe devectas. Cæteroqui notum eſt fuiſſe genus vehiculi quadriroti, quo ferebantur matronæ. Virgilius lib. 8. mollia vocat pilenta a pulvinis, quibus matronæ conſidentes, quaſi in aere ſuſpenſæ cernebantur:

caſtæ ducebant ſacra per urbem
Pilentis matres in mollibus.

Pinna, æ. Dicitur ab Antiquorum *pinnum*, quod illis erat pro acuto. Multiplici ſignificatione gaudet in Latio. Ut bellica ſecernam, duas ſeligam. Pinna dicitur extrema pars in galeis: quamobrem gladiatores, qui vocabantur Samnites, dicti etiam ſunt Pinnirapi; quoniam adverſariis pinnam rapere contenderent. Juvenal. Satyr. 3.

Pinnirapi cultos juvenes, juveneſque laniſtæ.

Frequentius verò pinnas nuncupamus extremam partem faſtigiatam, ac veluti coronam murorum, non continuam atque perpetuam, ſed in partes æquales, pari inter omnes ſpatio relicto, diſſectam. Ejuſmodi pinnis protecti milites miſſilia in hoſtes tutò jaciebant. Verùm quod olim erat præſidium in architectura militari, hodie ornatus eſt & oſtentus in ædificiis urbanis; permutata ſcilicet ut plurimum apud noſtrates ratione, forma, uſuque bellicæ architecturæ. Vide quæ diximus in voce *Mina*. A voce *Pinna* habemus dictionem *Pinnaculum*, quæ dicitur de acutis extremiſque partibus turrium præſertim atque templorum. Nec tamen ubique pinnæ uſui erant. Tegebant etiam ſua Veteres oppida perpetuâ per muros ductâ loriculâ, ut non obſcurè indicatum legimus a Curtio lib. 9. *Perventum deinde eſt ad oppidum Oxydracarum, in quod plerique confugerant haud majore fiducia mœnium, quàm armorum. Anguſta muri corona erat; non Pinnæ ſicut alibi faſtigium ejus diſtinxerant, ſed perpetua lorica obducta tranſitum ſepſerat.* Sed quoniam uſus docuit patere undique hoſtium miſſilibus, qui ſe in altum tollebant ex lorica ad tela in hoſtes projicienda; idcircò experientia rerum duce & magiſtra excogitatæ ſunt poſtea pinnæ, ex quibus longè tutiùs præſidiarii dimicarent. Harum porrò interſtitia obvelabantur centonibus, ciliciis, vel cratibus. Præterea ipſa oppidanorum ſcuta inter eadem intervalla abunde eoſdem tegebant. Hinc in vetuſtis arcium obſeſſarum picturis videre eſt præſidiarios e pinnis pugnantes cum exſertis clypeis. Ea certe velamenta tetigit Vegetius lib. 4. cap. 6. ubi ita ſcripſit: *Formidatur, ne multitudo ſagittariorum, de propugnaculis exterritis defenſoribus, appoſitiſque ſcalis, occupet murum. Adversùm quod cataphractas atque ſcuta in civitatibus debent habere quàm plurimi. Deinde propugnacula duplicia, ſaga, ciliciaque tenduntur, quæ impetum excipiunt ſagittarum. Nec enim facilè tranſeunt ſpicula quod cedit ac fluctuat.*

Pinnula, æ. Parva pinna. Plaut. Amphit. *Ego has habebo uſque in petaſo pinnulas*: Ubi pinnulas videtur dixiſſe plumatile illud ornamentum, quod in petaſis ſolet deferri, aut quidpiam ſimile. Quo etiam pinnarum ſuggeſtu exornari ſolent apices caſſidum militarium. Italis *Pennacchio*. Lucas Pulci Ciriff. Calvan. c. 4.

Il quarto appunto gli poſe il cimiero,
Ed è ben ver, che gli levò il pennacchio.

Pinnatæ litteræ, & Hastæ. Vide *Nuncii Militares.*

Piquschini. Lixæ & milites infimæ notæ, prædatores etiam in exercitu, ſic dicti Gallica vocis origine a curandis canibus. Occurrunt apud Villelmum Britonem lib. 7. Philipp.

At per plana jacent Ribaldi cum Piquichinis,
Et qui res propter venales caſtra ſequuntur.

Cangius.

Pirata, æ. Cic. pro Roſc. Amer. *Barbarus pirata, nefarius prædo.* Qui maria armis & latroci-

nijs

Digitized by Google

niis infeſtat. A pervagando dicitur ex Græco; quoniam maria piratæ pervagantur, ut vel in inſulas & loca maritima deſiliant, vel inſiliant in navigantes. Vide ſequentem Titulum.

Piratica, æ. Ars ipſa piratarum. Ejus antiquitatem oſtendit ſchema veteris gemmæ anularis apud Fortunium Licetum cap. 51., ubi puella a Tritone rapta proponitur. Quo ſchemate videtur oſtendi maritimorum prædonum violentia qui omnia ſibi jure belli licere crediderint; ut plane vero ſimillimum fuerit vetuſtioris ævi piratam illuſtrem eximii aliquando generis puellam rapuiſſe, ejuſque memoriam facinoris conſecraſſe anuli ſymbolo. Cæterum de origine piratici belli apud Romanos ita loquitur Plutarchus in Pompejo: *Piratarum potentia primùm ex Cilicia erupit, originemque habuit audacem & occultam: animos verò & confidentiam bello Mithridatico cœperunt. Deinde dum bellis civilibus Romani ante portas Urbis concurrunt, eoſdem incitavit vacuum cuſtodibus mare, ut non ſolum navigantibus eſſent infeſti, ſed inſulas & oppida maritima devaſtarent. Jam pecunioſi etiam, natalibus clari, naves prædatorias conſcendebant, & ſocietati dabant nomina, quaſi ea res laudem adderet & gloriam. Navalia poſtremò, capaces portus, ſpeculas, pharoſque, & claſſes habuere.* Arabes vel maxime noti piraticis infeſtationibus: atque ii potiſſimum, quos ab utribus Aſcitas dixere; quoniam binos utres bubulos, ut Plinius ſcribit, mari ſternentes, piraticam exercerent. Eam artem antiquitùs non fuiſſe dedecori videtur inſinuaſſe Cicero Orat. poſt Redit. *Profectò egeſtate & improbitate coactus piraticam feciſſet, ac minore quidem cum Reipublicæ detrimento, quàm quod intra mœnia nefarius hoſtis prædoque verſatus eſt.* Idem indicat Virgil. l. 9.

Omne ævum ferro teritur, verſaque juvencum
Terga fatigamus haſta: nec tarda ſenectus
Debilitat vires animi, mutatque vigorem.
Caniciem galea premimus: ſemperque recentes
Convectare juvat prædas & vivere rapto.

Thucydides etiam lib. 1. ſatis clarè docet honeſtam hanc habitam fuiſſe vivendi rationem apud Græcos. Idem Juſtinus lib. 43. ſcribit de Phocenſibus, Homerus de Ulyſſe, Herodotus de Thracibus, & Tacitus de Germanis. Vere ars eſt infamis atque probroſa piratica; utpote quæ nullo jure maria infidet, vaſtatque latrociniis.

2. Duo verò inprimis piraticam Antiquis non ita indecoram reddere videbantur. Primùm annonæ & cibariorũ inopia, qua conflictati in ſuis terris adigebantur maritimis excurſionibus ad victum neceſſaria ſibi comparare. Thucydides lib. 1. *Ad latrocinia converſi ſunt ductu virorum haud vilium, idque tum quæſtus ſui cauſa, tum etiam ut victum quærerent egentioribus, atque adorti urbes nullis mœnibus munitos & pagorum more ædificatas diripiebant, maximamque vitæ partem ita tranſigebant. Non enim ignominioſum habebatur hoc genus, ſed gloriæ potius & honori erat.* Clariùs etiam Homeri Scholiaſtes: *Piraticam facere non turpe, ſed honeſtum fuit apud Veteres.* Alterum caput pro minimùm ignominioſa piratica Veterum modus erat, cautio, & moderatio adhibita ab iis, qui maria latrociniis infeſtabant. Sic autem aut inſiliebant in obvias quaſque naves, aut exſcenſione facta per agros vagabantur, ut nec boves aratores abigerent, nec artem noctu exercerent, quaſi in inſidiis adverſùs incautos deliteſcentes, nec quempiam læderent; ſatis habentes quæ ſibi ad vitam ſuſtentandam deeſſent diripere & aſportare. Sui nimirum rationem commodi, non injuriæ inferendæ, aut Imperii propagandi ducebant. Quare, cum obvii per mare piratæ occurrerent, interrogari eos a prætereuntibus moris erat; nec erubeſcebant ipſi, aut abnuebant prædatoriam artem fateri. Id etiam luculenter prodidit Thucydides ibidem: *Hoc declarant etiam veteres Poetæ, apud quos illi ultrò citròque navigantes ubique eodem modo interrogantur numquid ſint piratæ? Quod neque illi, quos interrogant, ut ſe indignum inficiantur, neque hi, qui ſcire deſiderant, id ipſis exprobrant.* Ab his initiis, quæ ipſa, ſi rectè expendantur, non levi flagitii nota minime caruerunt, ad nequiſſimam poſtea avaritiam & vecordem crudelitatem progreſſa piratica. Neque enim pecora duntaxat avertere, agros incendere, cultoreſque in ſervitutem trahere auſa eſt; ſed fœminarum ac preſertim virginum pudori illudere non reformidavit. Huc pertinent, quæ de Europa, Ganymede, & Iſide finguntur a Poetis. Rapta quippe Europa a prædonibus, qui navis inſigne, ſive paraſemon effigiem tauri habebant, Jovis autem tutelam: ad ſimilem modum rapta Iſis, & Ganymedes. Ideo maritimæ quæque gentes ad propulſandas injurias obviam primum procedere pelagi turbatoribus cœpere: mox eoſdem coercere armis, ac niti pro viribus publicos humani generis hoſtes excindere. Minos Rex Cretenſium primus, ut creditur, poſt hominum memoriam, improbiſſimos maris prædones juſto bello & navali claſſe perſecutus ſuſtulit. Obvia quippe Creta, utpote por[t]oſiſſima inſularum, nequiſſimorum hominum l[a]trociniis fuit. Sic autem de Minoe Thucydides lib. 1. *Minos eorum quos auditu cognovimus antiquiſſimus claſſem comparavit, maximamque partem maris, quod Græcum nunc vocatur, in ſuam poteſtatem redegit, & latrones, ut eſt veriſimile, quoad potuit, e mari ſuſtulit.* Corynthii etiam, Athenienſes, & Lacedæmonii eorum imp[et]us cohibuiſſe commemorantur apud eundem Hiſtoricum. Nam quam ſingulari gloria Pompejus Magnus confecerit bellum piraticum, ex omni ferè mari Aſiatico excĩſis pelagi latronibus, notatum eſt a nobis alibi. Non fuerit alienum animadvertere initia maritimarum populationum ac piratarum a principio fuiſſe admodum exigua; brevibus duntaxat concitatiſque navigiis mari infeſtato. Avaritia poſtmodum, felicitate primarum excurſionum in immenſum aucta, potentiores extimulavit, ut majore navium apparatu latrocinia & ſævitiam exercerent. Juxta hanc ſententiam exponendus eſt Florus lib. 4. cap. 8. ubi ita ſcribit: *Ille Cilicas extiuxerat: hic ſecum piratas navales agitabat.* Neque enim ibi oſcitat aut dormitat Hiſtoricus, navaleſque dicit piratas, quaſi alii eſſent piratæ terreſtres. Cum enim antiquitùs lembunculis duntaxat & myoparonibus piratæ pelagus obnoxium haberent; alii deinde prægmagnis navibus ac triremibus, ac prope juſta claſſe confecta prædabundi per oras maritimas vagabantur. Hos ſcilicet navales piratas nuncupat Florus. Fœminas etiam piraticam exercuiſſe diſcimus ex Joanne Magno lib. 7. ubi ita ſcripſit de Alvilda Gothorum

rum Regina: *Ne annos ſuos otio inertiaque labefactari pateretur, veſtem fœmineam animumque muliebrem in virilem audaciam commutavit, & quæ primùm puella fuerat pudiciſſima, deinceps piratico exercitio virorum fortitudinem ſuperare aut æquare videbatur. Nec parvus erat virginum numerus, quæ ſe a voluptatibus abſtractas ad id militiæ propoſitum paratiſſimos offerebant.*

Piraticus, a, um. Quod pertinet ad Piratam. Cic. 7. in Verr. *Myoparone piratico capto Dux liberatus.*

Pix, cis. Hæc & omnis generis bitumina, ad concipiendum propagandumque ignem idonea, non poſtremum habuere locum apud Veteres ad repugnandum, ſive obſiſtendum machinis bellicis, eaſque diſſolvendas. Saluſt. Bell. Jugurt. *Oppidani in proximos ſaxa volvere; præterea picem, ſulphure & tædâ miſtam mittere.* Cæſar lib. 7. *Picem reliquaſque res, quibus ignis excitari poteſt, fundebant.* Incendiariam hanc materiem congerebant ut plurimum vaſis, quæ deinde in hoſtes machinaſque deſuper demittebant. Herodianus in obſidione Aquilejæ: *Illi verò ſaxa deſuper jaciebant, & miſcentes picem ſulphuri ac bitumini, in cavis vaſis longa manubria habentibus, cum ea fervefeciſſent, appropinquanti exercitui injiciebant, & imbris in modum densè & confertim inſpergebant.* Adde Polyænum Strateg. lib. 6. *Cum hoſtes teſtudinem admoviſſent, muroſque ſubruerent, illi a maris plumbum liquefactum in vaſis æreis protendentes effundebant, eoque facto teſtudo ſoluta eſt.* Id vaſorum genus peculiari vocabulo dicebatur Aſtiochus, ut noa ad hanc vocem notavimus ex Heſychio. Nequid verò intentatum in hoc genere relinquerent, non manu duntaxat emittebant; ſed excutiebant etiam fundis hæc vaſa, pice ſcilicet, ſulphure, & bitumine ſaturata. Factitatum id a Romanis, obſeſſo a ſervis Capitolio, ut ſcribit Diodorus lib. 10. *Atque alii e vicinis ædibus bitumine & pice fervidâ vaſa repleta fundis inſerentes & adaptantes, jaculabantur ſuper ipſum collem.* In eandem formam Appianus in Libycolta loquitur: *Romani aggeres excitarunt oppoſitos & adverſos turribus, itemque ſulphur & picem in vaſis, fundis emittebant in ipſas.* Scio hæc & ſimilia quædam ad repugnandum adversùs machinas uſurpata, ut arenam ferventem, fœnum Græcum, dolia oppleta ſaxis, non admodum frequenter legi in oppugnationibus Antiquorum; & potius adinventa urgente neceſſitate in re ſubita, quàm antea comparata, ut pertinere videantur magis ad ſtratagematum ſpecies quaſdam, quàm ad ſtabiles fixaſque regulas militiæ repugnantis: e re tamen fuerit horum etiam meminiſſe, ne qualeſcunque demum obſiſtendi memoriæ antiquarentur. Porrò quod dixi de vaſis picariis fundâ excuſſis, id nimirum haud dubiè quoddam fuit præludium & rudimentum minorum bolidum, quas a recenti militia frequentiſſime adhibitas vulgò vocant *Granate*. Et hæ profectò, utpote nitrato pulvere, & ferri ſegmentis refertæ, multo graviorem perniciem inferunt propagantque. Verum illæ longè præſtabant majore longinquitate ſpatii, quod fundis acta vaſa metiebantur: nam bolides iſtas noſtras manu ſolùm milites projiciunt. De pice miſſili Boccacc. Theſeid. lib. 1.

Elle gittavan fuoco ſpeſſamente
Sopra l'armate navi, il quale acceſo
Molto offendeva i Greci, e ſimilmente
Con artificii pietre di gran peſo,
Che rompevan le navi di preſente
Dove giungean ſe non era difeſo,
Et oltre a queſto, pece, olio, e ſapone
Sopra lo ſtuol gittavano a furone.

Pixis, idis. Genus machinæ bellicæ, cujus meminit Thuroczius in Joanne Hunniade: *Caſtris bellicis machinarum, pixidum, ac aliorum tormentorum hoſtem ferientium ingeniis, munitis & refertis.* Idem ibidem; *Fortuitò ictu pixidis ad mortem vulneratus.* Suſpicor hoc genere inſinuari vaſa ſeu ollas pice, bitumine, reſina oppletas, quas jaculari ſolitas docui ſuperiùs in Tit. *Pix.*

Planiforme propugnaculum. Dicimus in recenti architectura militari genus munitiunculæ ex aggeſtitia terra ſupra cortinam erectæ, quadrangulari forma. Utuntur illa milites pro editiore ſuggeſtu, ibique tormenta locant ad hoſtium opera disjicienda. Idem genus munitionis vim habet in planis etiam locis, in aditu pontium, in ripis amnium, & interdum a caſtrorum lateribus commodè aptatur. *Piattaforma.*

Plastice. Latinè ars figlina. Facultas eſt architecturæ ſubſerviens. Effingit autem, poſt operis ſpecimen mente conceptum, modulum & exemplar erectum in cera, argilla, vel gypſo, aliaque ſimili materia, ex qua facilè ſit aliquid detrahere, vel, quæ neceſſaria reputantur, adjicere. Hoc exemplar poſtquam abundè correctum eſt & perpolitum, architecti & machinarii ſedulò inſpiciunt; & ad ejuſdem lineamenta, menſuras, omnemque proportionem moliuntur adornantque opera majora in alia materia. De ea non pauca habet Plinius lib. 3. & lib. 35. antiquiſſimamque illam appellat artem, ſculpturæ, picturæ, atque fuſoriæ matrem.

Platea armorum. Amplam dicimus aream in recenti militia, & aptum in caſtris, vel in medio arcis locum, ad militum receptum unicè deſtinatum, aliis verò impervium. Illuc ad Centurionum præſcriptum ſe milites colligunt ad armorum exercitationem; ſimulque ut cognoſcant quo potiſſimum tempore ad excurſiones & aggreſſiones procedere, aliaque militaria munia peragere debeant. *Piazza d'Arme.*

Plaustrum, i. Currus, in quo quod vehitur patens & palàm eſt; ex quo origo nominis, ut docet Varro lib. 4. de Ling. Lat. Probus, Interpres Virgilii ad illud 1. Georg.

Tardaque Eleuſinæ matris volventia plauſtra,

tradit non habuiſſe id vehiculum rotas radiatas, ſed tympana cohærentia axi, & juncta cantho ferreo. Conſtat in bello fuiſſe plauſtra adhibita ad ſarcinas.

Plaustrarius, ii. Qui plauſtrum regit. Ulpian. *Aquiliæ actione plauſtrarium teneri placet.*

Pluma, æ. Vide *Criſta, Pinna*, & titulum ſequentem.

Plumatæ vestes. Mirum profectò eſt, quantopere Antiquorum luxuria in veſtibus auro & purpura illudendis eminuerit. Veſtes plumatæ vel plumatiles ſic explicantur a Salmaſio, quaſi intertextæ variatæque fuerint teſſellis, ſeu potius circulis ex auro vel purpura, quibus variæ referrentur figuræ, luſuſque artis plumariæ. Diſtinxerim potius, & enucleatiùs expoſuerim genera

nera

nera veſtium. Et memoratas quidem acu pictas nominaverim: atque huc, non ad rem plumariam, retulerim opera Phrygiorum, cujuſmodi ſunt aulæa, peripetaſmata, tapetia Babylonica, & quidquid acu pingente, variique coloris liciis ludente, exprimitur & variatur. Plumatas verò cum Turnebo l. 9. c. 21. nuncupaverim quibus patagia, ſcutulæ, ſegmenta, clavi ſuperaſſuuntur; quemadmodum alias aliis ſuperpoſitas plumas conſpicimus in avibus, a quarum plumis veſtes etiam Plumatæ nominantur. Hujus generis ornamenta in veſtibus dicimus Itali *Riporto*, *Contrataglio*: quæ verò retortis in diverſum tramis, & perplexis mæandris acus diſcriminat, vocamus *Ricamo*. Ac proinde in verbis Varronis: *Nulla, quæ non didicit pingere, poteſt bene judicare quid ſit bene pictum plumaria aut textore in pulvinaribus plagis*: nihil exiſtimo immutandum; fruſtraque eſſe Salmaſium, qui conjunctim reponit *Plumario textore*. Sed neque conjunctim ponenda illa apud Firmicum verba: *Linteones, aut tunicarum textores plumarios*; ſed lege nihil permutando: *Textores, & Plumarios*. Cæterum de veſtibus plumatis Vopiſcus in Carino. *Laneas tunicas purpura micantes, & plumandi difficultate pernobiles*. Ignoro, prioreſne fuerint veſtes, an loricæ plumatæ. Conflabantur hæ ex lamellis vel bracteolis chalybeis, vel æneis inauratis ad omnimodam plumarum ſimilitudinem & figuram. Tales oculis exhibent ſtatuæ & cælaturæ veteres. Stat. l. 11.

Qua male jam plumis imus tegit inguina thorax.

Hoc ornamenti genus in loricis Sarmatæ & Quadi ex raſis & levigatis cornibus ſibi conficiebant: Ammian. lib. 17. *Loricæ ex raſis cornibus & levigatis plumarum ſpecie linteis indumentis innexæ*. Sed neque ornatum duntaxat, verum etiam munimentum præſtabant. Fruſtrabant nimirum ſæpe ictus, jactu lapſuque irrito excurrentibus gladiis jaculiſque. Idem lib. 24. *Haſtem undique laminis ferreis, in modum tenuis plumæ contectum, fidentemque quod tela rigentis ferri lapſibus impacta reſilicbant*. Ejuſdem plumati operis pellibus ipſi contegebantur bellatores equi. Virgil. l. 11.

Spumantemque agitabat equum, quem pellis ahenis
In plumam ſquamis auro conſerta tegebat.

Vide plura in Titulo *Cataphracti equi*. Sed obſerva hic ex Virgilio, perinde accipi opus plumatum & ſquamatum; cum idem in armaturis præſtent, & in eandem ferè figuram abeant plumæ ſquamæque. Univerſum hoc plumati operis genus originem habuit a veris diſcolorum avium plumis, quarum contextu ſcitiſſimè variegato Africani & Americani non ſolum veſtes exornant ad venuſtatem, ſed etiam ad terrorem cum ad bella procedunt. Vide Ulyſſ. Aldovrand. Ornitholog. l. 9. Tom. 2. Idem de Sinenſibus prodiderunt earum rerum Scriptores. Id verò etiam antiquitùs fuiſſe uſurpatum indicatur a Sophocle, qui pennis indutum Philochetum inducit. Actius demum de milite ſic armato ita ſcribit:

ingemiſcimus
Quod hæc pennigero non armigero corpore
Exerceantur tela, abjecta gloria.

Vide plura de opere plumato apud Hofman. Lexic. & Conſule Salmaſium ad Carinum Vopiſci.

Plumbarius, ii. Officinæ plumbariæ artifex, ſive qui opera ex plumbo conficit. Ejus generis artifices memorantur a Vitruvio lib. 8. cap. 7. & Herone cap. 6. de machinis bellicis. Nimirum hi etiam ſequebantur exercitum ad uſum machinarum, quæ plumbo indigebant, cujuſmodi inter cæteras erant plumbatæ & urnæ uſtoriæ; quas illi conſtruebant, vitiatas ſarciebant, aptèque collocabant.

Plumbata, æ. Vegetius author eſt hujus vocabuli, Quod autem illud ſit armorum genus minime explicat. Briſſonius exponit jaculum in modum ſagittæ pennis inſtructum. Author Anonymus libelli de rebus bellicis duplex agnoſcit plumbatarum genus, alterum cujus ligno ferrum ad modum venabuli aptatum inſigebatur, fiſtula ejuſdem ferri paulùm extenſa, ſupra quam, modico interiecto ſpatio, aculei plumbo adhærentes velut tribuli emergebant. Id genus plumbatæ tribulatam a ſupra memoratis tribulis appellat. Alterum ex ferro in acumen deducto, & in ſui extremitate rotundo, cæterum ſuperiori ſimile. Hoc verò genus plumbatam mamillatam vocat. Turnebus plumbeas bellicas glandes interpretatur: ſed ea opinio apertè obſtat Vegetio, qui plumbatas non glandes fuiſſe, ſed jacula ad modum ſagittarum refert. Vetus vocabularium exponit tormentum vel flagellum de plumbo factum. Sed præſtat audire præfatum Scriptorem Anonymum de duplici ſpecie plumbatarum, & primùm quidem de tribulata: *Hoc jaculi genus, quod in modum ſagittæ pennis videtur inſtructum, non arcûs neque balliſtæ pulſu conſuevit emitti, ſed manus impetu & viribus eliſum in hoſtem cominus vadit, quod excipienti gemina ratione videtur afferre perniciem. Aut enim perimit infixum, aut ſine vulnere dilapſum, & in terra poſitum, plantæ calcantis inſigitur, eò quod in partem quamlibet, ſi fuerit converſum ex latere, aculeo ex ſe eminente inferat vulnus. Fit autem ex ligno in modum ſagittæ facto, cui ferrum ſubtiliter in formam venabuli aptatum inſigitur, fiſtula ejuſdem ferri parumper extenſa, ſupra quam modico interiecto ſpatio, plumbo adhærentes jaculi, velut tribuli emergunt. In ſumma autem parte ejuſdem jaculi affiguntur pennæ, celeritatis cauſâ, tanto videlicet ſuper eaſdem pennas relicto ſpatio, quantum digiti potuerint tenentis amplecti*. De mamillata verò ita ſcribit: *Bene extenſa & directa virga accipiet in extremitate ſui rotundum & in acumen deductum ferrum ſimilibus locis in tribulata, plumbo & pennis adhærentibus, ut plumbi pondere, & pennarum celeritate adjuta rotunditas teli, facile clypeos adverſarii, & ſimiliter obſtantia valeat penetrare*. Utriuſque jaculi ſeu plumbatæ ſchema chalcographicum exhibet Idem Steuvechius ad Vegetii lib. 4. cap. 29. Cæterum non ignoramus plumbatarum nomine apud inferioris ævi Scriptores appellari flagella; ſeu lora cum plumbeis globulis in extremitate appenſis ac dependentibus. Hoc flagellorum genere reos plecti uſitati fuit moris. Paſſim etiam legimus in ſacris Hiſtoriis, & Actis SS. MM. eodem ſupplicio fuiſſe affectos non paucos divinæ Fidei teſtes generoſiſſimos. Fit etiam illarum mentio in Cod. Theodoſ. lib. 8. de Decur. *Omnis ordo curialis ab ictibus plumbatarum immunis*. Has porrò Plumbatas non plurimum diſcre-

Digitized by Google

ſcrepare crediderim a Veterum fuſtibalis. Certe magnum diſcrimen intereſt inter Vegetianas & poſtremas haſce, de quibus meminimua. Italis *Piombata*. Ubi Academici Etruſci dicti a Furfure interpretantur glandem plumbeam: *Piombato. Palla di piombo, la quale ſi tiro al nemico*: & adducunt locum Vegetii: *Ed erano coſtretti cotidianamente di gittare lāncie e piombate*. Sed, ut dixi, Vegetius non ſemel uſurpando eam vocem, eandem ſemper infuſcat & obnubilat. Sic enim ſcribit lib. 2. cap. 15. *Scutati, qui plumbatis, glodiis & miſſilibus occincti, ſicut nunc prope omnes milites videntur ormati*. Et cap. 23. *Miſſilio quoque, vel plumbatas jugiter, perpetuoque exercitio dirigere cogebantur*. Item aliàs iterum iterumque; ſed ſemper implexè.

Plutsus, ei. Machina eſt tectoria ſimul & oppugnatoria, e vimine & corio ſtrata, terniſque rotulis inſiſtens; quarum una in medio, duæ ſunt in capitibus, ut ſit facilè in omnem partem volubilis. Admovebatur illa muris, & ſub ea latitantes milites omni miſſilium genere defenſores aggrediebantur, eoſque exturbabant de propugnaculis, ut interim ſcalis ad eoſdem muros admovendis aditus pateſceret. Diverſus fuiſſe pluteos a vineis demonſtrat Plautus in Milite, ubi eas machinas ſatis clarè diſtinguit: *Ad eum vineos pluteoſque agam*: hoc eſt totis viribus eum oppugnabo. Sicut etiam Livius: *Segeſticom civitatem vineis pluteiſque cepit*. A cratibus etiam diſtinguuntur. Cæſar lib. 3. Bell. Civ. *Scaphos magnorum navium cratibus ac pluteis contexit*. Item Curtius: *Cæſa materia cratibus ac pluteis faciendis, ut qui turres admoverent, extra teli jactum eſſent*. Dupliciter maxime pluteum a vinea Veteres diſtinguebant. Nam pluteus rotis inſiſtebat, quod de vinea nnn legitur. Iterum vineæ devexæ erant in utramque partem; plutei verò in unam duntaxat, nt videre eſt apud Lipſium, qui utriuſque machinæ deſormationem exhibet l. 1. Poliorcet. Dialog. 7. Et quidem Veget. l. 4. c. 15. ad eam formam pluteum deſcribit: *Plutei dicuntur qui ad ſimilitudinem abſidis contexuntur e vimine, & cilieiis vel coriis proteguntur, terniſque rotulis, quarum una in medio, duæ in capitibus apponuntur, in quàncunque partem volueris, admoventur more carpenti; quos obſidentes applicont muris, eorumque munitione protecti, ſagittis ſive fundis, vel miſſilibus, defenſores omnes de propugnaculis exturbont, ut ſcolis aſcendendi facilior præſtetur occaſio*. A ſimilitudine aliqua plutei veteris eodem plutei nomine nntat recens militia machinam tectoriam in oppugnatione urbium, ad figuram arcæ vel ambulacri ductilis, qua foſſor cunicularius cum ſuis armamentis incluſus per foſſam tranſmeat ad cuniculos deſtinato in loco aperiendos. Eam deſuper ſarmentis, luto, ſimilique obſtipant materia ad obſiſtendum ignitis ollulis & miſſilibus, quæ in illam continenti imbre dejiciuntur a præſidiariis, non ignaris ſuo magno malo eam adventare machinam. Id genus machinæ vocamus *Galeria*. Hujus vocis origo duplex traditur; altera a Covarruvia, altera a Perionio. Covarruvias ducit a galeà, productà mediâ, quæ Italis, atque adeo infimæ Latinitatis Scriptoribus eſt triremis: *Galèo*, *Galera*, *Galeria*. Verè enim machina commemorata ſpeciem aliquam exhibet navis. Hanc ſenteutiam ſequitur Menagius. Perionius deducit a Gallorum *aller*, quod eſt ambulare, ex quo *alerie*, & mox *galerie*. Ipſum porrò Gallorum *aller* fit a Latinorum *ambulare*, ex quo *ambler*, & mox *aller*. Propriè autem *Galerie* nominamus porticus, ambulationes & loca in ædibus ad ambulandum idonea: quæ quoniam exornari ſolent opere picturato, idcircò eadem, Græco vocabulo, a depictis tabulis nuncupamus pinacothecas.

Podismus, i. Ratio eſt quidpiam pedum menſura dimetiendi. Memoratur a Vegetio lib. 2. cap. 7. *Ad podiſmum dimetiuntur loca*. Et etiam lib. 3. cap. 8. *Podiſmum menſuræ colligi oportet*. Ubi diligenter obſervat Steuvechius propter ignorationem Podiſmi irrepſiſſe mendoſam lectionem: *Potiſſimum menſuram colligi oportet*. Eſt autem podiſmus nntione Græcanica pedum dimenſio. Hujus porrò vocis non ſolum apud Vegetium, ut vidimus, ſed etiam apud Scriptores Tacticos, præcipuè verò Ælianum frequens mentio occurrit. In re igitur Tactica, ſive in inſtructione aciei podiſmus eſt illud ſpatium, quo unus miles ab alio ſejungitur, non ſolùm a lateribus, ſed etiam a fronte & tergo. Pertinebat id maximè ad evitandam confuſionem, rectumque ordinem dimenſionemque ſervandam, in quo omnis ferè vertitur cardo aciei rectè & naviter inſtructæ. Docet Ælianus tria eſſe genera hujuſmodi ſpatiorum. Primum cum latiſſima eſſent inter milites intervalla; tunc verò quatuor cubitos, ſive ſex pedes mutuò diſtabant milites. Alterum cum non ita largè rarenterque eſſet acies diſpoſita. Diſtabant autem tunc bellatores inter ſe duos omninò cubitos, ideſt tres pedes. Tertium poſtremò genus intervalli erat cum denſati magnopere ſtipatique eſſent ordines; in qua inſtructione diſtabant milites cubitum unum, ideſt pedem & ſemis. Hæc porrò poſtrema dimenſio Sinapiſmus appellabatur. De iiſdem intervallis agit Pnlybius, ubi Romanam militiam cum Macedonica componit: docetque non minus Romanos, quàm Macedones trium pedum ſpatium in acie inter ſe vacuum ſervaſſe: neque ſolum a lateribus, verùm etiam a fronte, & tergo. Sic enim ſcribit lib. 17. *Conſiſtunt igitur in tribus pedibus unà cum armis etiom Romani*. Et addit paulò infra: *Ob gladii, ſcutique uſum commodum, debere eos habere ſpatium, ut minimum, tres pedes*. Idem ferè tradit Vegetius lib. 3. cap. 14. Sed qnoniam, ut optimè notat Patritius Paralell. Militar. part. 2. lib. 10. latiuſculè ſæpè ordinatæ acies inveniuntur, ideo ſex interdum pedes diſtaſſe ordines ad ſcuta & arma commodiùs tractanda, author eſt idem Vegetius, cujus verba libet adſcribere: *Singuli armati in directum ternos pedes inter ſe occupore conſueverunt, hoc eſt in mille poſſibus mille ſexcenti ſexaginta ſex pedites ordinantur in longum; ut nec acies interluceot, & ſpotium ſit armo troctandi. Inter ordinem autem & ordinem a tergo in latum, ſex pedes diſtare voluerunt, ut boberent pugnantes ſpatium accedendi & recedendi. Vehementiùs enim cum ſoltu curſuque tela mittuntur*.

Pœnæ militares. Utinam ſic ad recti hnneſtique normam res humanæ fluerent, ut vitii fœditas & turpitudo aſpectu, ut ita dixerim, duntaxat ſuo, mortales deterreret a malefactis: virtus autem ſolá ſuæ pulchritudinis reputatione & in-

tuitu

Digitized by Google

tuitu eoſdem ad illuſtria facinora extimularet: Planè homines, ſi ita eſſet, non alio efficacius metu obrigeſcerent ad iniquiora conſilia; non aliis pulchriùs flammis incaleſcerent ad præclara in Rempublicam edenda promerita. Sed quoniam, quod dixit Plato, virtus minime hominibus venuſtatis aſpectuſque ſui, quo procul dubio ad ſui amorem omnes incenderet, copiam facit; vitium verò deteſtandam ſui oris ſpeciem ant contegit nobis, aut ſucato virtutis colore damnoſiùs oblinit & obtendit; ideo ad metum pœnâ, ad emolumenta & gloriam petendam præmiis provocamur; quæſituſque duplex ejuſmodi ſtimulus ad ritè componendam omnem Rempublicam. Proinde non poſtremam militiæ partem in exemplis pœnarum & præmiorum meritò conſtituerunt Scriptores Polemici. Scitè hoc expreſſum habemus ex Lycurgo Orat. in Leocratem: *Duo ſunt, quæ juventutem inſtruunt ac formant, delinquentiam caſtigatia, & bonorum præmiatio. Ad utrunque enim horum aſpicientes, illam quidem ob metum fugiunt; hanc ob gloriæ ſtudium concupiſcunt.* Præmiis verò in alium locum omiſſis; nemini video eſſe dubium ad firmandam diſciplinam caſtrenſem militemque ad omnia imperia morigerum habendum, inſtrumentum eſſe efficaciſſimum punitionis metum. Nihil verius Clearchi pronunciato: *A militibus Imperatorem potiùs, quàm hoſtem metui debere.* Relatu etiam digniſſimum eſt, quod ſcripſit Cæſar, Imperator cæteroqui erga milites indulgentiſſimus: *Indulgentia & largitio ſpecioſum reddunt præſentem exercitus amorem; paulatim tamen & occultè militarem diſciplinam ſeveritatemque minuit. At delicta militum nullâ venia proſequi, uſu ſalabre, & miſericordia melius ſemper apparuit.*

2. Ad duo autem genera revocantur pœnæ, quæ militibus ſolent infligi. Aliæ ignominiam, dolorem aliæ damnumque afferunt. Primi generis ſunt militiam mutare; eradi ex albo militum: ab Imperatore publicè corripi: ſpoliari armis, & ſimilia. Secundi generis ſunt non liberari permutatione captivorum facta: non redimi pecunia: privari ſtipendiis: decimari ad capitale ſupplicium: exilium, carceres, ſuſtigatio, aliaque corporum ſupplicia, & genera mortis. Sed nos ſparſim per hoc opus de pœnis militum dicimus ſingillatim, inſtituti noſtri memores, utpote qui non ſermonem, ant tractationem perpetuam de rebus bellicis exaramus, ſed nomenclatorem militiæ ſtudioſis exhibemus. Non pigebit tamen acervatim ſubiicere quæ Steuvechius ad Vegetii lib. 3. c. 4. ex Paulo Juriſconſulto & aliis collegit circa militares pœnas, & quas noſtro ſtudio ex Authoribus nos collegimus. Hæ verò fermè ſunt: *Privari ſtipendio.* Quibus hæc irrogabatur pœna, dicebantur ære diruti, de quibus diximus ſuo loco. *Cenſio Haſtaria*, ſive *Haſtæ* vel *Armorum redditio*. De hac Feſtus. *Cenſio Haſtaria dicebatur, cum militi mulctæ nomine ob delictum militare indicebatur ut haſtas daret. Mutatio loci ad tendendum in caſtris.* De hac Livius lib. 25. *Illis arma tantum, atque ordo militandi locuſque in quo tenderent in caſtris, eſt mutatus. Hibernare extra oppidum vel extra caſtra.* Liv. lib. 35. *Additum etiam ignominiæ eſt, ne in oppidum hibernarent.* Et Valer. Max. lib. 6. *Decreverunt ne quis eorum intra caſtra tenderet, neve locum extra aſſignatam vallo aut foſſa cingeret, neve tentorium ex pellibus haberet. Foſſam fodere.* In conſpectu exercitus, ſolutis interioribus tunicis, ad hoc ignominioſi ſupplicii genus adigebantur; cujus rei exemplum affert Plutarchus in Lucullo. *Prorogatio ſtipendiorum.* De hac non ſemel fit mentio apud Livium. Seligo locum ex lib. 33. *Cui militum generi non prius quàm pulſus Italia hoſtis eſſet, finitum ſtipendiorum tempus erat. Diſcinctos deſtitui.* Hac pœna a Calpurnio Piſone ignominia notatum fuiſſe C. Titium Præfectum equitum, quod arma hoſtibus ipſum circumvenientibus tradidiſſet, author eſt Valerius Maximus lib. 2. cap. 7. cujus hæc ſunt verba: *Juſſit eum togá laciniis abſciſſis amictum, decinctaque tunica indutum, nudis pedibus a mane in noctem uſque ad principia, per omne tempus militiæ adeſſe. Hordeum accipere pro frumento.* Pœna erat peculiaris tyronum, qui ſic luebant negligentiam & ſocordiam in militaribus exercitiis addiſcendis. De ea luculenter Veget. lib. 1. cap. 13. cujus locum alibi exſcripſi. Non deſunt autem Hiſtorici, qui tradunt id ſupplicii quandoque etiam captum fuiſſe in legionarios & quidem veteranos. Liv. lib. 37. *Cohortibus, quæ ſigna amiſerant, hordeum dari juſſit.* Appianus lib. de Bellis Illyricis, *Cæſarem*, inquit, *pro frumento militibus ſuis, qui deliquiſſent, hordeum dediſſe.* Idem addocent pro.aris exemplis Svetonius in Auguſto, Plutarchus in Marcello, Polybius, & Dio. *Sanguinem mitti.* Gellius lib. 10. hujus meminit: *Fuit hæc quoque antiquitùs militaris animadverſio, jubere ignominiæ causâ militi venam ſolvi, & ſanguinem emitti. Mulcta pecuniaria.* Modeſtinus inter pœnas militares hanc refert: *Pœnæ militum hujuſmodi ſunt, caſtigatio, pecuniaria mulcta, munerum indictio, militiæ mutatio, gradus dejectio, ignominioſa miſſio. Militiæ mutatio.* Talis erat, ſi equiti equus adimeretur; ille verò in peditum referretur numerum. Hac mulctabantur, qui inter cædendum Centurionis vitem tenuiſſent. Macer in Pandect. *Qui vitem tenuit, militiam mutat.* Sed & in alios eadem pœna animadverſum. Valer. Max. lib. 2. cap. 7. loquens de equitatu C. Titii. *Turmas equitum, quibus præfuerat, ademptis equis, in funditorum alas tranſcripſit. Miſſio ignominioſa.* Vide de ea ſeparatim. *Vite verberari.* Vide *Vitis. Linguæ abſciſſio.* Diodor. Sicul. lib. 2. Antiqq. cap. 3. id pœnæ irrogatum fuiſſe Ægyptiis militibus tradit, qui ſuorum conſilia hoſtibus proderent. *Manuum amputatio.* Præciſas fuiſſe dexteras apud antiquos Romanos iis militibus, qui in furto eſſent deprehenſi, refert ex M. Catone Frontinus lib. 4. Strateg. cap. 1. Livius etiam lib. 35. *Cum transfugis novis mulctati virgis, manibuſque præciſis Capuam rediguntur. Crurum exectio.* De hac pœna ſic ſcribit Ammianus lib. 23. *Signa propria quiſque ſequatur, ſciens quod ſi remanſerit uſquam, exectis cruribus relinquetur. Addictio in ſervitutem.* De Alexandro Severo narrat Lampridius, cum vetula quædam a milite injuriâ affecta de ea apud eum Principem quereretur, ab eodem exauctoratum fuiſſe militem, ſervumque vetulæ traditum, ut ſuo illam labore paſceret. *Exilium.* Multiplex de hoc teſtimonium apud Veteres, ac præſertim apud Ammianum. *Venire.* Liv. lib. 40.

Digitized by Google

Qui miles ad exercitum non rediſſet, eum ipſum, bonaque ejus vendere Conſul juſſit. Fuſtuarium, Vide de hoc ſuo loco. *Carcer*. Non indignum ootatu eſt, militis in cuſtodia detenti manum dexteram ita fuiſſe catenæ oexam apud Romanos, ut ejuſdem catenæ caput aliud ipſius cuſtodis ſiniſtram alligaret. Senec. de Trsnquill. l.1. cap.10. *Sed quid refert? Eadem cuſtodia univerſos circumdedit, alligatique ſunt qui alligaverunt: niſi tu forte leviorem in ſiniſtra catenam putas*. Idem Epiſt. 5. *Quemadmodum eadem catena & cuſtodem & militem copulat; ſic iſta quæ tam diſſimilia ſunt, paria incedunt*. Extat ejus pœnæ exemplum in Act. Apoſt. c. 12. ubi ſermo eſt de Petro vincto in carcere *inter duos milites vinctos catenis duabus*. *Securi percuti*. Frequentiſſima de hoc ſupplicio exempla ſuppetunt apud Livium & alios. Securi poſtea gladius ſucceſſit. *Decimatio*. Vide de hac ſuo in loco. *In crucem tolli*. Liv. l.30. *Nominis Latini qui erant, ſecuri percuſſi; Romani in crucem ſublati ſunt*. Vide *Crux*. *Ad beſtias damnari*. Sunt de hac exempla apud Livium, & Vsler. Max. Modeſtious autem: *Is, qui ad hoſtem confugit, & redit, torquebitur, ad beſtiaſque, vel in furcam damnabitur*. *Pœna capitis*. Uſurpata paſſim occurrit apud Hiſtoricos. Irrogabatur iis, qui Præfectis manum inferrent: qui in acie priores fugerent: qui ſecreta hoſtibus nunciarent: qui commilitonem gladio peterent. Itidem deſertoribus excubiarum, ſeditioſiſque per murum caſtra iogredientibus, & aliis. *Sepulturæ privatio*. Valer. Max. lib.2. cap.7. *Virgis cæſos ſecuri percuti juſſit; eorumque corpora ſepulturæ mandari, mortemque lugeri vetuit*. *Vivos cremari*. Ammiaous lib.29. *Deſertoribus paucis exuſtis, aliiſque ad ſagittariorum exemplum, quibus manus ademptæ ſunt, contruncatis*. Adducitur conſtitutio Conſtantini Imperatoris, quâ comburi vivos eos jubet, qui prædandi facultatem dediſſeot Barbaris, aut cum iis prædam diviſiſſent. Vulcatius ſcribit Avidium Caſſium Imperatorem primum omnium inveniſſe, ut ſtipite centum & amplius pedum erecto, damnatos ab imo ad ſummum alligaret: admoto poſtea igne inferioribus, illos quidem incendio, alios ſumo occideret. *Sub erate necari*. Quod genus id pœnę fuerit, explicat Tacitus lib.2. de moribus Germanorum: *Diſtinctio pœnarum ex delicta. Proditores ac profugos arboribus ſuſpendunt: ignavos & imbelles, & corpore infames, cœno ac palude, injecta inſuper erate, mergunt*. Vide *Crates*. *Lapidibus obrui*. De hac pœna exemplum eſt apud Florum lib.1. cap.22. *Inde eſt quod exercitus Poſthuminum Imperatorem, inficiantem quas promiſerat prædas, facta in caſtris ſeditione lapidavit*. Curtius de militibus loquens, qui contra Alexandrum conſpiraverant, ſic ſcribit: *Omnes a Nicomacho nominati, more patrio, data ſigno, ſaxis obruti ſunt*. *Sagittis eminus configi*. Legitur apud Paulum Diaconum lib.17. Eſt pœna ſimilis ſupplicio fere vulgari militiæ recentis, quo reum palo vel arbori alligatum fiſtulatores æneis pilis confodiunt. *Carpento trahi*. Julius Capitolinus author eſt, Macrioum Imperatorem carpento rotali ſuperpoſitum Tribunum, qui excubias deſeri paſſus erat, per totum iter vivum atque exanimem trahi præcepiſſe. Ad hæc atrociſſima quædam genera pœnarum leguntur apud Hiſtoricos: ex quibus pauca decerpam: Eligere quippe, quàm colligere ſatiùs eſt. Tragicum illud quod de Metio Suffetio tradit Florus lib.1. cap.3. *Itaque hoſte victo, ruptorem fœderis Metium Suffetium, religatum inter duos currus pernicibus equis diſtraxit*. Nihil mitius quod narrat Vopiſcus de Aureliano, qui deflexis duarum arborum capitibus, iiſdem pedes militis alligavit, qui illis poſtmodum in ſublime redeūtibus, utrinque ſciſſus pependit. Vide *Quadrigæ in diverſum actæ*. Sed & immane illud Macrini Imperatoris apud Capitolinum, qui duos milites compertos ancillæ hoſpitis pudoris violati geminis bobus adapertis includi juſſit. Vide præter Polybium, Sigooium lib.1. de Antiqq. Jure Roman. & Alexan. ab Alexan. lib.2. Genial. dier. cap.13.

3. Operæ fuerit pauca in hoc genere delibare de pœnis Græcorum. Ex Diodor. Sicul. habemus Charoodam Locrenſium Legislatorem in eos, qui arma pro patria capere detrectaſſent, aut ordines deſeruiſſent in acie, id pœnæ ſtatuiſſe, ut io foro integrum triduum ſederent in veſtibus muliebribus. Licet autem ad ſpeciem mitis & humana lex illa eſſet, quæ minimè mortem inferret; vi tamen occulta, etiam capitali ſupplicio validior erat: viri enim ſtrenuique milites ejus infamiæ metu acriùs abſterrebantur, quàm cujuslibet mortis intentato metu. Spartaoi etiam in eos, qui ſocordiæ vel ignaviæ in pugna vel acie comperti eſſent, idoneas ſancivere animadverſiones, quas refert Plutarchus in Ageſilao: *Non enim ſolum arcentur omni magiſtratu & imperio, ſed & dare alicui horum uxorem, aut ab eo accipere infame eſt. Percutit autem & cædit eos, ſiquis vult obviorum: at illi ferunt ſqualidi & humiles, palliaque geſtant colore aliquo tincta & inſcripta. Partem etiam barbæ, quæ eſt ad labrum ſuperius, ſive muſtaca radunt; partem verò alunt*.

4. Hic etiam, ut in omni rei bellicæ adminiſtrandæ parte, præfulſit cæteris Romanorum dignitas quædsm, inconcuſſa ſeveritas, & ferocia interdum, ubi quis atrocior caſus Patrum animos commoveret. Hinc rigida illa apud Livium Senatus conſulta ignominiæque pleniſſima, & palam probroſa militibus. Scribit autem lib.23. in hanc formam animadverſum in eos, qui ex acie Cannenſi profugerant: *Qui ex fuga Cannenſi eſſent, in Siciliam eos traduci, atque ibi militare, donec in Italia bellum eſſet, placuit*. Idem ferè narrat lib. 26. de exercitu Gnei Fulvii, qui in Apulia cæſus fugatuſque fuerat: additumque, *ne in oppidis hibernarent, neve oppidis hiberna propiùs ullam urbem decem millibus paſſuum ædificarent*. Cum verò Senatum per literas deprecatus eſſet Marcellus, ut reliquiis illis ex clade Cannenſi tranſportatis in Siciliam, liceret ſibi uti in expugnatione Syracuſarum, Senatus in hanc ſententiam reſpondit apud Livium lib. 25. *Militibus, qui Cannas commilitones ſuos pugnantes deſeruiſſent, Senatui nihil videri Rempublicam committendam eſſe. Si M. Claudio Proconſuli aliter videretur, faceret, quod e Republica, fideque ſua duceret; dum ne quis eorum munere vacaret, neu dono militari, virtutis ergo donaretur, neu in Italiam reportaretur, donec hoſtis intra Italiam eſſet*. Noo abſimili formula idem Senatuſconſultum adversùs deſertores in Cannenſi pugna legitur apud Valer.

Max.

Max. lib. 2. cap. 2. & apud Frontinum lib. 4. Strateg. cap. 1. Quin etiam Tarentino bello cum magnum captivorum civium numerum a Pyrrho Patres recepiſſent, ſic de iiſdem conſtitutum memorat idem Valer. Max. lib. 2. cap. 7. *Ut ex iis qui equo meruerant, peditum numero militarent; neve quis eorum intra caſtra tenderet, neve locum extra aſſignatum vallo, aut foſſa jungeret, neve tentorium ex pellibus haberet*. Sed & atrocius in eos milites conſultum, qui injuſto bello Rhegium occupaverant, & Jubellio eorum Duce extincto, ſcribam quendam ſua ſponte Imperatorem creaverant. Eos ſiquidem, ut eodem lib. legitur apud Valerium, quinquagenos per ſingulos dies virgis cæſos, ſecuri percuti juſſit; eorumque corpora ſepulturæ mandari, mortemque lugeri vetuit. Animadverte Romanorum morem in caſtris, ut pœnas de reis ſumerent extrà vallum: Hirtius de Bell. Afric. *Sic extrà vallum deducti ſunt, & cruciabiliter interfecti*. Seneca de Ira c. 16. *Damnatus extra vallum deductus eſt, & jam cervicem porrigebat, cum &c.*

5. Indicare non prætermittam uſitatum a Romanis pœnæ genus in Duces, & quoſcunque ignominioſæ pacis aut fœderis ſponſores. Eos ipſis hoſtibus ſolebant dedere. Sic animadverſum adversùs conciliatores pacis Caudinæ, ut narrat Livius lib. 9. Mancinus etiam ob ſimilem cauſam deditus Numantinis, ut non uno in loco traditum a Cicerone: ejuſque rei Senatuſconſultum recitatur ab Appiano lib. de Bell. Hiſpan. Meminit etiam ejus rei Vellejus Paterculus lib. 2. *In illis turpe Q. Pompeii fœdus, turpiuſque Mancini, Senatus cum ignominia dediti Imperatoris reſcidit*. Adiice M. Clodium Corſis ob turpem cum iiſdem pacem initam diditum, ut ſcribitur inter alios ab Ammiano lib. 14. *Eadem* (Nemeſis) *Mancinum poſt imperium Numantinis ſumma atrocitate, Veturium & Clodium Corſis ſubſtravit*. In eos verò, qui vel patriæ hoſtibus tradendæ conſilia agitaſſent, vel dominatione affectata, quomodolibet ſe publicæ tranquillitatis hoſtes & violatores geſſiſſent, non ſolum abolita nobilitate, corraſis titulis, imaginibus detractis, omnique abdicata memoria animadverſum eſt; verùm illud inſuper omnium atrociſſimum irrogatum ſupplicii genus, ut inſepulti proiicerentur. Et Veſpaſianus quidem apud Svetonium in ejus vita cenſuit conjuratorum pœnis addendum, ut terræ neutiquam eorum corpora mandarentur. Valer. Max. lib. 6. cap. 7. ſcribit Tiberium Gracchum, hoſtem patriæ, quique ſalutem publicam potentiæ ſuæ antetuliſſet, a Senatuſconſulto hoſtem judicatum, ultimo ſupplicio affectum, ſepulturæ quoque honore fuiſſe ſpoliatum. Svetonius autem in vita Domitiani ita ſcribit: *De ejus cæde Senatus adeo lætatus eſt, ut repletâ certatim curiâ, non temperaret, quin mortuum contumelioſiſſimo atque acerbiſſimo acclamationum genere laceraret: ſcalas etiam inferri, clypeoſque & imaginem ejus coram detrahi, & ibidem ſolo affigi juberet; noviſſimè eradendos ubique titulos, abolendamque omnem memoriam decerneret*. Diſciſſæ etiam in dedecoris & ignominiæ notam quandam fuere Magiſtratibus veſtes, qui curam armis inſtruendi militis neglexiſſent. Frontin. lib. 4. Strateg. cap. 1. *Domitius Corbulo in Armenia Æmilio Rufo Præfecto equitum, quia hoſtibus ceſſerat, & parum inſtructam armis alam habebat, veſtimenta per lictorem ſcidit*.

6. Ad ultimum delibo paucula ab externis. Cœnam Atrei, & diriſſima quæque Tragicorum inventa ſuperavit ſumptum olim ſupplicium de præſidiariis Albæ Græcæ, cum de tradenda Turcis urbe conſilia ſociaſſent. Rem poſt hominum memoriam truculentiſſimam tradit Bonfinius Rer. Ungar. dec. 5. lib. 3. *Paulus autem cum præſidiarios milites de Alba Græca Turcis prodenda conſilia habuiſſe audiſſet, manibus continuò ejus principibus conjurationis injectis, nefarium per cruciatum ſcelus confeſſos acerbiſſimo, atque haud ſcio an unquam alias audito ſupplicii genere omnes affecit. Quippe in carcerem fœdiſſimum conditos, ſingulis diebus eorum ſingulos, hœdorum in modum veru præfixos, & ad ignem diligenter aſſatos, ſociis veſcendos appoſuit, identidem, ad indignum cruciatum aſperitate convicii cumulandum, ut proditorum caro ad palatum reſponderet? interrogans. Noviſſimum autem eorum, nemine omnium extante, cui cibus ipſe apponeretur, lenta inedia, cibique neceſſarii ſubtractione confecit*. Ex eadem Hiſtoria habemus ſeptem Ungaricos milites, poſt cæſos a Germanis ad unum ſocios, cum in Ungariam amputatis auribus eſſent dimiſſi, a Rege Toxi juſſos, uxoribus fortuniſque abdicatis, nudatis pedibus perpetuò incedere, & victum turpiter per tentoria quæritare; quoniam extinctis in prœlio ſociis per ignaviam ſuperfuiſſent. De his idem Bonfinius Dec. 1. l. 10. *Illi verò ſeptem, qui auribus deformati rediere, quia cum ſuis mori recuſaverant, aut poſt eorum cædem ſuperſtites eſſe paſſi fuerant, hac ſevera judicum ſententia mulctati ſunt. Omnia eorum bona in ærarium publicum relata, ipſi ab uxoribus ac liberis abdicati, nudis ſemper pedibus incedere, per ſingula in caſtris mendicare tentoria, nihil uſquam, quoad vixerint, poſſidere juſſi ſunt. Perpetuæ demum ignominiæ nota bis inuſta, quæ a cognomento profluxit: Lazari namque & mendici ſunt appellati*. Ubi nota, quemadmodum ex Evangelica Chriſti Domini parabola, a mendico Lazaro dictos olim fuiſſe Lazaros in Ungaria eos milites ad ſummam egeſtatem redactos, ita eadem nominis origine vocari hodie Lazaros in Urbe Neapolitana infimi popelli fæcem & quiſquilias. Claudat agmen atrox memoratu exemplum, quo David poſt expugnatam Urbem Rabbath, ejus populum affici juſſit. Circumducti nimirum ferrati currus ſuper civium corpora; eaque diſſecta atque proſciſſa, quo modo in area ſubdiali ferratæ equarum ungulæ frugum manipulos proterunt, & grana ab ariſtis excutiunt. Sic autem de eo ſupplicio loquitur Hiſtoria Regum l. 2. c. 12. *Populum quoque ejus adducens ſerravit & circumegit ſuper eos ferrata carpenta, diviſitque cultris, & traduxit in typo laterum*. Simile quidpiam legitur Amos 1. *Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non convertam eum, eo quod trituraverint in plauſtris ferreis Galaad*. Utrum verò ſuper cæſa prius & extincta, an ſuper viva corpora, quod longè ſeverius fuiſſet, ea plauſtra tranſierint, rem incertam ſacra relinquit Hiſtoria.

POSTÆ, arum. Non eſt hìc animus aut conſilium, quantum hæc appellatio claritudinis præſtantiæ-

Digitized by Google

que onntineat conſtitutâ operâ explicare. Nota eſt origo eorum vetuſtiſſima; utpote qui de rebus divinis, de naturæ arcanis, de ſacrificiorum myſteriis, & omnibus profectò facultatibus, quæ nobiliſſimæ perhibentur, mortalium primi ſcripſere. Hine vetus Theologia dicta paſſim Poeſis, & Poetæ Theologi; quod ex Lini, Orphei, & aliorum operibus non obſeurè eolligit inter alios Lactantius lib. 1. eap. 22. Egerunt id viri docti magnis voluminibus; ſuæque excellentiam artis Poetæ ipſi palam teſtantur ad omnem poſterorum memoriam editis graviſſimorum carminum monumentis. Poetæ, inquam, legitimi, & hac digni nomenelatura, non eantorculi triobolares, quorum ut prægrandis ſæpe numerus, ita par apud æquos rerum æſtimatores contemptus fuit: ut enim præclarè dixit Labeo,

Canſules fiunt quotannis & novi Proconſules;
Rex & Poeta non quotannis naſcitur.

Item Areoſtus:

Son come Cigni, anch'i Poeti rari;
Poeti, che nan ſien del nome indegni;
Sì perche 'l Ciel degl'huomini preclari,
Non pate mai ehe troppa copia regni;
Sì per gran colpa de i Signori avari,
Che laſcian mendicare i ſacri ingegni,
Che le virtù premendo & eſaltando
I vitii, caccian le buone arti in bando.

Et de hoc quidem argumento fusè eſt a nobis in noſtris Satyris agitatum. Dicendum hie propiùs ad rem noſtram de ſummo quodam arcanoque nexu & vinculo, quod inter Poetas & Heroes, viroſque fortitudinis laude eximios intercedit. Sagaeiſſima id cognovit Antiquitas, quæ militarem artem & poetieam diſciplinam amieiſſimas eſſe demonſtravit, Pallade Dea in bellicarum rerum, & ſimul literarum auſpicem & præſidem conſtituta. Hic ſiquidem poeticæ facultatis nomine diſciplinas omnes literarias comprehendimus, quæcunque ad propagandam in poſterum virorum fortium famam, & eorum exornanda facinora ſuam conferunt ſymbolam. Id porrò in primis de Hiſtoria eſt intelligendum, quæ licet ſpecie quadam a Poeſi diſſidere videatur, quoniam hæc inventis commentitiis, illa ingenua ſolùm ſacraque in ſuis narrationibus veritate, minimèque fucato nitore utitur; nihilominus maximopere in id eonſpirant, ut præſtantia Heroum geſta, ad Authorum gloriam & documentum poſteritatis, tradant immortalitati. Nihil certe frequentiùs occurrit in antiquis literis, quàm ſumma ſocietas atque eonjunctio, quæ inter Poetas & viros militares effloruit. Equidem Scipio ille, cui Carthago domita nomen indidit, in omnibus armorum expeditionibus indiſcretos habere voluit ſocios Polybium Hiſtoricum, & Poetam Lucilium. Ennium verò Poetam tam impenſo ſtudio eoluit, ut non alio ſepulchro ſua contegi oſſa voluerit, quàm quo Poetæ celeberrimi cineres conderentur. Ingens quippe momentum ad ſuam gloriam exiſtimavit eos faeinorum ſuorum habere teſtes, qui præclariſſimi etiam aliquando laudatores, & ut militari vocabulo utar, buccinatores eſſe poſſent. Quanti intereſſet præclari Ducis inſignes Poetas habere amiciſſimos, prodiderunt lacrimæ illę Alexandri Macedonis, quibus irrigaſſe fertur eineres & ſepulchrum Aehillis, occulto quodam motus invidiæ ſenſu, quo angebatur æmulatione virtutis, excellentia facinora Græci Imperatoris in Homeri ævum incidiſſe. Petrarca:

Giunto Aleſandro alla famoſa tomba
Del Magno Achille ſoſpirando diſſe;
O fortunato, che sì chiaro tromba
Sortiſti, e chi di te tant'alto ſeriſſe.

Ipſam porrò Homeri Iliadem inter ſpolia militaria, poſt fuſas Darii copias, occupatam ſie excoluit, atque ita frequenter volutavit, ut eàdem inflammari ſe ad ſtrenuè decertandum etiam ſupra tubarum & lituorum elangores fateretur. Veriſſimum quippe quod eſt ab antiquo Scriptore prolatum: multum intereſſe in quæ eujuſque virtus tempora ineiderit. Illud etiam ſcitè pronunciatum: tantam fuiſſe ſemper apud poſteros virorum fortium gloriam militarem, quantum eorum geſta extollere atque exornare libuerit Poetis, Hiſtoricis, aliiſque viris literarum ſtudio naviter excultis. Innumeri certe Duces, virique ſtrenuiſſimi diuturna oblivione conſepulti reticentur non aliam ob cauſam, quàm quoniam ſuorum operum laudatoribus earuerunt. Horat. lib. 4. od. 9.

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi, ſed omnes illacrimabiles
Urgentur, ignotique longa
Nocte, carent quia vate ſacro.

Et lib. 4. Od. 8.

Non inciſa notis marmora publicis,
Per quæ ſpiritus, & vita redit bonis
Poſt mortem Ducibus: non celeres fugæ
Rejectæque retrorſum Annibalis minæ,
Non incendia Carthaginis impiæ,
Ejus, qui domita nomen ab Africa
Lucratus rediit, clariùs indicant
Laudes, quam Calabræ Pierides: neque,
Si chartæ ſileant quod bene feceris,
Mercedem tuleris. Quid foret Iliæ
Mavortiſque puer, ſi taciturnitas
Obſtaret meritis invida Romuli?

Etiam Caroli Magni celebritati obfuiſſe penuriam Poetarum aut Scriptorum, qui ejus facinora proderent, conqueritur Aloyſius Pulcius initio ſui operis *Margante*:

E ſtata queſt' hiſtoria a quel, ch'io veggio,
Di Carlo mal'inteſa, e ſcritta peggio.
Diceva Lianardo già Aretino
Che s'egli haveſſi havuto ſcrittor degno,
Come gl'ebbe un'Ormanne il ſuo Turpino,
Ch' haveſſi diligenza havuto, e 'ngegno,
Sarebbe Carlo Magno un' huom divino,
Peròche egli hebbe gran vittorie e regno,
E fece per la Chieſa e per la Fede
Certe aſſai più, che non ſi dice, o crede.

Conſtat itaque in manu & poteſtate Poetarum atque literatorum famam & celebritatem eſſe Heroum, Ducumque elariſſimorum. Hinc antiquiſſimum Poetas benemerendi ſtudium. Nimia tamen in eoſdem liberalitas Principum, & ſuarum quandoque partium ſtudium effecit, ut aſſentandi libidini nimium indulgerent, utque prædia, pretioſam ſupellectilem, aurum offerentibus palpum obtruderent, falſiſſimis commentationibus ingenii habenas laxarent, & iniqua atque præpoſtera laudatione Hiſtoriarum fidem præverterent. Eam ob rem non immeritò queritur idem Areoſtus Cant. 35.

Non sì pietoſo Enea, nè forte Achille
Fù, eome è fama, nè sì fiero Ettorre;

E ne ſono ſtati mille, e mille, e mille
Che lor ſi pon con verità anteporre.
Ma i donati palazzi, e le gran ville
Da i deſcendenti lur gli han fatto porre
In queſti ſenza fin ſublimi onori
Dal onorate man degli Scrittori.
Non fù sì ſanto, nè benigno Auguſto,
Come la tuba di Virgilio ſuona.
L' haver havuto in poeſia buon guſto
La proſcrittion' iniqua li perdona.
Neſſun ſapria, ſe Neron fuſſe ingiuſto,
Nè ſua fama ſaria forſe men buona;
Haveſſe havuto e terra e Ciel nemici,
Se gli Scrittor ſapea tenerſi amici.
Omero Agamennon vittorioſo,
E fè i Trojan parer vili, & inerti,
E che Penelopea fida al ſuo ſpoſo
Da i proci mille oltraggi havea ſofferti:
E ſe tù vuoi che 'l ver non ti ſia aſcoſo,
Tutta al contrario l'iſtoria converti.
Che i Greci rotti, e che Troja vittrice,
E che Penelopea fù meretrice.
Da l'altra parte odi, che fama laſcia
Eliſo, ch'ebbe il cor tanto pudico;
Che riputata viene una bagaſcia
Solo, perche Maron non le fù amico:

Quod ſi latè interdum Poetæ peccarunt aſſentatione & immodicis ambitioſiſque laudum præconiis; notam contra parum grati humanique animi aliquam non declinarunt quandoque Principes, qui Scriptores præſtantes jacere in ſordibus & egeſtate, venaſque illuſtrium ingeniorum exareſcere patiuntur atque diſpergi; cum cæteroqui cenſus effuſè prodigant planis, morionibus, & paraſitis paſcendis, collectaſque diuturnis ſudoribus ab svis opes comeſſationibus, alea, & ſcortis exhauriant. Bracciolin. Scherz. de gli Dei:

Imparate, o Poeti: ogni fatica
Fuorche la voſtra, il guiderdone aſpetta.
Se 'l Medico, ò Legiſta s'affatica,
Se li paga il conſiglio, e la ricetta:
E ſe 'l Notaro i ſuoi contratti intrica,
Raccoglie argento ove l'inchioſtro getta.
Solo il Poeta, e ſia quantunque buono,
Deſtina il Ciel, che s'affatichi in dono.

In eandem ſententiam ſic nos olim luſimus. Carm. Tom. 3. Satyr. 11.

Tempus erat, Laurentiades cum jura per orbem
Traderet, & magno ſerviret Roma Leoni:
Tunc Helicon totis gignebat rupibus aurum,
Certobatque tuis, opulenta Peruvia, venis.
Poſtquam illum duri rapuit violentia fati
Invida, mendicæ cotes, ingloria ſaxa
Eſuriunt: nullis flavet ſpelunca metallis.
Huccine nos rerum veniſſe! hæ ſcilicet illæ
Sunt lachrimæ! Fuimus Troes. Si jurgia vendit
Rixoſo rabioſa foro, venaliaque ora
Cauſidicus, patrii fines diſtendit agelli
Ære novo, partis laxat vinetaque fundis.
Sed neque purpureo vinaria Politiano
Cella vacat; pinguiſque penum petaſunculus ornat,
Meta Placentino concretaque lacte: placentæ
Non deſunt, menſæque caput ſcriblita ſecundæ,
Cruſtulaq; & redolet multos apotheca clientes.
Pæonia ſenior ſi ſcriptitat arte peritus
Viſcoſum Recipe, atque ægro jejunia laudat
Ventre ſaburrato, prægnans ſcheda parturit aurum,
Atque fluens ſolidum argentum mercatur arundo.
Turgentes loculi tot ſudant æris acervos
Nempe referre domum, Ferdinandoſque rotundos.
Jamque toga piget in longa, pedibuſque remotas
Ire per Eſquilias, & totam verrere Romam;
Jungit equos; aditu crebro quas longa paravit
Nummati quartana ſenis: ſtranguria frenos
Addidit, argutas phaleras epilepſia: debet
Temonem podagræ, pulmoni abſida; quid ultra
Demoror enumerans nequidquam ſingula? totum
Morborum lucroſa ſtruunt contagia currum.
Ergo alios merces habeat cum certa labores,
Cur ſoli gratis perſolvunt omnia Vates?
Gratis Victorum celebrant Epinicia, gratis
Hymnos, Pæanes, Soteria, Dramata gratis.
Largus opum Princeps quas perdat ludio, mimus,
Hiſtrio, prodigium fuerit, faſtiſque notandum,
Egregio vati toto ſi miſerit anno
Melle laboratam cererem. Venator opimas
Quod ſi feſſus aves retulit pinguemque ferinam;
Particulam prædæ, patinæ prægrandis in orbe
Aurato, ridenda tibi munuſcula mittet.
Apparent rari nantes in margine vaſto:
Si bene dinumeres, non æquant carmina Turdi.

Equidem non ſatis video, quî poſſit quidpiam Muſis & Apolline dignum conſcribere, qui candidè poteſt cum Areoſto dicere.

Apollo, tua mercè, tua mercè ſanto
Collegio delle Muſe, io non mi trovo
Tanto per voi, che poſſa farmi un manto.

Ad hunc ſqualorem & miſerandam inopiam rediguntur paſſim, in quorum poteſtate manuque ſunt temporum futurorum, ac veluti immortalitatis pariendæ artes. Enimverò diuturnam illam celebritatem, quam Heroicæ virtuti conferunt Poetici cantus, non æra, non marmora, non artes reliquæ omni exerto conatu ſpondere poſſunt. Horat. l. 3. od. 30.

Exegi monumentum ære perennius,
Regalique ſitu Pyramidum altius;
Quod non imber edax, aut aquilo impotens,
Poſſit diruere, aut innumerabilis
Annorum ſeries, & fuga temporum.

De viris autem bello præſtantibus audi Petrarcam:

Credete voi, che Ceſare ò Marcello,
O Paolo, od African foſſer cotali
Per incude giammai, nè per martello?
Pandolfo mio, queſt'opere ſon frali
A lungo andar: mà il noſtro ſtudio è quello,
Che fà per fama gl' huomini immortali.

Idcirco omnes ferè Scriptores Græci Latinique, & vetuſtiſſimi quique ſapientiæ antiſtites honorificentiſſimis appellationibus & cognomentis Poetas cohoneſtarunt. Divinos illos, cæleſti numine afflatos, e cælo dilapſos, Sapientiæ Duces & Patres, ſacros Myſtas, orbis univerſi magiſtros certatim agnoſcunt ſalutantque. Horat. Serm. 1. Satyr. 4.

Ingenium cui ſit, cui mens divinior, atque os
Magna ſonaturum, des nominis hujus honorem.

In ampliſſimis teſtimoniis colligendis latiùs expatiari non eſt hujus loci. Vide quæ diſertiſſimus Oratorum Cicero prolixè congerit de Poetarum laudibus in Orat. pro Archia Poeta.

Poldrus, i. Genus receptus munitorii. Gallucc. de

Digitized by Google

de Bell.Belg. l. 14. *Ternos receptus adiunxit,quos poſtea militari vocabulo Poldros appellavit*. Italis etiam dictus eſſe *Poldri* notat idem Hiſtoricus.

Polemarchi. Græco vocabulo dicuntur quos Latini appellant Tribunos. Utuntur hac voce Thucydides & alii Græci Scriptores.

Polemica, æ. Græca notione ars bellica.

Poli, orum. Apud Aſtronomos in ſphæra armillari duo puncta ſunt ex diametro oppoſita, quæ axem utrinque terminant, circà quem cœlorum orbes rotantur. A ſimili uſu & figura polos appellamus in machinis præcipuè bellicis partes extremas oppoſitas ex diametro, inter quas per ſuam orbitam circumvolvuntur.

Poliorcetica. Ratio, ſeù potius ars ad certam normam utendi bellicis machinis & inſtrumentis, ut eadem utilia inveniantur ad urbes expugnandas,vel propugnandas. Lipſius hoc nomine quinque libros de Machinis bellicis agentes inſcripſit.

Poliorcates. Latinè Expugnator urbium, quod fuit illuſtre cognomentum Demetrii Macedonis, filii Regis Antigoni.

Pollux. Vide *Caſtor* & *Pollux*.

Polygonæ arces. Latinè quæ multos habent angulos vel propugnacula, ſed ex uſu Scriptorum ſic dicuntur, quæ propugnaculis conſtant pluſquam quatuor.

Polynices. Œdipi ex Jocaſta filius, frater Etheoclis. Horum ſuper Thebano Regno diſcordia atrox bellum & cruentiſſimum peperit, quod mutua fratrum nece abſolutum fuiſſe narrat Statius in Thebaide, & latè meminerunt Tragici Scriptores Græci.

Polyspastum: Vide *Helix*.

Pompejanus. Nomen equi funalis ſiniſterioris, victoriſque in ludis Circenſibus Romæ editis. Vetus inſcriptio apud Salmaſium in Solin. cap.45.

IN POMPEJANO VICTOR.

Pons, tis. Sunt qui a pendendo dictum putent. Sed nec obſtiterim iis, qui a ponendo trahunt, quoniam ad tranſeundum ſit poſitus. Propriè id eſſe dicimus,quo flumina junguntur. Xerxes Perſarum Rex Helleſpontum contabulaſſe, utraſque verò ejus freti terras ponte commiſiſſe traditur. Pontes etiam vocamus immanes arcuum ſtructuras, quibus interdum juga & montes nectuntur ad compendia viarum. Ejus generis pontibus ſive arcubus frequenter exædificatis Sinenſes regnum ſuum cæteroqui vaſtiſſimum, pervium habent. Hoc etiam architecturæ opus præſtantiſſimum hominum ſolertia extudit ad latiùs propaganda commercia, & regiones diſſitas copulandas. Meritò Scriptores rei militaris, ac præcipue Vegetius,non ultimam bellicæ diſciplinæ partem conſtituerunt in pontibus opportunè aut conficiendis, aut diruendis. Mirè ſiquidem utiles illi ſunt tranſmittendis copiis & commeatui comportando. Uſus tam frequens illorum eſt, quàm commeantibus copiis crebrò ſeſe amnes offerunt. Quemadmodum verò poſt peditatus vel equitatus tranſmiſſionem, pontes divalli diffringique leges præſcribunt, & vera ratio ſuadet, ne trajecturis deſerviant hoſtibus; ſic relinquendi, ac præſidiis firmandi ſunt, ſi receptui deſervire debent. Ea pontium vel cuſtodia, vel dejectio neglecta ſæpe incautis Ducibus exitio fuit. Sinenſium rerum Scriptores illius regni pontes, ut fere reliqua, pluribus dilaudant efferuntque. Magnifici operis & admirabilis ſtructuræ in Europa pontes ſunt, qui viſuntur Lugduni in Gallia ſupra Rhodanum, Londini in Anglia. Admirabundi etiam cernimus Veronæ & Florentiæ pontes; illum quidem a Vitruvio, ut creditur, hunc verò a Michaele Angelo Bonarota conſtructum. Nulla illis laude impar, maximi,ut vocant, Canalis ſpondas Venetùs nectit. Sed neque prætereundi ſunt eximiæ molis pontes Matriti, atque Neapoli, quorum eo magnificentior ſtructura eſt, quò tenues magis ac modicas devolvunt aquas fluvioli, quibus impoſiti ſunt. Amplis nimirum illi marmoreiſque conſtructi fornicibus fultique numeroſis atque prægrandibus pilis, non modò nullos undarum inſultus, ſed ne ipſius quidem voracitatem temporis pertimeſcunt. Viſitur etiam in Regione Extremaduræ in Hiſpania Luſitanica pons Tago impoſitus a Trajano, qui appellationem novam Pontis Trajani dedit Nerbæ Cæſareæ oppido non obſcuro, *Alcantera*.

2. Conſtruendorum pontium rationem & normam ſic tradidit Leo Bapt. Albertus de Re ædificat. lib. 4. *Ejus partes hæ ſunt. Subices riparum, pilæ, fornix, inſtratura. Inter ſubices riparum, atque pilas hoc intereſt, quòd hæ valido penitus obnixu perſtent neceſſe eſt, non ad ſuſtinenda modò ſuperjecti fornicis pondera, uti & pilæ; verum & amplius ad prima pontis capita, & arcuum vim arcendam & continendam, ne quid pandant. Ergo eligendæ ripæ vel potius rupes (lapideæ namque firmiſſimæ) quibus pontis capita committas. Pilarum numerus ad fluvii latitudinem refertur. Arcus impares cum delectant numero, tum & conducunt firmitati, nam medius fluenti curſus quò a coercitione riparum remotior eſt, eò & liberior; & quò liberior, eò & concitatior, atque impetuoſior devolvitur. Ergo is quidem linquendus eſt vagus, ne pilarum firmitati officiat illuctando: & locandæ per fluvium pilæ quidem, ubi caſtigatiores, &, ut ita dicam, deſidiores undæ præterlabantur*.

3. Sed hæc ad urbanum ſplendorem pompamque potius referas, quàm ad Martis uſus bellique neceſſitatem. Verè autem Romani milites, externis bellis detenti, a crebro fluviorum tranſitu, præcipue verò Iſtri & Rheni, pontes interdum firmos, ſæpiùs tumultuarios inſtruere ſe edocti ſunt, ut eorum poſtea condendorum peritia inter non poſtremas militiæ partes referretur. Et primò quidem, ut ſcaphis atque pontonibus ſubitarios, ubi opus eſſet, necterent pontes, omne ſecum inſtrumentorum paratum deducebant. Quomodo verò ejuſmodi pontonibus, ſive repandis navigiis ripæ ponte ſubito colligarentur, modum præſcribit Suidas per hæc verba: *Latæ naves ſunt, quibus jungitur fluvius. Recedunt autem ſurſum nonnihil ſupra eum locum, quem juncturi ſunt, datoque ſigno unam primò navem demittunt, quæ ſecundo flumine juxtà ripam ſuam feratur. Quæ ubi ad locum ponte jungendum pervenerit, ſtoream ſaxis plenam in flumen conjiciunt, funi alligatam inſtar anchoræ: quo devincta navis in ripa conſiſtit, tabulis & juncturis, quarum rerum copiam vehit, ſubito uſque ad exſcenſum conſtrata. Deinde aliam paulatim ab ea demittunt; & mox aliam, donec in adverſam ripam perduxerint juncturam. Navis verò ea, quæ ad hoſtes accedit, etiam turres habet, & portam, & ſagittarios, & catapultam fert*. Ad hoc genus pertinent naviculæ metalli-

cæ

cæ ſubtiliſſimæ, quæ in noſtris exercitibus comportantur carris ad trajicieodos milites in occurſu amoium. Et hi quidem pontes juoctis navibus, ſtratiſque ioſuper aſſeribus cooficiuotur. Alia eſt pontium ratio, qui dicuotur ſublicii. Id autem illis oomen, quoniam ligoei ſuot, & ſublicis, ſive ſubliciis, perticis nempe io ima aqua defixis ſulciuntur. De boc pootis geoere vide Cæſarem in deſcriptione pontis Rhenaoi, & iterum de Bell. Civil. lib. 3. Ejus generis celeberrimus fuit in Tiberi, quem Horatius Cochles adverſus Etruſcorum impetum ſic propugnavit, ut illo demum reſciſſo, Tiberim armatus trajiceret; de quo ſic Florus lib. 1. cap. 10. *Poſtquam boſtes undique inſtantes ſubmovere non poterat, ponte reſciſſo, tranſnatat Tiberim, nec arma dimittit.* De eodem ſiç Petrarca:

e quel, che ſolo
Contra tutta Toſcana tenne il ponte.

Aſiaticæ gentes, & ab his edocti Romaoi Duces in multis Europæ provinciis, ac præſertim in Hiſpania, ut pontes conficereot, ex proceræ molis arboribus ſcaphulas, ſive lintres excavabant, quas dicebant Græca appellatiooe monoxylos, ideſt ex uno ſoloque ligno extructas oaviculas. Iis verò alligatis tabulata ſuperioducebant, ut commodior eſſet tranſitus. De his ſic Veget. lib. 3. cap. 7. *Sed commodius repertum eſt ut monoxylos, boc eſt paulò latiores ſcaphulas, ex ſingulis trabibus excavatas, pro genere ligni & ſubtilitate leviſſima, carpentis ſecum portet exercitus, tabulatis pariter & clavis ferreis præparatis. Ita abſque mora conſtructus pons, & funibus, qui propterea habendi ſunt, vinctus, lapidei arcus ſoliditatem præſtat in tempore.* Noo uno in loco de hujuſmodi pontibus memioerunt Plinius, Livius, Polybius, Ammianus. Cæſar verò iſtiuſmodi navicularum uſum a Britaonis ſe didiciſſe, iiſque ſe io Hiſpania poſtea uſum ſcribit lib. 1. Bell. Civil. Ejuſdem pontis delineatiooem ex columna Trajani adducit Steuvechius ad Vegetii lib. 3. cap. 7. Quod autem ex Vegetio indicavimus cum exercitu comportare eas oaviculas couſueviſſe Romanos, id ſcilicet longè antiquiſſimi moris fuit. Additum etiam eſt a Semiramide aſtu ſœmineo, ut ejuſmodi oaviculæ ſic formarentur, ut diſſolvi atque iterum compingi poſſeot. Sic autem de præfata ſcripſit Regina Diodorus Siculus lib. 20. *Curavit conſtruenda navigia fluviatilia, quæ facilè ſolverentur, ut expeditè magis tranſportari poſſent diſſoluta, iterumque, ubi opus eſſet, compingerentur.* Earum verò deformatiooem etiam habes apud Steuvechium ibidem.

4. E cupis, quæ vinaria ſunt vaſa, ſimul annexis, & aſſeribus inſuper ſtratis, ioterdum confecti ſunt pontes. De iis luculentus eſt Herodiani locus lib. 8. *Sed magna lignorum ac navigiorum penuria, quibus inter ſe junctis pontem fabricaretur. Nunciarunt quidam e fabris eſſe permultas in agris illis deſertis inanes cupas, formâ rotundâ, quibus incolæ quandam ad vinum importandum utebantur. Eæ cum eſſent ad navium ſimilitudinem concavæ, devinctæ mox inter ſeſe, ſcapharum more, innatatura videbantur. Etenim ire peſſum vinculis inter ſe conſtrictæ, ac viminibus inſuper injectis, & pulvere multo ſaburratæ, non poterant. Quod ubi factum eſt, facilè milites in ulteriorem ripam tranſgreſſi.* Occurrit etiam id geoos pootis apud Capitolinum in Maximio. *Ponte itaque cupis facto, Maximinus fluvium tranſmiſit, & de proximo Aquilejam obſidere cœpit.* Ubi licet vetus Gloſſa *cupas* oaves exponat, nihilominus ſcitè Salmaſius in euodem authorem prægrandia, ot dixi, vaſa vinaria ioterpretatur: quamvis minime dubium ſit certum eſſe navigii genus, quod a cupâ vaſe cupæ nomen ſortitur; quemadmodum plures aliæ naves ſua nomina a vaſibus acceperunt, propter quandam analogiam & ſimilitudinem, quæ iotercedit inter vaſa & oaves. Idcircò de cupis vaſis, potius quam de navibus malim exponi illud Lucani lib. 4.

neque enim de more carinas
Extendunt, puppeſque levant, ſed firma gerendis
Molibus inſolito contexunt robora ductu.
Namque ratem vacuæ ſuſtentant undique cupæ,
Quarum porrectis ſeries conſtricta catenis
Ordinibus geminis obliquas excipit alnos.

Quandoque etiam ex vimioeis cratibus, calamis, & ulva pootes cooficere neceſſitas & res ſubita docuit. Cujus rei exemplum ſufficit Diodor. Sicul. lib. 19. *Calamorum faſces admodum ingentes inter ſe conjungunt, immittantque in paludem; in quibus inſidentes non plures tribus hominibus, quorum duo habent alligatos remos latos, iiſque remigant. Alius verò ferens arcus, adnavigantium ex adverſo, vel vim inferre volentium impetum propulſat.* Sicubi verò amnes traoari poſſent, id ſolùm factitatum, ut iis cratibus arma tantum equites ſuperimponerent; ipſi verò natando traiicereot amoem. Iojectis etiam arboribus, vel ſubſtratis præmagnis ramalibus, & ex omni materia faſcibus, ut interdum pontes quomodolibet extruerentur, inopioati caſus ſuaſere. De ponte ex utribus ſæpe facto, vide io voce *Aſcogefrus*.

5. Ex materia quidem, ac prægrandibos trabibus, paulò tamen diverſa a ſubliciis ratione, poos ille ſuit ſummæ celebritatis, quem io Rheno Cæſar ædificavit, cujus ſtructuræ ſchema habes apud Lipſium lib. 2. Poliorc. dialog 5. In ipſo verò ponte deſcribendo nihil eſt caoſæ, quamobrem te pluribus morer, cum euodem caodidiſſimè deſcripſerit ipſe Cæſar, cujus verba ſubiicio: *Cæſar his de cauſis Rhenum tranſire decreverat: ſed navibus tranſire, neque ſatis tutum eſſe arbitrabatur, neque ſuæ, neque populi Romani dignitatis eſſe ſtatuebat. Itaque etſi ſumma difficultas faciundi pontis proponebatur, propter latitudinem, rapiditatem, altitudinemque fluminis: tamen id ſibi contendendum exiſtimabat. Rationem igitur pontis hanc inſtituit. Tigna bina ſeſquipedalia, paulùm ab imo præacuta, dimenſa ad altitudinē fluminis, intervallo pedum duorum inter ſe jungebat. Hæc cum machinationibus immiſſa in flumen defixerat, fiſtuciſque adegerat, non ſublicæ modo directa ad perpendiculum, ſed prona ac faſtigiata, ut ſecundum naturam fluminis procumberent. His item contraria duo ad eundem modum juncta, intervallo pedum quadragenûm, ab inferiore parte contra vim atque impetum fluminis converſa ſtatuebat. Hæc utraque, bipedalibus trabibus immiſſis, quantum eorum tignorum junctura diſtabat, binis utrinque fibulis ab extrema parte diſtinebantur. Quibus diſcluſis, atque in contra-*

tra-

Digitized by Google

trariam partem revinctis, tanta erat operis firmitudo: atque eo rerum natura, ut quo major vis aquæ ſeſe incitaviſſet, hoc arctiùs illigata tenerentur. Hæc directa materiâ injectâ contexebantur, ac longuriis cratibuſque conſternebantur. Ac nihilo ſecius ſublicæ ad inferiorem partem fluminis obliquæ adigebantur, quæ pro ariete ſubjectæ, & cum omni opere conjunctæ vim fluminis exciperent. Et aliæ item ſupra pontem mediocri ſpatio; ut ſi arborum trunci, ſive naves deiiciendi operis causâ eſſent a Barbaris miſſæ, his defenſoribus earum rerum vis minueretur, neu ponti nocerent. Diebus decem, quibus materia cœpta erat comportari, omni opere effecto, exercitus traducitur. Peramplum etiam firmiſſimumque extitiſſe pontem lapideum, quo eundem Rhenum commiſit ad Coloniam Agrippinam Conſtantinus Imp. teſtatur Eumenius in ejuſdem Panegyr. per hæc verba: *Inſuper etiam Agrippinenſi ponte faciendo reliquiis afflictæ gentis inſultas, ne unquam metus ponat, ſemper horreat, ſemper ſupplices manus tendat, cum tamen hoc tu magis ad gloriam imperii tui, & ornatum limitis facias, quàm ad facultatem quoties velis in hoſtem tranſeundi. Quippe cum totus armatis navibus Rhenus instructus ſit, & ripis omnibus uſque ad Oceanum diſpoſitus miles immineat. Sed pulchrum tibi videtur (& revera pulcherrimum eſt) ut Rhenus ille non ſolum ſuperioribus locis, ubi aut latitudine vadoſus aut vicinia fontis exiguus, ſed & ibi novo ponte calcetur, ubi totus eſt, ubi jam plurimos hauſit amnes, quos hic noſter ingens fluvius. & Barbarus Nicer, & Mænus invexit, ubi jam immani meatu ferox, & alvei unius impatiens in ſua cornua geſtit excedere. Servit profectò, Conſtantine maxime, ipſa rerum natura Numini tuo, cùm in illa gurgitum altitudine tantarum molium fundamenta jaciuntur, fidem & ſtabilem firmitatem habitura. Junxerit quondam licet Helleſponti anguſtias claſſe connexa Perſarum Rex potentiſſimus; temporarius ille tranſitus fuit. Simili navium continuatione Bajanum ſinum ſtraverit ab Auguſto tertius Cæſar: delicata fuit illa vectatio Principis otioſi. Hoc opus & difficile factu, & uſu futurum eſt ſempiternum. Certè quidem jam ter in exordio ſuo hoſtium movit obſequia, qui pacem ſupplices petierunt, nobiliſſimos obſides obtulerunt. Ex quo nemo dubitat quid perfecto ponte facturi ſint, qui jam ſerviunt inchoato.* Admirandi operis, ut in vetuſtate tam longinqua, extitiſſe pontem, quo Euphrates ad Babylonem olim eſt domitus, teſtantur Philoſtrat. lib. 1. Herod. l. 1. Diodor. Sicul. lib. 20. De eodem ita Curtius lib. 5. *Pons lapideus flumini impoſitus jungit urbem. Hic quoque inter mirabilia Orientis opera numeratus eſt: quippe Euphrates altum limum vehit, quo penitus ad fundamenta jacienda egeſto, vix fulciendo operi firmum reperiunt ſolum. Arenæ autem ſubinde cumulatæ, & ſaxis, quibus pons ſuſtinetur annexæ, morantur amnem, qui retentus, acriùs quàm ſi libero curſu mearet, illiditur.* Sed vide hujus delineationem potius apud Raderum in Commentariis Curtianis.

6. Præterea pontem Iſtro in Hungaria ad Valachiæ & Tranſilvaniæ, olim Daciæ, fines, impoſitum a Trajano, cujus etiamnum reliquiæ viſuntur. Pilas autem pons ille, ut Sabellius teſtatur, omninò viginti habuit e ſecto quadratoque lapide. Earum altitudo centum & quinquaginta pedes, latitudo ſexaginta habuit. Devinctæ autem colligatæque validis fornicibus diſtabant inter ſe pedes centum & ſeptuaginta. Sed nec multus fuero in deſcriptione pontis Antuerpiani, quem ſuper Scaldim jecit Alexander Farneſius, in cujus delineatione prolixum ſermonem habent Guidus Cardinalis Bentivogli, Famianus Strada, aliique rerum Belgicarum Scriptores. Equidem quæ adhuc apud nos latè crebreſcit memoria Turcici belli, quod annis ſuperioribus incredibili felicitate a Leopoldo Auguſto, & Joanne tertio Poloniæ Rege in Hungaria geſtum eſt, ſcribentem monet ne reticeam eximium & memorabilem in ea provincia pontem Murſæ vulgo *Eſſeck*. Admodum exiguo temporis ſpatio eo ponte, qui cæteroqui ad quinque Italica paſſuum millia protenditur, Dravi amnis ripas conjunxit Hamſamus Begus ſupremus Ductor, vulgò Viſirius Turcicarum copiarum. Cum enim effrenis libido propagandi Imperii ad Hungariam invadendam illexiſſet Solimanum Imperatorem Turcicum, hujus appellationis ſecundum; atque hic præterea intellexiſſet obſideri vaſtis paludibus, & Dravo flumine eum provinciæ tractum, cui ſubigendæ maxime inhiabat, Princeps Otomannicus ad eundem Viſirium litteras mantili, ſeu linteo incluſas, & in hanc ſententiam exaratas dedit, ut author eſt Belcarus Hiſtoricus Gallicus: *Sultanus Solimonus per hoc mandatum edicit ut pontem quocunque loco, quavis ratione poteris Dravo ſtatim imponas, qui niſi ad meum adventum paratus erit, te hoc mantili, ſive linteo ſtrangulatum, atque ad Dravi ripam ſuſpenſum iri certo ſcito.* Atrociſſimo imperio perterrefactus primùm ac prope exanimatus Viſirius, poſtremò mortis intentatæ metu ſufficiente vires atque conſilium, maturavit pontis ſtructuram, ita firmam ſtabilemque, ut Dravum amnem & paludoſa æſtuaria trajicere Solimanus cum exercitu ſtatim potuerit. Revocare etiam in memoriam libet, quod a Valerio Max. ſcriptum eſt lib. 9. cap. 2. Annibalem in flumine Gello, corporibus Romanis ponte facto, exercitum traduxiſſe. Quod ita narratur a Sillo lib. 8.

Ceſſerit huic Trebia exitio; pons ecce cadentum
Corporibus ſtruitur.

Scutis demum ſuppoſitis tranatos amnes notabimus in voce *Scutum*.

Pontones. Navigia fuiſſe tabulata, & ex duobus lintribus conjuncta, conjectant quidam ex verſiculo Auſonii:

Lintribus in geminis conſtratus ponto ſit an pons.

Exponi ſolent naves onerariæ fluviatiles, ſic dictæ a pontibus, quos vectare ſolent, vel quia vicem, munuſque pontium ſupplent. Alii inſtitutos ferunt inventoſque a populis, qui Pontinam paludem accolunt; atque inde Pontonis nomen. Vide Gyraldum de navigiis. Cæſar tamen lib. 3. Bell. Civil. Gallici navigii genus agnoſcit: *Pontones, quod eſt genus navium Gallicarum, Lyſſi reliquit*. Diodorus lib. 20. meminit navium, quas vocat *Poria*. Ea Latino vocabulo quidam verterunt Pontones, ut legitur apud Bayſium de re Navali in hæc verba: *Pontones cœpit pluſquam centenos, in quibus erant peditum circiter octo millia*. Intelligis hinc, pontones ſive poria, navigia fuiſſe ad milites tranſportandos ido-

idonea. Et ego quidem horum ioterpretum gratia inter onerarias bellicas pontooes retuli. Verùm non leviter ſuſpicor, poria Diodori perperam fuiſſe appellata pootones. Neque enim habeo apud Latinos exemplum de pontooibus adhibitis ad militarium copiarum vecturam; cujuſmodi genus navium Latioi Græcis vocabulis Poria dicunt cum Diodoro, cum Herodoto autem & Thucydide Stratiotides.

Populatio, onis. Liv. l. 3. *Æquos populationibus incurſionibuſque meliores eſſe.* Actus ipſe diripiendi diruendique res hoſticas juſto bello. Non a vim inferentibus appellationem ſortitur, ſed potius a populo, qui eorum incurſiooes prædaſque tolerat, dum pacatas regiones & oppida infeſtant. Id autem eſt populationem exercere, quod traditur a Livio lib. 31. per hæc verba: *Eſſe quædam belli jura, quæ ut facere, ita pati ſit fas: ſata exuri, dirui tecta, prædas hominum pecorumque agi.* Populatam vaſtatamque Trojam ſic lamentatur Hecuba apud Senecam Troad. 1. 1.

Pergamum incubuit ſibi.
En alta muri decora congeſti jacent
Tectis aduſtis. Regiam flammæ ambiunt;
Omniſque latè fumat Aſſaraci domus.
Non prohibet avidas flamma victoris manus;
Diripitur ardens Troja, nec cœlum patet
Undante fumo, nube ceu denſo obſitus,
Ater favilla ſqualet Iliaca dies.

Thebanæ verò urbis populationem ſic apud eundem in Thebaid. act. 4. ſcen. 1. deflet Jocaſta,

quis tenet mentem furor?
Petendo patriam perdis; ut fiat tua,
Vis eſſe nullam? Quin tuæ cauſæ nocet
Ipſum hoc, quod armis vertis infeſtis ſolum,
Segeteſque aduſtas ſternis, & totos fugam
Edis per agros: nemo ſic vaſtat ſua.
Quæ corripi igne, quæ meti gladio jubet,
Alieno credis.

2. Populationi, ei præſertim, quæ per explicatas agrorum planities exercetur, equitatus longe aptior peditatu eſt. Neque ea eſt exercitatio gravioris armaturæ, utpote imparis excurrendi laboribus; ſed potius velitum: fit enim per expeditas & diſiectas catervas feroci quadam licentia potiùs, quàm more belli, ut Livius teſtatur libro 1. *In fines Romanos excurrerunt populabundi magis, quàm juſti more belli.* Non levis fructus ab agrorum terrarumque populatione redundat in victores. Nam rem eſcariam, veſtitum & victualia ſibi quæritant, nullo ſuarum partium diſpendio, gravi hoſtium intertrimento. Planum quippe notumque illud: *Bellum ſe ipſum alit.* Graviſſima ſcilicet ærarii damna ſentiunt, qui exiguum conſcribunt militem, minime idoneum ab ipſa numeri exilitate ad annonam ſibi & reliqua ad vitæ uſum quæritanda ab armatis provincialibus, armorum motu exaſperatis, nec modò facilè reſtituris, verum etiam illaturis vim, aggreſſuriſque non provocantes. Contra verò magni exercitus ſibi ipſi ſumptus faciunt, lautèque victitant abacto hoſtili pecore, frugibus comportatis, obviis verò quibuſque redactis in ſervitutem. Docuit id Onoſander cap. 6. Strateg. *Hoſtium poſſeſſiones funditùs perdere, amburere, cædere, depopulari proderit: damnoſa enim clades & opum fructuumque penuria belligerandi vires illis adimet, quas abundantia fovebat ac ſuppeditabat.* Id autem ſic ratum habuit vetuſtiſſima conſuetudo bellandi, ut quæ ſecum milites populando vaſtandoque aſportare non poſſunt, igne conſumant, vel quomodolibet diruant, corrumpantque, juxta præceptionem illam, quæ legitur in ſacris paginis Exodi cap. 34 *Cave ne unquam cum habitatoribus terræ illius jungas amicitias, quæ ſint tibi in ruinam, ſed aras eorum deſtrue, confringe ſtatuas, lucoſque ſuccide.*

3. Moderationis inprimis & cujuſdam quaſi religioſæ humanitatis fuerit in urbium direptionibus non modo ſepulchris templiſque parcere, verùm etiam trophæis, ſimulacris, vetuſtis tabulis, omnibus denique monumentis, quibus aut virorum illuſtrium memoriæ continentur, aut Dedaleo aliquo artificio inſignia conſpiciuntur fabrefacta Antiquitatis, quæ ad poſteros tranſire publica utilitas & quædam flagitat magnificorum operum reverentia. Prçclarè a Marcello factum in expugnatione Syracuſarum diſcimus ex Tullio in Verr. 2. qui, ut ſunt Oratoris verba. *Ædificiis omnibus Syracuſarum publicis & privatis ſacris & profanis ſic pepercit, quaſi ad ea defendenda cum exercitu, non expugnanda veniſſet.* Non ego hic in antiquam illam atque ſpinoſam quæſtionem me induam, longiori ſermone perpendens, utrum Romanorum amplitudinem & dignitatem auxerit, an potius in publica commoda & maſculam Urbis parſimoniam graviter peccaverit idem Marcellus, cum ſtatuas, tabulas, toreumata, aliaque Syracuſanæ urbis occupatæ ornamenta Romam victor deveheret. Scio ab ejuſdem exemplo iiſdem lautitiis onerare naves, Urbemque illuſtrare didiciſſe L. Mummium Corintho in poteſtatem redacta. Neque porrò me latet declamatorem Juvenalem vehementer incuſaſſe victores illos, qui ea vitiorum fomenta vitæque mollioris illecebras oſtentaverint Romanis, quibus mirum quam bellè conveniebat cum Fabriciorum & Curiorum paupertate & moderatione vivendi. Eos Duces eodem nomine devovet Livius dec. 4. lib. 4. *Jam in Græciam & Aſiam tranſcendimus omnium libidinum illecebris repletas, & Regias attrectamus gazas. Eo plus horreo ne illæ nos res magis ceperint, quàm nos illas. Infeſta mihi credite ſigna ab Syracuſanis illata ſunt huic urbi. Jam nimis multos audio Corinthi & Athenarum ornamenta laudantes.* Verùm hæc ego ſuis utrinque momentis diſputanda aliis relinquere ſatiùs habeo. Neque verò in eo mihi modo res vertitur, ut ne diripiantur iſthæc, vel aſportentur, verum ne ferro flammiſque diruta & incenſa diſpereant. Salutare ea ſuper re monitum tradidit Polybius lib. 5. *Quæ neque nobis ad bellum futura ſunt uſui, nec hoſtibus incommodatura, ea ire perditum, templa maxime, & quæ in iis ſimulacra & ſimilia ornamenta, quis neget malæ mentis & præ ira furibundæ eſſe opera?* Nulla unquam oblivio reticebit Demetrium cognomento Expugnatorem urbium non tam quòd munitiſſima oppida novis etiam admotis machinationibus ſuæ fecerit poteſtatis, quam quod victorem exercitum a Rhodiæ urbis oppugnatione diſcedere juſſerit, ne tormentis machiniſque ſuis officeret picturę Protogenis, quę Jalyſi imaginem referebat. Præſtat autem audire Gellium, qui lib. 15. cap. 31. moderationem Ducis memorabilem his verbis enarrat: *Mittunt Rhodii ad Demetrium legatos,*

Digitized by Google

cum his verbis : Quæ, malum, inquiunt, ratio eſt, ut tu imaginem iſtam velis incendio ædium facto diſperdere ? Nam ſi nos omnes ſuperaveris, & oppidum hoc totum cæperis, imagine quoque illa integra & incolumi per victoriam potieris. Sin verò nos vincere obſidendo nequiveris; petimus conſideres ne turpe tibi ſit, quia non potueris bello Rhodios vincere, bellum cum Protogene mortuo geſſiſſe. Hoc ubi ex legatis audivit, oppugnatione deſita, & imagini & civitati pepercit.

4. Nec proinde dubitandum eſt per victoriam partam, non munitiones duntaxat, urbes, portuſque, verum etiam viros, fructuſque omnis generis, naves, ſupellectilem & ornatum domorum, atque his ſimilia alia licere victoribus eripere atque conſumere. De victoria autem loquor, quam ęquitas cauſę, non libido proferendi imperii comparat. Ideo Dionyſ. Halicarn. ſcribit juſtiſſimam eſſe acquirendi legem, quæ ſunt armis quęſita. Ex quo Hiſtorico illa ſunt verba T. Largii habita in ſenatu, cum Volſci legitimo bello rapta a Romanis repeterent : Antiqq. lib. 6. *Romani nos honeſtiſſimas eas atque juſtiſſimas credimus poſſeſſiones, quas belli lege captas habemus, neque verò induci poſſumus, ut ſtulta facilitate deleamus virtutis monumenta, ſi eas illis reddamus, quibus ſemel perierunt. Imò verò tales poſſeſſiones non tantùm cum his, qui nunc vivunt, civibus noſtris communicandas, ſed & poſteris relinquendas cenſemus : tantum abeſt ut parta relinquendo in nos ipſos ea conſtituamus, quæ in hoſtes conſtitui ſolent.* Et lib. 8. *Nos autem optimum judicamus poſſeſſionis genus, quod belli jure captum quæſitumque eſt. Cumque non a nobis hoc jus ſit inſtitutum, ſed a Diis veriùs, quàm ab hominibus profectum, omniumque gentium tam Græcarum, quàm Barbararum uſu probatum, nihil vobis per ignaviam concedemus, nec bello partis abſiſtemus. Maximum enim id probrum foret, quæ virtute ac fortitudine quæſita ſunt, ea per formidinem aut ſtuporem amittere.* Uſitatam verò, & jure quandoque permiſſam direptionem poſt prœlia; vel oppidorum expugnationes, innumera prope exempla ſanciunt. Ut enim literis tradiderunt Livius, Dionyſius, Appianus, Polybius, Dion, Camillus Vejos urbem ſigno dato diripiendam militibus dedit, Tarquinius Sueſſam, Q. Fabius agros Volſcorum, Q. Servilius caſtra Æquorum. Paulus verò Conſul univerſas fere Epiri civitates ſpoliandas militi tradidit ex Senatuſconſulto. Quæ verò aſportari non poſſunt, ea milites ne cedant in hoſtium alimoniam, corrumpunt, diruunt, atque contaminant, ſatiùs ducentes cauſæ publicæ conſulere, quàm ea hoſtibus utenda relinquere. Cæſar lib. 7. Bell. Gallic. *Oppidum quod ab ſe teneri non poſſe judicabant, ne eſſet uſui Romanis, incenderunt : frumenti, quod ſubitò potuerunt, navibus avexerunt, reliquum flumine atque incendio corruperunt.* Ad eum finem non ſegetes modò agrique concremati, verum etiam in ipſa oppida immiſſi ignes, ambuſtaque ædificia, urbeſque mœnibus dirutis denudatæ. Aſſerit id Tacitus lib. 13. ubi a Corbulone incenſa Artaxata commemorat, quia ſine valido præſidio teneri non poterant ob magnitudinem mœnium; nec id virium erat, quod firmando præſidio & capeſſendo bello divideretur : quod ſi integra & incuſtodita relinquerentur, nulla in eo utilitas erat aut gloria, quod capta eſſent. Vegetius etiam lib. 4 c. 7. proximo obſidionis tempore convectanda intra muros omnia cibaria præcipit, reliqua igni conſumenda. Sic autem ſcribit : *Omnem alimoniam victûs intra muros debent ſtudioſiſſimè collocare, ut ipſis exuberet ſubſtantia, adverſarios inopia cogat abſcedere.* Et paulò poſt: *Pabula equis ſunt præcipuè congerenda, & quę apportari nequiverint exurenda.* Cum populandi deprædandique impunitatem ſæpe faciant leges militares, & ad harum indulgentiam atque permiſſum accedat innata mortalibus cupiditas & avaritia, facili negotio aſſequi poſſumus, Annibalem in Italia minimo Reipublicæ Carthaginienſis ſumptu & incommodo tot tantaſque copias aluiſſe : Romanos verò per annos trecentos & eò amplius, aliis ex aliis bellis enatis, ſine ullo ſtipendio publico exercitus ſub ſignis habuiſſe morigeros. Vide *Præda*.

Populator, oris. Vaſtator, direptor. Ovid. Metam. 12.

Vivit adhuc operis noſtri populator Achilles.

Populatrix. Quæ diripit & vaſtat more militari. Stat. Sylvar. 3. 2.

Siculi populatrix virgo profundi.

Populatus, us. Populatio. Lucan. lib. 2.

Ardent Heſperii ſævis populatibus agri.

Populo, as. Virgil. 1. Georg.

populatque ingentem farris acervum
Curculio, &

Populor, aris. Prædor, diripio, vaſto. Cæſar. lib. 1. Bell. Gallic. *In Heduorum fines pervenerant, eorumque agros populabantur.*

Populifugia, orum. Feſta erant Romæ celebrata certis ſacrificiis, & vitulatione, poſtquam populus Romanus præclara victoria de Tuſcis relata, delevit acceptum paulò ante dedecus, cum ab iiſdem in fugam verſus eſſet.

Porcus. Recenſetur inter ſigna militaria Romanorum. Sic autem Feſtus : *Porci effigies inter militaria ſigna quintum locum obtinebat : quia confecto bello inter quos pax fieret, cæsâ porcâ, fædus firmari ſolebat.*

Poria, orum. Naves tranſportandis militibus idoneæ. Vide *Stratiotides*, & *Pontones*.

Porpax. Vide *Anſæ Scutorum*.

Porta, æ. Propriè dicitur de aditu ad ædificia magni operis, & præſertim urbium arciumque vallo & foſſa munitarum. Nam oſtium privatarum potius eſt ædium. Portam dicimus aditum in locis muratis, quò importari vel exportari aliquid poteſt. Ideo nonnullis dicitur a portando. Sed verum thema adducitur a Catone. Deſignabantur olim urbes aratro, vacca & tauro ſubjunctis. Cum autem erat deventum ad loca portis aperiendis idonea, deſignator portabat, ideſt ſuſtollebat aratrum, ex eoque portæ nomen. Verba Catonis ſunt : *Qui urbem novam condit, tauro & vacca aret. Ubi araverit, murum faciat : ubi portam vult eſſe, aratrum ſuſtollat, & portam vocet.* Cum portæ vacuæ ſint experteſque lateritii, vel lapidei repaguli, eo majori ſtudio validis aſſerum commiſſuris firmandæ ſunt : potiſſimum verò quoniam apud ipſas ſæpe totis viribus dimicatur. Cæſar. 6. Bell. Gall. *Capit arma a proximis, atque in porta conſiſtit.* Virgil. lib. 12.

turres & tecta domorum

Ob-

Digitized by Google

Obſedere; alii portis ſublimibus adſtant.
Idem lib. 8.
Jamque adeo exierat portis equitatus apertis,
Idem iterum l. 12.
pilataque plenis
Agmina ſe fundunt portis.
Et lib. 10.
portis circum omnibus inſtant
Sternere cæde viros.

Portarum muniendarum typum, pro eorum imperitia temporum prodidit Homerus Iliad. ubi de Trojæ portis:
urbem autem turres,
Altæque portæ, aſſereſque ad has aptati,
Longi, ſimul juncti tutabuntur.

Portæ, ut præcipit Dogenius, non ad alas urbium, ſed in medio vallo loricæ ſive cortinæ ſtatuendæ ſunt. Sic enim ſi ad eas appropinquare hoſtes contigerit, deturbari inde poterunt ab oppidanis. Licet autem poſteriores valvæ portarum non ita validam ſtructuram depoſcant, anteriores certè ex materia quernea duplici atque adeo triplici textura muniendæ, obdurandæque ligneis ſubſcudibus, laminis ferreis & umbellatis clavis ad omnimodam firmitatem. Addendæ portæ penſiles, vel cataractæ, de quibus diximus ſeparatim. Suas porrò portulas vel oſtiola habent portæ majores, eaque vectibus ſeriſque ſolidè obarmata; quæ ad uſum recludi poſſint, præcipuè verò ad emittendos noctu recipiendoſque exploratores. In portis muniendis vel maxime adlaborandum fuit militiæ veteri, cum propiùs ad muros res agebatur machinis, ſcalis, miſſilibus. Hodie non ita crebræ dimicationes ad portas; cum urbium oppugnatio ollis incendiariis & quaſſatione tormentorum eminùs ferè conficiatur. Recludi portas, nemine illas reſerante, in ſiniſtrum omen acceptum eſt: quaſi abſceſſum ſic adornent ab urbibus tutelares Dii, eaſque deſerere feſtinent, priuſquam iiſdem hoſtes potiantur. Virgil. 2. Æneid.
Exceſſere omnes adytis ariſque relictis
Dii, quibus imperium hoc ſteterat.

Joſephus lib. 6. de Excid. ſcribit portam Orientalem Templi Hieroſolymitani, æneam cæteroqui & ſolidiſſimam, nullius opera adapertam, urbis a Romanis capiundæ omen popularibus extitiſſe.

PORTA DECUMANA	Vide *Portæ Caſtrenſes.*
EXTRAORDINARIA	
PRETORIA	
PRINCIPALIS	
QUESTORIA	
QUINTANA	

PORTA TRIUMPHALIS. Operoſiſſimum diligentiæ ſtudium cum aſſidua veterum Scriptorum volutatione conjunctum licet in Romæ veteris ſitu & ædificiorum collocatione perſcrutanda multum profecerit, adhuc tamen in quibuſdam indagandis ſtabiliendiſque in irritum deſudavit. Hæſit præcipuè Scriptoribus aqua in definienda regione ſituque proprio portæ Triumphalis. Adnumeratam illam inter urbis portas fuiſſe, dubitari non ſinit Cicero in Piſon. *Aut ad rem pertineat, qua tu porta introjeris, modo ne Triumphali.* Sveton. in Aug. cap. 101. *Inter alia complura cenſuerunt quidam funus Triumphali porta ducendum.* Dio lib. 56. *Poſtea iidem, qui ante, feretrum ſublatum Triumphali porta ex S. C. extulerunt.* Ubi verò ea fuerit porta Triumphalis, hic ſcilicet labat Scriptorum fides. Onuphrius Comment. R. R. 1. p. 61. eam locat trans Tiberim ſub Vaticano: *Erat*, inquit, *in ea murorum parte, qui ab Adriani ſepulchro ad S. Spiritus portam olim producti erant.* Idem opinantur Marlianus, & Flavius Blondus. Verùm eos manifeſtè fuiſſe deceptos oſtendit Alexander Donatus in Rom. Vet. L. 1. cap. 21. Neque porrò huic Scriptori negotium faceſſit S. Hieronymus, qui ita habet lib. 1. de Script. Eccl. *Petrus Apoſtolus ſepultus Romæ in Vaticano juxta viam Triumphalem, totius Orbis veneratione celebratur.* Demonſtrat quippe non ſolùm aliud eſſe viam, aliud portam Triumphalem; verùm etiam Triumphalem viam ad Vaticanum pertinuiſſe, & attigiſſe Templum S. Petri; portam verò Triumphalem longè fuiſſe diſſitam. Poſt aliorum opiniones expenſas oppugnataſque, ſtatuit præfatus author, aut potius coniicit, Triumphalem portam propinquam fuiſſe Carmentali, inter Tiberim & Capitolium. Eandem exiſtimat patuiſſe quidem ad uſum triumphorum, aliis autem temporibus fuiſſe clauſam & obſeratam. Videndus omnino Donatus loco indicato.

PORTÆ, arum. Clauſtra montium, fauces & anguſtiæ itinerum, loci naturà munitiſſimæ, aptiſſimæque ad tuendos limites, & exiguo numero militum copias hoſtiles etiam maximas remorandas. A Græcis dicuntur πύλαι. Hinc Thermopylæ itinerum anguſtiæ in Græcia, memorabiles clade Perſici exercitus, & obitu Leonidæ Ducis Spartanorum. Id nimirum ſunt, quas Geographi vocant Portas Caſpias, Ferreas, Meſias &c. Jornandes de Rebus Geticis: *Nam locatim receſſus,* (Mons) *qua diſrupto jugo, vallis hiatu pateſcit, nunc Caſpias portas, nunc Armenias; nunc Cilicas facit.* Otto Friſingenſis lib. 1. de Geſt. Frider. *Igitur Rex ad Portam Meſiam ſeptuaginta pugnatorum millia, vel amplius habens erupit, in campoque caſtra poſuit.* Ea verò clauſtra, ac præſertim quæ in Pyreneis montibus occurrunt, dicta ſunt etiam Portus; Hiſpanis *Puertos.* Turpinus in Hiſt. Caroli M. cap. 11. *Tunc Aigolandus fugiens transmeavit portus Aſerros, & venit uſque Pampilonam.* Et cap. 21. *Dum Carolus cum viginti millibus Chriſtianorum portus tranſiret.* Nangius in Philippo III. *Interea Comes Atrebati juxta introitum portuum cum valida manu equitum & peditum ſe tenebat.*

PORTÆ CASTRENSES. Conſentiunt ferè Scriptores graviſſimi, quatuor tantum fuiſſe portas caſtrorum apud Romanos; licet earum nomina, quæ ab antiquis Scriptoribus referuntur, numerum illum excedant. Occurrunt nimirum Prætoria, Quæſtoria, dextra Principalis, ſiniſtra Principalis, Extraordinaria, Decumana, & Quintana. Cauſa majoris ejuſce numeri fuit, quoniam non ſemper uni vel alteri portæ idem fuit nomen; verùm ſortiebantur appellationes varias pro varietate ordinum militarium, qui apud illas ſtationes habebant, vel eorum, qui modò Prætoris, modò Quæſtoris nomine univerſis copiis imperabant. Cæterum portæ ipſæ quatuor duntaxat fuerunt, directæ ad oppoſitas quatuor terrarum oras, cælique partes. Portarum, Extraordinariæ, dextræ Principalis, ſiniſtræ Principalis, & Quæſtoriæ meminit Livius

Digitized by Google

Dec. 4. lib. 10. *Æmylius ad quatuor portas exercitum inſtruxit, ut ſigno dato ex omnibus ſimul portis eruptionem facerent. Quatuor extraordinariis cohortibus binas adiunxit, præpoſito M. Valerio Legato. Erumpere Extraordinaria porta juſſit. Ad dextram Principalem haſtatos legionis primæ inſtruxit, principes ex eadem legione in subſidiis poſuit. M. Servilius, & L. Sulpitius Tribuni militum bis præpoſiti. Tertia legio adversùs Principalem ſiniſtram portam inſtructa eſt. Id tantum mutatum: principes primi & haſtati in subſidiis locati. Sex. Julius Cæſar, & L. Aurelius Cotta Tribuni militum, huic legioni præpoſiti ſunt. Q. Fulvius legatus cum dextra ala ad Quæſtoriam portam poſitus.* Vides recenſeri a Livio quatuor portas, Extraordinariam, dextram Principalem, ſiniſtram Principalem, & Quæſtoriam. Extraordinariam autem portam eam fuiſſe appellatam cenſet Marcellus Donatus Dilucid. ad Sveton. in Nerone cap. 26., ad quam ſtationem habebant Extraordinarii milites. Verùm Valtrinus de Milit. Roman. lib. 4. cap. 5. admodum incertum reputat qua origine illi portæ Extraordinariæ nomen adhæſerit. Suſpicatur autem depravatam eſſe lectionem Livii, & pro *Extraordinaria*, legendum *Ordinaria*: ut plane eadem illa fuerit ac porta Prætoria, quæ communior erat & frequentiores habebat aditus. In eam etiam inclinat ſententiam, ut porta illa adnumerata fuerit inter portulas, quas prope Principales complures fuiſſe tradit Leo Imperator de Bellico Apparatu cap. 11. Verùm huic poſteriori ſententiæ non parum adverſantur verba Livii ſuperius relata, ubi, cum impetum factum narrat ex quatuor portis caſtrenſibus, dure admodum Extraordinaria porta pro porta minore accipitur, quam ſane anguſtiore ſpatio aditnque egreſſui militari perincommodam futuram fuiſſe neceſſe eſt. De altera porta, quæ eſt dextra Principalis, meminit idem Livius lib. 4. *Intentos hoſtes in vallum, egreſſus dextra Principali cum Triariis, repente invadit.* Principalis autem utraque dicta eſt porta, quoniam, ut ſcribit Feſtus, in eo loco eſſet, ubi Principes ordines tendebant. De utraque porta Principali Livius lib. 34. *Duas legiones duabus Principalibus portis ſigna efferre juſſit.* Poſtrema porta ex relatis a Livio eſt Quæſtoria. Hanc multi cum Prætoria confundunt: eandem quippe portam Prætoriam fuiſſe dictam, cum Prætor in exercitu imperium obtineret, ibique ſuum tabernaculum haberet fixum: interdum verò dictam Quæſtoriam, cum abſente Prætore, vel Conſule, copiarum imperium penes Quæſtorem eſſet, ac prope eum locum Quæſtoris tabernaculum explicaretur. Verùm Valtrinus loco indicato non modo ſejungit Quæſtoriam a Prætoria, verùm etiam ex diametro oppoſitas facit; eandemque confundit cum Decumana. Vocatam inſuper Quæſtoriam putat, non quòd ibi eſſet Quæſtorium, ſeu Quæſtoris tabernaculum, ſed quoniam ad illud recta duceret; quemadmodum & Prætoriam non a proximo Prætoris tabernaculo; ſed quoniam potius ad illud deſineret, fuiſſe nuncupatam. Id verò cenſet propter rationes, mox afferendas, ubi de porta Decumana. Dubitari certè non poteſt unam ex præcipuis caſtrorum portis fuiſſe Prætoriam. De hac porta Cæſar lib. 3. Bell. Civil. *Quos in ſtatione ad Prætoriam portam poſuerat.*

De eadem porta, ejuſque munere & origine ita Feſtus: *Prætoria porta in caſtris appellatur, qua exercitus in prælium educitur: quia initio Prætores erant, qui nunc Conſules, & hi bella adminiſtrabant.* De eadem Veget. lib. 1. cap. 23. *Porta, quæ appellatur Prætoria, aut Orientem ſpectare debet, aut eum locum, qui ad hoſtium caſtra reſpicit; aut ſi iter agitur, illam partem debet attendere, ad quam eſt profecturus exercitus.* Addit Polybius per eam portam faciliorem fuiſſe exitum ad aquandum & pabulandum. Quemadmodum verò Prætoria hoſtes ſpectabat, ſic Decumana, quæ Valtrino, ut indicavimus, eadem eſt ac Quæſtoria, hoſti erat averſa. Tacitus lib. 1. Annal. *Tanta deinde conſternatio irrupiſſe Germanos credentium, ut cuncti ruerent ad portas, quarum Decumana maxime petebatur, averſa hoſti, & fugientibus tutior.* Et clariſſimè Livius lib. 10. *Ab tergò caſtrorum Decumanâ portâ impetus factus.* Idem habet lib. 3. *Interim in caſtris Furius Conſul, cum primam quietus obſidionem paſſus eſſet, in incautum hoſtem Decumanâ portâ erupit.* Per eam verò portam reos educi ſolitos ad ſupplicium, author eſt Vegetius relato in loco: *Decumana porta quæ appellatur, poſt Prætorium eſt, per quam delinquentes milites educuntur ad pœnam.* Ubi, ut monet Marcellus Donatus, vocem illam *poſt* expone *retrò*; quemadmodum enim diximus, Decumana non adſita vel propinqua Prætoriæ, ſed omninò erat adverſa. Cæterum Decumana porta dicta eſt a decumana vel decima legione, in cujus viribus maximum fuiſſe collocatum robur exercitus a nobis eſt alibi obſervatum; vel ab agrorum limitatione; cum limes decumanus ille ſit Plinio, Feſto, & Frontino, qui agrum ſecat ab ortu ſolis ad occaſum. Nam quod nomen habuerit a magnitudine & capaciore aditu, ut Decumana porta dicta fuerit reliquis patentior, quemadmodum ova & fluctus decumani, ea ſcilicet frivola & contemnenda eſt conjectura Feſti, vel Pauli Diaconi, ejuſdem Feſti compilatoris, ut ad ea Vegetii verba optime animadvertit Steuvechius. Poſtremò recenſeri inter portas caſtrorum eruditus nemo Quintanam negat, licet Valtrinus validè contendat, Quintanam non fuiſſe portam caſtrenſem, ſed locum in caſtris, ubi rerum venalium licitatio fieret. Verum contra eſt Feſtus: *Quintana appellatur porta in caſtris poſt Prætorium, ubi rerum utenſilium forum ſit.* Meminit etiam Quintanæ Livius lib. 41. *Prætorio dejecto ad Quæſtorium forum, Quintanamque hoſtes pervenerunt.* Quoniam verò anceps eſt is Livii locus, & Vegetius in recenſione portarum caſtrenſium reticet de Quintana, non abnuerim diſcedere in ſententiam Marcelli Donati dilucid. ad Sveton. in Nerone, ubi ſcribit Quintanam non fuiſſe portam in ipſo aditu caſtrorum, ſed potius intra caſtra, per quam aditus erat in forum rerum venalium. Ad hujus verò ſimilitudinem Neronem eo nomine domi ſuæ ſtatuiſſe portam, ubi quæ noctu e tabernis furatus eſſet, quaſi id cum ſociis more militari feciſſet, cum iiſdem dividebat. Sic autem Svetonius: *Quintana domi conſtituta, ubi partæ & ad licitationem dividendæ prædæ pretium aſſumeretur.* Dicta autem Quintana eſt, vel quoniam præter quatuor portas in ambitu caſtrorum, quinta ipſa

eſſet,

Digitized by Google

eſſet, quæ intus caſtra duceret ad ſorum rerum venalium; vel quoniam ejuſdem cura pertineret ad milites quintæ legionis. Suſpicari etiam ſubit Quintanam fuiſſe unam ex portis minoribus, quas magno numero in caſtris fuiſſe diſperſas, vel ipſis majoribus annexas, ſupra docuimus ex Leone Imperatore, cujus locum tibi repræſento: *Ambitus foſſati, ſive caſtrorum, quatuor portas majores & publicas habeat, portulas autem parvas præterea complures. Juxta unamquamque portam, ideſt egreſſum, Præfectus aliquis caſtra ponat ad ejus cuſtodiam.* De portis caſtrenſibus præter memoratos Scriptores vide etiam Alexand. ab Alex. Genial. dier. cap. 12.

Portæ eruptionum. *Porte delle Sortite*. Vide *Eruptio*.

Portula, æ. Porta minor vel parva. Vide titulum *Porta*. Liv. lib. 5. de Bell. Punic. *Convenerat autem, ut Philomenes portula aſſueta venationem inferens armatos induceret.*

Portus, us. Cic. in Verrem: *Statim ſine ullo metu in portum ipſum penetrare cœperunt.* A portando vel exportando dicitur. Propriè eſt conclusus in urbe vel agro locus, quaſi terreſtris inſula, a cæteris ædificiis dirempta, importandis vel exportandis mercibus conſtructus, ſolidè & diligenter cuſtoditus, ut docet Ulpianus in l. 59. ff. de verbor. ſignific. Obtinuit autem poſtea, ut eo ſolum notaretur nomine a Geographis pars urbium maritimarum, mari adjacens, præſepta undique ab ingreſſu ventorum, ubi naves tutam haberent ſtationem, omniſque generis merces & res venales reciperentur. Ejus conſtructio præ cæteris ædificiis pendet ab architectura tum civica, tum militari. Urbanæ architecturæ opera ſunt munitiones & aggeres adversùs maris violentiam flatuſque ventorum, ut advectæ peregrè naves tutam ibi manſionem inveniant. Perrari quippe portus ſunt ad eam formam naturæ beneficio comparati, ut nullis indigeant artis adminiculis ad quietem omnimodam navium receptarum. Inter cæteros tamen hujus notæ recenſetur portus Lunæ apud Ligures, omnium, quotquot in Italia ſunt, capaciſſimus, de quo ita ſcribit Perſius Satyr. 6.

mihi nunc Ligus ora
Intepet, hibernatque meum mare, qua latus ingens
Dant ſcopuli, & multa littus ſe valle receptat.
Lunai portum eſt operæ cognoſcere cives.
Cor jubet hoc Enni, poſtquam deſtertuit eſſe
Mæonides Quintus, pavone ex Pythagoreo.

Sicubi verò, quod creberrimè contingit, ſitus ipſe locique ratio obnititur navium ſecuritati, corrigenda tunc atque ſupplenda ſunt artis adjumento vitia naturæ. Itaque præſepiendi aditus adverſum procelloſum mare ventoſque graſſantes ſuperextructis molibus, & muralibus brachiis in longum ad perpetuam firmitatem diductis. Turres etiam inibi ſpeculatoriæ ferè conduntur, quæ accenſis noctu facibus exerrantibus navigiis optatum perfugium longè commonſtrent. De his vide in voce *Pharos*. Et hæc quidem, aliaque his ſimilia animadverſionis curæque ſunt civicæ architecturæ. Vitruvius l. 5. c. 12. ita præcipit: *De opportunitate quidem portuum non eſt prætermittendum, ſed quibus rationibus tueantur naves in his tempeſtatibus explicandum. Hi autem naturaliter ſi ſint poſiti, habeantque ἀγκῶνας, ſive promontoria procurrentia, ex quibus introrſus curvaturæ, ſive verſuræ ex loci natura fuerint conformatæ, maximas utilitates videntur habere: circum enim porticus ſive navalia ſunt facienda, ſive ex porticibus aditus ad emporia, turreſque ex utraque parte collocandæ, ex quibus catenæ traduci per machinas poſſint. Sin autem non naturalem locum neque idoneum ad tuendas ab tempeſtatibus naves habuerint, ita videtur eſſe faciundum, uti ſi nullum flumen in his locis impedierit, ſed erit ex una parte ſtatio, tunc ex altera parte ſtructuris ſive aggeribus expediantur progreſſus, & ita conformandæ portuum concluſiones.*

2. Verùm quoniam non a mari ſolum ventiſque, ſed etiam ab hoſticis claſſibus vindicandæ ſunt naves portuum ſeptis ambituque concluſæ, idcircò non poſtremus eſt labor architecturæ militaris ſuas addere molitiones, quantum loci ratio & neceſſitas patitur. Ad prohibendam inprimis exſcenſionem abundè ſolent conferre eadem opera, & lapidei aggeres, qui maris æſtum propulſant. Deſuper verò ad majorem cuſtodiam & tutelam palationes ex firmiſſimis tignis, robuſtiſque vallis mutuo nexu colligatis, diſponuntur. Excitantur. porrò ad ipſa portûs oſtia idoneæ præmunitiones & caſtella, quæ vim hoſtilem irritam faciant, metumque tollant a fraudibus transmarinis. Cum verò ab urbibus portus longiùs excurrunt, non ſatis habetur oſtia ſolum præmunire, ſed latera ipſa bellicis repagulis confirmari ſolent; ne obſtructo fortè aditu, hoſtis famem urbi, rerumque omnium penuriam inferat. Prætenturis itaque ſparſim collocatis interſepiuntur nuda cæteroqui brachia murorum, valido cum tormentis diſpoſito ad excubandum milite præſidiario, qui, ubi opus fuerit, paratis armis, hoſticas naves diſtineat, atque igne comburat. Præcipiunt etiam bellicæ architecturæ magiſtri, ut proxima portui littora, adactis ſaltem in terram palis opere fiſtucato, firmentur, interſtructo ſepto ex ruderibus, maceria, ſaxiſque; quo modo effarciuntur ad inhibendam frangendamque vim fluctuum maritimorum.

3. Qui non beneficio naturæ, ſed artis & fabrorum labore atque induſtria muniti ſunt portus, eos Græci appellabant cotones. Memorantur a Diodoro Siculo, Strabone, & Appiano. A Feſto ſic explicantur: *Cotones appellantur portus in mari interiores arte & manufacti.* Item Servius ad illud Virgilii 1. Æneid.

Hic portus alii effodiunt.

Portus, ait, *effodiunt; cotona faciunt*. Statio verò & portus voces reſque ſunt longè diverſæ. Eſt enim ſtatio extenſus in ora littorali ſinuoſuſque fere locus, nullo aut minimo munimento. Poſſunt quidem ibi ad tempus naves conſiſtere, ſed parum tutò; cum portus, vel natura facti, vel arte comparati, tutiſſimi ſint. Ideo Virgil. lib. 2. Æneid.

Nunc tantum ſinus, & ſtatio maleſida carinis.

Velleii eſt dictum: *Quælibet ſtatio pro portu eſt fugientibus tempeſtatem*. Quod quidem effatum populare non aliter vim obtinet ſuam, quam ſi intelligas longe majorem a portu, quam a ſtatione præſtari ſecuritatem. Stationem Itali dicunt *Piaggia*, vulgò *Spiaggia*. De hac voce ita Servius ad proxime commemoratum Virgilii ver-

Digitized by Google

verſum: *Statio eſt, ubi ad tempus ſtant naves, & qaam plagiam vocamus.* Audiendus etiam Scipio Geotilis in Origin. Pandect. *Multæ inſidæ & intutæ ſtationet dicuntur, quales ſant, quas nos Italicè vocamus ſpiaggie.* Hæc verò non efficiunt, quominus interdum legantur ſtationes etiam probè munitæ, quod clare admodum inſinuat Livius lib. 27. *In Maliaco ſinu is locus eſt, quondam frequenter habitatus, propter egregium portum, tutaſque circa ſtationes, & aliam opportunitatem maritimam.* Et lib. 24. *Legiones primo quoque tempore Conſules ſcribere juſſit, & claſſem parare, ut cum eis navibus, quæ pro Calabriæ littoribus in ſtatione eſſent, centum & quinquaginta longarum claſſis eo anno expleretur.* Ubi etiam adverte, non dici a Livio ſtationem navium, ſed naves in ſtatione eſſe per littora: quocirca ſtatio in re navali non ſolùm eſt locus ipſe, ſeu ora maritima, ubi naves detinentur: verùm etiam ipſa navium mora & detentio ibidem. Ad eandem formam in terreſtri militia ſtatio utrunque ſignificat, ut alibi docuimus. Exempla aliquot portuum magnis impendiis & incredibili ſoliditate extructorum repete a Titulo *Mænia*.

Posca, æ. Legitur apud Plautum & Svetonium. Plinius autem lib. 30. *Tormina ſanat palumbus ferus, ex poſca decoctus.* Dicitur autem Poſca a potu, quemadmodum eſca ab eſu. Hinc habemus poſculenta vel poculenta pro potione, quemadmodum eſculenta pro cibariis. Ex quo ſpectata vocis origine poſca eſt potio quælibet, ut eſca eſt quilibet cibus. Sumitur tamen ſtrictè pro potione aqua & aceto, ſeu vino acido commixta. Fuit autem is potus militibus familiaris. Spartianus de Peſcennio cap. 10. *Idem juſſit vinum in expeditione neminem bibere, ſed aceto eſſe contentos.* Idem in Adrian. *Cibis caſtrenſibus in propatulo libenter utens, hoc eſt larido, caſeo, & poſca.* Optimè Varro vinum veneris dixit ſuſcitabulum. Et Claudian. de Bell. Gildon.

Ut vino calefacta venus, tum ſævior ardet
Luxuries.

Certe vini uſum Carthaginienſibus ad bellum ſemel profectis fuiſſe interdictum ex Polybio aliiſque patet Hiſtoricis; apud quos Annibal & Aſdrubal Pœnorum Duces, ut ſuis copiis prœliandi alacritatem ingenerent, ſæpius collaudant amœnitatem Italiæ, ac præſertim vini multiplicis generoſiſſimique ubertatem, tanquam ipſorum milites ſolutos ſe intelligerent religione antiquiſſima & conſuetudine a vino abſtinendi, ubi ſemel Italiam armis victricibus occupaſſent. Apud Spartianum verò Peſcennius Niger, cum vinum ab eo peterent milites in Ægypto. *Nilum,* inquit, *habetis, & vinum quæritis?* Nec proinde ſtatuendum eſt antiquiſſimis populis, etiam Heroum tempore, vini uſum ademptum fuiſſe. Liquet nimirum ex Homero objurgatum fuiſſe Agamemnonem ab Achille ebrietatis causâ, & Neſtorem vino etiam largiùs indulſiſſe. A Thracibus vero inſtitutum fuiſſe, ut viri non niſi temulenti in prœlia exirent, refert Pauſanias l. 9. Certe Trojani belli tempore, quod fere omnium antiquiſſimum fuit, vinum militibus minime fuiſſe denegatum oſtendit Virgilius lib. 1. Æneid; ubi ſic loquitur de Ilio capto:

Invadunt urbem ſomno vinoque ſepultam.

Quod verò poſteriorum temporum ambitu vini uſus paſſim percrebuerit, notiùs eſt, quàm ut multis verbis ſit demonſtrandum. Quemadmodum enim ejus liquoris potio immodica corpus mentemque vehementer debilitat, ſic parcus ejuſdem & ſobrius uſus mirandum in modum ſpiritus refovet, pavoremque excutit animu, & ad periculorum ardua, laboreſque ſuſtentandos alacriorem militem reddit. Optime proinde de vini uſu præſcripſit Ariſtoteles Probl. 1. ubi ſtatuit, *Vinum hominem frigentem, taciturnumque a ſobrietate paulò liberaliori poculo refovet, excitatque ad verba, tum largiori potu verborum uberem, eloquentem fidentemque reddit; poſthac proceſſu potandi ampliori audacem propenſumque facit ad agendum; deinde pleniùs amplificato in contumeliam & contumaciam vertit; mox ad inſaniam propemodum accendit, poſtremò nimio ex potu reſolvit, ſtultumque agit in modum eorum, qui a pueris laborant morbo comitiali.* Abſtinuiſſe autem vino paulò cultiores quaſque gentes in caſtris victuque militari, illud etiam ſatis dilucidè indicat, quod Romani inter verba caſtrenſia materiandi, lignandi, frumentandi, pabulandi, appellatione vinandi caruerunt. Nam quod in Columna Trajani annonariæ quædam naves, quæ ibi viſuntur, a quopiam explicentur vinariæ, id ſcilicet multis refellit Fabrettus cap. 2. Sed & Cretenſes & Lacedæmonios, atque adeo Carthaginienſes vinum in acie & caſtris non guſtaſſe, ſolo & ſalubriori aquæ potu contentos, tradit Plato lib. 2. de Legibus. Eandem conſuetudinem probatam video ab Ariſtotele Œconom. lib. 1. cap. 5. *Quoniam autem vini potu etiam liberi petulantes effici ſolent, & in multis gentibus hoc liberi quoque homines abſtinent, ut in caſtris Carthaginienſes, patet, quod vel nihil vini, vel perquam parum contribuendum ſit.* In commemorata Trajani Columna viſuntur tabulæ anaglyphæ exhibentes vaſcula quædam a legionariis geſtata ſummis haſtis, ſeu baculis ſarcinarum. Ea ſcilicet aceto plena fuiſſe exiſtimantur, quod aqua miſcere potaturi milites conſueſſent. Turcarum, quibus vino interdictum eſt lege patria, non una eſt potio. Illuſtri loco nati aqua, melle, ſaccharo, variiſque pomorum frugumque ſuccis multimoda conficiunt poculenta, quorum quædam apud Itinerariorum ſcriptores impenſe laudari, alia non ſine faſtidio hauſta perlegi. Gregariis aqua in caſtris, ut apud nos vinum, viritim diſtribuitur. In progreſſu militari equites deferunt ſellæ equeſtri appenſum vas coriaceum, quod aqua complent, immiſſa in eandem ſpongia, ne motu ſuccuſſuque poſſit effundi. Urgente ſiti, ex compreſſa manibus ſpongia aquam ſorbillant. Meminit hujus Turcici moris Villelmus Choul in caſtramet. Roman. Aquæ, quæ decoquitur detritis granis arboris vel fruticis Ægyptii, qui *Ban* dicitur, & vulgo *Caffè* appellatur, uſum Turcæ in urbibus frequentem habent, minimum vero, præſertim gregarii, in caſtris, atque adeo minus in commeatu & manſionibus exigui temporis. Neque enim leve eſſent additamentum ſarcinis militaribus eo legumine oppleti ſacci, molæque manuariæ: excoquendis vero detritis baccis, liquorique decocto miniſtrando abirent horæ, quarum jactura majori damno lueretur, quam jucundioris potionis eſſet compendium. Ob eandem cauſam Sinenſes gregarii frigidam in bello potant, par-

cunt-

cuntque uſitato liquori patrio ex aqua præcalida, quam decoctis foliis herbæ, quæ *The* vel *Cià* nominatur, domi adhibent. Contra vero factitiæ potiones aliæ, quarum expeditum uſum nihil remoratur, a ſuis quæque nationibus etiam in bellica exercitatione uſurpantur. Teſtatur id de Ruſſis & Podoliis utentibus aqua mulſa, quæ melle condita eſt potio, Martinus Cromerus de reb. Polon. l. 29. *Forte fortuna ii improviſo advenientes, impedimentis noſtrorum apud Copeſtrinum relictis potiti erant: & cum ibi aquæ mulſæ, qua fere in potu utuntur Ruſſi, & Podolii, aliquantum repeiiſſent, ex itinere ſitientes largius ſeſe ingurgitabant, diffugiſſe noſtros rati. Id cum noſtri cognoviſſent, in comeſſabundos & ebrios facto derepente impetu, quaſi in pecudum cæde ad laſſitudinem uſque verſati ſunt.* Quod autem his verbis doceris de aqua mulſa ebrietatem gignente, id ſcias reliquis fere potionibus manufactis eſſe commune. Tacitus de Morib. Germ. hæc habet de Germanorum potu: *Potui eſt humor ex hordeo & frumento in quandam ſimilitudinem vini corruptus.* Ea ſcilicet potio fere eſt, quæ apud Veteres Zythi vel Zethæ nomine cognita, hodie cerviſia dicitur, a Cerere, ut Iſidorus ſcribit, ducta appellatione, quoniam frumento potiſſimum conficitur. Eadem potio lupis ſalictariis, aliiſque apud alios maceratis frugibus, atque adeo ex hordeo computreſcente & aceſcente, vel poſt macerationem toſto & arefacto, pro variarum gentium uſu & ſalubritatis experientia conflatur. Auſtrales populi, quibus vino uti non licet, ex oryza ſibi potum faciunt, qui omnium innocentiſſimus perhibetur. Alia apud alios populos genera potionum ſic recenſet Hadrianus Junius animad. l. 2. c. 12. *In hoc genere varia lego fuiſſe uſitata nomina. Nam Zythum dixiſſe Ægyptum invenio, Celiom, & Ceriam Hiſpanos, Cerviſiam Gallor. Sabajam Illyrios. Parabiam Pæonas, Curmi Barbaras neſcio quos, & Alam Anglor.* Vide Cardanum de Subtil. l. 8. & Scalig. exercit. 87.

Post bellum auxilium. Proverbiali irriſione dicitur de lentis ſubſidiis. Sæpe enim accidit ut vel ignavia, vel aſperitate itinerum retardati milites non adſint in tempore ad ferendas ſuppetias. Diogenes etiam dixit, ſerò vocari Herculem depulſorem malorum, ubi calamitas accepta eſt.

Post Marathonem pugna. Proverbiali & bellico adagio dicitur de aliis ſupra alias incidentibus calamitatibus. Marathon quippe Atticæ locus eſt iteratis Græcorum cladibus inſignis, & Perſarum victoriis celebratus.

Post principia. Vetus ſchema, quo utimur ad locum tutiſſimum explicandum. Terent. in Eunuc.

Tu hoſce inſtrue, hic ego ero poſt principia.

Deducitur a Veteri Romanorum acie, in qua, ut authores ſunt Livius & Vegetius, Principes præ cæteris inſignes armis, & robore præſtantiſſimi, præcipuum locum obtinebant, ſecurſuque ſuo inclinatam ſæpe aciem reſtituebant.

Post pugnam adesse. Joco proverbiali dicimus de iis, qui perfecto negotio adveniunt. Sumitur vel ab ignavis militibus, vel ab auxiliis lento gradu commeantibus, nec niſi poſt dimicationem peractam ad ferendum ſubſidium accurrentibus. Simile eſt ſuperiori: *Poſt bellum auxilium.*

Postica, æ. Ammianus: *Per poſticam ingreſſus, refertam inveni ex finitimis virili & muliebri ſexu.* Quo verbo ipſum quoque Varronem uſum eſſe Nonius teſtatur. Et

Posticum, ci. Horat. l. 1. Epiſt.

Atria ſervantem poſtico falle clientem.

Vide *Pſeudotyrum*.

Postilena, æ. Lorum eſt, quo ephippium caudæ equi, vel jumenti ſubnectitur: Dicitur a poſt ſtando. Plaut. in Caſſ. *Ita te a gerunda aqua curvum faciam probè, ut poſtilena poſſis ex te fieri.* Italis *Groppiera*. Et propiùs a poſtilena *Poſolini*, & *Poſolatura*. Cantic. Carneſcial.

Noi facciam ſempre ſtar la beſtia in punto &c.
Bene abbiadata, e forti poſolini.

Franc. Sacch. *La matina ſeguente accattata una poſolatura tutta dorata, ſalì sù l detto poltracchio, e venne in mercato.*

Postsignani. Quinam fuerint in acie Romana, vide in dictione *Anteſignani*.

Potus militaris. Vide *Poſca*.

Præambuli, orum. Antecurſores, ſive exploratores itinerum bellicorum. Petrus Bleſenſis Epiſt. 14. *Cum jam dictam illam aut totam, aut fere totam noſtri Præambuli peregiſſent, mutata voluntate Rex alio divertebat.*

Præcertatio, onis. Præludium pugnæ, velitatio. Auth. ad Herenn. *Mihi tecum præcertatio non eſt.*

Præcincti. Sic abſolutè dicti ſunt milites a Vulcatio Gallicano in Avidio, a cingulo militari, quo præcinguntur: *Sed vide ne tibi, & liberis tuis non bene conſulat, quum tales inter Præcinctos habeat, quales milites libenter audiunt, libenter vident.*

Præcipitarium, & Præcipitatorium. Machina bellica in genere arietis. Mattheus Pariſ. an. 1242. *Ipſi igitur dictum caſtrum ſolito acerbius impugnantes tam truculenter, tam infatigabiliter erectis mangonellis flagellarunt, compoſitis petrariis diſſiparunt, compactis Præcipitariis impegerunt &c.* Idem an. 1248. *Muros & caſtra civitatis mangonellis, petrariis, & Præcipitatoriis undique erectis flagellarunt.*

Præco, onis. Dicitur a præcinendo, quoniam præibat voce, quæ in urbanis vel bellicis miniſteriis erant peragenda. Prætereo ut rem notam locum habuiſſe in rebus urbanis Præcones; in auctionibus, ad haſtam ſtantes, & oblata nunciantes pretia: in concionibus, ſubmoventes populum, & facientes audientiam. Iidem in judiciis citabant reos, accuſatores, & teſtes: in Comitiis renunciabant deſignatos magiſtratus: in legibus autem ferendis, quæ obſervanda erant populo recitabant. Locum Præconibus in bello non defuiſſe, præter ea, quæ ſubiiciam de ludis Gymnicis, apertum facit Appianus de Bell. Civil. lib. 4., ubi clare refert, ſilentium per Præconem factum aſtanti turbæ militari, ut præſto eſſet ad allocutionem Caſſii audiendam: *Qua alacritate lætus Caſſius, ſilentio per Præconem facto, ſic exorſus eſt denuo.* Quare miror Lipſium locum in caſtris Præconi denegaſſe. Cæterum Præcones militaria ſigna fuiſſe ſecutos, ſatis indicant ludi Gymnici, qui nonniſi adumbratio quædam fuere Martis legitimi, in quos procul dubio Præcones conſtat admiſſos. Cic. Epiſt.

Fa-

Famil. lib. 5. ad Lucejum : *Accedit etiam ut minor ſit fidei, minor authoritas, multi denique reprehendant, & dicant verecundiores eſſe Præcones ludorum Gymnicorum, qui quum cæteris coronas impoſuerint victoribus, eorumque nomina magna voce pronuntiarint, quum ipſi ante ludorum miſſionem corona donentur, alium Præconem adhibeant, ne ſua voce ipſi ſe victores prædicent.* Victores in ludis pronunciari ſolitus Præconum voce, docet etiam Virgilius lib. 5.

Tum ſatus Anchiſa, cunctis ex more vocatis,
Victorem magna Præconis voce Cloanthum
Declarat.

Imò quod addit,

viridique advelat tempora lauro,

Ad Præconis officium eſt etiam referendum, ad quem ſpectabat propria manu coronare victorem, ut ex allato Tullii teſtimonio, optime conjicit Pontanus. Neque enim hic aſſentior Ludovico de la Cerda, qui ab Ænea coronatum fuiſſe Cloanthum contendit, tanquam id ratio ſyntaxeos Virgilianæ poſtulet; quæ cæteroqui optime conſtat, & ſatis eſt dilucida juxta explicationem Pontani, & aliorum. Cæterum ritus victores enunciandi voce Præconum vetuſtiſſimus fuit apud Græcos. Pindarus Od. 5. Olymp.

Suum patrem Acronem Præconis voce pronunciavit.

Inſtitutum autem fuit apud Græcos, ut qui viciſſent in ludis, proclamarentur a Præconibus; quoniam turpiter & inciviliter factum arbitrabantur ut ſe ipſum quis proclamaret victorem; qua de cauſa magnopere contemptum legimus apud Plutarchum Timotheum quendam Mileſium. Accipiebant autem victores coronam decreto publico, quod recitabant Præcones pomeridiano tempore, poſtquam ſcilicet matutinas omnes horas certamina abſumpſerant, ut tradit Philoſtratus in vita Apollon. lib. 6. Svetonius tamen in Nerone cap. 24. refert eum Principem ſe ipſum pronunciaſſe victorem: licet contra Xiphilinus a Claudio Ruſo viro conſulari proclamatum memoret; qui inſuper addit formulam præconii per hæc verba: *Nero Cæſar victor hujus certaminis coronat populum Romanum & ſuum Orbem terrarum.* Addo in Olympiis, aliiſque Græcorum ludis Præconum etiam fuiſſe agones & certamina, quemadmodum etiam tibicinum. Senec. Epiſt. 76. *Habet tibicen quoque bonas & Præco concurſum*. Et clariùs Pauſanias Eliac. *Tibicines tantùm & Præcones ad eam priſco ritu de palma certant*. Et hoc eſt, quod apud Sveton. in Neron. legimus: *Qua de cauſa Præconio ubique contendit*: ideſt decertavit cum Præconibus de vocis magnitudine; quod expreſsè etiam docet Hieronymus ad Euſebium. Chron. Olimp. 211. *Nero in Olympiade coronatur, cerycas, Præcones, citbariſtas, tragœdos, aurigas vario certamine ſuperans. Rurſum Nero Iſthmia, Pythia, Actia celebrans inter cerycas, tragœdos, & citbariſtas coronatur.*

Præconium, ii. Eſt vox ipſa Præconis victorem denunciantis. Tranſiit poſtea ad quamcunque commendationem publicam ſignificandam. Cic. pro Archia: *Qui non mandari verſibus æternam ſuorum laborum facilè præconium patiatur.*

Præcursores. Cic. 7. in Verr. *Quem iſte in decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia Præcurſorem habere ſolebat*. Vide *Antecurſores*.

Præda, æ. Varro docet ſic illam appellari, quoniam manu parta ſit. Notat Gellius, corpora ipſa rerum, quæ capta ſunt, prædam propriè dici; manubias verò pecuniam ex venditione prædæ coactam. Poſt commiſſum prœlium, vel urbis expugnationem, concedi ſolet militibus præda, ideſt direptio bonorum. Frequentiſſimum hoc apud nos exemplum, apud Veteres rarius fuit. Legimus tamen Tarquinium Sueſſam, Q. Servilium Dictatorem caſtra Æquorum, Camillum Vejos urbem diripiendam militi tradidiſſe. Aliquot hujuſmodi exempla occurrunt apud Livium, & Appianum. Indulgentiùs id actum in bellis civilibus. Nam & Cæſar poſt pugnam Pharſalicam permiſit militibus caſtra Pompejana: milites vero Octaviani & Antoniani diripuerunt caſtra Bruti & Caſſii. Vaſtandas crebrius populandaſque urbes militibus minimum permittere non modò ſuadet pietas & commiſeratio in victos, augendique ærarii publici ratio, verùm etiam diſciplinæ retinendæ ſtudium. Illectæ ſemel prædandi ſpoliandique dulcedine, vagèque ad diripiendum effuſæ copiæ ægrè ad caſtrenſes redeunt leges, & ad parſimoniam revocantur. Nihil ea indulgentia pernicioſiùs, nihil graviore damno luitur. Enimverò quanta ſit ferocia militum in oppidis diripiendis eruendiſque, poſtquam ſemel ipſis copia facta eſt a Ductoribus in expugnatas urbes irrumpendi, ſic ad vivum exponit Statius lib. 6.

Ut cum poſſeſſas avidis victoribus arces
Dux raptare dedit: vix ſigna audita, nec urbem
Invenias: ducunt, ſternuntque, abiguntque, feruntque
Immodici: minor ille fragor, quo bella geruntur.

Adde Virgil. Æneid. 2.

Fit via vi: rumpunt aditus, primoſque trucidant
Immiſſi Danai, & latè loca milite complent.
Non ſic aggeribus ruptis cum ſpumeus amnis
Exiit, oppoſitaſque evicit gurgite moles
Fertur in arva furens cumulo, campoſque per omnes
Cum ſtabulis armenta trahit.

Arbitrium autem concedendæ prædæ penes Imperatores erat. Magna tamen illis cautione opus erat, ut prædam hoſticam ritè adminiſtrarent: ſecus in peculatus crimen a Republica & Magiſtratibus vocabantur. Ad eum modum Scipio Africanus ſenior a Pœtilio Tribuno Plebis appellatus, ut pecuniæ Antiochenæ, prædæque eo bello captæ rationem redderet, ut legimus apud Gellium lib. 4. cap. 18. Vetuſtiſſimi autem moris fuit, ut prædæ potior & ſelecta pars Diis ſacraretur, quod a Perſis, Afris, Carthaginienſibus. omnibuſque paulò cultioribus populis factitatum legimus. Religioſus ejuſmodi ritus ab imitatione Hebræorum facilè manavit, apud quos, ut legimus Geneſ. cap. 14. Abrahamus de ſpoliis, quæ a quinque Regibus acceperat, Deo decimam conſecravit. Neque verò ſolùm prædæ ratio a Romanis Ducibus exigebatur, ſed ex illis integerrimus quiſque ne attingebat quidem prædam; verùm illam a Quæſtore Populi Romani jubebat percipi. Referri autem præda & pecunia collecta ex prædis in ærarium ſolebat. Prius tamen publicè oſtendebatur, præſertim

in

io pompa triumphi. Laudantur præcipuè apud Livium & Plutarchum Parcius Publicola, Fabricius & Marcus Cato, qui jus omne ſuum prædæ Reipublicæ remiſerunt.

2. Noo ergo liberum jus prædæ militi: quæ ad Quæſtorem erat deſerenda, ut legitur expreſsè apud Dinnyſium lib. 7. io accuſatione Marcii Coriolani: *Scitis omues, quod ſpolia & præda ex hoſtibus, quamcuuque uoſtra virtute adipiſcimur, eam lex jubet publicam omnem eſſe. Nec ſolum gregarius miles, aut privatus aliquis jus in bauc non babet, imò nec ipſe Imperator: ſed Quæſtor eam accipiens diveudit & pecuniam iu ærarium publicum refert. Quam legem ex quo urbem banc incolimus, nemo, non dicam ſolvit, ſed nec culpavit.* Ioter militaria certe flagitia legitur apud Saluſtium, quod Albioiani milites diu noctuque vagabantur, ut palantes vaſtarent agros, pecoriſque prædas agerent. Neque enim ſuopte inſtinctu excurrere io hoſticam terram ad prædaodum milites poterant; ſed a Tribunis deligebantur, qui illuc ad diripiendum, & vaſtandum excurrerent, ea ſemper adhibita cautione, ut prædam ad Quæſtorem deferrent, cujus erat ejuſdem partem cohortibus diſtribuere, reliquum verò in publicos uſus reponere. Prodigii ſimile poſtremò illud eſt, quod de moderatiooe & cootineotia militum Romanorum memoriæ traditum eſt a Frootino lib. 4. cap. 3. Refert antem ille ab exercitu M. Scauri pomiferam arborem, quam in fine caſtrorum amplexa fuerat metatio, poſtero die abeunte exercitu intactis fructibus relictam.

3. Ubi primum Imperatores de victoria certi eſſeot facti, ex armis cæſorum hoſtium, quæ majore excellebant pretio, ſibi amiciſque, & majoribus Magiſtratibus reſervabant: reliqua aggeſta io cumulum, io cooſpectu exercitus coronati concremari moris fuit apud Romaoos, ita ut prior Imperator præcinctus purpura, & ardeotem præferens facem, in congeſta arma illam coniiceret, idemque poſtea circumfuſi ordioes facerent. Vntum id vetuſtiſſimum fuiſſe, Præſidibus bellorum Diis nuncupatum, ſcribit Servius ad illud Virgil. lib. 8.

ſcutorumque iucendi victor acervos.

Ad quæ verba hæc habet. *Hoc traxit de Hiſtoria. Tarquiuius euim Priſcus, victis Sabiuis, iu bouorem Vulcaui eorum arma ſuccendit, quem poſtea ſecuti ſunt cæteri.* Refert id Livius l. 1. *Tarquiuius præda captiviſque Romam miſſis, ſpoliis boſtium (votum id Vulcano erat) iugeuti cumulo acceuſis, pergit porrò iu agrum Sabiuum exercitum iuducere.* Hinc frequens apud Scriptores mentio de præda & armis iocenſis iu honorem Vulcani. Liv. lib. 23. *Spolia boſtium Marcellus Vulcano votum cremavit.* Et lib. 30. *Magua vit armorum capta: ea omnia Imperator Vulcano ſacrata iuceudit.* Et lib. 41. *Poſtero die arma lecta couiici in acervum juſſit Conſul, ſacrumque id Vulcano cremavit.* Tametſi verò Vulcano frequentiùs ejuſmodi votum conceptum nuncupatumque reperiatur; nihilominus alii etiam Tutelares bellorum Dii ea prædæ & armorum incenſorum parte donati ſunt. Liv. lib. 45. *Edito ludicro, clypeiſque æreis in uaves impoſitis, cætera omnis generis arma cumalata in iugentem acervum, precatus Martem, Minervam, Luuamque matrem, & cæteros Deos, quibus ſpolia boſtium dicare jus faſque erat, Imperator face ſubdita ſuccendit: aeinde circumſtantes Tribuni militum pro ſe quiſque ignes coujecerunt.* Idem lib. 10. *Fabius ſpolia boſtium coujecta iu acervum Jovi Victori cremavit.* Et lib. 8. *Armorum magna vis tum inter cæſa corpora boſtium, tum in caſtris inventa eſt: ea Lunæ matri dare ſe Conſul dixit.* Numantioi tamen caverunt ne Romanus victor arma inceoderet, ante deditionem iiſdem concrematis. Florus lib. 2. cap. 10. *Præda [illegible] pauperibus, uulla: arma ipſi cremaverant.* Adde de coacta præda illa Virgil. Æneid. 2.

Et jam porticibus vacuis Junonis aſylo,
Cuſtodes lecti Phœuix, & dirus Ulyſſes
Prædam aſſervabant, buc uudique Troia gaza
Incenſis erepta adytis, menſæque Deorum,
Crateresque auro ſolidi, captivaque veſtis
Congeritur. pueri & pavidæ longo ordiue matres
Stant circum.

Ejus conſuetudinis fidem facit Livius lib. 45. *Spectaculo fuit ei, quæ veuerat, turbæ, non ſcenicum magis ludicrum, non certamina bominum, aut curricula equorum, quàm præda Macedouica amuis, ut viſeretur, expoſita, ſtatuarum, tabalarumque, textilium, & vaſorum ex auro & argento, & ære, & ebore factorum &c.* Idem lib. 40. *Præda omnis primùm iu forum collata, deinde in naves impoſita.*

4. Inter præclaras Romanorum ioſtitutiones, eam collaudat Polybius, ut, parta victoria, pars dimidia copiarum ſigna non relioqueret, ad arceodos repentinns hnſtium impetus; ſimulque ne prædà colligenda diſtenti alii occupatique, adverſariorum ſuperveotu opprimereotur. Iterum obſervatione dignum eſt non quidquid pecuniæ ex præda, vel donativis Romani milites collegiſſent, iiſdem fuiſſe liberum & arhitrarium. Ejus nimirum partem dimidiam apud ſigna deponebant, tum ut eò acrius eadem tuerentur ſigna; tum verò maxime, ne per luxum & ignaviam diffluerent; ſimulque ut Imperatores in officio continendi militis obſidem & pignus haberent eorum pecuniam ad ſigna depoſitam. Ejuſdem pecuniæ prædaticiæ, vel ab Imperatoribus acceptæ portionem aliquam aſſervari conſueviſſe ad humaoda corpora contubernalium, alibi notatum eſt. Equidem nego validius ullum incitamentum eſſe ea prædarum in milites ac ſocios diſtributione, ad eorundem animos erigendos, aſſerendamque Imperatoris fidem. Quibus emolumentis ſi ob Magiſtratuum avaritiam manipulares defraudentur, atque in privata commoda Duces convertant fructus illos vulnerum laborumque militarium, quis æquo aoimo perpetuos labores & quntidiana pericula ſuſcipiat? quis alacri vultu in hoſtium gladios ſe induat? quis ſaoguinem pro patriæ gloria, vel incolumitate profundat? Quodſi ad militum ioveodum ardorem tam diverſa tam ampla a præclaris Ductoribus ioſtituta & erogata ſuot præmia, armillæ ſcilicet, fibulæ, torques, cornicula, haſtæ puræ, corooæ; ad hæc pecunia etiam & agrorum diviſio, ut perpetuo emeritorum cenſui, vitæque honeſtè ſuſtentandæ ſubſidio conſulatur, quidni illa etiam atque adeo æquius militi attribuantur compendia, quæ ſuo quiſque videtur ſibi labore, ſanguine, certè peri-

culo quæſiviſſe? Id ſcilicet expendentes animo Imperatores optimi ſapientiſſimique, nullo pacto militiam ſibi quæſtui habendam eſſe exiſtimarunt, verum quantalibet prædæ opulentia remiſſa ſociis, diſtributaque inter milites, pulcherrimum ſibi ſolumque illud ſpoliorum reſervarunt genus, amorem militarem, & gloriam. Ne congeſtis exemplis defatigem Lectorem, ſatis fuerit Annibalis illud ex Silio commemorare:

mihi magna ſatis, ſat vera ſuperque
Bellandi merces ſit gloria; cætera vobis
Vincantur.

Cui affato planè ſimillimum eſt illud Gothefridi apud Taſſum Cant. 20.

Replica a lui Goffredo. Il Ciel non diemme
Animo tal, che di teſor s'invoglie.
Ciò, che ti vien dall' Indiche maremme
Habbiti pure, e ciò, che Perſia accoglie:
Che della vita altrui prezzo non cerco:
Guerreggio in Aſia; e non vi cambio, ò merco.

Poſtremò pluſquam ex Polybio aliquo vel Vegetio militiæ Romanæ Inſtitutoribus, ex monumentis ſacrorum Voluminum licet addiſcere quanti facienda ſit prædæ diſtributio inter milites. Ut ex innumeris verò pauca ſeligam, ſic David 1. Reg. cap. 30. *Æqua pars erit deſcendentis ad prælium, & remanentis ad ſarcinas, & ſimiliter divident, & factum eſt hoc ex die illa, & deinceps conſtitutum & præfinitum, & quaſi lex in Iſrael uſque in diem hanc.* Et Deuteronom. 20. *Omnem prædam exercitui divides, & comedes de ſpoliis hoſtium tuorum, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi.* Et Joſue cap. 22. *Cumque dimitteret eos in tabernacula ſua, & benedixiſſet eis, dixit ad eos: in multa ſubſtantia atque divitiis revertimini ad ſedes veſtras, cum argento & auro, ære ac ferro, & veſte multiplici: dividite prædam hoſtium cum fratribus veſtris.*

5. Longè profectò gratius acceptiuſque militi eſſe ſolet, quod ſua quiſque manu ab hoſte raptum collectumque domum refert, quàm quod eidem obvenire poteſt ex diſtributione pecuniæ per Quæſtores, vel ex donativo Imperatoris. Conſuetudinem relinquendæ militibus prædæ taxant aliqui ſugillantque, quaſi avidæ legionariorum manus præmia præcipiant ſtrenuis bellatoribus. Crebrò ſiquidem ſolet contingere, ut ignaviſſimi quique in hoſte ſpoliando magis ditentur, quàm qui labores & pericula pugnando fortiter contempſerunt. Huic incommodo declinando proviſum eſt, ut univerſus prædæ cumulus reſervaretur Imperatori, aut cuſtodiretur, ut dixi, a Quæſtoribus; nec niſi ex authoritate Senatus, & placito Populi Romani divideretur in milites, ſepoſita ſemper ejuſdem majori atque lectiſſima portione ad uſus publicos, ad ſtructuram vel ornatum templorum, ac præcipue ad honorarium ipſius Imperatoris, & Magiſtratuum bellicorum. Ejus rei teſtimonia ubique ſuppetunt. Sic autem apud Homerum Achilles de præda urbium a ſe expugnatarum:

Omnibus his ingens pretio numeroque ſupellex
Noſtra rapta manu: Regi ſed victor Atridæ
Cuncta tuli, celeres reſidens qui pone carinas,
Divideret cum pauca aliis, ſibi multa tenebat.

Graviſſimum verò teſtimonium eſt Dionyſii Halicarnaſſei: *Quæcunque ex hoſtibus per virtutem capta ſunt, ea lex jubet publica eſſe; ita ut non modo privati eorum domini non fiant, ſed ne ipſe quidem Imperator exercitûs, verùm Quæſtor illa accipit, & vendita in publicum refert.* Et L. Æmilius apud Livium; *Captas, non deditas diripi urbes, & in his tamen arbitrium eſſe Imperatoris, non militum.* Quod autem ſcribit penes Imperatorem fuiſſe dividendæ prædæ poteſtatem, id ſcilicet factum ex populi vel Senatus conſenſu: præterquam quod ut ab omni avaritiæ & rapacitatis ſuſpicione vindicarentur Imperatores, prædæ arbitrium ad populum vel Senatum ſolebant rejicere, ut a Camillo, Fabio, & aliis factum legimus. Equidem cum vigeret antiqua ſeveritas diſciplinæ caſtrenſis, & Imperatores de honeſtate & fama vel maxime ſoliciti eſſent, jubebant a Quæſtoribus prædam percipi, vel per eoſdem ſub haſta venumdari: collecta autem inde pecunia, quæ manubiarum nomine ſignificabatur, deferebatur in ærarium, poſtquam publicè oſtentata fuiſſet in pompa triumphi. Liv. lib. 4. *Prædæ ex aſſiduis populationibus, quòd omnia in locum tutum congeſta erant, fuit aliquantum: venditum ſub haſta Conſul in ærarium redigere Quæſtores juſſit.* Sic autem Tullius Epiſt. lib. 2. 17. de collecta a ſe per militiam præda: *De præda mea præter Quæſtores Urbanos, ideſt populum Romanum, teruntium nec attigit nec tacturus eſt quiſpiam.* Sic etiam Vellejus de Tigranis Armeniæ Regis pecunia, in poteſtatem Pompeji redacta: *Pecunia Tigranis, ſicut Pompejo moris erat, redacta in Prætoris poteſtatem, ac publicis deſcripta literis.* Id verò non prohibuit quominus prædæ pecuniæque diſpenſandæ arbitrium Imperatoribus concederetur a populo, vel Senatu, ea verò ſemper, dum Reſpublica floruit, cautione habita, ut operam in ejuſdem erogatione ſuam eidem populo & Senatui probarent ſupremi Duces. Hinc ſæpe legimus præſtantiſſimos copiarum Moderatores damnatos fuiſſe peculatus judicio Quæſtorum urbanorum. Hinc graviſſima illa M. Catonis exprobratio, & vehemens expoſtulatio adversùs licentiam immodicam & impunitatem peculatus, cujus fragmentum Gellius lib. 11. cap. 18. recitat in hanc ſententiam: *Fures privatorum furtorum in nervo atque in compedibus ætatem agunt: fures publici in auro atque in purpura.* Præda Italis item *Preda, Bottino*, ab ave Buteone, de qua ita loquitur Feſtus: *Buteo genus avis, quæ ex eo ſe alit, quod accipitri eripuerit; vaſtitatiſque eſt cauſa iis locis, quæ intravit.* Vide *Populatio*.

PRÆDATUM, i. Præda. Vopiſc. in Probo: *Quin etiam cum de prædato, ſive ex Alanis, ſive ex aliqua alia gente incertum eſt, repertus eſſet equus non decorus &c.*

PRÆDARIA. Machina oppugnatoria: ea facile, quam alii vocant Petrariam. Rolandinus in Chronico Paduano: *Extenſem villam occupans & devaſtans, roccam obſedit hoſtiliter, machinis & Prædariis pro poſſe deſtruens.*

PRÆDACEUS, a, um. Quod prædà comparatum eſt. Gellius lib. 4. cap. 18. *Ægrè paſſus, quod cui ſalus Imperii ac Reipublicæ accepta ferri deberet, rationem pecuniæ prædaceæ poſceretur.*

PRÆDATICIUS, a, um. Quod comparatur ex præda. Idem ac prædaceus. Gellius lib. 13. cap. 23. *Itaque hæc inſcriptio, quam videtis, ex manubiis, non res corporaque ipſa prædæ monſtrat,*

(ni-

(nibil enim captum eſt borum a Trajana ex hoſtibus) ſed facta eſſe bęc comparataque ex manubiis , ideſt ex pecunia prędaticia , declarat .

PRÆOOR, aris. Diripio, ſpolio, aufero impetu & furore militari. Cic. Philipp. 4. *Sed ſpes rapiendi atque prædandi obcæcat animos eorum.*

PRÆOATIO, onis. Prædandi actus. Vellejus Paterc. lib. 2. *Latrociniis ac prædationibus infeſtato mari.*

PRÆDATOR, oris. Qui prædas agit, populator, ſpoliator violentus. Liv. lib. 3. *Romanos cecidiſſe in Hernico agro quinque millia ac treccentos ex prædatoribus Æquorum.*

PRÆDATRIX, icis. Quæ prædas agit. Stat. lib. 1. Sylvar. 5.

Herculei prædatrix cedat alumni.

PRÆDATORIUS, a, um. Qui prędas quærit & exercet, ut naves prædatoriæ. Liv. lib. 9. *Nullum Romanum exercitum viderat præter prædatorias claſſes.*

PRÆDO, onis. Prædator, ſed fere nauticus. Qui latrociniis maria & pacatas regiones incurſat infeſtatque. Plaut. Milit. *Capiunt prædones navem illam.*

PRÆDONIUS, a, um. Quod pertinet ad prædonem. Ulpian. l. 25. §. 3. D. de hæred. petit. *Prædonio more verſari cœpit.*

PRÆDONULUS, i. Vocem eſſe uſitatam a Catone ſcribit Feſtus. Catonis verba affert: *Quia ſæpe utiles videntur prædonuli.* Ipſe autem explicat: *Prædonulos diminutivè poſuit pro prædonibus.*

PRÆDOMO, as. Ante domo. Plin. lib. 8. cap. 36. *Circaque ſurculos ſentium prædomantes ora.* Quintil. Declam. *Prædomuiſti mulierem anum.*

PRÆFECTIANI. Occurrunt in Cod. Theodoſiano per hæc verba: *Cujuslibet Judicis apparitores, inter quos etiam Præfectianos locamus; ad quamcunque aliam militiam vel palatinam, vel militarem tranſierint, retrahendi hos copiam illi, quos deſeruere, tribuimus.* Ubi Macri Fratres ajunt Lacerdam non ſatis percepiſſe hujus ſignificationem vocabuli, dum Præfectianos genus militum eſſe dixit. Nimirum quoniam apertè, ut ipſi putant, in allato teſtimonio Codicis adnumerantur inter ſatellites & apparitores. Verùm Macri haud dubiè obiter & in tranſcurſu Codicis locum legerunt & exſcripſerunt. Ibi ſiquidem ſatis clarè diſtinguuntur Præfectiani ab apparitoribus; ut omninò videantur genus quoddam extitiſſe militiæ, inferioris verò notæ & exiſtimationis. Adde quod a nobis eſt ſæpius obſervatum, ipſos ſatellites per ea tempora genus militiæ fuiſſe.

PRÆFECTURA, æ. Dignitas & officium Præfecti. Cic. ad Attic. *Præfecturam petivit: negavi me cuipiam negotianti dare.* Hoc nomine etiam dicebantur apud Romanos quædam Italiæ oppida, quorum incolæ cives Romani erant. Hoc verò a municipiis differebant, quod nec ſuis uterentur legibus, nec e ſuis Magiſtratus crearent; verùm hos quotannis accipiebant a Romanis. Feſt. *Præfecturæ eæ appellantur in Italia, in quibus & jus dicebatur, & nundinæ agebantur, quarumque quædam erat Reſpublica, neque tamen Magiſtratus ſuos babebant: ſed quotannis ad eas Præfecti mittebantur, qui eis jus dicerent.* De hujuſmodi Præfecturis loquitur Cicero pro Sextio: *Nullum erat Italiæ municipium, nulla colonia, nulla Præfectura, nulla Romæ ſocietas vectigalium.* Eas demum Præfecturas honoris gratia petebant Romani, ut liquet ex adducto Tullii loco: earum verò Præfectos eos fuiſſe, quos vulgò dicimus Ballivos, vel Seneſcalcos, ſcribit Budæus.

PRÆFECTUS, i. Qui aliis, vel cuipiam gerendæ rei præficitur. Hinc Præfecti Prætorii, ærarii, annonæ, claſſis &c., de quibus poſtea. De Præfectis ſolitariè Liv. lib. 6. Bell. Maced. *Omnes Præfectos regios, qui ubique ad Bœotiam maxime præpoſiti hybernis erant &c.* Cæſar lib. 2. Bell. Civil. *Præfectos pro Prætoribus Cæſar inſtituit, qui pro ſe res urbanas adminiſtrarent.*

PRÆFECTUS ÆRARII MILITARIS. Præpoſiti pecuniæ publicæ comparandę, cuſtodiendæ, exſolvendæque ad uſus bellicos Romæ Quæſtores erant. Inducti tamen Pręfecti ærarii militaris, primùm quidem ſorte lecti ex Prætoriis, poſtea verò deſignati a Cæſaribus, iiſque bini lictores attributi, quibus deinde privati ſunt. Teſtatum id reliquit Dio l. 55. ubi ſic loquitur de Auguſto: *His de cauſis cum indigeret pecunia, Senatum conſuluit de reditu quodam perpetuo conſtituendo, unde citra ullius injuriam ſtipendia ac præmia militibus ſufficerent. In eo quęrendo cum verſarentur, ac nemo ſua ſponte Ædilitatem peteret, quidam ſorte lecti ex iis, qui Quęſtores, aut Tribuni plebis fuiſſent, ad eam gerendam adacti ſunt, quod ſæpius etiam alias factum. M. Æmilio, deinde Lepido, L. Arruntio Conſulibus, cum nullus reditus excogitari poſſet, quem omnes probarent, omneſque eum quęri indignarentur, Auguſtus pro ſe & Tiberio pecuniam in ærarium, cui militaris nomen indidit, intulit, ejuſque adminiſtrationem Pretoriis tribus ſorte lectis ad triennium mandavit, qui binis lictoribus ac miniſtris aliis uterentur. Id per ſucceſſionem aliorum in multos annos productum. Nunc ab Imperatore eliguntur, & lictores non babent.* Pręfecti ærarii militaris frequens mentio in antiquis lapidibus. Vide Lipſium in Tacit. 1. annal. ubi profert inſcriptionem ex lapide in Samnio reperto.

PRÆFECTUS ALARUM. Memoratur clarè alarum Præfectura a Svetonio in Auguſto: *Militiamque auſpicantibus non Tribunatum modò legionum, ſed & Præfecturas alarum dedit.* Eundem bellicum magiſtratum indicat Cicero lib. 2. Offic. *Quo in bello te Pompejus alæ alteri præfecit.* Diximus autem alibi, alas in legione equitum fuiſſe, quibus latera ipſa legionis muniebantur, ad eum ferè modum, quo alæ avium ipſas communiunt conteguntque. Facilè inde conjici poteſt alarum Præfectos eos fuiſſe appellatos, qui equitatum ducerent in extrema utraque parte legionis, ad eandem ſepiendam & propugnandam. Sed non levem faceſſit difficultatem deſcriptus Svetonii locus; quoniam ibi ſatis apertè videtur ſtatui, Præfectum alarum majoris dignitatis fuiſſe, ac legionis Tribunum. Idem non admodum obſcurè videtur indicare Cicero pro Cluentio: *Qui M. Æmilio clariſſimo viro Legati, & Præfecti, & Tribuni militares fuerunt.* Quibus verbis dignitatis ordine graduque ſervato Præfectos alarum infra Legatos, ſed ſupra Tribunos militares collocat. Atqui apertiſſimus eſt ejuſdem Svetonii locus in vita Claudii, ubi alarum Præfectum

 conji-

conjicit infra Tribuni dignitatem. Sic eoim ſcribit. *Equeſtres militios ita ordinavit, ut poſt cohortem alam, poſt alam Tribunatum legionis daret.* Implexum cæteroqui nodum facile tamen diſſolves ex ipſa forma locutionis, qua uſus eſt Svetonius in Claudio I ex qua licet conjicere, permutaſſe Claudium aotiquum ordinem militarium dignitatum io legione Romana, ut alia perſanè multa diſciplinę veteris innovaſſe Cęſares conſtat.

Præfectus annonæ militaris, ſive ejuſdem ſtructor & proviſor. Qui univerſi exercitus alimoniam curat, eique aſſervandæ, cuſtodieodæ, diſtribuendæque præeſt. *Commiſſario*, ſeu *Proveditor delle vettovaglie*. Huic ſubſunt mercatores alii caſtrenſes annonarii. *Vivandieri*.

Præfectus castrorum. Ad hoc muous non legebatur niſi qui diuturna ac diligenti militia operam ſuam probaſſet. Hujus erat curæ providere poſitionem caſtrorum, tabernacula militum & tentoria, valla & foſſas, item genus omne impedimentorum. Ægrorum etiam & Medicorum, oec oon expenſarum rationem habebat. Ad hæc vehicula, ſtramina, ferramenta, arma etiam omnis generis procurabat. De Præfecto caſtrorum meminit Tacitus lib. 1. *Non Tribunus ultro, non caſtrorum Præfectus jus obtinuit*. Idem lib. 12. *Prę fectum caſtrorum & legionorios cohortes extruendis apud Silutos prę ſidiis relictos circumfundunt*. Idem Tacitus ſæpiſſimè aliàs hujus Præfecti meotionem iniicit. De eodem Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 4. *Literas receptas Præfecti caſtrorum, a Tyranno relicti, T. Herminius & M. Horatius pro concione legerunt*. Denique de caſtrorum Præfecto, & ejus munere ita ſcribit Vegetius lib. 2. cap. 10. *Ad quem coſtrorum poſitio, valli & foſſæ æſtimatio pertinebat. Tabernocula vel caſæ militum, cum impedimentis omnibus, nutu ipſius curobantur. Præterea ægri contubernales & medici, a quibus curobantur, expenſæ etiam od ejus induſtriom pertinebant. Vehicula, ſagmarii, nec non etiom ferramenta. quibus moteries ferratur vel cæditur, quibus aperiuntur foſſæ, contexitur vallum aquæ ductus. Item ligno vel ſtramino, arietes, onagri, baliſtæ, cæteraque genera tormentorum, ne deeſſent oliquando, procurabat. Is poſt longam probatamque militiam peritiſſimus omnium legebatur: ut recte doceret alios, quod ipſe cum laude feciſſet*. Singulos ſingulis legionibus adfuiſſe caſtrorum Præfectos indicat Vellejus, qui in exercitu Q. Vari, ex tribus legionibus coonflato, tres recenſet Præfectos caſtrorum. Idem habemus ex Tacito lib. 14. *Pœnius Poſthumus Præfectus caſtrorum ſecundæ legionis*. Is magiſtratus militari odio ioprimis flagrare conſuevit ſeditionum tempore. Tacit. 1. Annal. *Præcipua in Aufidienum Rufum Præfectum caſtrorum ira, quem dereptum vehiculo ſarcinis gravant, aguntque in primo agmine, per ludibrium rogitontes, an tam immenſa onera, tom longa itinera libenter ferret. Quippe Rufus diu manipularis miles, dein centurio, mox caſtris Prę fectus antiquam duramque militiom revocabat, invictus operis & laboris: & eo immitior, quio toleraverat*. Licet autem animadvertere poſſet in milites aliis pœnis caſtrorum Præfectus, ad extremum tamen ſupplicium eidem progredi non licebat. Tacit. 1. Annal. *Præſenti duorum militum ſupplicio repreſſi ſunt. Juſſerat id Mennius caſtrorum Præfectus, bono magis exemplo, quàm conceſſo jure*. Præfectus caſtrorum Italis eſt *Quartier Maſtro*. Supremus caſtrorum Præfectus, *Quartier Moſtro generale*.

Præfectus Classis. Doctor, ſive Præpoſitus copiarum omnium navalium, atque triremium, univerſæque claſſis. Quæ de Duce terreſtrium copiarum diximus, communia illa ferè ſunt cum claſſis Præfecto. Peritiam inſuper hic univerſæ rei nauticæ, item ventorum ac ſiderum prorſus hauſiſſe debet. Quò enim magis incertæ ſunt rei maritimæ navaliſque viciſſitudines, eò major ſolertia ad ſubitos eventus, caſuſque difficiles explicandos eminere debet in Duce. Quodſi generis potius ſuffragio, qoam ex prærogativa meritorum atque excellentia in rerum navalium notitia claſſis Præfectus creatur, eò ille magis omni ſtudio conniti debet, ut aliorum ſententias conſulat, adlegatque minores magiſtratus peritiæ ſingularis, quorum ſtare judicio non erubeſcat. Ambitio ſiquidem cum rei nauticæ imperitia in multis claſſium Præfectis conjuncta ſæviſſimas clades, & nullis impeodiis ſarcienda infortunia peperit. Animadvertendum eſt virium maritimarum moderatores antiquitùs apud Romaoos fuiſſe Conſules vel Prætores. Pompejus Magnus Præfectus claſſis & oræ maritimæ dicitur in nummis. Inſtituti poſtea Duomviri oavales, de quibus actum eſt a oobis ſeparatim. Ex quo verò Auguſtus duas inſtituit claſſes, Miſenatium, & Ravennatium, binos etiam utrique præfecit viros ſpectatæ virtutis, eoſque Præfectos claſſis nominavit. Indicatur id a Vegetio lib. 4. cap. 32. *Liburnis, quæ in Campania ſtabant, Præfectus claſſis Miſenatium præerat, eas verò quæ in Ionio mari locotæ fuerant, Præfectus claſſis Ravennatium retinebat*. Iidem nonnunquam appellati leguntur Præfecti claſſis & oræ maritimæ, ut oon una propoſita antiquorum marmorum inſcriptione, oſtendit Schefferus de Milit. Naval. lib. 4. cap. 5. Unius interdum id genus imperii fuit: quandoque collegæ adhibiti, æquata iiſdem poteſtate. Id verò præſertim apud Græcos locum habuit, ut oſtenditur exemplo Alcibiadis, cui cum æquata imperii poteſtate additi ab Athenienſibus collegæ Nicias, & Lamachus. Apud eoſdem Gręcos ad nullum ea Præfectura certum tempus extitit, ſed modò brevior, modò longior ex populi arbitrio obtigit. Apud Romanos verò exacto anno remeandum erat in patriam, Prætoribus & ſucceſſoribus tradenda claſſis; niſi fortè iis fuiſſet extra ordinem imperium prorogatum. Præfecti claſſis apud Græcos tam magna pollenſque erat dignitas, ut Lacedæmonii legem tulerint, nequis eam dignitatem iteratò acciperet, ut ſcribit Xenophon Hiſt. lib. 2.

Præfectus Equitum. Obſervavimus in voce *Decurio* primùm electum Decurionem ex tribus qui in turma adnumerabantur interdum vocatum fuiſſe Præfectum. Verùm qui Præfectus eqoitum appellabatur, ampliorem dignitatem obtinuit: neque enim decuriæ ſolum aut turmæ, ſed equitum alis, atque adeo univerſo equitatui præfuiſſe, ſi equitum Magiſter abeſſet, non ſemel legitur. Cęſar lib. 3. Bell. Civil. Prę fectum equitum nominat C. Voluſenum, quem conſtat plures equitum turmas duxiſſe. Plutarchus etiam au-

author eſt in Cęſaris exercitu Pręfectum equitum fuiſſe Labienum, qui cum multa & maxima expediverit negotia, nequaquam vidatur unius decurię vel turmę ductor extitiſſe. Frontinus autem lib. 4. Strateg. cap. 1. Pręfectum equitum vocat Rufum, cui ſtatim alę Pręfecturam attribuit. Sic autem loquitur: *Domitius Corbulo in Armenia Æmilio Rufo Præfecto equitum, quia hoſtibus ceſſerat, & parum inſtructam armis alam habebat, veſtimenta per lictorem ſcidit.* Vide *Pręfectus alarum.*

Præfectus Fabrûm. Sic audit apud Hiſtoricos curator exactorque operum & laborum militarium, præſertim machinalium, & mechanicorum. Inſtitutio manavit a Servio Tullio Rege, qui, ut legitur apud Livium lib. 1. poſtquam cenſum inſtituit, duas addidit ſabrûm centurias, quæ ſine armis ſtipendia facerent: datumque illis munus, ut machinas in bello ſtruerent curarentque. Sed Cæſar lib. 5. Bell. Gallic. cum reficiendæ ſubitò naves eſſent, fabros ad id ex legionibus delectos eſſe ſcribit. Conquirebantur jam antea, & in tempore parabantur, qui earum rerum ſcientes peritique eſſent. Ad materiam verò comportandam utebantur jumentis plauſtriſque, quod apud Hiſtoricos frequentiſſimè legitur.

Præfectus legionis. De Pręfecto legionis Modeſt. in lib. de Nomin. Milit. Veget. lib. 2. cap. 9. *Proprius autem judex erat Præfectus legionis, habens comitivam primi ordinis dignitatem, qui abſente Legato, tanquam vicarius ipſius poteſtatem maximam retinebat. Tribuni vel Centuriones, cæterique milites ejus præcepta ſervabant. Vigiliarum ſive profectionis teſſera ab eodem petebatur. Si miles crimen aliquod admiſiſſet, auctoritate Præfecti legionis deputabatur a Tribuno ad pœnam. Arma omnium militum, item equi, veſtes, & annona, ad curam ipſius pertinebant.* Vide *Præfectus caſtrorum.*

Præfectus Prætorio. Magnæ is erat dignitatis locus: nam militibus præerat, qui Imperatoris corpus cuſtodiebant. Hæc dignitas uſque ad Conſtantinum Magnum duravit, qui, cum Prætoriani ad Maxentium defeciſſent, exautboratis eorum cohortibus, dirutoque caſtro Prætorio, non niſi in civilibus cauſis judicandi poteſtatem Præfectis Prætorio reliquit, ut fusè narrat Zoſimus l. 2. Equidem tanta polluit is Præfectus dignitate & authoritate, ut non arma duntaxat & res bellicas, ſed judicia etiam & maxima quęque Imperii negocia adminiſtraret. Et Auguſtus quidem prudenti ſanoque conſilio ex ordine equeſtri duos creavit Præfectos Prætorio, ut nimiæ potentiæ in utroque periculum arceret. Id quoniam non cavit Tiberius, in intima conſilia & Urbis regimen admiſſo Ælio Seiano, qui ſolus Præfecti Prætorio dignitate ex ſuo omnia moderabatur arhitrio, eam ob cauſam odio ipſe procerum & popularium obnoxius, in omnique urbano conventu a mordaciſſima plebecula laceratus, compulſus demum fuit ad tollendam invidiam, & armatas populi querelas, amantiſſimum cæteroqui adminiſtrum morti tradere, & furori plebis obiicere. Alii verò poſt Tiberium Cæſares Auguſti exemplum repetivere duobus creatis Præfectis. Et ex Lampridio quidem habemus tres Præfectos habuiſſe Commodum. Nam qui ævo poſteriori, cum Barbaræ nationes Romani Imperii fines invaderent, ad retundendum illarum furorem majore numero creati ſunt Præfecti Prætorio per varias ejuſdem Imperii regiones, iis ſcilicet non perpetuò, ſed pro belli neceſſitate ad certum tempus ea dignitas obtigit. Licet autem ex equeſtri tantum ordine, ut indicavi, moris fuerit Præfectos ſumere, mutatum tamen id eſt poſtea, aſcitique in Præfectos Senatores, cujus rei affatim exempla ſuppetunt in Codice apud Juréconſultos. Creato antiquitùs Præfecto Princeps ipſe parazonium, enſiculum nimirum zona alligatum, magiſtratus inſigne, accingebat. Legimus hinc apud Dionem, Trajanum, cum Præfecto Prætorio nudum gladium porrigeret, effatum illud memorabile adieciſſe; *Accipe hunc enſem, quo ſi rectè imperavero, pro me uteris, ſin minus, contra me vertes.* Prodeunti verò cum quadrijugo auratoque curru Præfecto, acclamabat populus fauſtis præconiis, certiſque plaudendi formulis, quas refert Caſſiodorus. Præfecti inſignia, nimirum auratum carpentum quatuor albis equis tractum; abacum albo tapete inſtratum, cum aliis non paucis ad ejus Præfecti dignitatem pertinentibus exhibet tibi Pancirolus in Not. Imp. Occident. cap. 2. & ſeqq. & in Not. Imp. Orient. cap. 5.

Præfecti sociorum. Cum Romanorum legiones a Tribunis gubernatas fuiſſe in confeſſo ſit apud omnes, quam Tribuni poteſtatem in Romanos legionarios, eandem Præfecti duodecim ab Imperatore conſtituti exercebant in ſocios, ſive auxiliares copias, ut tradit Polybius Romanæ militiæ deſcriptor accuratiſſimus. De iiſdem Præfectis Livius lib. 26. *Fulvius Tribunis militum ac Præfectis ſociorum imperavit, uti duobus millibus equitum delectis denunciarent, ut ad tertiam buccinam præſto eſſent.*

Præfectus vigilum. Cum ingens exortum incendium Urbem vaſtaſſet, ad prohibendam in poſterum latè manantem perniciem ab ędium conflagratione, Urbis regionibus ſeptem militum cohortes Auguſtus attribuit, Tribunoſque eiſdem deſignavit, univerſoque huic operi excubitorio Præfectum vigilum impoſuit. Narrat id Dio lib. 55. in Auguſt. cap. 30. Sveton. etiam in ejus vita cap. 30. *Adversùs incendia*, inquit, *excubias nocturnas, vigileſque commentus eſt.* Antiquitùs quippe ea procuratio penes Triumviros cum Ædilibus ac Tribunis plebis erat. Providebat etiam idem Præfectus, nequid populus ebrioſus & inſolens per noctem turbaret. Compeſcendis porrò latronibus, furibus, & effractoribus proficuam operam impendebat. Præfecti vigilum dignitas æquabatur olim Præſidibus & Proconſulibus. Verùm poſtea, quod optimorum ſatum eſt quoddam inventorum, cum improbis ac nequiſſimis quibuſque Præfectis ipſis conſpirantibus, morbo nocentius remedium evaſit. Id fuit cauſæ, quamobrem, antiquata vigilum Præfectura, Juſtinianus Prætorem plebis incendiis arcendis aut extinguendis præficeret.

Præfectus Urbis. Magiſtratus fuit apud Romanos ex urbano & bellico temperatus. Cauſa illius creandi ab ipſis Romę primordiis extitit per occaſionem abſentiæ Regum, Conſulum, Prætorumque, quorum præſentem operam finitimorum turbæ, acceptæque injurię, aut alię graviores cauſæ ita depoſcerent, ut eoſdem extra

Ur-

Urbem bella adminiſtrare aut quomodolibet agere cogerent. Tunc etenim a ſupremis Magiſtratibus ſive Regibus deſignabatur Urbis Pręfectus, cum eorundem vicaria poteſtate, cujus eſſet vigilanter proſpicere,ut tuta eſſent omnia ab hoſtili sggreſſione & incurſu, ut probè communita ſervaret loca, ne commovere ſe plebs, aut tumultu poſſet inſoleſcere. Aderat proinde Pręfectis Urbanis facultas conſcribendi recenter militem,idoneam juventutem armandi,muros verò civitatis turreſque pręſidiariis cohortibus omnique genere munitionis firmandi. Iidem, quemadmodum commemoratis rebus abundè proviſis, publicam tuebantur quietem, ſic etiam ęquitati atque juſtitię cuſtodiendę, Juri dicundo prę-erant, cauſaſque quantilibet momenti cognoſcebant. Quamvis autem Urbi duotaxat ejuſque ſuburbiis pręeſſent, demandati tameo illis exercitus, comparandęque annonę omniſque militaris apparatus negotium traditum. Conditorem ipſum Urbis Romulum per bellorum neceſſitatem eo Magiſtratu primum omnium fuiſſe uſum, & Dentrem Romulium Pręfectum Urbis inſtituiſſe, mox liquebit ex afferendis Taciti verbis. Ex eodem Hiſtorico diſcimus Numam Martium, aliis Mumartium, a Tullo Hoſtilio, Spurium verò Lucretium a Tarquinio Superbo impoſitos Urbi cuſtodes. Et antiquitus quidem breve erat & temporarium Præfecti Urbis imperium: quare tanquam rem novitii exempli continuatam a Piſone per annos omninò viginti eam Pręfecturam enarrat Tacitus lib. 5. ubi ita loquitur de eodem Piſone: *Sed prępipua ex eo gloria, quod Pręfectus Urbis recens, continuam poteſtatem, & inſolentia parendi graviorem mirè temperavit. Namque antea profectis domo Regibus, ac mox Magiſtratibus, ne Urbs ſine imperio foret, in tempus deligebatur, qui jus redderet, ac ſubitis mederetur; feruntque ab Romulo Dentrem Romulium, poſt ab Tullo Hoſtilio Numam Martium, & ab Tarquinio Superbo Spurium Lucretium impoſitos, dein Conſules mandabant.* Obſolevit tamen proceſſu temporis honorifica primùm procuratio, cum paſſim viri patricii exiſtimarent longè honeſtius eſſe procul & remotis in provinciis bellum gerere, quàm urbanis ſe negociis admiſcere, ac veluti contactu plebis evileſcere. Quamobrem factum, ut Q. Servilius eum Tribunos cerneret eam Pręfecturam detrectantes, filium extra ſortem urbi pręfecerit. Refert id io hunc modum Livius Dec, t. l. 4. *Facto S. C. ut duo ex Tribunis ad bellum proficiſcerentur, unus res Romę curaret: certamen ſubito inter Tribunos exortum: ſe quiſque belli Ducem potiorem ferre: curam Urbis, ut ingratam ignobilemque aſpernari. Cum parum decorum inter collegas certamen mirabundi Patres conſpicerent, Q. Servilius, quando nec ordinis hujus ulla, inquit, nec Reipublicę eſt verecundia, patria majeſtas altercationem iſtam dirimet: filius meus extra ſortem urbi præerit.* Sed nonniſi ex gente patricia ſpectatęque proſapię viri in hunc Magiſtratum adlegebantur, licet apud Euſebium commemoretur M. Meſſala Corvinus, ſexto poſt die ea pręfectura ſe abdicans, quaſi parum civili & digna viro patricio. Hujus tamen abdicationis cauſam aliò refert Tacitus l. 5. *Primuſque Meſſala Corvinus eam poteſtatem, & paucos intra dies finem accepit quaſi neſcius exercendi*, Ea dignitas appellatione cuſtodis Urbis notata frequenter legitur apud Scriptores. Juven. Satyr. 13.

Hæc quota pars ſcelerum, quę cuſtos Gallicus
Urbis
Uſque a Lucifero, donec lux occidat, audit.

Fuit autem Rutilius Gallicus Urbis Præfectus Domitiani tempore. De eodem occurrit etiam mentio apud Statium lib. 1. Sylvar. 4.

es Cælo, Diis es, Germanice, cordi.
Quis neget? erubuit tanta ſpoliare miniſtra
Imperium Fortuna tuum.

Et paulò poſt:

Quippe manet, longumque ævo redeunte manebit,
Quem penes intrepidę mitis cuſtodia Romę.

Alia ſuper hęc de Urbis Præfecto vide apud Alexand. ab Alex. lib. 6. cap. 20. Genial. dier., & ibidem conſule notas Tiraquelli.

PRÆJURATIONES. Vide *Juramentum*.

PRÆLIO VICTUS, NON SELLO. Proverbiale dictum, cujus author memoratur Lucilius. Neque enim qui in uno vel altero ſucceſſu ſuperior evaſit, victor in bello dicitur. Bellum ſiquidem totum illud tempus dicitur, quod in armis & diſcordia partium defluit, etiamſi nulli bellici conflictus intercedant. Quamobrem ſæpe accidit, ut uno vel altero prelio victores, ubi pax bellum dirimit, victi reperiantur.

PRÆLIUM, ii. Conflictus, dimicatio. Differt a bello. Nam bellum eſt totum tempus, quo hoſtes ſunt in armis; prelium tempus eſt ſolùm hoſtilis congreſſus. Hinc multi Duces prelio victores, bello ſunt victi. Differt etiam a pugna; nam in una pugna multa ſæpe ſunt prelia; aliudque in cornibus, aliud in media, vel extrema acie geritur. Prelium a bello diſtinguit Virgil. l. 11.

Infantem fugiens media inter prælia belli.

Item Liv. l. 10. Bell. Pun. *Faſſus in Curia eſt non prelio modo ſe eſſe, ſed bello victum.* Et Tacit. de Morib. German. *Alios ad prelium ire videas, Cattos ad bellum.* Vide plura in Tit. *Pugna.* Sunt qui prælum & prelium a proluendo derivent: ut enim ſub prælo vinum, ſic in prelio ſanguis effluit.

PRÆLIOR, aris. Dimico, Cæſ. l. 5. Bell. Gall. *Ex equis deſiliunt, & pedibus preliantur.*

PRÆLIATOR, oris. Tacit. in Dialog. *Plures tamen bonos preliatores bella, quàm pax, ferunt.* Valer. Max. lib. 2. cap. 2. *Quod ad preliatorum excellentem fortitudinem attinet.* Juſtin. lib 16. *Belli Dux & preliator inſignis.*

PRÆLIARES DIES. Hoc etiam in religionis partē apud Romanos venit, quod cavendum ſibi reputarint in bella procedere iis diebus, quos memorabili aliqua accepta clade, vel alia Deorum indignatione & publicis infortuniis inter nefaſtos notaſſent. Singularis quippe & irreligioſi exempli habitum, quod de Severo ſcripſit Herodianus lib. 3. *Iter faciebat ſine intermiſſione, neque feſtos dies, neque labores ullos magnopere curans.* Preliares verò dicebant dies, quibus fas eſſet hoſtem laceſſere, & res repetere: per quos verò dies nefas erat capeſſere arma, religioſos illos appellabant. Sic autem de diebus religioſis Feſtus: *Religioſi dies, quibus niſi quod neceſſe eſt, nefas habetur facere, quales ſunt ſex & triginta Atri qui appellantur, & Allienſes, &*

ii,

Digitized by Google

ii, quibus mundus Cereris patet. Frontinus lib. 4. cap. ult. *Publius Scipio in Lydia exhortatus eſt fratrem, ut poſtero quamvis religioſo die prę- lium committeret*. Ubi nota rem novam & inuſitatam fuiſſe religioſo die manus eum boſte conſerere. Qui verò dies notati eſſent rebus adverſis; & quid intelligi debeat nomioe mundi Cereris apud Feſtum, atque adeo apud Macrohium, doctè ſtudioſèque perquirit & ediſſerit Valtrinus de Re milit. lib. 1. cap. 7. Quibus a Valtrino collectis alia quæpiam addit Naudæus Syntag. de Stud. Milit. lib. 2. Hoc etiam religionis caput hauſere ſcilicet a Græcis Romaoi. Athenienſes certè nonniſi poſt ſeptimum menſis diem ex antiqua rellgione & præſcripto legis educebant eopias, ut tradunt Suidas & Heſichius. Lucianus autem Dial. de Aſtrolog. obſervat Lacedæmooios non eonſueſſe prodire io pręlium ante plenilunium ex inſtituto Lyeurgi. Germanis nefas erat lege patria luna deficiente inire pugnam, ut refert Plutarchus in vita Cæſaris. Enareat porrò Cęſar ipſe de Bell. Gallic. lib. a. victum fugatumque a ſe Arioviſtum, quooiam violato veteri inſtituto, decreſeeote luna pugnaſſet. Sie autem ſcribit: *Cęſar in Gallia, quia compererat Arioviſto Germauorum Regi inſtitutum, & quaſi legem militibus non pugnandi decreſeente luna, tum potiſſimum acie commiſſa, impeditas religione hoſtes vicit*. Exploratum verò cuilibet eſt quam religioſè Judæi coluerint Sabbatha. Addo ex Diooe lib. 7. expugoatas a Pompejo Hieroſolymas, quoniam eo die detrectareot Judæi urbem defendere. Recens poſtremò Chriſtifidelium militia ſuos etiam obſervat colitque faſtos nefaſtoſve armis tractandis dies. Singulę fermè nationes, atque adeo noo pauci armorum moderatores privatos aliquot ac Cœlitibus dieatos dies habeot, quos ioferendo bello eopiiſque educendis, multorum certaminum collecta experientia, pro ſua quiſque pietate ac religione ducunt auſpicatiſſimos. Jam quod Romanos attinet, ſupereſt adootare commemoratam dierum religionem tunc ſolum ab ipſis cuſtoditam, cum bellum priores inferrent. Neque enim ulla dierum ſanctitas obſtitit quominus illatam vim repellerent, remque publicam propugnareot quocuoque demum anoi die, ut diſertè tradit Macrobius lib. 1. eap. 16.

Præmia militaria. Hoc etiam nomine ampliſſima, qua potiti ſunt, Imperii vaſtitate digniſſimi fueeunt Romani, quod illis præmium & pœna, quod geminum eſt & validiſſimum bellicæ diſciplinæ firmamentum, in parato eſſent. Quemadmodum enim, aut palam delinqueotibus, aut ſe in operibus bellicis exercentibus negligeoter pœuarum erat intentatus metus; ſie operam ſuam oaviter & impigrè eommodantibus prępmiorum erant propoſita commoda & immunitates. Prężter enim quam quod eorum, qui eum laude ſingularis vlrtutis, meritiſque in Rempoblicam, inter vivos eſſe deſierant, admodum honorifica ratio habebatur, iiſque ſtatuę, columoę, obeliſci com epitaphiis, & commemoratione laudum in omnem poſteritatem valitura erigebantur: ſie ſuus etiam vivls hooos, ſua præconia, quaotæque eadere poſſunt in exiſtimationem magnę virtutis, publieę ſignificationes perſolvebantur. Neceſſe erat proinde ſtrenue & fortiter eos dimieare, qui labores ſoos honore & eompendio oon earituros cernebant. Nihil quippe eſt verius, quam minime a mortalibua ea experi, ex quibus nullos fructus ſe conſecuturos eſſe provident. Hinc poſtquam apud Romaoos debita virtuti pręmiorum emolumeota occupavit ambitio, & dona honoreſque militum, vitio & avaritiá Imperatorum, venales eſſe cœperuot, eooſenuit extabuitque vigor omnis diſeiplinę veteris, & deplorandum in modum eorrupti mores eaſtrenſes: hine rapinę, ſurta, latrocioia, & qua nulla prępſentior peſtis diſciplinę, violentia & eontumacia cum impunitate conjuocta. Multiplex autem pręmiorum geous apud Romanos ſuit. Et primò quidem munera militaria; Centurionatus quippe, Prę- fecturę, Decurionatus, Optionatus, alięque progreſſiooes per omnes militię gradus. Item diviſio prędę ex hoſtibus captę, & aucta vel duplicata ſtipeodia: in quo geoere ſummam laudem promeruit Alexander Severus, de quo apud Lamprid. legitur: *Aurum, & argentum rarò eniquam niſi militi diviſit: nefas eſſe dicens, ut diſpenſator publicus in delectationes ſuas & ſaorum converteret id, quod provinciales dediſſent*. Ad famę propagationem pertinebant laudes ab Imperatore pro concione & ſuggeſtu publicè exhibitę, encomia, hymoi, epinicia: Ut enim prępclarè ſcripſit Cicero pro Archia: *Nec quiſquam eſt tam averſus a Muſis; qui non mandari verſibus æternum ſuorum laborum facilè præconium patiatur*. Ad hęc coronarum genera, civiea, muralis, obſidionalis, eaſtrenſis, navalis, triumphalis. Item triumphi, trophęa, & perpetua omnis generis monumenta. Poſtremò dona ab Imperatoribus publicè tradita, honeſtiſſimaque per omnem vitam, etiam in pacis otio, retinenda geſtamina, armillę, phalerę, haſtę purę & donaticę, torques, monilia, aliaque ejus generis, quę affatim exponimus ſepaeatim. Subiicio tantùm admirabile exemplum L. Sieinii Dentati, eujus prodigioſa virtus in omnigena prępmiorum varietate, quę cooſecutua eſt, mirandum in modum enituit; de quo hęc eefert Gellius lib. a. cap. 11. *L. Sicinius Dentatus pugnaſſe in hoſtem dicitur centum & viginti prœliis, cicatricem averſam nullam, adverſas quinque & quadraginta tuliſſe: coronis eſſe donatum aureis octo, obſidionali una, muralibus tribus, civicis quatuordecim, torquibus tribus & octoginta, armillis plus centum ſexaginta, haſtis duodeviginti: phaleris item donatus eſt quinquies viciesque*. De eodem ſic ſcribit Valer. Max. lib. 3. cap. 2. *Novem triumphales Imperatorum currus ſecutus, totius civitatis oculos in ſe numerosâ donorum pompâ convertit. Præferebantur enim aureæ coronę octo, civicę quatuordecim, murales tres, obſidionalis una, torques centum octoginta tres, armillę centum ſexaginta, haſtę octodecim, phalerę viginti quinque: ornamenta etiam legioni, ne dum militi ſatis multa*. Vide *Dona Militaria*, & Titulos prępmiorum ſingulares. Conſule Sigon. de antiq. Jur. Civ. Rom. c. 15. & Alex. ab Alexandro Genial. l. 4. c. 18.

Præmœnio, ia. Prępmunio. Gell. lib. 13. eap. 26. *Os ſuum manibus appoſitis, quaſi vallo præmœniunt*. Vide *Mœnia*, & *Murus*.

Præmunio, is. Ante munio, Cęſar 3. Bell. Civil. *Iſthmum prępmunire inſtituit*.

Præ-

Digitized by Google

Præmunitio, onis. Anterius munimen. Alio tranſtulit Cicero 3. de Orator. *Prȩmunitio eſt etiam ad id quod aggrediare, rejectio in alium.*

Præpilatæ hastæ. Non ſunt quæ ferreas habent cuſpides, quaſi præferratæ, ut paſſim exponi ſolent; quod bene advertit Scaliger in Titium: ſed ſunt omninò ligneæ, nullo ferro admixto, rotundæque in capite, acumine obtuſo ad modum pilæ luſoriæ; ex qua originem habent, non a pilo, quod jaculi genus eſt. Id plane evincitur Scriptorum veterum teſtimoniis, apud quos veris ferreiſque jaculis præpilata opponuntur. Difertè Quintil. l. 5. Inſtit. *Declamationes, quibus ad pugnam, velut præpilatis exerceri ſolebamus.* Ubi animadvertis æquiparari allocutionibus declamatoriis, quæ in pulvere ſcholaſtico fiebant exercitationis cauſâ, ut eſſent proluſio ad pugnaces atque forenſes orationes. Non abſimile quidpiam occurrit apud Hirtium de Bello Africo, ubi Cæſar ſuos aſſuefacit milites ad Elephantorum aſpectum ſuſtinendum: *Equites in eos pila prȩpilata conjiciebant; atque in conſuetudinem equos patientiâ beſtiarum adducebant.* Ubi pila a prȩpilatis ſejungens, oſtendit conjecta illa in Elephantos non fuiſſe, ut vulgaria erant ex ferro. Item de Elephantis Plin. lib. 8. cap. 6. *L. Piſo introductos duntaxat in Circum, atque ut contemptus eorum creſceret, ab operariis haſtas prȩpilatas habentibus, per Circum totam actos &c.* Sicubi verò in veris atque legitimis conflictibus præpilatorum occurrit uſus, nihil neceſſe eſt illa de ferratis pilis exponere; cum ſatis conſtet etiam palos, vallos, ſudeſque, quæ profectò nihil ferri habent admixtum, in ejuſmodi præliis fuiſſe uſurpatas, ut docuimus in voce *Sudes*, & alibi.

Præpilo, as. Occurrit apud Ammianum lib. 16. *Præpilabantur miſſilia, & Germani agmen noſtrorum equitum invaſere.* Præpilare ibi eſt præjaculari ſive uti haſtis præpilatis, juxtà ſententiam ſuperiùs expoſitam.

Præpositus, i. Præfectus. Magiſtratu gaudens aliquo, ſed ferè apud Scriptores militari. Sveton. in Galba cap. 12. *Præpoſitos Procuratoreſque ſupplicio capitis affeciſſet.* Idem in Othone cap. 1. *Quod motu Camilli ex pœnitentia Prȩpoſitos ſuos occiderant.* Tacit. in Agric. *Diſcordiam Præpoſitorum ſubiectis exitioſam.*

Præpositura, æ. Dignitas & officium Præpoſiti. Lamprid. in Alex. *Qui aut Præpoſituras, aut Provincias acceperant.*

Præsentes. Locus eſt Lampridii in Alexandro: *Si unquam alicui Præſentium ſucceſſorem dedit, ſemper illud addidit, Gratias tibi agit Reſpublica.* Ubi Prȩſentes rectè Salmaſius exponit Prȩſides militum. Ut enim Præſides ſunt, qui prȩſident, ſic Præſentes, qui præſunt. Eandem locutionem habes apud eundem Lamprid. in Geta: *Siquid acciperet a Præſentibus, id ad ſuum contulit cultum, neque quidquam cuiquam dedit.* Legitur etiam apud Juſtinianum Præſens pro Præſide: *In Berytenſium autem civitatem tam vir clariſſimus, Prȩſens Pœnicæ Maritimæ, quàm Beatiſſimus ejuſdem civitatis Epiſcopus, & legum profeſſores &c.* Hinc in Notitia Imperii, & apud alios Scriptores eorum temporum ſæpe fit mentio Magiſtri Præſentalis militum, & Equitum Præſentalium; qui potius exponi debent ad eandem ſententiam, quàm ab eorum præſentia in Urbe, ut aliorum ſententiam ſequuti nos indicavimus in Tit. *Agentes in rebus.*

Præsentia Imperatoris. Duo ſunt, quæ magnopere deſiderant depoſcuntque præſentem Ducem: ratio atque neceſſitas rerum agendarum, & vigor manipularium, quos vehementer inflammat Imperatoris aſpectus. Utque hinc exordiar; haud ſatis ſcio validiorene ullo argumento confici poſſit, quanti milites Imperatoris præſentiam faciant, quàm exemplo Craſſi. Plutarchus in ejus vita: *Craſſi verò, etſi omnium eum calamitatum authorem exiſtimarent, conſpectum & vocem deſiderabant tamen.* Florentiſſimas Craſſus legiones amiſerat, memorabili clade affectus a Parthis. Reliquiæ tamen copiarum Ductoris extincti triſtiſſimo deſiderio angebantur. Ducem requirebat ardor militaris: incautum & furioſum diſſimulabat. Cæſi commilitones, deletus exercitus, inuſta Romano nomini perpetui dedecoris nota non tanti fuere, quin pernicioſum Ducem mallent habere, quàm nullum. Uſus certe militiæ diuturnus, & obtemperandi conſuetudo ſic adiungit Imperatori ſuo animos militum, ut eos legionarii non modo vereantur, verùm etiam impensè diligant & in amoribus habeant. Ad hunc modum Achilles Chironi Centauro in diſciplinam traditus, cum ſomni capiendi tempus appeteret, in Centauri magiſtri ulnis & pectore, potius quàm in ſinu Thetidis genitricis præſentis, maluit acquieſcere. Stat. Achill. 1.

Nox trahit in ſomnos: ſaxo collabitur ingens
Centaurus: blandiſque humeris ſe innectit Achilles,
Quamquam ibi fida parens; aſſuetaque pectora mavult.

Iterum non abſimili ratione & conſilio moderatores ſuos reſpiciunt milites, atque ægroti medicum, & amiciſſimos quoſque, qui in ærumnis aut aliqua perturbatione verſantur. Philemon:

An ſicut ægri, quos premit gravis dolor,
Medicum ubi viderint, dolere deſinunt;
Sic quando mœror quempiam occupaverit,
Adeſſe amicum ſi videt, mœret minus?

Non igitur admirationem provocant, quæ leguntur interdum apud Hiſtoricos de militum in Duces benevolentia. Curtius lib. 4. *Curru Darius, Alexander equo vehebatur. Utrunque Regem delecti tuebantur, ſui immemores: quippe, amiſſo Rege, nec volebant ſalvi eſſe nec poterant.* Jam verò nulla incitamenta ſic alacritatem militarem exacuunt, quemadmodum Imperatoris vox atque conſpectus. Hinc notatu digna illa apud Arrianum lib. 1. *Memnon Rhodicus monuit non eſſe cum periculo confligendum cum Macedonibus, qui & peditatu ſuperiores eſſent, & præſentem haberent Alexandrum; ipſi verò Darium abſentem.* Adde Egeſippum lib. 1. de Tito: *Romanus vehementior aderat, quem totius ſpectator certaminis Titus vel tacitus urgebat.* Et Liv. lib. 26. de Scipione: *Teſtis ſpectatorque virtutis atque ignaviæ cujuſque adeſt. Itaque in vulnera ac tela ruunt; neque illos muri, neque ſuperſtantes armati arcere queunt, quin certatim aſcendant.* Et iterum de Dario Curtius lib. 4. *Ipſe non patrio more ſolùm, ſed etiam ut conſpici poſſim, curru vehor.* Accenſe Virgil. lib. 9.

Tum

Tum verò incumbunt : urget præſentia Turni. Et Silium lib. 5.

præſentia ſævi
Extimulat Ducis.

Hinc Cæſar teſtatur milites ſuos capita nudaſſe galeis, ut in conflictu ab ipſo noſcerentur. Hinc porrò frequentes formulæ, quibus gratulantur ſibi milites Ducis, tanquam Dei alicujus, adventum. Ammianus lib. 15. de Juliano : *Communiumque remedium ærumnarum in ejus locabat adventu ; ſalutarem quendam Genium affulſiſſe conclamans.* Liv. lib. 9. *Opem, quam vix Dii Immortales ferre poterant, ab Ducibus expoſcunt.* Adde Horat. lib. 4. Od. 5.

Lucem redde tuæ, Dux bone, patriæ :
Inſtar veris enim vultus ubi tuus
Affulſit, populo gratior it dies,
Et ſoles melius nitent.

Facetum inprimis audituque jucundum eſt quod narrat Polyænus lib. 7. de Pariſade Ponti Rege. Is tres in acie veſtes habere conſuevit : alteram, qua ordines inſtruens, & ſuos alloquens ab omnibus conſpici poterat : alteram, qua in periculo & re dubia ſuis quidem, non verò hoſtibus noſcebatur : noviſſimam, qua fugiens, rebus perditis, ſuos juxta hoſteſque fallebat. Quanto huic diſſimilis minor Cato, de quo Appianus lib. 4. Bell. Civ. *Poſtremò depoſita galea ſe hoſtibus ingerit, ſive ut agnoſceretur, ſive ut periret facilius, ſive utraque de cauſa.* Quæ conſtantia & firmitas, ſuoſque ubique animandi ſtudium uſque adeo invaluit, ut, ſi acceptis vulneribus retardari contingeret Duces copiarum, lectica vel aliter oſtendi ſe juſſerint, membriſque ſauciatis, vel aggreſſu morborum ægro corpore, nihilo infirmiorem animum oſtenderint. Liv. lib. 24. *Ibi iterum Scipio lecticulà in aciem illatus conflixit, nec dubia victoria fuit.* Et Plutarchus in Eumene : *Antigonus ex captivis audiens implicitum morbo Eumenem, & lectica geſtari graviter affectum, haud magni negotii duxit laborante illo alios obterere. Quapropter maturavit acie dimicare. Ut verò hoſtium inſtructorum figuram & ordinem eſt contemplatus, diu attonitus ſubſtitit. Mox lectica conſpecta, quæ ab uno cornu ad alterum circumferebatur, cachinnatus ſuo more Antigonus ait ad amicos : Hæc nimirum eſt lectica, quæ infeſta nobis ſtat.* Ejuſdem exempli eſt illud Agathiæ lib. 11. *Cum jam gravis annis, & a multo tempore utroque pede claudus eſſet, nullos labores detrectabat ; ſed lectica geſtatus in aciem prodibat, hoſtibus terrorem incutiens, & ſuos animans atque exhortans.* Poſtremò Appianus de Mithridate poſt vulnus in prœlio acceptum : *Tandem Timotheus medicus, cohibito ſanguine, ſublimem illum eis oſtendit : ſicut olim in India Macedonibus de Alexandro ſolicitis, Rex ipſe in navi ſe curandum præbuit, ut eſſet ſpectaculo omnibus.* Eam ob cauſam adverſam Imperatorum valetudinem, vel etiam vitæ exitum in conflictu, occultari, clamque hoſtes haberi, permagni intereſt ad rem militarem ; ne ſcilicet hoſtibus animi accreſcant, & exercitus quaſi cum ipſo Duce exanimatus collabatur atque ſuccumbat, juxta illud Taciti lib. 4. Hiſtor. *Credita per utrunque exercitum fama vulneratum aut interfectum, immane quantum ſuis pavoris, & hoſtibus alacritatis indidit.* De occultata Imperatorum morte Liv. lib. 41. *Ipſe dum incautus ante ſigna obverſatur, miſſili trajectus cecidit, nec hoſtes ducem occiſum ſenſerunt : & ſuorum pauci qui viderant, haud negligenter, ut qui in eo victoriam verti ſcirent, corpus occultavere.* Eodem recidunt ejuſdem Hiſtorici verba illa lib. 3. *P. Valerius inter primores pugnam ciens interficitur. P. Volumnius Conſularis vidit cadentem : is dato negotio ſuis, ut corpus obtegerent, ipſe in locum vicemque Conſulis provolat.* Tametſi verò ubique & in quolibet eventu fortunæ, ingens militibus præſidium & levamentum præſentia Ducis apportet ; ea tamen longe maxime proficit in ſubito rerum caſu & accepto ab hoſtibus damno. Quemadmodum enim in repentina tempeſtate, cum prærupti aquarum montes navigio ſuperſtant, & pugnantium ventorum vis vela diſcerpit, malumque diffringit, ne ad eam periculi mortiſque imminentis faciem vectores dejiciant animos, ſolet navarchus aut gubernator timore omni atque triſtitia intus obtruſa, hilarem vultum induere, gnarus a ſui oris habitu verbiſque omnium pendere ſalutem ; non ſecus Imperator cultu & verbis ad præſentem rerum ſtatum, ac præſertim adverſum, accommodato, perficit ne præſens diſcrimen aut clades ſic afficiat militum animos, ut a re fortiter gerenda in deſperationem fugamque tranſiliant : imitatus nimirum illud Æneæ apud Virgil.

Spem vultu ſimulat ; premit altum corde dolorem.

Extat ejus rei luculentiſſimum documentum apud Senec. ad Polyb. 24. *Quod Duces magni faciunt rebus afflictis, ut hilaritatem de induſtria ſimulent, & adverſas res adumbrata lætitia abſcondant, ne militum animi, ſi fractam Ducis ſui mentem viderint, & ipſi collabantur ; id nunc tibi quoque faciendum eſt.* Talem ſe exhibebat ſuis militibus Ageſilaus, de quo ita Xenophon : *Et conſueſcerat ſe, ut quoties in metu eſſet, hilaritatem præferret.* Idem de Cæſare Lucanus lib. 10.

vultu ſemper celante timorem
Intrepidus.

Vide plura in Tit. *Exemplũ Imperatoris*, & *Lectica*.

2. Planum porrò erit perſpicere quantam vim afferat Ducis præſentia in omni adminiſtratione bellica, ac præſertim in conflictu & oppugnatione. Ea certe pluſquam dimidiam rei militaris partem ac totum pene aſſem bellicum vindicat ſibi. Enimverò militum paucitas, annonæ & machinarum inopia, & ſimilia aliquo modo ſarciri poſſunt Duce ſuperſtite : hujus verò interitus vel abſentia nullis adjumentis reparari, nullis penſari poteſt auxiliis. Quamobrem potiſſimus in conflictu hoſtium niſus eſſe ſolet in Duce quærendo, eodemque quomodolibet tollendo de medio. Tacit. Annal. lib. 4. *Differtur per manipulos Tacfarinatem omnes notum tot prœliis conſectentur : nonniſi Duce interfecto requiem belli fore.* Oſtendit id præ cæteris Mithridates, qui Armeniorum exercitu ſæpiùs fuſo cæſoque, ſuperſtes tamen ipſe, cladibus major, & fortuna iniquiore audacior, reſtauravit ſæpe bellum adversùs Romanos, ut late traditur a Plutarcho, & aliis. Idem luculenter teſtificatus eſt Epaminondas, qui dum inter vivos eſſet, Thebanorum gloriam & nomen mirificè illuſtravit ; quorum decus omne cum ejuſdem interitu

penitus concidit, atque omnis prope deleta eſt memoria Thebanorum. Cornelius Nepos in ejus vita: *Nam neque hunc ante Ducem ullum memorabile bellum geſſere; nec poſtea virtutibus, ſed cladibus inſignes fuere: ut manifeſtum ſit, patrię gloriam & natam & extinctam cum eo eſſe.* Immenſa prope compendia, quæ Imperatoris præſentiam conſequuntur, efficiunt, ut adhibita cautione in prœlium progredi Duces oporteat non tam propriæ vitæ, quam totius exercitus ſaluti conſulentes. Demonſtratur id exemplo Marcelli, cujus in bello cæſi cadavere inſpecto, Annibal collaudavit quidem ſtrenuitatem, quæ propria militis eſſet; deriſit verò temeritatem, qua projeciſſet vitam, in qua ſalus publica verteretur. Appianus in Annibalicis: *Ejus cadavere potitus Annibal, poſtquam adverſa vulnera vidit, ut militem laudavit, ſed ut Imperatorem cavillatus eſt.* Verùm ſuper hoc argumento copiosè prolocuti ſumus in Titulo *Dux*, & in Titulis ſingularibus virtutum Imperatoriarum.

Præsidatus, us. Dignitas Præſidis. Vox familiaris Scriptoribus Hiſtoriæ Auguſtæ. Vopiſcus in Carino: *Tunc autem Præſidatum in Dalmatia adminiſtrabat.* Etiam apud Trebellium: *Tetricus Præſidatum in Gallia rexiſſe dicitur.* Vide *Præſides.*

Præsides. Qui provinciæ, cœtui, vel rei cuipiam præſunt. Etiam exercituum Pręſides dixit Livius copiarum Ductores. Statius autem lib. 10. Theb.

Quatuor errantes Danaûm ſine Præſide turmæ.

Ad quem locum vide animadverſiones Barthii. Livius lib. 6. Capitolino præſidio Præfectum Præſidem appellat his verbis: *Siccine Dii Deæque qui Capitolium incolitis, veſtrum militem ac Præſidem ſinitis vexari?* Speciatim verò Præſides nuncupabantur, qui a Cæſaribus cum ſummo imperio mittebantur in provincias. Auguſtus quippe provinciarum ita partitionem inſtituit, ut quaſdam juris ſecerit populi Romani, quas regebant Proconſules, aut Proprætores; & Proconſulares quidem provinciæ duæ erant pręſertim, Aſia & Africa; Proprætoriæ verò decem potiſſimum, quas recenſet Strabo lib. 17., reliquas verò provincias ſibi retinuerint Cæſares. Harum aliis, ut cenſet Salmaſius ad Spartian. in Adrian. præficiebant viros modò Conſulares, modò Prætorios, qui inde appellabantur Legati Conſulares, vel pro Prætore, quod a nobis eſt obſervatum in Titulo *Conſulares.* Aliarum verò regimen demandabatur viris ox ordine equeſtri, qui eiſdem præorant nomine Præſidum, vel Procuratorum: & hi quidem minores adminiſtrabant provincias. De his crebra mentio apud Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ, eundem Magiſtratum promiſcuè appellantes Procuratores & Præſides, ut prolatis exemplis oſtendimus in Titulo *Procuratores.* Quod autem legitur apud Vopiſcum in Probo, indultum ab hoc Senatui, ut jus Prętorium daretur Præſidibus, id ſcilicet fuit, Præſides cum juro Prætorio in provincias mittere; ad eundem fere modum, quo Conſulares Legati dicebantur, qui licet nunquam fuiſſent Conſules, moderabantur tamen provincias Cæſarianas authoritate & jure Conſulari. Vide Salmaſium indicato ſuperiùs loco, & apud nos Titulum *Provincia.* Addo ex Lampridio in vita Severi, quam honorificè Cæſar ille habere ſoleret Præſides in ſuo Magiſtratu laudem promeritos. Sic autem ſcribit: *Præſides provinciarum, quos vere, non factionibus, laudari comperit, & in itineribus ſemper ſecum in vehiculo habuit, & muneribus adjuvit, dicens; & fures a Republica pellendos, ac pauperandos, & integros eſſe redimendos, atque ditandos.*

Præsidales provinciæ. Memorantur non ſemel a Spartiano in Adriano. Sic autem fuerunt appellatę quas Auguſtus in partitione provinciarum ſibi reſervavit, reliquis populo aſſignatis. Dictæ porrò a Præſidibus vel Procuratoribus Cęſarum, apud quos in iis provinciis procuratio erat non modò civilium rerum, verum etiam militarium. Sic autem de illis Spartianus: *Provincias Prætorios Præſidales plurimas fecit, Proconſulares ex Senatus voluntate ordinavit.* Idem alibi: *Qui jure Præſidali omnes Gallias rexerat.* Vide Tit. *Præſides, Provincia, Conſulares.*

Præsidialis, le. Ad Præſidem pertinens. Ammian. lib. 17. *Ea videlicet lege, ut nec Præfectianus, nec Præſidialis apparitor ad ſolvendum quemquam urgeret.*

Præsidium, ii. Propriè eſt quodcunque juvamen, tutamentum, vel auxilium. Terent. in Hecyr. *Illum eſſe unicum præſidium velle ſe ſenectuti ſuæ.* Pro actione vel officio cuſtodiendi: Tacit. l. 1. *Præſidium agitantes Vexillarii.* Pro caſtris & loco munito. Cic. pro Ligar. *Quibus in præſidiis fuerit, quære.* Sed uſitatior acceptio hujus vocis eſt pro certo militum numero, ſub uno omnium Præfecto, munitionem cuſtodientium. Cæſ. l. 1. Bell. Gall. *Præſidia diſponit, caſtella communit.* Dictum eſt, ut notat Varro, a militibus, qui præſidebant aliquo in loco extra caſtra, quò tutior eſſet regio. Addit Feſtus, præſidium appellari quod pro utilitate & ſalute alicujus, auxilii gratiâ, præponitur; ſubſidium verò dici, quod poſtpoſitum eſt ad ſubveniendum laborantibus. Dicimus itaque præſidium lectiſſimum militum robur, quibus civitas, aut quævis munitio concredita eſt ad cuſtodiam. Non modo ſingularem illi belli peritiam, ſed probatam val maxime fidem oſtendiſſe debent, ut civitates & arces, quæ res ſummum habet in re militari momentum, ſolicitè ſtrenuèque propugnent. Equidem poſt urbem aut regionem armis occupatam nihil Imperatori maturiùs cogitandum agendumque eſt, quàm ut valida ubique adversùs externos inſultus, internoſque ſeditionum æſtus, imponat collocetque præſidia. Nec ſatis fuerit eductis arcibus, editiſque per intervalla caſtrorum munimentis, provincias obnoxias facere, & continere in officio populares. Addendæ ſunt, ubi ratio & poſitura loci id poſcit ac recipit, naves præſidiariæ cuſtodes limitum, paratæque ad ferenda auxilia, accurrendumque ad ſubitos omnes, incertos, ac fortuitos eventus. Polybius in primo bello Punico: *Poſthumius cum XL. navibus longis eſt relictus & novo exercitu, quem a circumjacentibus oppidis conſcripſit; ut ad omnes Ardyæorum & aliorum, qui fidei Romanorum ſe permiſerant, motus, ſiquid ingrueret, paratum eſſet ſubſidium.* Hinc ſolemne uſitatumque fuit provinciis, præſertim verò Siciliæ atque Sardiniæ, in omne tempus claſſes alere, quæ ad publicam ſecuritatem excubarent: quare paſſim a Scriptoribus eædem appellantur præſidiariæ.

riæ. Adauctus verò poſtea ejuſmodi numerus claſſium. Et Auguſtus quidem ad cuſtodiam & tutamentum ſuperi inferique maris, duas inſtituit claſſes perpetuas, alteram Miſeni, Ravennæ alteram. Ita Svetonius in ejus vita: *Ex militaribus copiis legiones & auxilia provinciatim diviſit. Claſſem Miſeni, & alteram Ravennæ ad tutelam ſuperi & inferi maris collocavit*. Tacitus verò Annal. 4. *Italiam utroque mari duæ claſſes Miſenum apud & Ravennam, proximumque Galliæ littus roſtratæ naves præſidebant*. Miſenenſium quippe claſſis Galliam, Hiſpaniam, Africam, Ægyptum, Sardiniam, atque Siciliam ſic tutabatur, ut ſine mora longoque circuitu pervenire poſſet & adeſſe præſidio, ubi vis aliqua ſubita ejuſdem neceſſitatem feciſſet. Ravennatium verò claſſis Orientales provincias, ac præcipuè Epyrum, Macedoniam, Græciam, Cretam, Cyprumque cuſtodiebat. Quacunque igitur tellus mari alluitur præſto aderant Romanæ claſſes ad opem ſociis ferendam, ſuarumque provinciarum ac populorum obſequium & reverentiam aſſerendam. Auctæ poſtea in immenſum poſteriore ævo claſſes Romani Imperii præſidiariæ, quarum numerum vide apud Pancirolum in Notitia utriuſque Imperii, & apud Schefferum de Milit. Naval. lib. 3. cap. 7.

Præſidiarius, a, um: Ut milites Præſidiarii apud Livium l. 9. Bell. Pun. Columella l. 4. c. 22. tranſtulit ad rem ruſticam: *Præſidiarii malleoli propagandi ſunt*.

Præſtites. Vide *Ordinarii*.

Præſul, lis. Non eſt a verbo præſum; ſed a præſilio; idemque Præſul & Præſultor. Præſulis audiebat nomine a præſiliendo Princeps Saliorum, Martis ſacerdotum. Is præibat ſociis, ancilia per Urbem cum cantu, ſaltatione, & tripudio ferentibus. Sed quoniam illud Sacerdotum Saliorum collegium maxime fuit conſpicuum apud Romanos, utpote a Numa, Rege religioſiſſimo, inſtitutum, exinde factum ut ſacri Antiſtites, ac veluti Principes Sacerdotum apud nos etiam dicantur Præſules. Præſules provinciarum pro Præſidibus lego apud Spartian. in Didio Juliano: *Reprehenſus in eo præcipue, quòd eos, quos regere authoritate ſua debuerat, regendæ Reipublicæ Præſules ipſe feciſſet*. Dictos autem fuiſſe Præſules Duces bellicos, nemo, quod ſciam, adhuc obſervavit. Occurrunt apud Vopiſc. in Prob. *Iſti ſunt, qui quadam felicitatis prærogativa Præſules, niſi futuros Principes habere non norunt*. Loquitur ibi de militibus Decumanis, qui præ cæteris legionariis maximo in pretio a copiarum Ductoribus habebantur. Affirmat autem, quandam fuiſſe eorum felicitatis prærogativam, ut quos ipſi Ductores, ſeu Præfectos habuerint, Cæſares iidem poſtea renunciarentur.

Prætenturæ, arum. Familiari recentis militiæ vocabulo ſic Architecti nominant munitiones arcium propugnaculis, vel cortinis præſtructas. Acceſſoriæ illæ ſunt, & ab ipſis urbibus ſeparatę atque reſciſſæ; nbtentæ etiam locis infirmioribus protegendis. Porrectæ excurrenteſque ab ipſa arce non obumbrant duntaxat teguntque præſidiarios, ſed aſſultus hoſtium, primos potiſſimum, retundunt validè, eorumque vires delaſſant, priuſquam ad urbem ipſam vel arcem machinis oppugnandam deveniant. In hoc genere ſunt Parmulæ, Lnnulæ, ſive Caſſides, Forcipes & Forcipulæ, Opera cornuta, & coronata, & quas Tranſverſas, ſive Opera tranſverſaria nuncupant. Quemadmodum enim bellator ſtrenuus caput galea, lævam ſcuto, dextram gladio, pectus lorica, obarmat, ut ſecurior adeat Martis diſcrimina; ſic validè cæteroqui munitæque urbes disjunctis ejuſmodi præmunitiunculis inſtrui prætendique ſolent. Atque hinc illæ Prætenturæ vocantur: licet non abnuerim a prætentando etiam dici poſſe, quoniam hoſtibus obiiciuntur ad eorum vires prætentandas, & primos impetus infringendos. His additamentis prę̨parant hodie Europæas arces, ac talia ubique præmoliuntur opera Machinarii militares, rati ſine eo præſidio & munimine imbelles deſtitui civitates. Plutarchus in Ageſilao author eſt Iſidam Lacedæmonium adversùs Thebanos congreſſum omni armatura ſpoliatum, & tamen victorem, cornna quidem donatum fuiſſe ob victoriam reportatam, ſed gravi mulcta affectum, propterea quod inermem ſe præcipiti temeritate in aciem conjeciſſet. Ad eundem modum latè peccare in rem legeſque munitorias exiſtimantur hodie Polemici Architecti, qui memoratis Prætenturis denudatas & vacuas moliuntur arces. Ego verò qnemadmodum ſatis idoneè pręſatas præmunitiones inſigniri puto vocabulo Prætenturarum, ſic notare non prætermittam, eos decipi, qui ad eam vocem tanquam boni Latii aſſerendam adducunt quædam teſtimonia Ammiani; apud quem Prætenturæ non ſunt munitiones arcium, vel urbium, ſaxis cæmentiſque præſtructæ, ſed certum quoddam militiæ genus, de quo conſule ſequentem Titulum.

Prætenturæ. Pro militum genere. Occurrunt apud Hyginum, Authorem anonymum Notitiæ Imperii, a nobis ſæpe commemoratum, & Ammianum pluribus in locis lib. 14. *Et quia Meſopotamiæ tractus omnes crebrò inquietari ſueti, Prætenturis & ſtationibus ſervabantur agrariis*. Atque iterum: *Salubriter & cautè caſtrametata: Prætenturæ ſtationeſque agrariæ - ordinatæ*. Prętenturæ autem a prętendendo, Ideſt ante tendendo, ſunt dictæ. Sunt enim ferè milites ex genere antecurſorum, ad aditus prætentandos, hoſtiumque apparitores, ſi fortè occurrerint, propulſandos. Familiaris ea fuit dictio S. Ambroſio: *Tanquam in procinctu poſitus præludit prælium, & velut corom poſito prætendit hoſte*. Atque iterum: *Fortis ergo eſt viri non diſſimulare, cum aliquid immineat, ſed prætendere, & tanquam explorare de ſpecula quadam mentis*. Marcellus Donatus ad illa verba Ammiani lib. 28., *Caſtra, limiteſque vigiliis tuebatur & Prętenturis*, notat duplex fuiſſe genus militum limitaneorum, qui excubabant ad fines Imperii. Alii ſiquidem ſtationes habebant in agris ad arcendas depopulationes invaſioneſque finitimorum; has verò ſtationes dicebant manſiones agrarias. Alii autem conglobati præcurrebant ad obſervandos hoſtium motus, eoſdem armis repreſſuri, ſi vim facerent in fines Imperii. Hujus generis milites vocabant Prætenturas: Nos non admodum diverſi generis milites voce vernacula dicimus *Strocorridori*. Non omittendum, quod opportunè notat Salmaſius ad Solinum, veterem fuiſſe diſtinctionem caſtrorum in Prætenturam &

Retenturam. Prætentura ea pars dieebatur, quæ locata erat in fronte caſtrorum ante Prætorium, ubi Principia erant, & porta Principslis; quamobrem, qui in anteriore illa parte tendebant, dicebantur prætendere. Retenturæ autem nomine intelligebant ſpatium, quod ad tendendum relinquebatur a tergo Prætorii.

Præterequito, as. Equitando prætereo. Liv. lib. 3. *Præterequitantes abſterrent*.

Prætor, oris. Quaſi Præitor; quòd populo præiret. Præcipua cjus poteſtas in judiciis moderandis, & ordinatione ſtatus civilis. Ipſius jus omne tribus illis verbis, ut docet Feſtus, continebstur: *Do*, *Dico*, *Addico*. Prætor ſiquidem dabst actionem, dicebat jus, poſtremò tam res quàm homines ipſos addicebat. Licet autem Prætor urbanus eſſet Magiſtratus, quippe qui creatus primùm eſt, cum Conſules bellis finitimis avocarentur, nec eſſet qui in civitate jus diceret; Prætoris tamen nomine plures occurrunt qui provincias regebant, & ſi res cogeret, bella etiam adminiſtrabant, qui Prętores provinciales appellabantur. Horum inſignia eadem erant quę urbanorum, nimirum gladius & haſta. Exereendę poteſtatis tempus ordinarium annuum fuit. Si verò illud prorogabatur, Proprętores appellabantur. Ex Polybio ſex lictores babebant cum faſcibus & ſecuribus. Feſtus author eſt, adminiſtratam fuiſſe rem militarem a Prętoribus ante Conſules. *Initiò Frætores erant, qui nunc Conſules, & ii bella admiaiſtrabant: quorum tabernaculum dicebatur Prætorium*. Vide Roſin. Antiqq. l. 7. c. 43. & Salmaſium in Solin. Vide porrò ſequentem Titulum.

Prætorium. Dicitur in caſtris Prętorium nobiliſſimum omnium tabernaculum, quoniam bellorum adminiſtratio initio penes Prętores fuit; quibus deinde Couſulea, & poſtea Cęſares ſucceſſeruut; dictumque ab his Auguſtale tabernaeulum, quod prius Prętorium nominabatur. Propter eandem Prętoris excellentiam primaria etiam in caſtris porta dicebatur Prętoria: ad quem modum Prętorias etiam vocabant naves, quas hodie Regias & Imperatorias nominamus: *La Reale, la Capitana*. Sed & magnifica & ſumptuoſa ędificia, quę extra urbem, rure & in villis Romani extruebaut, eandem ob cauſam a Prętorianis tabernaculis ſplendido accerſito vocabulo, Prętoria dicebant. De ejuſmodi Prętoriis Svetonius in Caligula: *In extructionibus Prætoriorum atque villarum, omni ratione poſthabita, nihiltam efficere concupiſcebat, quam quod poſſe effici negaretur*. Et in Tito: *Urbis incendio nihil niſi ſibi periiſſe teſtatus, cuncta Prætoriorum ſuorum ornamenta operibus ac templis deſtinavit*. Et in Auguſto: *Ampla & operoſa Prætoria gravabatur: & neptis quidem ſuæ Julię profusè ab ea extructa etiam diruit ad ſolam*. De iiſdem ad utraſque Tiberis ripas conſitis Stat. 1. Sylvar.

alternas ſervant Prætoria ripas.

Et Juvenal. Satyr. 1.

Criminibus debent hortos, Prętoria.

Eligebatur autem in Prætorium caſtrenſe locus editior, ex quo conſpicere omnes, & ab omnibus conſpici Imperator poſſet. Neque ſolùm ea ſitus ratio opportuna erat ad militares allocutiones, ad explicationem vexillorum, & ad nuncios, quocunque res poſceret, ablegandos: verum etiam pertinebat ad Ducis majeſtatem, ut loci ſublimitas Præfecturæ dignitatem oſtenderet. Ex Varrone lib. 4. de L. L. non contemnendum indicium habemus, rotundam in ſuperiori ſaltem parte fuiſſe formam Prætorii: ſic enim habet: *In Cavedio ſi locus nullus relictus ſub divo qui eſſet, teſtudo dicebatur, a teſtudinis ſimilitudine, ut eſt Prętorium in caſtris*. Neque aliam profectò ob cauſam Joſephus lib. 3. Excid. Prætorium templo ſimile eſſe ſcribit; rotunda nimirum fere Antiquorum fuere templa. Præſertim, quoniam ibidem Augurale, & aram etiam Laribus habere Duces ſolerent.

2. A Prætorio tabernaculo, Prætorium dicitur apud Livium concilium ipſum, ſive cœtus magiſtratuum bellicorum, coactus in caſtrenſe tabernaculum, vel urbanam manſionem Prætoris. Sic enim lib. 27. *Fulvius dimittens Prætorium, Tribunis militum ac Præfectis ſociorum imperavit, ut ad tertiam buccinam præſto eſſent*. Idem lib. 30. *Scipio Tribunis edicit, ut ubi Prætoria dimiſſo, ſigna concinniſſent, extemplò educerent e caſtris legiones*. Idem lib. 37. *Acilius priuſquam Prætorium dimitteret, denunciavit, ut ante lucem armati paratique eſſent*. Eodem autem locutionis genere Prætorium dimittere bis terque Livius dixit, atque alii Scriptores optimi dixere Senatum vel conſilium dimittere. Senatus quippe & conſilium eodem modo conſulendi locum & curiam Senatorum, ac Patres ipſos, cœtumque conſiliariorum coactum ſignificant. Et nota, meritò Lipſium alium Livii locum correxiſſe lib. 21. ubi vulgò ſic ſcribebatur: *Delige centenos viros ex omni pedite atque equite, cum quibus ad me vigiliâ prima venias: nunc corpora curare tempus eſt. Ita præconium miſſum*. Pro *Præconium*, meritò, inquam, Lipſius ſuſtituit *Prætorium*; quod ſane magis ad rem facit, & ſimilibus conſonat locutionibus Livianis. In eandem ſententiam *Mittere principia* dixit Frontinus lib. 4. cap. 1. *Perſtare in principiis, donec ea mitterentur, præcepit*. Et iterum lib. 2. cap. 5. *Tempus elegit, quo miſſa Principia quietem omnibus caſtrenſibus dabant*. In quibus locis, *Mittere principia*, eſt conventum aut concionem militarem diſſolvere.

Prætoria castra. Locua erat in Urbe amplus & communitus, ad Prætorianos milites recipiendos. Diſperſi illi prius diſiectique agebant. Verùm quoniam ita ſejuncti minimum erant ex uſu publico, eoſdem Tiberius, ſuaſu impulſuque Sejani, in unum locum & ſtationem coegit: quę poſtea dicta ſunt Caſtra Prætoria. Rem totam ſic exponit Tacitus lib. 4. *Vim Præfecturæ modicam antea intendit; diſperſaſque per urbem cohortes una in caſtra conducendo, ut ſimul imperia acciperent; numeroque & robore & viſu inter ſe fiducia, in cæteros metus crearetur. Prætendebat laſcivire militem diductum; ſiquid ſubitum ingruat majore auxilio pariter ſubveniri; & ſeveriùs acturos, ſi vallum ſtatuatur procul urbis illecebris*. Eadem prodidit Svetonius in Tiberio cap. 37. *Romæ caſtra conſtituit, quibus Prętorianæ cohortes vagę ante id tempus, & per hoſpitia diſperſę contiaerentur*.

Prætoria navis. Sic appellata eſt, quòd inibi ſit tabernaculum, ſive ſedes Prętoris. Nec deſerit originis ſuę appellationem, licet alios copiarum Duces, & belli arbitros deferat. Reliquis procul

Digitized by Google

cul duhio editior eſt & ornatior. Item majoribus inſtructa munimentis; ntpote in quam flos omnis nobilitatis & juventutis armis eximię cogitur. Illud fuit peculiare Prętoriarum, ut ignem pręferrent. Virgil. lib.2. Æneid.

flammas cum Regia puppis
Extulerat.

Diodorus etiam l.20. de claſſe Antigoni: *Magiſtris navium injungit, ut facem Prętorię navis obſervantes eam ſequantur.* Item Dio lib.49. *Extincto igne, quo naves Prętorię reliquis pręlucere ſolent, ut ſubſequi certiùs poſſint.* Eadem non modo regia, ut ex allegato Virgilii loco vidimus, ſed etiam prima dicitur, ab Imperatoris ſcilicet dignitate, & ædificii prętantia. Silius lib.15.

Emicat, ac primâ ſtans Scipio puppe profatur.

Idem Virgil. lib.10.

Æneia puppis
Prima tenet roſtro Phrygios ſubjuncta leones.

Licet autem lumen in Prętoria navi ſpectatiſſimum ſuiſſet inſigne reliquę claſſi per noctem naviganti; illud tamen ita eſt intelligendum, ut fateamur alia etiam navigia ſuis luminibus non caruiſſe. Livius enim Dec.3. lib.9. clariſſimè id docet, ubi narrat, Scipionem in Africam tranſmiſſurum navibus roſtratis ſingula lumina ſive faces, onerariis binas, Prętorię verò ternas addidiſſe.

Prætoriæ Provinciæ. Quænam fuerint vide in Titulo *Conſulares.*

Prætoriani milites. Plin. lib. 6. cap.29. *Nuper renunciavere Principi Neroni, miſſi ab eo milites Prętoriani cum Tribuno ad explorandum* &c. Non ſolum erant per Urbem diviſi ad ejuſdem defenſionem, verum etiam a Prętore delecti cuſtodiendi corporis causâ. Uſus tamen occupavit, ut ampliata vocabuli ſignificatione omnis generis Ducum vel Imperatorum ſtipatores dicantur Prætoriani. Centuriari in eum ordinem ſolent, quorum præſtantiſſima fides eſt atque ſtrenuitas. Ea militum manus, authore Feſto, a Scipione Africano fuit inſtituta. *Is enim*, ut ſunt ejuſdem verba, *primus fortiſſimum quenque delegit, qui ab eo non diſcederent, & cætero munere militiæ vacarent, & ſexquiplex ſtipendium acciperent.* Plutarchus tamen ejus cohortis originem refert ad Gorgyam Thebanum. Conſtat nationum omnium Regibus & Principibus eam inſtitutionem vehementer arriſiſſe. Hinc non modo bellis flagrantibus, verum etiam in pacis otio, ſua cuique Principi manet cohors Prætoria, quæ illum protegit, viamque iter facienti aperit: nec verò cuſtodiæ minus habet, quàm dignitatis. Quod autem ex Feſto attulimus, ſexquiplex ſtipendium Prætorianos accepiſſe, non derogat aliis Scriptoribus fidem, qui eiſdem duplex attribuunt. Habemus id ex Tacito lib.1. Annal. ubi Percennius conqueritur corpus & animam legionariorum decem in diem aſſibus æſtimari, cum Prætoriani binos denarios acciperent. Et apertiùs Dio lib.53. de ipſa Prætorianorum inſtitutione ab Auguſto facta: *Tum ſtatim futuris ejus ſtipatoribus, quò accuratiori cuſtodia nimirum munitus eſſet, duplex ejus, quod reliquis militibus pendebatur, ſtipendium ut daretur, decretum eſt.* Conciliabis cum Feſto hos Scriptores confuſo caduceo, diſtinctione nimirum militię veteris ſub Africano, & poſterioris ſub Cęſaribus. Prętoriani olim, ſive cohors Prętoria appellabatur comitatus Proconſulis diſcedentis in provinciam. Conflabatur comitatus ille nō ſolum ex adiutoribus & miniſtris, quos provinciarum ratio & dignitas Proconſulis poſtulabat; verum etiam ex Lictoribus, Scribis, Accenſis, Pręconibus, Tabellariis, Cubiculariis, & multa tyronum manu, qui ad capienda militię & negotiorum experimenta cum eodem proficiſcebantur Proconſule. Vide Roſin. Antiqq. Rom. lib. 7. cap. 42. Cęterum antiquitùs Prętoriani non modo honeſtiſſimum erant militię genus; verum etiam propria habebant in urbe caſtra, quę ab iiſdem dicebantur Prętoria. Item propria eorum erant comitia, quę inde Prętoriana, vel Prętoria dicuntur a Livio. Fuere autem Prętorianę cohortes omninò decem, ſingulę mille milites cnmprehendentes, quas recenſet P. Victor in Epilogo regionum Urbis. De iiſdem ſcribit Dion lib. 55. Veſtitu ornatuque militari diſcretos fuiſſe ab aliis militibus, docemur ab Herodiano lib.2. ubi loquitur de Prætorianis exauctoratis Didii Juliani. *Breves illis gladiolos detrahunt, quos auro argentoque ornatos in uſum pompæ ſuſpenſos habebant. Tum zonis, veſtituque ac cæteris militiæ inſignibus per vim ablatis nudos ad unum exauthoratoſque dimiſerunt.* Eligebantur autem qui viribus validi robuſtique, & ſtatura majores erant. Idem Herodianus lib. 5. *A Macrino pugnabant corporis cuſtodes ac ſtipatores, quos Prętorianos vocant. Fortiter ſtantes reliquum omnem exercitum ſoli ſuſtinebant, videlicet proceri homines atque ex omni numero electi.*

Prætuso, as. Tubâ ante canere. Interpres D. Joann. Chryſoſt. Homil.52. in c.25. Matth. *Quis clamor præcurrentium, & prętubantium Angelorum?*

Præventores. Memorantur in Notitia Imperii, quemadmodum etiam ſuperventores. Leguntur militaſſe ſub vexillis Ducis Mœſię ſecundę. Globus erat ſive acies a reliquis copiis ſeparata, quę vagos hoſtes ſuperveniens divexabat. Pręventores autem dicti a pręveniendo; quoniam locum caſtris antè caperent, hoſteſque prępedirent in locis & regionibus occupandis. Marcellinus: *Triceſimani, Decimique, Fortenſes, Superventores, & Pręventores, cum Æmiliano jam Comite, quos tirones, tum etiam novellos, hortante adhuc memorato protectore erupiſſe Singara, Perſaſque fuſos in Samnium retulimus trucidaſſe quamplures.* Vide Pancirolum in Comment. ad Notitiam Imperii.

Preces armatæ. Per adagium de iis dicitur, qui ita rogitant, ut per vim obtinere parati ſint, quę depoſcunt. Meminit hujus dicti Tullius lib. 9. Epiſt. Id autem eſt quod indicat mimus ille:

Cogit rogando qui rogat potentior.

Aptè etiam Ovidius de Jove,

precibuſque minas regaliter addit.

Priamus. Regis Laomedontis filius. Regnum in Aſia minori latiſſimum obtinuit, Phrygiâ pręſertim ſibi ſubjectâ. Diuturnam ejus felicitatem exceperunt triſtiſſimi exitus Iliaci imperii, acerbiſſimę ſuorum clades, & demum miſerrimus vitę terminus, quem a Pyrrho in propria Regia, ad Jovis aram jugulatus invenit. Rex ipſe, exemplum & ſpeculum levitatis atque inconſtantię rerum humanarum, tum uxor Hecuba, liberique He-

Hector, Paris, Deiphobus, Helenus, Polydorus, & Polyxena filia, uberrimam ſuppeditarunt argumentorum ſegetem Græcis juxta Latiniſque Poetis Tragicis, qui lamentabilis ſublimitate cantus ærumnoſæ familiæ infortunia exæquarunt. De Priamo ſpecioſa illa ſunt Senecæ Troad.

teque rectorem Phrygum,
Quem Troja toto conditum regno tegit.

Et infra:

ille tot Regum parens
Caret ſepulcro Priamus, & flamma indiget,
Ardente Troja.

Quod à Manilio preſſius dictum:

cui nec Troja rogus.

Adverte recenſeri Priamum inter eos Duces, quibus vitæ longævitas obfuit, quominus fortunatiſſimi dicerentur. Ad eam claſſem pertinent cum aliis Neſtor & Pompejus. Vide Juvenal. Satyr. 10.

Priapus. Inter bellica inſtrumenta recenſetur. Hiſt. Auſtralis an. 1289. *Tandem machinâ quâdam, Priapus dictâ, muro civitatis magna parte interrupto &c.* Nomen illi ab ea humani corporis parte, qua viri ſumus, pro qua Priapum Deum Lampſacenum a Latinis Scriptoribus accipi, notum eſt. Conjectare licet machinam fuiſſe ad modum noſtrorum curulium tormentorum aptatam rotis.

Primani. Milites legionis primæ. Tacit. 3. Hiſt. *Sextadecimanos, Duoetvicesimanos, & Primanos lævum cornu compleſſe.*

Primicerius. Primùm omnium rejiciendam exiſtimo hujus vocis originem, quam tradit Marcellus Donatus Dilucid. in Ammianum lib. 18. Scribit autem Primicerium dici a voce Latina Primus, & Græca χεὶρ, ideſt *manus*, quod nomen tam apud Græcos, quàm apud Latinos poteſtatem ſignificat: perinde enim dicimus aliquid in noſtra manu, atque poteſtate eſſe. Lucan. lib. 1.

In manibus veſtris quantum ſit Cæſar, habetis.

Sed neque admodum arridet, quod alii tradunt dictum Primicerium, quod primus in cera ſcribatur: licet vel pueris notum ſit, antiqui moris fuiſſe in ceratis tabulis ſcribere. Prætereo etiam Accurſii affanias & nugamentum, qui dictum exiſtimat Primicerium, quoniam primus cereum ferat. Etiam Joannes de Janua: *Primicerius eſt, qui primum cereum portat ante Epiſcopum, vel Regem.* Tametſi enim id locum habere poſſit in ordine Eccleſiaſtico, quid tamen Accurſius dixerit de Primicerio legionum, de Primicerio equitum, & Præfectorum Prætorio, qui memorantur a præclaris Scriptoribus? Plane aſſentior Pandulpho Prateo in Lexico Juris, qui ſcribit Primicerium non eſſe verbum junctum, ſed ſimplex, factumque a voce *Primus*; ita ut *cerius* purus ſit pleonaſmus, & verbi productio. Quodſi Primicerii officium Laicorum prius fuit, a quibus poſtea tranſiit ad Eccleſiaſticos, eò impenſius ad ſimplicem eam ejus nominis originationem amplectendam inclinat animus. Si vero ab Eccleſiaſticis nomen & dignitas Primicerii pervenit ad Laicos, tunc mihi ſupra origines relatas omnes ejus appellationis probatur ut Primicerius veniat a *primus clericus*, ex quo non eſt dubium deſcendiſſe vocem Primicleri, qua nuncupatione deſignabatur primus & præcipuus inter Clericos, quemadmodũ voce Archidiaconi, & Archipresbyteri ſignificatur, qui inter Diaconos & Presbyteros prior eſt dignitate. Invaluiſſe autem vocem Primicleri, habemus ex Concilio Emeritenſi Canon. 10. & 14. ex Toletano XV. & ex Hiſtoria Wambæ Regis, ut tradit Cangius in Gloſſ. Quantùm verò ego aſſequi poſſum, errant Garſias Loaiſa, aliique, qui in præfatis locis non emaculant, ſed coinquinant veterem lectionem, dum contendunt pro *Primiclerus*, legendum eſſe *Primicerius*. Mihi certe prius fuit *Primiclerus* & poſtea corruptè *Primicerius*. Illa etiam vocis originatio arridet, ut *Primicerius* dicatur, quaſi *Primicerus*. Cerus autem Priſcis fuit Genius, ex qua dictione Meurſius trahit etymon vocis *Proceres*; ſic Primicerii, & potius Primiceri ſunt in re militari & Eccleſiaſtica quaſi Magnates & Proceres. Vide Tit. *Proceres*. Debeo hanc animadverſionem Stephano Riccio noſtræ Societatis viro eximiè erudito. Utrum verò Eccleſiaſticorum potius, quàm Laicorum vox & dignitas primùm fuerit Primicerii, non ita facilè definiverim. Scio S. Petrum Apoſtolorum Principem a Divo Auguſtino vocatum fuiſſe Primicerium Apoſtolorum, & S. Stephanum Primicerium Martyrum. Floruit autem eximius ille Eccleſiæ Doctor quinto poſt Chriſtum natum ſæculo. Nam quæ a Macris Fratribus afferuntur ex D. Gregorio Epiſt. ad Laudefred. Epiſc. de Officio Primicerii & alia non pauca, cuncta ſcilicet ad poſteriora referuntur tempora. Contra verò ejuſdem Primicerii, tanquam Laicæ Præfecturæ, meminerunt Ammianus & Vegetius, quorum prior ſub Gratiano Auguſto, poſterior ſub Valentiniano floruit, quarto uterque ſæculo poſt reparatam a Verbo Divino ſalutem humani generis. Verum iſtæc, & præcipuè, an S. Auguſtini teſtimonia ex iis ſermonibus deducta ſint, quos recentes Critici non eſſe Sancti Doctoris conſentiunt, ad otioſam aliorum criſim & judicium rejiciens, illud pro certo ſtatuo, Primicerii dignitatem tam pro Laico, quam pro Eccleſiaſtico munere accipi a Scriptoribus. De Eccleſiaſtico Primicerii munere vide Cangium, Hofmannum, & Macros Fratres. De Laico Primiceriorum munere vel dignitate injicitur mentio ab Ammiano lib. 18. *Valentinus ex Primicerio protectorum Tribunus.* Cujus loci ſenſus eſt Valentinum, qui primus erat inter Cæſaris Prætorianos & ejuſdem corporis ſtipatores, promotum poſtea fuiſſe ad Tribunatum, ideſt ad Præfecturam ejuſdem cohortis Prætorianæ. Item Veget. lib. 2. cap. 21. *Sicut Primicerius in officio Præfectorum prætorio ad honeſtum quæſtuoſumque militiæ pervenit gradum: ita legionarii equites cohortes ſuas contubernii affectione venerantur, cum naturaliter equites a peditibus ſoleant diſcrepare.* Legionum etiam Primicerios legimus apud Villelmum Tyrium, qui eos ſigniferos, vel vexilliferos fuiſſe indicat lib. 4. cap. 8. *Præcedebant autem ejus exercitum quaſi legionum Primicerii, vexilla bajulantes, viri nobiles & inclyti.* Adde Matth. Pariſ. an. 1240. *Sciſcitabatur quis in exercitu foret Primicerius?* Item in vita Abbatum S. Albani: *Electi commilitones & Primicerii.* Præter hactenus obſervata legimus Primicerios fabricæ, equitum, ſcriniorum, ſacri cubiculi, ſacrarum largitionum, aulæ, Palatii, Notariorum, aliarumque non exiguo numero Præfecturarum, de quibus fusè ſparſimque agit Pancirol. in Comment. ad Not. utriuſque Imperii. Conſule etiam Hofmannum, Macros Fratres, Cangium in Gloſſ. & Marcellum Donatum Dilucid. in Ammian. lib. 18.

Pri-

PRIMIPILUS, i. Centurio primi pili, ideſt primę cohortis. Liv. l. 7. *Qui alternis prope annis & Tribunus militum, & primus Centurio erat, quem nunc Primipilum appellant*. Vegetius verò docet, Primipilum non ſolum aquilę præfuiſſe, verum etiam quatuor centurias, hoc eſt quadringentos milites in prima acie gubernaſſe. Aquilam certè Primipili curę fuiſſe creditam doctè colligunt Lipſius & Signnius. Pręerat Triariorum manipulo in prima cohorte, & reliquos centuriones dignitate ſuperabat, Conſiliorum erat particeps, primęque atque intimę apud Ducem admiſſionis. A pili genere dicitur, quod erat uſitatum apud triarios telum. Nam quod Accurſius habet: *Primipilus Græcum nomen eſt*, merito irridere potes cum Valla Eleg. l. 4. c. 104. Multis Primipili fruebantur commodis; inter quę non poſtrema erant, quę ex militum teſtamentis proveniebant. Nam qui in caſtris teſtamenta condebant, amicos fere commilitones, ac pręſertim Primipilos ſcribebant hęredes.

2. Fabrettus cap. 7. Colum. Traj. contendit Primipilum, ſeu Primipili Centurionem nihil diſcrepare ab Aquilifero; eumque non ſolum præfuiſſe Aquilæ, ut tradit Vegetius, verum etiam eandem geſtaſſe. Evellere Aquilam ad Primipilum ſpectaſſe liquet ex Valer. Max. lib. 1. cap. 6. *Aquilarum altera vix evelli a Primipilo potuit*. Mirùm autem diſſident loca Scriptorum ſuper figendis, refigendis, & geſtandis Aquilis. Geſtatam ab Aquilifero dubitare non ſinit inter alios Cæſar lib. 5. de Bell. Gallic. *Ex quibus L. Petroſidius Aquilifer, cum magna multitudine hoſtium premeretur, Aquilam intra vallum projecit*. A cæteris etiam ſigniferis fixa & refixa ſigna novimus ex Cicer. de Divin. lib. 2. *Timidè fortaſſe ſignifer evellebat, quod fidenter infixerat*. Non deſunt verò qui cum Fabretto exiſtiment, a Centurione Primipili non ſolum evelli ſolitam Aquilam, verùm etiam geſtari. Nam ſi ad ejus avis majeſtatem indicandam faciebat, ut a digniore evelleretur, ad ejuſdem etiam pertinere dignitatem videtur, ut eandem digniſſimus geſtaret atque defenderet. Id autem ejuſmodi Scriptores ſibi perſuadent certiſſimum ex loco Taciti 3. Hiſtor. ubi refert ab Attilio Vero Primipili Centurione Aquilam multa cum hoſtium ſtrage ad extremum uſque vitæ ſervatam. Is verò locus inclinare quidem apud me animum poteſt ad id exiſtimandum, verùm non omnem tamen eximit dubitationem. Cur enim ſatis aptè explicari non poſſit Tacitus de Primipilo, qui acerrime dimicans ſervaverit Aquilam, non quidem a ſe, verùm ab Aquilifero geſtatam? Adſtruunt inſuper alium Cæſaris locum lib. 3. de Bell. Civil. ubi memorat, Aquilam conſervatam fuiſſe, omnibus primæ cohortis Centurionibus interfectis, præter Principem priorem; quem ſcilicet Primipilum intelligunt. Verùm is etiam locus de Primipilo ſervante Aquilam ab alio geſtatam non incommodè poteſt intelligi. Addo denique, ad rixantes ejuſmodi ſententias conciliandas opportunum juxta veroque ſimillimum eſſe glutinum hujus geſtationis diverſum uſum pro ipſa temporum varietate. Fieri quippe potuit, ut aliquando a Primipilo Triariorum (nam penes hunc ſolùm Aquilæ curandæ munus fuit) interdum ab ipſo Aquilifero geſtaretur Aquila. Cum autem apud Hiſtoricos duorum in legione Primipilorum ſæpe mentio occurrat, non ſic ea loca accipias & exponas, quaſi non Triarii ſolùm, quę digniſſima erat in legione militia, ſed etiam Principes & Haſtati ſuos haberent Primipilos; ſed intelligas duos eſſe Primipilos ex ipſis Triariis, alterum, qui prior erat ex triginta Centurionibus in dextera parte legionis; alterum qui prior in ſiniſtra ex triginta totidem Centurionibus, juxta normam a nobis traditam in voce *Centurio*. Demum quod attinet opes Primipilorum, in immenſum quandoque illas & invidiosè creviſſe diſcimus ex Juvenali, qui Primipili Aquilam locupletem appellat Satyr. 14.

Ut locupletem Aquilam tibi ſexageſimus annus
Afferat.

In eandem ſententiam accipias illa Ovidii 3. Amor. Eleg. 8.

Diſcite qui ſapitis, non quæ nos ſcimus inertes,
Sed trepidas acies, & fera caſtra ſequi:
Proque bono verſu primum deducite Pilum.

3. Longè alia eſt ſignificatio Primipili, temporibus Romani Imperii diviſi. Unus autem erat e numero ſive comitatu Pręfectorum Prętorio, & pręcipuam annonę militaris curam habebat. Ejus proinde erat partium & officii proſpicere, ut annona in caſtris commoda ſemper ſuppeteret, ut probè cauteque cuſtodiretur, & ęquali portione diſtribueretur inter milites. De Primipilis Pręfectorum meminit Notitia Imperii, & Pancirolus cap. 21. in Comment. ad eandem Not. Frequentiſſimè etiam Primipili mentio occurrit in Jure Civili, & præcipuè in tit. 58. Cod. Theod. in quo non pauca habentur etiam de Cohortalibus, Principibus, & Cornicularis.

4. Æquum eſt duo animadvertere cum Manutio de Quęſit. Alterum, non tam Primipilum, quam Primopilum appellari a Latinis primum, de quo diximus, Triariorum Centurionem. De Primipilo multa idem Manutius aggerat Scriptorum teſtimonia; de Primopilo prolixum explicat agmen veterum Inſcriptionum. Alterum eſt, longe diverſa ſignificari ab his vocibus *Primipilus*, vel *Primopilus*, & *Primum pilum*. Nam prior dictio dignitatem & officium, poſterior ordinem notat; nimirum Centurionatum ipſum ſeu potius Centuriam primi Centurionis ex Triariis. Cęſ. lib. 3. Bell. Gall. *P. Sextius Baculus Primi pili Centurio*. Et lib. 5. *Balventius anno ſuperiore primum pilum duxerat*. Ex quo intelliges, primi pili, quod ſępe legitur, Centuriones eſſe primi pili ductores inter Triarios. Vellejus l. 11. *Vibillium, primi pili Centurionem, fuſte percuſſit*. Italis *Primo Capitano del Battaglione*, aut *Reggimento*.

PRIMIPILARIS, ris; apud Quintilianum & alios legitur. Sed horum teſtimonia dubium relinquunt, utrum hoc nomine ipſe notetur Primipilus, an miles, qui ſub Centurione Primipili merebat. Verum genuinam hujus vocis ſignificationem aſſecutum fuiſſe exiſtimo accuratiſſimum Lipſium, qui illâ indicari ſignificat eos ſolum, qui Primipilatu, ſeu Primipili munere defuncti eſſent: ut quemadmodum viri Conſulares non Conſules ſunt, ſed qui Conſules fuerunt; ſic Primipilares, non qui Primipili ſunt, ſed qui exercuerunt Pri-

mi-

Digitized by Google

mipilatum. Adiuvat Lipſii ſententiam Scævola in Leg. pater. §. Agrippa de Leg. 3. ubi tradit Julium Agrippam Primipilarem fuiſſe, quem conſtat Primipili officio ſunctum. Idem in aliis locis Pandectarum de aliis memoratur, ut refert Pancirolus in Notit. Imp. Orien. cap. 21., ubi etiam multa habes de Primipilo.

Primipilarius, ii. Occurrit apud Spartian. in Peſcen. Nigr. per hęc verba: *Ad occidendum autem Nigrũ, Primipilarem Julianus miſerat, ſtultè ad eum, qui haberet exercitus, & ſe tueri poſſet, perinde quaſi quilibet Imperator a Primipilario poſſet occidi*. Duo hic licet obſervare. Primùm, Primipilarium & Primipilarem pro eodem ſumi; quemadmodum hujus generis ſunt non ita pauca, ut, ſingularis & ſingularius: vulgaris & vulgarius. Alterum eſt, memoratis Spartiani verbis evinci, Primipilarem ſeù Primipilarium, neque Centurionem Primipili eſſe, neque eum qui Primipilatu eſſet defunctus, ut exiſtimavit Lipſius, & nos nntavimus in voce *Primipilaris*. Intelligendus verò hic omninò eſt aliqnis e numero militum, qui priori, ſeu Primipili centurinni parebant. Sed iterum mihi negotium faceſſit, utque ad modo rejectam hujus ſignificationem nominia redeam, urget illud, quod paulò poſt ſubdit Spartianus: *Denique etiam Aquilium Centurionem notum cædibus Ducum miſerat, quaſi Imperator tantus a Centurione poſſet occidi*. Cum enim bic manifeſtè loquatur de Centurione immiſſo, nihil obſtat quo minus in ſuperiori loco Primipilaris & Primipilarius pro Centurione Primipili, vel pro eo qui Primipilatu eſſet defunctus, etiam accipiatur. Nihil velim detractum ſententiæ Lipſianæ. Sed ut in priore loco Spartiani expuncto *Primipilario*, utrobique legam *Primipilarem*, inclinat animus.

Primivirgius, ii. Vide *Lictor primus*.

Princeps. Propriè eſt qui primus capit, nt particeps, qui partem eapit. Vetuſto ſignificatu de numero dicebatur; iſque erat, a quo numeri petebatur initium, ut idem profectò ſit Princepa & primua. Virgil. lib. 9.

Princeps ardentem conjecit lampada Turnus.

Cic. 3. Verc. *Sicilia princeps ſe ad amicitiam populi Romani applicavit*. Ad hanc formam Princeps equeſtris ordinis apud Romanos erat, quem primo loco in tabulas referebant cenſores. Princeps Senatus, eujus nomen in promotione Senatorum primo loco recitabatur. Princeps Juventutis, qui ex numero filiorum ordinis Senatorii prior etiam nominabatur ad pręſidendum ludis Trojanis, qui a pueris illuſtribus celebrabantur in Circo. Verùm poſtqnam Auguſtus Principis nomine, ut loquitur Tacitus, Rempublicam occupavit, in aliam novamqne ſignificationem tranſiit appellatio Principis; cœptaque eſt de eo uſurpari, qui in civitate, regno, vel imperio pręeſſet reliquis. In hanc ſententiam de Romulo & Anguſto ita ſcripſit Ovid. 2. Faſt.

Tu Domini nomen, Principis ille tenet.

Cic 8. Philipp. *O Dii Immortales, quam magnum eſt in civitate locum tueri Principis!* Factum poſtea, ut dignisſimi quique in aliquo ordine, ac cęteris potentiores inſignirentur nomine Principis. Viguit autem ea appellatio vehementer in officio ſive apparitura Pręfecti Prętorio, ut ex notitia Imperii & Juris conſultorum teſtimoniis oſtendit Pancirolus de Imp. Orien. cap. 9. Tangit id etiam Veget. lib. 2. cap. 21. *Sicut Primicerius in officio Præfectorum Prætorio ad honeſtum quæſtuoſumque militiæ pervenit gradum*. Principes verò & Primicerios pro eodem accipiebant dignitatis loco, eratque cognomentum ad omnia officiorum genera latè pertinens. Legimus hinc Principes, vel Primicerios cubiculariorum, menſorum, fabricenſium, ſcriniorum, ęrarii, & in univerſum quarumcunque ſcholarum, ſive collegiorum, nt indicat Ammianus lib. 18., & prolixiùs explicat Cujacius ad rubricam C. de Primicerio. Et hę quidem omnes tam varię atque multiplices appellationes Principis originem trahunt a Principe primę cohortis, qui pręerat centum quinqnaginta militibus, de quo ita ſcribit Veget. lib. 2. cap. 8. *Princeps autem primæ cohortis, centuriam ſemis; hoc eſt, centum quinquaginta homines gubernabat. Ad quem prope omnia, quæ in legione ordinata ſunt, pertinent*. Occurrit apud eundem Scriptorem eodem eapite mentio Principia legionis: *Vetus autem conſuetudo tenuit, ut ex primo Principe legionis promoveretur Centurio Primipili*. Ubi vides primùm, aliud ibi eſſe Principem, aliud Primum. Nota iterum, quem Vegetius vocat primum Principem legionis, referri ad eum, qui Princeps erat primę cohnrtis; nam cohortes ſingulę ſuos habuere Principes. Id verò eſt quod notat Pędianus in 3. contra Verr. ubi Accenſum interpretatur Principem legionis; *Accenſus eſt nomen ordinis & promotionis in militia; nunc dicitur Princeps*. Habebant Principes in apparitione Prętoriana proprium ſcrinium, item domeſticum Cancellarium, & optima ſtipendia. Conſule Pancirolum loco citato, & Hoffmannum, qui multa in eam rem congerit. De Principibus, qui eſt ordo in exercitu, dicetur ſeparatim. De Principibus & Principatu, qui honoris eſt titulus cum adiuncto imperio feudali, non eſt hic agendi locus.

Principalis miles. Quinam ſint milites Principales docet Veget. lib. 2. cap. 7. *Principalium militum, &, ut proprio utar vocabulo, principiorum nomina & dignitates, ſecundum præſentes matriculas indicabo*: Subdit verò infra: *Hi ſunt milites principales, qui privilegiis muniuntur*. Eorum etiam meminit Martian. in Pandect. *Irreverens miles non tantùm a Tribuno vel Centurione, ſed etiam a Principali coercendus eſt*. Ubi nota in nonnullis editionibus *Principem* pro *principalem*, ſed omninò depravatè intruſum fuiſſe. Nota etiam Principalem militem hic non magiſtratum aliquem eſſe, ſed digniorem ex centuria.

Principes. Pro diverſa temporum & Romanæ militiæ ratinne, varia Principum in exercitu & acie collocatio fuit. Florente ſtatu Reipublicę ſecundum in acie locum tenuiſſe Principes, apertiùs, quàm ut dubitare quiſquam poſſit, tradit Livius l. 47. *Haſtatorum prima ſigna, deinde Principum erant; Triarii poſtremos claudebant*. In hunc quippe modum inſtruebatur acies apud Romanos, ut primo hoſtem aggrederentur Haſtati ex juvenum flore collecti: ſi horum impetum & virtutem validior hoſtis ſuperaret, a Principibus, qui ſcutati omnes, ętate verò & robore pręſtantiores erant, in ordinum intervalla recipiebantur; hi vero Haſtatorum loco ſuccedentes pugnabant. Quod ſi nec a Principibus

ſatis

Digitized by Google

ſatis proſperè res gereretur, a prima acie ad Triarios paulatim referebantur, unoque omnes facto agmine in hoſtes impetum dabant. Locus, quem tuebantur Principes, Principia dictus eſt. Licet autem manipuli omnes ſuis ornarentur ſignis, Aquila tamen, & præcipua ſigna apud Principes fere erant, qui præſtantiſſimum habebantur robur exercitus. Verùm quoniam Vegetius l.1. cap.28. ſcribit, Principes primum in acie locum occupaſſe, cenſendum eſt, prima illa Reipublicæ inſtitutione, & diſciplina Veterum immutata, variatam fuiſſe a bellorum moderatoribus inſtruendorum ordinum formam, quo innovari illam modo varietas temporum, ac diverſitas inprimis hoſtium, contra quos erat pugnandum, ſuadebat. Conſule Steuvech. in Notis ad Vegetium, & eruditiſſimum Lipſium.

2. Principum militia mutationem in deterius cepit ſub Julio Cæſare. Eo ſiquidem ævo Principes vocati levis armaturæ pedites, non a legionibus minus, quàm ab auxiliis decerpti, qui ante ordines armaturæ gravis locati, primi omnium prœlium auſpicabantur. Hac ipſa porrò de cauſa, quod primi dimicationem capeſſerent, Principes appellati. Proinde qui Scipionum ætate honeſtiſſimus fuit militiæ gradus, ad infimam pene militiam deſcivit; ut plane ſuppares eſſent veteris militiæ Velitibus, Rorariis, Ferentariis. Vide Salmaſ. de Re Milit. Rom. cap.6. Quæ fuerint Principum arma, & quinam eorum in Romana militia gradus, docet Polybius l. 6. Eadem accipe verſibus Triſſini Ital. Liber. l.2.

E quei di lor, ch'havean minor etade,
Poſero ne i Veloci, e Sagittari;
Ma quei, ch'haveon poi qualche più tempo,
Meſſero negl'Haſtati, e gl'altri ancora
D'età maggior, entror trà i Principali,
E i più provetti diedero a i Triari.

Et infra:

Gl'armaron tutti di finiſſim'arme,
Dando a i Triari, a i Prencipi, agl'Haſtati
Le lor corazze, e le ſchiniere in gamba,
E i ſcudi in braccio, e le celade in teſta,
Le ſpade al fianco, e due veruti in mono:
Ma in vece de i veruti a i buon Triari
Furon date haſte co i ſpuntoni in cima.
L'arme poi de i Veloci eran rotelle,
Con mezzeteſte, e giavorine in pugno:
De i Sagittari fur baleſtre & archi.

Vide *Principia*.

PRINCIPIA, orum. Hac primum appellatione procul dubio cenſentur ipſi Principes, ſeu primę notæ milites, vel qui primos ordines tuentur in acie, ac fere frons ipſa aciei. Liv. lib. 22. *Caſtra expugnata ſunt, atque ipſe Dux cum aliquot Principiis capitur.* Vulgò quidem habetur: *cum aliquot præſidiis capitur*; ſed germanam lectionem reſtituit Salmaſius ex vetuſtiſſimo codice ſibi, ut ſcribit, ſubminiſtrato ex Bibliotheca doctiſſimi Puteani. In eandem acceptionem loquitur Vegetius lib. 3. cap. 2. *Ut ægri contubernales opportunis cibis reficiantur, ac Medicorum arte curentur, Principiorum, Tribunorumque, & ipſius Comitis, qui majorem ſuſtinet poteſtatem, jugis quæritur diligentia.* Idem lib.2.cap.7. *Principalium militum, &, ut proprio utar vocabulo, Principiorum nomina & dignitates ſecundum præſentes matriculas indicabo.* Ubi Steuvechius queritur mendosè paſſim legi eum locum; &, reluctante fide purgatiſſimorum codicum, pro voce *Principiorum* intruſam fuiſſe ab imperitis Librariis vocem *Principum*. Liquidò etiam Principia pro militibus dixit Frontinus lib.2. Strateg. *Quò miſſa Principia quietem omnibus caſtrenſibus dabant.* Ammianus ſæpius Principia dicit milites. Sic autem lib. 25. *Collecti Duces exercitus, advocatiſque legionum Principiis &c.* Et l.22. *Præſentibus Jovianorum, Herculianorumque Principiis, & Tribunis.* Verùm ea de re dubitare plane non ſinunt Juriſperiti. Vide l.1. C. de Veteranis, & L. Jubemus, C. de erogatione militaris annonæ, Alia eſt, eaque uſitatior uſurpatio Principiorum pro certo in caſtris loco. Liv. lib. 7. *Nec in circulis modo fremere, ſed jam in Principiis, ac Prætorio in unum ſermones confundi.* Et lib.37. *Ibi in Principiis ſermo inter Tribunos militum ſecretus oritur.* Ex quibus verbis liquet Principia fuiſſe locum, quo Tribuni & Magiſtratus conveniebant. Fuere autem, quibus ea arriſit opinio, ut Principia in caſtris Romanis eſſent ſtationes ipſæ Imperatorum, ubi eorum tentoria cum reliquis imperii inſignibus eſſent defixa. Nititur maxime ea ſententia familiari Veterum locutioni, qua Duces copiarum vocantur Principes. Ea autem a ſacris etiam paginis petitur. Judith. cap.2. *Vocavit Nabuchodonoſor Rex Holophernem Principem militiæ ſuæ.* Et Machab.1. cap. 2. *Judas Machobæus fortis viribus a juventute ſua ſit vobis Princeps militiæ.* Cicero etiam Ducem & Principem ſumit ſæpè promiſcue: lib. de Univerſit. *Deinde ut illi Principem Ducemque ſe præberet.* Verum hæc opinio levior eſt, quàm ut multis ſit rejicienda; cum in re caſtrenſi Romana nihil ſit magis exploratum, quàm locum Imperatoribus vel Ducibus aſſignatum vocari Prætorium. Ne autem ullum dubitationis veſtigium relinquatur, facit Livius, qui Prætorium a Principiis apertè ſejungit per verba, quę ex lib. 7. ſupra retulimus. Nebriſſenſis in Lexico Juris, Principia fuiſſe exiſtimat locum in caſtris, ubi collocata erant eorum tentoria militum, qui Principes vocabantur. Hujus verò ſententię non aliud eſt adminiculum, quàm crebra mentio apud Scriptores, ac pręſertim apud Livium, de memorato militum ordine, cui Principibus factum eſt nomen. Verùm ea conjectura lapſabunda eſt & vacillans, & rem plane dubiam in medio relinquens. Conſultiùs proinde Budęus, Lipſius, Valtrinus, aliique Scriptores optimi eam eſſe caſtrorum partem locumque Principia reputarunt, ubi Tribuni, aliique Magiſtratus cauſas militum cognoſcebant. Livius lib. 28. *Forma caſtrorum Romanorum conſtabat una ea ſpe, quod Tribunos ex contagione furoris haud expertes ſeditionis defectioniſque rati fore, & jura reddere in Principiis ſinebant.* Tacit. lib.1. Annal. *Tam contractus in Principia, cujuſque edicta cum ſilentio accipere.* Adde Florum de Bell. Gallic. ubi teſtamenta etiam in Principiis condi docet: *Itaque tantus gentis novæ terror in caſtris, ut teſtamenta paſſim in Principiis ſcriberentur.* In eodem loco aſſervari conſueviſſe ſigna militaria, dicemus in Titulo *Signum*. In qua verò potiſſimum parte Principia fuerint, incertum habent viri docti cum Donato ad verba illa Gnathonis Terentiani in Eunucho: *Ego mihi cavebo poſt Principia, inde omni-*

nibus ſignum dabo. Controverſum autem cum Donato fuiſſe intelligas, ubi ſedes Principiorum fuerit non tam in caſtris, quàm in acie. Poſtrema itaque Principiorum notio ipſius eſt aciei, ut liquidò trahitur ex memorato loco Terentii, Adde authoritatem Livii lib.11. *Ab tergo erant clivi, in quos poſt Principia integris ordinibus tutus receptus fuit*. Et lib.3. *Equites ſuæ cuique parti poſt Principia collocat*. Et lib.19. *Receptis in intervalla ordinum antepilanis, Principia Latinorum perturbant*. Dicebatur autem in acie nomine Principiorum locus, ubi Principes erant ad pugnam inſtructi. Et quoniam inſtruendorum ordinum militarium, non ſolum apud exteras nationes, verùm etiam apud Romanos ipſos alia aliis temporibus ratio fuit, ideo nihil certi definiri poteſt de propria Principiorum ſede in acie. Vide quę diximus in Titulo *Acies*. Conſule etiam Lipſium de Milit. Rom. ubi de Metatione caſtrorum, Valtrinum de Milit. Rom. lib.4. cap.5. & lib.5. cap. 2. Marcellum Donatum Dilucid. in Sveton. in Othon. & Gronovium Obſervat. lib.4. cap.19.

Principium belli. Non hic de ritu vario aut indicendi belli, aut exercitum educendi, verba facimus; nam de his ſatis ſuperque alibi diſſeruimus. Indicamus duntaxat ingens compendium, quod in univerſam belli adminiſtrationem redundat ab armorum initiis vi ſtrenua parique conſilio poſitis. Commune hoc emolumentum cæteris artibus & diſciplinis, de quarum progreſſu nihil tutius aut diſertius quam primus labor niſuſque pronunciat. Quemadmodum enim qui e portu diſcedunt propitios ventorum flatus in fecundiſſimæ navigationis auſpicium trahunt; ſic in omni ingenua exercitatione, felicia vel adverſa cœptorum, primique conatus experimenta, certiſſimam in reliqua ſpondent conjecturam. Tritum exculcatumque illud Horatii Epiſt. l.1. 2.

Dimidium facti qui cœpit, habet: ſapere aude;
Incipe:

Sic extenſum ab Auſonio;

Incipe: dimidium facti eſt cœpiſſe: ſuperſit
Dimidium: rurſum hoc incipe, & efficies,

Sed res urgenda militaribus documentis. Tacit, lib.2. *Gnarus, ut initia belli proveniſſent, famam in cætera fore*. Et lib.12. *Gnarus primis eventibus metum aut fiduciam gigni, citas cohortes rapit*. Et in vit. Agric. *Non ignarus inſtandum famæ, ac prout prima ceſſiſſent, fore univerſa*. Pauſanias in Meſſenicis de Ariſtomene: *Antiquiſſima quidem ipſi cura fuit, initio belli Lacedæmonios perterrefacere, quo eſſet illis in omne reliquum tempus formidoloſior*. Hinc optimi quique Principes & Magiſtratus prudenter inſtituerunt, ut pars potiſſima militarium præmiorum iis honeſtandis impenderetur, qui ſingulari audacia, & fortis animi documento, primi omnium pericula adirent, aut præclaro aliquo facinore rerum agendarum initia fortunarent. Obſidionales, roſtratæ, vallares coronę iis traditæ, qui primi in muros hoſticos, in adverſas naves, in caſtra & munimenta hoſtilium copiarum tranſcenderent. Singulari verò laudum præconio exornatos ubique legimus, qui jactis haſtis, equiſque incitatis cuneos hoſtium perrumpentes pulchre & pro dignitate magnorum conflictuum initia nobilitarunt. In re exemplis opulentiſſima ſermonem inhibeo, pauca contrahens ex Poetarum Principe. Sic autem Virgil. lib.5. de Aſcanio:

Primus & Aſcanius, curſus ut lætus equeſtres
Ducebat, ſic acer equo turbata petivit
Caſtra, nec exanimes poſſunt retinere magiſtri.

Et de Ænea lib.10.

primus turmas invaſit agreſtes
Æneas, omen pugnæ, ſtravitque Latinos.

Et de Turno lib.9.

Ecquis erit mecum, o juvenes, qui primus in hoſtem?
En, ait; & jaculum intorquens emittit in auras,
Principium pugnæ, & campo ſeſe arduus infert.

Ab eodem vate idem in equis notatum Georg. lib.3.

Primus & ire viam; & fluvios tentare minaces
Audet, & ignoto ſeſe committere ponto.

Jam verò ſi Regnorum conditores expendas, eoſque, qui maxima in terris imperia moliti ſunt, palam eſt prima horum facinora, ac ſæpe exortus ipſos ſupra humanum modum mirificè fuiſſe illuſtratos. Ut enim prætereain paſtorem David memorabili victoria, & Gigantis impudentiſſimi cæde regnum auſpicantem: ut miſſum faciam Moyſen, Hebræorum regendis copiis divino conſilio delectum, non modo virga illa præditum a rerum miraculis progignendis nunquam ceſſante vel areſcente, ſed natalium prodigio condecoratum, cum infantem fiſcella ſcirpea conditum, & in aquis fluitantem, Regis Pharaonis filia tolleret, domique aleret adoptatum in filium. His, inquam, prætermiſſis, quid de Cyro & Romulo dicam, qui cum lactentes adhuc parvuli non abſimili fortunæ ludibrio projecti eſſent in profluentem, non item impari fortis beneficio prior ad Perſarum, poſterior ad Romanorum regnum emerſit; nihil detrectantibus populis eorum ſe imperio ſubiicere, quorum vitæ primitias Dii tam illuſtribus portentis exſplendeſcere voluiſſent? Et quoniam de Romulo regnatricis terrarum Urbis conditore incidit ſermo, operæ fuerit cognoſcere Romanarum rerum Scriptores in id vehementer adniſos, ut ejus Urbis populique quam maxime poſſent magna & præclara initia facerent. Amnem reprimit Tiberinus, tanquam miſertus infortunium projectorum. Lupa vagientes ſequuta educat. Locum Urbi vultures augurio deſignant, & bellatricem portendunt. Fœdam bellatorum fugam Juppiter ſiſtit. Ad Capreæ paludem abreptus e conſpectu Romulus: Apotheoſin populus celebrat, & Quirinum appellat. Sequuntur Ægeriæ monitus & alloquia, Ancilia e Cœlo delapſa, æternus Veſtæ ignis, Numæ commenta. Priſcus novacula cotem ſecat: Superbo Dii Juventas & Terminus obſiſtentes pollicentur firmitatem Imperii. Acceſſere illa fortitudinis, ut appellant, miracula: Horatius, poſt Etruſcorum exercitum retardatum, reſciſſo ponte, tranſnatans Tyberim; Scevolæ ferox animus, & ardentior flagrante manu: Clœliæ obſidis perfugium ad ſuos, trajecto viriliter amne. Prætereo Caſtorem & Pollucem ſub ſignis dimicantes, totque auguralia portenta, indiceſque victoriarum aut cladium, imbres lapidum, cruore manantes puteos, novaſque in Cœlo accenſas faces. Hæc & ſimilia coacervanda fuere Scripto-

ri-

Digitized by Google

ribus, ut populo terrarum domino olim futuro non uſitatam virtutis atque ſortunæ ſamam circumdarent: oon ignari laboraturam reliquorum fidem, oiſi ſupra humanam conditionem aſſurgentia, & pluſquam mortalia Urbis initia ſplendidè mentirentur. Jam verò natura ipſa primis rerum tentaminibus laborioſum quiddam atque prædurum iodidit; utpote quæ experimento virium deſtituuotur; nec emollita aſſuetudine, poſtremò novitatis ioterveotu abſterrent animos & labefactant. Nemioem præterit populum Romanum, poſtquam ad quinquagiota ſupra ducentos anoos cum finitimis laborioſiſſimo Marte luctatus fuit, victoriarum poſtea expeditiſſimo curſu atque compendiario ad uoiverſi orbis imperium contendiſſe. Noo impari conteutiooe & armorum molimine cum Philippus Macedoniæ Rex diutioo bello & impeditiſſimo Græciæ populos ſubegiſſet, nihil facilius factu fuit, quàm ut ejuſdem filius Alexaoder, iiſdem Ducibus & exercitu uſus Aſiæ opes attereret, & victor ad Parſidem atque Indorum extrema provolaret. Vide Plutarchum in Comment. de Fortuo. Roman.

Paiso, onis. Captivus, qui in bello capitur: a prehendendo. Rogerus Hovedenus: *Priſones verò qui cum D. Rege finem fecerunt ante factam pacem &c.* Item ſæpins apud Scriptores lapſæ Latinitatis. Vide Cangium in Gloſſ.

Pristis. Sic enim potius dicendum Græca ootione ab undis ſecandis, quam *Piſtris*, bene advertit Gyraldus de Navigiis. Navis bellicæ nomen eſt, ad ſimilitudinem ejuſdem nomiois piſcis ſeu ceti, prælongi corporis, ſed gracilis anguſtique, ut facile undas ſecare poſſit. Sunt qui ejus nominis piſcem in recto dicaot *Priſtix*, navem verò *Priſtis*. Verum id diſcrimeo parum video eſſe probatum. Plinius certè Priſtes, non Priſtices eos dixit cetos vel piſces. Virgil. lib. 5. in ludis funebribus Aochiſæ:

Velocem Mneſtheus agit acri remige Priſtin.

Memioit porrò ejns oavis Polybins, ſeu Brutus ejuſdem Epitomator lib. 16. uhi hæc habet loqueos de navibus Philippi adversùs Attalum: *Fuit earum, quæ cum Philippo fuerant, navium multitudo in certamen conſtituta, cataphractæ tres & quinquaginta, cum bis verò aphractæ & lembi cum Priſtibus centum & quinquaginta.* Liv. 5. Dec. lib. 4. *Antenorem & Callippum præfectos claſſis cum quadraginta lembis (adiectæ ad hunc numerum quinque Priſtes erant) Tenedum mittit.*

Paosa, æ. Imperatori per provineias iter facieoti exhibebantur ex urbibus limitaoeis ſpecimina rei omnis cibariæ ad aleodum militem. Ea ſpecimina Probam dixere. Itali *Prova*. Marcellin. l. 21. *Joviniano vehiculo inſidenti, quod portabat reliquias Conſtantii, ut Principibus ſolet, annonæ militaris offerebantur indicia, &, ut ipſi nominant, proba, & animalia publica monſtrabantur.*

Paobitas, atis. Pro morum integritate & ſanctimonia. Cic. de Amicit. *Quodſi tanta vis probitatis eſt, ut eam vel in eis, quos nunquam vidimus, vel, quod majus eſt, in hoſte etiam diligamus, quid mirum eſt, ſi animi hominum moveantur &c.* De innocentia curſuque vitæ inculpato in caſtris retioendo diximus ſæpenumero non ſane panca, ac præſertim in Titulis *Religio*, & *Juſtitia armorum*; nt plane non admodum mihi ſit hic laborandum, nec ita multis conficiendum ſtatuendumque, incorruptos mores, vitamque ſub galea honeſtè traductam ooo poſtremum eſſe bellatoris ingenui oroamentum atque præſidium. Nolim profectò cuiquam mortalium dicam impiogere: neſcio tameo qnid nonnullis humanæ Politiæ magiſtris & ioſtitutoribus in mentem venerit cogitare, atque adeo parum pudenter aſſeverare, iotra anguſtos lagum Chriſtianarum cancellos libertatem militaram contineri vix poſſe: verecuodiam verò, animi moderationem, rerumque humanarum, ac ſui deſpicientiam vehementer hebetare, & quaſi obſcurare gloriam egregii bellatoris: taoquam injurioſum prædonem agere, nihil peoſi ſanctique habere, in omnem liceotiam impune tranſgredi, id demum ſit oomen dare militiæ, & arma capeſſere. Equidem cootra reputando idoneus quiſque rerum etiam humanarum æſtimator, in confeſſo eſſe affirmaverit, arctiſſimum atque præclarum eſſe bellicarum artium cum omni Chriſtiaoa virtute commercium; juſtitiam verò, contioentiam, fidem, ab eximia animi magnitndioe noo abhorrere; nec uſque adeo miſeram atque calamitoſam noſtri generis cooditionem eſſe, ut quæ diſcipliois omnibus ferè eminet ſcieotia militaris, quaſi libellum repudii mittat ſanctiſſimis Servatoris divini præceptiooihus, & leges honeſte viveodi valere jubeat. Quodnam ejuſmodi homines tam præclarum denique io res humanas & poſteros promeritum commioiſcuntur, ut vitam caſtrenſem omnibus ioquioamentis addieant, & ſeotinam quandam faciaot vitiorum? Nec proinde ſum oeſcius ipſum bellicæ conditionis iogenium, vitæque liceotiam, atque adeo ipſa, quæ manu membriſque omnibus geſtantur arma, nocendi ſcilicet inſtrumenta, non leviter ad impudicitiam, graſſationes, atque alia flagitioſa probra vehementer milites extimulare. Verùm bellatorum iſthæc ſunt potiùs, quàm belli dedecora. Quin potius præſtantibus Martis aſſeclis ipſa nocendi opportunitas in gloriam vertit. Jam verò ut miſſa faciam quæ communia cum aliis ſunt argumenta ad aſſereodam vitæ integritatem in viro militari, illa mibi apud bellicam ipſam juventutem graviſſimi utique ponderis fuerint. Neminem opioor ductum omnem veræ ratioois, imò verò humaoitatis ipſins ſenſum ſic ejuraſſe, nt fronta perfricta atque omni pudore diruta oegare audeat noo reliquarum modo rerum, verum etiam felicium eventuum militarium atque victoriarum Deum unicè diſpenſatorem eſſe. Gloriam ipſam & nominis pereonitatem, quæ viris magnis vità potior eſt, in læva ſupremi Numinis maou, tanquam in ærario quodam immortalitatis poſuit Salomon Proverb. 3. *Longitudo dierum in dextera ejus, & in ſiniſtra illius divitiæ & gloria.* Cui autem ita rudis ac prope faginea ſit mens, ut non ſtatim intelligat pulcherrimos bellorum fructus ſummum illum largitorem amiciſſimis quibuſque, & ſuarum legum cuſtodibus, nullateous verò iis deſtioaſſe, qui divinas ſanctiones ſuas arroganti temeritate contemnunt? Docemur id a ſanctiſſimo Rege & Vate Pſalm. 33. *Oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus in preces eorum.* Et iterum 144. *Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet.* Quodſi per omnium ætatum exem-

exempla excurrere ac digredi vellem, latiſſimus mihi ſe aperiret campus ad oſtendendum pietatem, religionem, ſanctitudinem militum, atque adeo integrarum cohortium & legionum perfeciſſe ſæpius, ut copiis laborantibus, opportunis imbribus, annonâ, ac cætera, quæ opus eſſet, alimoniâ, Numen benigniſſimum ſubveniret. Verùm iſthæc ſunt paſſim obvia ſacros Faſtos, & Annales Eccleſiæ volutantibus. Quidquod ex profania ipſis Hiſtoricia, nec non figmentia Poetarum, & vel fictitia veterum bellatorum pietate, in promptu eſt idem addiſcere? Sed nec teſtimoniis ex omni Antiquitate prolatis ſic etiam tuam, Lector, tolerantiam fatigaverim, Rem totam conficiam unico Virgilii loco lib. 5. ubi Trojanorum flagrante claſſe, nihil primùm profuerunt conatus nautarum militumque omnes ad latiſſimè manans incendium ſedandum & abſtergendum:

Sed non idcircò flammæ atque incendia vires
Indomitas poſuere: udo ſub robore vivit
Stupa, vomens tardum fumum; lentuſque carinas
Eſt vapor, & toto deſcendit corpore peſtis:
Nec vires Heroum infuſaque flumina proſunt,

Verùm ubi primùm Æneas pietate ſpectatiſſimus Imperator ſubmiſſis precibus Deos aggredi adortus eſt,

Tum pius Æneas humeris abſcindere veſtem,
Auxilioque vocare Deos, & tendere palmas,

Formula precationis explata, opportunum e Cœlo imbrem ad flammas extinguendas impetravit: nimirum

ruit æthere toto
Turbidus imber aqua, denſiſque nigerrimus auſtris:
Implenturque ſuper puppes; ſemuſta madeſcunt
Robora: reſtinctus donec vapor omnis, & omnes
Quattuor amiſſis, ſervatæ a peſte carinæ.

Præterea ſic exiſtimo ac plane contendo, non tam loricam chalybeam, aut ſcutum corio ſeptemplice obfirmatum, quàm innocentiam intrepidos facere dimicantea. Nam quos per omnium ſcelerum ſordes exacta vita cruciat, & magnorum criminum conſcientiæ occulto quidem, ſed tamen graviſſimo verbere obtundunt, ii profectò cum duplici hoſte ſibi eſſe decertandum optimè intelligunt, nimirum cum copiis æmulis, & cum internis moeſibua atque ſtimulis conſcelerati animi perditique. Qui conſcii ſunt ſe divinas leges ſanctè excolere, corpore duntaxat periclitantur in bello: qui flagitiia turpiſſimia cooperti hoſtem Impetunt, longe gravius animi, quam corporia periculum adeunt. Vix porrò animum inducam ut credam ſatia firmiter ſuſtinere poſſe hoſtis aſpectum, quoa ſua primum pravitas, & inteſtini ſcelerum hoſtes exarmarunt. Graphicè hos depinxit Juvenalia Satye. 13,

cur tamen hoc tu
Evaſiſſe putes, quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum?
Pœna autem vehemens, ac multo ſævior illis,
Quas & Caditius gravis invenit, aut Rhadamantus,
Nocte dieque ſuum geſtare in pectore teſtem.

Et paulò poſt:

Hi ſunt qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent,
Cum tonat, exanimes primo quoque murmure cæli.

Non igitur mirum aut dubium eſſe poteſt immenſum quiddam alacritatia adiungere prœliantibua fiduciam animi ſanctè compoſiti; eoſque divino mortalia generis Judici ritè prius reconciliatos prompto hilarique gradu advolare quòcunque illos ducis imperium rapit ac devovet. Sacramenti etiam religionem ſanctius excolunt, nec ſui eſſe pudoris aut integritatia exiſtimant ſigna deſerere, transfugere ad hoſtes, de prodenda ob avaritiam, vel iracundiam, libidinemque Republica, ut Achillem apud Trojam feciſſe ſcripſit Homerus, conſilia miſcere. Supremi certè Numinis Cœlitumque contemptum potentiſſimas ceteroqui copias crebrò peſſundediſſe, notius eſt, quàm ut multia indigeat adminiculis, aut veræ rationia & experientiæ documentis. Horat. lib. 3. od. 6.

Dii multa neglecti dederunt
Heſperiæ mala luctuoſa.

Faſtus inprimis & ſuperba temeritaa ingentes exercitus, & præſtantiſſimos cæteroqui Duces in certiſſimum exitium dedit. Homerus certe & Heſiodua, quoa Veterum Theologiam complexos docet Ariſtoteles, id nos monitos voluerunt Gigantum exemplo, quorum in Deos audacia impudens in ſua ipſorum capita cum perenni ſupplicio recidit; ut meritò ſub immanibus ſuperaggeſtarum rupium tumulis ambuſti flammis fruſtra fremerent, qui de Jove, reliquiſque Cælitibus e Cœlo deiiciendis per ſummam impudentiam cogitaſſent. Truculentiſſimo id mortis genere aſſeruerunt etiam Capaneus, & uterque Ajax, Oileus, & Telamonius, quorum poſtremus gladio infeliciter Incubuit, alius cæleſti igne correptus pœnaa memorabilis inſaniæ perſolvit. Sed nihil eſt neceſſe ex involucria fabularum veritatem elicere, quam diſertiſſimè tradunt paſſim ſacræ Literæ, ac præſertim in monomachia Gigantis Goliath & David paſtoris innocentiſſimi. Sic autem de ea pugna legitur Reg. 1. 17. *Dixit autem David ad Philiſthæum: Tu venis ad me cum gladio & haſta, & clypeo; ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Iſrael, quibus exprobraſti hodie; & dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum a te: & dabo cadavera caſtrorum Philiſtiim hodie volatilibus cæli, & beſtiis terræ: ut ſciat omnis terra quia eſt Deus in Iſrael. Et noverit univerſa Eccleſia hæc quia non in gladio, nec in haſta ſalvat Dominus: ipſius enim eſt bellum, & tradet vos in manus noſtras.* Idem patefaciunt a virgâ Moyſis conſciſſa maria, undæque Ægyptiis abruptæ in ſepulchrum, Judæis explicatæ atque pendulæ in theatrum. Item tubarum clangoribua quatefacta & diruta mœnia Jerichuntia: exercitua etiam Aſſyriorum gladio cœleſtia Aulici occidione deletus. Omnibus certè, qui a pietate & ſanctimonia militiam auſpicantur, non Iſraelis copiis duntaxat Deus promittit Deuteron. 20. *Si exieris ad bellum contra hoſtes tuos, & videris equitatus, & currus, & majorem, quàm tu habeas adverſarii exercitus multitudinem, non timebis eos, quia Dominus Deus tuus tecum eſt, qui eduxit te de terra Ægypti.* Et paulò poſt: *Audi Iſrael vos hodie contra inimicos veſtros pugnam committitis: non pertimeſcat cor veſtrum: nolite*

me-

metuere, nolite cedere, nec formidetis eos, quia Dominus Deus veſter in medio veſtri eſt, & pro vobis contra adverſarios dimicabit, ut eruat vos de periculo. Id eſt autem, quod ſcripſit Ariſtoteles 2. Rhetor. cap. 5. *Intrepidi ſunt confidenteſque qui pii ſunt in Deum*. Et iterum: *Qui bene ſe habent erga Divina audaciores ſunt*. Incredibilem quendam vigorem a morum integritate piis ſanctiſque accedere bellatoribus advertit quoque Dantes Inf. cap. 28. ubi nullis noxarum conſcientiis exagitatum animum optimo adiuncto, imo definitione pulcherrima atque veriſſima, bonum vitæ ſocium nominat.

Se non che la conſcienzia m'aſſicura,
La buona compagnia, che l'huom francheggia
Sotto l'uſbergo del ſentirſi pura.

Probitas, atis. Pro ſtrenuitate & fortitudine militari. &

Probus, a, um. Pro ſtrenuo & viro forti. Occurrunt frequentiſſimè hæ voces apud Scriptores afflictæ Latinitatis. Galfredus Monumetenſis lib. 10. cap. 11. *At Lucius prima juventute florens, multum audaciæ, multum vigoris, multum probitatis habebat, nihilque magis deſiderabat quàm congredi cum milite tali*. Monachus Paduanus Chronol. lib. 1. an. 1120. *Francigenæ ſuæ antiquæ memores probitatis unanimiter contra inimicos impetum facientes incredibilem victoriam habuerunt*. Henricus Huntidonienſis: *Laborioſiſſima probitate, non ſine magna ſanguinis effuſione caſtrum ceperunt*. Gulielmus Tyrius lib. 13. cap. 17. *Experiri cupientes noſtrorum vires, & de ſua probitate certa civibus dare argumenta*. Villelmus Brito Philipp. lib. 10.

Rex autem ut vidit Regis vexilla proboſque
Per ſua ſigna viros.

Chronicon Belgicum an. 1294. *Sed nobiliſſimus Princeps, cum eo die ab omnibus optaretur, ut ſuę militię probitatem armorum exercitio pręſentibus oſtentaret, annuit votis optantium, & circa horam veſpertinam armis accinctus unum ex præſentibus præcipuæ probitatis militem ad ſingularem concurſum elegit*. Et in hanc formam leguntur creberrimè uſurpatæ hujuſmodi voces. Non improbaverim appellationis originem eſſe a verbo *Probo*. Quemadmodum enim aurum, argentum, æs probatum dicitur, quod eſt perfectum & probum; ſic a virtute bellica, experimentis & laboribus probata, vir fortis dicitur *Probus*, & fortitudo *Probitas*. Hinc procul dubio habemus voces Italicas *Prode* & *Prodezza* pro virtute bellica & viro ſtrenuo. Caſtelvitrus trahit a voce Græca πρῶτος, Latinè *primus*, quoniam generoſiſſimi quique ad labores & pericula ſuperanda primi advolant. Verùm latè fallitur. Ferrarius trahit a verbo Latino *prodeſſe*, quoniam viri fortes egregiis facinoribus Reipublicę proſunt. Sed planè a *Probo*, ut diximus, trahitur. Etruſci vocem *Probitate* hac etiam ſignificatione uſurparunt; licet id non adverterint tam Academici a Furfure in Vocabulario etiam noviſſime aucto, quàm Alexander Taſſonius in ſuis ad commemoratum Vocabularium Adnotationibus & additamentis. Boccacc. Theſeid. l. 8.

E cominciar fra loro aſpra battaglia
Così a piè con le ſpade eſſi impugnate,
Et per lo ſuo ciaſcuno ſi travaglia
Dando alla parte adverſa gran crollate,
Sforzandoſi per vincer la puntaglia;
Et ben moſtravan lor gran probitate.

Procedo, is. Duplicem habet ſignificationem in re bellica. Copias procedere dicimus, cum ordinatim incedentes progrediuntur. Cæſar lib. 1. bell. Civil. *Tali dum pugnatur modo, lentè ac paulatim proceditur*. Italis *Marchiare*. Iterum procedere militibus ſtipendia dicimus, cum eadem illis continuantur. Liv. lib. 5. *Tribuni plebis, ſi iis videretur, ad populum ferrent, ut qui minores ſeptem & decem annis ſacramento dixiſſent, iis perinde ſtipendia procederent, ac ſi ſeptem & viginti annorum, aut majores milites facti eſſent*.

Processio, onis. Progreſſus commeantis exercitus *Marchia*. Veget. lib. 2. cap. 22. *Cum autem moventur ſigna, aut jam mota figenda ſunt, cornicines canunt, quod ideo in omnibus exercitiis & proceſſionibus cuſtoditur, ut in ipſa pugna faciliùs obtemperent milites, ſive eos pugnare, ſive ſtare, ſive ſequi vel redire præceperint Duces*. Eadem voce uſus eſt etiam Capitolinus in Pertinace. A compoſito militum inter gradiendum ordine militare hoc vocabulum aptiſſime tranſlatum eſt atque conſecratum, communi vulgarique uſurpatione catholicorum, qui Proceſſionem vocant ordinatum inceſſum Cleri, ſacrarumque familiarum, cum, ſublato ſalutis noſtræ vexillo, ſub propriis quiſque ſignis pias preces concinentes cæleſtem advocant opem, aut divinam propitiant indignationem.

Processus, us. Progreſſus militaris. *Marchia*. Cic. pro leg. Manil. *Ut ex iis locis, a militibus noſtris reditus magis maturus, quàm proceſſus longior quæreretur*.

Proceres. Ab eminendo dici Græca origine paſſim creditur. Caſtrorum Proceres dixit Livius: Capitolinus Duces & Præfectos militares Proceres appellat. Item Juven. Satyr. 8.

Agnoſco Procerem: ſalve, Getulice,

Pro viro armis inſigni plane uſurpat, cum illum comparet Ducibus, qui præclaras gentes ſubegerint. Meurſius Exercit. Critic. part. 2. longè antiquiorem, reconditam, abſtruſamque ejus originem vocis olfecit ex antiquo carmine Saliari apud Feſtum, ubi exponit vocem *Matuta*. Saliare autem illud carmen hujuſmodi eſt: *Cerum manum, creatorem bonum*. Cerum autem hic interpretatur Genium: quemadmodum enim a *canimen* fit *carmen*, a *Genimen*, *germen*, ſic a *Genius*, *gerus*, & poſtea *cerus*. Hinc primum illæ ceremonias appellatas putat: atque adeo Proceres. Solebant quippe obſcuriores homines optimates & opulentiores, tanquam Genios quoſdam, obſervare, & Genios etiam vocare.

Procestria, orum. Ex Feſto conjicimus vel aditum eſſe ad caſtra, vel tumultuariæ genus munitionis, quod caſtra ſuppleat. Videtur enim potiùs derivari a *pro* & *caſtris*, quàm a proceſſu. Sed libet Feſti locum adſcribere: *Proceſtria, quò proceditur in muro, Ælius ædificia eſſe dixit extra portam; Antonius, quæ ſunt ante caſtra: nam etiam qui non habent caſtra, propugnacula, quibus pro caſtris utuntur, ædificant*. Fuere omnino loca vel ante caſtra, vel, quod verius duco, ad ipſos caſtrorum muros, quæque propugnacula interdum ſupplere poſſent, utpote munita per ambitum conſerto ex palis aggere. In his locis vinum, hordeum, & ſimilia ad uſum caſtrenſem ſervabantur. Eorum figuram habes apud Villelmum Choul Caſtramet. Roman. Sunt etiam

qui

Digitized by Google

qui Proceſtria fuiſſe putent in caſtris Romanis ædificia ante caſtra, quò ſe recipiebant lixæ, calones, & quicunque miniſterii cauſa milites ſequebantur. Id autem commodè colligunt ex verbis Taciti Hiſtor. lib. 4. *Subverſa longæ pacis opera haud procul caſtris in modum municipii extructa.*

Procinetus, us. Expeditus apparatus: quoniam qui ſe ad aliquid comparant, præcingere ſe prius aſſolent, ut alibi obſervavimus. Tacit. lib. 19. *Neque enim in procinctu & caſtris habitos.* Gell. lib. 1. cap. 11. *Fœminas etiam tibicinas in exercitu & procinctu habuit.*

Procinctus, a, um. Expeditus, & ad agendum paratus. Feſt. *Procinctam claſſem, ideſt paratam ad bellum.* Gell. lib. 10. cap. 15. *Claſſem procinctam extra pomœrium, ideſt, exercitum armatum videre.*

Proconsul, is. Cic. de divio. *Cum bella a Proconſulibus & Proprætoribus adminiſtrantur.* Non unius fuit dignitatis appellatio apud Romanos, In foro bellico Procooſul dicebatur, qui e privato mittebatur in provincias ad gerendum bellum, cum extraordinaria Conſulis poteſtate, Primus omnium P. Cornelius Scipio Proconſulatu eſt ornatus, Vide Roſinum Antiqq. Rom, l. 7. cap. 42.

Proconsulares provinciæ. Quænam fuerint, vide in Titulo *Conſulares*.

Procubitores. Quinam fuerint in caſtris Romanis docet Feſtus per hæc verba: *Procubitores dicuntur fere velites, qui noctu cuſtodiæ causâ ante caſtra excubant, cum caſtra hoſtium in propinquo ſunt, ut M. Cato in eo quod de re militari ſcripſit.* Iſthuc videtur reſpexiſſe Polybius, ubi ſcripſit: *Exteriorem aſpectum velites complent.* Ubi habes duo nos doceri de Procubitoribus: primum noctu eos & ante caſtra excubaſſe; alterum id miniſterii demandatum fuiſſe velitibus, quæ militia viliùs habita apud Romanos. Et fortaſſe tentoria ſua habebant prope vallum, ut facilius illis eſſet excubare ad publicam ſecuritatem. Ad hæc facile inducor ut credam, admiſtos fuiſſe velitibus meliores notæ milites alios io exteriori illa etiam caſtrorum cuſtodia. Neque enim credibile eſt Romanos excubias caſtrorum nocturnas, in quibus totus fere vertebatur cardo communis tranquillitatis & quietis, traditas voluiſſe ſolis velitibus, qui in omni militia poſtremi habebantur, quod oon ſolum Scriptores ferè omnes veteres rei bellicæ tradidere, ſed ipſe Seneca per occaſionem ſui argumenti apertè teſtatur de Vit. Beat, cap. 8. *Bona adventitia eo nobis loco ſint, quo in caſtris auxilia, & armatura levis. Serviant iſta, non imperent.*

Procuratores. Apud Cauſidicos ſunt ex Ulpiano, qui abſentis negotia gerunt tractantque. Cæterum verbum eſt, & officium ad omnia fere munia latiſſimè pervagatum. Plautus Procuratorem peni dixit, Procurator ærarii rationum, rei frumentariæ, & ſimilium paſſim legitur. Etiam in exercitu Procuratores pro magiſtratu aliquo videtur uſurpaſſe Svetonius in Galba verhis illis: *Nam & mandata Neronis de nece ſua ad Procuratores clam miſſa deprehenderat.* Sed preſſiùs in re militari locum habent Procuratores in Hiſtoria Auguſta, ubi ſæpe accipiuntur pro Præſidibus provinciarum. Spartianus in Adrian. *Procuratores & Præſides pro factis ſupplicio affecit.* In vetuſtis etiam ſaxis leguntur iſta: *Procurator & Præſes Alpium: Procurator & Præſes provinciarum per Orientem. Procurator & Præſes provinciæ Sardiniæ.* Nimirum ejus temporis Hiſtorici promiſcuè habuerunt Procuratores & Præſides provinciarum. In ſacris etiam Literis Pilatus dicitur procuraſſe Judæam. Vide Lipſium in Annales Taciti, qui Procuratorum ſæpe meminit. Vide apud oos *Præſides*.

Procursatores. A pro vel ante currendo dicti. Genus militiæ expeditiſſimum fuiſſe conſtat. Liv. de Bell. Punic. lib. 9. *Velites ſubſidio miſit; a quibus ubi per Procurſatores commiſſa pugna eſt, Lælium cum equitatu impetum ex occulto facere jubet.*

Procursus, us. Liv. 2. Bell. Punic. *Tumultuario prælio ac procurſu magis militum, quàm ex præparato, aut juſſu Imperatorum orto.*

Prodictator, oris. Qui extraordinariam Dictaturam gerit, vel qui in Dictatoris locum ſubſtituitur. Q. Fabius Maximus, per Conſulis abſentiam, a populo Prodictator creatus eſt, ut legitur apud Livium l. 22. *Ad remedium jamdiu deſideratum, nec adhibitum, Dictatorem dicendum Civitas confugit. Et quia & Conſul aberat, a quo uno dici poſſe videbatur: nec per occupatom armis Punicis Italiam facilè erat aut nuntium, aut literas mitti: nec Dictatorem populur creare poterat: quod nunquam ante eum diem factum erat, Prodictatorem populus creavit Q. Fabium Maximum, & Magiſtrum equitum M. Minutium Rufum.*

Prodigium, ii. Rationem nominis expooit Feſtus, ut ſint prodigia, quaſi pro, ideſt, porrò dicentia. Differunt ab oſtentis juxta Ulpianum, quòd oſtentum forma eſt non immutata, ſed quolibet additamento, vel detractione enormem in modum deformata. Prodigium verò eſt, cujus forma in aliam ſpeciem mutatur & quaſi transfertur. Quam creberrimè legimus apud Hiſtoricos veteres, Imperatores in auguriis ſive auſpiciis ſumendis, prodigiis exterritos & conturbatos, inferendi belli conſilia mutaſſe. Moris autem antiqui fuit, ut progreſſus Imperator ad Campum Martium ſtatuam vel ſublime quidpiam in medio ſtatueret. Haſtam tunc belli moderator ad illam coniiciebat ſtatuam, versùm eam oartem, ubi hoſtiles aut copiæ, aut provinciæ erant. Si recta ſtetiſſet haſta, dubium deſignabat Martem. Si versùs hoſtes inclinaretur, nuntiabatur clades Romanis. Si denique ad urbem Romam, aut ſtatuam ipſam propenderet, victoriam Romanis contorta haſta pollicebatur. Hoc ſcilicet, & innumera huic ſimilia auguralia inventa nec ingenio, nec ſuo caruerunt emolumento. Renunciabant nempe Duces militibus ſuis, volentibus Diis jubentibuſque iniri bellum; quo incredibilem in modum exſuſcitabantur militum animi. Longè ſiquidem audaciores in agendo & alacriores ſumus, eum ſubeundi periculi, vel laboris ferendi Deos exiſtimamus authores. Jam verò prodigiorum ſive oſtentorum innumeræ Priſcis ſpecies. Si ſagitta e Cælo in agmen delaberetur, ſi Dux equo decideret, ſi lupus caſtra circuiret, & alia hujuſmodi non ſane pauca, luctuoſas præſagiebant calamitates. Unum & viginti prodigia enumerat Virgil. lib. 1, Georg. ubi de Julii Cæſaris morte ſic ſcribit:

Tem-

Tempore quanquam illo tellus quoque & æquora ponti,
Obſcœnique canes, importunæque volucres
Signa dabāt. Quoties Cyclopū effervere in agros
Vidimus undātem ruptis fornacibus Ætnam,
Flammarumque globos, liquefactaque volvere ſaxa?
Armorum ſonitum toto Germania cœlo
Audiit, inſolitis tremuerunt motibus Alpes.
Vox quoque per lucos vulgò exaudita ſilentes
Ingens, & ſimulacra modis pallentia miris
Viſa ſub obſcurum noctis: pecudeſque locutæ,
Infandum! ſiſtunt amnes, terræque dehiſcunt:
Et mæſtum illacrimat tēplis ebur, ęraque ſudāt.
Proluit inſano contorquens vortice ſilvas
Fluviorū rex Eridanus, campoſque per omnes
Cum ſtabulis armenta tulit: nec tempore eodē
Triſtibus aut extis fibræ apparere minaces,
Aut puteis manare cruor ceſſavit, & altè
Per noctem reſonare lupis ululantibus urbes.
Non aliàs cœlo ceciderunt plura ſereno
Fulgura, nec diri toties arſere cometæ.

Claudianus etiam per occaſionem Eutropii Eunuchi impuriſſimi, qui tantum valuit apud Arcadium Imperatorem, ut Conſul ab eodem meruerit deſignari, alium exhibet prodigiorum catalogum l. 1. in Eutropium:

Semiferos partus, metuendaque pignora matri,
Mœnibus e mediis auditum nocte luporum
Murmur, & attonito pecudes paſtore locutas,
Et lapidum duras hyemes, nimboque minacem
Sanguineo rubuiſſe Jovem, puteoſque cruore
Mutatos, viſaſque polo concurrere Lunas,
Et geminos Soles mirari deſinat Orbis.
Omnia ceſſerunt Eunucho Conſule monſtra.
Heu terræ Cœlique pudor! trabeata per urbes
Oſtentatur anus, titulumque effeminat anni.
Pandite Pontifices Cumanæ carmina vatis,
Fulmineos ſollers Etruria conſulat ignes,
Immerſumque nefas fibris exploret haruſpex.
Quæ nova portendant Superi!

Augures & haruſpices hoſtiis ea procurabant prodigia, ut infortunia quæ minabantur, averruncarent. Conſulti etiam ob eam cauſam libri Sybillini, ut frequenter meminit Livius. Et hic quidem Hiſtoricus nimium quantum in ejuſmodi prodigiis referendis & procurandis ad omnimodam Lectoris ſatietatem prolixus eſt & ſuperſtitioſus. Vix enim apud illum dimicatio, aut conſilium quodlibet bellicum occurrit, de cujus exitu pluribus & illuſtribus ſignis aliquid in anteceſſum prodigia non portendant.

2. Addam aliquid de offenſionibus. Sic dicuntur in re augurali impedimenta religioſa ad expeditionem, iter, prœlium, vel negotium quodlibet capeſſendum. Hujuſmodi erant, ſi in digreſſu pes hæſiſſet, inſonuiſſet limen, concidiſſet equus. Hinc proverbium *Cantherius in porta*; dictum de Galba, cui in expeditionem exituro, equus, ſive cantherius in porta concidit, quod ſiniſtri erat auſpicii. Hujus generis offenſionibus neglectis, ita quippe ab Antiquis falsò vaneque creditum, ſanguinolentas clades accepere Demetrius & Gracchi; ut de Gracchis ſcribit Valerius Max., de Demetrio verò Plutarchus in ejus vita. Tractum etiam eſt in certiſſimum evertendæ Trojæ argumentum, quod equus ille machinarius in portæ limine hæſiſſet. Virgil. 2. Æneid.

quater ipſo in limine portæ
Subſtitit, atque utero ſonitum quater arma dedere.
Inſtamus tamen immemores cæcique furore;
Et monſtrum infelix ſacrata ſiſtimus arce.

Simile eſt illud Ovid. Epiſt. 13. Laodamiæ:

Cum foribus velles ad Trojam exire paternis,
Pes tuus offenſo limine ſigna dedit.

Et Tibullus lib. 1. Eleg. 3.

O quoties ingreſſus iter, mihi triſtia dixi
Offenſum in porta ſigna dediſſe pedem.

Voces etiam incerto authore prolatæ, prodigii loco habitæ ſunt; neglectæque interdum privata infortunia & clades publicas pepererunt. Plutarchus author eſt C. Mancinum Hoſtilium Conſulem, cum in portu Herculis navem conſcenderet, Numantiam petens, ex improviſo eam inaudiſſe vocem: *Mane Mancine*. Cujus admonitum cum neglexiſſet, a Numantinis fœdiſſima accepta clade mulctatus eſt. Ad infauſti etiam ominis argumentum inopinati occurſus turpium formarum, Maurorum præſertim & Æthiopum pertinebant. Exemplum hujuſce prodigialis terriculi adduco ſolum ex Floro lib. 4. cap. 7. ubi agens de bello adversùs Cæſarem, hæc prævia deſcribit ad Bruti interitum: *Sed nec tum imminentia cladis deſtinatæ ſigna latuere. Nam & aſſuetæ cadaverum pabulo volucres caſtra quaſi jam ſua circumvolabant: & in aciem prodeuntibus obvius Æthiops nimis apertè ferale ſignum fuit. Ipſique Bruto per noctem, cum illato lumine ex more aliqua ſecum agitaret, atra quædam imago ſe obtulit: & quæ eſſet, interrogata: Tuus, inquit, Malus Genius.* Hinc Svetonius tradit, Auguſtum pumilos, diſtortos, & quocunque genere notáque monſtroſos, ut ludibria naturæ malique ominis abhorruiſſe. Serpentes porrò angueſque ad auguria maxime pertinere omnis Antiquitas credidit. Et antiquiſſimum quidem illud fuit mali Dæmonis, qui humanæ felicitatis invidentiſſimus, ſuſcepta ſerpentis formà, ut in ſacra traditur Hiſtoria, falſæ divinitatis auguria primis parentibus fecit; ſed verè mortalium omnium innumeris calamitatibus, unius credulitate fœminæ, latiſſimam viam aperuit. Atqui hoc in ſummæ pacis otio & deliciarum horto veteratoriis artibus tentatum a nebulone Tartareo, In bellicis verò auguriis & prodigiis hoc reptile inter præcipua recenſetur a Feſto. Equidem Calchas apud Homerum viſo ſerpente, qui octo paſſeres cum matre devoravit, belli Trojani annos inde eſt auguratus. Serpens ad Anchiſæ tumulum, qui

Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit,

Authore Servio omen Æneę fuit ad ſpatium præſagiendum erroris ſui. Quid Tiberio Graccho in Lucanis ſacrificanti, quid Syllæ immolanti in agro Romano, quid Roſcio puero viſi per ſomnum angues portenderint refert Cicero de Divinat. lib. 1. Artem ex anguibus augurandi primùm inveniſſe Telegonum ſcribit Suidas. Imò ipſam artem vaticinandi a ſerpentibus fuiſſe monſtratam diſcimus ex fabula de Heleno & Caſſandra dormientibus in Tymbræo Apollinis fano, quam refert Scoliaſt. Homer. in Iliad. Huc referas Apollinem præſidem augurioruim, Pythium & Pythonem a ſerpente fuiſſe nominatum. Et hæc quidem, pro inſtituti noſtri neceſſitate, de prodigiis indicaſſe fuerit ſatis; ne emanſoris

pœ-

Digitized by Google

pœnas incurrere videar, qui tamdiu abſens a ſignis fuerim. Notare tamen non parcam, hoc genus auguriorum, ſive prodigia a Scriptoribus rei auguralis Diras etiam appellari; quo nomine complecti mur quidquid præter rationem & humanum morem, quomodolibet evenit, vel obiieitur, Vide *Augurium*, *Auſpicium*, *Serpentes*.

PRODITOR. A prodendo vel aperiendo dicitur, Eſt enim prodere manifeſtare: ex quo proditores ſunt, qui hoſtibus ſuorum eonſilia vel ſecreta produnt, Niſi mavis eommodiorem eſſe originem a prodendo, ideſt porro dando: ex quo proditores, qui patriam vel eommiſſas urbes in manus hoſtium tradunt. Liquet eum eſſe propriè proditorem, qui pretio corruptus, vel odio in patriam, eandem hoſtibus vendit. Cicero proditori eonſervatorem patriæ oppoſuit. Sic enim ſcribit Epiſt. lib. 12. *Ea dixit de ronſervatoribus patriæ, quæ diri deberent de proditoribus*. Antiquiſſima fuit lex Athenienſium, ut proditores non ſolum extremo afficerentur ſupplicio, verùm etiam eorum bona publicarentur, Intra Atticæ verò fines eoſdem ſepeliri neſas erat, ut docent Xenophon & Thucydides. Accuſati autem dicebant cauſam in vinculis, ut legimus apud Demoſthenem. Romæ verò proditionis ſeu perduellionis damnatos, evocati in Urbem carnifices in crucem tollebant in Campo Martio defixam, ut docet Cicero in Orat. pro Rabir. Ad hæc non ſolum illis aqua & igne interdicebatur, verum etiam in perpetuum recordationis erant neſaſtæ. Vide, quæ ſuper hae re diximus in Titulo *Pœnę militares*. Ex conſueta porrò ordinis Senatorii formula hoſtes judicabantur. Diſcimus id ex Bruto ad Ciceronem lib. 2. Epiſt. Familiar. *Tamen paulò poſt futurum puto, ut boſtes judicemur*. Porrò Tiberium Gracchum boſtem judicatum ſcribit Vslerius Max. lib. 4. cap. 7. idemque tradit de Mario lib. 1. cap. 5. Catilinam etiam hoſtem a Senatu judicatum doeemur ex Saluſtio. Nihil opus eſt alia recenſere exempla, quæ magnà eopià leguntur penes Romanarum rerum Scriptores. Hoſtes verò ſemel judicatos bello etiam perſequendos eſſs cenſehant. Cic. Philip. 11. *Cum P. Dolabella, quique ejus crudeliſſimi & teterrimi farinoris miniſtri, ſocii, adiutores fuerunt, hoſtes populi Romani a Senatu judicati ſiut: rumque Senatus P. Dolabellam bello perſequendum renſuerit &r.* Idem Epiſt. ad Brutum: *Cum de bis, qui hoſtes judirati ſunt, bello perſequendis ſententiæ dicerentur*. Epitom. Livii lib. 121. *Cæſſius, cui mandatum a Senatu erat, ut Dolabellam inimicum judicatum bello perſequeretur*. Plerunque tamen ita res tranſigebatur, ut duces quidem ipſos & authores proditionnm judicarent hoſtes, belloque perſequendos decernerent; cæteræ verò multitudini, diem certum ſtatuerent, quo ah armis impune poſſent diſcedere. Cic. Epiſt. Famil. lib. 12. 5. *Lepidus ſententiis omnibus boſtis a Senatu judicatus eſt, cæterique rum illo, qui a Republica defecerunt: quibus tamen ad ſanitatem redeundi ante Kalend. Septemb. pateſtas facta eſt*. Idem Philipp. 5. *Cenſeoque ut iis, qui in exercitu Antanii ſunt, ne ſit ea res fraudi, ſi ante Kalend. Febr. ab eo diſceſſerint*. Idem habet Spartianus in Didio Juliano: *Perturbatus ad Senatum venit, impetravitque ut boſtis Severus renunriaretur. Militibus etiam, qui Senatum ſeruti fuerant dies præſtitutus, ultra quem, ſi rum Severo fuiſſent, hoſtium numero baberentur*. Non ſum neſcius, Franciſcum Hotomanum multa afferre diſcrimina inter proditorem, & perduellem, & majeſtatis reum: ſatis enim ad boc crimen contrahendum putatur, ut aliqua Reipublieæ pars lædatur; ut ſiquis Duces hoſticos pecunià liberaverit, vel adjuverit, vel detinuerit domi ipſos boſtes. Perduellionis tamen crimen in eos cadit, qui Rempublicam ipſam, vel Principem aggrediuntur & impetunt. Exempla verò punitionum apud Romanos demonſtrant, ſumma ſeveritate fuiſſe animadverſum in reos majeſtatis, & quomodolibet Reipublicæ perturbatores. Eorum verò criminum cauſas, quæ ad regimen vel adminiſtrationem bellicam maxime referuntur, latè recenſet Sigonius ex Ulpiano, Marciano, Scævola, aliiſque priſcis Juriſconſultis. Sunt autem hæ potiſſimum cauſæ, ut eaſdem exponit Roſinus Antiqq. Rom. lib. 2. cap. 23. Qui iniuſſu Principis bellum geſſerit, delectumve habuerit, aut exercitum comparaverit. Qui ſucceſſori exercitum non tradiderit. Qui deſeruerit exercitum Populi Romani, aut ipſius imperium. Qui dolo malo fecerit ne hoſtes in poteſtatem populi Romani venerint; ne exteræ nationes eidem populo obtemperarent; eoſdemque hoſtes quomodolibet juverit commeatu, armis, equis, telis, pecunià. Proditionum exempla tum apud Græcos, tum apud Romanos, quoniam paſſim occurrunt apud utriuſque gentis Hiſtorieos, ſupervacaneæ fuerit operæ hìc referre.

a. Neque eſt prolixiori ſermone oſtendendum nihil in hominum vita & ſocietate deteſtabilius eſſe, & magis exoſum, patriæ ſuæ vel Principum proditoribus. Sapienter Plutarchus in vita Romuli sorum operam deſiderari quidem depoſcique ſępe ſcribit, nunquam laudari. Quemadmodum enim venenatos ſuccos a peſtiferis herbis eonquirunt multi avidè, illas tamen fugiunt oderuntque: ſic gratus interdum jucunduſque Proditoris fructus, ipſa tamen nunquam grata proditio eſt, ipſique ſemper proditores demum inviſi. Illud etiam fatum eſt atque adeo ſupplicium hominum ſceleſtiſſimorum, ut arridere cuipiam interdum poſſint ad tempus, omnibus verò diris & execrationibus poſtea onerandi, demandandique in malam rem & memoriam ſempiterni dedecoris. Palam id profeſſus eſt Auguſtus, qui, authore Plutarcho, non paſſus Rhymitaclem Thracum Regem, qui ad ſe deſciverat ab Antonio, ſua in ipſum beneficia jactare inſolentiùs in convivio, poſt diſſimulatam aliquandiu moleſtiſſimam ejuſdem petulantiam, alteri euidam Regum propinans commemoratu digniſſimum illud protulit, *Proditionem amo, Proditorem non laudo*. Extat apud Vopiſcum exemplum ſimile de Heraelamone occidi juſſo ab Aureliano Auguſto, cujus in hanc ſentsntiam ab eodem refertur epiſtola: *Occidi paſſus ſum, cujus beneficio Thyanam rerepi. Ego verò Proditorem amare non patui: & libenter tuli quod eum milites acciderunt: neque enim mibi fidem ſervare potuiſſet, qui patriæ non pepercit*. Nequitiam proditorum Claudianus in Ruffin. lib. 2. ſic eleganter expreſſit:

Fheu! quam brevibas pereunt ingentia cauſis!
Imperium tanto quæſitum ſanguine, tanto

Srr-

Servatum, quod mille Ducum peperere labores,
Quod tantis Romana manus contexuit annis,
Proditor unus iners anguſto tempore vertit.

Facit huc vetus adagium; *Cilicontis exitium*: quod memoria retentum a qualibet proditione teotanda omnes deterreat. Scribit autem Plutarchus, Cilicontem poſt proditam Prieneniſibus Miletum patriam in macellum acceſſiſſe ad coemendas carnes. Lanius fruſto carnis eidem porrecto, veluti reſecturus quod ſupereſſet, rogat hominem, ut extremam ejus partem detineat: mox protenſam viri manum machæra generoſiſſima amputavit, addens: *Iſta ſaltem manu poſthac nullam civitatem eris proditurus.*

Prodromi. Vide *Anteceſſores*.

Profectio classis. Poſt claſſem deductam & de more ſacrificiis luſtratam, conſultis potiſſimum avibus, ſequebatur conſcenſio in naves. Hujus ferè ſignum tuba extitit. Arrianus lib. 6. *Signum proficiſcendi dari juſſit tubâ: quo audito ſtatim ordine naves ſolvunt*. Valer. Flaccus lib. 1. Argon.

zephyrumque ratemque morantes
Solverat amplexus triſti tuba tertia ſigno,

Ubi etiam habes ter ſolitum tuba occini. Aliud verò per noctem addebatur profectionis ſignum, flamma nimirum vel fax ſublata e navi prætoria. Id ſcilicet intellexit Seneca in Agamemn.

Signum recurſus regia ut fulſit rate,
Et clara lentum remigem emovit tuba,
Aurata primas prora ſulcavit vias.

Facem porrò ſublatam exponit Servius illud Virgilii 3. Æneid.

Poſtquam cuncta videt cælo conſtare ſereno,
Dat clarum e puppi ſignum.

Accepto auditoque ſigno diſceſſus, naves certatim conſcendebant, graviſſima ac ſæpe capitis pœna iis propoſita, qui facis, tubæ, vel vocis imperium neglexiſſent. Memorabile ejus rei exemplum a M. Catone proditum refertur a Frontino lib. 4. cap. 1. *M. Cato ab hoſtili littore, in quo per aliquot dies manſerat, cum tradito profectionis ſigno claſſem ſolviſſet, & relictus e militibus quidam alta voce & geſtu expoſtularet, uti tolleretur, circumacta ad littus univerſa claſſe comprehenſum ſupplicio affici juſſit; & quem occiſuri per ignominiam hoſtes fuerant, exemplo potius impendit*. Neque verò ſolum lætitia & jactatione militari, verum etiam feſtivo concentu atque pæanibus adornabatur conſcenſio. Coronæ etiam herbidæ floridæque ex ritu veteri navibus imponebantur. Virgil. 4. Æneid.

Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas.

Ipſius verò profectionis ordo erat, ut expeditiſſimæ quælibet naves levioreſque lembi primam aciem tuerentur. Commodum quippe illis ſtationes portuſque capiendos explorare, & de hoſtium conſiliis cognoſcere: eam ob cauſam ſpeculatoriæ illæ naves dictæ. Interdum verò in medium recepta leviora navigia, ne claſſis adventum præſentiſcere hoſtis poſſet; quod ab Alcibiade factitatum narrat Plutarchus in ejus vita. Poſt expeditam illam claſſis partem ipſa ſequebatur prætoria cum triremibus, omnique apparatu navium bellicarum. Poſtremum locum obtinebant onerariæ, quæ in re navali & legitima claſſe, quaſi impedimenta quædam & ſarcinæ cenſebantur. Auxiliariæ etiam naves prætoriam ſolebant ſubſequi. Cæterum ordo iſte non ita reperitur religioſè ſervatus, ut non alium Imperatores ordinem inſtituerint, ſicubi id e republica ducerent. Nihil autem diligentiùs obſervabatur, quàm ut minime conſtipatæ naves eſſent, ſed certo ſejunctæ ſpatio ad mutuam colliſionem evitandam. Prudenter id caviſſe Alexandrum narrat Arrianus lib. 6. *Deinde ſignum proficiſcendi dedit, quo audito ſtatim naves ordine ſubducuntur. Imperatum enim erat quanto ſpatio actuarias, quanto hippagines, quanto bellicas ſejunctas inter ſe eſſe oporteret, ne temerè nulloque ordine navigantes colliderentur; neque iis, quæ velociores erant, interrupto ordine alias prævertere permittebatur*. Hæc fere de uſu Veterum in conſcendenda claſſe & profectione ejuſdem adornanda. Vide Schefferum lib. 3. cap. 3. ſæpius laudati operis de Militia navali.

Profectio Imperatoris. Comparatis omnibus, quæ Imperatorem diſceſſurum cum exercitu inſtruunt muniuntque; copiiſque ipſis militaribus præmiſſis, poſtremus cum magnifico comitatu, votiſque ſecundiſſimis & acclamatione civium proficiſcebatur Imperator. Extant nummi veteres cum epigraphe *Profectio Auguſti* in Hadriano, M. Aurelio, L. Vero, & aliis. Diſceſſus tam honorificus apud Romanos fuit, tantamque ſpectatoribus majeſtatis ſpeciem conſuevit ingerere, ut profectionem illam, utpote qua ſalus publica vertebatur, deditâ operâ prolixiùs deſcribere lib. 42. non otioſum putaverit Livius: *Per hos forte dies P. Licinius Coſ. votis in Capitolio nuncupatis, paludatus ab Urbe profectus eſt. Semper quidem ea res cum magna dignitate ac majeſtate geritur: præcipuè convertit oculos animoſque, cum ad magnum nobilemque, aut virtute, aut fortuna hoſtem, euntem Conſulem proſequuntur. Contrahit enim non officii modo cura, ſed etiam ſtudium ſpectaculi, ut videant Ducem ſuum, cujus imperio conſilioque ſummam reip. tuendam permiſerunt. Subit deinde cogitatio animum qui belli caſus quam incertus fortunæ eventus, communiſque Mars belli ſit; adverſa, ſecunda, quæque inſcitia & temeritate Durum clades ſæpe acciderint, quæ contra bona prudentia & virtus attulerit, quem ſcire mortalium, utrius mentis, utrius fortunæ Conſulem ad bellum mittant: triumphantemne mox cum exercitu victore ſcandentem Capitolium ad eoſdem Deos, a quibus proficiſcatur, viſuri, an hoſtibus eam prabituri lætitiam ſint*. Potiſſimam verò partem Imperatoriæ profectionis vindicabant ſibi res ſacræ. Præcedebat ſolemne ſacrificium in monte Albano in honorem Jovis Latialis, quod Latinas dicebant ferias. Liv. lib. 25. *Romæ Conſules Prætoreſque uſque ante diem V. Kalend. Majas Latinæ tenuerunt: eo die, perpetrato ſacro in monte, in ſuas quiſque provincias proficiſcuntur*. Ea verò aliquando neglecta ſacra oon una clade vel infortunio luerunt Romani, ut ſcribit Dio lib. 46. Ipſo verò profectionis die vota ſolemnia in Capitolio Imperator nuncupabat, quę confeſtim referebantur in publicas tabulas. Is porrò interdum omiſſus ritus magno, ut rebantur, Ducibus ipſis atque adeo Reipublicæ ſtetit: ut meritò apud Livium lib. 21. Senatus indignaretur, quod prætermiſſa illa eſſent ſacra a C. Flaminio, qui Latinas ferias & votorum nuncupationem fugiſſet. De nuncupatis verò votis meminit Cæſar 1. de Bell. Civil. *Paludati votis nun-*

cupatis exeunt. De eiſdem votis Feſtus: *Vota nuncupata dicuntur, quæ Conſules & Prætores, cum in provincias proficiſcuntur, faciunt; ea in tabulas præſentibus multis referuntur.* Prodigia etiam ante diſceſſum procurari ſolita, ut a nobis alibi eſt dictum. Quibus in rebus plane eminuit Romanorum pietas, nullos Conſules aut Prætores exiſtimantium ſatis ratum aut legitimum imperium habere poſſe, qui eas ceremonias præteriiſſent. De ritu autem gladiatorii muneris, & venationum edendarum ante diſceſſum ex Urbe, vide quæ diximus in Titulo *Gladiatores*. Quibus Veterum ſervato more confectis, paludamentum Imperator ſumebat, cumque paludatis pariter lictoribus, & reliquis imperii inſignibus inter publicas acclamationes & læta auſpicia proficiſcebatur in provinciam. Liv. lib. 31. *P. Sulpicius Conſul ſecundum vota in Capitolio nuncupata, paludatus cum lictoribus profectus ab Urbe Brundufium venit*. Idem Hiſtoricus lib. 21. tanquam inſolens & deterioris exempli fuiſſe obſervavit quod C. Flaminius Conſul, *Lixæ modo*, ut ipſe loquitur, *ſine inſignibus, ſine lictoribus clam profectus; haud aliter quàm ſi exilii cauſa ſolum vertiſſet*.

PROFLIGO, as. Fit a priſco verbo *Fligo*, ſignificatque prodigere vel deperdere, Ut autem loquitur Gellius cap. 5. lib. 15. inclinatum eſt hoc verbum tractumque ab affligendo, & ad perniciem interitumque deducendo. Frequens admodum hujus verbi uſus in re prœliari. Profligatas acies, claſſem profligatam dicimus. Cic. pro Rabir. *Exercitum inſtruere, expugnare urbes, acies hoſtium profligare*. Cæſar 2. Bell. Civil. *Quod claſſem hoſtium primo impetu adveniens profligaverim.* Profligare bellum etiam dicimus pro abſolvere & conficere. Tacit. *Profligaverat bellum cum Judæis Veſpaſianus*. Notat tamen Gellius l. 15. c. 5. Latii veteris Scriptores, ac præcipue Tullium pro bello profligato dixiſſe bellum adſectum, ideſt ad finem penè perductum, adducit autem verba Tullii in hanc ſententiam: *Bellum adſectum videmus, & verè ut dicam, penè confectum*.

PROFLIGATOR, oris. Victor, Triumphator: Deflexit tamen Tacitus hoc nomen ad indicandam effuſam prodigalitatem: *Habebaturque non ganeo, & profligator, ut plerique ſua haurientium, ſed erudito luxu*.

PROJECTURÆ, arum. Dicunt paſſim Architecti in re ædificatoria partes illas, quæ extra ambitum ſtructi ædificii ad perpendiculum extant: cujuſmodi ſunt coronæ, cymatia, & in columnis præſertim, quæ ſunt extra ſcapi craſſitudinem. Non ſolum ad ornamentum, verum etiam ad robur & firmitatem operis addi ſolent tum a civicis tum a bellicis machinariis. Vitruv. lib. 6. cap. 2. *Quemadmodum enim in ſcenis pictis videntur columnarum projecturæ*. A Græcis Ecphoras appellari idem non ſemel docet Vitruvius. Itali dicunt *Sporti, Aggetti.*

PROLETARII. Quinam eſſent oſtendit Gellius lib. 16. cap. 10. Julii Pauli verbis: *Qui in plebe Romana tenuiſſimi, pauperrimique erant, neque amplius quàm mille quingentum æris in cenſum deferebant, Proletarii appellabantur: qui verò nullo, aut perquam exiguo ære cenſebantur, Capitecenſi vocabantur*. Conſtat autem Proletarios, & Capitecenſos a Romana militia excluſos fuiſſe propter inopiam & cenſus tenuitatem. Cum tamen neceſſitas aliqua adigeret, ii etiam leguntur arma ſumpſiſſe. Non educebantur tamen in aciem, nec legionibus miſcebantur, ſed ad muros, urbemque cuſtodiendam detinebantur ſub oculis ſeniorum. Clarè id docemur a Julio Paulo, loco Gellii ſupra memorato: *Quoniam res pecuniaque familiaris obſidis vice pignoriſque apud Rempublicam eſſe videbatur, amoriſque in patriam fides quædam in ea & firmamentum erat, neque Proletarii, neque Capitecenſi, milites, niſi in tumultu maximo, ſcribebantur*. In eandem ſententiam Ennius Poeta cecinit:

Proletarius' publicitu' ſcutiſque feroque
Ornatur ferro, muros, urbemque, forumque
Excubiis curat.

Ubi notandum non modo, quod diximus, ad murorum duntaxat cuſtodiam fuiſſe detentos Proletarios, verum etiam arma e publico habuiſſe. Iniquitate poſtea temporum eò delapſum eſt, ut Proletarii & Capitecenſi paſſim in militiam ſcriberentur. Saluſt. de Mario: *Ipſe milites ſcribere, non more majorum, neque ex claſſibus, ſed uti libido cujuſque erat, Capitecenſos pleroſque*. De eodem Mario ſic Plutarchus: *Delectum habuit præter legem & morem plurimos a pauperibus & ſervili genere conſcribens, cum antea Duces hos tales non ſuſciperent*. Proletarii dicti ſunt a prole creanda. Nam cum ab initio a militia excluderentur, ad creandam ſobolem in Urbe relinquebantur. Capitecenſi ſic appellati ſunt, quoniam fortunis cenſuque deſtituti, ſolo capite cenſebantur. Quod autem de infimis quibuſque & Capitecenſis a Mario delectis ex Plutarcho memoravi, prolixiùs exponitur a Valerio Max. lib. 2. cap. 3. *Sed hanc diutina uſurpatione firmatam conſuetudinem C. Marius, Capitecenſum legendo militem, abrupit. Civis alioqui magnificus, ſed novitatis ſuæ conſcientia vetuſtati non ſane propitius: memorque, ſi militaris ignavia humilitatem ſpernere perſeveraret, ſe a maligno virtutum interprete velut Capitecenſum Imperatorem compellari poſſe. Itaque faſtidioſum delectus genus in exercitibus Romanis obliterandum duxit, ne talis notæ contagio ad ipſius quoque gloriæ ſugillationem penetraret*. Clariſſimè denique inter Capitecenſos & Proletarios diſtinguit Gellius lib. 16. textu ſuperiùs allato.

PROMOTIO, onis. Vide *Promoveo*.

PROMOVEO. Eſt porrò, ideſt ultrà moveo. Terent. in Eunuch. *Move verò ocyus te Nutrix*. S. *Moveo*. C. *Video, at nihil promoves*. Verbum eſt rei bellicæ & caſtrenſi admodum familiare. Tacit. lib. 15. *Cum promovere ſcalas & machinamenta inciperent, facilè detruſi*. Cæſar lib. 1. Bell. Gall. *Eodem die caſtra promovit, & millibus paſſuum ſex a Cæſaris caſtris ſub monte conſedit*; Liv. lib. 8. Bell. Punic. *Dum caſtra ad Carthaginem promoveo*. Metaphoricè verò promovere dicimus, quos in altiorem gradum evehimus. Juxta hanc etiam acceptionem ſæpiùs uſurpatur id verbum de bellicis Magiſtratibus. Curt. lib. 6. *Ab humili ordine ad eum gradum, in quo tunc erat, promotus*. Veget. lib. 2. cap. 8. *Vetus autem conſuetudo tenuit, ut ex primo Principe legionis promoveretur Centurio primipili*. Lamprid. in Alex. *De promovendis etiam ſibi adnotabat*, Promotio

etiam

etiam legitur apud eundem Lampridium io Diadumeno: *Habete igitur, Commilitones, pro imperio aureos ternos, pro Antonini nomine aureos quinos, & ſolitas promotiones, ſed geminatas*. Verùm ioterpretes, promotionem ibi ſtipendii cujuſdam genus iotelligunt. Perterruit illos nimirum, & ad ſtipem excogitandam induxit promotio geminata. Ea mihi ſimplicius explicatur proveƈtio ad honoris gradum non proximum, ſed excellentiorem: bis enim promotus probè dicitur, qui ab uno dignitatis gradu, proximo quaſi per ſaltum tranſmiſſo, io ulteriorem aſcendit. Cæterum Promoti milites memoraotur ab Ammiaoo lib. 15. & receoſeotur inter Vexillationes in Notitia Imperii. Vetus inſcriptio: *PROMOTVS EX BENEFICIARIO PRÆFECT. PROMOTVS SVCCESSIONE IN LEGIONEM*.

Promurale, lis. Munitio murum amhiens & roborans. In Architeƈtura militari dicimus hodie terreas aggeſtiones, interpoſitis ad firmitudinem faſcibus, ſudibuſque in terram defixis, excitatas ante mœnia ad modum perpetui aggeris. Uſus eſt pro tegendis muris adversùs hoſtium tormenta. Stationem etiam militibus præſidiariis exhibet, ut foſſam tueri poſſint. Ejus uſum irrident damnantque plures Architeƈti militares, quaſi damnoſum munitionis genus. Nam ſæpe oppugnatores adjuvat ad aſcenſum, faƈta per repetitos tormeotorum iƈtus quaſſatione, adituque ad mœnia adaperto. Sunt tamen qui eos aggeres retinendos puteut. Uſus nimirum & experientia rerum varia facile opinionum diverſitatem inducit. Vide *Antemurale*. Dicitur Italis *Falſa braca*: qnoniam oon eſt verum tegumentum, ſive murus arcis verus, ſed appoſititius: quemadmodum falſa oſtia, Pſeudothyra Græcis, appellamus quæ furtiva ſunt. Vide *Pſeudothyrum*.

Proplasma. Dicitur apud Architeƈtoa operis adumbratio illa, quæ fit ex ligno, cera, gypſo, argilia, vel charta, ad cujus axemplar opus deinde Mechanici perficiunt. Italis *Modello*. Plin. lib. 35. cap. 12 *Archeſilai Proplaſmata pluris venire ſolita ab artificibus ipſis, quam aliorum opera*.

Proprætor, oris. Duo Romanæ dignitatis munia compleƈtitur in rem noſtram. Primùm qui Prætoria dignitate ac authoritate ad provinciam gubernandam mittebantur, hoc ornabantur nomine. Siquidem Prætores, annuo Magiſtratu abſoluto, in provincias mitti ſolebant, cum imperio & jure balli admioiſtrandi; & tunc Proprætores vocabantur. Iterum ſic illos vocabant ex privatis, qui noo ad gubernaodam provioeiam, ſed ad gerenda bella mittebantur, ut Cajus Oƈtavius Auguſtus, & poſt eum reliqui Imperatores conſueverunt mittere in provincias, quas ſibi reſervabant, de quibus ſatis prolixè agit Dio lib. 53. Hujus autem generis Proprætores ſuos ſibi eligebant ipſi Legatos, Quæſtores Provinciales, Centuriones, Tribunos, Præfeƈtos &c. Vide Roſin. Antiqq. Roman. lib. 7. cap. 43. De Propretoribus Cicero 2. de Divin. *Quam multi ſunt anni, cum bella a Proconſulibus & Propretoribus adminiſtrantur*.

Propugnaculum, i. Optima veraque vocabuli notione ponitur a Vegetio pro pinnis murorum, idque pluribus in locis, quæ aliter explicari nequeunt. Pro exemplo ſit illud lib. 4. cap. 6. ubi loquitur de corbibus, ſive cratibus, quas lapidibus conſertas de muris in hoſtium capita & machinas dejiciebant: *Ea arte inter bina propugnacula conſtitutas, ut ſi per ſcalas aſcendiſſet hoſtis, ſupra caput ſuum vergerent ſaxa*. Et lib. 4. cap. 44. *In majoribus liburnis propugnacula conſtituunt, ut tanquam de muro faciliùs vulnerent*. Diƈtum quippe eſt propugnaculum, quaſi ante pugnaculum, ideſt murus, agger, ac demum quidquid interpoſiti editique operis extruitur ante locum, ex quo milites pugoaot, ut eodem teƈti tutò in hoſtes tela conjiciant. Ac plane non dubito, primum propugnaculi uſum fuiſſe in militia nautica, quo indicatur ligneum quoddam quaſi promurale, quo proteƈti milites naves hoſticas adoriuntur, ut magis explicatum eſt in Titulo *Cataſtromata*. Id verò mihi apertiſſimum facit familiaris Hiſtoricorum locutio: vix enim in terreſtri militia, creberrimè in nautica propugnatorum meminerunt. Hirtius de Bell. Alexand. *Non jam virtute propugnatorum, ſed ſcientia claſſiariorum ſe viƈtos vident*. Liv. lib. 32. *Navis roſtris iƈta ſupprimitur, telis obruuntur propugnatores*. Cic. 7. Verr. *Claſſis infirma propter dimiſſionem propugnatorum & remigum*. Atque id ferè perpetuò obſervatum a præclaris Scriptoribus. Ex quo mihi plane omois dubitatio adimitur, quin veriſſimam eſſe ſtatuam ſuperiùs indicatam hujus oominis notiooem.

2. Propugnaculum in recenti militia muoitoria pars eſt arcis potiſſima, ad tutandos ſimul præſidiarios, & hoſtem infeſtandum idonea. In angulum illa prominet, hoſtilemque reſpicit campum & cortinas utrinque interieƈtas, quas ita protegit, ut altera alteri ſit muoimento, utraque verò ad propulſandum hoſtem conſpiret. *Baluardo*, *Baſtione*. Nihil fere eſt in univerſo ſtudio militari, quod indigeat majori peritia & diligeotia, quàm ut ad reƈtam normam, certamque artis regulam hujuſmodi propugnacula dirigantur; in eo ſiquidem munitionis præcipue munere tota ſtat ratio, tota ſpes vertitur eludendi conatus hoſtiles, diuturnæque obſidionis ſuſtinendæ. A oumero earundem munitionum, angulari quemadmodum dixi forma per certa iotervalla ereƈtarum, urbes ipſæ vel arces tetragonæ, pentagonæ, exagooæ, eptagonæ oominaotur. Sunt verò quæ pluribus etiam propugnaculis muniuntur. Verùm laxiores illæ urbes, præterquam quod longè plures depoſcuot impenſas, duplo triploque majorem exigunt tormentorum & præſidiariorum militum numerum; minuſque proinde aptæ redduntur ad paulò longiorem defenſiooem. Equidem architeƈturæ teƈtoriæ finis eſt, ut pauci plures arcere poſſint, quod noniſi in arƈtum colleƈtis munitionibus obtineri commodè poteſt. Ideo pentagonæ & exagonæ arces præ polygonis a peritis machinariis eliguntur. Provideodum verò in propugnaculis conſtruendis, ut linea, quam vocant defenſionis, a roſtro unius propugnaculi ad extremam alam alterius non ſit æquo brevior, longiorque. Iterum ut roſtrum ipſum nec ita in acumen deſinat, ut ab hoſtilibus tormentis facilè poſſit dirumpi; nec ita craſsè ſit cuſpidatum, ut vim copioſam efflagitet præſidiariorum. Frontes etiam ſeu facies non ſoleot excedere ſpatium, quod habet dimidium adiacentium cortioarum. Poſtremò colli linea, alæ, auri-

culæ, oſtiola, quæque ad illa conſtruenda neceſſarii ſunt operis, certam habere dimenſionem oportet, ut expeditè munia militaria exerceantur, & propugnantium robori atque virtuti locus ipſe probè communitus examuſſim aptèque reſpondeat. Eas regulaa ſuaè proſequuntur Matthiaa Dogenius, Adam Fritachius, Petrus Herigoniua, ac præſertim illuſtris noſtrorum temporum machinarius Dominus de Vauban, qui ſubjectis etiam propugnaculi deformationibua rem totam facilè indicat exponitque,

Propugno, aa. Pugnando defendo. Cicer. 1. de Invent. *Ut non oppugnare commoda patriæ, verum propugnare poſſit*,

Propognator, oris. Defenſor. Liv. lib. 4. *Quid u vobis ſperetur? an honores? quos adverſariis veſtris potius, quàm Reipublicæ propugnatoribus datis*,

Propugnatio, onia. Defenſio. Cic. Epiſt. lib. 5. *Suſcepique perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis*.

Proquæstor. Cic. Acad. lib. 4. *Cum Alexandriæ Proquæſtor eſſem*. Dicitur tam qui, extincto Quæſtore, ante adventum ſucceſſoris, præficiebatur provinciæ per aliquod temporis ſpatium; quam qui eodem decedente Quæſtore, a Præſide provinciæ lectua obibat munus & vices Quæſtorias, Provinciam Proquæſtores non a Senatu vel populo, uti Quæſtorea, ſed ab ipſo Proprætore, vel Proconſule accipiebant; nec urbana ſolum negotia, ſed etiam bellica moderabantur.

Proreta. Vide *Gubernator*.

Proſecutores armorum. Militum genus, quod curſoribus, & equitantibus adiungi ſolet. Eorum frequens mentio ævo Theodoſiano. Quomodo verò id genus militum creari ſoleret, & quam operam dominis præſtaret, fusè narrat Nicolaus Uptonus l. 1. de Militar. Offic. Vide Cangium in Gloſſ,

Proselontes. Remiges, vel claſſiarii, ab impulſu notione Græca appellati, quorum meminit Georg. Pachym. Michael. lib. 4. cap. 26. *Aderant bis abundè, qui ſervirent miniſteriis nauticis undecunque coacti, quos Proſelontas vulgò vocant, quaſi diceres navium in anteriora propulſores. Valentiſſimi remiges, quos è cunctà circum ora maritima robuſtiſſimos & plurimos congregari curaverat Auguſtus intelligens, quod & dicere ſolebat, nunquàm in Urbe ſecuros Romanos fore, niſi toto latè mari claſſe invicta dominarentur*.

Prosignani. Occurrunt apud Frontinum: *Tum Proſignanis, qui in ſecunda acie erant, imperavit, ut denſos numeroſoſque palos in terram defigerent*. Ex quo habes Proſignanos fuiſſe in acie Romana eoſdem ac Subſignanoa; nimirum eos, qui ſervabant ſigna Principum, qui poſt Haſtatos in acie collocabantur. Anteſignani fuerunt propugnatores ſignorum in Haſtatia; Subſignani, ſeu Proſignani pugugnatores ſignorum in Principibus; Poſtſignani verò propugnatores ſignorum apud Triarios. Dicti autem videntur Proſignani ideſt Subſignani ad eum modum, quo Subdecurio, Subcenturio, & ſimilea, ſunt etiam Prodecuriones & Procenturiones: cum iidem & ſubſint Decurioni & Centurioni, & ſimul, iia abſentibus, eorundem vicea & imperium obtineant. Hæc ad mentem Lipſii. Sed vide quæ diximus in Titulo *Anteſignani*. Turnebua l. 3. Adverſ. cap. 3. Subſignanorum notionem aliò trahit, ideſt ad eos milites, qui exauthorati ſub ſigno ſeorſum tenebantur, donec præmia & agros acciperent. Imo quotquot ſub ſignia habebantur, erantque a Legionariis diſtincti, nec militabant ſub Aquila, docet fuiſſe Subſignanos,

Prostatæ, arum. Quod ſit officii nomen in prœlio, vide in *Paraſtatæ*.

Prosumia, æ, Genus eſt navis ſpeculatoriæ cujus meminit Gelliua lib. 10. cap. 25. Legitur apud Cæcilium Scriptorem veterem: *Cui gubernator prope evertit Proſumiam*. Et alibi: *De nocte ad portum ſum provectus Proſumiâ*. Alio nomine appellari Geſeoretam aliqui ſcribunt, & indicat Gelliua ibidem,

Protectores. Spartian. in Caracalla: *Naufragii periculum adiit, antennâ fractâ, ita ut in ſcapham cum Protectoribus aſcenderet*. Militea ſunt Prætoriani, ſtipatores corporia. Horum crebrò meminerunt Scriptorea ævi Theodoſiani, quos recenſet Cangius in Gloſa. Ammian. l. 30. *Poſt dignitatem Protectoris atque Tribuni Comes præfuit rei caſtrenſi per Africam*: Per occaſionem hujus vocabuli militaria Paulinua Nolanus Epiſt. 39. præclaram illam habet parænesim ad militem: *In hac militia ſoletis in votis habere hanc officii promotionem, ut Protectores efficiamini. Si autem Deo te probaveris, ipſum Deum incipies habere Protectorem. Vide ad qualem militiam te invito collegum, ut quod homini eſſe optas, hoc tibi Deus ſit*. Cæterum de Protectoribua ita Firmicus l. 3. *Faciet ſcutarios, vel Imperatorum Protectores, vel qui proprio excubitu ſalutem Principibus ſervent*. Duplex verò fuit genus Protectorum: armati alii, & in acie militantes: alii inter Cæſarum familiares aſciti, eamque ob cauſam a Jureconſultis, aliiſque Scriptoribus dicti Protectores domeſtici. Ammian. lib. 14. *Advenit Arculanus Protector domeſticus*. Et lib. 15. *Miſſi igitur ad eos corripiendos Tentomates Protector domeſticus cum Collega*. Ipſe etiam Ammianus Conſtantii Imperatoris fuit Protector domeſticus, ut ab eodem refertur lib. 15. *Protectores domeſticos decem, ut poſtularat, ad juvandas publicas neceſſitates, ſecum duxit; inter quos ego quoque eram cum Veriano Collega*.

Protelum, i. Pro jugi quodam agendi tenore generatim exponitur: Cum verò hujus vocabuli etymon ſit maxime obſcurum, & in quo explicando Scriptorea miſerè torquentur, veriſſimam omnium puto derivationem a Donato traditam, quam ſequitur Scaliger in Varronem; ut protelum ſit a telo, notetque continuatam teli e balliſta impulſionem. Exinde verò ſignificat per quandam uſurpationem, quod ſit concitate & impetu continuato, nimirum ad ſimilitudinem teli balliſta emiſſi. Ita Lucretius lib 11.

Undique protelo plagarum continuato.

Protelo, as. Longe arceo, abigo cum impetu continuato. Terent. Phorm. *Ne te iratus ſuis ſævis dictis protelet*.

Protesilaus. Iphycli filius. Iterum atque iterum monitua a Laodamia conjuge, ut memor oraculi, quo periturua dicebatur qui primum in Trojanorum terram deſcendiſſet e claſſe, periculoſum bellum defereret, cum juvenili impetu ab-

Digitized by Google

abreptus primùm contigiſſet terram Trojanam, ab Hectore interfectus eſt. Ovid. Metam. l. 12.

Hectorea primus fataliter haſta
Proteſilae cadis.

Vide Ovid. Heroid.

PROTOCARABUS. Gubernator triremis Imperatoriæ Byzantii. Zonaras in vita Conſtantini Ducæ. *Curarunt, ut Imperatoria triremis, illiuſque gubernatores, qui Protocarabi appellantur, abeſſent.* Vide *Carabus*.

PROTOCURSOR. Præfectus Curſorum. Landulph. in Phoca: *Cum enim miſiſſet Protocurſorem, ut interrogaret eos, quo præcipiente hoc facerent.*

PROTONOTARIUS, ii. Dictio eſt hybrida, ex Græcanica & Latina conflata. Primus vel caput notariorum. Occurrit ſæpiſſimè apud Scriptores Latinobarbaros, & fere ſumitur pro cuſtode, vel principe Eccleſiaſtici ſcrinii, vel archivi. Sed nihil obſtat quominus militaris etiam cuſtodem primarium ſcrinii ita nomines: licet alia inſuper vocabula ſuppetant apud ejuſdem ordinis Scriptores, quibus ejuſmodi dignitatem, vel potius miniſterium indices. *Primiſcrinius, Protoſcriniarius, Protaſcriptor.*

PROTOSPATHARIUS. Vide *Spatharius*.

PROTOSTRATOR, oris. Stabuli Præfectus, idem ac Mareſcallus, ut apertè colligitur ex Niceta, ubi ſic loquitur de Gothefrido Bulioneo: *Dignitate erat vir ille Mareſcallus, quod Græcis eſt Protoſtrator.*

PROTOSTRATORICUS, a, um. Ut baculus protoſtratoricus, inſigne Mareſcallorum, vulgò *Baſton di comando*. Niceph. lib. 7. Hiſt. *Ob animi alacritatem ac fortitudinem protoſtratoricam baculum accepit.*

PROTOVESTIARIUS. In aula Byzantina veſtium, cimeliorum, & theſauri Imperatorii curator. Zonar. in vit. Baſilii Porphyr. *quæ cum cubiculario nunciata eſſent, Leo Protoveſtiarius cum ſummo imperio, & authoritate ſuo arbitratu gerendi omnia quæ Imperatori licent, mittitur.*

PROTUTELA, æ. Pro ducatu primæ aciei, *Vanguardia*: quemadmodum Retutela pro ducatu extremæ aciei. *Retroguardia*. A prima vel extrema exercitûs parte tuenda. Hugo de Cleeriis de Seneſcalis Franciæ: *Comes Andegavenſis cum in exercitu Regis fuerit, vel ierit, Protutelam faciet ei: in reditu Retutelam.* Infra: *De cætero Comes appellatur Major in Francia propter Retutelam, quam facit in exercitu Regis.*

PROVINCIA, æ. Vox eſt bellicæ originis. Sic enim a Romanis vocata eſt quælibet regio extra Italiam, quam bello devictam & acquiſitam, vel quomodolibet in ſuam poteſtatem redactam, ſuis illuc miſſis Magiſtratibus adminiſtrarent. Appellatæ ſunt Provinciæ, quoniam eas regiones populus Romanus provicerit. Feſtus illud *pro* exponit, *ante*: *Provinciæ appellantur, quod populus Romanus eas provicerit, hoc eſt ante vicit.* Exiſtimo illud *pro* melius eſſe explicandum *procul*, ideſt *foris*: quoniam Provinciæ dicerentur non quas circa Urbem, vel intra Italiam imperio ſuo Roma ſubmiſiſſet, ſed quas procul, foris, & extra Italiam armis eſſet adepta. Duplex eſt & paſſim a Scriptoribus uſurpata Provinciarum diviſio florentis Reipublicæ & libertatis illibatæ tempore. Provinciæ aliæ dictæ ſunt Conſulares, aliæ Prætoriæ. Contingebat frequenter, ut qui in Urbe geſſiſſent Conſulatum, honoris gratià poſtea mitterentur cum imperio ad eas regiones adminiſtrandas, quas felici bello ſui juris Romani feciſſent. Jam qui illuc delegabantur cum imperio Conſulari, poſt geſtum in Urbe Conſulatum, dicebantur Proconſules, quaſi vices Urbani Conſulis in ea regione obtinerent, eamque regerent Senatus populique Romani nomine. Ad eaſdem regiones gubernandas interdum ii mittebantur, qui Prætura in Urbe proximo anno eſſent defuncti. Ii porrò etiam, Præturà perfectà, profectique in Provinciam eodem jure Prætorio adminiſtrandam, nominabantur Proprætores. Horum porrò Provinciæ dictæ ſunt Prætoriæ, ut Proconſulum Conſulares. Neque proinde certa & affixa Proconſularis vel Prætoriæ appellatio erat Provinciis: quin potius ſæpe Conſulares Prætoriæ, & Prætoriæ Conſulares effectæ, ex arbitrio ſcilicet juſſuque Senatus, qui eiſdem regionibus modò Conſules, modò Prætores magiſtratu exſolutos præficiebat. Quanquam verò ſummum maximumque eſſet in Provincia imperium tam Conſulare, quàm Prætorium, major tamen dignitas erat Proconſulis, quàm Proprætoris. Siquidem Proconſul majorem copiarum numerum, plures faſces & Conſularia habebat inſignia: Proprætor autem minorem exercitum, pauciores faſces, & inſignia tantùm Prætoris. Scio nonnullos ac præſertim Jureconſultos ſecus ſenſiſſe, & Proconſules cum Proprætoribus omninò adæquaſſe, verùm illos in errorem induxit mutatio ipſa appellationum in iiſdem Provinciis, quæ aliquando Prætoriæ, quandoque etiam Conſulares dictæ.

2. Quod autem ſæpe invenies, in Provinciæ formam redactas Romanorum armis occupatas regiones, id ſcilicet fuit antiquas illis & domeſticas leges eripere; magiſtratus etiam e popularibus tollere, antiquatoque omni priſco jure, & Romanas leges, & Romanos Præfectos inducere, qui urbanis bellicisque curis præeſſent. Sed non proinde par in omnes erat Provincias imperium Romanorum. Magnum quippe diſcrimen inter illas & acquiſitas civitates quaslibet intercedebat, pro diverſitate earundem in Romanum populum meritorum. Quæ præclarè ſe geſſiſſent erga Romanos, immunes dictæ, ſolutæ nimirum a vectigalibus & oneribus. Quæ libertate donatæ erant, liberæ ſunt appellatæ, & nihil ſolvebant. Fœderatæ aliæ, a quibus nonnihil exigebatur. Quæ verò nullis in populum Romanum meritis inſignes eſſent, ſtipendiariæ dictæ, quæ tributa & vectigalia pendebant. Quare cum Proconſule, vel Proprætore mitti ſolebant in Provincias Quæſtores, qui curam gererent vectigalium. Aliud vero vectigal certum erat ac definitum, ut quædam ſtipendii ſumma: aliud incertum, ut Portorium ex importatione vel exportatione rerum venalium. Genus inſuper vectigalium Scriptura erat & Decuma; illa quidem ex pactione publici paſcui, hæc verò ex frumenti parte. Vide Roſin. Antiqq. Rom. lib. 16. cap. 24. & lib. 10. cap. 22.

3. Jam verò tempus Provincias gubernandi per Proconſules & Proprætores ad annum definiebatur ex lege; quemadmodum in Urbe annuum Conſules & Prætores magiſtratum gerebant. Sic enim ſancitum erat Lege Cornelia de Provincia, cujus etiam meminit Cicero Epiſt.

Fa-

Digitized by Google

Famil. lib. 5. Legimus tamen non admodum infrequenter prorogatum ultra annum imperium Præfectis Provinciarum. Neque porrò cogebantur ſtatim diſcedere in Provincias; niſi fortè belli exercendi neceſſitas ingrueret, quæ ſuaderet maturandum ab Urbe diſceſſum. Conſtat autem, quod ſuperiùs indicavi, nonniſi ſejunctas ab Italia regiones Provinciarum appellationem eſſe ſortitas. Quod enim ſcribit Cæſar de Bell. Gallic. lib. 2. Pompejum Proconſulem in Urbe fuiſſe, id ſcilicet factum eſt extra ordinem; ut ex eodem Cæſare ibidem facili negotio coniicitur. Sicilia verò, utpote Italiæ proxima, prima omnium Provincia fuit. Cicero in Verr. 3. *Primò, quod omnium nationum externarum princeps Sicilia ſe ad amicitiam fidemque populi Romani applicuit, id quod ornamentum Imperii eſt, Provincia eſt appellata*. Ex quo Provinciales appellati quicunque Romano Imperio eſſent obnoxii, præter Italos. Plin. lib. 8. Epiſt. *Italicus es, an Provincialis?* Et Colum. lib. 5. cap. 4. tradit culturam vinearum Provincialium, cum alibi tradidiſſet Italicarum. Volphgangus Lazius lib. 2. cap. 3. meminit etiam de Provinciis Quæſtoriis. Id verò plane commentitium eruditiores exiſtimant: inductamque allucinationem ex conſuetudine Proconſulum vel Proprætorum, qui, ſiquando a Provinciis aberant, relinquebant Quæſtoribus earum regimen: neque enim Quæſtores faſces habebant aut lictores, ut tradit Gellius cap. 12. & 13. fruſtra oppoſitam opinionem tuente Alexandro ab Alex. lib. 1. cap. 27. Sed videndus hac de re Marcellus Donatus Dilucid. ad Sveton. in Auguſto.

4. Alia Provinciarum diviſio locum habuit poſt exactam libertatem, & valeſcente potentia Cæſarum. Tunc enim aliæ populo Romano relictæ regebantur more veteri per Proconſules, vel Proprætores: aliæ verò atq; adeo pinguiores corundem Cæſarum poteſtatis erant, qui Præfectos ad illas ſuo nomine adminiſtrandas ablegabant nomine Præſidum. De ea diviſione luculenter ſcripſit Strabo lib. 6. per hæc verba. *Provinciæ ſæpenumerò aliter atque aliter diviſæ ſunt, nunc autem ex Auguſti Cæſaris inſtituto ita ſunt partitæ; nam quum ei patria totius Imperii ſummam permiſerit, paciſque ac belli poteſtatem habeat, univerſum Imperium bipartitò ſic diviſit, ut partem ſibi ſumeret, eam ſcilicet, quæ militum præſidio indigeret, partem verò Pop. attribueret eam, quæ pacata eſt, & ſine armis facilè retinetur. Complures igitur Provincias fecit, quarum aliæ Cæſaris, aliæ populi appellantur, ipſe in ſuas Præſides cum imperio mittit, populus in ſuas Proconſules & Prætores*. Obtentus autem ſibi aſſumendi Provincias a Cæſaribus plauſibilis ille quidem apud Senatum & populum fuit, ut laborioſas magis & bellorum motibus proximas ipſi ſuſciperent, ſedatas tranquillaſque Populo Romano relinquerent. Iſtud ſcilicet jactatum palam ab Auguſto colligitur ex Svetonio in ejus vita: *Provincias validiores, & quas annuis Magiſtratuum imperiis regi nec facile nec tutum erat, ipſe ſuſcepit, cæteras Proconſulibus ſortitò permiſit*. Eaſdem Provincias ſic explicat Dio lib. 53. *Potentiores Provincias, ut fallaces & pericaloſas, & vel hoſtes accolas habentes, vel per ſe magna & nova moliri valentes &c.* In eandem ſententiam Strabo lib. 17. *Sibi quidem quæcunque militum præſidio eſſent tenenda, quales ſunt Regiones Barbaræ, & gentibus nondum ſubactis finitimæ, ſteriles quidem & cultui ægrè parentes, quare incolæ cæterarum rerum penuriâ impulſi, & copiâ munitionum freti, jugum detrectant*. Adumbrat ſubobſcurè his verbis Strabo veram cauſam ſuſceptarum a Cæſaribus Provinciarum; nimirum ut copiis militaribus armiſque ipſi ſemper eſſent inſtructi, Romanum verò populum exarmatum relinquerent. Apertè tamen eandem revelat cauſam Dio: *Sub hac ſpecie, ut Senatus optimis imperii partibus tutò perfrueretur, ipſe laboribus & periculis objectus eſſet: at revera ut ſub hoc prætextu inermis ille & imbellis eſſet, ipſe ſolus arma & milites haberet*. Eos verò adminiſtros Provinciarum, nomine Cæſarum, jus tantùm Prætorium obtinuiſſe, ſaltem per poſteriora tempora, conjicimus ex Vopiſco in Probo: *Accepto igitur hoc Senatuſconſulto ſecundum orationem permiſit Patribus, ut ex magnorum Judicum appellationibus ipſi cognoſcerent, Proconſules crearent, Legatos Conſulibus, jus Prætorium Præſidibus darent, quas leges Probus ederet, Senatuſconſultis propriis conſecrarent*.

5. Proficiſcentibus verò in Provincias ex antiquitus recepta conſuetudine expenſæ omnes, quæque ad uſum vel diuturni eſſent itineris, comparabantur ex publico; neque eam ob cauſam ſociis aut fœderatis Provinciis quidquam negotii Romani Magiſtratus faceſſebant. Conſtat hoc ex Livio lib. 42. ubi præter morem a Poſthumio Conſule factum notatur, ut eiſdem aliquid oneris imponeret. Sic autem ſcribit: *Literas Præneſte miſit, ut ſibi Magiſtratus obviam exiret, locum publicè pararet ubi diverteretur, jumentaque cum exiret inde, præſto eſſent. Ante hunc Conſulem nemo unquam ſociis in ulla re oneri aut ſumptui fuit, ideo Magiſtratus mulis tabernaculiſque, & omni alio inſtrumento militari ornabantur, nequid tale imperarent ſociis; privata hoſpitia habebant, ea benignè comiterque colebant, domuſque eorum Romæ hoſpitibus patebant, apud quos ipſis diverti mos eſſet. Legati, qui repente aliquò mitterentur, ſingula jumenta per oppida, iter quà faciendum erat, imperabant, aliam impenſam ſocii in Magiſtratus Romanos non faciebant*. Poſtea Lege Julia quid in Provinciam proficiſcenti Magiſtratui a ſociis tribui deberet, præfinitum: Nam præter fœnum, tectum, & ligna, aliud gratis nihil dari debere decrevit. Videtur tamen id ex eodem Livio antiquioris etiam fuiſſe moris: ſic enim ſcribit lib. 43. *Eodem anno C. Popilius, & Cn. Octavius legati, qui in Græciam miſſi erant, Senatuſconſultum Thebis primùm recitatum per urbes omnes Peloponneſi circumtulerunt, nequis ullam rem in bellū Magiſtratibus Romanis conferret, præterquam quod Senatus cenſuiſſet. Hoc fiduciam in poſterum quoque præbuerat, levatos ſe oneribus, impenſiſque, quibus alia aliis imperantibus exhauriebantur*. Cum verò poſtea Proconſulum vel Præſidum avaritia adhuc magis magiſque Provinciis incommodaret, proviſum eſt moderatione Cæſarum, ut ad veterem frugalitatem revocarentur profecturi in Provincias, iiſque honeſtus commeatus pecunia publica penderetur. Sic enim Svetonius de Auguſto: *Ut Proconſulibus ad mulos*

los & tabernacula, quæ publicè locari ſolebant, certa pecunia conſtitueretur. Et adhuc expreſſiùs idem notant de Alexandro Capitolinus, & Lampridius in ejus vita. Appono autem Lampridii verba: *Judices cum promoveret exemplo veterum, ut & Cicero docet, argénto & neceſſariis inſtruebat; itaut Præſides Provinciarum acciperent argenti pondo vicena, mulos & equos binos, veſtes forenſes binas, domeſticas ſingulas, balneares ſingulas, aureos centenos, coquos ſingulos, & ſi uxores non haberent, ſingulas concubinas, quod ſine his eſſe non poſſent, reddituri depoſita adminiſtratione mulas, mulos, equos, muliones & coquos, cetera ſibi habituri, ſi bene egiſſent.* Ubi obiter licet ſuſpicere veterem parſimoniam in ſummi loci viris commigrantibus cum imperio ad opimas Provincias. Quid enim parcus ille & permodeſtus apparatus unius coqui, binorum equorum, paucarumque veſtium, ad ſplendidiſſimum faciat & quæſitiſſimum magnificentiæ cultum, quo hodie Præfecti Provinciarum commigrare ſolent? Ad evitandos demum etiam ſumptus, quibus non ærarium duntaxat, verùm etiam Provinciales gravabantur, inſtitutum invenio ab Auguſto, ut nonniſi poſt quintum annum a geſto in Urbe Magiſtratu, in provinciam quiſquam concederet. Sic enim Svetonius in ejus vita: *Author & aliarum rerum fuit: in queis ne acta Senatus publicarentur, ne Magiſtratus depoſito honore ſtatim in Provincias mitterentur.* Modum temporis magis explicat Dio lib. 53. *Omnibus autem ex æquo interdixit, ne ante quintum annum a geſto in Urbe Magiſtratu Provincias ſortirentur. Ita fiebat, ut etſi eorum numerus quàm Provinciarum erat major, tamen ad omnes tandem imperium perveniret.* Idem Dio lib. 40. antiquius fuiſſe indicat hoc decretum, confirmatumque a Pompejo in Conſulatu: *Decretumque paulò prius factum, ut qui in Urbe Magiſtratus geſſiſſent, exteras Provincias ante quinti anni exitum ne ſortirentur, confirmaret.* Vide *Præſides Provinciæ*, & *Conſulares*.

6. Notabo autem in tranſcurſu familiarem Antiquis locutionem, & quaſi certam loquendi formulam, qua ornare dicebant Magiſtratus, cum iiſdem ad profectionem & iter neceſſaria conferrent. In memoriam revoca primùm commemorata ſuperiùs verba Livii: *Magiſtratus mulis tabernaculiſque & omni alio inſtrumento militari ornabant.* Adſtrue illud Ciceronis lib. 2. ad Q. Fratr. *Referebatur de Provinciis Quæſtorum, & de ornandis Prætoribus.* Idem ad Atticum lib. 3. Epiſt. 24. *De ornandis Conſulibus.* Et ad eundem modum ſæpiùs alibi. Ornare ſiquidem Latinis eſt etiam aptare vel comparare: neque ſolum de addita dicitur rebus venuſtate, verùm etiam de ſupellectili uſuque rerum neceſſario. Cic. pro Leg. Man. *Qui poſteaquam maximas ædificaſſet ornaſſetque claſſes.* Idem ibidem dixit: *Ornare atque inſtruere copias omnibus rebus.* Plaut. in Rud. *Jubere melius eſt prandium ornari domi.* Et familiaris quidem ea Plauto locutio eſt. Ex Feſto etiam diſcimus, militem, gladiatorem, hiſtrionem ornatum eum eſſe, qui non tam concinno habitu, quàm robore, armis, peritia inſtructus eſt.

PRUDENTIA IMPERATORIS. In ancipites vitæ caſus, & ad utranque ferendam fortunæ aleam nato homini projectoque, quaſi temerè erranti navigio, unicum ſuppetit a mente & conſilio gubernaculum, quo adverſis veluti flatibus fluctibuſque obluctari poſſit, & ab undarum æſtu in portum ſe atque ſecuritatem recipere. Atqui denſiſſimis obvoluta tenebris mens mortalium debile lumen & infirmum præſidium apportat. Communis ea quidem in omni vitæ genere infirmitas hominum: ſed longè maxime frequens & explorata in exercitatione rei militaris, ubi quo plura ſunt animo providenda, eo amplior damnorum ſeges enaſcitur ab inopia conſilii atque dexteritatis in Imperatore. Scitè & luculenter Africanus ſolebat affirmara, turpe eſſe in re militari dicere, *Non putaram*. Captandæ ſiquidem rerum opportunitates: non abutendum beneficio fortunæ, reſiſtendum injuriis. Immenſam aciem nutu regere, promereri ſuorum benevolentiam, ſupremę dignitatis locum tueri, & alia permulta, quæ longè diverſa atque rixantia colligi componique, & pro re nata, recto & accurato conſilio curari debent & confici; ea ſcilicet ejuſmodi ſunt, ut miraculo ſimile videatur, ſi elatiſſimæ cæteroqui mentis atque indolis Imperatorem a rei bellicæ adminiſtratione non vehementer abſterreant.

2. Elucet potiſſimum ſolertia atque dexteritas Imperatoris in inveſtiganda ac veluti olfacienda hoſtia natura, ejuſque animi propenſionibus, ſiquo modo poſſit ejuſdem vitiis, vel imbecillitate commodè uti ad abſolvendum feliciter bellum. Spectandi inprimis mores nationum, quibuſcum decertatur. Alios quippe avaritia, alios deſidia, alios deliciæ & mollior vitæ uſus commaculat populos. Intellexit id præcepitque ſapienter Polybius lib. 3. *Errat enim, ſi quis putat aliquid magis proprium optimi Ducis officium eſſe, quàm conſilia & naturam hoſtis intelligere. Nam quemadmodum in ſingulari certamine oportet locum, ubi adverſarium ferias, ſpeculari, & quæ pars corporis nuda, quæ inermis ſit diligenter animadvertere; ita ubi de ſumma rerum agitur, inveſtigandum eſt, non ubi nudæ ſint corporis partes, ſed unde natura, ſeu mores Ducis hoſtium detegi queant.* Et prudentiſſimo quidem conſilio author graviſſimus perſcrutandam maximè monet Ducis hoſtici naturam animique temperiem, ut ex ejuſdem vitiis proficiatur. Hoſtilis quippe Imperator non ſecus ab æmulo Duce penſiculandus eſt & examinandus, quàm ab arcis aggreſſore pars ejuſdem debilior, ut illuc ſcilicet machinas & impreſſionem dirigat. Fruuntur autem, ut cæterorum mortalium, ſic etiam Ducum pravæ inclinationes, & quævis animi infirmitas ex ætate, ex moribus gentium, ex humili vel excelſo proſapiæ genere; & multo maxime ex multiplici inſtinctu motuque, qui cujuſque indolem & naturam enunciat. Imperator enim, ut hoc proponendi exempli gratià ſeligam, ævo maturus, aut ſenio confectus ſolet ferè eſſe cautior & impensè ſolicitus, ac prope in pavorem vergere. Illac igitur ac per eum aditum dolo capiendus eſt, ut ſua eidem cautio & circumſpectio in perniciem recidat. Contra verò viridi Dux & florenti ætate laſcivire faſtu, audere plurimum, pericula & hoſtem ſolet contemnere: deſtitutus porrò experientia uſuque rerum, qui vitæ magiſter eſt, amat ſæpenumero audacia conſilia, & quoquomodo ſatagit ardetque clareſcere. Quæ ſane vitia totidem rimæ ſunt, quibus inferre ſe ac veluti inſinuare

opor-

oportet Ducem æmulum, ut eò exardeſcentem, & inconſulto vigore præcipitem agat, unde nulla poſtmodum ope, ſera ſcilicet pœnitentia ductus poſſit emergere. Si rem exemplis teſtatiſſimam Scriptorum teſtimoniis clariorem facere inducerem animum, diem ſcilicet dicendo eximerem. Bonæ tamen Lectoci frugi fucrit adiicere, quæ in eam ſententiam per hæc verba Polybius adiicit. Sie enim loquitur de natura Imperatorum, & acte eoſdem ſuis vitiis decipiendi: *Multi ſiquidem per ignaviam atque ſocordiam non ſolùm communes actiones, ſed etiam quæ ad privatam vitam ſpectant, ſæpe prætereunt. Alii vino dediti, niſi ebrii ac temulenti ſint, ſomnum capere non poſſunt. Nunnulli res venereas præter modum ſectantes non modo civitates atque reſpublicas evertunt, verùm etiam dedecore vitam peragunt. Ad hæc timiditas atque formido in privatis quidem hominibus opprobrii ac turpidinis plena, at in Duce exercitûs maximarum aliquando jacturarum cauſa. Petulantia verò & temeritas, & iracundia, præterea faſtus, atque jactantia, ut hoſtibus percommoda, ita ſuis exitio ſunt: facilè enim hujuſmodi homines ad omnes machinas & inſidias hoſtium patent. Quamobrem, ſiquis inveſtigatis adverſariorum vitiis, occaſionem aliquam præſtiterit, qua poſtmodum Ducis hoſtium compos fieri valeat, è veſtigio rerum potietur. Quemadmodum enim navis. ſublato gubernatore facilè in poteſtatem hoſtium venit; eodem modo ſiquis in bello rationibus atque conſiliis Ducem e medio ſuſtulerit, ſtatim reliqui quoque exercitus compos fiet*.

3. Prudentia a providendo dicitue. Sunt enim prudentes, qui porrò, ideſt ante vident, comparataque ſibi ſcientia pæteritorum res præſentes moderantur & temperant, futura verò præcavent diriguntque. Ut enim docet Ariſtoteles l. 1. Rhet. Pcudentia mentis eſt virtus, qua rectè conſulimus de iis, quæ ad ſelicitatem pertinent. Eandem Cic. lib. 2. Rhet. vocat bonarum malacumque rerum ſcientiam. Viri prudentis typum expreſſit Vicgilius lib. 12. in Latino Rege:

quantum ipſe feroci
Virtute exſuperas, tanto me impenſius æquum eſt
Conſulere, atque omnes metuentem expendere caſus.

Sed nos alibi ſæpe plura conſpecſimus ad demonſtrandum, quantum præſidii ea virtus afferat rebus Martiis. Vide Titul. *Conſilium*. Expendo hìc ſolum effatum Bionis ex Laertio, docentis prudentiam id in animo præſtare, quod oculus in corpore: eui congruit Homeri pronunciatum de Ticeſia:

Ille ſapit ſolus; volitant alii velut umbræ.

Poſtremò vis illa animi, & recta ratio, qua maturè res arduæ explicantur, & futura proſpiciuntur, unicúm maximumque eſt hominis munimentum eidem a natura traditum, quæ cæteroqui ſuperbiſſimum animal nudum ab ipſo exortu projecit in terram, cum reliqua animantia aptis ad nocendum inſtrumentis armare non pepereiſſet. Anacceon. Od. 2.

Tauro ferire cornu,
Equo ferire calce,
Lepori valere curſu,
Natura dat, Leoni
Dentes hiante rictu:
Piſces docet natare,
Aves docet volare:
Prudentiam viris dat.

Prunia, æ. Pruniam a colore ſubnigco, Italis *bruno*, dictam fuiſſe à Latinobarbaris loricam, ſeu thoracem notat Menagius in voce *Morione*. Vide *Brunea*.

Pseudocastellum. Dictio eſt Græca partim, partim Latina: quaſi falſum caſtellum; ideſt munitio umbratilis, temporaria, rei ſubitæ deſerviens, atque mox, opportunitate præterita, diruenda. Fiunt hujuſmodi opera aggeſtionibus terræ & ſudium ſulcimentis, intermiſto ceſpite, murorum ambitum imitante. Itali vocant *Fortini*. Quamcreberrimus eorum eſt uſus, præſertim in diuturnis obſidionibus, valentque ad detinendos ſaltem paulatim hoſtes: diu quippe obſiſtere nequeunt, utpote quæ ſubito excitantur opere, & a palis duntaxat nexiſque corbibus robur obtinent. Utuntur hac voce non ignobiles Architecturæ militaris Scriptores. Occurrit etiam apud Fulcherium Carnotenſem Hiſt. Hieroſol. lib. 3. cap. 55. *Jam Turci Pſeudocaſtellum obſederant, ac vi ceperant.*

Pseudocomitatenses. Occurrunt in Cod. Theod. leg. ult. de re Milit. *Sciant igitur Comites vel Duces, quibus regendæ militiæ cura commiſſa eſt, non ſolum de Comitatenſibus ac Palatinis numeris ad alios numeros militem transferri non licere ſed ne de ipſis quidem Pſeudocomitatenſibus.* Sic enim expurgat hunc locum Salmaſius, cum prius ibidem legeretuc, *ſeu de comitatenſibus*, quod locum habere nequit, cum jam antea fuerit dictum de Comitatenſibus. Ad eundem modum Pſeudoriparienſes inducit idem Salmaſius, de quibus omnibus recipit ſe in alio opere dicturum. Pſeudocomitatenſes exponit Hoſmannus militiam Comitatenſibus oppoſitam; nec tamen cujuſmodi illa ſit oppoſitio, indieat. Ex verbis allati Codicis eonſtat inferiorem fuiſſe militiæ gradum. Quapropter exiſtimo ſimilitudinem aliquam Comitatenſium præſetuliſſe, ut ad ſpeciem ipſi quidem viderentur Comitatenſes, nec tamen eſſent.

Paeudoriparienses. Vide *Pſeudocomitatenſes*.

Pseudothyrum. Cic. in Verr. *Ea quemadmodum ad iſtum poſtea per Pſeudothyrum revertatur tabulis vobis & teſtibus, Judices, planum faciam.* Gcæca notione eſt in ædificiis non urbanis duntaxat, verum etiam bellicis ac pcæſertim arcibus & caſtellis, oſtiolum furtivum, occultum, & clandeſtinum, in poſtrema, ſeu poſtica ædificii parte; ex quo poſticum etiam dieitur oſtium. In urbanis quidem domibus ſecuritatem commodumque præſtat, ut domini ædibus ſe efferce poſſint inobſervati, alioſque inducere furtim & clanculo ac ſine pompa ad familiarem allocutionem. In arcibus verò & aliis munitionibus conſtruituc ad occultas eruptiones, & alia genera fuctivæ defenſionis. Oroſius lib. 7. cap. 3. hæc habet de Tiberio: *Tanta fames Romæ fuit, ut medio foro Imperator correptus a populo conviciis, & fragminibus panis turpiſſimè infeſtatus, ægrè per pſeudothyrum in palatium effugiens furorem excitatæ plebis evaſerit*. Id genus januarum dicitur etiam Latinobarbaris Scriptoribus Poſterula, Puſterula, Puſterla, Poſterna; in poſteriori ſiquidem ædium vel munitionum parte locari ſolent; clauſæque ferè ſunt ſemper, nec niſi ingruente aliqua neceſſitate ape-

aperiuntur. Raymundus de Agiles in Hiſt. Hieroſolym. *At verò ii, qui aſcenderunt, deſcendentes in civitatem Poſterulam quandam aperuerunt.* Charta vetus apud Ughellum Tom. 5. *Intra civitatem Tiburtinam Turricella cum ſcala marmorea a ſola ad ſummum Oratorium S. Pantaleonis ſuper Puſterula cum ſcala marmorea, & duobus cubucellis, uno territea, alia ſolorata.* Sanutus lib. 2. part. 2. *Dictum quippe fortalitium certus habebat Puſterulas per muros & tentoria, reſpondentes inter prædicta valla & barbacana.* Matthæus Veſtmnaſter. *Poſterna ex altera Caſtelli parte patefacta.* Italis etiam *Poſtierla*. Matthęus Villan. lib. 7. cap. 70. *Fù coſtretta per altra via a ritornare a una Poſtierla del Caſtello.* Sed & Portellæ eadem oſtia dicuntur in Gloſs. Gręcolat. Ammianus autem lib. 30. in aliam ſententiam trahit vocem Poſterula; videturque uſurpare pro anguſto & obliquo tramite: *Viator quidam ad citeriora feſtinans, cum bivium armata milite vidiſſet appletum, per Poſterulam tramitem medium, ſqualentem fructetis & ſentibus vitabundus excedens &c.*

Pterophori. Occurrunt apud Plutarchum, & Gręcos alios Scriptores. Latinè pinnas ferentes. Tabellarii erant, curſores, & nuncii militares. Pinnas illi in ſummis haſtis fixas gerebant, cum infortunium aliquod, aut rem male geſtam in prælio vel acie nunciarent. Contra verò haſtas gerebant laureatas, cum rerum ſecundarum aut victoriæ erant nuncii. Stat. Silvar. lib. 5.

Omnia nam lætas pila attollentia frondes:
Nullaque famosâ ſignatur lancea pinnâ.

Pugil, is. Terent. Eunuch. *Siqua habitior paulò, Pugilem eſſe ajunt.* Fit Pugil a pugna, ut Donatus loquitur, & pugna a pugno. Veteres ante uſum ferri & armorum pugnis, calcibus, morſibus, & corporum luctatione certabant, juxtà illud Lucretii lib. 3.

Arma antiqua manus, ungues, denteſque fuerunt.

Qunniam verò manus naturâ ſuâ explicata eſt, hinc facilè conjicimus, primum certandi genus fuiſſe per luctationem. Progreſſum inde ad pugnos, ideſt ad ictus & impreſſionem manus compreſſæ, vel contractæ: quod genus dixerunt pugilationem, vel pugilatum. Subinde, ut vehementiùs vulnera infligerent, compreſſæ manus ſive pugni armati ſunt cæſtibus. Ære poſtea ferroque adinvento, cœperunt in uſu eſſe arma omnis generis, in multiplex mortis inferendæ inſtrumentum contuſo emollitoque ad ſæculi & Martis ingenium ſæviſſimo metallorum. Cæterum Pugiles, ut ipſo nomine indigitatur, ii ſunt dicti, qui pugnis feriendo certabant: hoc genus exercitationis gymnaſticæ maxime omnium eſt militare; cum propiùs & ad vivum aſſimilet rationem modumque bellicorum conflictuum, quo quolibet armorum genere pugnis aſtricto vel evitantur ferientes hoſtes, vel feriuntur.

2. Pugilationem ante Trojanorum tempora viguiſſe ex Homero Plinius & Plutarchus notavere. Non pauci confundunt pugilatum cum pugna cæſtuum. Utraque exercitatio peragebatur quidem pugnis; verùm altera nudis, aut inſtructis duntaxat pila lapidea vel plumbea, quę pilę dicebantur ἐπισφαῖραι: alteram verò obibant longè gravioribus integumentis illis armatę manus, quæ cæſtus dicebantur. Ut autem, his relictis, ad memoratas redeam pilas, circumligabantur illæ pugnis loro aliquo, ut gravius iiſdem percuterent, quemadmodum oculis exhibetur in ſchemate producto a Hieronym. Mercuriali l. 2. cap. 9. Superare eo certamine ferebatur antagoniſtam, qui vel in terram illum proſterneret, vel tanta vulnerum copia afficeret, ut victum ſe fateretur voce edita, vel digiti aut manus ſublatione. Licet verò athletæ rem feriò agerent æneis aut lapideis pilis manu incluſis, magiſtri tamen tyronum ad hos erudiendos pilis utebantur, vel ſacculis oppletis granis ficorum, farina, vel furfure, vel certè farctis molliore lana aut tomento. Idem hodie etiam in uſu eſt apud præceptores artis gladiatoriæ, atque adeo inter ipſos monomachos, qui umbratilem & imaginariam pugnam exercent gladiis hebetibus obtuſiſque, quorum mucronibus ſive cuſpidibus contuſis ejuſmodi laneas vel furfuraceas pilas adjiciunt. Tetigit hunc morem Trebellius in Gallienis, ubi ſcribit inductos fuiſſe *Pugiles ſacculis, non veritate pugilantes.* Sacculis, inquam, ut eam lectionem retineam cum Caſaubono: Nam Salmaſius in eundem locum nixus authoritate emendatiſſimorum codicum pro *ſacculis* legit *flacculis*. Exponit autem flacculas hujuſmodi, vel flacculos, ejuſdem generis pilas, vel folles circumligatos pugnantium manibus, oppletoſque tomento farinave, aut etiam arenis, ut ſcribit Antyllus apud Oribaſium. Eaſdem porrò pilas contendit a Trebellio flacculas fuiſſe nuncupatas, quoniam Latini flaccum flaccidumque dicerent, quidquid molle, laxum, ſolutumve eſſet. Et in hunc quidem modum peragebatur pugilatio luſoria & umbratilis, & qua primùm tyrones imbuebantur, ut nimirum molliùs & citra ſanguinem plaga caderet. Eaſdem pilas Latini veteres ex eodem Salmaſio vocarunt pugillos, qui opponebantur cæſtibus, qui ſcilicet fierent ex crudo corio, & inſuto plumbo, ferrove.

3. Cæterum ingens damnum non ab armatis duntaxat, verum etiam a nudis proveniebat pugnis: ſic enim ſæpè mulctabantur dentibus, oſſibuſque luxatis, diffractiſque, ac membris, vultu præſertim, ſanguineis lituris cooperto, & laceratione fœdum in modum proſciſſo, ut vix abeuntes a pugna dignoſci poſſent. Maximum verò erat temporum auriumque periculum, quo potiſſimum dirigebantur ictus. Ideo certo quodam tegumenti genere eas partes cooperiebant, quæ tegumenta vocarunt amphotides, de quibus ſermonem inſtituimus proprio in loco. Quamobrem meritò S. Cyprianus in eos invehitur, qui ejuſmodi ludis dabant nomina, mercedulæ gratia. Notatur etiam veluti crudelior Conſtantius Cæſar a Marcellino l. 14. quod nullo magis, quàm ejus exercitationis genere caperetur. Authores & principes hujus certaminis feruntur a Platone & Galeno Amycus & Epeus. Excelluit inter primos etiam Caſtor, de quo Horatius lib. 1. Od. 12.

Hunc equis, illum ſuperare pugnis,
Nobilem.

Præterea quàm fuerit truculenta pugilatio oſtendunt præmia, quæ longe majora pugilibus, quàm reliquis athletarum fuere propoſita, ut oſtendit Eurypides in Alceſt. & fuſè proſequitur Carolus Paſchal. Coronar. cap. 10.

Digitized by Google

4. Et quoniam magna roboris præſtantia, oportebat eſſe præditos, qui pugilatu exercebantur, idcircò Pugiles, quemadmodum etiam pancratiaſtæ, ſuoque præterea modulo athletæ alii ſaginando corpori, membriſque optimis eduliis confirmandis diligentem navabant operam. Neceſſariam quippe reputabant ſingularem quandam virium firmitatem, ut ferirent graviùs; ſtudebantque pinguedini carnium, ut obeſis craſſiſque membris molliùs & minore damno vulnera exciperent, Hinc habemus apud Plautum & Terentium crebrò inculcatas locutiones illas: *Valere pugilicè, pancraticè, athleticè*. Neque enim prædictæ formulæ reſpiciunt virium præſtantiam & firmitatem, quam athletæ exhibent in pugna, ſed ſtudioſam procurationem delectiſſimis cibis nutriendorum corporum, cui negotio apprimè dabant operam gymnici certatores. Galenus, qui exercitationes gymnaſticas juxta medicum modulum, non militarem decempedam æſtimavit, raro admodum verba facit de pugilatu; arbitratus ſcilicet graves percuſſiones, quibus membra luxantur, & univerſum corpus miserè contunditur, minimum facere ad ſervandam vel acquirendam corporis valetudinem. Nec mihi eſt dubium pugilationem, quemadmodum minimùm uſus habuit in gymnaſtica medica, ita plurimi ſemper habitam in gymnaſtica militari. Licet autem palæſtræ gymnicæ ratione & ritu æſtimato, ii duntaxat dicerentur Pugiles, qui ad pugnandum procederent, vel pugnis nudis, vel loro aliquo pelliceo, aut coriaceo obarmatis, pilâque inſertâ, ut a nobis eſt expoſitum; nihilo tamen minus a præſtantibus Hiſtoricis latiùs interdum accipitur nomen Pugilum, & eorum pugnandi ratio. Certè Dioxippum Græcum hominem Curtius lib. 9. cap. 14. adversùs præſtantem Macedonem dimicantem inducit manu altera ſtipite armata, altera verò amiculo involuta: quem tamen diſertis verbis Pugilem nominat. Sed præſtat ipſum audire Curtium: *Eadem igitur in convivio Horratas Macedo jam temulentus exprobrare ei cœpit, & poſtulare, ut ſi vir eſſet, poſtero die ſecum ferro decerneret: regem tandem vel de ſua temeritate, vel de illius ignavia judicaturum. Et a Dioxippo contemptim militarem eludente ferociam accepta conditio eſt. Ac poſtero die rex, cum etiam acriùs certamen expoſcerent, quia deterrere non poterat, deſtinata exſequi paſſus eſt. Ingens hic militum, inter quos erant Græci, qui Dioxippo ſtudebant, convenerat multitudo. Macedo juſta arma ſumpſerat, æreum clypeum, haſtam, quam ſariſſam vocant, lævâ tenens, dextrâ lanceam; gladioque cinctus, velut cum pluribus ſimul dimicaturus. Dioxippus oleo nitens & coronatus, lævâ puniceum amiculum, dextra validum nodoſumque ſtipitem præferebat. Ea ipſa res omnium animos expectatione ſuſpenderat, quippe armato congredi nudum dementia, non temeritas videbatur. Igitur Macedo haud dubius eminus interfici poſſe, lanceam emiſit, quam Dioxippus cum exigua corporis declinatione vitaſſet, antequam ille haſtam transferret in dextram, aſſiluit, & ſtipite mediam eam fregit. Amiſſo utroque telo Macedo, gladium cœperat ſtringere, quem occupatum complexus, pedibus repente ſubductis, Dioxippus arietavit in terram, ereptoque gladio pedem ſuper cervicem jacentis impoſuit ſtipitem intentans; eliſuruſque eo victum, ni prohibitus eſſet a rege.* Paria prorſus habet Diodorus Siculus, excepto Macedonis nomine, quod huic non Horratas eſt, ſed Coragus quidam, vel Corragus. Diſcrepat etiam a Curtio nonnihil Ælianus, qui Coragum etiam interemptum a Dioxippo ita memorat: *Dioxippus in Alexandri Macedonumque præſentia, correpta clava, Corragum armatum ex Macedonibus ad certamen provocavit: & cum ei haſtam excuſſiſſet, vi rapuit hominem cum armis, & jacentis collum calcavit, ſtrictoque gladio ipſius, quo cinctus erat, armatum interemit. Quamobrem Alexander illum odio habuit; quod cum videret, animum deſpondit, & triſtitia mœroreque confectus, vivere deſiit.* Miror autem Mercurialem non advertiſſe hunc Curtii locum, in quo exhibetur Dioxippus oleo nitens & coronatus, ubi ſcripſit lib. 1. cap. 8. luctatores quidem, & pancratiaſtas perungi ſolitos, minimùm verò Pugiles, & curſores. Faber tamen in Agoniſt. inunctos eoſdem oſtendit, ſaltem uſque ad ſubligaculum, ſive campeſtre. Permanet hodie apud Senenſes ſimilitudo aliqua veteris pugilatus. Cogitur ſiquidem certis diebus ſolemni more diviſa in partes juventus nobilis, ſummaque alacritate conſertis ſe pugnis petunt, vultuſque & ora contundunt. Honori etiam ſibi ducunt poſtridie incedere ceruſſatis; ultròque cicatrices & veſtigia oſtentant vulnerum acceptorum. Amplectuntur avidè id genus ludicræ concertationis eo præcipue nomine, quoniam apud ipſos in confeſſo eſt adinventum id exercitium inſtitutumque a S. Bernardino Senenſi, ut pugna illa umbratili averteret & prohiberet odia & diſſenſiones civiles, quibus ea civitas antiquitus mirum in modum lacerata contabuerat,

Pugilatus, us. Pars potiſſima gymnaſticæ militaris. Plaut. Capt. *Hic homo pugilatum incipit*. Vide *Pugil*.

Pugilatio, onis. Pugilatus, ſeu Pugilum exercitatio. Cic. 2. de Leg. *Jam ludi publici quoniam ſunt cavea circoque diviſi, ſunt corporum certationes curſu & pugilatione, luctatione curriculiſque equorum*.

Pugilator, oris. Pugil. Arnobius lib. 1. *Tyndaridæ Caſtores, equos unus domitare conſuetus, alter Pugilator bonus, & crudo inexpugnabilis cæſtu*.

Pugilor, aris, Pugilis pugnam pugnare, Trebell. in Gallien. *Pugiles ſacculis, non veritate pugilantes*. Apul. 7. Aſin. *Arduus capite prioribus in me pugilatur ungulis*. Capitol. in M. Anton. *Amavit pugilantium luctamina & curſum*. Idem Apul. de Deo Socratis activè dixit pugillare: *Siquis velit acriter cernere, oculi curandi ſunt, quibus cernitur: itidem ſi pugillare vultis, vel brachia velanda ſunt, quibus pugillatur*.

Pugilicè. Validè, & firmiter, ut pugiles ſolent. Plaut. Epid. *Herilis noſter filius valet? T. Pugilicè atque athleticè*,

Pugio, onis. Genus eſt brevioris gladii, teſte Nonio. A pugno dictus, quoniam facilè pugno apprehenditur, vel quia eo ad punctim feriendum utimur. Cic. Philipp. 2. *Pugionem præ ſe ſtillantem tulit*. In Bruti numiſmate præter cælatam ipſius imaginem viſitur duplex pugio cum

pi-

pileo. Ea inſignia Brutus aſſumpſit ad ſignificandum liberatam a ſe & Caſſio patriam fuiſſe. Pileum quippe eorum fuiſſe inſigne, qui libertatem nacti eſſent, etiam leviter eruditis eſt notum: geminus verò ille pugiunculus notat id ipſum armorum genus, quo Brutus & Caſſius Cæſarem transfixerunt. De eodem Bruti ſymbolo, vel numiſmate, vide Dionem lib. 47.

Pugiunculus, i. Parvus pugio. Cic. in Orat. *Quibus, ut pugiunculis, uti oportet.*

Pugna, æ. A pugno dicitur, & propriè eſt pugilum; ad alios poſtea conflictus, editos per omne genus armorum, translatum eſt vocabulum. Pugna pars eſt belli, ſicut prœlium pars eſt pugnæ. Generale nimirum copiarum certamen, quod multas horas & integros ſæpe obtinet dies, pugna dicitur: dimicationes, quæ eodem tempore ſparſim fiunt a multis hinc illinc copiarum partibus, non pugnæ, notione propria, ſed prœlia nuncupantur, ut notavimus in voce *Prælium*. Proxime pugnam anteire & quaſi prævii ejuſdem ritus ac ceremoniæ ſolebant eſſe peracta ſacrificia, vota Diis nuncupata, ſive pollicitationes ſacrarum ædium condendarum, donorumque ejus generis: accedebat adhortatio militaris; tum edita mox ineundi certaminis ſigna, vexillis ſublatis, tubarum concentu, & per omnes copias excurrente alacri ſubitoque clamore militum. Et hæc quidem tum terreſtrem pugnam, tum navalem ſolebant quo dixi ordine antecedere. De ſingulis autem ſeorſum abundè ſcripſimus, & mox de iiſdem iterum.

2. Cæterum licet terræ explicata planities & immetata maria ſpatia res ſint diverſiſſimæ; & omninò aliam ſpeciem ingerant triremes, liburnæ, minantes puppes cum turribus, expanſa vela, omniſque nautica militaris inſtructio, ac equites cum ipſis equis cataphracti, ſævientes elephanti, cameli ſarcinarii, ac cæterus terreſtris Martis apparatus, ſcias tamen in tanta ſoli, quo dimicatur, rerumque cæterarum diverſitate, prœliandi rationem, initia, progreſſus, perſimiles omninò eſſe. Quemadmodum enim circumequitando, accedendo, recedendoque, & in omnem partem pertentando hoſte initium ferè capitur terreſtris prœlii: ſic in pugna navali a navibus modò ad dexteram, modò ad lævam inclinantibus, nunc commodos ventorum flatus captantibus, nunc laceſſentibus procurrentibusque, modò verò retrocedentibus, flectentibuſque curſum ad ſocias, eadem prorſus referuntur tentamenta certaminis atque præludia. Equidem remigii concertatio, irruptio, circumventio, abſterſio remorum, incurſatio, & quaſi navium ipſarum pugna, antequam milites conflictum auſpicentur in mari, ad vivum repræſentant atque imitantur excurſiones velitum, leviſque armaturæ militum in prœlio equeſtri: ex quo factum ut navales dimicationes frequenter equeſtribus pugnis a Scriptoribus aſſimilarentur. Faciunt autem hæc prima tentamina ad experiendum Martem, hoſtemque delaſſandum, utrinque certante ea copiarum parte, ut ſegnea inutileſque reddant adverſarios, ac de commodiore loco depellant. Concurrentes verò poſtea naves acutis roſtris ad perrūpendum quàm expreſsè referunt confertos cuneos armatorum ad vim inferendam, deundanda hoſtium latera, diffringendoſque bellatorum manipulos in terreſtri certamine? Hic verò utrobique gubernatorum & nautarum peritia cum inſtructorum dexteritate & ſolertia; diſcurrentium navarchorum alacritas, cum Tribunorum ſtrenuitate, militum verò ac propugnatorum victoriam urgentium animus, fortitudo, conſtantia, furor & audacia pari utrinque ſpectaculo eſt. Captæ porrò per vim naves ſimillimam ferè ſpeciem habent cum concluſis undique legionibus; exſcenſiones in navigia hoſtilia cum progreſſu terreſtri in occupata ab hoſtibus ſpatia; laceræ naves, aut demerſæ, actæque in fugam, cum protritis ordinibus dimicantium turmarum, direptiſque earum vexillis, actoque per campos in fugam hoſte. Ad hæc in utraque, ut ita dicam, arena certaminis nunc eminùs jaculis, nunc cominus gladiis res geritur; confertæ nunc, nunc diſiunctæ in navali prœlio naves, in terreſtri centuriæ & cohortes.

3. Latè, quæ ante pugnam ab Imperatore curanda ſunt, exſequitur Vegetius lib. 3. cap. 11. & ſeqq. Primùm omnium per teſſeram & vexillum rubrum expanſum docebantur milites, in quam diem ſarcinas & corpora cum armis comparata ad pugnam habere deberent. Vide quæ diximus in Titulis *Teſſera* & *Ruſſata*. Propoſitum teſſeræ vexillique ſignum ſubſequebatur cura armorum poliendorum, ſumendæque alimoniæ. Et de armis quidem Liv. lib. 24. *Milites armis expediendis, quod reliquum diei fuit, conſumpſerunt.* De curandis verò corporibus idem Scriptor lib. 9. *Conſul extemplo teſſeram dari jubet, ut prandeat miles, firmatiſque cibo viribus arma capiat.* Idem lib. 25. *Reliquum diei expediendis armis & curatione corporum conſumptum.* Certis interea ſacrificiis de pugnæ eventu Dii conſulebantur, & læta petebantur auſpicia. Liv. lib. 6. *Romanus Dictator, caſtris eo die poſitis, poſtero, cum auſpicato prodiiſſet, hoſtiaque cæſa Pacem Deam adoraſſet, lætus ad milites jam arma ad propoſitum pugnæ ſignum, ſicut edictum erat, luce prima capientes, proceſſit.* Auſpicia neglecta pro nota habebantur futuræ cædis. Liv. lib. 5. *Tribuni militum, non Deorum ſaltem ſi non hominum memores, nec auſpicato, nec litato inſtruunt aciem.* His peractis vocati ad concionem milites conveniebant in prætorium, ut audirent Imperatorem pro tribunali verba facientem. Imperatoriæ verò conciones illæ ad eum finem inſtitutæ & uſurpatæ ſunt antiquitus, ut ipſa Ducis præſentia & affabilitas, tum verò commemoratæ militum laudes, pollicitationes prædæ & præmiorum, colligenda inprimis gloria, & incrementum Romani nominis ex re bene geſta, devincirent bellatorum animos, eorumque virtutem, veluti cote quadam exacuerent. De hoc inſtituto Liv. lib. 1. *Vocari ad concionem utrunque exercitum jubet: præcones ab extremo orſi primos excivere Albanos.* Idem lib. 9. *Publius Conſul cum dimicaturus eſſet, prius alloquendos milites ratus, concionem advocari juſſit.* Et lib. 28. *Vocati ad concionem ad tribunal Imperatoris concurrunt: ſimul Imperator in tribunal conſcendit.* Ad tribunal & prætorium Imperatoris coacti milites a præcone primum ter interrogabantur, ſatiſne comparati animis eſſent ad dimicandum? Milites clamore edito & iterato, quatientoſque arma, &

gladlos clypeis alliſdentes alacritatem ſuam explicabaot, unoque propemodum ore favebant dictis cœptiſque ſui Imperatoris. Liv. lib. 28. *Exercitus, qui corona concionem circumdederat, gladiis ad ſcuta concrepuit*. Sed de boc militari more dictum a nobis eſt alibi fuſiùs.

4. Atque his de more comparatis ſigna concinebant, ut militum concitarentur animi, hoſtes terrore percellerentur: jovadendi verò hoſtes ſigoum dabatur vexillo expanſo inter tubarum cornuumque concentus. Complectitur bæc Cæſar lib. 2. Bell. Gallic. *Cæſari omnia uno tempore erant agenda, vexillum proponendum, quod erat inſigne cum ad arma concurri oportebat; ſignum tubâ dandum*. Idem in pugna oavali ſervabatur ritus. Hirt. de Bell. Alexand. *Celeriter vela ſubduci, demittique antennas jubet, & milites armari, & vexillo ſublato, quo pugnandi dabat ſignum, quæ primæ naves ſubſequebantur, idem ut facerent, ſignificabat*. Committebatur prœlium a militibus levis armaturæ, qui ſaxis jaculiſque coojectis, recedebant, adaperto ad dimicandum legionariis loco. Liv. 22. *Procurſum ab auxiliis, & pugna levibus primùm armis commiſſa*. Eam ob cauſam alibi obſervavi, armaturas leves appellatas fuiſſe Rorarios; quooiam, ut rorare ante imbrem ſolet, ſic illi prodire io aciem ante graviùs armatos. Excipiebaot itaque pugnam Haſtati, qui primus fermè fuit ordo graviter armatorum: retrocedentes illos in ſuorum ordinum intervalla recipiebant Principes, qui prœlium redintegrabant Haſtatis ſubſequentibus. Si Principes etiam fluctuarent in acie, oec ſatis feliciter rem gererent, ſervato ordine referebantur inter Triarios, qui ſcuta innixa humeris haſtaſque terræ defixas teneotes, opperientes dimicationis exitum confidebant ſub vexillis. Poſtremus itaque virium conatus erat cum Triarii conſurgerent, receptiſque io ſua intervalla Priacipibus & Haſtatis uno agmine ſe io hoſtem effunderent. Pilis primùm a legionariis pugnatum: ubi conſertæ manus, & Mars atrocior incaluit, ventum ad gladios. Liv. lib. 2. *Pilis inter primam trepidationem abjectis temerè magis quàm emiſſis, pugna jam ad gladios venerat*. Sub hæc juſſu Imperatoris evocati equites, interdum a fronte, ſæpiùs a lateribus impetebant hoſtium ordines. Dum hæc ritè peraguntur, & ad victoriam comparandam incitantur animi, Imperator diſcurrens per medias acies quid cuique agendum ſit per magiſtratus & curſores præcipit, fortitudinis & tolerantiæ exemplo defatigatos ſuſtentat, adhortatione & laudibus animat, oon labori, non ſanguini parcit, quominus primus pericula adeat, &, rem unam omnium in bello graviſſimam, ſcitè fortiterque pugnantem militem regat, & opportuno flectat imperio,

5. Nego autem quidquam magis babere ſolicitum Imperatorem oportere, quàm ut opportunis capiendis ad cooſigendum locis mentem intendat. Neque enim magis in obſidiooe, quàm in ipſa acie prœliari penſitanda eſt ratio ſitus, cujus commodo pauciores ſæpe copiæ immenſam vim hoſtium nequaquam metuunt, ut plane locus & idonea poſitura atque collocatio copiarum pro dimidia fere exercitûs parte ſit computanda. Nonoihil de hac conſilii opportunitate tetigimus in Titulo *Munio*. Addo hic non alio aſtu, quam editioribus occupatis clivis incolumem in Africa exercitum ſervaſſe Marium Conſulem adversùs Regem Bocchum, atque Jugurtham. Saluſt. de Bell. Jugurth. *Tum Marius ex copia rerum conſilium trahit; atque uti ſuis receptui locus eſſet, colles duos inter ſe propinquos occupat; quorum in uno, caſtris parum amplo, fons aquæ magnus erat; alter uſui opportunus, quia magna parte editus & præcipiti, pauca munimenta quærebat. Cæterum apud aquam Syllam cum equitibus noctem agitare jubet. Ipſe paulatim diſperſos milites, nec minus hoſtibus conturbatos in unum contrahit; dein cunctas pleno gradu in collem ſubducit. Ita Reges loci difficultate coacti prœlio deterrentur*. Ejus porrò victoriæ ſingularem fructum & gloriam ſic infrà commemorat: *Denique omnes fuſi fugatique; arma & ſigna militaria pleraque capta: pluresque eo prœlio, quàm omnibus ſuperioribus, interempti*. Eximio ioterdum emolumento eſt occupare anguſtos tranſitus, arctaſque rupium fauces; præcipuè ſi a paucis contra oumero florentes copias committenda ſit pugna. Ea dexteritate Leonidas Spartanorum Dux oon minimum remoratus eſt Xerxem Perſarum Regem, cum immenſa armatorum colluvie ad Græciam edomandam progreſſum. Inſeſſis quippe Thermopylis ſelectiſſimos Spartanorum adversùs incredibilem militum vim pugnaturos oppoſuit. Eaſdem poſtea Thermopylarum anguſtias nonnulla artis acceſſione validiùs munivit Antiochus adversùs Manium Romanorum Ducem, ut refertur ab Appiano de Bell. Syr. *Ipſe verò ad ſe contrahebat ſuos milites, qui ubi convenere peditum decem millia, quingenti equites, & quædam ſociorum auxilia, Thermopylas occupavit locorum anguſtias hoſtibus obiiciens, & expectans exercitum ex Aſia. Sunt autem Thermopylæ anguſtus & oblongus tranſitus, qui partim mari aſpero & importuoſo alluitur, partim palude profunda & invia. Imminent duo prærupta cacumina, quæ Tichiunta, & Callidromum nominant. Sunt ibi fontes aquæ calidæ, unde loco nomen a Græcis inditum. Hic ædificavit Antiochus murum duplicem, & eis machinas ſuperimpoſuit*. Præterea non paucis opimam victoriam attulit collocatio copiarum in æſtuariis & paludoſo ſitu, quod præſertim legimus apod Polybium lib. 5. percommodum contigiſſe Xencetæ Imperatori Regis Antiochi, cum ad Tigrim fluvium ſigna contulit adversùs Molonem in ejuſdem Regis perniciem conſpirantem. Sic autem Polybius: *Xencetas aptiſſime quoque equite ac pedite ex omni exercitu delecto, per noctem navibus incolumem exercitum trajecit in loco opportuno caſtrametatus, quippe qui magna ex parte flumine claudebatur: quod ſupererat contiguæ paludes ac ſtagna tutum faciebant. Molon, cum id nunciatum interea foret, equites obviam miſit, tanquam illis tranſitum impedituros. Hi tum Xencetæ appropinquaſſent, ob locorum ignorantiam plus ipſi a ſe ipſis, quàm ab hoſtibus detrimenti ſunt paſſi: ſiquidem in ſtagna delati omnes ad rem gerendam inutiles facti ſunt; multi & in ipſis ſtagnis periere*. Non abſimilis aſtus victoriam peperit M. Antonio adversùs Auguſti Prætorianos, ut refertur ab Appiano de Bell. Civil. lib. 3. *Duas robuſtiſſimas legiones in arundinetis paludis ex utroque anguſti aggeris, per*

quem

Digitized by Google

quem via erat, latere diſpoſuit in inſidiis. Ut verò Carſulejus cum toto exercitu ſuperatis noctu ſancibus evaſit, & ſola Martia legio cum quinque aliis cohortibus aggerem ingreſſa eſt, qua parte nihil erat beſtium, circumſpectantibus utrinque paluſtria, primum arundinum motus ſuſpicionem injecit, mox & galearum clypeorumque ſulgor intermicuit, cum repente Pretoriani Antonii a fronte exorti ſunt. Ibi Martii circumventi undique, nullo patente effugio juſſerunt cæteros abſtinere a conflictu, ne ordines ibi turbarent per imperitiam: Prætorianis Antonii Prætorianos Cæſaris oppoſuerunt. Ipſi biferiam diviſi utrinque paludem ingreſſi ſunt, hinc Panſa, indè Carſulejo Ducibus. Sic in duabus paludibus duo ſunt commiſſa prælia, medio aggere conſpectum utrinque adimente. Cæſos verò deletoſque ad unum Prætorianos Cæſaris ſtatim narrat. Nec Annibalem Pœnorum vaferrimum & callidiſſimum Ducem præteriit, quanti referret ad communienda pugnaturi exercitûs latera occupare objectas & interpoſitas aquas fluminum lacuumque. Equidem famigeratiſſimam illam victoriam, quam de Romanis in Umbria reportavit, non tam illi ſua aut ſuorum virtus conciliavit, quàm Thraſymenus lacus objectus Romanis, e cujus ſinu caligo denſior effuſa omnem fere illis rationem ademit proſpiciendi hoſtem invadendique. Sic autem de ea pugna Polyb. lib. 3. *Eſt in eo loco latior atque undique ſpectabilis campus, qui ab utroque latere per longum altiſſimis perpetuiſque cingitur montibus: partem poſteriorem alluit Thraſymenus lacus, inter quem & montes via perangusta, per quam in ipſum campum patet ingreſſus. Occupatis igitur anterioribus collibus in his caſtra locat, ubi ipſe cum Afris atque Hiſpanis conſideret. Equites cum Gallis in ipſis anguſtiis locat, ut ſimul ac intraſſent Romani, objecto equitatu, clauſa omnia equitatu ac montibus forent.* Et paulò poſt: *Annibal ubi majorem partem copiarum campos ingreſſam, & jam propinquantes ſibi primos animadvertit, dat ſimul omnibus invadendi ſignum; quo facto undique, ut proximi quique erant, decurrerant. Romani ſubito ac improviſo malo perterriti, denſiſſima caligine impediente proſpectum, neque acies inſtruere, neque expedire arma, & vix quid actum foret, intelligere poterant. Quibus rebus factum eſt ut multi in ipſa profectionis ſpecie, cum opem ſibi invicem ferre nequirent, inſtar pecudum trucidati fuerint, ante oppreſſi ab hoſtibus, quàm quid agendum eſſet, conſultum foret.* Id ſcilicet eſt, quod advertit præcipitque Vegetius lib. 3. cap. 13. *Bonum Ducem convenit noſſe magnam partem victoriæ ipſum locum, in quo dimicandum eſt, poſſidere.* In univerſum tamen juverit occupare loca editiora; tum quoniam major miſſilium impetus in declivi, tum quia vehementer incommodum pugnanti eſt obniti adversùs clivoſum ſitum. Locus quippe ipſe magnam virium partem exhaurit, quæ debiles poſtea enervatæque ſuperſunt ad dimicandum. Proinde idam Magiſter ibidem ita proſequitur: *Elabora ergo ut conſerturus manum primum auxilium captes ex loco, qui tantò utilior judicatur, quantò ſuperior fuerit occupatus. In ſubjectos enim vehementiùs tela deſcendunt, & majore impetu obnitentes pars altior pellit. Qui adverſo nititur clivo duplex ſubit & cum loco, & cum hoſte certamen.* Latum porrò diſcrimen eſt inter ipſos copiarum nervos. Neque enim Imperatori in peditatu fiduciam habenti idem ſitus capiendus eſt, ac ductanti præſtantem equitatum. Equites in aperta planitie non impedita ſylvis, non foſſis inciſa, non uda paludibus, meliùs explicantur. Peditatus verò adversùs equites in ſaltu, ſylvis, lociſque aſperis montuoſiſque acriùs invehitur. Hæc etiam Vegetii præceptio eſt memorato in loco: *Si de peditibus tuis victoriam ſperas contra equites hoſtium, loca aſpera, inæqualia, montuoſa debes eligere. Si verò de equitibus tuis contra adverſarii pedites victoriam quæris, ſequi debes paulò quidem editiora loca; ſed plana atque patentia; neque ſylvis, neque paludibus impedita.*

6. Quod ſi tempore nocturno committitur aut continuatur pugna, tunc enimverò tenebrarum velamento inumbrata naturæ facie potiorem in conflictu locum habet fortuna, quàm virtus aut conſilium. Ipſa obſcuritas Martem ſæpe reddit atrociorem, quaſi cum luce de medio tollatur commiſeratio, & ecco impetu incaleſcens furor nulla ab ætate vel pugnantium ſorte atque conditione diſcrimina admittat, & repagula ſortiatur. Notavit id Nazarius in Paneg. Conſtantini: *Nox ipſa juſtiſſima bellantibus cauſa terroris, vehementiorem te agendis ſtragibus fecerat. Quod ſolum enim virtutis tuæ impedimentum eſt, miſerationem tenebræ non habent.* Ut enim ad conſultandum in otio mirificam opportunitatem nox adducit, ſic in dimicatione conſilia diſturbat. Eam ob cauſam nihil frequentius legitur, quàm prœlium nocte diremptum. Aſſolent quippe Imperatores non humanitatis minus quam prudentiæ cauſa receptum indicere, ubi primùm ſe tenebræ intendunt, ne in aleam incertam caſumque mittant dimicationem præcipitem, & plane cæcam adempto die. Exempla latè ſuppetunt apud Hiſtoricos & Poetas. Pro Hiſtoricis ſatis fuerit indicare illud Livii lib. 27. *Cum jam nox inſtaret, Marte æquo diſceſſum eſt, caſtra exiguo diſtantia ſpatio raptim ante noctem permunita.* Pro Poetis Homerus Iliad. lib. 7.

Nox jam adeſt: bonum autem nocti parere.

Et ibidem lib. 18.

Sol occidit, & ceſſabant divini Achivi
A forti conflictu.

Et Virgil. lib. 11.

Continuò pugnas ineant & prælia tentent;
Ni reſeus feſſos jam gurgite Phœbus Ibero
Tingat equos, noctemque die labente reducat.

7. Conſtat ſæpenumerò noctem in dimicationis partem veniſſe, & ejuſdem auxilio præter omnem expectationem hoſtium a ſolertiſſimis Ducibus debellatum. Noctu prœlio inito profligatum legimus a Pompejo bellum Mithridaticum apud Florum lib. 3. *Nocturna ea dimicatio fuit, & luna in partibus; quippe quaſi commilitans, cum a tergo hoſtibus, a facie Romanis ſe præbuiſſet, Pontici per errorem longiùs cadentes umbras ſuas, quaſi hoſtium corpora petebant: & Mithridates quidem nocte illa debellatus eſt.* Ejuſdem noctis ope Scipio duplici hoſte potentiſſimo circumventus, Aſdrubale Pœnorum Duce, & Syphace Rege, utrunque memorabili affecit clade, ca-

ſtriſ-

Digitized by Google

ſtriſque geminis ſpoliavit. Appianus de Bell. Punic. ſic loquentem ad ſuos Scipionem inducit: *Tempus eſt aggredi ſolutas acies, dum nox eſt, per quam & pugna majorem pavorem incutiet hoſtibus, & imparatiores inveniet; nec quiſquam ſociorum ipſis ſuccurrere poterit in tenebris*. Et paucis interiectis: *His dictis, miſſiſque præfectis ad armandum exercitum, ipſe ſacra fecit Audaciæ, Pavorique; nequis, ut in nocte, panicus terror accideret, ſed fortiſſima opera exercitus exiſteret. Etiam aderat tertia vigilia; ſubmiſsè tuba ſignum dedit; moxque tantus exercitus ibat ſummo ſilentio, donec Equites hoſtem circumdederunt, ſimulque pedites ad foſſam pervenerunt: cum exorto clamore promiſcuo, accedentibus ad terrorem tubis & buccinis, pelluntur excubiæ. Foſſa repletur aggere, vallum convellitur, aliquot audaciſſimi procurrentes incendunt tabernacula. Afri attoniti e ſomno ad arma proſiliunt conanturque ſed fruſtra inſtaurare ordines; cum mandata propter tumultum non exaudirentur, ne Duce quidem ſatis ſciente quid fieret. Romani in exilientes & trepidè ſe armantes irruunt: plura tabernacula incendunt, ſternunt obvios. Illi clamore, aſpectu, ac vi hoſtium terrentur, nocte obſtante, quominus periculum cognoſcerent, ratique caſtra expugnata, & timentes incendium, denſo agmine procurrebant in campum tanquam tutiorem: ita diffugientes alii aliò in circumſtantes equites incidebant, & occidebantur. Syphax audita nocturno clamore, viſoque incendio non ſuccurrit; tantum equitum manum ſubmiſit Aſdrubal. Hos Maſaniſſa repente aggreſſus magnam cædem edidit. Diluculò ubi Syphax cognovit fugiſſe Aſdrubalem, milites ejus vel cæſos, vel captos vel diſperſos, caſtra cum apparatu veniſſe in poteſtatem Romanorum, trepidè fugit in mediterranea, relictis rebus omnibus, veritus ne Scipio reverſus a perſecutione Carthaginienſium confeſtim in ipſum arma verteret: quo factum eſt, ut & hujus caſtra cum apparatu per Maſaniſſam capta ſint, atque ita Romani uno auſu brevi noctis ſpatio geminis caſtris potiti, duos ſua longè majores exercitus profligaverunt*. Caleſcentes pugnas, laſſitudo, imbecillitas, fuga præceps, adempti duces, coorti imbres, incertique caſus alii protrahunt contrahuntve: eædem cauſæ, nox præſertim, ſolent dirimere. Ad diem ſæpe ſolidum producta prælia. Quod in Hiſtoria Ungarica, Bonfinio teſte, legitur, conflictum obſtinatiſſimum inter Ungaros Turcaſque, Amurate & Corvino Ducibus, ad triduum perduraſſe, rari admodum exempli eſt. Nam pugna memorabilis, quæ inter Gothos, Duce Roderico Rege, & Mauros, a Comite Juliano ex Africa evocatos, commiſſa octiduum fertur obtinuiſſe, ejuſmodi fuit, ut priores ſeptem diea velitando & levibus præliis deſierit; octavo vero die totis utriuſque exercitus conſerta viribus exardeſceret, ut teſtatur Hiſpanus Hiſtoricus Mariana de reb. Hiſp. l. 6. 23. Navale prælium triduanum, ab Arturo Britanniæ Rege commiſſum adverſus Gothos & Sveones pro Dania liberanda habes apud Joann. Magn. Hiſt. Goth. l. 8. c. 31. Pugna Italis dicitur notis vocabulis *Abbattimento*, *Combattimento*, *Giornata*, *Fazione*, *Battaglia*, *Fatto d'Arme*. Item *Pugna*, *Puntaglia*, *Impugna*. Joann. Villan. lib. 9. *La gente dello 'mperadore rimaſe vincente della Pugna*. Pulc. Morg.

L'Abbate liber ſia laſciato in pace
Dalla tua gente ſenz'altra Puntaglia.

S. Catarina Senenſis lect. 45. n. 3. *Quando alcuna volta ſi vede aſſediato dall'Impugne, e moleſtie della carne*. Hunc & alios idiotiſmos Etruſcos veteres debeo ſtudioſæ in me voluntati Hieronymi Gigli vatis clariſſimi, qui commemoratas S. Catharinæ Senenſis Epiſtolas & Dialogos copioſis noviſque animadverſionibus illuſtravit.

PUGNA NON ADMITTIT EXCUSATIONES. Refertur inter dictiones populares, & uſurpatur a Platone lib. 6. de Legibus. Monemur autem adagio, in præſenti periculo non eſſe tergiverſandum; veluti ſiquis in morbo ſubito Medicum accerſat longè diſtantem. Huc pertinet quod ſcribit Curtius lib. 7. *Sed neceſſitas ante rationem eſt, maxime in bello, quod rarò permittit tempora legere*.

PUGNARE GNARUS, VERÙM EMINÙS ET PROCUL HOSTE. Refertur inter verſus proverbiales Homeri ad eos deridendum, qui extra periculum feroces ſunt, coram autem congredi non audent. Huc pertinet illud Turni ad Drancen apud Virgil. lib. 11.

non replenda eſt curia verbis,
Quæ tuto tibi magna volant, dum diſtinet hoſtem
Agger murorum, nec inundant ſanguine foſſæ.

PUGNACULUM, i. Idem ac propugnaculum, ſive locus munitus. Plaut. in Milite: *Meus ille homo eſt; deturbabo ego jam illum de pugnaculis*.

PUGNO, as. Pugnam committo. Liv. l. 8. *Edicunt Conſules, nequis extra ordines pugnam committat*.

PUGNATOR, oris. Verbale a pugno. Liv. 4. Bell. Punic. *Deinde occupata dextra tenendo caput fortiſſimus quiſque pugnator eſſe deſierat*.

PUGNATORIUS, a, um. Ad pugnam pertinens. Senec. 2. Controv. Præf. *Deerat illis oratorium robur, & ille pugnatorius mucro*.

PUGNAX, acis. Bellicoſus. Cic. in Anton. *Centurio pugnax & lacertoſus*.

PUGNACITAS. Pugnandi aviditas. Plin. lib. 10. cap. 33. *Perdices capiuntur quoque pugnacitate ejuſdem libidinis*.

PUGNACITER. Ardenter, & cum pertinacia. Cic. 4. Academ. *Ergo de omni ſtatu conſilioque totius vitæ aut certare cum aliis pugnaciter, aut fruſtrari cùm alios, tum etiam me ipſum velim*.

PULCHRÆ VIRGINIS EQUITES. Sacer ordo militiæ equeſtris in Gallia. Cum matronæ plures fœminæque in ea provincia nobiles conquererentur apud Carolum VI. Regem de illatis pudori fortuniſque ſuis frequenter injuriis a viris potentibus, nec auderet quiſquam earum patrocinium ſuſcipere, Joannes Boucicaut Franciæ Mareſcallus, duodecim aliis in conſilii ſocietatem adlectis, inſtituit ordinem Pulchræ Virginis, ut vocabant, in Campo Viridi, qui earum indemnitati tuendæ præſto eſſet. Vide Selden. de Titul. Honor. p. 1. cap. 3.

PULCHRITUDO, & formæ dignitas in Imperatore. Inter ea, quæ exercituum moderatoribus authoritatem conciliant, non poſtremum ſibi vindicat locum forma ipſa, vultuſque Ducis ad virilem quandam pulchritudinem dignitatemque compoſitus. Nec verò mihi hic animus perveſtigare pulchri, vel pulchritudinis definitionem

at-

Digitized by Google

atque naturam. Multa & pręclara de pulchritudine & Plato ſcripſit, & addidere Platonici. Ex horum doctrina ſcio mortalem pulchritudinem radios quoſdam atque florem eſſe rerum cæleſtium; qui nos radii earundem rerum immortalium in memoriam revocant, ut quaſi gradibus quibuſdam ab infimarum rerum forma & venuſtate ad immenſam illam ſempiternæ lucis originem aſcendamus. Didicit id prodiditque non infrequenter ex Platonis ſchola Petrarca:

Quel Sol, che mi moſtrava il camin deſtro
Di gire al Ciel con glorioſi paſſi.

Et alibi clariùs:

Ancora (e queſto è quel, che tutto avanza)
Da volar ſopra'l Ciel gli havea dat'ali,
Per le coſe mortali,
Che ſon ſcala al fattor, chi ben le ſtima:
Che mirando ei ben fiſo quante, e quali
Eran virtuti in queſta ſua ſperanza,
D'una in altra ſembianza
Potea levarſi a l'alta cagion prima.

Cum itaque conſtet cęleſti origine pulchritudinem nobilitari, minimum quis demiretur ſi vehementer illa ingenuos quoſque animos capiat; & ad ſui contemplationem amoremque pertrahat & inflammet. Quare & Ariſtoteles interroganti cur tantopere amarentur pulchra? reſpondit: nonniſi cæcorum eam interrogationem eſſe. Optimum porrò argumentum a dignitate & proceritate corporis ducit Juſtinus lib. 13. ad indicandum amicos & ſocios Alexandri Macedonis Regibus exęquari. Et Curt. lib. 6. *Plurimis gentibus in corporum majeſtate veneratio eſt, magnorumque operum non alios capaces putant, quàm quos eximia ſpecie donare natura dignata eſt.* Occulta autem illa & efficax ratio eſt quamobrem omnium ſtudia pulchritudo concitet, quoniam vultus ipſe animi nuncius eſſe ſolet, & genuina hujus imago tanquam in ſpeculo in concinno corpore cernitur. Facilè quippe egregios & virtutę præſtantes eos eſſe arguimus & prędicamus, in quorum ore illi ſe, ut ajebat Plato, ſempiternæ bonitatis radii excludunt, & ille quaſi color virtutis effloreſcit, quem utique pulchritudinem appellamus. Contra verò ubi turpia conſpicimus corpora, facilè inclinamur ad judicium deterius capiendum de intima & latenti conſtitutione animorum. Vellejus lib. 2. *Vatinius nulli homini non poſt ferendus, in quo deformitas corporis cum turpitudine certabat ingenii. adeo ut animus ejus digniſſimo domicilio incluſus videretur.* Equidem ut quælibet aliæ animorum prærogativæ præſtantes, ſic potiſſimum virtus militaris cum corporis dignitate conjuncta impendio ſibi omnes devincit: quod acutè ſubodoratus eſt Virgilius lib. 5., ubi de ſtrenuitate Euryali ita ſcribit:

Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.

Scio eum verſiculum Virgilianum a Seneca Epiſt. 66. dente pluſquam Theonino, ideſt Stoico, fuiſſe demorſum, ubi Claranum concelebrat infelicis formæ virum, ſed non vulgaris ſapientiæ: *Iniquè enim ſe natura geſſit, & talem animum malè collocavit: aut fortaſſe voluit hoc ipſum nobis oſtendere, poſſe ingenium fortiſſimum ac beatiſſimum ſub qualibet cute habitare. Vicit tamen omnia impedimenta, & ad cætera contemnenda, a contemptu ſuo venit.* Errare mihi viſus eſt qui dixit, *Gratior & pulchro veniens in corpore virtus. Nullo enim boneſtamento eget: ipſa & magnum ſui decus eſt, & corpus ſuum conſecrat. Certe Claranum noſtrum cœpi intueri: formoſus mihi videtur, & tam rectus corpore, quàm eſt animo.* Verùm nemo plane niſi inſanus inficiabitur, viris magnis deformia interdum corpora contigiſſe: quemadmodum ſæpe ſumma oris dignitas & venuſtas turpiſſimis animis. Id ſolùm contendimus, ſi fieri poteſt æquo Senecæ ac Stoicorum ſupercilio, ut ad ineſcandos animos mirum in modum faciat præſtantia vultus ſociata virtuti.

2. Eam fuiſſe ſatis communem notam & characterem, ut Heroes virique Regii dignoſcerentur, omnes ferè clamant memoriæ Antiquitatis. Docemur id ſæpe ex Homero, Satis fuerit indicare illud ex Iliade:

Pulchrum verò ſic ego nondum vidi oculis;
Neque ſic venerabilem, Regi enim viro ſimilis.

Reliquis porrò Græcorum teſtimoniis omiſſis, producam ſolum tritum illud vulgi ſermone Euripidis dictum: *Prima ſpecies digna eſt imperio.* Quidni etenim in virili cujuslibet honeſtæ artis adminiſtratione plurimum ponderis pulchritudo habeat, ad cujus veluti Lydium lapidem & examen etiam inanimata ſubiiciuntur, diſtinguique ſolent? Lucret. lib. 5.

Et pecudes & agros diviſere atque dedere,
Pro facie cujuſque, & viribus, ingenioque:
Nam facies multum valuit.

Quæſita hinc ſæpe gratia a Poetis extinctis bellatoribus a concinna elegantique eorum forma, Sic enim Homerus in morte Euphorbi:

Sanguine ei madefactæ ſunt comæ Gratiis ſimiles,
Capillique, qui auro atque argento revincti erant.

Eadem ferè habet Calaber in morte Troili & Pentheſileæ. Et Euripides in Andromeda de morte Pyrrhi. Virgilius autem frequentiſſimè bello mactatos a pulchritudine dilaudat. Unicum profero teſtimonium de Euryalo lib. 9.

ſed viribus enſis adactus
Tranſadigit coſtas, & candida pectora rumpit.
Volvitur Euryalus letho, pulchroſque per artus
It cruor, inque humeros cervix collapſa recumbit.

Quod plane imitatus eſt Silius lib. 12.

Solvitur omne decus letho, niveoſque per artus
It ſtygius color, & formæ populatur honores.
Ambroſiæ cecidere comæ, violataque cervix
Marmoreum in jugulum collo labente recumbit.

Quo etiam facilè reſpexit Taſſus de Lesbino Cant. 9., addita inſuper Virgiliana comparatione ſucciſi floris in Euryali morte:

Poiche vede, ahi dolor! giacerne ucciſo
Il ſuo Lesbin, quaſi bel fior reciſo.
E in atto sì gentil languir tremanti
Gl'occhi, e cader ſu'l tergo il collo mira;
E sì vago il pallore, e da ſembianti
Di morte una pietà sì dolce ſpira,
Ch'ammollì il cor, che fù di marmo avanti.

Addo etiam ad ejuſdem Ethopejæ expreſſionem illud Nonni lib. 11.

Mortuus licet cum ſis, adhuc refulgent genæ,
Oculi vident etiam adhuc, duplices verò
Adhuc tuæ manus niveæ ſunt palmæ.

3. Sed non amorem duntaxat, quod, ut ex Ariſtotele diximus, ii ſolum inficiari poſſunt, qui-

Digitized by Google

quibua nullus oculorum uſus eſt reliqnus, verum etiam veneratinnem ingignit pulchritudo. Hinc Virgilius lib. 9. Euryalum dixit puerum venerandum.

Te verò, mea quem ſpatiis propioribus ætas
Inſequitur, venerande puer, jam pectore toto
Accipio.

Ad eundem modum Stat. 2. Theb.

Ibant inſignes vultuque habituque verendo.

Ac ſæpe alias apud Scriptores Græcos Latinoſque venerandns dici animadvertaa oris dignitate præſtantes. Ejus rei, ſi minua veram, certe pulcherrimam rationem adducit Latinua Pacatus Paneg. Theod. *Auguſtiſſima quæque ſpecies plurimam creditur trahere de cælo. Sive divinus ille animus venturus in corpus dignum prius metatur hoſpitium; ſive cum venerit, fingit habitaculum pro habitu ſuo.* Quodſi vel pueri ſtrenuo Marte prnſtrati pulchritudinia ſuæ beneficin venerationem extorquent, quantam, amabo te, ſibi authoritatem apud manipulares adſciſcent cnrporia formâ vultuque præcellentes Imperatnres? Quantum Trajani virtutibus decoris aeceſſiſſe reputas ex maſcula illa vultua elegantia, quam per hæc verba deſcribit Pliniua? *Jam firmitas, jam proceritas corporis, jam honor capitis, & dignitas oris, ad hoc, ætatis indeflexa maturitas, quodam munere Deûm feſtinatis ſenectutis inſignibus, ad augendam majeſtatem, ornata cæſaries, nonne longè latèque Principem oſtentant? Talem eſſe oportuit, quem non bella civilia, nec armis oppreſſa reſpublica, ſed & pax & adoptio, & tandem exorata terris Numina dediſſent. An fas erat nihil defferre inter Imperatorem, quem homines, & quem Dii feciſſent?* Jam verò Cyrum Perſarum Regem, Medorum veſtem aſſumpſiſſe narrat Xennphnn lib. 8. quoniam ſtola Medica proceriores, fnrmoſioreſque ea indutos nſtenderet. Silius etiam lib. 1. Tagum Ducem Hiſpanorum elogio venuſtatis exornat, vocatque

Ore excellentem & ſpectatum fortibus auſis.

Idem prҿconium a Virgilin non Turno ſolùm, ut lib. 7.

petit ante alios pulcherrimus omnes
Turnus,

Sed inprimis Æneæ tribuitur. Sic enim lib. 4. Æneid.

ipſe ante alios pulcherrimus omnes
Infert ſe ſocium Æneas:

De eodem prius ibidem dixerat:

Multa viri virtus animo, multuſque recurſat
Gentis honos; hærent infixi pectore vultus.

Et paulò poſt:

Quis novus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes?
Quem ſe ſe ore ferens! quam forti pectore &
armis!
Credo equidem, nec vana fides, genus eſſe
Deorum.

Huc plane reſpexit Lycurgus, qui legem Lacedæmoniis poſuit, ut extremia viribus in acie adversùs hoſtea congreſſuri capita comerent, capillumque & barbam depecterent. Idem poſtea imitati ſunt Turii, Mileſii, & Tarentini, aliæque Urbes, quibua magnopere arriſerunt inſtituta Laconica, ut tradit Philnſtratus in vita Apollonii lib. 3. cap. 4. Et Perſarum quidem Duces cum Leonidæ milites viderent venuſtè depexos, & quanta maxime excogitari poteſt venuſtate concinnos, eos deriſui primùm, tanquam muliebrem manum habere; ſed eorum poſtea in conferti Martia periculn virtute conſpecta, obſtupuiſſe memorantur animi præſtantiam & fortitudinem in iis, quorum ad muliebrem cultum compoſita corpora ante contempſerant. Ejua porrò rei rationem aliquam perquirenti mihi duplex inprimis occurrit; nam primùm quo ſibi quiſque obnixiua placet, & propriis capitur ornamentis, eo ſe ſuaque defendit animoſiùs. Iterum quoniam, qnod Plutarchua tradit, forma eximia pueroa elegantea pulchrnſque viros terribilea reddit. Idem certè planè præſtant capilli & capitis ornatus in milite prœliante, qund in quibuſdam avibua elatæ diſcoloreſque criſtæ, in leone verò aliiſque belluia promiſſæ jubæ, perpolitæque maculoſæ pelles; ut plane eadem habeantur & pro commendatinne ad formam, & pro incitamento ad ferociam.

4. Hic porrò non deſinam obſervare diligenter, viris cætoroqui ore digniſſimo, cum eximium aliquod pertentarent facinus, adauctam fuiſſe pulchritudinem & majeſtatem. Exemplorum familiam ducat Hebrҿa bellatrix fortiſſima Judith, cui rem magnam ſublimemque animo mnlienti, ſalutemque patriæ & Holnfernis cladem agitanti, miram novamque concinnitatem oris addidit Deua, ut habetur Judith cap. 10. *Cui etiam Dominus contulit ſplendorem: quoniam omnis iſta compoſitio non ex libidine, ſed ex virtute pendebat: & ideo Dominus hanc in illam pulchritudinem ampliavit, ut incomparabili decore omnium oculis appareret.* Rnmulua etiam e vita decedens, diviniſque honoribua & apotheoſi proximus auguſtinre forma viſus a Julio Prnculo. Flnrua lib. 1. cap. 1. *Oborta tempeſtas, ſoliſque defectio, conſecrationis ſpeciem præbuere: cui mox Julius Proculus fidem fecit, viſum a ſe Romulum affirmans, auguſtiore forma quàm fuiſſet: mandare præterea ut ſe pro numine acciperent.* Sed & carnifex ille, qui Marium percuſſnrua carceria pædore nbſitum, gladium extulerat, ſubſtitit perterritus nova luce ex ejuſdem oculia intermicante. Lucanus lib. 2.

primo qui cædis in ictu
Diriguit, ferrumque manu torpente remiſit:
Viderat immenſam tenebroſo in carcere lucem.

Virgilius etiam inuſitatn ſplendore circumdatum afflatumque a matre Dea Æneam canit, ut eidem conciliaret faciliùs Didonia gratiam. Sic autem legitur lib. 1. Æneid.

Reſtitit Æneas, claraque in luce refulſit,
Os humeroſq; Deo ſimilis; namque ipſa decoram
Cæſariem nato genitrix, lumenque juventæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores.

Nec verò hujus peregrinitatem moris imitari omiſit perpetuua Virgilii æmulator Taſſus Cant. 20., ubi ſic loquitur de Gothefridn, cum jam maturus proximuſque eſſet Hieroſolymis expugnandis:

Vaſſene, e tal'è in viſta il ſommo Duce,
Ch'altri certa vittoria indi preſume:
Nuovo favor del Cielo in lui riluce,
E'l fà grande & auguſto oltra il coſtume;
Gl'empie d'honor la faccia, e vi riduce
Di giovinezza il bel purpureo lume:
E nell'atto degl'occhi, e delle membra
Altro che mortal coſa egli raſſembra.

Et

Digitized by Google

Et iterum de eodem Gothefrido propediem potituro Regni Hieroſolymitani Cant. 20.

Parve, che nel fornir di tai parole
Scendeſſe un lampo lucido e ſereno;
Come talvolta eſtivo notte ſuole
Scoter dal manto ſuo ſtella, o baleno.
Ma queſto creder ſi potea, che 'l Sole
Giuſo il mandaſſe dal più interno ſeno:
E parve al capo irgli girondo: e ſegno
Alcun penſollo di futuro regno.
Forſe (ſe deve infra' celeſti areoni
Proſuntuoſo entrar lingua mortale)
Angel cuſtode fù, che da i ſoproni
Cori diſceſe, e'l circondò con l'ole.

In eandem ſententiam Triſſinus Ital. Lib. 1.18.

Mà come Agrippa fù così veſtito,
S'occrebbe in lui la natural bellezza,
E dimoſtrò i coſtumi olti e regali:
Onde preſe la briglio del cavollo,
Et alzò 'l monco piè per porlo in ſtaffa

Nullo proinde modo eſt ambigendum de vi ſumma atque momento, quod pulchritudini ineſt ad partendam viris magnis authoritatem, cum ex allatis exemplia conſpiciamus factum eſſe, ut in facinore inuſitato, vel molimine rerum graviſſimarum, divina etiam ope & beneficio major pulchritudinis cumulus præſtantibus viris acceſſerit. Quoniam verò ſermo hic mihi eſt de Imperatore, fuge credere aut ſuſpicari ad cohoneſtandam hujus formam, & admirationem militum erga ipſum ingenerandam, eam a me depoſci vel attribui eidem pulchritudinem, cujus coloribus & ſuavitate puerilis pleruuque forma depingi ſolet: quæ, ſicut Imperatori minimè congruit, ſic illuſtrat interdum pueros nobiles, qui recèns militiæ nomen dederint; cujuſmodi ſuit apud Homerum Nireus, qui omnium formoſiſſimus extitit, quotquot navigarunt ad expeditionem Trojanam, aut etiam Troilus, bellator impuberi fere ætate, ore vehementer concinno; de quo præter Homerum Virgilius etiam loquitur lib. 1. Æneid. Eodem concinnitatis genere celebrantur apud Virgilium Euryalus, & apud Statium Parthenopæus. Et planè videntur mihi iniquefeciſſe adversùs Taſſum Italici quidam cenſores critici. qui devorare non poſſunt ab eo vate Rinaldum, ut Marti æquatum fortitudinis laude, ſic etiam comparatum Cupidini oris gratia & venuſtata: quaſi acerrimum bellatorem, quique in bello Palæſtino primas tulerit, oppidò dedeceat forma imbellis & mollior vultus elegantia. Sic enim ille Cant. 1.

Se 'l miri fulminar nell'ormi avvolto,
Morte lo ſtimi; Amor, ſe ſcuopre il volto.

Addunt autem præfati animadverſores longè commodiorem bellicæ pulchritudinis ſpeciem formamque Taſſum adumbraſſe in Tancredo, de qun ibidem hæc habet:

Vien poi Tancredi: e non è olcun frà tanti
(Tranne Rinaldo (ò feritor moggiore,
O più bel di maniera e di ſembianti,
O più eccelſo & intrepido di cuore.

Verùm ad non incommodam Poetæ defenſionem obſervare facilè illi poterant, Torquatum non quaſi virum aut juvenem bellatorem, ſed plane puerum Rinaldum induxiſſe. Sic enim ibidem ſcribit:

Mà il fanciullo Rinaldo e ſovra queſti,
E ſovro quanti in moſtra eron condutti,
Dolcemente feroce alzar vedreſti
La regal fronte.

Equidem mihi majorem difficultatem faceſſit, tam laborioſa tam ardua facinora, qualia a Poeta Rinaldo attribuuntur, perpetrare potuiſſe quantalibet demum indole præditum puerum. Licet enim in eodem delicatulæ ætatis flexu Paris & Nireus arma tractare inducātur ab Homero, non tamen illi præcipuum belli locum tuentur. Verùm his præteritis, cuilibet cordato viro video eſſe liquidiſſimum, molliculam & delicatulam oris concinnitatem minimùm convenire ſupremo armorum Duci, ſed virilem quandam & verè dignam imperio, quam in Theodoſio ſuo Pacatus celebrat: *Tua hæc forma venerabilis, quàm fortunæ par eſt, quàm longè lateque conſpicuo commendat imperium. Virtuti addidis forma ſuffragium; illa præſtitit ut oporteret te Principem fieri, hæc ut deceret.* Et verè Imperatoria eſt pulchritudo, qua laudatur Titus a Tacito 2. Hiſtor. *Erat Tito decor oris cum quadam majeſtate.* De eodem ita Svetonius in ejus vita: *Forma egregia, & cui non minus authoritatis, quàm gratiæ ineſſet.* Eandem poſtremò ſic in ſuo Stilicone Claudianus expreſſit:

Jam tum conſpicuus, jam tum venerabilis ibat,
Spondebatque Ducem celſi nitor igneus oris.

Sed redeo ad perveſtigandas cauſas, quam ob rem pulchriores eoa fieri contingat, qui ad inſigne facinus vel ad plenum gloriæ diſcrimen feſtinant.

5. Facilè eſt autem rationem conjectare adauctæ pulchritudinis in vultu Imperatorio, vel illuſtrium virorum, cum novus ille ſplendor contingit divinitùs, & potiùs immittitur, quam enaſcitur. Non obvium pronumque eſſe arbitror judicare, cur præclarum aliquid auſuri ſuopte ingenio & inſtinctu nova capiant formæ incrementa. Ego verò in facinoribus bellicis non aliam ejus rei cauſam eſſe exiſtimo, quàm quoniam pericula & res arduas adituri, dum omnes advocant viros & ſpiritus vividiores, ſanguinis nempe florem, expromunt, vultuſque erigunt attolluntque frontem, ut terribiles hoſtibus videantur, ea ipſa ſpirituum provocatio, & via undique in omnes artus ac præſertim in vultum accita eoſdem reddit pulchriores, mixta tamen cum venuſtate & quaſi ex eadem orta ferocia. Certe novus ille fulgor, qui Marium in palude deliteſcentem repente circumdedit, metuendumque hoſti reddidit, extremus quidam ejuſdem conatus fuit, quo ut militem perterrefaceret, nobiliſſimos advocavit ſpiritus. quorum ope circumacti oculi lucem quandam & coruſcationem videbantur immittere, incenſo vultu ſanguinis nobilioris accurſu atque conſperſione. Quid autem mirum in viris illuſtribus id accidere, cum equi ipſi bellatores ante prœlium cervice erecta, expanſo jactatoque capillo, edito inprimis ferociore nitritu longè formoſiores appareant? Idem porrò non unum genus altilium oſtendit, præſertim verò galli gallinacei, quos erecta in ſublime cervix, collum inflatum, incenſæ criſtæ, explicatæ, ſubrectæque in orbem rigentes caudarum pinnæ, maximum in modum exornant. Adnotandum etiam eſt idem uſuvenire in amatoriis congreſſibus. Ut enim de reliquis animantibus ſileam, certe admiſſarii equi cum ab equiſonibus vocantur ac rapiuntur ad admiſſu-

ram, illicò comptiores evadunt, renident, ſcintillantque, ſeſeque circumſpiciunt efferuntque magnificè: ut plane in hoc etiam convenire videantur Cupidinis Martiſque certamina, ut communia utrobique ſint incrementa formæ in ſumma vel voluptatis potiundæ cupiditate, vel gloriæ. Non parcam ſaltem innuere idem notari poſſe in avibus prædatoriis, ubi primum arripiendæ prædæ ſtudio volatum explicant. Sic autem de accipitre Dantes Paradiſ. Cant. 19.

Quaſi falcone, ch'eſca di cappello,
Muove la teſta, e con l'ale s'applaude,
Voglia moſtrando, e facendoſi bello.

6. Illa autem mihi magis conſentanea vero cauſa eſt, cur eximia ſpecies non minus indicet, quàm conciliet fortitudinem, quoniam apta partium & lineamentorum concinnitas & commoda membrorum conſtitutio mirum in modum facit ad egregiam conformationem univerſi corporis. Ut enim pomorum ubertatem multicolor florum venuſtas enunciat, ſic forma præſtans & nulla parte non felix de corpore valido, & membrorum robore, atque adeo de animi ipſius fortitudine & firmitate dubitare non ſinit. Nec aliam eſſe opinor cauſam, cur excellentiam formæ cum magnanimitate & claritate virium, non humanæ minus quàm divinæ conjungant literæ. Cicero in Partitionibus: *Poſtea de corporis bonis dicendum, in quibus quidem, quæ virtutem maxime ſignificat, forma laudatur.* Homeri autem illa ſunt Odyſſ. 18.

virtutem, & corporis alci
Eximiam formam carpſerunt æthere Divi.

Ubi nota corporis proceritatem non modo primariam pulchri corporis partem eſſe, verùm etiam neceſſariam; ut meritò plures negent Philoſophi, formoſum eſſe poſſe quod puſillum eſt. Lucretius etiam non ſemel præſtanti formæ fortitudinem adiunxit. Sic enim lib. 5.

Nam facies multum valuit, vireſque vigebant,

Et iterum;

fortes & pulchro corpore creti.

Quod ſi divina adeamus monumenta, occurrunt illa apud Iſaiam 3. *Pulcherrimi viri tui gladio cadent, & fortes tui in prælia.* Et pſalm. 92. *Dominus regnavit, decorem indutus eſt, indutus eſt Dominus fortitudinem.* Et Proverb. 31. *Fortitudo & decor indumentum ejus.* Et iterum pſalm. 77. *Et tradidit in captivitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici.* Factum profectò inde, ut non ſolum vis Latini verbi *pulchritudo*, fortitudinem ſonet, quod nos expendimus in voce *Pulcher*; verùm ut eandem quoque vim habeat idiotiſmus Hebraicus, Græcuſque, & ſignificatio vernacula ejus vocis apud alias etiam nationes, ut oſtendit Martinus de Roa Singul. cap. 3. & 4. Idcircò cum de Deo homine dicitur pſalm. 44. *Specioſus formâ præ filiis hominum*, non tam de coloris ſuavitate, aut venuſtate oris id eſt accipiendum, quàm ad animi magnitudinem referendum; ut planè concinat verbis illis Cantic. 5. *Electus ex millibus*. Sed mira harum laudum conjunctio eſt atque concentus pſalm. 44. ubi poſt illa verba: *ſpecie tua & pulchritudine tua intende, proſperè procede & regna*, loquuntur ſtatim illa: *Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadent in corda inimicorum Regis.* Cæterum quanta pulchritudinis ipſius efficacia ſit ad animos capiendos prodiderunt Ariſtoteles, qui formam quavis epiſtola validiorem ad commendationem promerendam affirmat; Publius Syrus, qui eandem, commendationem mutam, Theophraſtus, qui fraudem tacitam & innocentem, Socrates, qui extremam tyrannidem, Carneades, qui regnum ſine horrore ſatellitii, nominarunt. Quod enim, ut ait Plato, viri fortes obiiciendo ſe periculis obtinent, quod viri ſapientes per ſummos labores vix demum impetrant, id minimo negotio conficit pulchritudo, ut plane veriſſimum ſit in omni fere tractatione humana, quod de Cleopatra ſcripſit Lucanus l. 10.

Vultus adeſt precibus, facieſque inceſta perorat:

7. Jam verò de ſtatura militari & Imperatoria diximus ſeparatim. Quod verò ad ipſam attinet corporis amplitudinem, tametſi fateri neceſſe ſit non defuiſſe præſtantiſſimos cæteroqui Imperatores, qui corpore obeſiores eſſent, ac præter modum pingueſcerent; nihilominus inficiari non poſſumus nimiam & immodicam membrorum craſſitudinem vitio verti improbarique in viro militari, eòque magis in ſupremo armorum Duce. Ea de cauſa corpulentis craſſiſque ademptos a cenſoribus equos legimus; quoniam luxuries illa membrorum in pinguedinem exuberantium non leviter impediret retardaretque opera militaria. Gellius lib. 7. cap. 22. *Nimis pingui homini & corpulento cenſores equum adimere ſolitos, ſcilicet minus idoneum ratos eſſe cum tanti corporis pondere ad faciendum equitis munus: non enim pœna id fuit, ut quidam exiſtimant: ſed munus ſine ignominia remittebatur. Tamen Cato in oratione, quam de ſacrificio commiſſo ſcripſit, obiicit hanc rem criminoſius, uti magis videri poſſit cum ignominia fuiſſe: quod ſi ita accipias, id profectò exiſtimandum eſt, non omninò inculpatum neque indeſidem viſum eſſe, cujus corpus in tam immodicum luxuriaſſet exuberaſſetque.* Huc reſpexit Joannes Baptiſta Solianus Uccellatoio Att. 3. Scen. 8. *Quando certi corpulenti mi capitano alle mani, la prima coſa io confiſco loro il cavallo, perche e dimagrino coll'andare a piede.* Epaminondas etiam, ut legimus apud Plutarchum in Apopht., eraſit quempiam ex albo militari, quod præter modum omento niteſceret, adiiciens ne tres quidem clypeos ſatis ſore tam amplo tegendo ventri. Ephori autem apud Lacedæmonios decimo quoque die tyrones recognoſcebant: ſi quos autem offenderent præpingui corpore, & cute molliùs curata, tanquam hebetiores & deſidia fluentes exauthorabant, ut legimus apud Ælianum lib. 14.

PULCHER, a, um. Satis conſtat ſignificari hoc adjectivo quidquid venuſtum eſt, formâque commoda. Sed iterum dubitari non poteſt pulchrum non infrequenter a Latinis accipi pro forti. Virgil. lib. 7.

ſatus Hercule pulchro
Pulcher Aventinus,

Ubi certe epitheton *pulchrum* pro venuſto abſonum in modum Herculi congruit: nec minus bellè ipſi Aventino, quem paulò poſt notat formæ horridioris:

Ipſe pedes tegmen torquens immane leonis,
Terribili impexum ſeta cum dentibus albis,
Indutus capiti: ſic regia tecta ſubibat

Hor-

Digitized by Google

Horridus, Herculeoque humeros innexus amiſtu.

Aptè proinde Servius pulchrum hic exponit pro forti. Idcircò Scaliger de Cauſſ. Ling. Lat. cap. 22., pulchrum deducit a voce Græca πολύχειρ, ut ſit plures habens manus, ac proinde fortis. Sed nihil oeceſſe eſt huic etymo ioniti: ut enim notat Servius, fortitudo & pulchritudo promiſcuè pnouotur a Latinis. Nam & fortis apud eoſdem noo ita carò eſt pulcher, ut optimo oſtendit exemplo idem Servius ex verbis Plauti in Milit. act. 4. *Ecquid fortis viſa eſt?* Certè Aoacreon Od. 2. fortiſſima quæque in natura receoſens, concludit pulchritudinem omnia ſuperare, ferroque & igne eſſe robuſtiorem. Hinc nihil frequentiùs apud Græcos, Latinos, & Italicos Poetas legitur, quàm vulneratos animos necique traditos & incenſos a venuſtiore vultu. Petrarca:

Io temo sì de begl'occhi l'aſſalto,
Ne quali amore e la mia morte alberga,
Ch'io fuggo lor, come fanciul la verga,
E' gran temp'è ch'io preſi il primier ſalto:

Nec aliam ob cauſam appellationibus Amazonum & bellatricum ſuas Poetæ vocant amaſias. Petrarca:

Molte fiate, o dolce mia guerriera,
Per haver co' begl'occhi voſtri pace,
V'haggio proferto 'l cor.

Verùm ejus rei luculentiſſimum occurcit exemplum probè adnotatum a Servio ad Virgilii 4. Æneid., ubi poſtquam Poeta divino quodam formæ ſplendore Æneam cum Didone certantem induxit, eundem poſtea Apollini comparat, nulla non parte corporis ornatiſſimo: & cum prius de Ænea dixiſſet:

ipſe ante alios pulcherrimus omnes
Infert ſe ſocium Æneas;

poſt comparationem cum Apolline ita ſubdit:

haud illo ſegnior ibat
Æneas: tantum egregio decus enitet ore.

Ubi clarè intelligis, illud *non ſegnior*, quod idem eſt ac *fortis*, accipi pro polchro, ut ſenſus ſit: nihil minus, quàm ſe Apollo præſerebat, ſpecioſum ſe exhibebat Æneas. Qua de cauſa mihi minimè eſt dubium pulchrum dici a polleodo, quoniam quod maxime formoſum eſt, id ſit inprimis pollens valenſqoe, atque idem optimum maximumque, ut pluribus oſtendi in Titulo *Pulchritudo*.

PULVEREM OCULIS OFFUNDERE. Per modum adagii dicitur de iis, qui rem de induſtria obſcurant, ut adverſarium decipiant. Translatum ab aſtu militari, quo ſæpe ſit, ut data opera commoto excuſſoque pulvere in oculos hoſtium, iidem viocantur. Cujuſmodi dolo uſum fuiſſe Sertorium in Hiſpania auctoc eſt Plutarchus.

PULVIS PYRIUS, vel TORMENTARIUS. Vide *Bombarda*.

PUNCTA, æ. Vide *Punctim*.

PUNCTIM. Cædere punctim eſt percutere vel ferire intentata cuſpide. *Di punta, di ſtoccata*. Huic opponitur *Cæſim*: quod eſt ferire intentata acie. *Di taglio*. Liv. lib. 5. Bell. Punic. *Hiſpano punctim magis, quàm cæſim aſſueto petere hoſtem*. Vulgaris inde ſermo: *Cæſim & punctim ferire*, pro omni conatu, & omnibus exertis viribus quempiam aggredi. Sumptum a gladiatoribus, qui modò punctim, modo cæſim feriendo ſuperare hoſtem & ioterficere contendebant. Alius porrò eſt gladii uſus, eum lati enſis percuſſione aliquem petimus, Italis *Piattonata*. Ea verò percuſſio ad ignominiam potius & dedecus ioferendum pertinet, quàm ad exercitatinnem, vel uſum ſerii Martis. Obſervandum præcipue eſt cæſim ferire minacius quidem, & viſu atrocius eſſe, ſed longe gravius, & ad hoſtem conficiendum expeditius, ferire punctim. Cæſim fecè volnera adigunt qui utuntur gladio acinace, vulgo *Sciabla*, *Scimitarra*: punctim ferire Romanocum præcipue & Hiſpanorum fuit. Liv. lib. 31. *Gallis Hiſpaniſque ſcuta ejuſdem formæ ferè erant; diſpares ac diſſimiles gladii. Gallis prælongi & ſine mucronibus; Hiſpano (punctim magis quàm cæſim aſſueto petere hoſtem) brevitate habiles & cum mucronibus*. Cauſas verò gravioris punctim adacti vuloeris clarè prodidit Veget. l. 1. c. 12. *Cæſim pugnantes non ſolum facilè vicere, ſed etiam deriſere Romani. Cæſa enim quovis impetu veniat, non frequenter interficit: cum & armis vitalia defendantur & oſſibus. At contra puncta duas uncias adacta, mortalis eſt. Neceſſe eſt enim ut vitalia penetret quidquid immergitur. Deinde dum cæſa infertur, brachium dextrum latuſque nudatur. Puncta autem tecto corpore infertur, & adverſarium ſauciat antequam videatur*. Nota hic novitia Vegetii vocabula Punctam & Cæſam pro punctione & cæſiooe. Non obſervaſſe has voces Lexicographos parum miratus ſum: miror magis id non advertiſſe Steuvechium, cætera mioimè oſcitaotem iu ootis ad Vegetium.

PUTEARII, orum. Foſſores puteorum. Inter fabros militares adduci ſolitos in exercitu dicimus in voce *Puteus*. Plin. lib. 31. cap. 3. *Depreſſis puteis ſulphurata vel aluminoſa occurrentia Putearios necant*.

PUTEUS, i. Horat. 1. Epiſt. 15.

Collectoſne bibant imbres, puteoſne perennes
Dulcis aquæ.

Ubi eleganter diſtinguit puteos a ciſternis. Ciſternæ ſiquidem collectiones ſunt aquæ pluvialis in præfoſſum ſub terra locum, ſtabilitumqoe ad illas detinendas & perpurgaodas. Putei perpetuas habent aquas; non certè erumpentes & exilieutes cum impetu, quemadmodum fontes habent, ſed manantes guttatim immotaſque. Quidam a potando dictos autumant puteus, quaſi potum miniſtrent. A putore alii trahunt, craſſiſque exhalatiooibus immiſſis ex aere ſubterraneo. Quantum emolumenti in res humaoas decivent effoſſi putei, non eſt hic prolixè & otioſe tradeodum. Sed neque animadvertere prætermiſerim, eoſdem ſummam opem afferre civibus obſidione couclusis. Notavit id Vegetius lib. 4. cap. 10. *Magna urbis utilitas eſt, cum perennes fontes murus includit. Quod ſi natura non præſtat, cujuſlibet altitudinis effodiendi ſunt putei, aquarumque hauſtus funibus extrahendi*. Ciſternis nempe aliiſque pluvialium imbrium receptaculis parum fidendum, præcipuè ſi paulò diuturnior ſit oppugnatio. Neque verò ſatis ineſt ſecuritatis in aquis per longos aquædoctus comportatis: facilè quippe intercipi ab hoſtibus poſſunt, aut veoeno corrumpi. Excavantur etiam ingenti cum fructu in caſtcis putei: neque enim ſemper obvia deforis eſt aquatio, propinquitate amnium. Itaque provideot Duces in-

duſtrii effoſſis puteis, ne copiæ langueant aquarum penuriá: quod inter cæteros a Scipione & Cæſare fuiſſe factitatum apud Hiſtoricos legimus. Hinc inter alios miniſtros ſervoſque bellicos ducebantur etiam Putearii, effoſſores nempe puteorum. Quod ſi horum numerus non ſuppeteret, milites ipſi effodiendæ humo adjiciebantur, quos poſtea corona donari in laboris præmium moris erat. Quoniam verò arida ſæpe occurrunt loca, utpute confragoſa & ſaxis aſpera, ubi per ſoli duritiem non licet puteos effodere, quod præſertim contingit in arcibus editioribus, commoda tunc fuerit cautio experiri, utrum inferiores aquarum venæ proximæ ſint; ita tamen ut ab arce ſuperpoſita vi miſſilium protegi poſſint aquatores. Quod ſi aquarum ſcaturigines reperiantur ultra teli jactum, & in inferiore clivo, tunc operæ fuerit caſtellum excitare inter urbem ipſam & fontem ob hauriendæ aquæ ſecuritatem ab aſſultu hoſtili. Monet id Vegetius loco ſuperiùs indicato: *Sed interdum ſicciora ſunt loca, quæ montibus ſunt ſaxiſque munita, in quibus ſuperpoſita caſtella. Extra murum inferiores reperiunt fontium venas, ac de propugnaculis vel turribus deſtinatis protegunt telis, ut aquatoribus liber præſtetur acceſſus. Quod ſi ultra jactum teli, in clivo tamen civitatis ſubjecta ſit vena, caſtellum parvulum, quem burgum vocant, inter civitatem & fontem convenit fabricari, ibique balliſtas, ſagittarioſque conſtitui, ut aqua defendatur ab hoſtibus.* Nec proinde fontes perennes effoſſique putei faciunt, quominus majoris affluentiæ gratiâ ciſternæ inſuper ſint conſtruendæ: uſus enim aquæ pluvialis omnium maxime parabilis eſt, Veget. ibidem: *Præterea in omnibus publicis ædificiis, multiſque privatis, ciſternæ ſunt diligentiſſimè ſubſtruendæ, ut receptacula aquis pluvialibus, quæ de tectis effluunt, præſtent.* Et hæc quidem eſt ratio & conſilium derivandi pluvialem aquam ex tectis in ſubſtructiones & profunda terræ repoſitoria. Legimus in Hiſtoria Olai Magni populis Borealibus conſultum fuiſſe præmagna circumquaque velamenta extendere, ut anguſtiùs tamen inferiùs expanſa vela, quàm ſuperiùs eſſent; & in hanc formam excepiſſe defluentes imbres, atque adeo puriores conſervaſſe. Jam verò, ut oſtendam, quanti ubique mortales fecerint perennes aquas, omitto inire numerum illuſtrium civitatum, quæ ab aquis indita præſeferunt nomina, cujuſmodi ſunt Aquæ Regiæ in Africa, Sextiæ in Gallia Narbonenſi; Flaviæ, Calidæ, & Lupiæ in Hiſpania, Auguſtæ in Aquitania; ſatis verò fuerit indicare in plurimis vaſtiſſimiſque provinciis majoris Aſiæ ab effoſſis ciſternis, aut puteis excavatis appellationem habuiſſe magni nominis oppida. Præſtò mihi ſunt è ſacris litteris teſtimonia, in quibus legimus Ciſternam Bethlehem, Ciſternam Sira, Puteum Judicii, Puteum Juramenti, Puteum Viſionis, urbeſque alias, vicoſque à puteis vocitatos, præſertim in Terra Geraritica & Aſcalone. Etiamnum in Palæſtina, & Meſopotamia conſpicuas urbes pagoſque putei nomine notari author eſt in ſuo Itinerario Petrus de la Valle. In deſerta verò, quam vocant, Arabia, minime aquoſa regione, propterea quod admodum rari occurrunt aquarum perennium fontes aut amnes, aquas unde unde ſtudioſe conquiſitas deductaſque compellunt coguntque populares in altiſſimos puteos, qui ne ab hoſtibus, aut exteris noſci poſſint, nullis repagulis ad innitendum muniuntur; ſed præmagnis lapidibus, quorum item frequens mentio in divinis litteris, obſtrui occludique ſolent, inſperſa deſuper terra, &, ſicubi ſuppetit, herboſo ceſpite; ut iis aquis, quodam quaſi theſauro, ipſi ſolummodo potiantur. Ob eam aquarum egeſtatem a nullis nationibus ſubjugari potuit Arabia. Vivunt populi felices inopia ſua; &, ſolertia ipſorum cum naturæ iniquitate & injuria conſpirante, dono inter mortales optatiſſimo perfruuntur, libertate. Sed accipe, quæ de illis habet prolixius Scriptor commemoratus Petrus de la Valle. *Si andava ſolo cercando di andare a poſarſi in luogo dove foſſe acqua: la quale di rado ſi trova, ſolamente in certi pozzi cavati e ſcompartiti a luogo a luogo, quanto a pena baſti a far viaggio. E queſto lo fanno gli Arabi per fortezza del lor paeſe, acciocche non poſſano entrar genti foreſtiere a perſeguitarli, & a vincerli, come bene notò Diodoro Siculo, che apunto per queſta cagione di eſſere il lor paeſe e per natura, e per artificio ſcarſiſſimo di acqua, non avevano gli Arabi avuto mai Principi ſtranieri, nè da Perſiani, nè da Macedoni (come nè anche oggi da' Turchi, nè da noſtri Romani già) nè in ſomma da altra nazione quanto ſi voglia potente.* Vide *Aquæ curatio*, & *Sitis*.

Pycta, æ. Scapha exploratoria, de qua ita Vegetius lib.4. cap.37. *Scaphæ tamen majoribus liburnis exploratoriæ ſociantur, quæ vicenos prope remiges in ſingulis partibus habeant, quas Britanni Pyctas vocant.* Verùm Vegetii locus meritò Steuvechio ſuſpectus eſt, eoque inclinat animum, ut pro *Pyctas*, legendum cenſeat *Pyncas*, quod navigii genus vulgò dicimus *Pinco*.

Pycta, æ, vel Pyctes. Græco vocabulo dicitur pugil. Plin.lib.7. cap.47. *Euthymus Pycta ſemper Olympiæ victor.* Lamprid.in Heliog. *Gladiatores ante convivium pugnantes & Pyctas frequenter exhibuit.* Venuſtè etiam Columell.lib.8. cap. 2. Pycten vocat gallinaceum pugnacem rixoſumque. Inſubres etiamnum gallum Indicum vocant *Pitto*.

Pyctides. Videntur fuiſſe muſica inſtrumenta, quibus Siculi veteres utebantur in prœlio. Occurrunt apud Clementem Alexandrinum Pædag. cap. 4. *In bellis itaque ſuis tuba utuntur Etruſci, fiſtula Arcades, Siculi autem inſtrumentis, quæ appellant Pyctidas.* Hæret mihi prorſus aqua in hujus vocabuli expoſitione; & fortaſſe depravatus eſt Clementis locus. Certè Pyctidum pro inſtrumento muſico, non memini mentionem alibi fieri. Meliora proinde Pythia ſuper hac voce conſulas.

Pygmei. Genus hominum [ſi humana ſpecie cenſeri poſſunt, qui vix ad infantium noſtrorum ſtaturam pertingunt] aliis verum, aliis fictum & fabuloſum. Enimverò ne id quidem ſatis liquet, ubinam gentium ſedes habuerint. Ne Plinius quidem ſibi ſatis conſtat in aſſerenda deſignandaque ejus gentis origine: Scythiam eos coluiſſe memorat lib.4. cap.11. *Totum eum tractum Scythæ Areteres dicti tenuere. Eorum oppida Aphrodiſias, Libiſtos, Zigere, Borcobe, Eumenia, Parthenopolis, Gerania, ubi Pygmæorum gens fuiſſe proditur, quos Catizos Barbari vocant, credunt-*

Digitized by Google

duntque a gruibus fugatos. Idem lib. 7. cap. 2. Pygmęos inter Indiæ gentes recenſet, ubi de brevitate eorum corporum, & ratione victitandi ita ſcribit: *Super hos extrema in parte montium Spithamæi Pygmæi narrantur, ternas ſpithamas longitudine, hoc eſt ternos dodrantes non excedentes, ſalubri cælo, ſemperque vernante, montibus ab aquilone oppoſitis: quos a gruibus infeſtari Homerus quoque prodidit. Fama eſt inſidentes arietum, caprarumque dorſis, armatos ſagittis, veris tempore, univerſo agmine ad mare deſcendere, & ova pulloſque earum alitum conſumere: ternis eam expeditionem menſibus confici, aliter futuris gregibus non reſiſti. Caſas eorum lato, penniſque, & ovorum putaminibus conſtrui. Ariſtoteles in cavernis vivere Pygmæos tradit*. Gellius interra India, ut ipſe loquitur, notos teſtatur lib. 9. cap. 4. *Pygmæos quoque haud longè ab his naſci: quorum qui longiſſimi ſint non longiores eſſe quàm pedes duos & quadrantem*. Pomponius lib. 3. in ea Arabiæ parte, quæ ultra ſinum Arabicum in Æthiopiam vergit, eos collocat. Ariſtoteles vero lib. 9. de Hiſtoria Animalium ad Nili fontes eoſdem agere exiſtimat. Verùm non tanti eſt ea natio, ut ejus origo primæque ſedes tantopere ſint inveſtigandæ. Quis credat tantillos homunciones, quibus fungi pro ſcutis eſſent, aſparagi pro haſtilibus, pugnaciſſimos fuiſſe? Homerus certè Iliad. lib. 2. & Oppianus Halieutic. lib. 1. multis commemorant expeditiones & bella Pygmæorum adverſùs grues: de quibus ſic etiam loquitur Juvenalis Satyr. 13.

Ad ſubitas Thracum volucres, nubemque ſonoram
Pygmæus parvis currit bellator in armis;
Mox impar hoſti raptuſque per aera curvis
Unguibus a ſæva fertur grue. Si videas hoc
Gentibus in noſtris riſu quatiere: ſed illic
Quanquam eadem aſſiduè ſpectentur prælia, ridet
Nemo, ubi tota cohors pede non eſt altior uno.

Obſerva hìc obiter lapſum Nizolii Theſaur. L. L., ubi ex recenſitis verſibus Juvenalis parum ſcitè coniicit Pygmæos fuiſſe Thraciæ populos, idque etiam a Plinio fuiſſe traditum. Equidem Plinius non in Thracia gentem illam, verùm in magna Scythia ſtatuit. Locus autem Juvenalis apertum quidem facit in regione Thracia naſci grues; quod autem ibidem natale ſolum aut manſionem Pygmæi habuerint, plane non tangit. Potius ita de gruibus loquitur, ut aves illæ peregrinæ fuerint in regione Pygmęorum, ſive ea India fuerit, ſive Scythia, ad quas provincias evolaſſe grues minime difficile creditu iis erit, qui perniciſſimum earum avium volatum per editiſſima aeris ſpatia noverit. Scribit autem Juvenalis:

Ad ſubitas Thracum volucres:

Subitas dixit, & quaſi exoticas regionibus Pygmæorum; ac fortaſſe certis anni menſibus, ut coniicio, illac tranſmeantes. Daniel Clericus ſingularem diſſertationem habet de Pygmęis. De iiſdem nonnihil ſcripſit S. Auguſtinus in lib. de Civit. Dei antequam agat de Antipodibus. Vide in eum locum notas Lud. Vives.

Pylæ, arum. Pro clauſtris montium. Vide *Portæ*.

Pyloclastum. Inſtrumentum appellatione Græcanica ad formam, vel potius imitamentum quoddam Bombardæ. Inventor hujus machinæ Martinus Schenchius, Germanus machinarius, qui in expugnatione Bonnæ urbis eandem primùm protulit, & adhibuit. Uſus machinę unicus eſt ad effringendas diiiciendaſque urbium portas, ex quo appellationem habet ex Græco, Itali dicimus *Pettardo*. Ejus deſcriptionem accipe ex Famiano Strada lib. 10. Hiſtor. Belg. *Eſt hæc machina fuſili ex ære vas, forma mortario non abſimile: imò in Juliacenſi bello ad ſubruendam Aldendorfii portam adhibitum a ſe fuiſſe ex aromataria officina mortarium, Tenſina s talium machinator & ſcriptor enarrat. Magnitudo illi varia; ea nunc maxime probatur, quam geſtare ac pallio tegere miles non imbecillus queat. Adeo cuniculos non modò ſub terram fodere, ſed etiam nobiſcum ferre excogitavimus. In latera anſulam habet ad ſuſpendium & ab imo propemodum fundo palmaris prominet, ad inferendum intrò incendium canaliculus. Ubi autem inditum vaſi bellicum pulverem malleo preſſerint, atque ad os uſque conſtipaverint, ſummumque os ſtupeo obturamento ac cerata ad extremum tela concluſerint, roboreum aſſerem latitudine vaſis ampliorem, ac ferrea cruce firmatum eidem ori ſuperaddunt adſtringuntque; eo nempe conſilio, ut per illud additamentum fracturæ plus fiat in oſtio, quàm ſola mortarii latitudo faceret, anguſtiorem videlicet imparemque ſubituris militibus aperitionem. Temperatum hoc modo Pyloclaſtum, poſt terebratam, quæ impetitur, portam, terebraque ibidem clavi loco relicta, ex anſula ad terebram alligata ſuſpenditur ore medias in fores verſo, ac per ſulphuratum fomitem, qui canaliculo eſt inſertus, inceditur. Tum vera flammis ferratoque aſſere in portam arietantibus, ineluctabili plane vi, quantò contumaciùs obſtatur, tantò impotentiùs objectum quodcunque repagulum in fruſta conciditur; oſtiumque hiatu vaſtiore diſpanditur. Sic una demum reperta eſt clavis, cui (quod nullis fabrûm ferramentis, nullis furum effractariorum ſcalprit adhuc contigit) feræ obiceſque portarum omnes adapertiles ſint*.

Pyra. Vide *Funus*.

Pyrites. Et lapis, & gemma eſt, ab igne appellata ex Græco. De gemma Plinius: *Pyritis nigra quidem, ſed attritu digitos adurit*. Quam Plinius Pyritin dixit, Solinus cap. 37. vocat Pyriten. De Pyrite lapide idem Plinius: *Pyritarum etiam aliqui unum genus faciant: plurimum habent ignis, quos vivos appellamus*. Eſt autem is lapis ex genere ſilicum Latinis dictus *Ignifer*. Incertus author de lapid. *Lapis albus ſilicineus, ſi peralbus fuerit, Gallienſis nuncupatur; ſi miſtam venam habuerit, Ignifer nomen habet*. De hoc lapide Virgil. 1. Æneid.

Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates,
Suſcepitque ignem foliis.

Idem lib. 6.

quærit pars ſemina flammæ
Abſtruſa in venis ſilicis.

Et lib. 1. Georg.

Et ſilicis venis abſtruſum excuderet ignem.

Sunt hodie hujus generis lapides igniferi maximo uſui bellatoribus, præcipuè verò iis, qui ſclopetarii, vel fiſtulatores dicuntur, quos vulgò dicimus *Focilieri*. Ejus quippe percuſſu alliſuque lapidis utuntur ad excitandum ignem, cujus poſtea impetu globi ſeu ſpherulæ plumbeę

in

Digitized by Google

in hoſtes feruntur. Viget vel maxime id genus militiæ, poſtquam aboliti antiquatique ſunt, qui majores fiſtulas, *Moſchetti*, non attritu lapidis, ſed funiculo accenſo admoto ad foculum pulverarium ſuccendebant, *Moſchettieri*. Longè verò alius apud Veteres uſus fuit in caſtris. Nimirum clavo vel altero lapide eos ſilices percutiebant exploratores. Plin. lib. 36. cap. 19. *Hi exploratoribus caſtrorum maxime neceſſarii, qui clavo, vel altera lapide percuſſi ſcintillas edunt, quæ exceptæ ſulphuratis aut fungis aridis, vel foliis, dicto celeriùs ignem trahunt*. Vulgò petram focarem, vel focariam dicimus. Iſidorus ex Plinianis fere verbis: *Eſt alius Pyrites vulgaris, quem vivum lapidem appellant, qui ferro vel lapide percuſſus ſcintillas emittit, quæ excipiuntur ſulphure, vel aridis fungis, vel foliis, & dicto celeriùs profert ignem. Hunc vulgus focarem petram vocat*. Antequam lapis ignifer eſſet in uſu non alium habuere Veteres modum ignis excitandi, quàm ut lignum tandiu terebrarent altero ligno, donec ignem conciperet, aut duplex lignum ſic prementes attererent, ut calor flictu conceptus ad ipſius ligni combuſtionem procederet. Ejuſmodi ligna ſive compreſſa, ſive terebrantia Latini appellabant Ignitabula, Græci πυρεῖα. Ubi verò negocium perficiebatur perforando, non id temerè omniſque ligni uſu contingebat. Ex alia quippe arbore ſubſtrata tabula, ſive aſſerculus, ex alia lignum terebrans, ſeu perſoraculum eligebatur. Durius etiam quærebatur lignum, quod alterum inibat ad modum terebræ, levius rariuſque, quod ſubſternebatur, eratque perforandum, uſumque præſtabat tabulæ ſuppoſitæ. Plinius de hac materia audiendus lib. 16. cap. 40. *Calidæ* (de plantis eſt ſermo) *morus, laurus, edera, & omnes, e quibus igniaria fiunt*. Et mox de attritu, ſive ratione excitandi ignis per flictum, vel fricationem lignorum: *Teritur ergo lignum ligno, ignemque concipit attritu, excipiente materia aridi fomitis, fungi, vel foliorum facillimè conceptum. Sed nihil edera præſtantius, quæ teratur lauro laurumque terat. Probatur & vitis ſylveſtris, alia quam labruſca, & ipſa ederæ modo arborem ſcandens*. Obſerva autem ex eodem Plinio ibidem etiam poſt inventionem ſilicis igniferi viguiſſe conſuetudinem eliciendi ignem ex lignis. Sic enim ſcribit: *Exploratorum hoc uſus in caſtris, paſtorumque reperit, quoniam ad excutiendum ignem non ſemper lapidis occaſio eſt*. Ad hunc modū perforaculo vel attritu lignorum conceptum ignem excipiebant ambuſtis aſſulis ſegmentiſque, quæ ex arboribus inter cædendum excutiuntur. Ea ignis eliciti ſuſceptacula cremia a cremando, & fomites a fovendo Latini appellarunt. Eandem materiam, quæ minimo negocio ignem excipit, fortaſſe ab excipiendo, non ſolùm apud Scriptores infimæ Latinitatis, verum etiam apud Italos dicitur *Eſca*; licet hoc præſertim nomine materia illa notari ſoleat, quæ certis medicamentis imbuta conficitur ex fungis, qui arboribus ſolent innaſci. Nec tamen improbo ſententiam Papiæ, qui tradit fomitem igni accendendo eſcam dici, quaſi ignis ſit cibus. Dant. Infern. cap. 14.

Onde la rena s'accendea com'eſca
Sotto focile.

PYROBOLARII. Auxilio Græci vocabuli, ab igne jactando, ſic aptè appellari poſſunt milites, bolides & ollulas ignitas manuarias emittentes. Vulgò *Granatieri*, a figura mali Punici, quæ ſimilis eſt in globis illis incendariis. Vide *Pyroboli*.

PYROBOLI. Latinè dixeris jactatos ignes. Commodum eſt vocabulum ad exprimendas bolides, ſive ollulas incendiarias, quæ manu jactari ſolent, præcipuè ad hoſtilem equitatum diſſolvendum in acie, & avertendos hoſtes a murorum defenſione in arcium oppugnationibus. *Granate*. Longè tamen frequentior eſt hujus vocis uſurpatio apud recentes Scriptores pro genere ignium miſſilium, ſed ferè innocuorum, & erraticis ſuis flexuoſiſque motibus per aerem urbes exhilarantium, cum inſigniores incidunt dierum ſolennitates celebrandæ. Papyracei autem ſunt, & cylindrici tubi, pyrio pulvere conſtipati, probè reſticulis adſtricti illigatique in capitibus. Extat in longum prominens virgula arundinea, quæ luſorii jaculi iter per aerem dirigit. Applicito ad fomitem igniculo chartaceæ continuò evolant faculæ, ſcintillaſque longo ſulco evomentes, miris jucundiſque per noctem & obſcurum aerem flexibus & mæandris excurrunt. Ex iis ſimul adnexis machinæ, ſtatuæ, & omnia figurarum genera conficiuntur. Incenduntur mox illa admoto ordinatim igne: prorumpenteſque ſubinde cum feſtivis fragoribus tubuli confertum populum lætiſſimo ſpectaculo detinent oblectantque. *Razzi matti, Girandole, Fuochi artificiati*.

PYROIS. Unus ex quatuor ſolis equis quadriiugis. Ovid. lib. 2. Metam.

Interea volucres Pyrois, Eous, & Æthon
Solis equi, quartuſque Phlegon hinnitibus auras
Flammiferis implent, pedibuſque repagula pulſant.

PYRRHICA, æ. Saltationis eſt militaris genus, non ſolum quia cæteri ad militiæ tyrocinium, ſed quoniam ipſi illam milites, ad conſervandas ac retinendas militiæ leges exercebant. Ideo aptè notat Athenæus elanguiſſe apud Græcos bellicam diſciplinam, ex quo Pyrrhicæ ſtudium prætermiſerunt. A Græcis ad Romanos tranſiit. Ab armatis, non ſine tubis ac tympanis, peragebatur, cum omni corporum flexu, ad inferendos & declinandos ictus. Pyrrhicæ partes erant *Podiſmus*, qui pedum agilitatem reſpicit; *Xiphiſmus*, qui conficitur ſcutis gladiiſque conſertis: *Comus*, quo corpora, repetito & ad certam legem compoſito jactatu ac ſaltu, in ſublime elevabantur: *Tetracomus*, qui delicatior erat ac ſedatior motus, in quadrum diſpoſitus. Vide Jul. Poll. Onom. l. 4. & Alexandr. ab Alexandro l. 2. c. 25. Meminit Pyrrhicæ, inter alios, Plinius, qui a Pyrrho Achillis filio inſtitutam putat. Sunt qui Pyrrhicum quendam Laconem eam inveniſſe ſtatuant. Pyrrhicam ſe decore ſaltaſſe Scaliger Pater teſtatur Poetic. L. 1. cap. 18. per hæc verba. *Hanc nos & ſæpe & diu coram Divo Maximiliano juſſu Bonifacii, patrui, non ſine ſtupore totius Germaniæ repræſentavimus. Quo tempore aliquando vox illa Imperatoris, Hic puer, aut thoracem pro pelle, aut pro cunis habuit*.

2. Salmaſius non ferro aut chalybe, ſed armis

mis buxeis decertatam Pyrrhicam docet. Id nimirum colligit ex veteri Epigrammate:

Quæ tamen haud ullo chalybis ſunt tecta rigore,
Sed ſolum reddunt buxea tela ſonum.

Et quidem haſtis ligneis etiamnum repræſentari ſolet id genus ſaltationis: verùm nullus dubito ferro plerunque fuiſſe eos ludos exercitos, quod plane videtur innuere Claudianus de 6. Conſul. Honor. ubi Pyrrhicam ſic eleganter deſcribit:

Hæc & belligeros exercuit area luſus.
Armatos hìc ſæpe choros, certaque vagandi
Textas lege fugas, inconfuſoſque recurſus,
Et pulchras errorum artes, jucundaque Martis
Cernimus, inſonuit cum verbere ſigna magiſter,
Mutatoſque edunt pariter tot pectora motus,
In latus alliſis clypeis, aut rurſus in altum
Vibratis: grave parma ſonat mucronis acuti
Murmure, & umbonum pulſu modulante reſultans,
Ferreus alterna concentus clauditur enſe.
Una omnis ſubmiſſa phalanx, tantæque ſalutant,
Te, princeps, galeæ.

Percrebuerunt equidem ſaltationes aliæ, in quibus ludiones, ſcurræ, & pantomimi haſtis ligneis rem gerebant. Verùm non armatæ illæ ſaltationes erant, ſed inductæ ad plebis oblectamentum, popellique riſum ciendum. Ut enim illas deſcribit Athenæus lib. 1. ſic vicatim ſolebant excurrere, ut alii batuerent, alii ex compoſito caderent, proſtratoſque exſpoliarent. Sæpe etiam taciti, verùm loquaci manu & linguoſis digitis geſticulantes infimæ plebis opifices, ſutores, ſellularios, referre ſolebant ac deſaltare, fictiſque ovare tripudiis. Id verò ſaltatorum genus eſſe exiſtimaverim, quos vulgò dicimus *Mattaccini*, a matando vel mactando, ut tradit Covarruvias, tracta vocis origine; quoniam fictitio vulnere mactari nonnulli videbantur. Verum pantomimicæ ſaltationes nimium quantum abſunt a concertatione Pyrrhica, quæ diverſis apud varias nationes nominibus ferox & ſevera fuit imitatio legitimi Martis. Italis *Moreſca*. Bern. Orl. 2.

Che il Rè fà le più belle moreſche,
E volte intorno.

Etiam *Treſca*. Licet commune hoc ſit vocabulum tam armatis choream exercentibus, quàm ludentibus ſine armis. Dantes Inf. 14.

Senza ripoſo mai era la treſca
Delle miſere mani, hor quinci hor quindi
Iſcotendo da ſe l'arſura freſca.

Et Purg. 10.

Li precedeva al benedetta vaſo
Treſcando alzato l'humile Salmiſta;
E più, e men che Rè era in quel caſo.

Origo vocis *Treſca* pleriſque ex Græco trahitur. Vide Menagium. Vide etiam Pyrrhicæ ſchema apud Mercurial. l. 2. c. 6., & apud Sveton. in Neron. in editione Samuelis Pitiſci.

Pyrrhus. Achillis filius: ſed hujus fortitudinem & generoſam indolem non imitatus Priamum Regem, & hujus filium Politen turpiſſimo exemplo crudeliter obtruncavit. Polyxenam ad patris tumulum mactare non erubuit. Andromache Hectoris uxore, prædæ titulo adepta, pro pellice uſus, & Hermiones amore inflammatus, hujus cauſâ ab Oreſte Delphis ſacra faciens occiſus eſt. Ejus immanitatem his verbis exprobrat Priamus apud Virgil. l. 2. Æneid.

At tibi pro ſcelere, exclamat, pro talibus auſis
Dii (ſiqua eſt cœlo pietas quæ talia curet)
Perſolvant grates dignas, & præmia reddant
Debita, qui nati coram me cernere lethum
Feciſti, & patrios fœdaſti funere vultus.
At non ille, ſatum quo te mentiris, Achilles
Talis in hoſte fuit Priamo; ſed jura fidemque
Supplicis erubuit; corpuſque exangue ſepulcro
Reddidit Hectoreum, meque in mea Regna remiſit.

Pythia, orum. Oracula fuerunt & certamina: utraque ex eadem profecta eventus origine. De oraculis conſule aliorum commentarios: non ego præſcriptos mihi tractationis bellicæ cancellos tranſiliam. Quod attinet ad certamina, originem habuerunt a Pythone colubro nocentiſſimo, quem in Phocide apud Parnaſſum Apollo ſagittis confixit. Hujus præſtans victoria, atque ejuſdem memoria, ne ullo temporis ambitu obliterari poſſit, ab ipſo Apolline & gratulantibus populis inſtituti ibidem ſunt ludi Pythii, ſive Apollinares, Apollini eidem ſacrati. Victoriæ & inſtitutionis certaminum meminit Ovidius Metam. lib. 1.

Hunc Deus arcitenens, & nunquam talibus armis
Ante, niſi in damis, capreiſque fugacibus uſus,
Mille gravem telis, exhauſta pene pharetra
Perdidit, effuſo per vulnera nigra veneno.
Neve operis famam poſſet delere vetuſtas:
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos.

Adde Stat. lib. 6.

Proxima vipereo celebravit libera nexu
Phocis Apollineæ bellum puerile pharetræ.

Tametſi autem memorata Apollinis victoria, inſtitutique ſubinde ludi Pythii antiquiores fuerint Pelope & Olympiis conditis; nihilominus amplitudine & dignitate cedebant Pythia Olympicis, quamvis cæteroqui eximiis ubique locorum honoribus afficerentur Pythionicæ, ideſt, Pythiorum victores. Conſtat non uno in Græciæ loco celebrata magnifice Pythia, ſed nuſquam eorum apparatus quàm Delphis ſplendidior. Certabatur autem, ut in aliis Græcorum ludis ſolennibus, tam gymnica, quàm equeſtri pugna. Præmia victorum, præter alia reliquis communia, corona antiquitùs ex eſculo fuit. Ovid. ubi ſupra:

Hic juvenum quicunque manu, pedibuſve, rotave,
Vicerat, eſculeæ capiebat frondis honorem.
Nondum laurus erat.

Poſteriori verò tempore lauro coronati Pythionicæ, ut liquet ex Æliano, Pindaro, & aliis. Horum exiſtimationem magnopere percrebuiſſe apud Græcos, argumento eſt, quòd eorum certaminum præfecturam ſummo loco nati Principes vehementer ambierint, atque inter alios Philippus Macedoniæ Rex, ut traditur a Demoſthene. Idem Rex, quemadmodum & alii etiam ſolertes Duces Pythiam conſulere ſuper capeſſendis aut omittendis bellis ſolebant, ut ejus inſuper oraculi monitu vel imperio deliberationes bellicæ commendarentur. Vide Cicer. de Divin.

Qua-

Digitized by Google

Q

QUAORELLI, orum. Tela ſive ſagittæ a forma quadrangulari. Villelmus Brito lib. a. Philipp.

Nec tamen interea ceſſat balliſta, vel arcus,
Quadrellos hæc multiplicat, pluit ille ſagittas.

Italis etiam *Quadrella*. Caſtelvitrus in additionibus ad 1. lib. Proſarum Petri Bembi: *Quadrello viene da quadro, che ſignifica ſaetta, che habbia il ferro di quattro alette. Per lo che diſſe Guittone d'Arezza:*

Riſguarda, Amor con ſaette aſpre e quadre
A che ſtrazio n'adduce.

Quarcllos etiam pro Quadrellis reperio apud Scriptores lapſæ Latinitatis. Vide Cangium in Gloſſ. Notandum verò inprimis, quod de Arcubaliſta Quadrellis armata ſcribit Rigordus an. 1213. *Fecit quendam funiculum ſubtilem, alligavitque caput ejus funiculi Quadrello pennato. Emiſit ergo Quadrellum de Arcubaliſta. Quadrellus emiſſus cum cordella ſletit firmiter in parma.*

QUAORIOA, gæ. Gellius lib. 19. cap. 8. docet ex Cæſare, quadrigas tantùm numero multitudinis eſſe dicendum; *Quadrigæ ſemper, etſi multijugæ non ſunt, multitudinis tamen numero tenentur: quoniam quatuor ſimul equi juncti quadrigæ, quaſi quadrijugæ vocantur: neque debet prorſus appellatio equorum plurium includi in ſingularis numeri unitatem.* Plinius tamen lib. 34. ita ſcribit: *In ſummo Mauſoleo eſt quadriga marmorea*. Item Propert. lib. 2. 33.

Amphiaraæ nil proſunt fata quadrigæ.

Sed & Capitol. in Gord. quadrigam habet ſingulari numero. Tu tamen, niſi neceſſitas aliud ſuaſerit, conſultiùs ſcribe

QUADRIGÆ, arum. Vehiculum, ſive currus, qui quatuor equis agitur. Harum inventricem Minervam dixerunt Arcades, ut teſtatur Cicero de Nat. Deor. Sed aliter exiſtimant Plinius & Virgilius, qui earùm originem referunt ad Erychthonium, ut dixi in titulo *Currus Militaris*, ex quo multa tibi ſunt repetenda ad quadrigas ſpectantia. Quænam fuerit in ludis Circenſibus quadrigarum exercitatio & uſus, & quemadmodum quatuor illis curribus equi jungerentur, alibi expoſui. Arenam etiam bellicam quadrigas excurriſſe docent Herodotus & Homerus, qui iiſdem uſos Græcos atque Aſiaticos bellatores commemorant. Idem multis in locis nos docent ſacra volumina. Satis fuerit indicare illud Paralip. 1. 18. *Cæpit erga David mille quadrigas ejus, & ſeptem millia equitum, ac viginti millia virorum peditum.* Virgilius etiã earum meminit lib. 10

quin ecce Nyphæi
Quadrijuges in equos, adverſaque pectora tendit.

Omitto autem hic de curribus ſive quadrigis falcatis dicere, id enim latè eſt expoſitum in Titulo *Currus Falcati*. Quomodo verò & quam multiplici animalium genere triumphantes in Capitolium quadrigis inveherentur, vide in titulo *Currus Triumphalis*.

QUADRIGÆ ALBÆ. Iis Triumphatores Romam ingreſſos Reipublicæ tempore, ſcribit Servius. Verùm cum libertate normâ modeſtioris ornatùs ereptâ juncti pro equis leones. Elephantos etiam Pompejus, C. Cæſar, Domitius, Claudius, Gordianus, & alii junxere. Nero equas hermaphroditas, Heliogabalus tigrides adhibuit. Seſoſtris verò Reges quatuor captivos quadrigis junxit. Vide Dempſter. in Paralip. ad Roſin. Conſule apud nos Titul. *Currus Triumphalis*. Quod autem habet Horatius Serm. 1. 7.

adeo ſermonis amari
Siſennas, Barros ut equis præcurreret albis:

Item illa Plauti in Aſin. *Numquam Pol indipiſcet quadrigis albis*. Ea, inquam, non ad triumphum, ut ferè ſentiunt Interpretes, ſed potius ad Circenſes referam; quibus nimirum præcurrere magis congruit. Obſerva effatum populare: *Quadrigis albis præire* pro ſuperare. Item *equis albis præcurrere.*

QUAORIGÆ CUM STATUIS. Connumerantur inter eximiæ virtutis decora & honeſtamenta; quibus excellentium civium, ac præſertim Ducum ſuorum memoriam Romana Reſpublica quoquomodo æternam facere ſtuduit. Tullius græciſſans ad Attic. l. 5. 21. vocat τέθριππα. *Nullos honores mihi niſi verborum decerni ſino. Statuas ænea τέθριππα probibeo*. Latinis expreſſe notis memorantur a Svetonio in Domit. c. 13. *Janos, arcuſque cum quadrigis & inſignibus triumpharum per regiones urbis &c.* De iis Juvenal. Satyr. 8.

ſtantes in curribus Æmilianos.

Materia ejuſmodi ſtatuarum curulium, quæ aliarum ferè fuit, ex ære vel marmore. Marmorearum in arcu triumphali meminit Prudentius in Symmach. 2.

Fruſtra igitur currus ſummo miramur in arcu
Quadrijugos, ſtanteſque Duces in curribus altis.

De æneis repete locum Tullii, ubi ænea memorat τέθριππα. Apertè Juvenal. Sat. 7.

hujus ſtat currus aheneus, alti
Quadrijuges in veſtibulis, atque ipſe feroci
Bellatore ſedens curvatum haſtile minatur
Eminus.

Id ſtatuę genus apud Græcos inventum inſinuant eadem Tullii verba. Inde, ut ejus generis multa,

Digitized by Google

ta, tranſiit ad Romanos. Poſterioribus ſæculis in honoris argumentum fuere frequentiùs bigæ, ſive currus bigarum cum ſtatuis. Latè id exponit Chimentell. Marm. Piſan. c.41. ex quo licet obſervare vix extare memoriam ſtatuæ curulis in biga, quæ Ducibus aut victoribus fuerit poſita; cum Gruterianæ Inſcriptiones prodant eos duotaxat cives, qui ludis & ſpectaculis editis, aut in populum ſingulari munificentia bigas meruerunt.

Quadrigæ in adversum actæ. Supplicium militare. Diſcerptus illis eſt juſſu Tulli Hoſtilii Regis Romanorum Metius Suffetius, Albanorum Dux; quod, contra fœdus & ſocietatem initam in bello Fidenatum, infidum ſe Romanis geſſiſſet. Liv. dec. 1. lib. 1. de ſupplicio Metii ex verbis Tulli ad eundem: *Meti Suffeti, ſi ipſe diſcere poſſes fidem ac fœdera ſervare, vivo tibi ea diſciplina a me adhibita eſſet: nunc quoniam tuum inſanabile ingenium eſt, tu tuo ſupplicio doce humanum genus ea ſancta credere, quæ a te violata ſunt. Ut igitur paulò ante animum inter Fidenatem Romanamque rem ancipitem geſſiſti, ita jam corpus paſſim diſtrahendum dabis. Exinde duabus admotis quadrigis, in currus earum diſtentum illigat Metium: deinde in diverſum iter equi concitati, lacerum in utroque curru corpus, quà inhæſerant vinculis membra, portantes &c.* De eodem Albani ſupplicio ita Virgilius lib. 8.

Haud procul inde citæ Metium in diverſa quadrigæ
Diſtulerant (at tu dictis, Albane, maneres)
Raptabatque viri mendacis viſcera Tullus
Per ſylvam, & ſparſi rorabant ſanguine vepres.

Et Ovidius Triſt. 1. Eleg. 3.

Sic doluit Metius, tunc cum in contraria verſus
Ultores habuit proditionis equos:

Sic enim legendus eſt Ovidii locus. Nam quod vulgariæ editiones habent:

Sic Priamus doluit, tunc cum in contraria verſus
Ultores habuit proditionis equus:

Et vitioſam ſyntaxim continet, & plane nihil facit ad Priamum & equum Trojanum; ut plane dedecus ſit palmare ad eum modum circumferri verſus Ovidianos. Sed præſtat audire Gellium lib. 20. cap. 1. *Acerbitas plerumque ulciſcendi maleficii benè atque cautè vivendi diſciplina eſt. Hiſtoria de Metio Suffetio Albano nobis quoque, non admodum numero iſtiuſmodi libros lectitantibus ignota non eſt, qui quoniam pactum atque conditum cum Rege populi Romani perfidè ruperat, binis quadrigis evinctus, in diverſa nitentibus laceratus eſt. Novum atque aſperum ſupplicium: quis negat? ſed quid elegantiſſimus Poeta dicat, vide:*

at tu dictis, Albane, maneres.

Quod autem innuit Gellius, ſeu potius Sextus Cæcilius, qui ibi cum Favorino ad loquendum inducitur, novum id fuiſſe ſupplicii genus; apud Romanos ſcilicet intellige. Ejus ſiquidem repertor fuit Hercules, ut memorat Plutarchus Parall. cap. 13. Is enim Pyræchmen Eubœæ Regem bello victum, & pullis equinis alligatum diſtulit atque diſcerpſit. Et ea quidem animadverſio uſque adeo ferox & ſæva Livio viſa eſt, ut purgandam illam, & facti invidiam ſic elevandam putaverit: *Avertère omnes a tanta fœditate ſpectaculi oculos. Primum ultimumque illud ſupplicium apud Romanos exempli parum memoris legum humanarum fuit: in aliis gloriari licet, nulli gentium mitiores placuiſſe pœnas.* Eundem vitæ exitum ſortitus eſt Feliciani illius filius, cui Carolum Ungariæ Regem cum liberis & conjuge per immanem perfidiam in convivio adoriri audacia fuit. Bonfin. dec. 4. l. 9. *Feliciani filius cum fido cliente, dum ſe fuga ſurripere ſperabant, illico capti, ac equinis caudis diſtracti animas efflarunt.* Maximopere hic mihi ſuſpiciendam ſe exhibet pluſquam virilis animi conſtantia, qua Matronæ nobiles ac tenerrimæ Virgines ad prodendum Chriſtianæ religionis teſtimonium, prægeſtire & exultare in eodem ſupplicio viſæ ſunt, quod in teterrimo proditore atrociſſimum & parum congruens humanis legibus Livio eſt viſum. Sic autem de S. Tecla Metaphraſtes: *Teclam itaque exutam, mediam inter tauros pedibus illigant, deinde ferrum igne candens eorum genitalibus ſubiiciunt, ut animalia infeſtata, & ad naturæ inſitam feritatem magis irritata, Teclam citiùs differant atque interimant.* Non abſimili pœna, atque adeo carnificinæ genere dilacerati atque conſumpti diem ſuum objerunt fortiſſimi noſtræ religionis Athletæ & Heroes alii, qui diverſarum arborum ramalibus violenter inflexis alligati, ſic poſtea iiſdem diſſilientibus diſcerpti ſunt; ut ramales ſinguli ſuam corporis partem abriperent. Etiam Alexander Macedo inter cætera mœroris indicia, quibus Darii Regis mortem proſecutus eſt, illud adjecit, ut Beſſum ejuſdem regis interfectorem hujus fratri divellendum traderet contortis ad indicatum modum violenter arboribus. Sic autem id traditur a Plutarcho in vita Alexandri: *Beſſum quidem poſtea repertum in diverſas partes diſcerpſit, hoc modo. Arbores duas rectas ita incurvavit, uti earum faſtigia unà eſſent, utrique alteram corporis partem alligavit: libratæ tum arbores, cum magna violentia ſeſe erigerent, ſuam utraque partem diſcerpto corpore ſecum rapuit.* Curtius verò ejuſdem Beſſi interitum aliter narrat lib. 7. *Alexander Oxatrem fratrem Darii, quem inter corporis cuſtodes habebat, propiùs juſſit accedere, tradique Beſſum ei, ut cruci affixum, mutilatis auribus naribuſque, ſagittis configerent Barbari.* Iterum eundem Beſſi exitum aliter literis conſignavit Diodorus Siculus lib. 4. *Beſſum Darii fratri cæteriſque propinquis ad ſupplicium, illorum arbitratu de eo ſumendum, conceſſit. Hi omni contumeliæ & cruciatus genere, tandem minutatim conciſi particulas huc illuc fundis diſiecerunt.* Juſtinus verò rem vagè & latiùs tetigit lib. 12. *Interea unus ex amicis Darii Beſſus vinctus perducitur, qui Regem non ſolùm prodiderat, verùm & interfecerat: quem in ultionem perfidiæ excruciandum fratri tradidit.* Simile etiam illud ſupplicii genus, quo proditorum corpora diverſis illigata navibus, his in oppoſitum iter actis, acerbiſſimè diſcerpuntur. Factitatum id etiam in contrarias partes incitatis equis, quibus annexa eſſent corpora proditorum. Et hoc quidem pœnæ genere tradunt Fabulatores Etruſci abſumptum fuiſſe Ganum, magnæ potentiæ Principem, ſed illuc ambitione progreſſum, ut author fuerit memoratiſſimæ cladis, qua florentiſſimus Caroli Magni exercitus, omneſque ferè virtute bellica præſtantiſſimi Heroes illi, quos Paladinos vocant,

Digitized by Google

interfecti ſunt. Gani ſupplicium ſic memorat Pulcius Morgant. cant. ult.

E poi che 'l carro al palazzo è tornato,
Carlo ordinato haveva quattro cavagli,
E come a queſti il ribalda è legato,
Caminciano i fanciulli a ſcuriſciagli,
Tanto che l' hanno alla fine ſquartato,
Poi fè Rinalda que' quarti gittagli,
Per boſchi, e bricche, e per balze, e per macchie,
A lupi, a cani, a corvi, alle cornacchie.

Par ſupplicium de proditoribus Corſamontis ſumptum lego apud Triſſinum Ital. Lib. l. 22.

E giunti quivi, l'honorato Achille
Fece legar Burgenzo per li piedi,
E parimente anchor Doletto, e porli
Col capo in terra, e i piè verſo la coda,
Dietra à le croppe di dui gran cavalli;
Pai fece ſopra quei ſalire Attejo,
E Copiton, ch'eran dui bon ſoldati,
Già molto cari al gran Duca de Scythi,
Che feccion poi volar quei gran deſtrieri
Ben ſette volte intorno a l'alta tomba;
Onde ſi laceraro i dui ribaldi;
Pai così lacerati, e così guaſti,
Casì carghi di polvere, a di ſangue,
Furon gettati in ſu le fiamme ardenti,
Ch'avevano apparecchiate i buon Romani.

QUADRIGÆ FALCATÆ. Vide *Falcati currus*.

QUADRIGULA, æ. Parva quadriga. Cic. de Fato: *At Philippus haſce in capulo quadrigulas vitare monebatur*, Plin. lib. 34. cap. 8. *Tribus digitis quadrigulam tenuit translatam Præneſte*.

QUADRIJUGI, gæ. Ut equi quadrijuges, quaterni ſcilicet ad unum currum alligati. Virgil. lib. 10. cujus locum vide in dictione *Quadrigæ*.

QUADRIJUGUS, a, um. Virgil. 12.

Quadrijugo vehitur curru.

QUADRIJUGES, um. Equi quaterni ad unum currum nexi. Virgilius lib. 10.

Quadrijuges in equos adverſaque pectora tendit.

Apulejus Florid. 3. dixit currus quadrijuges.

QUADRIGARIUS, ii. Cic. in Fragm. apud Aſcon. Ped. *Atque ut iſtum omittam in exercitu Syllano prædonem, in introitu gladiatorem, in victoria quadrigarium*. Varro etiam de Re ruſtic. 2. 7. *Aliter Quadrigarius, ac deſultor*. Eſt autem qui quadrigam agit, auriga, agitator.

QUADRIGARIUS, a, um. Quod pertinet ad quadrigas. Sveton. in Calig. cap. 19. *Quadrigario habitu, curriculoque bijugi famoſorum equorum &c.* Plinius etiam in Panegyr. currum quadrigarium dixit.

QUADRIREMIS. Navis quatuor habens remorum ordines. Livius lib. 1. Bell. Punic. *Quinquaginta quinqueremes, quadriremes duæ, triremes quinque*. Inventum fuit Carthaginienſium, ut tradit Plinius. Vide *Triremis*.

QUADRUPES, edis. Animal quatuor habens pedes. In Poeticis certaminum deſcriptionibus ſic frequenter equi vocantur a Virgilio, & aliis. Æneid. 3.

curru ſuccedere ſueti
Quadrupedes,

QUADRUPEDO, as. Quatuor pedibus gradior. Virgil. 8. de equis prœliaribus.

Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.

QUADRUPEDANTES, um. Equi prœliares apud Virgilium & alios. Æneid. 11.

præfractaque quadrupedantum
Pectora pectoribus rumpunt.

QUÆ ULTRA GADES INACCESSA. Vox antiqua popularis, quæ monet, ultra Herculis columnas neque progrediendum eſſe, neque quidquam inquirendum. Uſus erit, quoties rem abſtruſam, quæque non adiri poſſit, innuimus. Ab Hercule victore, qui in ſinu Gaditano, qui extremus terrarum naturæque limes credebatur, columnas geminas ſuſtulit, poſteros admonens, nihil ultra eſſe in natura perſcrutandum. Adagium alio modo effertur: *Non plus ultra*.

QUÆRO, is. Apud Latinos eſt interdum domare, vel expugnare & magis acquirere. Ovid.

Non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri.

Scaliger verò ad illud Propertii lib. 3. Eleg. 17.

Hic ubi mortales dextrâ cum quæreret urbes,

Beroaldus legendum cenſebat, conderet urbes. *Sed hæc cenſura non obtinuit: & meritò. Nam* quæreret urbes *eſt, cum domaret, reciperet*. Hinc apud Latinobarbaros *conqueſtare*, eſt bello & armis acquirere, quod legitur inter alios apud Thomam Valſinghamum. Ex quo Duces aliqui in urbibus & provinciis expugnandis famigerati *Conqueſtorum* cognomento inſigniti ſunt. *Conquiſtatori*.

QUÆSTOR, oris. Dictus eſt a quærendo, ideſt cognoſcendo & animadvertendo. Appellatio eſt inprimis urbanæ dignitatis, quæ noſtræ non eſt indaginis. Quæſtores cum Conſulibus & Prætoribus in militiam mittebantur. Ad eos ſpectabat adminiſtrare rem pecuniariam, ac prædam & manubias in rationes publicas referre. Eoſdem annonam militibus diſtribuiſſe legimus, & inſtar Præfecti Pretorio juriſdictionem habuiſſe. Quæſtorum originem Jureconſulti cum Ulpiano ad Reges Romanos revocant: eoſque primum induxiſſe Tullum Hoſtilium tradunt Trebatius & Feneſtella. Conſentiunt verba Taciti 2. Annal. *Sed Quæſtores, Regibus etiam tum imperantibus, inſtituti ſunt, quod lex Curiata oſtendit a L. Bruto repetita*. Plutarchus tamen author eſt, Valerium Publicolam conſtituiſſe ærarium in æde Saturni, illiuſque cuſtodiæ præfeciſſe Quæſtores binos, qui pecuniæ publicæ præpoſiti eſſent & curatores. Adulta verò in dies Romana re, & novis appendicibus imperio aucto, creati Quæſtores alii pro numero provinciarum, qui cum Conſulibus vel Prætoribus in provincias proficiſcebantur, ut cuſtodirent arcam militarem, & pecuniam ordine diſtribuerent, quem hodie magiſtratum bellicum Theſaurarium vulgò dicimus. Primus Quæſtura honos & dignitas apud Romanos fuit; ex eaque ferè promoti ad Ædilitatem, Præturam, & Conſulatum: eam ob cauſam nonniſi a patricia juventute Quæſtura gerebatur. Nec tamen ſibi defuit Romana plebes, quin pro viribus contenderet ſuum etiam ordinem eo magiſtratu cohoneſtare. Indultum autem id plebi, & ex quatuor Quæſtoribus tres plebejos creatos ex Livio diſcimus. Auguſtus verò cum reputaret pecuniam urbanam & militarem præcipuos eſſe nervos rerum agendarum, expunctis Quæſtoribus ad viros Prætorios tranſtulit curam ærarii. Sic enim Svetonius in ejus vita: *Ut cura ærarii a Quæſtoribus urbanis ad*

Præ-

Prætorios, Prætoreſve transfiret. Immutatus iterum magiſtratus Cuſtodum ærarii, reditu ejuſdem ad Quæſtores facto ſub Claudio, ut habemus ex Tacito lib. 13. & Svetonio in vita Claudii. Nec ita multo poſt iterum perverſus ordo Cuſtodum ærarii, Cæſaribus publicos magiſtratus ex arbitrio in quam ipſi inclinarent partem trahentibus, ut bene obſervat Marcellus Donatus ad Svetonium in vita Auguſti. Cæterum Quęſtores a principio eligendi jus penes Conſules fuit, ut habet Tacitus lib. 11. Nonnunquam ſorte ducti Quæſturam acceperunt ex eodem Tacito lib. 3. & in vita Agricolæ. Tribunitiis poſtea ſuffragiis a populo creati Quæſtores: poſtremò cum reliquis urbanis ac bellicis muniis Quæſturam etiam ad ſe Cæſares avocarunt.

2. Honorificum porrò eorum fuit munus, ex ærario promere ſigna militaria, eaque Conſulibus tradere, eum ſcribi exercitus, & legiones educi ratio poſceret. Liv. Dec. 1. lib. 3. *Hæc omnia adeò maturè perfecta accepimus, ut ſigna eo ipſo a Quæſtoribus ex ærario prompta delataque in campum &c.* Et lib. 7. *Is impigrè exercitu ſcripto, cum omnes extra portam Capenam ad Martis Ædem convenire armatos juniores juſſiſſet, ſignaque eodem Quæſtores ex ærario deferre &c.* Habemus etiam ex Livio Quæſtores catenas aſſervaſſe, quibus noxii vincirentur. Sic enim ſcribit 5. Dec. lib. 1. *Furens ira vocatum qui pro Quæſtore Manlii erat, catenas popoſcit, vinctos ſe Junium Manliumque minitans Romam miſſurum*. Nec minus Quæſtorum curæ fuit Regibus, Legatis, viriſque illuſtribus Romam profectis commeatus, lautia, & publicum hoſpitium exhibere nomine publico. Liv. 5. Dec. lib. 5. de Pruſia Rege Romam adventante: *Datus, qui circumduceret eum L. Cornelius Scipio Quæſtor, qui & Capuam ei obviam miſſus fuerat: & ædes, quæ ipſum comiteſque ejus benignè reciperent, conductæ*. De eodem Pruſia ita ſcribit Valer. Max. l. 5. cap. 1. *Idem Senatus cum ad gratulandum ſibi Pruſiam Bithyniæ Regem Perſe devicto venire audiſſet, obviam illi P. Cornelium Scipionem Quæſtorem Capuam miſit: cenſuitque at domus ei Romæ quam optima conduceretur, & copiæ non ſolum ipſi, ſed etiam comitibus ejus publicè præberentur*. In caſtris vero tanti fuit Quęſtorum dignitas, ut ab iiſdem appellationem haberet una ex præcipuis portis caſtrorum, quam licet diſtinguant alii a Prætoria, authoritate Livii Dec. 5. lib. 1. non deſunt tamen qui Prętoriam & Quæſtoriam portam eandem faciant. Illud etiam hujus amplitudinem muneris a reliquis diſcernit bellicis magiſtratibus, quod Quęſtori cum Conſule, Prætore, vel Imperatore filii neceſſitudo intercedebat. Cic. pro Plancio: *L. Apulejus hunc tanti fecit, ut morem illum majorum, qui præſcribit in parentum loco Quæſtoribus ſuis Prætores eſſe oportere, officiis benevolentiaque ſuperarit*. Idem in Verrem: *Sic a majoribus noſtris accepimus, Prætorem Quæſtori ſuo parentis loco eſſe oportere: nullam neque juſtiorem neque graviorem cauſam neceſſitudinis poſſe reperiri, quàm conjunctionem ſortis, quàm provinciæ, quàm officii, quàm publicam muneris ſocietatem*. Quæ verba duo illa magis confirmant; primum quemadmodum Prætorem ita & Quæſtorem ſorte educi ſolitum. Id conjunctionem ſortis vocat Cicero. Idem Epiſt. 1. ad Fratrem: *Quæſtorem habes non tuo judicio delectum, ſed quem ſors dedit*. Alterum, non modo cuſtodiendæ diſpenſandæque pecunię, aut prędę dividendę procurationem penes Quęſtorem fuiſſe, verùm etiam adminiſtrationem omnem militarem eidem cum Conſule, Prętore, vel Imperatore fuiſſe communem: id enim appellat officii & muneris publicam ſocietatem. Hinc crebra mentio de Quæſtore miſſo in exercitum, cujus pręcipue opera & conſilium attendebatur. Cicero in Verrem: *Profectus eſt Quæſtor in provinciam: venit in Galliam expectatus ad exercitum Conſularem cum pecunia*. Ad eum verò pertinuiſſe prędę diviſionem conſtat ex Livio lib. 4. *Prædæ fuit aliquantum: venditum ſub haſta Conſul in ærarium redigere Quæſtores juſſit*. Idem lib. 5. *Prędę pars maxima ad Quęſtorem redacta*. Neque verò ſolum cuſtos & diſtributor pecunię publicę, diſpenſator prędę, arcanorumque omnium militarium particeps Quęſtor fuit, verum etiam judicia exercuit; quamobrem ſcribas & lictores habuiſſe legitur. De jure dicundo teſtis Cicero in Divinat. *Quęſtor vocari ad ſe Agonidem jubet, judicium dat ſtatim*. Et Svetonius in vita Julii: *Quęſtori ulterior Hiſpania obvenit, ubi cum mandato Prętoris jure dicundo conventus circumiret &c.* De ſcribis verò & lictoribus Cic. in Frumentaria: *Nuper Hortenſi, Quæſtor fuiſti: quid tui ſcribę fecerint, tu potes dicere*. Idem pro Planc. *Plancius Quęſtor ad me, lictoribus dimiſſis, inſignibus abjectis, veſte mutata profectus eſt*. Vide Valtrinum de Milit. Rom. lib. 3. cap. 10. & Alexandrum ab Alex. Genial. dier. lib. 2. cap. 2.

QUÆSTORIUS, a, um. Quod ad Quęſtorem pertinet, ut legatus Quęſtorius apud Ciceronem 3. Verr. *Tu in iiſdem locis legatus Quæſtorius oppida parata ſociorum atque amicorum diripienda ac vexanda curaſti*.

QUÆSTORIUS, ii. Qui Quæſtor fuit. Cic. de Claris Orator. *Sicinius Quæſtorius mortuus eſt*.

QUÆSTORIUM, ii. Quæſtoris tabernaculum in caſtris. Liv. lib. 10. *Itaque captum Quęſtorium, Quęſtorque ibi Panſa occiſus*.

QUÆSTURA, ę. Dignitas & officium Quęſtoris. Cic. 2. Verr. *Quęſtura primus gradus honoris*.

QUÆSTORIA PORTA. Una ex portis caſtrorum apud Romanos, quam pleriq; confundunt cum Prętoria & Principali: eas tamen ſecernit Lipſius lib. 5. de Milit. Rom. Dialog. 3. Vide *Portæ Caſtrenſes*.

QUARANTENA, ę. Ex multorum annorum uſu penè in legem abierat apud Gallos, ut conſanguinei & agnati ſua agnatis & conſanguineis, bello publico vel domeſtico implicatis, arma conjungerent. Quoniam verò contingebat frequenter eoſdem agnatos & conjunctos impeti armis hoſtium, antequam ad illorum aures indicti belli fama perveniret, ideo lege ſancitum, ne ullo iiſdem agnati vinculo aut nexu obligarentur ante ſpatium dierum quadraginta, neceſſarios ſuos & agnatos juvare ſociatis armis. Joannes Hocſemius in Adolpho Epiſc. Leod. *Cum tres homines Epiſcopi ad mandatum ejus inter quoſdam inimicos in Brabantia indicerent Quarantenas &c.* Vide Cangium.

QUARNELLUS, i. Quarnelli a nonnullis Architectis militaribus dicuntur ſpatia inter pinnas murorum, quæ in horum extremitatibus ad ornatum ſimul & defenſionem diſponuntur. Nam

Digitized by Google

per illarum interſtitis præſidiarii omne miſſilium genus in oppugnatores ejiciunt. Appellantur quarnelli, vel a quadrata forma, vel origine Germanica, quemadmodum trahit Spelmannus, vel demum origine Gallica, quod Cangius contendit. Hoc etiam nomine domorum feneſtras appellavit Brito Philipp. lib. 7.

ubicunque patent quarnelli, ſive feneſtræ.

QUARTADECIMANI MILITES. Qui ſunt legionis XIV. Tacit. 14. Annal. *Cognitis Quartadecimanorum, Viceſimanorumque proſperis rebus.*

QUARTANI. Milites quartæ legionis. Tacit. l. 20. *Dein mutati in pœnitentiam Primani Quartanique.*

QUARTERIA. Populari voce ſic paſſim appellantur caſtrenſia militum tuguria vel contubernia propterè communita adversùs repentinas hoſtium incurſiones. Si ſparſim in tranſitu excitantur, dicuntur vulgo *Baracche*: ſi conſiſtunt ad longiorem quietem, Quarteria dicimus. De his alibi eſt dictum prolixiùs. Italis etiam *Quartieri*. Latinè ſcribentibus *Stationes*. Porrò *Quartiero* Italis eſt inſigne, faſcia videlicet, vel quid ſimile armis ſuperinductum, cujuſmodi peculiare fuit ornamentum Orlandi rubeis albiſque alternatim ſcutulis, vel quadraturis diſcriminatum. Arioſt. c.8.

Non l'honorata inſegna del quartiero,
Diſtinta di color bianchi e vermigli,
Ma portar volle un'ornamento nero,
E forſe acciò che'l ſuo dolor ſomigli:

Eas diviſuras in ſtemmatis familiarum item dicimus *Quarti*: ex quo verba *Inquartare, Contrinquartare*. Vocem *Quartiero* juxtà hanc acceptionem non adnotarunt Academici a Furfure. Quod ad ipſam attinet vocem, origo eſt a Quarteria, noto apud Gromaticos vocabulo, quo deſignatur quarta pars jugeri. Tantundem nempe ſpatii certo bellatorum numero dabatur in caſtris. Abbas Belliloc. in Lemovic. *Dimitto in Manſo Ugbaldi de Campagnaco unam Quarteriam.*

QUARTELOIS. Veſtis militaris, quæ loricæ ſuperinduitur, alio nomine Cotuca. Thomas Valſinghamus: *Milites quidem ſuper armatura Cotucas induerunt, vocatas Quartelois.* Dicta facile a quadrifido colore, quo erat diſtincta.

QUATERNIO, onis. Qui præeſt quatuor militibus. Valafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. cap. 35. *Decani, vel Decuriones, Quaterniones, Dunmviri.* Fit Quaternionum mentio in Act. Apoſt. cap. 12. *Miſit in carcerem tradens quatuor Quaternionibus militum cuſtodiendum.* Fratres Macri, Lyranus, & Cajetanus exiſtimant fuiſſe quatuor militum Præfectos qui ſub ſe habebant quatuor tantùm milites, ſicut Decurio dicitur qui decem milites ſub ſe habet, & Centurio, qui centum, Chiliarcha, qui mille &c. Sed in Greco texto τετράδιον habetur; unde colligo cùm Lorino quatuor Quaterniones intelligi quatuor agmina, id eſt quatuor milites pro quolibet agmine. Id ex Syriaca verſione confirmatur, ubi habet ſexdecim milites, & non quatuor milites ſolùm, ut præfati authores cenſuere.

QUERELÆ DE INJURIIS BELLI. Non infrequens Legatorum, præſertim verò gentium quæ Romanæ Reipublicæ ſociæ eſſent, materia occurrit querelarum de injuriis, vel a vicinis populis illatis, vel ab ipſis interdum magiſtratibus Romanorum. Harum formulæ querelarum apud Livium præſertim plures occurrunt cum Senatus Romani reſponſis ad Legatos. Accuratè eas colligit Briſſonius de Formulis lib. 2. Decernebat autem plerunque Senatus, & pollicebatur mittendos a ſe Legatos in provincias, qui de expoſitis querelis cognoſcerent, & quid optimum factu eſſet, ſtatuerent. Apud Livium lib. 37. Senatus audita Aſiaticorum legatione & querelis de Antiocho, reſpondet, *Decem legatos more majorum Senatum miſſurum ad res Aſiæ diſceptandas componendaſque.* Apud eundem lib. 10. cum ſocii Italiæ uri vaſtarique agros ſuos a finitimis Hetruſcis quererentur, quòd deſciſcere a populo Romano nollent, eamque ob rem obteſtarentur Patres, *Ut ſe a vi atque injuria communium hoſtium tuerentur*, reſponſum iiſdem fuit, *Curæ Senatui futurum, ne ſocios fidei ſuæ pœniteret.* Idem Hiſtoricus lib. 29. poſt commemoratas querelas Locrenſium Legatorum de injuriis acceptis a Ducibus militibuſque Romanis, enarratiſque, quæ iidem in Deos hominesque nefarie fecerint, ſcribit eoſdem Legatos excedere juſſos a Senatu; conſultum deinde a Patribus de Locrenſium querelis, deliberatumque in hanc ſententiam. (Juvat enim integrum proferre Senatuſconſultum, ut quanta fuerit Romanorum æquitas, quantaque ſeveritate in ſuos etiam Duces & Legatos egerint, poſſis cognoſcere.) *Pleminium Legatum vinctum Romam deportari placere, & ex vinculis cauſam dicere; ac ſi vera forent, quæ Locrenſes quererentur, in carcere necari, bonaque ejus publicari. M. Pomponium Prętorem, cui Sicilia provincia ſorte eveniſſet, triduo proximo in provinciam proficiſci. Conſules decem Legatos, quos iis videretur, ex Senatu legere, quos cum Prætore mitterent, & duos Tribunos plebis, atque Ædilem. Cum eo conſilio Prætorem cognoſcere. Si ea, quæ Locrenſes facta quererentur, juſſu, aut voluntate P. Scipionis facta eſſent, ut eum de provincia decedere juberent. Si P. Scipio jam in Africam trajeciſſet, Tribuni plebis atque Ædilis cum duobus Legatis, quos maxime idoneos Prætor cenſuiſſet, in Africam proficiſcerentur. Tribuni atque Ædilis, qui reducerent inde Scipionem: Legati, qui exercitui præeſſent, donec novus Imperator ad eum exercitum veniſſet. Sin M. Pomponius, & decem Legati comperiſſent, neque juſſu, neque voluntate P. Scipionis ea facta eſſe, ut in exercitu Scipio maneret, bellumque, ut propoſuiſſet, gereret. Locrenſibus coram Senatum reſpondere. Quas injurias ſibi factas quererentur, neque Senatum, neque populum Romanum factas velle. Viros bonos, ſociosque & amicos eos appellari. Liberos, conjuges, quæque alia erepta eſſent, reſtitui. Pecuniam, quanta ex theſauris Proſerpinæ ſublata eſſet, conquiri, duplamque pecuniam in theſauris reponi, & ſacrum piaculare fieri: ita ut prius ad Collegium Pontificum referretur, quod ſacri theſauri moti, aperti, violatique eſſent; quæ piacula, quibus Diis, quibus hoſtiis fieri placeret. Milites, qui Locris eſſent, omnes in Siciliam tranſportari: quatuor cohortes ſociorum Latini nominis in præſidium Locros adduci.* Nihil memoratis verbis excogitari poſſe validius ad oſtendendam atque ſignificandam Romanæ Reipublicę majeſtatem ſimul ac religionem in Deos,

atque

Digitized by Google

atque adeo pietatem in ſocios, omnemque ſenſum virtutis eximiæ, ſummæque humanitatis, nullus plane dubito.

QUI SE NON HABET, SAMUM HABERE POSTULAT. Vulgaris ſermo in eos, qui per inſcitiam vel impudentiam aliquid petunt. Natus ſermo ab Athenienſibus, qui, ut ſcribit Plutarchus, in apophtegm. Lacon. cum victoribus urbem propriam tradidiſſent, ab iiſdem Samum poſtularunt. Victores autem reſponderunt, impudenter eos facere, qui cum propria amiſerint, aliena quærerent.

QUINQUATRUS. Sic enim dicendum potius quàm Quinquatria, ut docent Varro, Gellius, & Feſtus, cujus ea ſunt verba: *Quinquatrus appellari quidam putant a numero dierum, qui ferè bis celebrantur: qui ſcilicet errant, tam Hercule, quàm qui triduo Saturnalia, ac totidem diebus Compitalia: nam omnibus bis ſingulis diebus fiunt ſacra. Forma autem vocabuli ejus exemplo multorum populorum Italicorum enunciata eſt, quod poſt diem quinctum Iduum eſt is dies feſtus; ut apud Tuſculanos Triatrus, & Sexatrus, & Septematrus, & Faliſcos Decimatrus. Minervæ autem dicatum eum diem exiſtimant, quòd eo die ædes ejus in Aventino conſecrata eſt.* Diſſentiunt autem mirum in modum Scriptores ſuper intelligentia Quinquatruum, aſſeverantibus aliis notari diem quintum poſt Idus, quem Romani feriatum haberent, utpote Minervæ ſacrum; aliis verò affirmantibus id tempus & feſtivitatem comprehendere dies quinque circa Idus Martias. Hanc ſententiam ſequitur Ovidius 3. Faſt.

Una dies media eſt, & fiunt ſacra Minervæ;
Nominaque a junctis quinque diebus habent.
Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro:
Cauſa quòd eſt illâ nata Minerva die;
Altera, treſque ſuper ſtrata celebrantur arena:
Enſibus exſertis bellica læta Dea eſt.

Habes hinc & Minervæ ſacras fuiſſe Quinquatrus, & Feſta extitiſſe omninò militaria, utpote quæ in honorem Deæ bellatricis moris fuit celebrari nudatis gladiis. Quemadmodum verò Panathenæa apud Athenienſes alia minora erant, alia majora; ſic etiam Romanorum Quinquatrus, ſive Quinquatria fuere duplicia; majora, quæ menſe Martio, minora, quæ Junio celebrabantur menſe. Ovid. 6. Faſt.

Et jam quinquatrus jubeor narrare minores.

QUINQUENNALES LUDI. Meminit eorum ludorum Dio in hanc ſententiam: *Eadem die Cæſar Apollini, qui apud Actium colitur, triremem, quadriremem, ac alia navium genera, uſque ad deciremem ex captis navibus conſecravit, templum majus extruit, ludos muſicos, & gymnicos, & certamen equeſtre, cum ſacro Quinquennali conſtituit.* Vide *Apollinares Ludi*. De aliis Quinquennalibus ludis a Nerone inſtitutis vide ſub Titulo *Neronia*.

QUINQUEREMIS. Navis quinque habens remorum ordines. Liv. lib. 1. Bell. Pun. *Quinquaginta Quinqueremes, quadriremes duæ*. Inventum fuit Neſichthonis, ſi Plinio credimus. Vide *Triremis*.

QUINQUEVIRI. Non unus hoc nomine magiſtratus eſt dictus. Verùm quod ad rem noſtram attinet, Quinqueviri curatores erant, qui colonias deducebant, agroſque diſtribuebant. Hi, poſtquam creati erant, colonos in agros lege definitos ſub vexillo, quaſi exercitum aliquem, ductabant. Deductionis verò Dux unus erat ex agrariis Curatoribus. Vide Appianum, & Plutarchum, & apud nos *Coloniæ*.

QUINTADECIMANI. Milites, qui ſunt e quintadecima legione. Tacit. 1. Annal. *Illa morti depoſcit: Quintadecimani tuentur.*

QUINTANA, æ. Decurſiones ad palum. Militiæ tirocinium erat apud Veteres. Veget. lib. 1. cap. 11. *Nec unquam aut arena, aut campus invictum armis virum probavit, niſi qui diligenter exercitatus docebatur ad palum.* Fiebat hæc decurſio in caſtris. Ut enim monet Hieronymus Vitalis, quatuor in caſtris viæ aperiebantur, quæ a quatuor portis initium ſumebant, ac terminabant ad medium, ubi conſtituta erat meta & fixus palus decurſionis. Idcircò quinta quoque aperta fuit, atque ad hoc opus unicè deſtinata. Eadem *Quintana* dicta eſt, ac ſubinde nomen ad ipſam decurſionem applicitum. Arriderent hæc admodum ex Vitali, ſi quemadmodum ſcitè originem deducit Quintanæ, ita ab aliquo veteri Scriptore authoritatem accerſeret, qui ab ea decurſione ad palum per novam portam in caſtris exhibitam, quintam in iiſdem caſtris portam, eandemque Quintanam fuiſſe dictam teſtaretur. Verùm & id, quod ego ſciam, legitima authoritate deſtituitur; & Quintanam portam caſtrorum, quartam, non quintam fuiſſe, ex probatis aliunde Scriptoribus viri magni ſtatuerunt. Sed de ea quæſtione nos alibi. Cæterum de Quintana, armata ſcilicet figura hominis ad umbilicum, eademque verſatili, & ſiniſtra clypeum ferè geſtante ad uſum equeſtris decurſionis non ſemel fit mentio a Scriptoribus mediæ & infimæ Latinitatis. Robertus Monachus lib. 3. Hiſt. Hieroſ. *Tentoria variis ornamentorum generibus venuſtantur, terræ infixis ſudibus, ſcuta opponuntur, quibus in craſtinum Quintanæ ludus, ſcilicet equeſtris exerceretur.* Ubi tamen nota non fieri mentionem hominis, ſive militis lignei armati ſcutum geſtantis. Crediderim caſtrenſes Quintanas, utpote frequenter & magno numero erectas ad exercitationem militum, caruiſſe memorato ligneo ſimulacro, quod vulgò dicitur *Saracino*, quoniam ad modum & figuram Mauri militis, ad conciliandam in vulgus terroris ſpeciem, eſt confectum. Inductam poſtea reor armati ſpeciem Saraceni in ludicria feſtis urbanis; quæ nimirum lautiùs fieri ſolebant, & unâ tantùm ſtatuâ Mauricâ propoſitâ, ad quam lectiſſimi equites certatim decurrerent.

2. Scias etiam eodem Quintanæ nomine non ſemper palum, ſive ſtatuam verſatilem cum ſcuto, ſed interdum etiam indicatum fuiſſe circulum, ſive anulum æreum, in quem decurſores equites tendunt cum impetu, præmio iis propoſito, qui in eoſdem anulos cuſpides haſtarum inſererent. Ea decurſio apud Italos dicitur *Correre all' Anello*. Id ſuſpicor minimum innotuiſſe Cangio, qui in Gloſſario voce *Quintana*, poſt adducta verba Joannis Diac. in Epiſt. Neapol. *Altarium S. Stefaniæ aureis circumcinxit Quintanis, & multas fecit æreas ibidem coronas, e quibus ſcilicet lucernæ ſeriatim dependerent*: ſtatim ſubdit: *Ubi Caracciolus Quintanas, anulos interpretatur, ratione mihi incomperta.* Non fugiſſet autem Cangium

Digitized by Google

gium cjus voc abuli ratio, ſi noviſſet Quintanam apud Italos oon ſolum ſignificare Mauricum ſimulacrum, verùm etiam circulum ferreum modo ſupra explicato. Ad ſimilitudinem verò anulorum, qui in decurſiooe equeſtri appendi e funiculo ſolent, Joannes Diacoous aureas Quintanas vocavit anreos vel inauratos circulos, quibus ditatum memorat altare S. Stefaniæ. Et Accadamici quidem a Furfure ludum, qui apud Italos *Quintana*, & melius *Chintana* dicitur, de eodem duntaxat aoulo explicant: *Quintana. E una campanella di ferro, che ſi tien ſoſpeſa in aria, con una funicella a traverſo, alla quale per infilzarla nella lancia, corrono i Cavalieri.* Facc. Ubert. Dittam.

Giovani bagordare alle Quintani
E gran tornei, ed una ed altra gioſtra
Far ſi vedea con giuochi novi e ſtrani.

Ubi Faccius *Quintani* dixit pro *Quintana*, compulſus rythmi neceſſitate. Sed operæ pretium fuerit audire Alexandrum Taſſonum *Annotat. ſopra la Cruſca* ad eum locum. *Quintana è più toſto Chintana, come le diſſe il Boccaccio nel Laberinto, e Franco Sacchetti nelle Novelle, in Firenze è la campanella, che qui ſi deſcrive, e la quale Anella ſi domanda in alcune altre contrade di Toſcana, come in Siena, e per tutto in Lombardia. Ma communemente fuor di Toſcana, Quintana, e Quintaine in Francia, onde forſe venne il noſtro Italiano. Quintana è un legno groſſo ficcato nella terra in forma d'huomo dallo buſto in sù con uno ſcudo davanti, contro al quale corrone le lance i Gioſtratori, e quello ſteſſo, che Saracino della piazza appellano in Firenze, dalla forma che egli ha di Saracino. E tal gioſtra, mi par che in Roma parimente ſia detta Quintana.* A clypeo verſatili, quem ligneæ præferunt Saracenorum ſtatuæ in Quintana, & in quem a decurſoribus incurritur infeſtis haſtis, optimè trahitur origo vocis Italicæ *Berſaglio*. Sic autem dicitur quaſi verſaculum. Tametſi porrò ejus dictioois initlum a memorato clypeo verſatili fuerit factum, tranſiit poſtea ejuſdem vocis ſignificatio ad quemcunque ſcopum ad feriendum propoſitum. Vide *Palus*.

Quirinus. Vide *Mars*.

Quirites. Id fuiſſe Romanis nomen impoſitum a Curibus, urbe Sabinorum, præterit nemiocm. Quirites pro magnatibus & primi ſubſellii bellatoribus non raro dictitarunt Scriptores mediæ & infimæ Latinitatis. Advertit id eruditè Gaſpar Barthius io Commentariis ad Philippida Gulielmi Britonis. Sic autem habet lib. 1.

Hic Marcominus gaudent, Francique Quirites
Accedunt dictit.

Et lib. 8.

Sed nec Guilelmus, nec cætera turba Quiritū
Ceſſabat variis affligere mortibus illos.

Et ad hanc formam ſæpe leguntur apud eundem Poetam uſurpati Quirites pro viris bello illuſtribus. Juſtinus etiam Poeta loquens de Lippienſibus.

Feſta dies agitur, coeunt cum plebe Quirites,
Fitque modis variis ludus equeſtris ibi.

Virgil. lib. 4. Georg. ubi apes, & earum mores, opificium, atque adeo prælia maximum in modum extollit, eaſdem Quiritum appellatiooe donare non dubitat.

Ipſæ Regem, parvoſque Quirites
Sufficiunt, aulaſque & cerea Regna refingunt.

Obſervatione ioprimis eſt dignum, quod ootat Briſſooius de Formulis lib. 4. Magiſtratus Romanos, cum populum in Urbe alloquereotur, Quirites illum vocare conſueviſſe; Duces verò & Præfectos armorum io allocutionibus militaribus oon Quirites illos, niſi per probrum, dicere cooſueſſe, ſed milites. Palam id eſt obſervare in omnibus omoium ferè Hiſtoricorum militaribus, aut urbanis alloquiis. Quodſi quaodoque copiarum ignavia & deſidia taxaoda eſſet, tunc ad ignominiæ ootam deſidioſis inurendam, Quirites eos appellabant. Id verò nomen io urbaois congreſſibus honeſtiſſimum, pro exprobratione ſummi dedecoris accipiebatur in caſtris. Luculeotiſſimum ejus rei teſtimonium legimus apud Svetoo. in Jul. cap. 70. *Decumanos autem Romæ cum ingentibus minis, ſummoque etiam Urbis periculo, miſſionem & præmia flagitantes, ardente tunc in Africa bello, neque adire cunctatus eſt, quanquam deterrentibus amicis, neque dimittere: ſed una voce, qua Quirites eos pro militibus appellarat, tam facilè circumegit & flexit, ut ei Milites ſe eſſe confeſtim reſponderint, & quamvis recuſantem ultrò in Africam ſint ſecuti.* Id verò eſt, quod ſcribit Tacitus lib. 1. Divum Julium ſeditiooem exercitûs uno verbo compeſcuiſſe. Idem legitur apud Lucanum lib. 5.

diſcedite caſtris:
Tradite noſtra viris ignavi ſigna Quirites.

Simile quidpiam eſt, quod apud Virgil. lib. 9. Numanus Trojanis militibus exprobrat:

Vobis picta croco & fulgenti murice veſtis:
Deſidiæ cordi: juvat indulgere choreis:
Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ;
O verè Phrygiæ, neque enim Phryges.

Homerus Iliad. 2. & alibi Achææ, non Achæi. Taſſus cant. 11.

Non è queſta Antiochia, e non è queſta
La notte amica alle Chriſtiane frodi.
Vedete il chiaro Sol, la gente deſta:
Altra forma di guerre, & altri modi.
Dunque favilla in voi nulla più reſta
Dell'amor della patria e delle lodi:
Che ſi toſto ceſſate, e ſete ſtanche
Per breve aſſalto? ò Franchi nò, mà Franche.

Occupaverat tamen Triſſinus Ital. Lib. l. 14.

O miſere Romane, e non Romani,
Che ſi poco badate al voſtro bene.

Et iterum alibi.

O Cavalieri arditi alle minaccie,
E pigri e lenti ad eſeguire i fatti,
Veramente Romane, e non Romani.

Simile eſt illud Ennii de Clœlia Virgine, niſi fallor.

Vos etenim Juvenes animū geritis muliebrem;
Illaque Virgo viri.

Julii Cæſaris exemplum imitatum fuiſſe Alexandrum Severum teſtatur Lampridius in ejus vita. Cum enim Commilitooes primùm Manipularios vocaſſet, animadvertiſſetque poſtea fremebundos illos tumultum ciere: *Continete, dixit, vocem truculentam campo ac bellis neceſſariam; ne vos hodie omnes una voce atque uno ore, Quirites, dimittam. Et incertum, an Quirites: non enim digni eſtis, qui vel Romanæ plebis ſitis.*

2. A *Quirites* habent Latini verbum *Quiritare,*

Google

tare, quod eſt Quiritum ſeu Romanorum fidem implorarę. Nonius: *Quiritare eſt clamare, tractum ab iis, qui Quirites invocant*. Pollio in Epiſt. ad Ciceron. *Et illi miſero quiritanti, Civis Romanus ſum, reſpondit: Abi nunc, Populi Romani fidem implora*. Notæ apud Livium formulę illę: Implorare fidem Quiritium: Implorare fidem plebis, vel populi Romani; aliæque ſimiles, quas colligit Briſſonius de Formul. l. 8. Verùm expreſsè idem Hiſtoricus hoc verbum habet lib. 50. *Nulla vox quiritantium inter ſtupra & cædes exaudiri poterat*. Ubi nihil opus eſt *quiritantium* exponęre *queritantium*, quaſi querelas effundentium: eam ſiquidem lectionem omnibus nervis aſſerunt Cujacius, Turnebus, memoratus Briſſonius, ac pręſertim Scaliger in Catalect. ad Priap. Formula autem præcipua Quiritandi, erat *Civis Romanus ſum*. Cic. 6. in Verr. *Ut etiam illa vox & illa imploratio, Civis Romanus ſum, quæ ſæpe multis in terris opem inter Barbaros & ſalutem dedit, ea mortem illi acerbiorem & ſupplicium maturius ferret*. Idem ibidem: *Nulla vox audiebatur niſi hæc, Civis Romanus ſum*. Liv. ętiam lib. 2. *Tum quoque inter tantas fortunæ minas metuendus magis, quàm metuens, Romanus ſum, inquit, Civis*. A verbo *Quiritare* habent Itali procul dubio verbum *Cridarę*, ex quo *Gridare*. Scaliger in præfatis Catalec. *Quiritare. Unde vulgò dicunt Cridare Italicè, Gallicè, Hiſpanicè*. Sed & apud Latinobarbaros Scriptores occurrit verbum *Cridarę*, & nomen *Cridatio*. Stat. Pat. Rub. 4. *Tunc cridetur ante domum, in qua conſuevit habitare, bis alta voce, audientibus vicinis: & delatio detur pro qualibet cridationę*.

QUIRITARE. Vide QUIRITES.

R

RAda, æ. Genus bellici & turriti navigii. Memoratur in Hiſtoriâ obſidionis Jadrenſis lib. 2. cap. 7. *Navim compoſuerunt inæſtimabilis pulchritudinis quandam Radam, quam Italici nuncupant Madium, ſeu Caſtrum, in quo erat ſtabilita quædam lignea & ingens turris.*

Raitemagistri. Videtur fuiſſe gradus honoris in militia Raitrum. Fam. Str. Dec. 2. l. 8. *Delegatis duobus, ut ipſi vocant, Raitemagiſtris.*

Raitres. Militia equeſtris apud Germanos: nam his *Raiter* eques, *Raiten* eſt equitare. Famian. Str. Dec. 2. l. 8. *Cognoſcit de numero, deque conſilio Raitrum.*

Ramnenses. Aliis Ramnetes. Una ex tribus Centuriis equitum, quas Romulus inſtituit. Liv. l. 1. *Eodemque tempore & centuriæ tres equitum conſcriptæ ſunt: Ramnenſes ab Romulo, a Tito Tatio Tatienſes appellati: Lucerum nominis & originis cauſa incerta eſt.* Sed quam Lucerum originem ignoravit Livius, tradidit Varro. Vide *Luceres.*

Rampico, onis. Latinis melioribus uncus. A voce Latina Harpax, vel Harpago, qui ferreus eſt uncus, quo aliquid arripitur. Latinis inferioris ævi etiam Rampinus; ab Italicis vocibus *Rampicare, Rampino, Rampicone.* Idem ferè inſtrumentum quod harpago, vel manûs ferrea. Uſus in prœlio eſt præſertim navali ad arripiendas ſiſtendaſque naves. Otto Morena in Hiſt. rerum Laudens. *Cremonenſes verò per foſſatum ipſius caſtri cum manieulis & rampinis euntes, ſuos, qui in foſſato necati erant, foras extraxerunt.* Et infra: *Alios etiam tres ipſius Duces milites cum rampinis ferreis de ponte in terram trahentes &c.* De rampiconibus autem Sanutus lib. 2. part. 4. *Dictum navigium ronconibus & longis lanceis, atque lanceis cum rampiconibus, ſive uncis, in capitibus optimè fulciatur.*

Rapax, acis. Nomen fuit legionis unluſviceſimæ apud Romanos. Tacit. 2. Hiſt. *Pro Vitellio una & viceſima, cui cognomen Rapaci, vetere gloria inſignis.*

Rapina, æ. A rapio; & iioc a Græco verbo ἁρπάζειν, quod idem ſonat: exinde Græcum ἅρπαξ, & Latinum rapax. Hinc etiam Harpagones, de quibus ſuo loco. Bene advertit Donatus, raptionem ad perſonam, rapinam ad rem, raptum ad ſtuprum propriè referri. Cæſ. *Satis habebat, hoſtem rapinis populationibuſque prohibere.*

Rapinator, oris. Raptor; ſed propriè de rebus dicitur rapinator, raptor de perſona; illudque magis accedit ad mores militares, hoc latiùs extenditur. Nonius ex Lucilio, & Varro in Satyr. Menipp. Tit. *Bimargus.*

In invidiam veniant hoc ipſo Rapinatores.

Ratariæ naves. Memorantur, ſed ſolùm memorantur, a Gellio lib. 10. cap. 25. in cenſu aliarum navium. Liquet dictas a rate. Cæſar. lib. 1. Bell. Civil. ad uſum factas rei militaris & oppugnatoriæ prodit: *Rates duplices quoquoverſus pedum triginta e regione molis collocabat.* Varro lib. 4. de L. L. ratem docet longam fuiſſe navem: *Ratis dicta navis longa propter remos; quod hi, cum per aquam ſublati dextra & ſiniſtra duas partes efficere videntur, rareſcunt.* Duo proinde hic tradit Varro; & ratem, longam fuiſſe navem, & dictam a rareſcentibus remis. Etymon quidem meritò Grammaticis parum arriſit. Aſſentior Martiuio, qui Græcanicam originem agnoſcit a verbo ῥέω, Latinis *fluo*, ut rates ſint quaſi fluentes trabes. Voſſius etiam apud Belgas rates dici trabes fluentes populari vocabulo *ulotbalken*, ſcribit. Id verò congruit Feſto, qui ratem ex colligatis tignis factam prodidit: *Rates*, inquit, *vocantur tigna inter ſe colligata, quæ per aquam aguntur*: ut idem plane ſint ratariæ naves & caudicariæ. Et Plinius quidem antiquitus nonniſi ratibus, ideſt alligatis trabibus fuiſſe navigatum docet. Sed & ante conſtructam navem Argo, rates duntaxat fuiſſe in uſu ſcribit Diodorus Siculus. Veriſſimum illud Turnebi Adverſ. lib. 14. cap. 4. *Rates primum & antiquiſſimum genus navigii, e rudibus lignis aſſeribuſque conſertum: nunc jam abuſivè naves; nam proprie rates ſunt connexæ invicem trabes.*

Rates, vel Ratis. Vide *Ratariæ naves.*

Rationarii. Vulgato vocabulo ſic appellamus peritos rationum ſubducendarum, quos minus Latini vocant calculatores. Cicero bis illos dicit Ratiocinatores. Primùm ad Attic. lib. 6. *Hilarem dico ratiocinatorem.* Iterum 2. Offic. *Ut boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus & addendo deducendoque videre, quæ reliqui ſumma fiat.* Illos Itali dicunt *Computiſti.* Cæterum Rationariorum mentio fit ab Ammiano lib. 15. *Interrogato Remigio etiam tum Rationario apparitionis armorum magiſtri.* Apparitorem rationarium eundem vocat lib. 18. *Antonius quidam ex mercatore opulento Rationarius apparitor.* Eorum erat procuratio, ex horreis fiſcalibus & caſtrenſi penuario aſſignare militibus & diſtribuere buccellatum in ſingulos dies: alternis verb vinum & acetum; uno per hebdomadam laridum, duobus vervecinam; de qua procuratione Rationariorum agunt leges in Jure Civili, & Ammianus lib. 17. Referebant autem in tabellas, ſeu pictacia, capita rationum, quæ viritim in numeros militum, & pabulorum quæ exhibebantur pro equorum alimonia. Hæc interdum connumerata pecunia, quandoque verò ipſis annonariis ſpeciebus dividi moris erat. Rem

totam

Digitized by Google

totam diſtinctè & luculenter explicat Polybius lib. 6. De Caſtrametatione Romana: *Obſonium pedites duos obolos accipiunt ſingulis diebus. Ductores ordinum duplum. Equites drachmam. Triticum datur peditibus Attici medimni ex tribus duæ fermè partes. Equitibus hordei ſeptem medimni ſingulis menſibus, tritici duo. Sociis, pediti æquo portio, equiti tritici medimnus & tertio pars. Hordei medimni quinque, daturque id ſociis muneri. Romanis tam frumenti, quàm veſtis armorumque, ſiquis ejuſmodi rerum indiguerit, horum omnium Quæſtor certum pretium eorum obſoniis ſubtrahit.* Eas pabulorum & alimoniæ portiones etiamnum dicimus *Portioni.* A Rationariis, quorum crebra eſt mentio in Not. Imp. & apud Scriptores ævi Theodoſiani non parum diſcrepant Rationales, qui ſæpe itidem per eadem tempora memorantur, præſertim in Jure Civili. Curabant hi redditus, bona, prædia, & vectigalia ad privatam Orientalium Principum arcam pertinentia; referebantque in tabulas, quæ ad regii fiſci ærariique proventum importabantur. Conſule de his Pancirolum Comment. ad Not. Imp. Orient. cap. 87. Vide *Numerarii.*

Rationarium, ii. Indiculus, tabellæ, vel epitome, & ſummarium, ubi continentur rationes dati & expenſi a Rationariis & Rationalibus in adminiſtratione pecuniæ publicæ tam urbanæ, quàm militaris, atque adeo frumenti, reique cibariæ omnis generis, atque etiam veſtiariæ, & utenſilium quomodolibet pertinentium ad militarem uſum. Meminit Rationarii Svetonius in Auguſto: *Tædio diuturnæ valetudinis, cum etiam Magiſtratibus ac Senatu domum accitis Rationarium Imperii tradidit*; tabulas ſcilicet, quibus continebantur expenſæ populi Romani. Cicero pro Roſcio dixit tabulas accepti & expenſi. Idem Svetonius in Galba vocavit Breviarium rationum. Ulpian. l. 3. §. 6. D. vocavit Græco vocabulo Logarium: *Chartas ad ratiunculam, vel ad Logarium paratas contineri.* Ex quo rationarii Curatores dicti Logiſtæ & Logographi. Summarium dixiſſe caſtigatiùs loquentes docet Seneca Epiſt. 39. *Vide ne plus profecturo ſit ordinario oratio, quàm quæ nunc vulgò Breviarium dicitur. Olim cum Latinè loqueremur, Summarium vocabatur.*

Raubare. Eſt prædari apud Latinobarbaros. Pactus Legis Salicæ: *Siquis in via alterum adſalierit, & eum raubaverit.* Fit a voce *Raub,* vel *Rauba,* quæ ſpolium, & bellicas ferè exuvias ſignificat. Vox Germanicæ originis eſſe creditur: Germanis *Raub,* ſicut Gallis *Robe* eſt veſtimentum. Sed Ferrarius non perperam ſuſpicatur utramque vocem fluere a verbo Latino *Rapio.* Hinc Italis *Rubare.*

Reafan. Vexilli genus apud veteres Britannos, ut exiſtimat Spelmannus. Sic appellatum a Corvo, qui earum gentium linguâ dicitur *Raven.* Aſſerus de rebus geſtis Ælfredi: *Dicunt enim quod in omni bello, ubi præcederet idem ſignum, ſi victoriam adepturi eſſent, appareret in medio ſigni quaſi corvus volitans. Sin verò vincendi in futuro fuiſſent, penderet directè nihil movens.*

Rebellis, le. Qui non manet in ſide data; ſed victus vel captus bellum iterum exſuſcitat. Virgil. lib. 6.

ſternet Pœnos Gallumque rebellem:

Rebello, as. Propriè eſt iterum belligero, vel rurſus ineo prœlium. Joannes de Janua: *Rebellio, ideſt, repulſio, vel reſiſtentio; & poſt factam pacem ad bellum reverſio, belli iteratio.* Et quemadmodum repugno, eſt dimicando obſiſtere; ſic rebello eſt illatum bellum ab altero paribus armis ſuſcipere, & in hoſtem procedere. In hoc ſenſu non ſemel uſurpatur apud Scriptores mediæ, & infimæ Latinitatis. Vita Offæ I. Regis Angl. *Rex autem confectus ſenio timens rebellare, declinavit aliquoties impetus adverſariorum.* Verùm apud probè Latinos hujus verbi uſus ferè eſt de iis, qui in fide non permanent, violatoque ſacramento, quod victi dederunt, bellum redintegrant. Liv. lib. 3. *Tertia die cum ira Romanos, illos, cum toties rebellaſſent, conſcientia culpæ ac deſperatio irritaret, mora dimicandi nulla eſt facta.*

Rebellatio, onis. Actus rebellandi. Val. Max. lib. 7. cap. 3. *Cum crebris rebellationibus meruiſſent, ut eorum urbem funditùs Romani evertere vellent.* Et cap. 4. *Fidenæ Imperii noſtri ſurgentis incunabula crebris rebellationibus torpere paſſæ non ſunt.* Errat proinde Voſſius lib. 3. Gramm. cap. 22., ubi vocem hanc e vulgo ſumptam ſcribit.

Rebellio, onis. Pro rebelli. Vulcatius Gallican. in Avidio ex epiſt. Fauſtinæ ad Antoninum Marcum Imperatorem, & Maritum: *Si amas liberos tuos, iſtos rebelliones acerrimè proſequaris. Malè enim aſſuevêre & Duces & milites; qui niſi opprimentur, opprimient.*

Rebellio, onis. Ipſe rebellandi actus. Cæſar lib. 3. Bell. Gallic. *Rebellio facta poſt obſidionem.* Tacitus lib. 3. cœptare rebellionem, dixit.

Rebellium, ii. Rebellio. Liv. Dec. 5. lib. 2. *Qui deditis contra jus & fas bellum intuliſſet, & pacatos ad rebellium incitaſſet.*

Rebellatrix, icis. Quæ in deditionem recepta, vel fide obſtricta Principi, reſumit arma, & bellum inſtaurat. Liv. lib. 1. Bell. Maced. *Dictu, quàm re facliùs ſit provinciam ingenio ferocem, & rebellatricem confeciſſe.*

Recenseo, es. Apud nos eſt recognoſcere militum numerum. Id quemadmodum apud Romanos fieret, diximus alibi, & præſertim ſub Titulo *Luſtro.* Adverte hic luſtrare militem potius eſſe certis expiationibus & ſacrificiis illum comparare ritu ſacro: Recenſere verò propriè eſt eorum inire numerum. Luſtratio melius ad primam uſurpationem refertur; Recenſio ad ſecundam. Liv. l. 1. *Cum ad exercitum recenſendum concionem in Campo ad Capræ paludem haberet.*

Recensio, onis. Recognitio. Actus recenſendi milites. Cic. pro Milon. *Ut memoriam publicæ recenſionis tabulis publicis impreſſam extingueret.*

Recensus, us. Idem. Sveton. in Cæſ. *Recenſum populi nec more nec loco ſolito, ſed vicatim per dominos inſularum egit.*

Receptus, us. Liv. lib. 8. *Brevitate ipſa loci, facilique receptu in tam propinqua caſtra haud ægrè militem eſt a multa cæde tutatus.* Tria ſignificat in re noſtra. Primùm militum regreſſum ad proprias ſtationes ab acie & pugna. Fieri id ſolet non modo poſt exitum conflictus, verùm etiam flagrante prœlio, cum dimicatione inita, aut univerſæ copiæ, aut earum pars hoſtium impreſſioni ſuccumbit. Tunc etenim nutantes manipuli ad receptum ſe colligentes, aut novos animos

ac vires induentes, alacriores in pugnam redeunt; aut omninò deſiſtunt a militari concertatione, quemadmodum poſcit diſciplinæ ratio & Ducis imperium, cui longè conſultius eſt ſervare reliquias militum, quam debiles illas, & impares furori hoſtium delendas obiicere. *Ritirata*. Inter præcipuas Imperatoris laudes atque prærogativas ea recenſetur, in re ancipiti plenaque diſcriminis, ſervato ordine & militari regreſſu ex lege caſtrenſi, ſuas copias recipere in tutum. Quod ſi id fiat, non ſolùm ab hoſticis aſſultibus immuni ſervata omni parte legionum, præcipuè verò poſtrema acie, in qua propius eſt periculum, verum etiam illibata re tormentaria, commeatu, & impedimentis, tunc omninò inſignes ſunt militares receptus, & inter præcipua bellica opera adnumerandi. Eo nomine omnium gentium annales eximia virtute, atque dexteritate Duces celebrare non deſinunt. In re exemplis opulentiſſima decerpam duntaxat aliquid ex optimis Poetarum. Homerus Iliad. 17. hæc habet de Menelao recedente a pugna ſuſcepta adversùs Patroclum;

ut leo bene jubatus,
Quem caneſque, & viri a ſtabulo abigant
Haſtis, & clamore; hujus autem validum cor
Turbatur; invitus autem abit a caula:
Sic a Patroclo diſceſſit flavus Menelaus,
Stetit autem converſus poſtquam venit ad ſuos.

Quod in hanc formam æmulatus eſt Virgilius lib. 9.

Turnus paulatim excedere pugna,
Et fluvium petere, ac partem, quæ cingitur amni,
Acriùs hoc Teucri clamore incumbere magno,
Et glomerare manum: ceu ſævum turba leonem
Cum telis premit infenſis: at territus ille,
Aſper, acerba tuens, retro redit, & neque terga
Ira dare aut virtus patitur, nec tendere contra,
Ille quidem hoc cupiens potis eſt per tela viroſque.
Haud aliter retro dubius veſtigia Turnus
Improperata refert, & mens exæſtuat ira.

Id verò ex Virgilio in hunc modum reddidit Areoſtus Cant. 18.

Qual per le ſelve Nomadi, o Maſſile
Cacciata và la generoſa belva;
Ch'ancor fuggendo moſtra 'l cor gentile
E minacciosa e lenta ſi rinſelva:
Tal Rodomonte, in niſſun'atto vile
Da ſtrana circondato e fiera ſelva
D' haſte e di ſpade, e di volanti dardi,
Si tira al fiume a paſſi lunghi e tardi.

Nec ceſſavit idem ſtadium decurrere Torquatus Taſſus Goffr. C. 9.

Veggia il nemico mio le ſpalle e ſcherna
Di nuovo ancora il noſtro eſilio indegno:
Purche di nuovo armato indi mi ſcerna
Turbar ſua pace e 'l non mai ſtabil regno.
Non cedo io nò; fia con memoria eterna
De le mie offeſe eterno anche il mio ſdegno.
Riſorgerò nemico ognor piu crudo
Cenere ancor ſepolto, e ſpirto ignudo.

Et ſic proſequitur C. 10.

Così dicendo ancor vicino ſcorſe
Un deſtrier ch'a lui volſe errante il paſſo:
Toſto al libero fren la mano ei porſe,
E sù vi ſalſe, anchorch'afflitto e laſſo.
Già caduto è il cimier ch'orribil ſorſe,
Laſciando l'elmo inonorato e baſſo:
Rotta è la ſopraveſta, e di ſuperba
Pompa regal veſtigio alcun non ſerba.
Come dal chiuſo ovil cacciato viene
Lupo talor che fugge, e ſi naſconde;
Che ſe ben del gran ventre omai ripiene
Hà l'ingorde voragini profonde,
Avido pur di ſangue anco fuor tiene
La lingua, e 'l ſugge da le labra immonde:
Tal'ei ſen gìa dopo il ſanguigno ſtrazio,
De la ſua cupa fame ancor non ſazio.

2. A communi certè excidio vindicata & ſolerti Ducum conſilio ſervata pars exercitus uſque adeo ſæpenumero profecit, ut breve damnum totius poſtea belli feliciſſimo ſarciretur exitu. Alternant quippe vices ſuas, eique militari atque conſiliis Imperatorum lætantur illudere Mars & Fortuna. Dictum illud populare, *Aut vincendum eſt, aut moriendum*, utcunque nonnunquam in privato milite locum habeat, fuge tamen credere ad armorum Præfectum pertinere, qui non pro gloria privata, aut propriis fortunis, ſed pro republica & patria dimicat, qui longè amplior atque præſtantior finis eſt, quàm quem ſibi proponunt privati milites, ſuæ exerendæ ſignificandæque virtutis. Scio non modo Hiſtoricorum calamis, verùm etiam encomiis Poetarum præter modum concelebratum fuiſſe Paulum Æmilium, qui poſt cladem Cannenſem, cum poſſet honeſto receptu ſe victricium copiarum furori ſubducere, ne ſuorum ignominiæ atque dedecori ſupereſſet, in hoſtiles cuneos temerè proruens, occidione deletis legionibus immori maluit. Verum Senatus ipſe pluris feciſſe legitur Varronem Conſulem, qui reliquiis copiarum in tutum receptis, reſtaurando mox bello ſepoſuit fortem militem. Quare actæ eidem gratiæ Senatus nomine, quoniam acerbiorem cladem non feciſſet interitu ſuo, & Romanæ deſperatione virtutis atque fortunæ. Quid dicam de Annibale, quem multis laudibus honeſtavit Scipio ipſe, cum ad Zamam in acie victus a Romanis copiolas ſaltem aliquas commoda aciei diſpoſitione in tuto collocaſſet? Sic autem Livius Dec. 3. l. 10. *Annibal cum equitibus paucis inter tumultum elapſus Adrumentum perfugit, omnia & in prælio & ante aciem priuſquam excederet pugna expertus, & confeſſione etiam Scipionis, omniumque peritorum militiæ, illam laudem adeptus ſingulari arte aciem eo die inſtruxiſſe*. Habemus hinc adagium: *Receptui canere*, quod ab uſu bellico ad mores, & alias diſciplinas manavit. Veget. lib. 2. cap. 22. *Tubicen ad bellum vocat milites, & rurſus receptui canit*. Et iterum lib. 3. cap. 5. ubi de ſignis militaribus omnimoda ſonorum diverſitate traditis loquens, ita ſcribit: *Nam indubitatis per hæc ſonis agnoſcit exercitus, utrum ſtare, vel progredi, an certè regredi oporteat; utrum longè perſequi fugientes, an receptui canere.*

3. Significat etiam receptus in re militari locum ipſum, in quem copiæ ſe tutò recipiunt. Iſidorus lib. 17. *Receptus dicitur, quo ſe exercitus recipit; unde & ſigna canere receptui dicuntur*: quaſi ad ſe recipiendum in tuta loca. Virgil. 11. Æneid.

Planities ignota jacet, tutique receptus.

Cic. ad Attic. lib. 9. *Neque ex omnibus copiis contrahere copias expedit, ne receptum amittam*: ideſt

Digitized by Google

ideſt oppida, quæ a tergo præſtent ſecuritatem, ſi ad hoſtes victoria inclinet, & pedem referre milites jubeat.

4. Iterum Receptus in re oppugnatoria, alia notione ſignificat ſecundaria quædam perſugia, & interiores receſſus in arce, quos Reſeiſſiones, vel Reſectiones vocamus, vulgò *Tagliate*. Ad hujuſmodi munitiones ritè primum comparatas præſidiarii milites ſe recipiunt poſt amiſſa propugnacula, vel quævis alia munimenta. Ibi verò conſiſtentes diuturniorem faciunt ſpem aſſervandæ arcis vel urbis; & extrema quæque experiuntur, omneſque exerunt vires, ut ſi minus victoria potiantur hoſtibus propulſatis, cruentam certe illis palmam cum laborioſa ſeraque arcis expugnatione relinquant. Verum de his alibi.

Receptor, oris. Pro arbitro & actore concordiæ. Iſidorus in Gloſſis: *Receptor, Actor concordiæ, Medius*.

Recognosco, is, Iterum & diligenter cognoſcere. Recognoſcere turmas, copias, exercitum, eſt recenſere. Sueton. in Calig. 16. *Equites Romanos ſeverè curioſèque, nec ſine moderatione recognovit, palam adempto equo, quibus aut probri aliquid, aut ignominiæ ineſſet*.

Reconciliator, oris. Pacis ſequeſter, concordiæ conciliandæ vel ſervandæ author. Liv. l. 5. Bell. Maced. *Phaneas reconciliatore potius & diſceptatore de iis, quæ in controverſia cum Pop. Rom. eſſent, utendum Antiocho cenſebat, quàm Duce belli*.

Recta tunica. Vopiſcus de Aureliano Imperatore hæc habet: *Primus paragaudas veſtes militibus dediſſe dicitur, cum ante nonniſi rectas purpureas accepiſſent*. Ubi Salmaſius duo monet; primò *purpureum* ibi non ſumi pro blatteo, aut tincto ſanguine purpuræ, ſed ſimpliciter pro rubro: iterum verò illud *rectas* pro ſubſtantivo eſſe accipiendum, ut *recta* pro recta cœna pro ſubſtantivo etiam ſumitur: rectas verò purpureas nihil aliud eſſe, quàm rectas tunicas rubras. Quid autem ſit recta tunica diſcimus ex Iſidoro & Feſto; nimirum ea eſt, quam ſurſum verſum ſtanteſque texebant. Eo nimirum opere trama ſemper pectine ad ſuperiorem partem ducebatur & trudebatur; idque vocabant ſurſum verſus, vel in altitudinem texere. Contrario modo Ægyptii, qui ex ſuperioribus ad inferiora procedebant. Utrunque genus texendi expreſſit Seneca Epiſt. 90. Cæterum Ægyptiorum morem Græci Latinique ac cæteræ ferè gentes poſtea ſunt ſecutæ. Qui ſtantes ſurſum texunt, non pectine ſed ſpatha telam percutiunt: qui verò ſedentes deorſum texunt, pectine telam feriunt.

Rector, oris. Pro legionis Præfecto. Vide *Regimentum*.

Recuperatores. Sic fuiſſe appellatos Judices, qui inter populum Romanum, & peregrinas civitates de rebus privatis reddendis & recipiendis cognoſcebant, diſcimus ex Cicerone Orat. pro Cæcinna. A recipiendis itaque rebus dicti recuperatores. Suum etiam in re bellica locum habuere. Ut enim tradit Livius, in judicio muralis coronæ, poſt expugnatam in Hiſpania novam Carthaginem, duobus pro illa certantibus Q. Trebellio, & Sexto Digitio, miſſi illuc a Scipione tres fuerunt recuperatores, qui rem totam judicarent. Inde judicium recuperatorium, de quo vide Roſin. Antiqq. Rom. lib. 9. cap. 15. De Recuperatoribus Cicero pro Cæcinna: *Non enim reperies quenquam judicem aut recuperatorem, qui tanquam ſi arma militis inſpicienda ſint, ita probet armatum*. Dicuntur a recuperando, quod eſt iterum, vel rem amiſſam recipio. Budæus Recuperatores exponit, qui a Prætore cum juriſdictione mittebantur, ut de privatis cauſis cognoſcerent. Eos hodie dicimus Delegatos.

Reductus, us. Recentes Hiſtorici uſurpant paſſim hanc vocem. Apta illa quidem & ad ſpeciem a Latio non abhorrens. Sed veterum Scriptorum, qui illam adhibuerit, habeo neminem. Reductum autem ſive rem reductam dicimus, non ſolum iterum ductam, verum etiam retro ductam. Sunt enim oppoſita eminens & reductum: quod in re pictoria expreſſè docet Quintilianus lib. 11. cap. 3. *Ut qui ſingulis pinxerant coloribus, alia tamen reductiora, alia eminentiora fecerunt*. Jam verò reductus dicimus in re obſidionali campeſtres quaſdam munitiunculas excitatas figurâ quadratâ, præcipuè in linea ambitus interioris. Figit illas certis intervallis obſidionalis Architectura, ut foſſores acceſſuum & milites munita habeant loca, quò ſe recipiant, cum arcis obſeſſæ præſidiarii ad interturbanda & diruenda opera præcurrunt. *Ridotti*.

Resortiuncula. Pro munitione vel caſtro. Vide *Fortalitium*.

Regales, ium. Apud Scriptores Francicos ſunt Principes e ſtirpe Regia. Vide Cangium. Interdum Regulis adjunguntur, licet major videatur Regalium dignitas. Ammian. lib. 16. *Hos ſequebantur poteſtate proximi Reges numero quinque, Regaleſque decem, & Optimatum ſeries magna*. Idem lib. 18. *Reges omnes, & Regales & Regulos ad convivium corrogatos*. Horum in expeditionibus bellicis fit crebra mentio apud Scriptores Francicos. Eadem vox *Regales* genus fuit acclamationis militaris in Aula Anglica. Matthæus Pariſius in Henrico III. *Et facto congreſſu acclamatum eſt terribiliter ad arma, ad arma, hinc Regales, Regales, inde Montis gaudium, ſcilicet Regis utriuſque Inſigne*.

Regens, entis. Pro Tribuno militum, Chiliarcha. *Colonnello*. Vide *Regimentum*.

Regifugium, ii. Dies ſolemnis feſtivuſque a Romanis inſtitutus poſt Tarquinii Superbi fugam ex Urbe, quod eſt vocabuli thema. Feſt. *Regifugium, ſacrum dicebant, quo die Rex Tarquinius fugerit Roma*. Ovid. Faſt. l. 2.

Nunc mihi dicenda eſt Regis fuga: traxit ab illa
Sextus ab extremo nomina menſe dies:

Auſon. de Feriis Rom.

Nec Regifugium pulſis ex Urbe tyrannis,
Lætum Romanis fas reticere diem.

Regimentum. Ammian. l. 23. *Fortuna, quæ diſſantibus procellis Rempublicam, excuſſa regimenta perito rei gerendæ ductori porrexiſti*. Et lib. 28. *Quod augurales alites, vel cantus monerent aſcinum apprimè callentis ad uſque ſublimia regimenta*. Arcad. lib. 1. Pandect. *Regimentis Reipublicæ tranſlatis ad Imperatores*. Vides offerri nobis hoc vocabulum ab Ammiano, & Pandectis. Licet autem pro regimine & gubernatione ibi videas uſurpatum; non improbaverim tamen ut idem quis deflectat ad proximam ſignificationem ejus bellatorum numeri, quem Le-

gionem Romani veteres vocarunt, Itali hodie, Germani, Gallique *Regimento*, Hiſpani verò nuncupant *Terzo*. Alia ſunt pedeſtria, alia equeſtria Regimenta. Illa centurias, *Battaglioni*, hæc ſuas comprehendunt turmas, *Squadroni*. A Regimento non abnuerim Rectorem vocari ejuſdem Præfectum vel Ducem. Quod ſi eoſdem Duces nominaveris Regentes, id ſcilicet non venia tantum mea, ſed magna cum laude feceris: præſertim cum *Regens* ſubſtantivi forma legatur apud Stat. l. 11.

magnaſque Regentum
Obiectare animas.

Et apud Claud. IV. Conſul. Honor.

nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, ut vita Regentis.

Regula, æ. Propriè eſt bacillus rectus, quadrilaterus, quo architecti fabrique, in quorum manibus perpetuo eſt, ſtructuras & muros explorant, utrum aptè ſint exæquati. Perperam a Calepino auctiore confunditur cum norma: quid verò ab illa diſcrepet explicavi in dictione *Norma*. Per translationem pro qualibet accipitur præſcriptione in quavis arte vel diſciplina. Cic. 4. Acad. *Hanc enim eſſe regulam totius philoſophiæ, conſtitutionem veri*. Regula Lesbia dicitur quoties non factum recto conſilio, ſed præpoſterè conſilium & ratio facto accommodantur. Hujus adagii meminit Ariſtot. Moral. lib. 5. indicatque ibidem Philoſophus, plumbeas regulas in uſu fuiſſe apud ædificatores Lesbios: transmovebantur autem illæ ad duritiem & figuram lapidis: hinc vitioſa regula, Lesbia vocatur.

Regularis, re. Plin. lib. 34. cap. 8. *In Cypro coronarium æs. & regulare eſt: utrunque ductile*. Regulares hodie vocamus arces, quæ directæ diſtributæque juxta regulas Architecturæ militaris ſibi aptè congruunt & reſpondent in partibus; quæque cortinas & propugnaculorum latera & angulos æquales habent. Irregulares verò dicimus, quæ ab ea præſcriptione & norma deflectunt.

Regulus. Liv. lib. 1. Bell. Punic. *Is plura conſilio, quàm vi gerens, auſpiciis Regulorum magis, conciliandiſque per amicitiam principum novis gentibus, quàm bello aut armis rem Carthaginienſem auxit*. Fit a Rege per diminutionem potentiæ, quaſi parvus Rex. Reguli potentioribus Regibus plerunque ſunt obnoxii, iiſque ingruente bello aut certam pecuniam, aut certum militum numerum, tributi aut vectigalis honorarii nomine, pendere ſolent. Eos eſſe Latinis Regulos, qui Græcis dicuntur Dynaſtæ ex Cicerone & aliis ſtatuo. Vide inferius poſita teſtimonia. Scio illuſtres Grammaticos ac præſertim Marcellum Donatum Dilucid. in Sveton. cenſere Dynaſteo non unius eſſe principatum, ſed magiſtratum plurium. Verum leviſſima eos duxit decepitque conjectura & obſervatio, quod nuſquam Dynaſten ſingulari numero, ſed ſemper Dynaſtas numero plurium legerent. Sed, ut omittam nomen ipſum Græcanicum, quo Dominus exprimitur, quæ appellatio nulli magiſtratui, qui pluribus conſtet, bellè congruit; certè Scriptorum veterum teſtimonia videntur mihi prorſus evincere Dynaſtas Regulos eſſe, certique loci tractuſque Dominos, cujuſmodi hodie dicimus Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones. Cic. Philipp. 11. *Si cæteri Reges, Tetrarchæ, Dynaſtæque feciſſent*. Idem ad Atticum: *Erit nebulo iſte cum iſtis Dynaſtis in gratia*. Cæſar etiam lib. 3. Bell. Civil. narrat, Pompejum magnam vim auri imperaſſe Aſiæ Regibus, & Dynaſtis. Adde Cornelium Nepotem in Ageſilao: *Cum maxima munera ei ab Regibus & Dynaſtis civitatibuſque conferrentur*. Sed nihil clarius ejuſdem Nepotis teſtimonio in vita Datamis, ubi ſub initium ita legitur: *Erat eo tempore Thius Dynaſtes Paphlagoniæ*. Quem ibi Dynaſten vocat, paulò poſt Regem appellat his verbis: *Inprimis quod nobilis Rex in poteſtatem inopinanti venerat*. Ubi inſuper habes falſum fuiſſe Donatum leviculà etiam conjectura illà de Dynaſte numquam invento, ſingulari numero. Adde denique teſtimonium Hirtii de Bell. Alexand. *Reges, Tyrannos, Dynaſtas provinciæ, finitimoſque, qui ad eum concurrerant, receptos in fidem, conditionibus impoſitis provinciæ tuendæ ac defendendæ dimittit*.

2. Sed & alio Græcorum vocabulo Regulus Tetrarcha dicitur, tanquam quartæ partis alicujus provinciæ vel regionis Præfectus, ut inſinuat Græca vox. Juxta hanc acceptionem Tetrarchæ in Judæa fuerunt quatuor ejuſdem regionis in totidem partes a Romanis diviſæ Præfecti. Et quidem Tiberii Cæſaris tempore erat, ut habemus Luc. 3. *Tetrarcha Galilææ Herodes, & Philippus frater ejus Tetrarcha Ituræe, & Trachonitidis regionis, & Lyſanias Abilinæ Tetrarcha*. Neque verò ſemper Præfecturam in quartam regionis partem indicat Tetrarchia. Sic enim ſub Auguſto diviſa fuit Judæa, ut duas ejus partes regeret Archelaus, duas verò alias Herodes, & Philippus. Verum extra Palæſtinam vix unquam videtur locum ea diviſio habuiſſe. Dicti etiam Tetrarchæ qui alicujus regionis Dynaſtæ eſſent vel Reguli. In hanc acceptionem Lucanus lib. 7.

ficci ſed plurima campi
Tetrarchę Regeſque tenent, magnique Tyranni.

Et Horat. 1. Serm. Satyr. 3.

modo Reges atque Tetrarchas,
Omnia magna loquens.

In eandem ſententiam Cic. 11. Philipp. *Idem ſi cæteri Reges, Tetrarchæ, Dynaſtæque feciſſent, Senatum Pop. Rom. eorum officii non immemorem futurum*. Ipſa verò dignitas ſeu principatus Tetrarchæ Tetrarchia dicitur. Cic. pro Dejot. *Negat unquam ſe a te in Dejotari Tetrarchia pedem diſceſſiſſe*.

3. Poſtremò ejuſdem Reguli dignitas indigitatur etiam Toparchæ nomine. Toparcha autem Græcè eſt loci alicujus Dominus vel Præfectus. Spartian. in Adrian. *Toparchas & Reges ad amicitiam invitavit*. Hujus etiam Principatus vel Præfectura dicitur Toparchia. Plin. lib. 5. cap. 13. *Reliqua Judæa dividitur in Toparchias decem, quo dicemus ordine*.

Reisa, aliis Reysa, aliis Resa. Vox originis Germanicæ, apud quos *Reyſen* eſt iter facere. A Scriptoribus corruptæ Latinitatis ſumitur pro expeditione militari. Joannes a Leidis lib. 22. cap. 2. *Otto Epiſcopus Trajectenſis de Reiſa, & profectione Hieroſolymitana reverſus*. Hinc apud eoſdem Scriptores Reiſogueldum dicitur mulcta irrogari ſolita iis, qui ad Reiſam, ideſt, profectionem bellicam præſto non fuiſſent; & omnino quid ſimile eſt Heribanno.

Re-

RELIGIO, onis Cic. lib. 1. de Nat. Deor. a relegendo dictam Religionem putat: *Qui omnia, quæ ad cultum Deorum pertineret, diligenter pertractarent, & quaſi relegerent, ſunt dicti Religioſi a relegendo; tanquam ex deligendo deligentes, & intelligendo intelligentes.* Meliùs tamen Lactantins de vera Sap. lib. 4. cap. 28. deducit a religaodo: *Hoc vinculo pietatis aſtricti Deo & religati ſumus: unde ipſa Religio nomen accepit; non, ut Cicero interpretatus eſt, a relegendo.* Religio ex Cic. lib. 2. de Invent. ea eſt quæ ſuperioris eujuſdam naturæ, quam divinam vocaot, curam, ceremoniamque affert. Ea certè eſt, qoæ veri Numinis exhibendo cultui deſervit. Non eſt hic quærendi perpendendique locus, quanti natiooes ferè omnes, ac Romani præſertim, religionem fecerint. Quem enim belli felicem exitum, niſi ſtultiſſimi omoino ſint, ſpondere ſibi poſſunt, qui cum Mezentio Deum atque religionem contemnunt, & gladium pro numine venerantur? Audi ſacrilegum Rodomontem apud Bojard. Lib. 2. Can. 3.

Se gl'è alcun Dio nel Ciel, ch'io nol sò certo,
La ſtaſſi ad alto, e di quaggiù non cura,
Huomo non è, che l'habbia viſto eſperta:
Ma la vil gente crede per paura.
Io di mia fede vi ragiono aperte
Che ſolo il mio buon brando e l'armatura
E la mazza, ch'io porto, e'l deſtrier mio
E l'animo ch'io hò, ſono il mio Dio.

Et iterum Can. 5.

Di Rodomonte vo cantarvi prima,
Che una vil foglia il ſuo Macon non ſtima.
E meno ancor s'accoſta ad altra fede:
Tien per ſuo Dio l'ardire e la poſſanza;
E non vuole adorar quel che non vede.
Queſto Superbo, ch'ha tanta arroganza,
Figliar ſoletto tutta 'l Mondo crede,
E vuol paſſare il mar con gran ſperanza;
E prender Francia in trè dì ſi dà vanto,
Com'udirete dir nell'altro Canto.

Utinam vero Romani ſic veræ Religionis agnoſcendæ ſe indignos non præſtitiſſent, ut excoleodæ falſę omnes vires exeruerunt. Abuti autem me Religionis nomioe oeceſſe eſt, cum de Romanis, aliiſque loquor nationibus, quarum mentibus veræ Fidei lux noo affulſit. Cum cęteroqui ſatis conſtet, eò ipſorum conditionem deteriorem fuiſſe, illoſque graviori culpæ ſe adſtrinxiſſe, quò impeoſiùs Religiooi falſę ſe manciparunt; & tunc extitiſſe magis impios, cum ſe magis Religioſos putarunt, ut S. Auguſtinus in libris de Civitate Dei prolixè demonſtrat. In bellis certe pertractandis, oihil Romanis fuit antiquius, quam ut Deorum obſequium & reverentiam palam in omnibus profiterentur. Hinc anreus ille verſiculus apud Horat. ad pop. Roman. l. 3. 6.

Diis te minorem quòd geris, imperas.

Dicitur frequenter *Deus Exercituum* io ſacris paginis ſnpremus rerum Opifex, quoniam ſepoſitam reſervatamque ſibi pręcipno quodam titulo voluit belli adminiſtrãdi curationem & gloriam; agooſcique in Martio prẹſertim miniſterio ſuas vires & extentum veluti brachinm contendit & jubet. Liquet id verbis Samuelis ad Saul. 1. Reg. 15. *Hæc dicit Dominus Exercituum: recenſui quæcunque fecit Amalec Iſraeli: quomodo reſtitit ei in via cum aſcenderet de Ægypto. Nunc ergo vade, & percute Amalec, & demolire univerſa ejus.* Quibus verbis non bortatio aliqna aut parænesis ad rem ſtrenuè gerendam contioetur, ſed potius ſupremum divini Ducis imperinm, quo Saulem noo tam ad prœlium, quàm ad victoriam mittit: nec author eidem ſolum eſt ut fortiter dimicet, ſed potius ſponſor certiſſimus hoſtis profligandi ſubigendique. Idem Exercituum Dominus, eum Principes Ægyptiorum conſiliis magorum atque pręſtigiis fiderent, in hunc modum eorum propoſitum ac mentem deridet apud Iſaiam eap. 19. *Ubi nunc ſunt ſapientes tui? annuncient tibi & indicent quid cogitaverit Dominus Exercituum.* Tanquam ſapieotiſſimorum etiam virorum cooſilia, cum quaotolibet armorum & armatorum niſu conjuocta, nonniſi pueriles ſint & contemnendi conatus, ſi cum divina ſponſione & præſidio cooferantur. Pernoverunt id vel ipſæ ſuperſtitionis & errorum caligine circumfuſæ gentes. Eas naturæ ductus lumenque ſic inſtituit, ut non prius bellica onera ſuſcipereot, quàm precibns doniſque Cœlitum inirent gratiam, patrocinium commererentur. De eo ritu non ſemel alibi pręjactus ſermo. Addo bic ex Theſeide Boccaccii de precibus lib. 7.

Era il sempo, nel quale il dì ſeguente
Combatter ſi devea, quando li Diì
Arcita e Palemone umilemente
Girno a pregare, e con affetti pii
Sopre gli altari ſtando fuoco ardente,
Dierono incenſi, e poi con gran diſii
Dier preghi a tutti, che ciaſcun gli ſtaſſe
Il dì ſeguente in ciò che biſognaſſe.

De donis l. 1.

E per ſalute ancor de le ſue genti
A tempii doni grandi fè portare,
Li Dii pregando che negli emergenti
Caſi deveſſin lei pietoſi aitare:
Quindi operando tutti altri argomenti
Poſſenti a ſua difeſa di giovare,
E guernita così, come poteo,
Con le ſue donne aſpettò poi Theſeo.

Pie & religioſe Beliſarius apud Triſſinum Ital. Lib. lib. 1.

Allora ſurſe Beliſario il grande,
Al cui levarſi ogn'un alzò la fronte,
Aſpettanda d'udir le ſue parole,
Come una voce, che dal Ciel veniſſe.
Et ei rivolſe primamente in alto
L'occhi: e le labra in tal parole aperſe.
O cauſa delle cauſe; ogn'apra noſtra
Convien che ſiegua il voſtro alto deſire,
Nè moi ſi fà tra noi mirabil prova,
Che non recaſſe la virtù dal Cielo.

2. Promunt Romanorum pietatem atqoe candorem in bello juſtè ioferendo religioſæ Imperatorum denunciationes, quibus ſioiſtros bellorum eventus in eorum redundaturos capita, Diis teſtibus appellatis, profitebantur, qui iniquam habuiſſeot eauſam arma commovendi, irritandique neutiquam laceſſentes. Hinc Tullns Rex apud Livium lib. 1. reſpondet legatis Albanorum, Regem Romanum Deos teſtes facere, ut in eum expetant belli elades, qui legatos res repetentes aſpernatus dimiſerit. Ejuſdem Livii lib. 3. illa ſunt verba Q. Fabii Conſulis ad Legatos Æquorum: *Q. Fabium Coſ. dicere, ſe ex Æquis pacem Romam tuliſſe; ab Roma Æquis bel-*

bellum afferre, quorum id perfidiam ac perjurio fiat, Deos nunc teſtes eſſe, mox fore ultores. Si pœniteat, tutum receptum ad expertam clementiam fore: ſin perjurio gaudeant, non Diis magis iratis, quàm hoſtibus geſturos bellum. Ejuſdem ſententiæ reſponſum fuit T. Manlii ad Geminium Ducem Tuſculanorum quærentem ubinam Conſules dnoque eſſent Conſulares exercitus: *Aderunt in tempore, & cum illis aderit Juppiter ipſe, fœderum a vobis violatorum teſtis, qui plus poteſt polletque.*

3. Nonniſi pręntentato Deorum judicio & voluntate per immolationes & victimas, ſuſcipiebantur bella. Solemni item ſacroque ritu certiſque eadem ceremoniis denunciabant; ut expoſuimus in dictionibus, *Bellum*, *Feciales*, *Clarigatio*. Receptiſſimum autem ejuſmodi morem inviolatumque, ut Conſules antequam bellum aliquod periculoſum ſuſciperetur, rem divinam cum certis facerent precationibus, prodigia procurarent, ludos etiam Diis immortalibus, & dnna voverent, non infrequenter inſinuat oobis Livius adjectis formulis & Senatuſconſultis, ſuper ijſdem precationibus indicendis. Decretum igitur, ut præfatus Authnr habet lib. 31., antequam Philippo Regi denunciaretur bellum, *Uti Conſules mojoribus hoſtiis rem divinam facerent quibus Diis iis videretur, eum precatione ea: Quam rem Senatus, populuſque Romanus de Republica, deque ineundo novo bello in animo haberet, ea res, uti populo Romano ſociiſque, ac nomini Latino læta & proſpera eveniret.* Non abſimilis formnla legitur lib. 36. pnſt initum Conſulatum a P. Cornelio Scipione, & M. Acilio Glabrione; juſſum autem eſt a Senatu, *Coſſ. res divinas facere majoribus hoſtiis, in omnibus Fanis, in quibus lectiſternium majore parte anni fieri ſoleret, precarique, quod Senatus de novo bello in animo haberet, ut ea res Senatui ac populo Romano bene ac feliciter eveniret.* Additque pauò poſt aliud Senatuſconſultum pari formula: *Quod populus Romanus eo tempore duellum juſſiſſet cum Rege Antiocho eſſe, quique ſub imperio ejus eſſent, ut ejus rei cauſa ſupplicationem imperarent Coſſ. utiqae M. Acilius Coſ. ludos magnos Jovi voveret, & dona ad omnia pulvinaria.* Item antequam ſuſciperetur bellum Macedonicum, ex eodem Livio lib. 41. *Prodigia expiari, pacemque Deûm peti precationibus, quæ editæ ex fatalibus libris eſſent, placuit.*

4. Ordines verò militares non educebant, niſi prius eoſdem luſtraſſent publicis ſacriſque ceremoniis, quæ a legibus erant præſcriptæ. Id de Ducibus præſertim Lacedęmoniis diſertè tradit Xenophon lib. 1. rer. Græc. Livius verò in his ritibus eſt perpetuus, præſertim ubi agit de Rege Tullo, de Fabio, de Manlio, nmnibuſque fere Ductoribus, bellum aut prœlium auſpicantibus. Induxerant nimirum animos, non modo nefas & irreligioſum eſſe, verum etiam publicę rei exitioſum, paratus movere bellicos, aut inconſulto prius Deorum conſenſu, aut non implorato enrum auxilio. Teſtimonium luculentiſſimum hac ſuper re extat apud Dionyſium Halicarnaſſeum. *Neque certamen ſeu prælium in bello, nec aliud qaidpiam majoris momenti aut periculi, in bello vel pace ante invocatum Dei numen eſt a Principe vel a Duce tentandum.* Hinc Deorum auſpiciis, & quaſi Diis ductoribus & commilitoolbus, bella ſuſcipere gloriabantur; quorum ſcilicet exitus felices lætoſque, non tam ab Imperatorum prudentia & robore bellatorum, quàm a Deorum ſuorum npitulatione pendere reputabant. Graviſſimè id teſtatum habemus a Divn Joanne Chryſoſtomo in pſal. 43. de ſacris Ducibus Machabæis: *Cum ergo aciem dirigerent, & funderent adverſarios, non armis fidentes, ſed loco omnis armaturę pugnę cauſam ſufficere ducebant. Ad bellum euntes non tragœdias excitabant, non Pæanas canebant, ſicut nonnulli faciunt, ſed Dei ſupremi auxilium invocabant, ut adeſſet, opem ferret, manum præberet, propter quem bellum gerebant, pro cujus gloria decertabant.*

5. Facio libenter, ut, quæ probę ſunt inſtitutionis, expendam in Virgilio ſeparatim. Tanto certè Pneta ille divinus religionis atque pietatis ſtudio Heroem ſuum inſtituit, ut Deorum illum ubique memorem, ſacrorumque, quantum in veteri & profana ſuperſtitione licuit, rituum cuſtodem fecerit tenaciſſimum. Ut enim Achilles Homericus indignatione, ſic Æneas Virgilianus religionis & pietatis ſtudio præſtitit: aptèque dictum eſt a Poeta Italico Iliadem & Æneidem comparante,

La pietà, che d'Achille uguaglia l'ira.

Acerrimum quidem in propugnanda adversùs Grecorum impetum patria, bellatorem ſe Æneas exhibuit: id verò omoe ſtudium & alacritas pro tuendis potiſſimum Diis penatihus fuit. Nihil antiquius habuit, quàm ut illos diligenter exquireret, ſeponeret, ſervaret, a populantibus patriam flammis aſſereret. Eoſdem porrò Deos ſic reveritus eſt, ut optimi probiſſimique parentis cuſtodiæ traderet, minus religinſum ratus, manibus hoſtico cruore deturpatis contrectare res ſacras. Lib. 2. Æneid.

Tu. genitor, cape ſacra manu, patrioſque
Penates:
Me bello e tanto digreſſum, & cæde recenti,
Attrectare nefas, donec me flumine vivo
Abluero.

Non impari prędituum religione, genitorem ipſum Poeta effinxit, cujus illa ſunt verba ibidem:

Dii patrii ſervate domum, ſervate nepotem;
Veſtrum hoc augurium; veſtroque in numine
Troja eſt.

Illa etiam egregia in Ænea religionis ſignificatio fuit, quod non prius a defendenda pro viribus patrla deſtiterit, quàm Deos ipſos armata viderit manu ſnbruentes paternum ſolum:

Neptunus muros, magnoque emota tridenti
Fundamenta quatit, totamque a ſedibus urbem
Eruit. Hic Juno Scæas ſæviſſima portas
Prima tenet, ſociumque furens a navibus agmen
Ferro accincta vocat.
Jam ſummas arces Tritonia (reſpice) Pallas
Inſedit, nimbo effulgens, & Gorgone ſæva.
Ipſe pater Danais animos vireſque ſecundas
Sufficit, ipſe Deos in Dardona ſuſcitat arma.
Eripe nate fugam, finemque impone labori.

Qnam in tuenda patria religionem exhibuit, retinuit poſtea in lnngis itinerum ambagibus, & circuitione maris atque terrarum. Idem novum in Italia molitus imperium, nihil prius, quam domeſticos patrinſque Deos, qnam maxime potuit hnnorificè illuc deducere ac ſtabilire ad cultum

Digitized by Google

tum potentiſſimæ gentis perpetuum cogitavit. Significavit id Poetarum maximus initio poematis:

Multa quoque & bello paſſus dum conderet urbem;
Inferretque Deos Latio.

Nullum autem dicendi finem fecero, ſi immolationes & ſacrificia, quibus frequentiſſimè perſunctus eſt, in medium proferam. Ubique ſatagentem illum offendis Deos Deaſque ſibi ſuiſque conciliare; ac infenſæ præcipuè Junonis placare odium & iram avertere, quemadmodum ab Heleno affine in præceptis habuerat ad Epirum.

6. Scio equidem omnes ferè Chriſtianos Principes bellorumque moderatores per omnem ætatem ſic fuiſſe inſtitutos, ut religionis ſervandæ efferendæque ſtudium in omnium adminiſtratione bellorum quam ampliſſimè enitere contenderint. Hinc non ſolum luſtrati prius, & criminum confeſſione expiati exercitus ad conſerendas manus educti; verùm etiam ſolemnes ante pugnam precationes indictæ, Imperata jejunia, omnique catholico ritu ſupremo Numini atque Cœlitibus reconciliati animi bellatorum. Scio pro adeptis victoriis, & arcibus expugnatis, perſolutos gratiarum hymnos; nec tam feſtis reboantium bombardarum exploſionibus, quàm ſacris feſtiviſque ſupplicationibus exceptos victores. Verùm quò luculentiora illi religionis ſuæ atque pietatis ubique exempla reliquerunt; eò magis demirari non ſemel contigit mihi non ita paucos Poetas Italicos & longe majori numero Fabulatores proſaicos, quos appellamus *Romanzieri*, qui arma cæteroqui amoribus, amores armis per audaciſſimos & incredibiles rerum eventus immiſcentes, omnes quidem exerunt vires, ut Duces ſuos etiam ſupra humanæ conditionis modum fortes efficiant & oſtentent; de eorum autem pio in res ſacras ſtudio tam frigide & ſupine agunt, ſi tamen uſpiam agunt, ut ad eum locum deficere æſtus omnis Poeticus, aut certe hebeſcere videatur. Propoſui ſuperius Æneæ pietatem viviſſimis a Virgilio expreſſam coloribus; nec quidquam præſtantem Ducem niſi peractis ſacrificiis aggredi auſum. A tam illuſtri exemplo quam procul abiere, qui errabundos Equites ſuos ne ſemel quidem rem divinam facientibus interfuiſſe commemorant? Nullum Æneas occœpit illuſtre facinus, quin ſe aquis luſtralibus & vivo flumine prius abluerit. Quotuſquiſque ex tam amplo tantoque fabuloſorum Equitum numero, ante conflictum, delictorum veniam a ſacro Numinis Miniſtro de genu exoraſſe legitur? Homerus religionis cauſam tam obnixe tuetur, ut non dubitaverit Troien decennali bello ab immiſſa in Græcorum exercitum peſte ob violatum deſpectumque Sacerdotem Chryſen initium facere. Cur Mileſiarum conſarcinatores pulcherrima ejuſmodi documenta tam parce figmentis ſuis interſerunt? Primi equidem ſubſellii Vates pie ac religioſè ſcripſiſſe plurima, non ſum ignarus; & eorum quidem pietatis teſtimonia mox ſubjiciam. Verum quædam apud nonnullos ejuſmodi ſunt, ut interdum non pudorem duntaxat eorum, verum etiam religionis expreſſiorem ſenſum deſiderem. Notum eſt Ducem Rolandum vulgo *Orlando* non ſolum omnium Chriſtianarum virtutum fuiſſe ſtudioſiſſimum, verùm etiam ſingulari præditum ſanctimonia, & cœleſtibus in Belgio auctum honoribus. Iſthæc ignorare profectò non potuit Ludovicus Areoſtus. Is vero, tametſi moratiſſimis ſententiis Poema ſuum admirabile ſæpe conſperſerit, cum tamen eximia probitate ſpectatiſſimum Ducem viliſſimis amoribus atterit, cum ea illum cauſa in probroſiſſimam inſaniam præcipitem agit; cum denudato corpore evellentem arbores, & cautes ejaculantem deridendum objicit agreſtium turbæ; cum ſuper ejus cerebro quæritando atque reſtituendo multis jocatur ſalibus & facetiis; cum poſtremò ab ejuſdem furiis & amentia Carmen inſcribit ſuum: hæc, inquam, cum ille comminiſcitur, non leviter mihi decori leges tranſilire, & debitæ Heroi ſancto reverentiæ deeſſe ſemper eſt viſus. Neque verò ego hic aut cenſorio ſtylo transfigam, aut ſeveriore ſupercilio deſpiciam inductos puellarum amores alios, quibus non Ferracutus duntaxat aliquis, Rodomontes, aut Ruggerius, a noſtris ſacris alieni Duces, verum etiam Rinaldus, aliique Chriſtiani bellatores humanitus irretiti captique ſunt. Verùm his, atque adeo longe gravioribus inquinamentis inſani furoris viri ſancti famam nomenque contaminatum ire, exempli, ut leviſſimè dicam, non ſatis probi figmentum exiſtimaverim. Nec verò quidquam rei emolliendæ proficit authoritas Virgilii, qui paria fecerit in fabula Didonis, quam cæteroqui conſtat fuiſſe pudiciſſimam: Petrarca:

E veggio od un laccinol Giunone e Dido,
Ch'amor pia del ſuo ſpoſo a morte ſpinſe,
Non quel d'Enea, com' e'l publico grido.

Enimverò præterquam quod Virgilius ipſe inducti degeneris exempli nota non caruit, ut non latius expendimus Carm. Tom. 3. Satyr. 12. palam eſt longè caſtigatiora depoſci expectarique a Poeta Chriſtianis moribus inſtituto, & in tanta veritatis luce verſante. Vide quæ de proba imitatione deteriorum ſcripſi in Tit. *Malandrini*. Quemadmodum verò hæc in vate ſummo laudare non poſſum, ſic prolixum multis in locis religionis ſtudium amplector & exoſculor. Vide can. 17. parænesim, quam habet ad Europæos Chriſtianos Principes, ut omni civili contentione depoſita, ad eripienda e Saracenorum atque Turcarum manibus florentiſſima Regna, noſtris olim imbuta ſacris, arma convertant. Sed & Torquatus Taſſus religioſè pietatis luculentiſſimum ſpecimen exhibet Cant. 15. ubi ante ſanguinolentum conflictum accuratam præmittit deſcriptionem ſupplicationis ſacræ ex Eccleſiæ Romanæ ritu: inducitque opem divinam, & Cœlitum auxilium, ſacrorum hominum cœtu præeunte, ſupremum belli ſacri moderatorem, cum univerſis copiis Crucesignatis expoſcere. Beneprecari libet piis ejuſdem Torquati Manibus pro adhortatione a Petro Eremicola ad Rinaldum deſertorem, & Armidæ amoribus perditum habita Cant. 18.

Quante devi ol gran Rè, ch'il Mondo regge.
Tratto egli t'ha doll'incantate ſoglie:
Ei te ſmarrito agnel fra le ſue gregge
Hor riconduce, e nel ſuo Ovile accoglie:
E per la voce del Buglion t'elegge
Secondo eſſecutor de le ſue voglie:
Mà non convienſi già ch'ancor profano
Ne i ſuoi gran miniſteri armi la mano.
Che ſei de la caligine del Mondo,

E

Digitized by Google

E della carne tù di modo aſperſo;
Che'l Nilo, ò il Gange, o l'Ocean profondo
Non ti potrebbe far candido, e terſo.
Sol la grazia del Ciel quant'hai d'immondo
Può render puro; al Ciel dunque converſo
Riverente perdon richiedi, e ſpiega
Le tue tacite colpe, e piangi, e prega.

Simile in Deum obſequium oſtenditur ab Aſtolpho apud Areoſtum Cant. 33., cum a Senapo Imperatore Æthiopiæ, tanquam Deus coleretur, quod illum a voracitate Harpyarum liberaſſet.

Riſpoſe Aſtolfo, nè l'Angel di Dio,
Nè ſon Meſſia novel, nè dal ciel vengo;
Ma ſon mortale, e peccator anch'io,
Di tanta grazia, a me conceſſa, indegno.
Io farò ogn'opra acciochè'l noſtro rio
Per morte, ò fuga io ti levi dal regno,
S'io il fò, me non, mà Dio ne loda ſolo,
Che per tuo ajuto quì mi drizzò 'l volo.
Fà queſti voti a Dio, debiti a lui,
A lui le Chieſe edifica e gli altari.

Equidem opto ex aoimo voveoque ut molliter etiam cooquieſcant cineres, ſempiterna verò ſelicitate exiliat animus Aloyſii Pulcii Poetæ Florentini nitidiſſimi feſtiviſſimique, verum qui Mileſiis narrationibus, & argutiſſimo Carmini ex Chriſtianæ diſciplioæ ſontibus hauſta ſalutaria monita oppnrtunè identidem inſerit, lectoreſque ſuos, & feſtiva recreat militarium ſacinorum commemoratiooe, & piis ſanctiſque animadverſionibus imbuit confirmatque. Neque verò a rebus divinis & ſacris fere paginis auſpicium duntaxat ſumit ſingulis caotibus, verum etiam ubique religioſos ſenſus immiſcet, & ad ſanctè vivendum lectorem extimulat. Ejuſmodi ſunt illa Cant. 1. de Orlando:

Orlando havea cortana ignuda in mano
Traſſe alla teſta, e cortana tagliava;
Per mezzo il teſchio partì del Pagano,
E Paſſamonte morto rovinava;
E nel cadere il ſuperbo villano
Divotamente Macon beſtemmiava:
Mà mentre che beſtemmia il crudo e acerbo,
Orlando ringraziava il Padre, e'l Verbo.
Dicendo, quanta gratia hoggi m'hai data,
Sempre ti ſono, o Signor mio, tenuto,
Per te conoſco la vita ſalvata,
Peròche dal Gigante ero abbattuto:
Ogni coſa a ragion fai miſurata,
Non val noſtro poter ſenza il tuo ajuto:
Priegoti ſopra me tenghi la mano,
Tanto che ancor ritorni a Carlomano.

Quantum verò religionis ſtudium & ardorem prodidit, cum Morgantem, gigaotem teterrimum & admirandarum virium, pio ſalutarique alloquio ab obliquo ſuperſtitionis tramite ad rectum Chriſtianæ fidei callem traduxit, & mox aqua luſtrali anteactæ vitæ deterſis ſordibos expiavit? Quemadmodum hos ego vates ſua laude noo defraudaverim; ſic aliis ſortaſſe pluribus vitio verterim vix unquam in ſuis Poematis & Cantionibus mentionem earum rerum ſactam, quibus ſe vates quidem, ſed fidei Chriſtiaoæ doctrina & legibus imbutos eſſe teſtarentur. Sed a diverticulo & parergo, quod religioni debui, in Circum redeo,& ad ipſam quidem religionem io rebus bellicis aſſereodam.

7. Efficaciſſimum ſemper apud omnes nationes militiæ vioculum oexuſque fuit ſacramentum, quod ante capeſſenda arma religiosè ab omoibus dicitur. Vide *Sacramentum*. Hinc commilitnnes alio vocabulo, eodemque aptiſſimo atque pulcherriino dicti ſunt Sacrati, & Conſecranei, ideſt eorundem ſacrorum participes. Cujus rei graviſſimum teſtimonium, & formulam ipſam expreſſam habemus apud Capitolinum in Gordianis: *Hæc ubi comperit Maximinus, ſtatim cohortatus eſt milites, hoc genere concionis: Sacrati commilitones, imò etiam mei Conſecranei, & quorum plerique verè militatis &c.* Sacratos illos vocat, ut eos ſacramenti militaria admoneat, cujus maxima eſſet religio, quodque potiſſimum, ut dixi, haberetur fidei & obedientiæ vinculum. Cooſecraneos etiam appellavit, iiſdem nempe ſacris ioitiatos, & imbutos. Ad eandem etiam religionem pertinebat, apud Ethnicos conſtaotiſſima obſervatio totius rei auguralis, atque prodigiorum. Nefas quippe reputabant in bella procedere, cum aut ſiniſtræ eſſent avium, pecudumque inſpectiones, aut territantia quædam prodigia & oſtenta nunciareotur. Hæc porrò ubi neglecta eſſent, multis acceptis cladibus temeritatem ſuam luere arbitrati ſunt minus religioſi Imperatores, qui velut obſtantibus & repugoantibus Diis, Martis aleam ſubire aut tentare oon reformidaverint. Vide *Augurium & Prodigium*. Illud etiam fuit ſemper ſummo cautum cuſtoditumque diligentiæ ſtudio, ut victores exercitus in direptionibus urbium, & diſtributione prædæ a rebus ſacris, & præcipue a templis, atque ad illa confugientibus, abſtinerent manus. Vide *Templum*: & adde ex Boccaccio Theſeid. l. 2.

E poiche vedute hebbe egli le coſe
Magnifiche, e ciaſcun quelle guardante,
Fuor ſe n'uſcio, & a le ſue voglioſe
Genti di rubar quelle, una abondante
Licentia diè: vero è che loro impoſe,
Che tutte ſalve ſian le coſe ſante
De li Thebani Dii.

Conſtat autem ab antiquiſſimis Herculis Theſeique temporibus uſque aden templa & aras bellatores vel cruentiſſimi ingenii ſuiſſe reveritos ut vel eas ſpoliare, vel illuc confugientes invadere piaculare flagitium duxerint. Hinc conſtituta legitur ara Miſericordiæ, ut tutum ibi aſylum haberent Herculis poſteri a potentiſſimis hoſtibus, quos pater oppreſſerat. Ejus aræ, ſed ſuppreſſo Herculis nomine meminit Pauſanias io Atticis. Refertnr etiam a Statio lib. 12.

Fama eſt, defenſos acie poſt buſtu paterni
Numinis Herculeos ſedem fundaſſe nepotes.

Ubi pulcherrimam adjicit aræ illius deſcriptionem. Eandem poſtremo tetigit Claudianus de bello Gild.

flentibus aram
Et proprium miſeris Numen ſtatuiſtis Athenæ.

Plutarchus etiam in Theſeo author eſt, Athenienſes de bello Medorum conſultantes reſponſum retuliſſe ab Apolline, ut oſſa Theſei, qui procul diem ultimum ohjiſſet, in urbem reportarent; id verò ab Atheuienſibus religiosè præſtitum, aramque eodem Miſericordiæ titulo inibi extructam, ut omnis generis mortales ibidem recepti a vi & injuriis adverſariorum eſſent incolnmes; Theſeus verò, qui popularibus ſuis præſidio vivus

fuiſ-

Digitized by Google

fuiſſet, etiam iiſdem opitularetur extioctus. De Miſericordiæ ara ita Statius.

Huc victi bellis, patriaque e ſede fugati
Regnorumque inopes, ſcelerumque errore nocentes
Conveniunt, pacēque rogant: mox hoſpita ſedes
Vicit, & Oedipodæ furias, & funus Olynthi
Texit, & a miſero matrem ſummovit Oreſte.

8. Quaoti autem æſtimatum ſemper fuerit, eam tirones Chriſtianos opinionem penitus imbibere animis, ut religiooi duntaxat ars ſerviat militaris, operæ pretium fuerit unico ſaltem exemplo Gulielmi Comitis Hollandiæ militari cingulo donati, & ſacramentum dicentis, rem ſummi momeoti, oculis ſubjicere. Id autem ſic refertur ex magno Chrooico, quod vocatur Belgicum pag. 244. Ex quibus verbis obſerva diligenter, Lector, ſanctitatem rituum & ceremoniarum, in dicendo ſacramento militari & ciogulo a ſacris miniſtris accipieodo: *Verum quia plerique milites moderni temporis, patrimoniis intendentes, omiſſis ſumptuoſis ſolennitatibus, ſaltim per infractum eolaphum militarem conſequuntur dignitatem, ideoque multi regulam ejuſdem ordinis ignorantes, debite militare neſciunt, ideoque viſum eſt nobis in præſenti Chronologia paulò fuſiùs adnotare, quemadmodum hic Gulielmus, ſecundum Chriſtianam inſtitutionem, miles effectus, & Regulam militaris ordinis cum ſumma feſtivitate profeſſus ſit, ut ex eo diſcant moderni milites, cujuſmodi jugum in ordine ſuo ſuſceperint, aut certe quale votum in profeſſione ſuæ Regulæ emiſerint. Itaque præparatis in Eccleſia Colonienſi omnibus, poſt Evangelium ſolennis Miſſæ, prædictus Gulielmus Armiger coram Cardinale productus eſt per Regem Bohemiæ, dicentem in hunc modum: Veſtræ Reverentiæ, Pater Almiſiue, præſentamus hunc Electum Armigerum, devotiſſimè ſupplicantes, ut veſtra paternitas votivam ejus profeſſionem ſuſcipiat, quo militari noſtro collegio dignè adſcribi poſſit. Dominus autem Cardinalis in Pontificalibus exiſtens ornamentis, eidem armigero dixit ſecundum etymologiam ejuſdem nominis, quod eſt miles: Oportet, ait, unumquenque militare volentem eſſe magnanimum, largiſiuum, ingenuum, egregium, & ſtrenuum. Magnanimum quidem in adverſitate, ingenuum in conſanguinitate: largiſiuum in boneſtate, egregium in curialitate, ſtrenuum in virili probitate. Sed antequam votum tuæ profeſſionis facias, eum matura deliberatione jugum Regulæ prius audias. Itaque eſt Regula Militaris Ordinis, inprimis cum devota recordatione Dominicæ Paſſionis Miſſam quotidie audire, pro Fide Catholica corpus audacter exponere, Sanctam Eccleſiam cum miniſtris ejus, a quibuſque graſſatoribus liberare: Viduas, Pupillos, & Orphanos in eorum neceſſitate protegere, injuſta bella vitare, iniqua ſtipendia renuere, pro liberatione cujuſlibet innocentis duellum inire, Tirocinia nonniſi militaris exercitii cauſa frequentare, Imperatori Romanorum, ſeu ejus Patricio reverenter in temporalibus obedire, Rempublicam illibatam in vigore ſuo permittere, bona feudalia Regni, vel Imperii nequaquam alienare, ac irreprehenſibiliter apud Deum & homines in hoc mundo vivere. Hæc ſtatuta militaris Regulæ ſi devotè cuſtodieris, & pro virili diligenter adimpleveris, ſcias temporalem te honorem in terris, & poſt hanc vitam requiem ęternam in Cælis mereri. Quibus expletis Dominus Cardinalis conjunctas manas ejuſdem tironis clauſit in Miſſali, ſupra lectum Evangelium ita dicens: Vis ergo militarem ordinem in Nomine Domini devotè ſuſcipere, & Regulam tibi verbo tenus explicatam, quantum potes perficere? cui reſpondit Armiger: Volo. Et tum Dominus Cardinalis ſubſeqaentem profeſſionem Armigero dedit, quam idem Armiger palam in hunc modum legit: Ego Gulielmus Comes Hollandiæ, Militiæ Princeps, ſacrique Imperii vaſallus liber, jurando profiteor militaris Regulæ obſervantiam in præſentia Domini mei Petri ad Velum aureum Diaconi Cardinalis, & Apoſtolicæ Sedis legati, per hoc ſacroſanctum Evangelium, quod manu tango. Cui Cardinalis: Hęc devota profeſſio peccatorum tuorum ſit vera remiſſio, Amen. Iſtis itaque dictis Rex Bohemiæ ictum impegit in collum tironis, ita dicens: Ad honorem Dei Omnipotentis te militem ordino, & in noſtrum Collegium gratanter accipio. Sed memento quoniam Salvator Mundi coram Pontifice Anna pro te colaphizatus, & illuſus coram Pilato Præſide, & flagellis cæſus, ac ſpinis coronatus, coram Herode Rege chlamyde veſtitus & deriſus, & coram omni populo nudus & vulneratus, in cruce ſuſpenſus eſt, cujus opprobria meminiſſe te ſuadeo, cujus crucem acceptare te conſulo, cujus etiam mortem ulciſci te moneo. Quibus ita ſolenniter adimpletis, novus tiro, poſt dictam Miſſam cum ſtridentibus buccinis, perſtrepentibus tympanis, & tinnientibus cymbalis, contra filium Regis Bohemiæ tribus vicibus concurrit in haſtiludio, & exinde cum gladiis enitentibus dimicationis tirocinium fecit: celebravitque magnificis expenſis triduanam Curiam, ac donis largiſſiis cunctis Magnatibus ſuam manifeſtavit honorificentiam.*

9. Pars religioois apud bellatores ſuperiorum temporum fuit, hæredibus teſtamento mandare, ut cum humando corpore, equi, quibuſcum militaſſent, ſellis cæteroque militari oroatu inſtructi, offerrentur Eccleſiis, apud quas eorum cadavera conderentur. Multa hujus pietatis teſtimonia collegit Villelmus Dugdalus in antiquitatibus Varvicenſis Provinciæ. Teſtameotum Villelmi de Beauchamp. *Et corpus meum terræ ſepeliendum in Eccleſia Fratrum Minorum Vigornię, & coram corpore meo unum equum ferro coopertum, ut decet, cum ſtramentis militaribus.* Aliud Hugoois de Pleſſetis: *Et corpus meum ad ſepeliendum in Eccleſia conventuali de Muſſenden, juxtà monumentum patris mei ibidem quondam defuncti, & cum corpore meo palefridum meum album cum armatura, qua decet.* Item aliud Teſtamentum Comitis Varvici: *Lego etiam duos magnos equos coram corpore meo, arma mea, ſecundum quod decet, portantes, ut prædicto loco, ubi corpus meum ſepelietur, remaneant.* Invenio etiam religioni ſibi interdum duxiſſe pios ordinum Moderatores, inire prœlium die Dominico. Matthæus Pariſ. *Decreverunt communiter campeſtre prœlium cum hoſte. Sed quia dies Dominica erat, viſum eſt ſapientioribus de exercitu, & maxime Reginaldo, quondam Comiti Boloniæ, inhoneſtum eſſe in tanta ſolennitate bellum committere, & tantum diem homicidio & effuſione ſanguinis humani violare. Placuit con-*

Digitized by Google

ſilium Imperatori Romano, qui conſtanter affirmavit talis diei conſiictu ſe nunquam lætum reportare triumphum. De luſtranda claſſe, aliiſque piis ritibus in bello navali vide Tit. *Navigatio*.

Relioiosi dies. Vide *Præliares dies*.

Reluctor. Repugno, obnitor. Ovid. 3. Amor 4.

Vidi ega nuper equum contra ſua frena tenacem
Ore reluctanti fulminis ire modo.

Dictum etiam reperio

Rslucto, as. Apul. 4. Aſin. *Non tamen ſui - oblitus jam faucibus ipſis biantis Cerberi reluctabat.* Et lib. 7. *Inter quos pectus & venter cruſtata craſſitie reluctabant.*

Reluctatio oois. Repugnatio, ſive reſiſtendi actus, juxtà normam a nobis traditam, ubi egimus de repugnatoriis. Apul. de Mundo: *Exhalatio - quæ terrenis reluctationibus ſurgit.*

Remansores. Minimum diſtare videntur ab Emaoſoribus. Milites ſunt in ſuo munere negligeotes, vel ſegnes, Pandect. l. 49. tit. 16, de re milit. Arrius Meoander. *Edicta Germanici Cæſaris militem deſertorem faciebant; qui diu abſuiſſet, ut inter Remanſores haberetur. Si miles Remanſor, aut negligens ſuorum, aut ſegnis, aut extra contubernium agens, non credatur ei.*

Rspuonatoaia ars. Docet fruſtraneos reddere obſidentium cooatus, aggreſſiones & aſſultus, & opera oppugoatoria contrariis machinatiooibus eludere. Præcipuum locum habet in re obſidionali. Quibus verò machinis ad repugoandum utatur, explicavimus per partes propriis in locis. Hanc facultatem Græcorum appellatione dicimus Aotipoliorceticen.

Repugno, as, Cic. de Amicitia: *Cum autem omnium rerum ſimulatio eſt vitioſa, tollit enim judicium veri idque adulterat, tum amicitiæ repugnat maximè.* Propriè eſt contrà vel ex adverſa parte pugno: ut enim a pello, fit repello, ſic a pugno, repugoo. Cæterum & verbum repugno, & derivata inde nomioa, licet procul dubio ſint bellicæ origiois, minimum tameo in rerum bellicarum tractatiooibus uſurpatas reperias apud veteres Scriptores; frequentiſſimè verò pro diſſenſiooe, reſiſtentia, vel contumacia io aliis materiis. Ex earum nimirum oumero ſunt hæ voces, quæ a primitivo foote ſemel digreſſæ, alienà ſolùm & tralatitia gaodent uſurpatione. Inveoio tamen apud Vitruvium lib. 10. cap. ult. ubi loquitur de remediis & adjumentis adversùs machinas militares adhibitum adjectivum *repugnatorius, a, um*, in propria hujus vocis ſigoificatiooe: *Ita in repugnatoriis rebus, non tantum machinæ, ſed etiam maximè conſilia ſunt comparanda.* Addo Ovidium 4. Triſt. 6. cui propior ad rem militarem eſt acceptio hujus verbi:

Et domitus fræno ſæpe repugnat equus.

Idem 2. de Art.

Cede repugnanti.

Eruditiſſimus Lipſius in libris de militia Romana & Poliorceticis, hoc verbum cum ſuis derivatis ad primum bellicæ ſignificationis fontem non ſemel reſtituit; iotegrumque librum 5. Poliorceticorum a repugnatione appellavit, nimirum a modo reſiſtendi, fruſtrandique machioas militares.

Rspugnantia, æ. Cic. Philipp. *Sed qui tantarum repugnantiam rerum non videas, nihil profectò ſapis.* Propriè eſt actus contra pugnaodi, ſeu reſiſtendi. Vide *Repugno*.

Rspugnatoaius, a, um. Vide *Repugna*.

Repugnantea. Cic. de Seoect. *Alterum patienter accipere, non repugnanter.* Ubi ſumitur pro *iniquo animo*. Vide *Repugno*.

Repugnatio, onis. Repugnandi actus. Apul. de Dogm. Platon. *Aut ubi iſtæ repugnationes nocivæ erunt, infelicitas dicitur.*

Repulsoriæ cohortes. Occurrunt apud Ammiao. lib. 24. *A cohortibus noſtris repulſoriis paucorum exitio habitus, fruſtra diſceſſit.* Non exiſtimaverim fuiſſe peculiare aliqnod militiæ genus, ſed ſic nuncupatos milites ab opportunitate rei tum gerendæ.

Rspulsorium, ii. A repellendo. Munitus locus. Hegeſippus de Excidio Hieroſol. lib. 3. cap. 5. *Perſarum quondam caput, nunc repulſorium.*

Res ad tsiaaios reoiit. Vox aotiqua militaris, cum indicamus ad extrema remedia conatuſque ultimos ſummo ioſtante periculo eſſe confugieodum. Natum eſt adagium a forma veteri Romani exercitus componendi, ut refertur a Livio Dec. 1. lib. 8. & Vegetio de re militari lib. 2. qui ſcribit, poſt omoes acies collocari ſolitos fuiſſe Triarios, qui omni armorum genere ioſtructi eſſent, prœliumque redintegrarent, firmiſſimiſque viribus repararent acies inclioatas.

Resectiones. Columell. 1. c. 6. *Vinea novella, quæ ex reſectione enata fuerit.* Audiunt hoc nomine partes munitionum a propugoatoribus abſciſſæ, ubi primum iis tutò inſiſtere hoſtes incipiuot. Sic enim minus valida redduotur occupata; præſidiariis vim omnem defeoſionis refereotibus iu ioteriora muoita loca, ibique fortiter obſiſteotibus, & rediotegrantibus pugnam. Ita ſæpe victores, harum reſectionum beneficio, fruſtrati repulſique ſunt; dumque obſidio protrahitur, a ſuperveotu auxiliorum, aliiſque diuturnioris moræ commodis non unum fructum obſeſſi capiunt. Hujus artis repugnatoriæ & bellici remedii mentionem habemus apud Veget. lib. 4. cap. 23. *Quodſi tanta vis fuerit, ut murus arietibus perforetur & decidat, una ſalutis ſpes ſupereſt, ut deſtructis domibus alius intrinſecùs murus addatur, hoſteſque inter binos parietes, ſi penetrare tentaverint, perimantur.* Attexe illud ex Arriano lib. 1. *Occuparunt enim, pro muro exteriore dejecto, introrſus latericium ſtruere lunatâ formâ.* Ubi obſerva obiter mentionem luoatarum muoitionum, quarum hodie receptiſſimus eſt uſus adversùs tormeota demolitoria. Appianus etiam, ubi loquitur de Sulla Athenas obſidente, narrat, Archelaum dejectis muris civitatis, lunatos alios introrsùm ædificaſſe. Hos cum Sulla ſtatim eſſet aggreſſus, dejectuque faciles crederet, utpote molles & oovellos, contra tamen res recidit, quàm ille ratus erat. Nam ioter lunatos illos ioteriores flexus, ita ſtrenuè ab Athenienſibus omni miſſilium genere Romani excepti fuere, ut ab oppugnatione decedere cogereotur. Eum aſtum militarem diutius detineodi hoſtem, ducto intrinſecùs muro ab oppidanis, excluſaque omoi parte minus tutæ defenſioois, & hoſtibus relictà, apud Veteres etiam viguiſſe docet Livius lib. 30. Refert autem ibi Saguntinos capta prope civitate, de extremo hoc remedio cogitaſſe. Sic autem ſcribit; *Et Saguntini murum interiorem ab nondum capta urbis parte ducunt, utrinque ſumma vi & muniunt & pugnant. Sed interiora*

tuen-

Digitized by Google

tuendo minorem in dies urbem Saguntini faciant. Simile habes exemplum apud Polybium lib. 1., ubi agitur de Lilibæo, Siciliæ oppido a Romanis obſeſſo: *Inter hæc Imilcon, qui ea tempeſtate urbi præerat, obſidionem Romanorum magnitudine animi & conſilio ſuſtinebat. Ubicunque Romani mœnia arietibus conquaſſabant, nova ipſe mœnia intra urbem ſufficiebat.* Sic etiam ſe communiviſſe Tyrios legimus apud Curtium lib. 4. *Poſtera die claſſe ad mœnia admota, undique tormentis & maxime arietum pulſu muros quatit, quos Tyrii raptim obſtructis ſaxis refecerunt; interiorem quoque murum, ut ſi prior fefelliſſet, illo ſe tuerentur, undique orſi.* Id verò antiquiſſimi inventi extitiſſe docemur ex Thucyd. lib. 2. ubi expreſſa mentio muri eſt interioris in Platea obſeſſa a Peloponneſiacis: *Ab utroque ejus latere, qua muro humiliori committebatur, intra urbem lunari ſpecie murum ducunt, ut ſi magnus caperetur, hic hoſtes intercluderet.* Poſtremò ejus rei documentum antiquiſſimum profero ex bello Amazonum adversùs Theſeum apud Boccaccium Theſeid. l. 1.

Quando la donna del cavare inteſe,
Molto dubbiò, e di mura novelle
Un cerchio ſtretto dentro più compreſe,
Il qual fer toſto e donne, e damigelle.

Id genus temporarii munimenti dicimus etiam Reſciſſiones, & Receptus. Vide *Receptus*. Italis *Tagliate*, *Ritirate*.

Retentio. onis. Copiæ ab aliquo Principe coactæ, & ab eodem retentæ, ſive certus militum numerus ex pacto conſcriptus, & detentus ad uſum belli. Id ferè eſt, quod voce populari dicimus *Quota*, *Contingente*. Henricus de Knyghton: *Comes Derbiæ habuit de Retentione ſua octingentos armatorum &c.*

Retentura. Pro certa caſtrorum parte. Vide *Prætentura* pro militum genere.

Retia. Inſtrumentum notæ ſignificationis. Unum fuit apud Veteres ex remediis ad reſiſtendum adversùs ſcalas, & ſimiles ſcanſorias machinas. Legimus apud Diodorum Macedonas ſcalis aſſilientes retibus piſcatoriis a Tyriis apprehenſos & in terram fuiſſe detruſos. Vide omninò Titulum *Laqueus*, ubi in ſimili inſtrumento non pauca proferimus. Memini me apud Jornandem in Hiſt. Got. legere, Scrittofiniæ populos in acie, & conflictu hoſtiles equites jactis retibus involvere tanto impetu conſueviſſe, ut eoſdem ad terram cum ipſis equis dejicerent. De Retiario in gladiatura dicam infra. Interim ſuper adhibitis in conflictu retibus exempla quædam, ut a lectionis faſtidio te allevem, ſubjicio ex Poetis Italicis. Facetum eſt quod comminiſcitur Bojardus Orland. Innam. l. 1. Cant. 5. & 6. de rete ſic per terram extenſo a Zambardo Gigante, ut eodem, percuſſu pedis excuſſo, æmulos quoſquo prœliatores confeſtim & facile implicaret,

Ma quel, ch'è peggio, una rete hà diſteſa:
Perche quando alcun l'habbia contraſtato,
Et habbia ardire e forza a meraviglia,
Con la rete di ferro al fin lo piglia.
E queſta rete non ſi può vedere,
Perche coperta è tutta nell'arena:
E co i piedi la ſcocca a ſuo piacere,
E'l cavalier con quella al fiume mena.
Rimedio non ſi puote a queſto havere
Qualunque è preſo è morto con gran pena.

Et non ita multò poſt, ubi cum Orlando dimicantem Zambardum inducit:

Venne il Gigante in faccia tutto bianco,
E vede ben ch'è morto veramente:
Forte la terra batte col piè ſtanco,
E la rete ſi ſcocca incontinente:
E con tanto furore aggrappa Orlando,
Cha nel pigliar, di man gli traſſe'l brando.
Le braccia al buſto gli ſtringe con pena,
Che già non ſi poteva dimenare:
Tanto hà groſſa la rete ogni catena,
Ch'ad ambe man non ſi potria pigliare.
O Dio del Ciel, o Vergine ſerena
Diceva'l Conte, voglimi ajutare.

Areoſtus etiam mira jucunditate Lectorem illaqueat enarratione retis occulti, in quod ipſe ſe induit Caligorantes, qui adverſus Aſtolphum illud paraverat. Legitur id figmentum Cant. 15.

Piacer frà tanta crudeltà ſi prende
D'una rete, ch'egli hà molto ben fatta.
Poco lontano al tetto ſuo la tende,
E nella trita polve in modo appiatta,
Che chi prima nol sà, non la comprende,
Tanto è ſottil, tanto egli ben l'adatta:
E con tai gridi i peregrin minaccia,
Che ſpaventati dentro ve li caccia.
E con gran riſa avvilluppati in quella
Se gli ſtraſcina ſotto il ſuo coperto:
Ne Cavalier riguarda, ne donzella,
O ſia di grande, ò ſia di picciol merto:
E mangiata la carne, e le cervella
Succhiate e'l ſangue, dà l'oſſa al deſerto:
E dell'humane pelli intorno intorno
Fà il ſuo palazzo orribilmente adorno.

Et infra:

Staſſi Caligorante in sù la porta
(Che così hà nome il diſpietato moſtro)
Ch'orna la ſua magion di gente morta,
Come alcun ſuol di panni d'oro, ò d'oſtro.
Coſtui per gaudio appena ſi comporta,
Come'l Duca lontan ſe gl'è dimoſtro:
Ch'eran duo meſi, e'l terzo ne venia,
Che non fù Cavalier per quella via.
Ver la palude, ch'era ſcura e folta
Di verdi canne in gran fretta ne viene,
Che diſegnato havea correre in volta,
E uſcire al Paladin dietro alle ſchiene:
Che nella rete, che tenea ſepolta
Sotto la polve, di cacciarlo hà ſpene;
Come havea fatto agl'altri peregrini
Che quivi tratto havean lor rei deſtini.
Come venire il Paladin lo vede,
Ferma il deſtrier non ſenza gran ſoſpetto,
Che non vada in quei lacci a dar del piede,
Di che il buon Vecchiarel havea predetto:
Quivi il ſoccorſo del ſuo corno diede,
E quel ſonando fà l'uſato effetto:
Nel cor fere il Gigante, che l'aſcolta,
Di tal timor, ch'addietro i paſſi volta.
Aſtolfo ſuona, e tutta volta bada;
Che gli par ſempre che la rete ſcocchi.
Fugge il fellon; ne vede ove ſi vada;
Che come il core, havea perduti gl'occhi:
Tanta è la tema, che non sà far ſtrada,
Che ne ſuoi proprii agguati non trabocchi:
Và nella rete, e quella ſi differra;
Tutto l'annoda, e lo diſtende in terra.

Paucis verò interpoſitis verſiculis de origine, & architecto ejuſdem retis, ita loquitur:

 Ha-

Digitized by Google

Havea la rete già fatta Vulcano
Di ſottil fil d'acciar, mà con tal'arte,
Che ſaria ſtata ogni fatica in vano
Per iſmagliarne la più debil parte.
Et era quella, che già piede e mano
Havea legato a Venere, & a Marte:
La fè il geloſo, e non ad altro effetto,
Che per pigliarli inſieme ambi nel letto,
Mercurio al fabro poi la rete invola;
Che Cloride pigliar con eſſa vuole,
Cloride bella, che per l'aria vola
Dietro all'aurora all'apparir del Sole;
E dal raccolto lembo della ſtola
Gigli ſpargendo và roſe, e viole.
Mercurio tanto queſta Ninfa atteſe,
Che con la rete in aria un dì la preſe.
Dove entra in mare il gran fiume Ethiopo,
Par che la Deo preſa volando foſſe.
Poi nel tempio d'Anodide a Canopo
La rete molti ſecoli ſerboſſe,
Coligorante tre mila anni dopo
Di là, dove era ſacra, lo rimoſſe,
Se ne portò la rete il ladron'empio,
Et arſe la cittade, e rubò'l tempio.

Polyænus l. 1. ſtrateg. tradit morem retibus depugnandi monſtratum fuiſſe a Pittaco, qui unus fuit ex ſeptem Græciæ Sapientibus. Idem teſtatur Strabo lib. 13. per hæc verba, *Pittacus Mitylenæus adverſus Phrynonem Imperatorem prælio conſerto maximam cladem accepit. Poſtea Phrynone illum ad ſingulare certamen provocante concurrit; ſumptiſque piſcatoriis inſtrumentis funda convolvit, & fuſcina gladioque confodit.* Sed enucleatius Diogenes Laertius in Vita Pittaci. *Et cum de agri Achillitidis poſſeſſione inter Athenienſes & Mitylenæos armis decerneretur, Imperator ipſe exercitus cum Phrynone Athenienſium Duce, qui & Pancratiaſtes & Olympionices fuerat, ſingulari certamine pugnare inſtituit. Rete igitur clypeo tegens Phrynonem eo, dum non cavet, involvit; ipſoque perempto agrum ſervavit.* Et hæc quidem de rete pro armorum genere in vera ſeriaque militia ſatis ſuperque ſint dicta. Neque enim tibi obſcurum eſt in re gladiatoria præcipuum obtinuiſſe locum Retiarios. Horum autem arma erant rete, quo adverſarii caput involverent, & fuſcina vel tridens, quo eundem irretitum perimerent. Eorum adverſarii Mirmillones erant, qui piſciculi effigiem geſtabant in galea; hinc acclamatio ad Retiarium contra Mirmillonem depugnantem: *Non te peto, piſcem peto: quid me fugis, Galle?* Legitur etiam apud Martialem in præfat. ad lib. 2. Epigramm. vetus, ut videtur, adagium; *Contra Retiarium ferula.* Dici autem proverbium in eos ſolitum, qui minimo infirmoque præſidio contra egregiè munitos certamen depoſcunt, cujuſmodi eſſet, qui ferula vel bacillo armatus laceſſeret Retiarium, fuſcina & retis jactu meritò reformidandum.

Retiarii. Vide *Retia*.

Reticulatum opus. Vitruv. lib. 2. cap. 8. *Ex his venuſtius eſt reticulatum; ſed ad faciendas rimas ideo paratum, quòd in omnes partes diſſoluta habeat cubilia, & coagmenta. Incerta verò cæmenta, alia ſuper alia ſedentia, interſeque imbricata, non ſpecioſam, ſed firmiorem, quàm reticulato præſtant ſtructuram.* In ædificiis non urbanis ſolum, verum etiam bellicis, ac præſertim in turribus muriſque adhibebatur frequentiſſimè hoc ſtructuræ genus. Duplex enim in re ædificatoria conſtruendorum murorum genus erat apud Antiquos, ut ex allato Vitruvii loco, & aliis Scriptoribus diſcimus. Primum incertum dicebant, quo lapides cæſi, laterculi, & cæmenta in planum ſternebantur, inſidebantque probè firmata & impacta nexu alternę coagmentationis. Alterum erat reticulatum, quo videlicet lapides cæſi, & lateres cæteroqui quadrati ita diſponebantur, ut in latus ſtarent, ſeſeque exporrectis utrinque angulis fere contingerent, formarentque figuram quaſi expanſi retis. De hoc opere ita ſcribit Philander in Vitruv. *Reticulatum opus, quo nunc omnes utuntur. Reticulatum opus dicitur, cum cæmenta non jacentia, ſed in latus ſtantia ponantur, ea enim ſtructura rete videtur referre. Quanquam multò melius, ſi cæſis fiat lapidibus, ac non potius rudibus & vulgaribus, aut coctilibus laterculis quadratis, ſed in angulum ſtantibus, cujuſmodi Romæ videntur in multis ruinis ex topho, parte tantum, quæ extaret ſpecioſa & quadratâ, quę autem in interiorem ſtructuram inderetur, temere & vulgoriter ductâ.* Poſtremum hoc a Philandro dictum omnes ferè confirmant effoſſiones veterum molitionum. Ad extimam nempe partem duntaxat contegendam & ſolidandam comparati paſſim inveniuntur lapides reticulatim diſpoſiti. Nam interiora ædificiorum rudi cæmento compacta viſuntur. Quod autem ſcribit Vitruvius, opus reticulatum Incerto venuſtius quidem eſſe, minimè verò firmius; id ſcilicet multis improbat Vitalis Lex. Mathem. pręcipue verò quoniam vetuſtiſſimæ moles, quæ maximam partem extantes hodieque noſcuntur, tam validè connexæ ſunt, ſuiſque angulis tenaciſſimè coagmentatę, ut ea firmitas & ſoliditas multum præſtet Incertis. Addit immenſum habere robur vim cunei, quod eſt hujuſce ſtructurę proprium: quam ob cauſam admodum difficilè fatiſcunt aut diſſolvuntur reticulata ædificia. Contra verò exiſtimat Baldus, qui ſtructuram cuneatam, quòd ſe a lateribus protrudat, minus ſtabilem opinatur: ſolidiſſimam verò quæ ad normam, libellam, & perpendiculum exigitur. Certum eſt a recenti militia antiquatum fere & abolitum eſſe omne opus reticulatum. Muri arcium omniumque fere munitionum e coctis lateribus Incertâ ſtructurâ coagmentatis attolli hodie ſolent. Equidem opus lateritium, utpote mollius laxiuſque, tormenta excipit longe minori cum ſtrage, ac facerent conſtructæ moles ex vivo lapide, vel etiam topho duriore: quæ nimirum facilè diſſiliunt ad impetum bombardarum, nec ſatis firmiter arces cuſtodiunt.

Retinacula, orum. Quo aliquid retinetur & inhibetur. Pro funibus, quibus naves alligantur continenti Virgilius accepit lib. 4. Æneid.

vaginaque eripit enſem
Fulmineum, ſtrictoque ferit retinacula ferro.

Idem lib. 1. Georg. pro equorum habenis:

Ut cum carceribus ſeſe effudere quadrigæ,
Addunt ſe in ſpatia, & fruſtra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neq; audit currus habenas.

In architectura verò & mechanica tum civili, tum militari, notant in artefactis, quod aliquid quomodolibet continet & obſtringit. Præcipuè verò

verò ſignificant trabes illas arrectarias, quibus ſtructuræ vel machinæ partes in unum colligantur, Vitruv. lib. 10. cap. 3. *Antarii funes ante laxi collocentur: retinacula ſupra ſcapulas machinæ longè diſponantur: & ſi non erit ubi religentur, pali reſupinati defodiantur.*

Retrobannus. Idem ac Herebannus. *Arrierban*, publica admonitio, ſive indictio conflandi exercitus. Feuda Normanniæ: *Qui remanent ad cuſtodiendum civitatem, donec Retrobannus ſubmoneatur.* Vide *Herebannus*.

Retrogarda. Poſtrema acies in exercitu. Occurrit apud Thomam Valſingamum: *Mos erat in exercitu, quod unus de magnis Baronibus faciebat quotidie Antegardam, & alius Retrogardam.* Italis *Retroguardia*.

Retutela. Pro ducatu extremæ aciei. Vide *Protutela*.

Revocati, orum. Vide *Evocati*.

Rhamnusia, æ, vel

Rhamnusis, dis. Vide *Fortuna Dea*.

Rheda, æ. Vehiculi genus leve & expeditum; idem quadrirotum, & conficiendis itineribus magnopere aptum. Inter vehicula militaria ut recenſeatur monet Cæſar lib. 1. Bell. Gallic. *Omnemque aciem ſuam rhedis & carris circumdederunt.* Item Cic. ad Attic. lib. 5. *Hanc epiſtolam dictavi ſedens in rheda, cum in caſtra proficiſcerer, a quibus aberam bidui*. Idem pro Milon. *Obviam fit ei Clodius expeditus in equo, nullâ rhedâ, nullis impedimentis.* Vocem eſſe Gallicæ originis ſuadet Quintil. lib. 1. cap. 5. *Plurima Gallica valuerunt, ut rheda, & petoritum.*

Rhedarius, ii. Agitator rectorque rhedæ. Cic. pro Milon. *ſtatim complures cum telis in hunc faciunt de loco ſuperiore impetum; adverſi Rhedarium occidunt.*

Rhedarius, a, um. Quod pertinet ad rhedam, ut mulus vel equus Rhedarius. Varro 3. de re Ruſtic. cap. 17. *Ex equili educeres rhedarios, ut tibi haberes, mulos.*

Rheginis timidior. Proverbiali ſermone dicitur de ignavis. A Rheginenſibus, quos animi pavidos, rebuſque bellicis minus idoneos taxat Xenarchus apud Zenodotum.

Rhesus, Rex Thraciæ. Trojæ ſuppetias tulit cum equis velociſſimis, qui abducti fuerunt ab Ulyſſe, vel Diomede priuſquam Xanthi aquam bibiſſent; in quo ſalus vel excidium ejus urbis vertebatur. Virgil. Æneid. 1.

Nec procul hinc Rheſi niveis tentoria velis
Agnoſcit lacrimans; primo quæ prodita ſomno
Tydides multa vaſtabat cæde cruentus:
Ardenteſque avertit equos in caſtra, priuſquam
Pabula guſtaſſent Trojæ, Xanthumque bibiſſent.

Rhoebus. Nomen equi Mezentii, de quo ſic Virgil. lib. 10.

Rhœbe diu, res ſiqua diu mortalibus ulla eſt,
Viximus.

Rhombus. Definitur a Geometris; *Figura, quæ æquilatera, ſed rectangula non eſt.* Ad hujus ſimilitudinem dicitur in re militari genus quoddam aciei diſponendæ, cujus inventores fuerunt Theſſali, ut docet Ælianus, qui prolixè eam deſcriptionem proſequitur his verbis: *Aciebus in Rhombi ſimilitudinem formatis Theſſalos primos uſos comperimus, qui plurimùm equitatu valuerunt, Iaſone, ut ferunt, authore generis hujus aciei, utpote ad omnes uſus accommodatioris. Equites enim conſtituti in hac forma, vertere ſe in quemvis proſpectum poſſunt, minimèque vel a tergo vel a latere capientur, quippe cum præſtantiores Rhombi latera teneant, & principes angulos regant. Stat enim in priore angulo turmæ ipſius præfectus; in dextro autem & ſiniſtro, qui cuſtodes vocantur lateris, ſtatuuntur. In reliquo verò angulo ducem ſeu ductorem tergi locari ſolitum eſt.* Nota ex his verbis peculiarem eam eſſe diſpoſitionem copiarum equeſtrium. Minimum diſtat a figura turbinis, ac proinde nonnihil habet cunei. Huic oppoſita eſt collocatio Forficis, qua Rhombus ſic intercipitur, ut non poſſit effugere. Triſſin. Ital. Liber. l. 12.

Fabalto, andate a Vitige, che viene
Qui dietro, e mena tutti quanti i fanti:
Ditei, che faccia due falangi d'eſſi,
Che volgan contra ſe tutte le fronti:
E'l ſpatio, che ſarà tra l'una e l'altra,
Sia largo nel principio e ſtretto al fine,
In guiſa d'una forfice da ſarto;
Acciòche noi poſſiamo uccider tutti
Quei Cavalier, che ſon ridotti in rombo.

Idem ibidem de Rhombo:

Quivi fermoſſi il Capitanio eccelſo,
E fè che tutti i Cavalier Romani
Subitamente s'ordinaro a rombo;
Et ei ſi poſe nella prima punta
Avanti a tutti gl'altri.

Rhombi acceptiones alias in geometria, in veneficiis, in ludo turbinis, in re medicamentaria, vide apud Martinium; quem miror, relatis aliis, Rhombum militarem non tetigiſſe.

Rhomphæa, æ. Teli genus eſt, in quo haſtile & mucro, ſive cuſpis, pari eſt longitudine. De hujus forma dubitari non ſinit Valerius Flaccus lib. 6. Argon. qui penultimam corripit

Æquaque, nec ferro brevior, nec Rhomphea ligno.

Falſi proinde ſunt, qui Rhomphæam cum framea confundunt, quam Tacitus brevi & anguſto ferro eſſe ſtatuit. Corrigas proinde Iſidorum, cujus verba ſunt: *Framea eſt gladius ex utraque parte acutus, quam vulgò ſpatham vocant; ipſa eſt & Romphæa.* Origo vocis a [illegible], quod eſt agitare vel rotare. Romphææ frequens mentio in libris ſacris. Idem telum ac Rumpia

Ribaldi, orum. Milites ex genere gregariorum, qui prima tentabant prœlia; aliis genus peditum, qui equites ſequebantur rapinis intentos. Lixæ militares, calones caſtrenſes, & in exercitu prædatores. Rigordus an. 1189. *Dum Rex circumquaque immunita civitatis conſideraret, Ribaldi ipſius, qui primos impetus in expugnandis munitionibus facere conſueverant, eo vidente in ipſam civitatem impetum fecerunt.* Villel. Brito Philipp. lib. 3.

Nec minus armigeri Ribaldorumque manipli.

Idem author lib. 7. eoſdem cum Piquichinis, qui de militum fæce erant, aſſociat;

Ac per plana jacent Ribaldi cum Piquichinis,
Et qui res propter vænales caſtra ſequuntur.

Quoniam verò hoc militiæ infimum genus, quod ad viliſſima obſequia & ſervitia præſtanda detinebatur in exercitu & caſtris, ex licentioſa plebe deligi conſueverat; inde factum, ut viliſſimi quique homines ac vitiis perditi, latrones, ſicarii, ſcortatores dicantur vulgò *Ribaldi*. Nihilominus

nus

nus Stephanus Paſquerius Scriptor Gallicus affirmat, minimùm ſiniſtræ famæ olim fuiſſe Ribaldos in Gallia milites: iiſque accidiſſe, quod Tyrannis apud Græcos, & latronibus apud Latinos, ut qui ſua inſtitutione probi eſſent Principes militeſque, in deteriorem poſtea acceptionem & ſamam abierint. Butius, antiquus interpres Poetæ Dantis, *Ribaldi* vocem trahit a dictionibus Italicis *Rio*, *baldo*: quæ adjectiva virum nequam & audacem ſignificant. Idem docent Academici a Furfure: *Ribaldo tanto è a dire, quanto Rio baldo, cioè, ardito, ria huomo*. Iidem tamen Academici eoſdem ex eo militum genere fuiſſe dicunt, quos ipſi vocant *Sceglieticoi*, ideſt infimos atque viliſſimos in delectu militari. Quidam trahunt a voce *Ribaud* Germanicâ, vel voce *Raub*, quæ eſt præda. Mihi eſt certum vocem eſſe originis Latinę a verbo *Rapio*, ex quo verbum *Raubare* atque adeo *Robare*, & poſtea *Robbare* apud Latinobarbaros: præſertim cum admodum frequenter Ribaldi apud Etruſcos dicantur *Rubaldi*, nimirum a *Raubando*, vel *Rubbando*, hoc eſt furta & latrociola exercendo. Id genus catervæ militaris prædatoriæ Italis dicitur *Saccardi, Saccomanni*. Quę voces, ut aptè advertit Alexander Taſſonus *Annotat. ſopra la Cruſca*, non ſunt promiſcuè accipiendæ cum voce *Bagaglione*, qui Latinis eſt lixa, vel calo.

Rici, orum. Præcipuæ dignitatis tum civicæ, tum militaris appellatio erat in Aula Regum Aragoniæ. Sic autem appellabantur nobiliſſimi quique Proceres & Magnates quos vulgò Barones dicimus. Michael del Molino in ſuo Repertorio: *Riens homo ſecundum Foros Aragonum dicitur ille, qui eſt dominus alicujus Varoniæ*. De iiſdem hęc habet Vitalis Epiſcopus Oſcenſis: *Horum talis eſt conditio, quod quam citò aliquis Meſnadarias a Domino Rege honorem fuerit conſecutus, ad numerum militum ſuſtentandum, Ricus homo fit poſtea, ſive Baro*. Vox eſt originis a Septentrionalibus populis repetendæ, apud quos *Rich* potentiam, vel divitias ſignificat: ex hac voce non oppidorum duntaxat plurimorum, verùm etiam Principum, Ducumque appellationes deſinentiam habent, ut *Theodoricus*, *Alaricus &c.* Hiſpani *Rico*, Germani *Ryk*, Galli *Riche*, Itali *Ricco*. Vide Cangium in Gloſſ.

Ringa, æ, aliis Rinca, aliis Renga. Militare cingulum a cingendis renibus, ut cum aliis obſervat Spelmannus. Bracton. lib. 1. cap. 8. *Quando eas accingunt gladiis, ideſt Ringis gladiorum.*

Riparienses, vel Ripenses milites. Memorantur a Vopiſco in Aureliano. Genus erat militum claſſicorum, qui fluminum ripas, præſertim Rheni & Danubii per cuneos diſpoſiti tuebantur. Cum enim non una in regione Romani Imperii fines fluvii eſſent, ut illos tuerentur Romani, naves habebant, quarum munus erat cum impoſito milite excurrere ad cuſtodiam. Et hi quidem milites dicebantur Lembarii. Per certa verò intervalla apud ipſos amnes munitiunculas cum excubitoribus conſtituebant; qui milites vocabantur inde Caſtriani. Demum qui ad oras ripaſque fluminum erant diſpoſiti ad propulſandas injurias ac limites defendendos, iis ſcilicet Ripárienſibus vel Ripenſibus erat nomen. De hoc genere ſcripſit Author Panegyrici ad Conſtantinum: *Cum tamen hæc tu magis ad gloriam Imperii tui, & ornatum militis facias, quàm ad facultatem quoties velis in hoſtem tranſeundi; quippe cum totus armatis navibus Rhenus inſtructus ſit, & ripis omnibus uſque ad Oceanum diſpoſitus miles immineat*. Caſaubonus tamen diſtinguit inter Riparios, Riparienſes, & Ripenſes. Riparios vocat ripas inhabitantes, Riparienſes verò legiones ripas cuſtodientium; Ripenſes ad loci poſituram pertinere autumat, ut cum dicitur Dacia Ripenſis. Vide ejus notas ad Vopiſcum. Hujus autem de Riparienſibus ea ſunt verba: *Hi compreſſi ſunt, ſeptem millibus Hiberorum, Riparienſium, & Caſtrianorum, & Daciſcorum interemptis*.

Riparii. Vide Riparienses.

Ripenses. Vide Riparienses.

Ritteri. Quodnam fuerit militum genus, & unde nominis originem habuerint, clare ſcribit Aventinus lib. 7. Annal. Bojor. *Virtutis ergo hoſce equites uſu auri atque oricbalci donat, quos a numero comitum atque equorum Tritteros, ſive, ut vulgò loquar, Ritteros, ablatâ ob voluptatem aurium vocalitatemque, primâ, ut ſolet, literâ, hoc eſt Tertianos nuncupamus, Romani Torquatos, ac Decuriones equeſtres vocitant*.

Rixa, æ. Feſto dicitur a *Ringa*. Expreſſiùs Perottus: *Ringere*, inquit, *ſive ringi eſt roſtrum torquere, quod canes faciunt, dum latraturi ſunt. Hinc ringi pro iraſci capitur*. Rixa ſine armis eſt aut certe legitimis: eadem nulla regitur lege aut diſciplina, & inter paucos ferè committitur. Pugna e diverſo exercetur armis legitimis, ſuas habet ſervatque præſcriptiones, & magno armatorum numero agitur. Horat. Lyric. lib. 3. 27.

Mox ubi luſit ſatis, abſtineto,
Dixit, irarum, calidæque rixæ.

Italis *Miſchia*, *Mislea*, *Sciarra*, *Sciarramento*, *Riſſa*, *Scontro*, *Scontrazzo*, *Zuffa*, *Quiſtione*, *Riotta*, *Tenzone*.

Rixor, aris. Dimico, ſed ferè jurgiis. Horat. Epiſt. lib. 1. 18.

Alter rixatur de lana ſæpe caprina.

Qui poſtea verſiculus abiit in proverbium, diciturque de iis, qui de re nihili vehementer contendunt. Ortum ab eventu duorum certantium, utrum caper lanam haberet an ſetas.

Rixator, oris. Qui Rixam exercet. Quintilian. lib. 11. cap. 1. *Videas autem Rixatores quoſdam neque Judicum reverentia, neque agendi more nec modo contineri*.

Robur, oris. Cic. 5. de Finib. *Dummodo plus in virtute teneamus, quàm ille tenuit firmitatis & roboris*. Propriè arbor eſt glandifera atque duriſſima. Per translationem ſumitur pro corporis firmitate, & quandoque etiam pro animi fortitudine. Feſtus trahit a colore robo, qui Antiquis erat rubeus, vel rufus, quoniam hujus coloris homines ſint robuſti. Voſſius contra Græcæ originis vocem eſſe autumat. Nimirum a ῥώω, quod eſt roboro, vel firmo, ex quo themate appellatam etiam habemus Romam. Ariſtoteles Politic. lib. 1. præclarè diſtinguit inter robur quoddam ingenuum, & ruſticanum. Laudatur hoc in luctatore, palęſtrita, foſſoribus, & mediaſtinis. Ejus verò ſigna ſunt prædura pellis, firmi latique humeri, toroſa crura, & brachia craſſiora. Hac membrorum firmitate commendatum accepimus Milonem Crotoniatem, de cujus robuſtiſſimarum virium experimen-

rimeotis multa Scriptores coegerunt. Juvenalis Satyr. 10.

viribus ille

Confiſus periit, admirandiſque lacertis.

Ejuſdem roboris præſtantia æſtimare ſolemus camelos, burdooes, mulos clitellarios, atque adeo boves, qui licet craſſa & prævalida membra habeant, minimè tamen idonei reputantur exercitationi militari; vectandiſque duntaxat ſarcinis & impedimentis Marti deſerviunt. Ad hujus porrò roboris ootam faciunt corpora quædam prægrandia & muſculoſa, quibus minimum vegetæ indolis experrectæque ineſſe ſolet. Quamobrem Polyphemus, Cyclopeſque alii meritò tanquam ſtolidi & imbelles traducuntur a Poetis. Ad eundem typum Ajax Telamonius ab Homero deſcribitur, cujus io vaſto eorpore non tam ingenuæ virtutis aliquis vigor emicuit, quàm efferata ſtultitia, ſtupor infanus, & ioterdum præceps in amentiam furor. Longè verò aliter æſtimandum eſt robur ingenuum, in cujus ootionem atque judicium vocata Phyſiognomonia noo alia proferet ſigna, quàm micaotes oculos, quadratam elatamque frontem, faciem virilem, membra verò ooo tam craſſa, quàm probè colligatis articulis io ſe collecta, & decenter toroſa. Poſtremò indiciis illis inſiſtendum eſt, quæ apud omnes eſt in cooſeſſo congruere cum generoſiſſimis animalium, quæ latitudine quadam pectorum, obtutùs ferocia, & ſetis aſperis nativi roboris ootas pronunciant. In ejuſmodi ſignorum partem vocant etiam quidam pilos in brachiis & pectore fruticantes. Huc reſpexit Horatius lib. 3. Od. 4.

Magnum illa terrorem intulerat Jovi
Fidens juventus horrida brachiis.

Et apertiùs Juvenal. Satyr. 2.

duræ per brachia ſetæ
Promittunt atrocem animum.

Ut meritò contra virilem firmitatem facere, & in fœmioarum mollitudinem abire videantur, qui pumice vel reſina ſibi pilos evellont, & cutim corradunt. Verum de hoc virili & militari roboris genere ſatis ſuperque a nobis dicitur io Titulo *Fortitudo.*

Rocca, cæ. Caſtellum, io rupe fere poſitum cum præſidio. Aonales Fraocor. an. 777. *Multas Roccas & ſpeluncas conquiſivit.* A rupe trahit Meoagius. *Rupes, Rupeca, Ruca, Rocca.*

Roga, æ. Pro ſtipeodio militari ſæpe legitur apud infimos Græcos, præſertim apud Cedreoum. Ab erogando dicitur. Suidas tamen donativum Priocipis interpretatur.

Rogationes ad populum de bello ſuſcipiendo, vel pace coocilianda, Vide *Indicere bellum,* & *Pax.*

Rogus. Vide *Funus.*

Roma. Non ſolum vaniſſima Deorum cultrix, ſed Dea ipſa habita eſt a Romanis. Ipſius ſimulacrum, ut ootat Servius, in Urbe, in Italia, in provinciis, tum floreote Republica, tum Romano Imperio in deterius declinante, cum haſta erigebatur, qooniam in haſta, oon modo præcipuum belligerandi inſtrumentum, verùm etiam ſymbolum quoddam imperii contineri, Romani crederent. Adhuc plures haſtatæ Romæ effigies marmoreas Romæ præſertim cernimus. Nec aliter illam deſcripſit Claudian. de Bell. Gildon.

humeris vix ſuſtinet ægris

Squalentem clypeum, laxata caſſide prodit
Canitiem, plenamque trahit rubiginis haſtam.

Vide *Valentia.*

Romanensss Fabulæ. Vide iofrà *Romani libri.*

Romani libri, ſive Romancia. Galli & Hiſpani, quemadmodum Itali, lioguam ſuam popularem a Latina ſeu Romana origioem trahere meritò exiſtimant. Hinc Galli Romanos vocant libros, vulgari ſuo idiómate cooſcriptos. Hiſpani verò Romancia. Adhæſit autem potiſſimum ea appellatio iis libris, qui fabuloſos amores & commentitia equitum certamina, ad legentium aoimos capiendos & eum voluptate detinendos, amplectuntur. Eos vulgò dicimus *Romanzi.* Lambertus Ardenſis: *Librum, quem ab agnominatione ſuæ proprietatis Silentium, ſive Romanum de Silentio nominavit.* Conſtitutio Catalaniæ M. S. *Statuimus ne aliquis libros Veteris, vel Novi Teſtamenti in Romancio habeat;* ideſt in lioguà vernaculà. A vernaculà proinde variarum oatiooum linguà, quæ Romaoa vulgò dicebatur, appellati ſunt libri Romani, vel Romancia; quoniam armorum illi amorumque eventus mirifici ad populi oblectamentum captumque edebantur; cum gravioris materiæ volumioa Latino ſolum ſermone vulgarentur. Digna memoratu eſt hujus vocis origo a non paucis acceſſita a veterum Italorum voce, qui Romeos appellabant peregrioos, præſertim vero urbem Romam pietatis ergo proficiſcentes. Academici a Furfure: *Romea. Pellegrino, che và a Roma. Oggi ogni ſorta di pellegrina.* Joaones Vill. lib. 6. cap. 92. *Arrivò in ſua Corte un Romeo, che tornava da S. Jacopo.* Habemus autem hioc aliam vocem Italicam *Romeaggia,* pro actu peregrè proficiſceodi, & ipſa peregrinatione. Matthęus Villani lib. 1. eap. 56. *Con tanta divozione, & umiltà ſeguivano il Romeaggio.* Appellati autem antiquitus creduntur Romei præſtantiſſimi bellatores illi, qui in aula Britannica, & Gallica, potiſſimum verò Caroli Magni tempore floruerunt, quoniam ſoli plerunque, & nonniſi armigeris aſſociati per urbes & proviocias errabant, quæritando opportunitates oſtendandæ peritiæ militaris, atque iis præcipuo ſtudio opitulandi, qui cootra jus faſque, in extremas calamitates incidiſſent, aut in certo mortis periculo verſareotur. Noo aliam certe ob cauſam iidem bellatores appellatione equitum errantium inſigniri, indicarique ſolent. Nihil aotem poſtea faciliùs factu fuit, quàm ut, quod primum erat ipſorum equitum cognomentum, tranſiret poſtea ad Scriptores, qui eorundem res geſtas, ſeituque digna faeioora poſteris tradereot. Et hæc quidem hujus vocis origo mihi vehemeoter probaretur, oiſi authoritas obſtaret eruditorum hominum, qui eandem a lingua Romana, vel Romanenſi repetunt.

2. Falſi porrò ſunt, qui originem vocis *Romanzi* advocant a voce Græcanica ῥώμη, ex qua plerique aſſeverant habere oos appellationem urbis Romanæ. Indieatur autem eo vocabulo fortitudo, quæ peculiaris eſt Equitum Ducumque, de quibus perpetuo actitant libri ſeu fabulæ Romanæ vel Romanenſes, quaſi Romanenſes fabulæ idem ſonent ac geſta vel fabulas Heroicas. Nihilo ſecus a ſcopo veritatis aberrarunt, qui eam originem acceſſuot a Remenſibus, qui ſunt Galliæ populi; & proximius a Tur-

Turpino Rhemenſium Archiepiſcopo, Hiſtorico famigeratiſſimo, Caroli verò Magni Cæſaris ejuſque aulæ præſtantiſſimorum Procerum, qui *Paladini* vulgo appellantur, æquali. Nihil autem verius circa univerſam hanc diſputationem, quam quod animadvertit Corbinellus in notis ad vulgarem eloquentiam Dantis. *Romanzi. Quella lingua ſi chiamava Romant. Vedi quel che ſcrive Corrado Geſnero nel ſuo Mitridate nel Capitolo de* Gallica lingua recentiore. *Chiamavaſi* Romana Francia; *ſi perche i Franchi occuparono la Gallia, ch'era ſoggetta a Romani, e ſi ancora perche in quella regione la lingua Romana era uſitata: onde anticamente ſi diceva* loqui Romanum *coloro che ne Tedeſco parlavano, ne Franceſco. Da queſta voce Romants noi chiamiamo Romanzi tutte le Hiſtorie in volgare, ò Favole, che vogliamo dire di Trojani, Greci, ò Romani, per uſar le parole del Boccaccio. Onde Dante:*

Favoleggiava con la ſua famiglia
De Trojani di Fieſole, e di Roma.

Petrarca etiam:

Sogni d'infermi, e fole de Romanzi.

Stabile proinde, conſtitutum, fixumque ſit, Heroiea & amatoria fabulamenta, quæ vulgò dicimus *Romanzi*, nomen habuiſſe a Lingua Romana vel Romanica, quæ probè quidem Latina erat, cum ab initio in provincias ſuit inducta; verum idintiſmis poſtea Barbararum gentium, interjectu temporis, paulatim corrupta in Gallicam, Hiſpanicam, Italicam degeneravit. Ex quo facilè intelligas illud Dantis, ubi fabulas Romanenſes, tanquam nativâ ſingularum regionum vernaculâ maternâque linguâ exaratas pronunciat. Sic enim ſcribit Purgat. Cant. 26.

O Frate, diſſe, queſto che ti ſcerno
Col dito (& additò un ſpirto innanzi)
Fù miglior fabro del parlar materno:
Verſi d'amor, e proſe di Romanzi,
Soverchiò tutti.

Ex quo liquet latè falſos eſſe Macros Fratres, qui Romanenſes fabulas trahunt a voce Rumigerulus, qui delator eſt & rumorum divulgator. Sic autem ſcribunt in dictione *Rumigerulus* Hierolex. *Unde ex Rumigerulo* Romanciero *Hiſpani corruptè fabularum inventorem dixere; a quibus Itali fabuloſam narrationem* Romanzo *denominant, & non a Roma hoc vocabulum ductum eſt, ut aliqui perperam excogitarunt.* Reliquum eſſet, ut de hujuſce lucubrationis diverſo genere aliquid ſubjicerem, cum ſit planè compertum ſummam quandam quaſi pruriginem atque laſciviam invaluiſſe commentitiis iis narrationibus fatigandi prela, & famam ingenioſi Scriptoris laceſſendi. Verum apud memoratos ſupra Scriptores multa ſcitu jucunda perleges, quæ hic attexere non eſt operæ. Vide Danielem Huetium Opuſculo ſingulari de origine Fabularum Romanenſium, Joannem Baptiſtam Pigna, & Joannem Baptiſtam Giraldi, *Romanzi*: & apud nos *Menſa Rotunda*

Romulus & Remus. Martis & Iliæ filii. Lupæ uberibus admotos infantes offendens Paſtor Fauſtulus domi educat. Romulus condendæ Urbis terminos deſignat, quos tranſilientem fratrem obtruncat. Poſt Urbem conditam Aſylum aperuit, Senatores creavit, leges tulit: raptu Sabinarum mulierum inopiam minoris ſexus ſarcivit. Finitimis bello domitis ad Capreæ paludem extinctus, aliis evanuiſſe ad Superos tranſlatus, aliis Patrum conjuratione diſcerptus creditur, Quirini nomine divinis honoribus auctum poſteri coluerunt.

Ronco, onis. Genus haſtæ falcatæ, & ſimilis falcaſtro, aptæque ad arripiendum & detinendum. Sanutus lib. 2. part. 4. *Dictum navigium Ronconibus & longis lanceis fulciatur.* Hiſtor. Cartuſiorum: *Quidam ruſticus clam traxit de ſub chlamyde ſua Ronconem ferreum, & virum nobilem percuſſit in capite.* Inſtrumentum eſt inter bellica & ruſtica arma recenſendum, *Runca* etiam paſſim legitur. Runca autem dicitur, quaſi unca. *Falcione.*

Rorarii. Genus militiæ apud Romanos. Feſtus: *Rorarii appellabantur, quod ut ante imbrem rorare ſolet, ſic illi ante gravem armaturam prodibant cum miſſilibus, quæ rarenter ſparſi emittebant in hoſtem.* Velocitate itaque & armorum levitate præſtabant, progreſſique in hoſtium primas acies, ſi disjici illas contingeret, conflictum proſequebantur, ſi impares eſſent, ſe poſt Principes & Haſtatos recipiebant. Sic enim de illis Vegetius lib. 2. cap. 17. *Ferentarii autem, & levis armatura, Scutatores, Sagittarii, Funditores, adverſarios provocabant ante aciem procedentes: ſi hoſtes fugare poterant, ſequebantur: ſi eorum virtute ac multitudine premebantur revertebantur ad ſuos, & poſt eos ſtabant.* Hunc Rorariorum militandi morem ad urbana officia ſcitè retulit Symmachus Epiſt. 47. lib. 8. *Soles in ſcribendo eſſe prolixus pro ingenii tui viribus. Poſtquam te honor aulicus in procinctum vocavit, tu quoque verba ſuccingis. Tanquam levis armaturæ miles, Rorarios æmularis.* Facis nimirum, inquit, quod Rorarii in exercitu: laceſſis hoſtem, paucis quaſi verborum telis; ſubducis te poſtea, ſiſtiſque quaſi poſt Triarios. Lucilius quoque de Rorariis.

Pone paludatus ſtabat Rorariu' velox.

Liv. l. 8. *Primum vexillum Triarios ducebat, veteranum militem ſpectatæ virtutis: ſecundum Rorarios, minoris roboris ætate factiſque.* Idem: *Nam & Rorarii percurrebant inter antepilanos.*

Rostratæ naves. Quæ roſtris æreis inſtructæ ſunt, ut illis in hoſtium naves violenter impactis, eaſdem lacerent diſſolvantque. Nam quod ſic fuerint nominatæ, ut ſe roſtrorum beneficio a ſcopulis tuerentur, ne eorum diffringerentur incurſu, id ſcilicet inter nugalia eſt recenſendum. Roſtra autem navibus, teſte Plinio, Piſæus addidiſſe primus dicitur. Obſervandum eſt, non modo naves tectas ſive conſtratas, verum etiam apertas roſtris fuiſſe munitas. Ea de re dubitari non ſinit Livius Dec. 4. lib. 6. *Una & octoginta roſtratis navibus, multis præterea minoribus, quæ aut apertæ roſtratæ, aut ſine roſtris ſpeculatoriæ erant, Delum trajecit.* Roſtrum navium dicitur a ſimilitudine roſtri avium. Eſt autem exporrecta & prominens pars e prora, ad uſum faciliùs ſulcandi aquas, & hoſtiles apprehendendas proterendaſque naves. Ut utrunque munus expeditiùs exequeretur, trifidum ſæpe, vel triſulcum fuit navium roſtrum. Virgil. lib. 5.

totumque dehiſcit
Convulſum remis roſtriſque tridentibus æquor.

Sic enim, abjecta lectione vulgata, *roſtris ſtridentibus*, legunt Erytræus in Indice, Turnebus, Ju-

Digitized by Google

Julius Scaliger, alliique: atque ita porrò ſcriptum eſſe in vetuſto codice Pomponii Leti, tradit Urſinus. Idem aſſerunt picturæ, nummique veteres. Vide apud Baiſium de re Navali ſchema bellicæ inſtructæ navis cum roſtro trifido. Proinde admodum propriè Valerius Flacc. lib. 1. Argon.

volat immiſſis cava pinus habenis,
Infinditque ſalum, & ſpumas vomit ære tridenti.

Æs tridens roſtrum triſulcum dixit, juxta illud Virgilii lib. 1. Æneid.

ſpumas ſalis ære ruebant.

Inter navalia ſpolia impensè honorificum Veteres reputabant roſtris navium potiri. Virgil. lib. 7.

portarum ingentia clauſtra,
Spiculaque clypeique, ereptaque roſtra carinis.

Silius lib. 1.

Perfoſſi clypei, & ſervantia tela cruorem,
Clauſtraque portarum pendent: hic Punica bella
Ægathis cernat, fusâque per æquora claſſe
Exactam ponto Libyen teſtantia roſtra.

Templum olim in Urbe celebratiſſimum e captis Antiatium roſtris nomen habuit, teſte Livio lib. 8. *Naves Antiatium partim in navalia Romæ ſubductæ, partim incenſæ, roſtriſque earum ſuggeſtum in foro extructum adornari placuit: Roſtraque id templum appellatum.* Et quia haberi ſolebant conciones ante Curiam Hoſtiliam, ubi memoratis Antiatium roſtris pulpitum erat adornatum, pervaſit ſermo popularis, ut qui cauſas dicerent, pro Roſtris dicerentur orare.

2. Elatiora primum fuiſſe roſtra manifeſtum faciunt nummi veteres, quos profert Schefferus de Milit. Naval. lib. 2. cap. 5. Idem oſtendit Silius lib. 14. ubi loquitur de Scyrone, qui roſtro percuſſus media ſui parte extra aquas extabat.

Transfigitur valida medius dum ſe allevat alvi
Cuſpide Marmarides Scyron, pars ſubnatat unda
Membrorum, pars extat aquis, totumque per æquor
Portatur rigido miſerandum immortua roſtro.

Poſtea verò ſic roſtra, ſeu prominentiores trabes ære munitæ, ſunt inſtitutæ, ut longè infra carinam deſcenderent. Ariſto Corinthius primus poſituram locumque roſtrorum immutaſſe, eaque feciſſe depreſſiora proditur a Diodoro Siculo lib. 13. *Ariſtone gubernatore navis Corinthio ſuadente, ut proras navium breviores facerent & depreſſiores, Syracuſani conſilio obtemperant. Quod magno in conflictibus deinde ad victoriam ipſis emolumento fuit. Atticæ enim triremes infirmioribus erant proris & elatis, quo fiebat, ut roſtris ſuis nil niſi eminentes ſuper mare navium partes vulnerarent, nec magno hoſtem detrimento afficerent. At naves Syracuſiorum firmis inſtructæ proris ac depreſſis, uno ſæpe ictu hoſtium triremes ſupprimebant.* Duplicari etiam interdum roſtra moris fuit: imò verò quinque etiam roſtratis trabibus, atque adeo ſeptem communitæ naves leguntur. Ejuſmodi fuit navigium Philopatoris apud Athenæum lib. 5. quod ſeptem fuit roſtris, ſive embolis armatum. Viſuntur etiam crebrò in numiſmatis multiplici brutorum animantium effigie variata ad terrorem. Teſtatiſſimum id reddunt nummi veteres apud eundem Schefferum, & Columna roſtrata Dullii, quam exhibet Onuphrius Panvinus, ubi non recta cuſpide, ſed adunca & reflexa aquas feriunt; quod eſt notandum.

ROSTRUM, i. Dicitur a rodendo, ut raſtrum a radendo, & clauſtrum a claudendo. Propriè animalium eſt, & inprimis avium, quo cibum capere ſolent. Pro cuſpide propugnaculi uſurpant noſtrates Architecti militares. Inprimis verò inſignitur hoc nomine poſtrema pars proræ in longum prominens, de qua ſatis locuti ſumus in Titulo *Roſtratæ naves*.

2. Ab ejuſdem roſtri ſimilitudine roſtrum dicitur certa aciei diſpoſitio. De hac verba facit Ælianus ubi agit de Phalange duplari antiſtoma, quæ roſtro apud Macedonas ſolebat opponi. Sic autem ille de Roſtro, & ejus inventore; *Forma hæc inſtrui ſolet quoties adverſarii equites forma Roſtri aggrediuntur. Cum enim Roſtrum exeat in mucronem, Duceſque ſequentes de latere habeat, tentanteſque frontem copiarum pedeſtrium rumpere, ne id eveniat, Duces peditum in medio ſtant, ut vel impetum adverſariorum impediant, vel re infecta faciant præterire. Qui enim Roſtro inſtructi aggrediuntur, ea ſpe ſunt, ut medios aciei profligent, omneſque turbent copias. Quod cum principes copiarum pedeſtrium intelligant, utraque partè ſeſe veluti murum conſtituunt, & paulò inter ſe diſtantes, vergenteſque ad locum penitiorem, impetum irritum reddunt adverſariorum. Genus id inſtruendi equeſtre, quod Roſtrum dicitur, Philippum Regem Macedonum inveniſſe ſcribitur. Præponere ille ſtrenuos omnes ſolebat, ut eorum virtute miles quoque deterior contineretur, more ſpiculi, aut enſis, cujus acie pro ſua ſoliditate, ſuoque acumine facile tranſadigente, reliquum etiam ferrum, quanquam hebes, non ſine efficacia penetraret.* Licet ex his coniicere minimum diſtaſſe Roſtrum a Cuneo, Rhombo, & Embolo. Vide apud nos eos Titulos. Vide Roſtri ſchema apud præfatum Ælianum, & apud Patritium Paralell. Part. 2. l. 13.

ROSTRATA CORONA. Vide *Navalis Corona*.

ROTA, æ. E ligno compactæ rotæ prægrandes, cum trabibus & cylindris recenſentur a Vegetio inter inſtrumenta ad repugnandum, cujus illa ſunt lib. 4. c. 8. *Rotæ quoque de lignis viridibus ingentiſſimæ fabricantur, vel interciſi ex validiſſimis arboribus cylindri (quas taleas vocant) ut ſint volubiles, lævigantur; quæ per pronum labentia bellatores proſternunt.* Earum etiam meminere Dion, & Hero de Machin. hell. De cylindris autem illud hic accipe ex Ammiano lib. 31. *Sub oneribus ipſis obruebantur, contruſis per pronum ſaxis, & columnarum fragmentis & cylindris.* Adversùs Catapultas præſertim rotarum & quidem marmorearum adhibebant jactus. Diodorus lib. 17. *Tyrii ante muros rotas marmoreas conſtituerunt, quas organis quibuſdam gyrantes, incidentia catapultica tela frangebant; aut ad latus avertentes inefficaces reddebant ictus.* Aliud ex rotis machinæ genus, non ad repugnandum, ſed ad oppugnandum, inventum ſic deſcribitur a Laonico Chalcocondyla lib. 3. de reb. Turc. *Rotis urbes capiebat Temires. Hæ erant circuli, & intra ſcalas habebant, quibus aſcendebatur in muros. Et quando in foſſam dirigebantur, recipiebant viros ducentos ſeparatim poſitos, donec ſinguli rotas intrarent. Poſtea veniebant in alte-*

teram, quæ ex adverſa erat, foſſæ partem, ſatis muniti & tecti a rotis. Quò cum veniſſent, ſcalas conſcendebant, & eo modo capiebant urbes. Vide Titulum ſequentem.

Rotalis machina. Neſcio an alibi exhibeatur, quam in Columna Trajani. Eſt autem triquetrum rotarum fulcrum, quarum aliæ ſimplices, aliæ ſunt ſalcatæ. Exiſtimat Ciaconus inventas fuiſſe ad agendas machinas, muriſque admovendas. Fabrettus tamen idoneas duntaxat reputat, atque ad id unieè inſtitutas, ut ſublimi prærupto que in loco diſpoſitæ devolvantur in præceps ad proculcandas & proterendas hoſtiles copias. Simile quidpiam tentaſſe Gothos in obſidione Auximi adversùs exercitum Beliſarii, narrat Procopius lib. 2. *Barbari itaque Romanorum aſtu, ac viribus ſuperati id demum excogitarunt. Demptas e plauſtris cum axibus rotas in ſummo collis paratas ſiſtunt; ipſi interea pabula deſecare incipientes, cum ad collis medium ſuperaſſe Romanos vidiſſent, rotas confeſtim in ſubeuntium capita vi magna ac supernè compulſat, deferri ſinebant.*

Rotarii. Vide *Ruptarii*.

Rotatæ naves. Vide *Liburnæ*.

Rubrico, as. A rubrica, qua ſabri materiarii lineas ducunt, rubricare enſes dixerunt deterioris ævi Scriptores pro cruentare. Gulielmus Brito Philipp. lib. 8.

Nec ſpoliare illos, nec quenquam prendere curant,
Sed tantum aſſiduo rubricatis enſibus ictu
Effuſo vitam victis cum ſanguine tollunt.

Idem lib. 5.

Damnificantque hoſtes, rubricantque cruoribus herbas.

Rude donari. Idem eſt ac dimitti ab officio. Tranſlatum ab antiquis gladiatoribus, quibus ceſſatio a munere gladiatorio virga, quam rudem appellabant, tradebatur. Horat. lib. 1. Epiſt. 1.

Spectatum ſatis, & donatum jam rude, quæris, Mecœnas, iterum antiquo me includere ludo.

Rudis. Significat, ut ex ipſo proditur nomine, virgam nativam, & impolitam, ut revulſa a ſtirpe eſt. Eà virgà, ut docet Scaliger ad Varronem, inter ſe primum batuebant gladiatores; mox ferro nudi certabant. Rude etiam iidem donabantur gladiatores, qui miſſionem impetrabant ætate jam ingraveſcente. Neque verò gladiatores ſolum, verum etiam milites rude dimiſſos legimus apud Plutarchum & alios. Hinc Rudiarii milites dicti ſunt, quibus immunitas militiæ dabatur per rudem. Vide *Rude donari*.

Rudiarii, orum. Vide *Rudis*.

Rufuli. Sic appellati ſunt Tribuni militares apud Romanos, quos a Conſule, non a populo creatos tradit Feſtus. Idem addit Ruſulorum nomen iis adhæſiſſe, quoniam Rutilius Rufus de eorum Jure legem tulerit; ex quo Rutilio appellati etiam Rutuli. Sed Aſconius Pœdianus 2. in Verrem tradit Rufulos in exercitu creari conſueviſſe, ſecernique a Tribunis Comitiatis, qui Romæ deſignabantur in Comitiis. Rufulorum ſeu Rutulorum meminit Livius lib. 7. *Cum eo anno primùm placuiſſet Tribunos militum ad legiones ſuffragio fieri (nam antea, ſicut nunc, quos Rufulos vocant, Imperatores ipſi faciebant.)* &c.

Ruina murorum. Vide *Hiatus murorum*.

Rumex, cis. Teli genus, de quo ita Feſtus. *Rumex genus teli, ſimile ſpari Gallici.* De eo ſic Lucilius:

Tum ſpara, tum rumices portantur, tragula porrò.

Meminit ejuſdem Gellius lib. 10. cap. 25. ex correctione Lipſii Elect. lib. 1. cap. 7. ubi ſic legitur: *Lancea, ſpari, rumigeſtri, falces, tragulæ, frameæ.* Ubi Lipſius horrore correptus vocabuli illius *rumigeſtri*, ſic mendoſam lectionem emaculat; *Spari, rumices, trifaces*, opinionis ſuæ teſtes appellans libros veteres, in quibus *faces* legitur, non *falces*. Turnebus antea ſic repoſuerat, *Rumæ, ceſtri*. Alii *murices* legunt, ſed obſtat verſui prima ſyllaba.

Rumigestri. Jaculi genus. Sed vide *Rumex*.

Rumpiæ, arum. Genus ſunt jaculi, a rumpendo, ut liquet, appellati. Occurrunt apud Gellium lib. 10. cap. 25. *Cateja Rumpiæ, Scorpii &c.* Idem Scriptor in hanc ſententiam explicat poſtea hoc miſſile: *Rumpia genus teli eſt Thracæ nationis: poſitumque hoc vocabulum in Q. Ennii Annalium quartodecimo.* Vide *Romphæa*.

Runa, æ. Jaculi genus. Ennius apud Feſtum.

Runatus, a, um. Runa armatum. Ennius apud eundem Feſtum.

Runca, æ. Vide *Ronco*.

Runcinus. Jumentum vile & ſuſpirioſum. Voſſius equum caſtratum putat ex genere cantheriorum: ducitque originem a verbo Germanico *ruynen*, quod eſt caſtrare. Villelmus Brito lib. 12. Philipp.

Runcinus caput ignota dat fune ligandum.

Italis *Ronzino*. Runcini verò, utpote equi gregarii & viliores, Scutariorum erant, quemadmodum Palafridi Equitum. Etiam *Ronzone*. Licet ferè accipiatur pro equo deſidi & ignavo, ſumitur tamen interdum pro equo nobili ad uſum militarem, quod optimè advertit Alexander Taſſonus Annot. ſopra la Cruſca. Boccacc. Theſeid. lib. 6.

Coſtui montato ſopra un gran Ronzone.
Del ſeme di Nettuno procreato,
Venne ad Atene, e incontro gli ſi feo
Con feſta aſſai l'amico ſuo Teſeo.

Et iterum:

Erano audaci, e pieni di fierezza
D'intorno a lui, che ſopra un gran Ronzone
Moſtrava, e chiara aſſai, la ſua adornezza.

Ruptarii, orum. Occurrunt ſæpe apud Matthæum Pariſium, & alios Scriptores eorum temporum. Catervæ erant militum, ex ruſticis potiſſimum collectæ, quæ turmis militaribus adjunctæ, omnia rapinis explebant, & terrore latè didito, quietem publicam perturbabant. In collectitias catervas conglobati, nec legitimis ſtipendiis, verùm extraordinariis conducti, nullamque ferè ſervantes militaris diſciplinæ partem, temerè graſſabantur nihil humanitatis minus, quàm diſciplinæ militaris immemores. Matthæus Pariſ. *Occubuit Oliverius de Termes cum ſuis omnibus, quos Ruptarios vocamus, pugnatoribus.* Bernardus Guido in vita S. Fulcranni: *Quidam autem Ruptarii milites in rapinam rerum peſſimè inhiantes &c.* Rupta etiam & Ruptaria dicebatur caterva illa prædatoria. Villelm. Brito lib. 7. Philipp.

tecum Lupicarica Rupta
Fue eat.

Idem infra:

Ag-

Digitized by Google

Agmina præfecit toti Ruptarica regno. Neubrigenſis: *Per ſtipendiariam militiam, quam Rutam vocant.* Cæſarius lib. 2. *Prædonibus, quorum multitudo, Rutta vocatur, ſe conjunxit.* Iidem Rutarii, & Rotarii dicti inveniuntur: Gallis *Routiers*: Jacobus de Vitriaco Hiſt. Occid. cap. 7. *Viros ſanguinum, incendiarios, Raptores, & Rutarios.* Monachus Antiſiodorenſis: *Arturi cohortes, quos Rotarios vocant, cum quadam die viriliter debellaſſent, ſuper recenti certamine fatigatos improviſo Rex irruit, eoſque ſuperat.* Ab Anglicis eorum temporum Regibus præ aliis eam pſeudomilitiam fuiſſe conflatam iterum addocet idem author alibi: *Cohortes Regis Angliæ, quos Rotarios vocant, ſubita circumventione aggreſſos debellant.* Vide plura de hoc genere apud Gaſparem Barthium in Commentariis ad lib. 7. Philipp. Gulielmi Britonis. Obſervo etiam, non ſolum in acie, & conflictu locum habuiſſe Ruptarios; verum detentos etiam in urbibus & aulis Regum, tanquam lictores, qui dominis ſuis præſto eſſent, & ad expetendas pœnas, capiendamque vindictam, quocunque imperia vocarent, excurrerent. Matthæus Pariſ. de Francorum Regina: *Illa mulicbri ſimul procacitate, & impetu mentis agitata, Præpoſitis civitatis, & quibuſdam Ruptariis ſuis dedit illicò in mandatis, ut ſub omni celeritate armati ab urbe exeuntes hujus violentiæ authores, nulli parcentes, punirent. Illi, qui proni erant ad omnem crudelitatem, civitate exeuntes alios occiderunt &c.* Vocis etymon trahit Pithœus a dictione Germanica *Boot*, quæ Latinis eſt ſtipendium. Alii propiùs ad rem ipſam a rumpendo dictos autumant, quoniam illecti cupiditate prędę lucrique adversùs innocuos impunè graſſarentur, perturbatores publicæ tranquillitatis, & quaſi ruptores; ut ferè eſſe ſolent ruſtici, præſertim cum laceſſiti arma capiunt. Ego dictos putaverim a rumpenda vel proſcindenda terra: ruſticæ quippe originis erant homines.

Russata, æ. Tunica erat, ſive velum, aut vexillum coccineum, quod extolli ſolebat in caſtris ante pugnam, ut dicemus in voce *Vexillum.* Id genus veli a ruſſeo colore dictum eſt Ruſſata. Iſidorus: *Ruſſata, quam Græci phœniceam vocant, nos coccineam - hac ſub Conſulibus Romani uſi ſunt milites, unde etiam Ruſſati vocabantur. Solebat enim pridie quam dimicandum eſſet ante Principia poni, admonitio & indicium futuræ pugnæ.* De eo expanſo vexillo ita Cæſar lib. 2. Bell. Gallic. *Cæſari omnia uno tempore erant agenda: vexillum proponendum, quod erat inſigne cum ad arma concurri oportebat.* Hirtius de Bell. Alexand. *Vexillo ſublato, quo pugnandi dabat ſignum, idem ut facerent, ſignificabat.* De eodem Ammian. lib. 20. *Matutinæ lucis exordio, ſigno per flammeum erecto vexillum, circumvaditur civitas.* Et lib. 26. *Cum undique ad arma conclamaretur, imperio Principis & Ductorum ſtetit regibilis miles vexillum opperiens extollendum, quod erat ſubeundæ indicium pugnæ.* Vide *Tunica.*

Russati milites. Vide *Ruſſata.*

Rusticana militia. Vide *Urbana Militia, & Delectus 6.*

Rutellus, ſeu Rutellum. Jaculi genus. Hiſt. Auſtralis: *In lecto ſuo ſagittatus, poſtea gladiis & rutellis confoſſus vitam finivit.*

Rutrum, tri. Antiquitùs Rutum: nam prius fuit Rutum, deinde Rutrum; ut prius aratum, poſtea aratrum, ut bene obſervat Feſtus. Dicitur a ruendo, ſeu diruendo. Eſt autem propriè ruſticum inſtrumentum, de quo Cato cap. 11. *Oportet habere villicum palas ſex, rutra quatuor, raſtros quatridentes duos.* Idem inſtrumentum a Livio lib. 8. Bell. Punic. recenſetur inter arma militiæ nauticæ. Sic enim ſcribit: *Secures quoque ſunt polliciti, rutra, falces, alveolos, quantum in quadraginta longas naves opus eſſet.*

Rutuli. Vide *Rufuli.*

S

SAccus, ei. Culeus, repoſitorum notum, quod ferè geſtatur ſcapulis hominum, vel jumentorum: ſit ex lino, cannabe, lana, vel corio: & eſt plerunque conditorium aridorum, cujuſmodi ſunt frumenta, legumina &c. Quod ſi liquidis etiam ſervandis inſerviunt ſacci, ex pelle vel corio confici ſolent. Locum habent in re oneraria, vel ſarcinaria militari. Saccorum ſpecies propriis locis exponimus. Saccum vocem eſſe Græcanicam ſcribit Voſſius. Ab Hebræo ſonte accerſit Martinius. Horat. Serm. 1.

congeſtis undique ſaccis
Indormis inhians.

Sacci terrà oppleti in uſu fuiſſe reperiuntur ad attollendos aggeres. Veget. lib.3. cap. 10. *Perſæ imitantes Romanos ductis foſſis caſtra conſtituunt. Et quia arenoſa ſunt prope omnia, ſaccos, quos inanes portaverant, ex pulverulenta, quæ ibi effoditur, terra complent, eorumque cumulo aggerem faciunt.* Nos de terra aggeſtitia & ejus uſu, aliiſque inſtrumentis eam comportandi ſæpe alìàs. Paleis conſtipati ſacci inter inſtrumenta recenſentur ad fruſtraneam reddendam vim & impetum machinarum, ac præſertim arietum. Appianus in Mithridatico: *Arietes lapidibus decutiebant, aut laqueis deflectebant, aut ſportis, ſacciſque lanarum plenis vim infringebant.* Sed multò expreſſius Joſephus: *Saccos paleis plenos juſſit eos funibus demittere in eam partem, quà viderent ſemper impetum arietis ferri. Ut hoc modo & aberrare faceret ictum; aut ſi excepiſſet, vanus redderetur mollitie & laxitate. Quæ quidem res valde Romanos exercuit: nam quocunque hi convertiſſent machinam, illi traducentes ſaccos ſubjiciebant roſtro ejus, ut nihil murus reſiſtendo & renitendo incommodi caperet.*

2. Iſidorus ſacci etymon trahit a ſago militari: quaſi ſaccus ſit conſutum ſagum. Sunt qui hanc originationem derideant. Mihi neutiquam eſt contemnenda. Id ut ſentiam, efficiunt voces Italicę *Sacco* pro direptione, *Saccheggiare* pro diripere Latinorum, *Saccomanni*, & *Saccardi* pro prædatoribus. Has certe voces conſtat eſſe militares. Quidni autem eas habeamus a manipulariorum gregariorum, atque adeo lixarum calonumque ſago, quod non laxius fuerit atque ſolutius, cujuſmodi conſtat fuiſſe ſaga militiæ lectioris, ſed rude, adſtrictius, & ad latera conſutum? Equidem ſatis notum eſt, hoc veſtimenti genus ſuperinduere bajulos geruloſque cum vectant onera, ac præſertim cum fœni in agris collecti ſarcinas congerunt atque conſtipant in urbana fœnilia. Addo non ita multum abſimili veſtitu diſcerni arctioris diſciplinæ Religioſos viros, qui vulgò paſſim vocitantur *veſtiti di ſacco*. Poſtremò quemadmodum nemini eſt obſcurum, deferri a militibus inter impedimenta magnam ſaccorum vim ad uſum buccellati & utenſilium; ſic novitium inventum, nec ſatis ob avaritiæ notam laudabile videtur mihi, vacuos vectari ſaccos ad prædam ſcilicet recipiendam. A ſacco Latinorum ſit vox Italica item *Sacco*. Hæc verò primùm ſignificat veſtem, ut dixi, militarem, peculiaremque catervæ prędatoriæ. Iterum notat rerum conditorium. Poſtremò ſignat ipſum prædandi actum. Areoſt. Orl. 11.

L'haver fu meſſo a ſacco; meſſo fuoco
Fù nelle caſe.

Hinc *Saccheggiare*. Idem 29.

E tuttavia ſaccheggia ville e caſe.

Et *Saccomanno*. Duo ſignificat: prædandi actum, ut *Sacco*. Areoſt. C. 30.

Capitò al fin a Malaga, e più danno
Vi fece, ch'egli haveſſe altrove fatto.
Che, oltre che poneſſe a Saccomanno
Il popol sì, che ne reſtò disfatto,
Nè ſi potè rifar quel, ne l'altr'anno,
Tanti n'ucciſe il perglioſo matto;
Vi ſpianò tante caſe, e tante acceſe,
Che disfè più che'l terzo del paeſe,

Et prædatorem ipſum. Franc. Sacch. Op. Div. *Codro ſi contrafece in veſte de manipulari, gli quali hoggi chiamano Saccardi, o Saccomanni.*

SACCULUS, i. Saccus exiguus. Juvenal. Satyr. 11.

quantum ferrata diſtet ab arca
Sacculus.

SACCULI PARTHICI. Præcipui habebantur pretii inter ſarcinas virorum illuſtrium belligerantium: quoniam ejus regionis pelles laudatiſſimæ erant. Memorantur a Marcellino lib.22. *Notum eſt enim ſub Maximiano Cæſare, vallo Regis Perſarum direpto, gregarium quendam poſt ſacculum Parthicum, in quo erant margaritæ, repertum, projectis imperitia gemmis, abiſſe pellis nitore ſolo contentum.*

SACERDOTES, ET SACRA A MILITARIBUS INJURIIS EXEMPTA. Vide *Benignitas in Imperatore*, *Religio*, *Templum*.

SACERDOTES MILITES. Vide *Druidæ* & *Vacatio 3.*

SACRAMENTUM, i. Nihil eſt aliud, quàm id quod ſacrat, ſeu quo quid ſacratur ad rem certam, ut ad militiam, cujus maxime ſori eſt ſacramentum. Servius tria fuiſſe docet militiæ genera, Sacramentum, Conjurationem, & Evocationem. Sacramentum verò eorum fuiſſe, qui ſinguli jurabant pro Republica ſe eſſe facturos, nec diſceſſuros,

Digitized by Google

ſuros, niſi confectis ſtipendiis, & ex voluntate Imperatoris. Id quo modo ſactnm fuerit tradit Polybius lib.6. & Dionyſius Halicaro.lib.11. Livius autem lib.22.docet milites antiquitus ſua voluntate, & mntua inter ſe ſponſione fidem ſnam obligaſſe Ducibus vel Conſulibus: eorum nempe duntaxat juſſu ſe conventuros, nec injuſſu abituros: porrò non receſſuros ex ordine, niſi teli ſumendi, feriendi hoſtis, aut ſervandi civis causâ. Fiebat autem mira quadam alacritate, quam elatis in altum manibus teſtabantur, Lucanus lib. 1.

cunctæ ſimul aſſenſere cohortes;
Elataſque altè, quæcunque ad bella vocaret,
Promisère manus.

Sanctiſſimum illud juramentum appellatur a Cęſare. Addit autem Lipſius ad Tacit. Annal.lib.16. juraturos milites vibrare & diſtringere evaginatos gladios conſueviſſe, ut ſignificarent ulciſcendam ſacramenti violatam fidem. Vide Marcellin. lib. 21. Confirmat hoc Ovid. Metam. lib. 13, loquens de Ajace.

Et nunc ille eadem nobis juratus in arma,
Heu! pars una Ducum,

Hoc genus ſacramenti Conjuratio dicebatur, propterea quod mutuò ſe milites adſtringerent. Ex voluntario inter militaturos fœdere translatum id poſtea eſt a Tribunis ad legitimam jurisjurandi actionem, de qua videndus eſt Gellius lib.16. cap. 4. Aliter tamen iſta diſtinguit Iſidorus lib.9. cap.3. *Tria ſunt militiæ genera, Sacramentum, Evocatio, Conjuratio. Sacramentum, in quo poſt electionem jurat unuſquiſque miles. Evocatio, dum ad ſubitum bellum non ſolùm milites, ſed etiam cæteri evocantur. Conjuratio, quæ fit tumultu, quando vicinum Urbis periculum ſingulos jurare non patitur, ſed repente colligitur multitudo.* Hinc pro ipſa militia uſurpatum legimus Sacramentum. Tacit. lib. 15. *Interrogatuſque a Nerone quibus cauſis ad oblivionem ſacramenti proceſſiſſet: Oderam te, inquit.* Idem Hiſt. lib. 2. *Literæ afferuntur, ſuperioris Germaniæ legiones, rupta ſacramenti reverentiâ, alium Imperatorem flagitare.*

a. Quanti verò id ſapientiſſimi viri fecerint, diſcimus ex Cicer. lib. 1. de Offic. *Cato ad Pompilium ſcribit, ut ſi filium pateretur in exercitu remanere, ſecundo eum obligaret ſacramento, quia priore amiſſo, jure cum hoſtibus pugnare non poterat.* Expreſsè etiam Iſidorus lib. 9. cap.3. negat ſine ſacramento militem quempiam dici poſſe. Sic enim ſcribit de tironibus. *Hi enim non ex ſola profeſſione nativitatis, ſed ex aſpectu & valetudine corporis æſtimantur, unde & tirones dicti: quippe antequam ſacramento probati ſunt, milites non ſunt.* Vide *Juramentum.*

Sacramentum. Pro milite. Juven. Sat. 16,

alia emolumenta notemus
Sacramentorum.

Sacramenta hic milites ipſos exponit Britannicus, cujus ſententiam Martinius refert & ſequitur. Nihil moveo ſuper figurata locutione. Scio arma, armaturas, lanceas, loricas ſumi interdum pro Armatis, Lancеariis, Loricatis: imo etiam apud Italos Loricatos & Lancearios appellari *Lancie, & Corazze.* Sed cum ſatis apte, & ſaoe mollius ſacramenta apud Juvenalem poſſimus exponere ipſam militiam, nihil video cauſę eſſe, quamobrem aſperius illud & durius devoremus, ut ſacramenta milites ipſi intelligantur. Multa licere, quæ non expediunt, populare eſt effatum; nec, quod fieri poſſe non inficiamur, continuò optimum factu eſſe judicandum eſt.

Sacrati milites. Occurrunt apud Capitolinum in Gordianis. Ibi his verbis Maximinus milites affatur: *Sacrati commilitones, imò etiam mei conſecranei.* Sacrati dicuntur a ſacramento ab iiſdem dicto, quod eſt maximum & præcipuum religionis & fidei vinculum.

Sævitia in hostes extinctos. Inhumanum prorsùs, & palam dedecoroſum apud omnes nationes ſemper eſt habitum non modò ultra vitam, verùm etiam ultra cineres intemperantiam crudelitatis extendere; & in mortuos, quod vulgò dicitur, deſævire. Non hic de primæ notæ facinoroſis agimus, quorum ne cineres quidem a poſterorum execrationibus diriſque conquieſcere cùm publicæ ſecuritatis intereſt, tum ad exemplum pertinet reliquorum. Non de iram, odiumque publicum commeritis, ſed de illorum inhumanitate hic agimus, qui poſt vitam hoſtibus ereptam, in ipſa ferocire cadavera, & ſuprema naturæ jura non pertimeſcunt. Quis enim Caligulam ferat, qui, Senatoris cujuſdam imperata cæde obtentaque, uſque adeo non eſt exſatiatus, ut extinctos etiam ejuſdem artus & detracta viſcera circumferri per vicos, ſuiſque palam geſtientibus oculis obiici non erubuerit? Id autem de teterrima illa peſte Cæſarum in ejuſdem vita ſcribit Svetonius. Immaniſſimum etiam Achillis illud apud Homerum in Iliade, qui Hectorem ſemianimem, nondum expectata ejus morte, curru tractum, pluſquam belluarum in modum dilaceravit & torſit. Non ſine hauſto quodam medullis terrore legimus apud Scriptores belli Thebani, Tydeum poſt acceptum a Menalippo lethale vulnus, hoc ſibi mortis ſolatium a ſuis præſtari imperaſſe, ut antequam poſtremum emitteret ſpiritum, ad ſe Menalippi caput referrent; quo tandem obtento, tigridis ritu momordit illud dilaniavitque. Rem tragicam tragico & magnifico verſu commemorat Statius lib.8,

non oſſa precor referantur ut Argos,
Ætolumve larem, nec enim mihi cura ſupremi
Funeris: odi artus, fragilemque hunc corporis uſum
Deſertorem animi. Caput, ò caput, ò mihi ſiquis
Adportet, Menalippe, tuum.

Et paulò poſt, cum Hippomedontis & Capanei opera obtruncati Menalippi caput eidem eſſet allatum:

Erigitur Tydeus, vultuque occurrit, & amens
Lætitiaque iraque, ut ſingultantia vidit
Ora, trahique oculos, ſeſeque agnovit in illo;
Imperat abſciſſum porgi, lævaque receptum
Spectat atrox hoſtile caput.

Simile quidpiam, ejuſdem Tydei comparatione uſus, habet Dantes Infern. Cant. 32.

Noi eravam partiti già da ello,
Ch'i vidi due ghiacciati in una buca,
Si che l'un capo all'altro era cappello.
E come'l pan per fame ſi manduca,
Così 'l ſovran li denti all'altro poſe,
Là u'l cervel ſi aggiunge con la nuca.
Non altrimenti Tideo ſi roſe

Le

Digitized by Google

Le tempie a Menalippo per diſdegno,
Che quei faceva 'l teſchio, e l'altre coſe.

Spirat eandem immanitatem illud Solimani adversùs Argillanum apud Torquatum Taſſum Gieruſalem. Cant. 9.

Nè di ciò ben contento, al corpo morto
Smontato del deſtriero anco fa guerra;
Quaſi maſtin che 'l ſaſſo, onde a lui porta
Fu daro colpo, infellonito afferra.
O' d'immenſo dolor vano conforto,
Incrudelir nell'inſenſibil terra.

Huc etiam pertinet quod Herodotus lib. 2. memorat de Tomiri Scytharum Regina, quæ cum filii ſui interfectorem Cyrum Regem Perſarum in acie profligaſſet, ſpoliaſſetque vitâ, neutiquam tamen ſic extincta vel emollita fœminæ rabie, ejuſdem caput in utrem humano cruore ſaturatum demiſit, his inſuper inſultans minis: *Saturo te ſanguine, quem ſitiſti*. De qua ſic Petrarca:

La Vedova, che sì ſecura vide
Morto'l figliuol, e tol vendetta feo,
Ch'ucciſe Ciro, & hor ſua fama uccide:

Et alibi:

Nè Ciro in Scithia, ove la Vedova orba
La gran vendetta, e memorabil feo.

Et de eadem Dantes Purgat. Cant. 12.

Moſtrava la ruina e'l crudo ſcempio;
Che fè Tomiri, quando diſſe a Ciro:
Sangue ſitiſti, ed io di ſangue t'empio:

Illud prorſus immane eſt, quod de Gelonis memorat Solinus cap. 15. detractas nimirum hoſtibus pelles in ſua & equorum tegmina verti ſolitas a victoribus: *De hoſtium cutibus & ſibi indumenta faciunt, & equis ſuis tegmina*. Idem de iiſdem tradit Mela: *Geloni hoſtium cutibus equos ſeque velant: illos reliquis corporis, ſe capitum*. Idem tradit Herodotus de Scythis, nec non Ammianus de iiſdem Gelonis lib. 31. *Poſt quos Budini ſunt & Geloni perquam feri, qui detractis peremptorum hoſtium cutibus, indumenta ſibi, equiſque tegmina conficiunt*. Scio affatim ſuppetere eorum exempla, qui extinctorum artus vel amoris impotentiâ devoraverint, quod factitaſſe dicitur Artemiſia Mauſoli conjugis abſorptis cineribus; vel ſuprema inſtigante fame in proprium verterint alimentum, ut de Hebræa genitrice eſt proditum 4. Reg. c. 6. quæ liberos convertit in pabulum longe crudelius fame, qua affligebatur. Verùm hæc miſerrimæ potius humanæ conditionis teſtimonia, quàm exempla hoſticæ crudelitatis fuere. Scio etiam probroſiſſimorum facinorum ſupplicii genus etiam illud, lapidationem ſcilicet execrationemque publicam cinerum atque buſtorum fuiſſe propoſitam. Verùm terrificum illud, præterque omnem humanitatem quod de Electra refert Euripides:

Saxiſque pulſat lapideum monumentum patris.

Adjiciam ex bello Thebano, quod omnium fere eventuum tragicorum ſeminarium fuit, non occiſionem mutuam Etheoclis & Polynicis fratrum, de illo principatu cum univerſis Græciæ copiis armiſque utrique parti fœderatis decertantium; verùm quod in omni facile memoria ſingularis exempli, & prodigialis cujuſdam oſtenti ſimile fuit, eorundem fratrum rixantes cineres, flammaſque in cadaverum combuſtione diviſas, quod hoc epitaphio celebravit Bianor Poeta;

Natorum OEdipodę Thebe crudele ſepulchrum,
Quod vivo extinctos verberat enſe rogos.
Non Orcus domuit fratres, Acheronte ſub ipſo
Pugnant, & tumulus hoſtis adeſt tumulo.
O miſeri! inſurgunt diviſo vertice flammæ,
Perpetuis Juvenes enſibus uſque cadunt.

De eodem eventu hæc Stat. lib. ult. Theb.

primos ut contigit artus
Ignis edax, tremuere rogi, & novus advena buſtis
Pellitur; exundant diviſo vertice flammæ;
Alternoſque apices abrupta luce coruſcant.

2. Non omiſerim indicare ſaltem veterem illum, ſed atrociſſimum morem hoſtica cadavera feris & canibus objectandi. Ejus conſuetudinis ſæpe meminit Homerus. Iliad.

ipſos verò prædam objecit canibus
Volucribuſque carnivoris omnibus.

Ibidem illa ſunt Achillis adversùs Hectorem:

Duodecim quidem Trojanorum magnanimorum filios egregios,
Quos tecum omnes ignis devorat. Hectora verò neutiquam
Dabo Priamidem igni depaſcendum, ſed canibus.

Non laudo Torquatum Taſſum, qui Italicè reddens Virgilianum locum lib. 10.

non me, quicunque es, inulto
Victor, nec longum lætabere: te quoque fata
Proſpectant paria, atque eadem mox arva tenebis.
Ad quem ſubridens miſtâ Mezentius irâ,
Nunc morere; aſt de me Divûm Pater, atque hominum Rex
Viderit:

Ita ſcribit Cant. 9.

Non tu, chiunque ſia, di queſta morte
Vincitor lieto havrai gran tempo il vanto:
Pari deſtin t'aſpetta, e da più forte
Deſtra a giacer mi ſarai ſteſo a canto.
Riſe egli amaramente; e di mia ſorte
Curi il Ciel, diſſe; hor tu qui mori in tanto
D'angei paſto e di cani: indi lui preme
Col piede, e ne trahe l'alma, e'l ferro inſieme.

Ubi parum cautè, & minus humanè ſententiæ Virgilianæ, quam cæteroqui nitidè & fideliſſimè reddidit, illa adjecit verba e penu ſua; *d'augei paſto, e di cani*. Quod eam etiam ob cauſam abhorret magis, quoniam loquitur ibi Argillanus Ductor Catholicus ad Ariadinum Saracenum. Nec ſanè ſatis probi moris fuit virum Chriſtianis imbutum virtutibus ethnicum hoſtem verbis illis parum religioſis inceſſere. Equidem decoro Poetico, & ſacri equitis diſciplinæ accuratiùs conſuluiſſet Poeta, ſi abjecta illa adjectione, ad explendum verſus hiatum commodius aliquid excogitaſſet. Vidit alibi Torquatus alienum eum morem eſſe a viro militari Chriſtianarum partium, quod non obſcurè aperuit Cant. 19. per illa Tancredi verba:

Diſſe Tancredi allora: adunque reſta
Il valoroſo Argante ai corvi in preda?
Ah per Dio non ſi laſci, e non ſi frodi
O della ſepoltura, ò delle lodi.

Quo magis miror, in loco memorato humaniſſimi optimique moris parum fuiſſe memorem.

3. Nihil ejulationis amariſſimæ, nihil execrationum feralium reliquum facit Lucanus, ubi Pompeii Magni caput avulſum a viliſſimis prędonibus

nibus

nibus per omnia ludibriorum genera traductum impotenter lamentatur; ſortemque præſtantiſſimi Ducis, etiam ultra mortem, acerbiſſimi victoris odio, ſævientem, tanquam miſerrimum humanæ conditionis ſpectaculum, exhibet mandatque poſteritati. Præter enim quam quod in Ægyptiaco littore obtruncatum corpus undarum ventorumque arbitrio eſt relictum; caput ipſum, multis maximiſque in patriam promeritis inprimis verendum, Ptolemæo primum Regi, mox Cæſari rivali, hoſtique infeſtiſſimo demandatum eſt. Eodem inſpecto capite addidit Cæſar lacrimas irriſorias, & ſimulatam coacti luctus effuſionem, ut legitur lib. 9.

Non primo Cæſar damnavit munera viſu,
Avertitque oculos; vultus dum crederet, hæſit:
Utque fidem vidit ſceleris, tutumque putuvit
Jam bonus eſſe ſocer, lacrimas non ſponte cadentes
Effudit, gemituſque expreſſit pectore læto.
Non aliter manifeſta putans abſcondere mentis
Gaudia, quàm lacrimis.

Ad quos verſus haud dubiè reſpexit Petrarca:

Ceſare, poi che 'l traditor d'Egitto
Li fece'l don dell'honorata teſta,
Celando l'allegrezza manifeſta,
Pianſe per gl'occhi fuor, ſicome è ſcritto.

Non animosè minus, quam prudenter a Tancredo objurgatus Argantes, ut legitur apud Torquatum Cant. 6. quod cum exanguem ex equo dejeciſſet Othonem, eidem poſtea proprii quadrupedis calcibus ſubjecto arroganter & barbarè inſultaverit:

Ne l'ira Argante infelloniſce, e ſtrada
Sovra il petto del vinto al deſtrier face:
E così grida ogni ſuperbo vada,
Come coſtui, che ſotto i piè mi giace.
Mà l'invitto Tancredi allor non bada,
Che l'atto crudeliſſimo gli ſpiace:
E vuol che'l ſuo valor con chiara emenda
Copra il ſuo fallo, e come ſuol riſplenda.
Faſſi innanzi gridando: Anima vile,
Ch'ancor nelle vittorie infame ſei,
Qual titolo di laude alto e gentile
Da modi attendi ſi ſcorteſi e rei?
Frà i ladroni d'Arabia, ò frà ſimile
Barbara turba avvezzo eſſer tu dei.
Fuggi la luce, e và con l'altre belve
A incrudelir ne monti, e tra le ſelve.

4. Quantum autem commendationis & gloriæ ſibi ad poſteros propagarunt humaniſſimi illi copiarum moderatores & armorum ſupremi, qui hoſtium, ac præcipue illuſtrium cadavera honeſto ac ſæpe regio cultu funeraſſe leguntur, de quibus nonnihil apud nos invenies in dictione *Funus*, alterum tantum perpetui dedecoris illi ſunt conſecuti, qui hoſtium cadavera aut omni ignominia affecerunt, aut inhumata vulturibus & canibus pabulum reliquere. Nefaſta illa Ducum ac præcipue barbarorum nomina in plurimorum Scriptorum monumentis ad ſempiternæ execrationis ludibrium damnata & devota paſſim leguntur apud Hiſtoricos. Propter hanc Tyrannorum crudelitatem, qui SS. Martyrum ſuppliciis innumeris affecta corpora paſſim Chriſtifidelibus ſepelienda denegabant, pii religioſique homines, fœminæque pietatis ſtudio magis quam genere illuſtres, immenſos labores exantlarunt, nullis cæteroqui parcentes ſumptibus, ut a tortorum immanitate, imò verò a feris canibuſque redempta fortiſſimorum Divinæ fidei teſtium cadavera aut furtim ſurriperent, aut obtenta pretio, quantá maxime poterant diligentiá ſtudioque, terræ mandarent.

5. Supereſſet ut, ad ſævitiam explicandam in mortuorum cineres & hoſtes extinctos, de violatis buſtis diſſipatiſque armorum vi hoſtium cineribus, aliquid attexerem. Verum de hujus furoris inſania ſatis diximus in dictione *Funus*. Delibare hìc tamen non parcam, & indicare ſaltem Ulyſſis veſaniam, qui, ut abſconditi Aſtianactis confeſſionem eliceret ab Andromacha, diſiecturum ſe comminatur buſtum, quo Hector condebatur, ejuſque cineres projecturum. Accipe id ex Seneca in Troad. Act. 3.

Ul. *Reſponſa peragam, funditus buſta eruam.*
An. *Quæ vendidiſtis?* Ul. *pergam & e ſummo aggere*
Traham ſepulchra. An. *Cælitum appello fidem,*
Fidemque Achillis; Pyrrhe, genitoris tui
Munus tuere. Ul. *tumulus hìc campo ſtatim*
Toto jacebit. An. *fuerat hoc prorſus nefas*
Danais inauſum, templa violaſtis, Deos
Etiam faventes, buſta tranſierat furor.

Et certe in illa Trojanarum calamitatum tragica lamentabilique ſerie nihil recenſetur gravius, quàm humari vetita a Græcis Regiæ domus cadavera. Et de Priamo quidem illa habet Seneca Troad. Act. 1.

ille tot regum parens
Caret ſepulchro Priamus, & flamma indiget,
Ardente Troja.

Quod breviùs, & vibratiùs Manilius ita protulit:

Cui nec Troja rogus.

Hinc meritò Æneas totis artubus inhorruit, cum virgulta evellens, ſtillare illa primò guttas ſanguinis, mox verò in Polydori cadaver a ſe ſuiſque vim illatam ſenſiſſet, lib. 3. Æneid.

Obſtupui, ſteteruntque comæ, & vox faucibus hæſit.

Præcipue cum ab ipſius Polydori umbra veriſſimi doloris teſtes querelas illas intellexiſſet:

Quid miſerum, Ænea, laceras? jam parce ſepulto,
Parce pias ſcelerare manus.

Quod advertens Dux Trojanus pro ſua ſingulari pietate reſicere & inſtaurare confeſtim non deſtitit interfecti conſanguinei tumulum, eidemque honores emortuales e patrio ritu perſolvere:

Ergo inſtauramus Polydoro funus, & ingens
Aggeritur tumulo tellus; ſtant manibus aræ
Cæruleis mœſtæ vittis atraque cupreſſo;
Et circum Iliades crinem de more ſolutæ.
Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte,
Sanguinis & ſacri pateras, animamque ſepulchro
Condimus, & magna ſupremùm voce ciemus.

Quæ innuimus ferinæ crudelitatis portenta ſuopte ingenio inſtinctuque naturæ ſtimulati refugere deberent quicunque humanitatis ſenſum prorſus non exulſſent. Addo eam ſævitiam mirandum in modum abhorrere a virili fortitudine & Martia indole; propriamque eſſe ac peculiarem muliercularum vindictam, in vita ſpo-

liatos

Digitized by Google

liatos rabiem exerere. Nam quid probroſius in viro militari, & bellatore veræ gloriæ flammis incenſo, quàm Fulviam M. Antonii uxorculam imitari, quæ cum Ciceronis amputatum caput domi aſſervaret, ejuſdem linguam acu pungere & perſodere ad inſatiabilem rabiem, quoquomodo poterat, teſtificandam & evomendam, minimè exhorruit? Nihil pulchrius hac ſuper re excogitari poteſt Virgilii verſu lib. 11.

Nullum cum victis certamen, & æthere caſſis.

Non immemor humani moris Theſeus fuit, ubi Amazones cęſas in prœlio ſepulturæ ſupremo honore donandas curavit apud Bocc. Teſeid. lib. 1.

Come Theſeo le vide sì fuggire,
In un raccolſe tutta la ſua gente,
Et commandò che ſi laſciaſſen gire.
Poi fe cercare il campo preſtamente,
Et fece i corpi morti ſepelire,
E le ferite aſſai benignamente
Fece che andaſſen ſenza ingiuria alcuna
La dove che piaceſſe ire a ciaſcuna.

Eadem pietatis officia idem Theſeus præſtitit erga Creontem a ſe in conflictu interemptum, licet longe ſecus ille ſe geſſerit adversùs Reges & Principes Græcorum, qui Thebis prœliando miſerè interierunt. Sic autem idem Bocc. lib. 2.

Or Theſeo ſe veggendo vincitore
Sopra Aſopo il ſuo campo fece porre:
De vincenti chetato il gran romore,
Dal campo il corpo di Creon fe torre,
E belle eſequie degne e grande honore
Gli fece, e fe la cenere riporre
Dentro ad una urna, e poſcia di Lieo
Nel Tempio in Thebe collocar la feo.
Dicendo, io vò che a l'anime infernali
Poſſa di me miglior teſtimonianza
Render, che quelli eccelſi e gran reali,
A qua' negavi tu con orroganza
Gli ultimi honori, e i fuochi funerali,
Di te non poſſon per la tua fallanza.

De Creonte verò, qui Principum Achivorum corpora inhumata relinqui impiè juſſerat, ita ibidem loquitur.

Eſſo con fiero core i Greci odiando,
Poi che fur morti in lor l'odio innovava;
Perche egli havea con un terribil bando
Vietato a chi ſua grazia diſiava,
Ch'a niun corpo quivi morto ſtando
Fuoco ſi deſſe, e imputridir laſciava
Lor ſozzamente ſenza ſepoltura,
Qual de le fier non fù prima paſtura.

Et infra.

Il perfido Creonte, a cui più dura
L'odio, ch'a' morti non fe già la vita,
A Greci corpi nega ſepoltura,
Crudeltà mai non credo a dietro udita.
L'ombre di quà de la palude oſcura
Di Stige egli ritiene, onde infinita
Doglia ci aſſal frà gli altri noſtri mali
Sentendoli mangiare agl'animali.

Reſpexit plane Boccaccius ubi hæc de Theſeo & Creonte atque inſepultis in ea acie ſcripſit ad locum Iſocratis Panathæn. *Quis neſcit, quis non didicit, vel in Dionyſiis ex tragœdiarum authoribus, quæ Adraſto mala circa Thebas contigerint, cum reducere volens Oedipodis filium, generum autem ſuum, Argivorum plurimos perdidit, ipſoſque Ductores vidit interemptos: ipſe verò cum dedecore ſuperſtes, cum inducias ad humandos mortuos obtinere non potuiſſet, ſupplex Athenas venit, quam tunc civitatem Theſeus regebat; eumque oravit ne viros tales inſepultos jacere pro nihilo duceret, neve pateretur proculcari antiquum morem, & jus patrium, quo omnes homines inter ſe utuntur, non quaſi ab humana natura condito, ſed tanquam imperato a Divina potentia: quæ cum ille audiſſet, ſine mora legationem Thebas decernit.* Eandem hiſtoriam repetit in Encomio Helenæ, & Plataica oratione. Ejuſdem meminerunt Xenophon lib. 6. Diodorus Hiſtor. lib. 4. Herodotus Calliop. ex quibus Etruſci Poematis ſui argumentum deſumpſit commemoratus Boccaccius. De eodem Creonte Statius.

bello cogendus & armis
In mores hominemque Creon.

Et alibi.

vade atra daturus
Supplicia, extremique tamen ſecure ſepulchri.

Morem autem ſepulturæ tradendi cadavera antiquus Poeta Moſchion repetit a ſævitia Gigantum, quorum atrocitas fuerit carnes humanas ac cadavera mandere & devorare, cujus immanitatis abolitæ ſignum relictum eſt ſepultura primum inſtituta:

Tunc morte raptos imperatum legibus
Mandare terræ, pulveremque inſpergere
Necdum ſepultis, ne darentur conſpici
Abominanda ſigna paſtus priſtini.

Id verò conſilium extinctos terræ tradendi non humanum duntaxat, ſed humanitatem appellarunt Cicero, Quintilianus, Seneca, aliique. Verſiculo rem belle comprehendit Lucretius:

Omniparens eadem eſt rerum commune ſepulchrum.

Xenophon autem dixit: corpora terræ reddi, & quaſi operimento matris obduci: ut quæ primum naſcentes excepit, natos aluit ſuſtinuitque, eadem noviſſimè poſt extremum ſpiritum quaſi abdicatos ſuo ſinu reciperet atque cooperiret.

6. Diſcere humanitatem illi potuiſſent ab infenſiſſimis & acerrimis hoſtibus, qui nihil indignum injurioſumque committi patrarique a ſuis paſſi ſunt in eorum corpora, quos extra odii vindictæque jactum mors ipſa ſepoſuit; terra verò ſibi redditos ſempiternæ quietis otio irrigat recreatque. Præcipuum inter eos adnumero Alexandrum Macedonem, qui non acerbiſſima ſolum commiſeratione, luctuoſoque gemitu Darii Regis mortem proſequutus eſt, verum etiam ejuſdem cadaver, detracto ſibi paludamento coornatum, Majorum ſuorum tumulo inferendum miſit ad matrem. Exiſtimabat generoſiſſimus Imperator nullum ultra eſſe odio rixiſque locum, ubi hoſtem ſuum terra compoſuerat. Præſcripſit id humano & æquiſſimo more Euripides in Antigone:

Mors jurgiorum finis eſt mortalibus.
Nam majus aliud quid poteſt letho dari?

Eam nos animi celſitudinem feræ ipſæ addocent, Ovidio teſte:

Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni:
Pugna ſuum finem, cum jacet hoſtis, habet.

Quam alienum ab Alexandri facilitate & clementia flagitium Menelai fuit, qui Deiphobum morti tradere non ſatis habuit, ſed in maritali lecto per extremam immanitatem reliquit, ut ait Virgil. lib. 6.

La-

lacerum crudeliter ora
Ora, manuſque ambas, populataque tempora raptis
Auribus, & truncas inhoneſto vulnere nares.

Fruſtra quippe eundem Menelaum Ulyſſes monuerat apud Homerum.

Menelae, poſt dicta ſapienter, cave
Injurioſus ſis in hominem mortuum.

Adhuc truculentius ferinæ diritatis exemplum ab iis manavit, qui brutali rabie pereiti diſſecta extinctorum crania calvaſque verterunt in pocula, non tam Baccho quam Furiis omnibus & Intemperiis ebrii & amentes. Legimus apud Zonaram tom. 3. Crumum Ducem Bulgarorum argento inductam calvariam Nicephori bello ſuperati commutaſſe in cyathum, eoque ſe & vino latiùs proluiſſe, & ſociis propinaſſe. Ego verò ſæviusne fuerit ex humana calva meracum merum haurire, an potius cruorem humanum in pateris cryſtallinis vel myrrhinis, aut etiam aureis circumferre libandum hauriendumque ſociis, quod Catilina feciſſe legitur, argutum ſcilicet problema aliis diſceptandum relinquo. Ipſe certè faciliùs ſtatuerim utrunque crudeliſſimo, quàm uter crudeliore exemplo Annales contaminaverit. Socium atrociſſimi facinoris habuit Catilina Alboinum Italiæ Regem, de quo ità ſcribit Sigonius l. 1. de Regn. Ital. *Habebat Alboinus in matrimonio Roſimundam Chunimundi Gepidarum regis, quem quondam in prælio interfecerat, filiam; Quodam die cum in convivio plus ſolito lætus liberiore illi genio propinaret, poculum, quod de cranio patris ejus condiderat, porrigi juſſit, atque ipſam, ut hilariter cum patre ſuo biberet, invitavit, cujus vocis fœditate icta mulier ſubitò animum iracundiæ impotem ad necem parentis, & mariti contumeliam ulciſcendam convertit, ac re cum Helmige, & Peredeo familiaribus regis communicata, ambos muliebri aſtu, blanditiiſque in perniciem, exitiumque regis armavit. Ita non multò poſt, ubi res a muliere compoſitæ ad inſidias, inſtructęque ſatis fuerunt, vir fortiſſimus, ac multarum gentium victor, incautus, ac ſomnum capiens, domeſtica uxoris fraude, atque inteſtina familiarium conſpiratione extinctus eſt.* Ad hæc hominum portenta, fruſtra clamet Statius:

cecidere odia; & triſtes mors obruit iras.

Non ita ſe adversùs hoſtes ſuos geſſerunt Annibal, Antigonus, Pompejus; quorum prior M. Tiberium Gracchum atque Marcellum, poſterior Pyrrhum, ultimus Mithridatem ſupremis ſepulturæ honoribus defraudatos non voluerunt. Naturæ verò iſthæc præceptio eſt, priusquam ab Onoſandro ſcriptum fuerit cap. 36. *Imperator, ſive vicerit, ſive victus fuerit, militum occiſorum funeribus & exequiis proſpiciat, neque injuriam aut occiſionis, aut temporis, aut loci, aut metûs nomine prætexat.*

Sagaris. Teli Perſici genus eſſe, cujus meminerint Strabo lib. 5. & Herodotus lib. 1. ſcribit Tiraquellus in notis ad Alexandr. Genial. Dier. lib. 6. cap. 22. Eadem habet Raderus in Martialem lib. 8. 55. Addo locum Strabonis, ubi deſcribit mores & inſtituta Perſarum: *Perſæ Sagarim & ſicas habent, circum caput pileum turritum, circum pectus thoracem ſquamoſum.* E Xenophonte diſcimus Sagarim fuiſſe genus ſecuris. Verum Herodotus lib. 7. cap. 61. expreſsè diſtinguit Sagares a ſecuribus; ubi porro Sacas, Scytharum genus, uſos Sagaribus tradit. Martinius Scythicam vocis originem ſuſpicatur. Certè Amazonum geſtamen fuiſſe Sagarim non eſt dubitandum.

Sagestre, is. Occurrit apud Lucilium:

Penula, ſi quæris, Cantherius, ſervu' ſageſtre.

Exponitur à Turnebo operimentum craſſum non abſimile ſago, ex quo illi nomen. Vide *Segeſtre*.

Sagitta, æ. Iſidorus trahit a ſagaci ictu: Procul aberrat a ſcopo. Certiùs collineat Voſſius, qui a Græcorum σάγη quæ vox panopliam, ideſt omnem armaturam notat. Addo eandem vocem facilè ſagittam prius indicaſſe, poſtea extenſam ad omnem armaturam; quemadmodum arma apud Romanos ſcuta primum fuere, poſtea tranſierunt ad omnia inſtrumenta ſignificanda, quibus nos ipſi defendimus, vel vim adversùs alios paramus. Genus jaculi, quod emittitur arcu, ſcorpione, catapulta, vel ſimili machina. Cretenſes primum illis uſos idem tradit Iſidorus. Sed Plinius Perſeo Perſei filium, vel Scythen Jovis filium ſagittæ ſtatuit inventorem. Miræ eſt velocitatis; ex arundine ſiquidem aut leviore ligno conficitur, ferreoque triſulco ſpiculo, probè acuminato, in extrema anteriori parte obarmatur, ut ad ſcopum per aerem celeriter tendat altèque infigatur. Adverto non unam Orientis gentem coactis in gyrum ſagittis coronas conſueviſſe plectere. Equidem qua quiſque populus eminuit laude, inde ſibi ornamenta quæritare conſuevit. Sic verò de Indis & Bactrianis, qui ſagittis coronabantur, Prudentius:

Non illum regina Tyri, non accola magni
Euphratis Parthus rapiet; non decolor Indus
Tempora pennatis redimitus nigra ſagittis.

Africę populos & Ægyptios ſagittis ornare conſueviſſe capillamentum docet Claudianus non uno in loco. De Laudibus Stilic.

Venerat & parvis redimitus Nuba ſagittis.

Idem 3. Conſul. Honorii:

Ignavas Meroe traxit de crine ſagittas.

Vide plura apud Paſcalium Coron. lib. 3. cap. ult. & apud Barthium Animadverſ. ad Statium. Lucianus etiam tradit Æthiopes capitibus ſuis ſagittas, veluti radios, circumponere conſueviſſe, non ad ornatum duntaxat, verùm ut illas faciliùs in hoſtes jacularentur.

2. In ſagittis jaciendis eminuere Cretenſes, Perſæ, Parthi. Vide Tit. *Fuga*, & *Sagittarii*. Omnem fidem ſuperat, quod de Armenio jaculatore teſtatum reliquit Zoſimus Hiſt. lib. 2. qui tribus ſagittis, ab eodem arcu ſimul excuſſis, tria hoſtium confixit corpora: *Memoriæ*, inquit, *proditum eſt hunc arcui tria ſimul aptantem eodem tempore tela, & una duntaxat utentem ejaculatione, non unum eâ corpus, ſed tria fixiſſe.* Ut planè mirum profectò non ſit a balliſtis & catapultis vim ingentem emitti ſaxorum, vel ſagittarum, cum ex uno arcu tria ſimul jacula ad totidem confodienda corpora erumperint. Æthiopiæ populos ſagittarum jactu ſupra ipſos Perſas fuiſſe præſtantes, liquet ex reſponſo reddito ab eorum Rege Legatis Cambyſis Regis Perſarum, qui honoris obtentu exploratum res devenerant in caſtra Æthiopum. Arcum nimirum ille enormis magnitudinis Legatis oſtendens eoſdem juſſit nunciare Cambyſi, tunc ipſum Perſi-

Digitized by Google

coſque milites pares ſibi ſuiſque,in armis futuros, cum ad eum arcum emiſsâ ſagittâ diſſolvendum ſatis virium haberent. Præſtat rem commemorare verbis Herndoti in Thalia, ubi ita ſcribit. *Ad hos Æthiops gnarus ad ſpeculandum veniſſe, talia reſpondit. Neque Rex Perſarum vos ideo cum donis miſit, quod magni faciat hoſpitium meum; neque vos vera loquimini; quippe qui ad explorandum noſtrum imperium veniſtis: neque juſtus ille vir eſt; ſi enim juſtus foret, non alienam regionem affectaret. Ei nunc vos hunc arcum date ita dicentes: Rex Æthiopum Regi Perſarum conſilium dat, ut cum tanta arcus magnitudine tam facilè ſagittas emittere poterunt Perſæ, tunc adverſus Æthiopes moveat bellum: interim Diis gratias habeat, qui non inducunt nobis in mentem, ut præter noſtram regionem, alienam comparare velimus. Hæc locutus arcum laxavit, & eis, qui venerant dedit.* Inprimis verò Scythas ſagittarum uſu & jaculatione excelluiſſe, eo etiam apertum redditur, quad nnn aliud fermè apud ipſos erat armorum genus. Herodotus lib. 4. narrat Arantem quendam Scytharum Regem, ut univerſæ gentis iniret numerum, juſiſſe ſingulos ad certum locum accedere cum una ex ſagittis, quas ferrent. Ex harum porrò collectarum aculeis, ſive cuſpidibus immane ahenum conflavit, ac publicè dedicavit, tanquam ſempiternum immenſæ multitudinis, quibus imperitaret, monumentum: *Regem enim ſuum nomine Arantem, cum numerum Scytharum inire vellet, juſſiſſe ſingulos Scythas conferre ſingulos ſagittarum aculeos, propoſita morte ei, qui non ferret: ita magnam vim collatam eſſe aculeorum, & ex his placuiſſe ei pro monumento aheneum confici relinquique.* Eoſdem Scythas utraque manu ſagittas jaculari conſueviſſe, & quidem ex lege patria author eſt Plato lib. 7. de leg., qui addit naturæ id eſſe conſentaneum; cum enim nihilo alter ab altero pedes differant, idem de manibus etiam videtur ex natura eſſe judicandum, ac proindè homines natura eſſe ambidextros, Ad eandem formam Homerus Iliad. 21. Aſteropeum utraque manu jaculantem inducit adverſus Achillem;

Suſtulit autem Divus Achilles
Peliadem haſtam. Hic autem ſimul
Geminas haſtas utraque manu
Heros Aſteropeus jecit: erat enim ambidexter.

In ſacra item hiſtoria duplex exemplum legitur de ambidextris in libris Judic. alterum cap. 3. de Aod: *Clamaverunt ad Dominum, qui ſuſcitavit eis ſalvatorem vocabulo Aod, filium Gera, filii Jemini, qui utraque manu pro dextera utebatur.* Alterum cap. 20. *Inventique ſunt viginti quinque millia de Beniamin educentium gladium præter habitatores Gabaa, qui ſeptingenti erant viri fortiſſimi, ita ſiniſtra, ut dextera præliantes.*

3. Tanquam minimum noceret ferrum, ſagittis venenum additum. Hinc ſæpius apud Poetas Lernææ dicuntur ſagittæ, ab Hydra Lernæa. Meduſæ felle permiſtas dixit Seneca in Medea. Luculentiſſimum eſt de hac re Plinii teſtimonium & querela juſtiſſima lib. 18. cap. 1. *Genuit venena tellus, ſed quis invenit illa præter hominem? cavere ac refugere alitibus feriſque ſatis eſt. Atqui cum in arbores exacuunt limentque cornu elephanti, & ſaxo rinocerotes, & utroque apri dentium ſicas, ſciantque ad nocendum ſe præparare animalia, quod tamen eorum tela ſua, excepto homine, venenis tingit? Nos & ſagittas ungimus, & ferro ipſi nocentius aliquid damus.* Meritò Plinius in hominum feritatem invehitur, qui ferro ipſo nocentius venenum ad nocendum adiungunt. Verùm quòd addit, nullam feram alieno veneno pugnare, id ſcilicet redarguitur ab Æliano lib. 5. cap. 16. Hiſtor. Animal. ubi docet, veſpas ejus feritatis hominibus magiſtras fuiſſe. Illæ ſiquidem in emortuas viperas involantes earum veneno aculeum imbuunt. Nomades veneno ſagittas imbuiſſe tradit Nicander Alexipharm.

Iſto Gerræi Nomades, populuſque rapacem
Qui colit Euphraten, armant ſua tela veneno.
Quæ poſtquam hæſerunt, & non ſanabile vulnus
Infixere, caro livet, viruſque putreſcit
Vipereum; atque cutis ſe tabo fœda reſolvit.

Silius lib. 3. Æthiopiæ populis præſertim attribuit inventum ſæviſſimum ſagittas venenis exaſperandi:

ſcelerataque ſuccis
Spicula dirigere, & ferrum infamare veneno.

Virgil. etiam lib. 9. de Amyco:

quo non felicior alter
Ungere tela manu, ferrumque armare veneno.

Idem lib. 10. de Iſmaro.

Te quoque magnanimæ viderunt, Iſmare, gentes
Vulnera dirigere, & calamos armare veneno.

Immanis hujuſce ritus ſæpiſſimè meminit Ovidius. Triſt. lib. 5.7.

Telaque vipereo lurida felle gerat,

Idem Pont. 1. 2.

Omnia vipereo ſpicula felle linunt;

Ibidem 3. 1.

Tinctaque mortiferâ tabe ſagitta madet.

Virgil. lib. 12.

Non ſecus ac nervo per nubem impulſa ſagitta,
Armatam ſævi Parthus quam felle veneni
Parthus, ſive Cydon, telum immedicabile torſit,

Jure optimo proinde Boethius:

O gravem ſortem, quoties iniquus
Additur ſævo gladius veneno!

Diſcimus demum ex Strabone ſuccos arborum lethales adhibitos fuiſſe ad inungendas ſagittas, ut mortem celerius afferrent.

4. Neque verò innoxium cæteroqui teli genus ſagitta eſt, ut ejuſmodi peſtibus adjuvari petat. Audiendus hic plane Barthius ad illud Statii lib. 12.

patuere reciſæ
Cum capulis haſtiſque manus, mediiſque ſagittæ
Luminibus ſtantes.

Ubi hæc Author memoratus: *Ex hoc, aliiſque talibus Scriptorum locis potet quam atrox fuerit ſagitta Veterum; ut contra minus curioſè armatos, pejùs longè putem hodiernis minoribus ſclopetis, quæ tranſeunt, aut certè tam fœde laniandos Chirurgis non exhibent vulneratos. Adde celeritatem iteratarum plagarum. Et quam fœdum hoc ſolum Papinianum ſpectaculum putes, craſſam ſagittam & hamatam in cerebro ſtantem videre?* Non id admodum mirum, cum non hamatæ ſolum ſagittæ legantur, ut apud Propert. de Amore.

Et manus hamatis utraque eſt armata ſagittis;

Verùm etiam triplici hamo munitæ, atque adeo quadruplici; ex quo quadrangulæ ſagittæ ſæpius

pius

Digitized by Google

pius occurrunt. Terribile autem inprimis eſt, quod de ſagittis Parthorum memorat Dio lib. 35. ſic nimirum eas fuiſſe ſtructas, ut geminam haberent aciem, & geminatam etiam cuſpidem, ita tenui inſertam ferro, ut rumpi poſſet, educi verò non poſſet. Sic autem Dio: *Nam duplici acie utebantur, & ſic adaptabant, ut ſive ſagittæ manerent in corporibus, ſive extraherentur, celerrimum interitum afferrent. Alterum enim illud ſecundum ferrum, & cuſpis, ut quod nihil haberet, quo retraheretur, intus relinquebatur.* Hoc etiam teli genus poſt inductum uſum nitrati pulveris apud nos deſiit. Tametſi aliquem etiam in prœliis locum habeat apud Turcas, Scythaſque, & alios quoſdam Orientis & Africæ populos.

5. Adnoto demum ſagittis ad propoſitum ſcopum collineando ludere, unum fuiſſe ex ludicris certaminibus, quibus Veteres robur, agilitatem, atque duritiam comparabant, ut eo aptiores eſſent veris pugnarum periculis adeundis & ſuſtinendis. Id certamen ab Achille editum in funere Patrocli prolixè deſcriptum habemus ex Homero, apud quem ſextum ordine eſt in memoratis ludis funebribus certamen ſagittariorum. Contendebant autem ad columbam defigendam, quæ pedibus de malo erat ſuſpenſa. Propoſitæ victoribus pro donativo, alteri quidem decem ſecures, totidem alteri ſecuriculæ. Sic autem Homerus.

Protinus Æacides celeri certare ſagitta
Invitat, qui fortè volent, & præmia ponit:
Ingentique manu malum de nave refixum
Erigit, & volucrem trajecto in fune columbam,
Quo tendant ferrum, malo ſuſpendit ab alto.

Sunt autem commemorati verſus perſimiles iis, quibus utitur Virgilius lib. 5. ubi Æneas ad idem certamen ſocios invitat in ludis funebribus Anchiſæ genitoris. Id porrò certamen apud Virgilium quartum eſt ordine: in quo item victores quatuor, Hippocoon, Mneſtheus, Eurytion, Aceſtes: cum apud Homerum duo tantum victores legantur Teucer, & Meriones. Atqui Virgilius in hujus enarratione ludi a non levis oſcitantiæ nota atque cenſura, meo judicio, nequit prorſus abſolvi. Quis enim non videat parum fuiſſe honeſtum ac religioſum in altum ſuſpendi, ut ſagittarum ictibus defigatur, columbam, quæ avis erat in deliciis & amoribus Veneri ejuſdem Æneæ genitrici, & eidem ſacra? Lapſus omninò Poeta eſt in imitatione nimium ſervili Homeri vatis, apud quem eadem avis ſagittis confodienda proponitur ab Achille. Verùm advertere debuit Achillis matrem non Venerem, ſed Thetidem fuiſſe, cui columbæ minimum ſacræ eſſent. Profectò bonus hic, non Homerus, ut populari ſermone tritus eſt ſermo, ſed Virgilius dormitavit. Scio Servium, alioſque illuſtres interpretes hujus Poetę movere multa, ut eo ſe ſcopulo expediant, & Virgilium vindicent a levitate memoriolæ, qui non viderit avem conficiam atque diſcerptam eam fuiſſe, quæ Veneris currum geſtaret, quam venerari potius Æneas debuit pro ea pietate, qua in matrem filii morigeri affici ſolent: verum irritam operam & conatus eorum eſſe fruſtraneos mihi eſt manifeſtum. Quin imò Æneas ipſe pro cætera ſua in genitricem pietate atque adeo in ipſas columbas religione cauſam hic ſuam planè profligat. Neque enim ejuſdem animi, aut propoſiti eſſe potuit modò cruentis ictibus confingendam columbam ſuſtollere, poſtea verò eaſdem aves tanquam ſacroſanctas ſui ad Tartarum itineris duces perquam religioſè colere. Sic enim ſcribitur lib. 6.

Vix ea fatus erat: geminæ cum forte columbæ
Ipſa ſub ora viri cœlo venere volantes,
Et viridi ſedere ſolo: tum maximus heros
Maternas agnoſcit aves, lætuſque precatur
Eſte Duces, o ſiqua via eſt; curſ ũque per auras
Dirigite in lucos, ubi pinguem dives opacat
Ramus humum.

Quid enim ad eam Æneæ, ſive inconſtantiam animi, ſive averſam a genitrice indolem, maternæque pietatis contemptricem, excuſandam faciat comminiſci a Servio, faciliùs ab Ænea impetrari potuiſſe veniam a matre offenſa, quàm a cæteris Diis, vel Deabus; cum conſtet quaſcunque demum aves ſuſpendiſſet alicujus Numinis conſecratione & patrocinio non caruiſſe? Præter enim quam quod nulla Trojanum Ducem neceſſitas adigebat, ut avem potius ſignum ſagittis, quam aliud quidpiam proponeret; nihil profectò excogitari poteſt abſonum magis & abſurdum, quàm impium ſacrilegumque filium facere, ut mitem Virgilius ac facilem exprimeret genitricem. Sed neque mihi ſatis probantur, quæ ad Poetæ defenſionem addit Tarquinius Gallutius: ex Antiquorum ſcilicet uſu fuiſſe Diis gratas aves occidere, & in uſum vitæ conſumere. Id enim, ut tolerabile videri poſſit, ac fortaſſe etiam pium in ſacrificiis, certè vehementer alienum eſt ab omni reverentia in exercitatione ludicra, & clamoſo certamine. Quibus de cauſis mihi eſt apertiſſimum, ſi otium Poetæ ſuperfuiſſet Poematis refingendi, nihil in eodem citiùs quàm ſuſpenſam & ſagittis percutiendam columbam ab Ænea propoſitam ſociis, fuiſſe permutaturum. Sagitta Italis eſt, *Saetta*, *Freccia*: quam vocem trahit Ferrarius a Latinorum *Infligo*: mallem propiùs a *Fligo*. *Strale*: quod non a Latinorum *Trabo*, ut ſcribit Menagius; nec a *Tragula*, ut videtur Ferrario; ſed ab Illyricorum voce *Strila*, vel *Striela*, ipſis *Sagitta*. *Quadrello*. Vide *Quadrelli*. *Sciotta*. Recenſetur & explicatur a Hieronymo Gigli in Vocabolario dictionum S. Catharinæ Virginis Senenſis. Lett. Tom. 1. 18. *Queſte Sciotte e Saette avvelenate tornerannno contro di loro*. Ubi ſcriptor præfatus: *Un erudito Saſſone aſſeriſce, che Scho:, è parola di quella lingua, e ſi pronunzia Sciot, che ſignifica oggidì una caricatura di moſchetto, ò archibuſo.*

Sagitta, Sagittea, Sagittia, Sagittaria. Genus navigii ſummæ velocitatis aptiſſimique ad uſus bellicos. Sic appellatur a ſagitta jaculo cujus celeritatem imitatur. Otto Freſing. lib. 1. de Geſt. Frider. *Aptatis triremibus & biremibus, quas modo galèas, ſeu ſagittas vulgò dicere ſolent, aliiſque navibus bellicis.* Ugo Falcandus: *Itaque ſagitteam, quanta potuit celeritate faciens præparari, nautis, armis, cæteriſque rebus neceſſariis eam præmunivit.* Charta Villelmi Regis Siciliç: *Concedimus - liberam poteſtatem ſemper habendi quinque ſagittias in portu Panormi.* Albertinus Muſſatus lib. 5. de Geſt. Italic. *Cum barchis tectis, quas ipſi ſagittarias appellant.* Italis etiam *Saettia*. Joannes Villanus lib. 7. *Fecero armare uno ſaettia per paſſare in Cicilia.*

Sagittamen. Copia ſagittarum. Knygthon anno

Digitized by Google

oo 1389. *Pro ſagittamine, quod in debellando conſumpſerat.*

Sagittamentum. Idem ae ſagittamen, Copia ſagittarum coacta ad uſus bellicos, Charta vetus Hiſt. Bononienſ. *Precamur quatenus dictum coſtrum muniatis victualibus, baliſtis, ſagittamentis, pavenſibus, lumeriis, & panuellis.*

Sagitto, as. Sagittam ex arcu emitto. Juſtious lib. 41. *Hos pari cura ac liberos ſuos babent, & equitare & ſagittare magnâ induſtriâ docent*, Curt. lib. 7. *Uſu tam celebri ſagittandi minus admirabilis bæc ars videri poteſt*. Erraot, qui negant ante Curtium uſurpatum fuiſſe hoc verbum. Plaut. Trioumm. act. 2. ſcen. 1. *quam extemplo ſaviis ſagittatis percuſſus eſt*. Ubi ſavia ſeù ſuavia ſagittata ſuot oſcula, ſagittarum vim habentia ad ferieodum animum, Vide Voſſium de Vit. ſermon.

Sagittifer, a, um. Sagittas ferens. Virgil. 8.

Hic Lelegas, Caraſque, ſagittiferoſque Gelonos
Finxerat.

Sagittarius, a, um. Quod ad ſagittas attinet; ſive quod fabricandis ſagittis eſt idooeum. Hinc calami ſagittarii apud Plio. lib. 16.

Sagittipotens, Sagittæ jaculator ſtrenuus vel peritus. Cic. in Arat.

Menſe ſagittipotens Solis cum ſuſtinet orbem.

Pro ſigno Zodiaci hìc pooitur.

Sagittarii, orum. Milites ſagittas ex arcu jaculantes. Teſtimonia veterum Scriptorum io dubium revocari oon ſinuot antiquiſſimum eſſe hoc genus armatorum. Frequentiſſimus certè ſagittarum & Sagittariorum uſus apud omnes Africæ nationes, atque adeo Orientis populos, ac præcipuè Scythas, Parthoſque. Hos verò admirabilem habuiſſe peritiam non a fronte ſolum, verùm etiam a tergo ſagittas vibrandi, omnes ferè affirmant Hiſtoriæ. Suo etiam cantu Poetæ docent, impendio formidandam pugnacemque eſſe fugam Parthorum. Virgil. lib. 3. Georg.

Fidentemque fugâ Parthum, verſiſque ſagittis.

Horat. lib. 2. ſcribit timere milites ſagittas & celerem fugam Parthorum. Ovid. lib. 1. de Art. amandi,

Tergaque Parthorum, Romanaque pectora dicam,
Telaque ab averſo quæ jacit hoſtis equo.

Seneca io Œdipo,

Vidit & verſas equitis ſagittas
Terga fallacis metuenda Parthi.

Stat. 1. Silv.

arcuque horrenda fugaci
Armenia.

Claudianus, ubi a Romaois ſuperatos Parthos deſcribit, hos, dixit coactos, ooo ficta trepidare fugâ. Verùm in Romanam militiam non ferè ante Puoicum bellum ſecundum inducti ſuot Sagittarii. Certe apud Livium, alioſque Scriptores rerum Romanarum vix alicubi eorum mentio occurrit ante præfatum Punicum bellum. Nam quod ſcribit Vegetius, Claudium, pluribus jaculatoribus inſtitutis atque perdoctis, hoſtem, cui prius impar fuerat, ſuperaſſe; id oimirum meritò deridet Lipſius; cum aliud Jaculatores ſint, aliud Sagittarii; nec porrò Claudius Jaculatores, ſed Velites ad Capuam inſtituerit. Addit quidem Vegetius, Catonem in libris de diſciplina militari impenſe collaudaſſe uſum Sagittariorum: ſed in hoc ipſo labantem, ut ſæpe Vegetii fidem agnoſcit idem Lipſius. Nec idcirco depugnaverim, nuſquam ante prædictum tempus extitiſſe Sagittarios apud Romaoos; cum apud Dionyſium lib. 9. ſub prima ipſa tempora libertatis legatur, Æquos Romana caſtra oppugnantes noo fuiſſe abſterritos haſtarum & ſagittarum jactibus. Sed planè conſtat perrari id exempli extitiſſe. Imò verò poſt ipſum Puoicum bellum non ex Romaois civibus io legionarios adſcitos Sagittarios legimus, ſed adlectos ſolùm ioter Auxiliares, iiſdem porrò Vegetius lib. 3. cap. 24. ſecuodum aſſignat in acie locum poſt Priocipes, & Cataphractis circumdat. Procopius verò lib. 1. Belli Perſici ſic expooit atque depiogit Sagittarios in exercitu Romano, ut plane noo videantur relati inter nudos, & leves, quæ cæteroqui illorum militia eſt. Sic autem ſcribit: *In bellum thoracati prodeunt, tibialia, ſive ocreas etiam induti. Ab uno laterum pharetra, ab altero enſis dependet. Sunt & qui haſtam ferant, & parvum ſupra humerum ſcutum, ut ora cervicemque tueantur. Equitant præterea peritiſſimè, ut vel equo currente obiter hoſtem & perſequendo poſſint & fugiendo ferire. Arcum ipſum longè validiorem uſque in dextram tendunt aurem. Tali igitur niſu emiſſam ſagittam, mirum non eſt fruſtra non mitti, cui neque thorax ullus, neque ſcutum poſſit reſiſtere.* Addo demum verbis Suidæ inuſitatum quoddam & prodigii ſimile de robore ac virtute Arabum Sagittariorum: *Arabes virtute multum aliis præſtant, qui ſagittis hominis longitudine utentes pro manibus pedem in nervum ponunt, ac ſic in arcum intendunt.* Abolitus eſt ferè hodie ordo Sagittariorum; & vix ulla reliqua ſagittas evibrandi peritia. Fiſtulæ pulverariæ & mioora tormenta ſagittis, aliiſque miſſilibus Veterum ſucceſſerunt.

2. Tametſi verò ad ſolvendos ordioes & acies diſſipaodas Sagittarii plurimùm valeant, ootari eos tamen traducique paſſim contiogit tanquam obſcurum militiæ geous, cui nonoiſi eminùs dimicandi, tutoque ex loco ſit animus. Quid enim, inquiuot, oiſi veræ militiæ corruptela & dehoneſtamentum bellatores illi ſunt, qui cæca ſorte & caſu ſæpe magis, quàm virtute rem gerunt: quorum cauſa fortiſſimi ſæpe ac oobiliſſimi Duces ignaviſſimorum militum fuoeribus permixti exitu ioglorio proſternuntur. Dolendumque magis, quod eminùs perfoſſi miſſilibus noo ſignificandæ virtutis, innatæque alacritatis expromendæ otium ſortiuntur; oec collato pede armiſque conſertis, ſed temerè caſuque morti traduotur. Quare ſagittas & omoe jaculorum atque miſſilium geous legitimi Martis probrum atque flagitium appellaot. Confirmaot id porrò exemplo Paridis, qui muliercularum amoribus irretitus extimuit Achillem cominus aggredi, ſed jaculo eminus præſtantiſſimum totius Græciæ Ducem adortus, per ſummam Martis injuriam & familiæ ſuæ dedecus Heroem oobiliſſimum de medio ſuſtulit. Sic autem Neptunus apud Ovid. Metam. lib. 12.

at quoniam concurrere cominus hoſti
Non datur, occulta nec opinum perde ſagitta.

Et deioda ſubditur;

Dixit, & oſtendens ſternentem Troica ferro
Corpora Peliden, arcus obvertit in illum,
Certaque lethifera direxit ſpicula dextra.

Et paulò poſt;

ille

Digitized by Google

ille igitur tantorum victor, Achille,
Victus es a timido Grajæ raptore maritæ?

Et ego quidem non aliam ob cauſam exiſtimaverim antiquos Mythologos Cupidini ſagittas arcumque attribuiſſe, quàm quoniam delicatulus, inſidique ac fraudulenti ingenii puer, non aperta vi, ſed dolo potius & proditione gauderet. Exprobravit id illi Petrarca:

Per fare una leggiadra ſua vendetta,
E punire in un dì ben mille offeſe,
Celatamente Amor l'arco ripreſe
Com' huom, ch' a nuocer luogo e tempo aſpetta.

Quod autem dixit, *Leggiadra vendetta*, id acerbe ſcilicet ironicèque prolatum: nam probroſam illam viliſſimamque ultionem fuiſſe, alibi ſic oſtendit:

Però al creder mio non li fù onore
Ferir me di ſaette in quello ſtato.

Egregiè Virgil. lib. 10. venatores inducit adverſùs bellatorem aprum, & quidem retibus incluſum, clamoribus duntaxat atque miſſilibus procul decertare:

poſtquam inter retia ventum eſt,
Subſtitit, infremuitque ferox, & inhorruit armos:
Nec cuiquam iraſci propiùſve accedere virtus,
Sed jaculis tutiſque procul clamoribus inſtant.

Nimirum eidem apro Mezentium comparat, de quo ita ſubdit:

Non ulli eſt animus ſtricto concurrere ferro;
Miſſilibus longè & vaſto clamore laceſſunt.

Memorabilis idcirco reſponſio Spartani illius fuit, qui militi Athenienſi exprobranti fortiſſimos quoſque Lacedæmoniorum concidiſſe, argutè reſpondit, ut legimus apud Thucydidem lib. 4. *Magni faciendus eſſet fuſus, ſi viros fortes diſcernere ab ignavis poſſet.* Cum enim Lacedæmonii ſagittam fuſum dicerent, opportunè ſignificavit nihil præclarè factum ab Athenienſibus, qui ſagittarum emiſſione, quibus ſtrenuiſſimi quique nullo diſcrimine cum ignavis pereunt, victoriam reportaſſent: quaſi fruſtra in arenam bellatores deſcenderent, qui ſic a timidiſſimis & inertibus vinci poſſunt. Quæ de hoc dixi miſſilium genere adhuc potiorem locum habent in fulminalibus, æneiſque fiſtulis, & factitio pulvere recentis militiæ. Verùm de his ſuo loco a nobis eſt prolixè agitatum. Sagittarii Italis *Arcieri*, *Lanciatori*, *Lancionieri*. Liv. M. *La prima ſchiera era di Lancionieri, e avea quindeci drappelli.* Item *Saettatori, Sagittarii.* Petrarca:

Siccome avvien che l'arco ſcocchi
Buon Sagittario.

SAGMA, æ, & SAGMA, atis. Dicitur tum onus, tum ſtratum, quod imponitur jumentis, ut molliùs & citra noxam ſarcinas convectent. Omnes ferè mediæ & infimæ Latinitatis Scriptores, ubi de bellicis ſarcinis ſermonem habent, ſagmatum meminerunt. Lexicon Vetus: *Sagma, æ, & Sagma, atis, ſella, quam vulgus baſtum vocat, ſuper quo componuntur ſarcinæ: clitellas alii vocant.* Veget. Rei veterin. lib. 2. cap. 59. *Reliquum equorum mulorum, aſinorumque, ſub ſellis aut ſagmis ſolo tergo præſtat officium.* Ubi aptè diverſa facit ſellam & ſagma: illâ ſiquidem vehuntur homines, hoc ſarcinæ & impedimenta. Licet autem ſagma pro clypei receptaculo ſit Græcorum vocabulum, ut ſuo loco notavi; pro ſtrato tamen jumentorum dici a ſagis, veſtimentis nempe militum, quę jumentis ferenda imponebantur, ſcripſit Iſidorus: *Sagma, quod corruptè vulgò Salma dicitur, ſtratum ſagorum vocatur, unde caballus ſagmarius.* Recedendum puto ab Iſidoro, & exiſtimandum *Sagma* Græcam eſſe vocem, etiam cum clitellas ſignificat. Hinc habemus vocem Italicam *Salma*, pro onere & ſarcina jumenti. Quod vocabulum etiam a Latinis Scriptoribus, ſed ævi deterioris, fuit adhibitum. Sanutus lib. 2. part. 4. *Tria ſextaria de Venetiis ſunt una ſalma de Apulia, tam de legumine, quàm etiam de frumento.* Sauma pro ſagma invenio dictum. Joannes de Janua: *Sagma corruptè vulgò dicitur ſauma, vel ſalma, idest ſella vel pondus, vel ſarcina, quæ ſuper ſellam ponitur.* Acta Innocentii III. PP. *Fecit illuc intromitti aliquas ſaumas farinæ.* Hinc

SAGMARII EQUI. Equi vel jumenta doſſuaria, ſarcinaria, & clitellaria, inſtructa ſagmis, ideſt ſtragulis aptis ad ferenda onera. Et antiquitùs fortaſſe ſaginarii dicti, a ferendis militum ſagis. Verùm Turnebus, Salmaſius, & alii pro *ſaginario* apud Lamprid. in Heliogabalo legunt *Sagmario*. Sed & apud Veget. lib. 2. cap. 10. ſic prius legebatur: *Vehicula, ſagittarii, necnon etiam ferramenta, quibus materies ſecatur vel cæditur, quibus aperiuntur foſſæ, contexitur vallum aqueductùs.* Ibi Steuvechius expuncto vocabulo *Sagittarii* appoſitè reſtituit *Sagmarii*. Nullus autem ibi locus ſagittariis, ubi de ſupellectili caſtrenſi mentio eſt. Item apud Vopiſcum in Aureliano legebatur prius: *Equum ſaginarium ſuum defricet.* Eum locum bis meritò Salmaſius corrigit, legitque, *Equum & ſagmarium ſuum defricet*; optimè ibi diſtinguens equum, quo vehitur dominus, a ſagmario, quo portantur ſarcinæ. Quemadmodum ad eandem formam reſtituit locum ſuperiùs indicatum Lampridii in Heliogabalo: *Quæ pilento, quæ equo, quæ ſagmario, quæ aſino veheretur.* Sic eadem diſtinguuntur etiam in vita B. Hilarii: *Quod ubi vir Dei comperit, protinus & ipſe pedibus iter ingreſſus urbem Romam, ſine equo, ſine ſagmario intravit.* Quemadmodum autem ſupra obſervavimus a ſagma factum eſſe ſauma; ſic a ſagmariis, facti ſunt Saumarii. Chronicon Reicheſperg. an. 1190. *Milites inermes, cæterumque vulgus cum ſaumariis, & ſarcinis procedere inſtituit.* Utque a voce ſauma habemus Italicum vocabulum *Soma*: ſic etiam a voce ſaumarii habemus Italicam dictionem *Somari*, pro aſino ſarcinario. Sed neque omiſerunt ſomariorum mentionem facere Latinobarbari Scriptores. Villelm. ab Oldemborg. in Itinerario Terræ Sanctæ: *Tantam emittit piſcium multitudinem, ut ab omnibus ex omni provincia illuc confluentibus carrucis & ſomarii deducantur.*

SAGMA. Vox Græcanica, quæ ſignificat ſcuti thecam vel repoſitorium. Recenſetur a Suida. Lactantius etiam ad lib. 9. Thebaid. Statii: *Coryton. theca arcus ſolius dicitur, ſicut pharetra ſagittarum, & ſagma ſcuti.*

SAGOCHLAMYS. Occurrit apud Trebellium in Claudio: *Tunicas ruſſas militares annuas, ſagochlamydes annuas duas, fibulas argenteas inauratas duas.* Compoſitum eſt vocabulum ex duplici dictione

Digitized by Google

ctione ſagn, & chlamydc. Ad eundem modum idem Scriptor aliud veſtis genus vocat chlamydem mantuelem. Vopiſcus autem in Bonnſo habet tunicas palliolatas. Idem in Gallienis commemorat trabeata ſaga. Ex duplici nimirum veſtium generc una conficiebatur, quæ utriuſque ſpeciem haberet aliquam, ut nntat Caſaubonus in Trebell. Exiſtimant aliqui ſagum Rnmanum quadratum fuiſſe, chlamydem Græcanicam rotundam; ac proinde nnn mediocre diſcrimen intercedere ioter ſagum & chlamydem. Juxta hanc tamen explicationem non ſatis bellè procedit expoſitio ſagochlamydis, cum vix intelligi poſſit veſtis partim rotunda partim quadrata. Accerſendum proinde aliuode diſcrimen, dicendumque in ea veſte aliquid ex textura, ex longitudine, latitudine, colore, fibula, vel ſimili quopiam ornaminc vel uſu defuiſſe, & alia quædam a ſago, alia a chlamydc eam accepiſſe. Id autem eſt divinandum; cum parcè admndum de hac veſte ſcripſerint Authores,

Sagones. Vide *Sagum*,

Saga, æ. Pro veſte vel ſtragulo. Cato de Re R. cap. 59. *Quoties cuique tunicam, aut ſagam dabis, prius veterem accipito*. Et

Sagus, gi. Maſculini generis. Ennius:

tergum ſagu' pinguis opertat.

Vides vocem eſſe perantiquam, ac prnindc falli Voſſium lib. 3. de Vitiis Sermon. ubi ſcribit poſteriorum ſæculorum vocem eſſe. Et

Sanum, gi. Cic. 7. Verr. *Tum iſte excitatus exit, audit rem omuem ex Timarchide, ſagum ſumit*. Vocabulum eſſe Gallicæ nriginis tradunt Varro, & Iſidorus. Sed cum conſtet Græcam eſſe vocem, eaque uſos Polybium & Plutarchum, Voſſius Gallos eam docet duxiſſe a Maſſilienſibus, qui Græcè ſunt locuti. Sed levi conjectura ducitur Vnſſius, niſi Polybin & Plutarcho rnbur accedat ab aliis Gręcis Scriptoribus, qui res Romanas noo attigerunt. Nam qui Rnmannrum res literis tradidere voces Latioas nnn ita paucas ad græcanicam formam flexerunt; præſertim ſi ipſis non occurrerent ſatis idnnea Gręca vocabula, quę res Romanorum proprias exprimerent. Id multo liceotiùs factitatum a poſterioribus Græcis Scriptoribus alibi obſervavi. Veſtis eſt, duplo majore aliis textu, contra aeris intemperiem, ex aſperinrc & craſſiore lana. Simplex aliis indumenti genus, quodque modò craſſiùs, mndò ſubtiliùs textum, hyemi, æſtatique perinde aptabatur. Priuſquam verò ad militare veniam ſagum, prnfuerit obſervare, multiplex operimenti genus, maximeque equorum ſtragula, vel dorſualia, ſaga a Veteribus fuiſſe nominata. Fit id planè certum ex Capitolino in Vero, ubi loqueos de ejus Cæſaris volucri equo praſino, ita ſcribit: *Quem ſagis fuco tinctis coopertum, in Tiberianam ad ſe adduci jubebat*. Vegetius lib. 2. ſaga vocat equorum coopertoria: *Animal loco calido ſtatues, ac ſagis cooperies*. Et iterum. *Animal ſagis diligentiſſimè uſque ad ungulas operiatur*. Idem ibidem: *Opertum gravioribus ſagis, donec ſudet*.

2. Jam verò ſagum pro militari indumento veſtis fuit aperta & fibulata, quæque tunicæ omnique armaturæ ſuperinducbatur. Dixi fibulata fuiſſe ſaga: id enim apertè docet Varro; & per contrariam exceptinnem inſinuat Trebellius in triginta Tyrannis; *Arcus Sarmaticos, & duo ſaga ad me velim mittas, ſed fibulatoria, cum ipſe miſerim de noſtris*. Verùm is locus, quemadmodum fibulatis ſagis fidem aſſerit, ſic etiam planum nbviumque facit, alia quędam fuiſſe non fibulata. Fibula caruiſſe ſaga Gallica quidam exiſtimant nixi teſtimonio Polyæni. Verum eadem fuiſſe fibulata mordicus alii retinent, in ſuam ſententiam Polyænum ipſum trahentes. Cæterum de memnratis Gallicis ſagis obſcura ſunt omnia apud Scriptorea: alii nimirum villoſa & rudia, & caprinis confecta pellibus ca fuiſſe autumant; alii verò diſtincta prædicant intercurrente purpura, & variata opere virgatn ſeu ſcutulato. Hiſpanis etiam ſagum uſitata veſtis. Appianus in Ibericis: *Sagum Hiſpanico ritu infibulavit*. Germannrum verò reliquis craſſiora deſcribit Tacitus; additque pro fibula nexum e ſpina habuiſſe. Ejus generis ſagi ſchema propouit Ferrarius de re veſtiaria p. 2. lib. 3. Manipularii milites craſſæ & ignobilinris laoæ ſaga ioduebant. Majoria pretii & nnbilioris texturæ veſticbant ſaga Tribuni, Centuriones, aliique bellnrum Duces. Color gregariis ex nativo lanæ colore. Nam Imperatnres paludamento purpureo, ſive coccineo a reliquis diſtinguebantur militibua. Aliqundne fuerit diſcrimen inter ſagum, paludamentum, & chlamydem, perpendimus in Titulis *Chlamys*, & *Paludamentum*. Certè vulgatior loquendi uſus obtinuit, ut paludamenta quidem de Imperatoribus, ſaga, & chlamydes de militibus dicerentur. Nectebantur autem fibulis ad cervicem, ut dixi, ſaga, quæ prn gradu militiæ, majoris minoriſve erant pretii. Ovid. lib. 14. Met.

Phœniceam fulvo chlamydem contrenſus ab auro.

Item Stat,

torto chlamydem diffibulat auro.

Fallitur Valtrinus, qui ſagum contendit fuiſſe talare veſtimentum, deceptus verbis illis Trebellii in Saturoioo: *In convivia diſcumbere milites, ne inferiora deundarentur, cum ſagis juſſit*. Ut enim benè advertit Ferrarius, ea verba indicant ſolum ſaga longiora fuiſſe tunicis. Hæ ſiquidem vix protendebantur ad genua, cum ſagum ad medium crus pertineret.

3. De ſagis cucullis, ideſt ſagis, quæ nexos habebant cucullos ad capita operienda, vide in Titulis *Bardocucullus*, & *Cucullus, a, um*. Addo ſagum peculiare fuiſſe indumeotum eorum militum, qui ſub Cæſaribus curſum publicum procurabant. Eam ob cauſam Sagnnes vel Sajones eos appellatos invenies apud Caſſiodorum, & in Cod. Theodnſ. & in hoc quidem leg. XLVII. habemus: *Sint præterea duo palatini proſecutores ſingularum rhedarum cum tribus ſervis habentes quinquagenarum librarum avertat, & ſaga, quibus par erit eos pro itineris neceſſitate muniri*. Ubi ſaga manifeſtè ſunt veſtes, nnn verò equorum doſſualia vel ſtragula, ut nonnulli ſcripſerunt. Caſſiodnri Var. l. 4. 47. verba ſunt: *Nullum præterea Sajonum diſcurſus facere patiaris, ſed ad cauſam quam directus fuerit, uno tantum itinere permittatur accedere vel redire*. Vide Salmaſium ad Spartianum in Adriann.

4. A voce *Sagum*, habere nos vncem Italicam *Sajo*, quæ veſtis eſt e leviore panno, omnes ferè Etymologici ſtatuunt. Notum autem, ut togam pacis, ita ſagum belli fuiſſe ſymbolum.

Hinc

Hinc *Ire od ſoga*, adagium de bello imminente. Paterculus lib. 2. *Tam varia atque atrox fortuna Italici belli fuit, ut ad ſaga iretur*. Vide *Scutulata Sogo*, *Chlamys*, & *Paludamentum*. Sunt qui a ſago militari originem trahant vocis, Hiſpanis, Italis, aliiſque Europæ gentibus vernaculæ *Coſacca*, quaſi *Caſoga*, adjectâ ſyllabâ *Ca* pleonaſmi & venuſtatis gratiâ. Alii, cjus veſtimenti appellationem Flandricæ originis faciunt. Quidam peculiare ſtatuunt indumentum minoris Scythiæ populorum, quos vulgò dicimus *Coſacchi*: ad eum planè modum, quo ab Hungaris acceptum aliud veſtimenti genus, vocitatur paſſim *Hungarina*. Confundunt alii cum caracallis, a quibus nomen habuit Antoninus Cæſar, ut tradit Aurelius Victor in ejus vita per hæc verba: *Cum e Gollia veſtem plurimom devexiſſet tolareſque carocallas; de nomine hujus veſtis Caracalla cognominatus eſt*, Spartianus in vita ejuſdem Cæſaris, & ipſum quidem a veſtibus caracallis habuiſſe cognomentum, & pariter caracallas appellata tradit ab eodem Cæſare inducta primùm ab ipſo apud Romanos ea indumenta: *Ipſe Caracalli nomen accepit a veſtimento, quod populo dederat demiſſa uſque ad tolos. Unde hodieque Antonianæ dicuntur caracallæ hujuſmodi, in uſu maximè Romanæ plebis frequentatæ*. Lipſius tamen apud Menagium veſtem & vocem *Coſacca* trahit a Græca dictione χάνα, cujus meminit Xenophon lib. 8. Cyropædiæ. Poſtremò Henricus Stephanus in Theſauro ſuſpicatur vocem eſſe Perſicam.

SAGULUM, i. Brevius ſagum. Cic. in Piſon. *Sagula rejecerunt, & catervam Imperotori ſuo novam præbuerunt*.

SAGATUS, a, um. Sago indutus. Cic. 14. Philipp. *Deinde cras ſagoti prodeamus*.

SAGULATUS, a, um. Idem. Sveton. in Vitell. cap. 11. *Sogulatis comitibus, ac detectis commilitonum armis*.

SAL. Recepti moris fuit, perduellium agros & civitates ſolo æquatas ſale conſpergi. Quamvis ea animadverſio illato damno non careat, quoniam ſalis conſperſio terram vitiat, & progignendi quidpiam adimit facultatem, adhuc tamen pertinet magis ad ignominiæ notam perpetuam inurendam; propterea quod urbes illas tanquam fulgurita loca, vitari, earumque memoriam omnem penitus obliterari contingat. S. Hieronym. Matth. c. 5. *Certè legimus in Scripturis urbes quaſdam ito victorum ſale ſeminatas, ut nullum in ipſis germen oriretur*. Eadem ferè habet Hugo Card. ibid. *Sol reddit terram ſterilem; Imperatores enim ſolebant ſeminore urbes ſale, ne quod in eis germen oriretur*. Ejus rei exemplum illuſtre proponit hiſtoria ſacra Judic. cap. 9. in urbe Sichem. *Porro Abimelech omni die illo oppugnabat urbem quom cepit interfectis habitatoribus ejus, ipſaque deſtructa, ito nt ſal in ea diſpergeret*. Vide ad eum locum Toſtatum & Cornel. a Lapide. Fodem ſupplicii genere affectam fuiſſe Urbem Mediolanenſem ann. 1165. ſcribit Sigonius l. 13. de Regno Italiæ. Antiquitus aratrum muris dirutis eircumducebatur; quod in everſa Carthagine a Romanis factum meminit Cajus Juriſconſultus: ex quo affirmat eas urbes exiſtimari deſitas, in quibus aratrum eſſet circumductum. Horat. lib. 1. Od. 16.

altis urbibus ultimæ
Stetere cauſæ, cur perirent
Funditus, imprimeretque muris
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.

SALAMINIA NAVIS. Populari ſermone dicitur triremis robuſta, velox, & omni armorum genere inſtructa. Meminit hujus adagii Plutarchus in vita Periclis. Conſtat autem Salaminiam gentem navalibus prœliis maximum in modum præ cæteris floruiſſe.

SALANORA, aliis SALANDRIA. A ſaliendo dictæ naves prælongæ bellicæ & piraticæ. Ditmarus lib. 3. *Salandria quid ſit, vel cur ad has pervenerit oras, breviter intimabo. Hæc eſt, ut præfatus ſum, navis miræ longitudinis & celeritatis, & utroque latere duos tenens remorum ordines, ac centum quinquaginta nautas*.

SALARIUM, ii. A ſale, ut nomen oſtendit, dicitur. Propriè eſt merces ſervitio quæſita. Plin. *Honoribus etiam, militiæque interponitur, ſalariis inde dictis, magna apud antiquos authoritate*. Sed quoniam ſale ad omnes ferè utimur cibos, idcircò ſalarium pro victu ipſo ponimus. Salarium pro annona militari, ſeu victu militum diurno, poſuerunt Capitolinus, & alii. Complectitur autem vinum, oleum, porcinam, ligna, olera, & reliqua, quæ a Tribunis, vel Rectoribus provinciarum militibus diſtribuuntur. Aliud verò eſſe ſalarium, aliud ſtipendium manifeſtè declarat idem Capitolinus in Clodio Albino, Eadem apertè etiam ſeparat Epiſtola Valeriani ad Mucianum, quæ legitur apud Vopiſcum in vita Probi, Stipendium ſiquidem de auro, argento, vel pecunia perſolutâ; ſalarium de cibariis propriè dicitur. Veſtes & ſimilia ad ſtipendium potius, quàm ſalarium pertinent. Vide Salmaſ. in Capitolin. Non gregariorum ſolummodo, ſed etiam Ducum erat ſalarium. Taeit. in Vit. Agric. *Salarium Proconſulari ſolitum offerri Agricolæ non dedit*.

SALIBA, æ. Apud Leonem Imp. eap. 7. idem eſt ac martiobarbulus, ſive, ut ipſe loquitur matzarbulus. Sic enim ſcribit: *Ad conjicienda eminùs jacula, & matzarbulum, quod nunc dicitur Saliba, & tzicurim*. Liquet proinde de ſignificatione vocabuli ex intelligentia martiobarbuli a nobis ſuo loco explicati. De themate verò vocabuli Saliba, & tzicuri nihil habeo comperti, quod in medium proferam. Confeſtim quidem mihi venit in mentem ſuſpicari Salibam, gladii genus eſſe, quod vulgò dicimus *Sciabla*, & tzicurim eſſe Veterum ſecurim. Verùm hæc arma non ſunt miſſilia, inter quæ procul dubio recenſeri debet martiobarbulus.

SALII, orum. Sacerdotes Martis, dicti a ſaliendo dum ancilia portarent, ut tradit Feſtus. De iis Virgil. l. 8.

Hic exultantes Salios, nudoſque Lupercos,
Lanigeroſque apices, & lapſa ancilia cœlo
Extuderat.

Polemon, vetus Author, memorat, Saliorum authorem fuiſſe Salium quendam Arcadem, qui cum Evandro venerat in Italiam. Eos a Numa Rege inſtitutos tradunt Livius, & Plutarchus in Numa. Addit Dionyſius Halicarn. duodecim primum fuiſſe juvenes, forma & virtute omnium præſtantiſſimos, qui quoniam in Palatio ſacra facerent, Palatini etiam nominabantur. Saliis a Numa inſtitutis alios addidit Rex Hoſtilius, ob votum, quod in bello contra Sabinos voverat.

rat. Agonales hi, & a Collino tumulo, ubi ſacrarium habebant, Collini Salii dicti ſunt. Feſta Saliorum incidiſſe in Grecorum Panathenæa, menſemque Martium, idem ſcribit Dionyſius. Saliebant autem per Urbem cum tripudio, ferentes ancilia, & ſolemnia quædam carmina in honorem Deorum, bellorum Præſidum, concinentes. Amicti erant tunicis verſicoloribus, & æneis baltheis ſuccincti. Data quippe illis ſunt, ut ait Ovidius Faſt. 3.

Armaque, & ad certos verba canenda modos.

Armata certè ea erat ſaltatio, fiebatque colliſis ad ſcuta gladiis, ex veteri Curetum inſtitutione. Unus omnes præſiliebat, qui inde *Præſul* dictus, certiſque manuum geſticulationibus, & corporis circumvolutatione, ſaltandi exemplum cæteris normamque præbebat. Inter ancilia verò, ſive ſcuta, quæ geſtabant jactabantque, illud erat admixtum, quod e Cœlo delapſum Numæ tempore eſt creditum. Illud autem ne dignoſci aut ſurripi poſſet, ad ejus formam & menſuram reliqua erant confecta. Qua ratione verò & origine ancilia deferentes Salii baccharentur, & Mamurium Veturium carminibus celebrarent, docemur ex Feſto per hæc verba. *Numa Pompilio regnante, e cælo cecidiſſe fertur ancile, ideſt ſcutum breve, quod ideo ſic eſt appellatum, quia ex utroque latere erat reciſum, ut ſummum infimumque ejus latiùs medio pateret, undèque edita vox omnium, potentiſſimam fore civitatem, quandiu id in ea manſiſſet. Itaque facta ſunt ejuſdem generis plura, quibus id miſceretur, ne internoſci cæleſte poſſet. Probatum opus eſt maxime Mamurii, qui præmii loco petiit, ut ſuum nomen inter carmina Salii canerent.* Ovidius Faſt. lib. 3. integram narrationem de ancilibus, de Saliis, & de Mamurio ſic eleganter proſequitur:

Dum loquitur totum jam ſol emerſerat orbem:
Et gravis æthereo venit ab axe fragor.
Ter tonuit ſine nube Deus, tria fulgura miſit.
Credite dicenti; mira, ſed acta, loquor.
A media Cælum regione dehiſcere cœpit:
Submiſere oculos cum Duce turba ſuos.
Ecce levi ſcutum verſatum leniter aurâ
Decidit, a populo clamor ad aſtra venit.
Tollit humo munus cæsâ prius ille juvencâ,
Quæ dederat nulli colla premenda jugo.
Idque ancile vocat; quod ab omni parte reciſum eſt;
Quaque notes oculis, angulus omnis abeſt.
Tum, memor imperii ſortem conſiſtere in illo,
Conſilium multæ calliditatis init.
Plura jubet fieri ſimili cælata figura;
Error ut ante oculos inſidiantis eat.
Mamurius morum fabræne exactior artis
Difficile eſt, illud, dicere, clauſit opus.
Cui Numa munificus, facti pete præmia, dixit.
Si mea nota fides; irrita nulla petes.
Jam dederat Saliis (a ſaltu nomina ducunt)
Armaque, & ad certos verba canenda modos.
Tum ſic Mamurius: merces mihi gloria detur,
Nominaque extremo carmine noſtra ſonet.
Inde Sacerdotes operi promiſſa vetuſto
Præmia perſolvunt, Mamuriumque vocant.

Vide *Ancile*.

SALINATIO, onis. Invaſio, irruptio. A verbo adſalio, vel adſilio. Epiſt. Comitis S. Pauli: *Nonnulla vice in nos fecerunt ſalinationee.*

SALITIO, onis. Unum eſt ex bellicis exercitiis, quo tirones diſcebant in equos expeditè aſcendere etiam gladios manu tenentes, & ex illis deſilire celeriter. Rem totam accurratè exponit Vegetius lib. 1. cap. 18. *Equi lignei hyeme ſub tecto, æſtate ponebantur in campo: ſuper hos juniores primò inermes, dum conſuetudine proficerent, demum armati cogebantur aſcendere. Tantaque cura erat, ut non ſolùm a dextris, ſed etiam a ſiniſtris, & inſilire, & deſilire condiſcerent, evaginatos etiam gladios, vel contos tenentes. Hoc enim aſſidua meditatione faciebant, ſcilicet ut in tumultu prælii ſine mora aſcenderent, qui tam ſtudioſè exercebantur in pace.* Erat pernecesſarium ſic exerceri Veteres, qui uſum ſubicis pedanci, ſive ſtapedæ ad inſiliendum in equos, non habebant. Sed & apud nos nobilis juventus ad equum ligneum ſic exercetur. Solent porrò addere ludos quoſdam, niſuſque virium, qui ad oſtentandam potiùs corporis agilitatem & robur, quàm ad ſeriam militiam faciunt. Apprehensâ ſiquidem pilâ ſellæ equeſtris ex una in alteram equi lignei partem ſe ſaltu conjiciunt. Eâdem pilâ vel arcu ſellæ detento, modò circa ſellam ipſam, modò circa clunes equi mirabili ſe celeritate circumagunt; redeuntque ſubinde ad inſidendum. Detinentes etiam unâ duntaxat manu ſellæ pilam, vel arcum, librato æquabiliter prono corpore verſus terram ſe diu ſuſtentant. Hi luſus niſuſque ſuam apud Italos nomenclaturam habent. *Paſſata, Stilo, Pomata, Bilancia.* Nomen autem exercitationis apud nos eſt *Cavalletto*.

SALMA, æ. Occurrit pro ſagma, vel ſagmate apud Latinobarbaros Scriptores. Vide *Sagma*.

SALPISTÆ, arum. Qui tuba canunt, quæ Græcis σάλπιγξ. Memorantur, a Vopiſco in Carino: *Centum ſalpiſtas uno crepitu concinentes & centum camptaulas.*

SALPIX. Meracum eſt Græcorum vocabulum, quo tubam nominant. Uſurpatum ſæpius fuit a deterioris notæ Scriptoribus. Fulcherius Carnot. lib. 3. Hiſt. Hieroſol. *Salpices, & cornua vehementer concrepabant.* Alcuinus Poem. 8.

Præmia ſumpturus cum clanget claſſica ſalpix.

SALTATIO. Inter militaria exercitia recenſetur a Vegetio lib. 1. cap. 9. *Ad ſaltum etiam exercendus eſt miles, quo vel foſſæ tranſiliuntur, vel impediens aliqua altitudo ſuperatur: ut cum ejuſmodi difficultates evenerint, poſſit ſine labore tranſire.* Hinc Silius inter bellicas meditationes Scipionis Africani adnumeravit, *tranſcendere ſaltu murales foſſas.* Non defuerunt, qui hoc exercitii genus tanquam viro ingenuo, nedum Principe vel Rege indignum improbarent, ſecuti Cornelium Nepotem in Epaminonda, qui abhorrere ſaltationem ſcripſit a dignitate Imperatoria: adducentes inſuper teſtimonium Ciceronis, qui neminem ſaltare ſobrium ſcripſit; Gabinum verò & Catilinam multis ea cauſa probris atque conviciis non dubitavit proſcindere. Verùm præfatos Scriptores reputandum eſt de obſcœna, vel parum honeſta viro probo ſaltatione fuiſſe locutos; quare Saluſtius in Catilina taxavit Semproniam, quod molliùs pſalleret ſaltaretque, quàm par eſſet honeſtæ pudicæque fœminæ. Cæterum Plato optimæ conſtituendæ civitatis artifex ſcientiſſimus in non poſtrema Gymnaſticæ parte ſaltationem poſuit, quoniam illa inſitas mor-

mortalium animis alacritatis ſavillas vehementiùs incitaret, motuque illo eorporis ad certas legea eompoſito, quaſi eote quadam, exacueret innatos cuique ſtimuloa ad audendum ſortiter, & gloriæ ſemitam eapeſſendam. Triplex autem idem Plato ſaltationia genua diſerevit: domeſticam aliam, urbanæ conſuetudini & ingenuæ oblectationi accommodatam; aliam militarem; quæ expedita redderet eorpora ad eonficiendas itinera, foveaa, amneſque traiiciendos, & ad bellicos ipſos conflictus, ubi eorporis agilitas totum ferè negotium eonficit pugnæ felicis; tertiam addidit inter utramque mediam, quæ in ſacrificiis & expiationibus adhiberetur. Militarem verò ſaltationem uſque adeo extollit, ut mercede publica conducendos etiam magiſtros duxerit, qni eandem ſuis definitam legibus juventuti traderent. A quo Platonia inſtituto neutiquam diſſonat pronunciatum Socratis apud Athenæum, ubi aſſeverat maximè idoneos ad rem bellicam eos per omne tempus evaſiſſe, qui peritè tripudiaſſent in Deorum ſacrificiis. Idem luculenter oſtendit Pyrrhica ſaltatio, quam & antiquiſſimam extitiſſe, & excitandæ tyronum virtuti magnopere idoneam proprio in loco meminimus. Nec alia de cauſa exiſtimandum eſt Athenienſes Libero patri dicaſſe Aſcolia, ideſt ludos, qui conficerentur ſaltatione per ſuppoſitos utres; quæ feſta Romani poſtea dixerunt Vinalia. Meminit eorum Virgiliua lib. 2. Georg.

Non aliã ob culpam Baccho caper omnibus aris
Cæditur, & veteres ineunt proſcenia ludi:
Præmiave ingentes pagos & compita circum
Theſeidæ poſuere; atque inter pocula læti
Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres.

Incredibili hominum ſrequentia ſtatuebantur in theatro hircini utres inflati, atque oleo peruncti. Certabatur autem magnis animis ut quanta maxime quia agilitate poſſet, altero pede ſolum premente, ſublato altero & per aerem librato, memoratoa utres tranſmitteret. Id cum admodum ſactu difficile eſſet, & impulſis calce utribus paſſim ludentea lapſabundi in terram corruerent, deliciaa ſcilicet ſpectatoribus faciebant, ut clamoribus editis, eachinniſque & plauſu theatrali univerſus latiſſime Circus perſonaret. Ejus ludi & ſaltationis originem ex Ariſtophanis Scholiaſte per hæc verba refert Brodæus: *Liber Pater Icario Erigones patri propter juſtitiam, & æquitatem exiſtimatur vinum, & vitem, & uvam tradidiſſe, ut oſtenderet hominibus quomodo sereretur, & quid ex eo naſceretur: & cum eſſet natum id, quomodo uti oporteret. Qui cum ſeviſſet vitem, & diligentiſſimè adminiſtrando floridam ſalce ſeciſſet, dicitur hircus in vineam ſe conjeciſſe, & quæ ibi teuerrima folia videret, decerpſiſſe. Icarium iratum eum interfeciſſe. ex pelle ejus utrem feciſſe, ac vento plenum præligaſſe & in medium projeciſſe, ſuoſque ſodales circa eum ſaltare coegiſſe. Alii dicunt, Icarium, cum a Libero patre vinum accepiſſet, ſtatim utres plenes in plauſtrum impoſuiſſe.*

2. Aliud eſt ſaltationis genus, quo corpora motibus geſtibuſque ad numerum, artificium, certamque rationem compoſitis, mores, propenſiones, affectioneſque hominum imitantur. Ea ſacultas in tantum non contemnenda eſt, ut ad eam commendandam Muſiea, Geometria, Arithmetica, aliæque præſtantiſſimæ conſpirent facultates. Plato etiam, Ariſtoteles, & præſertim Plutarchua, qui de illa latè graviſſimèque ſcripſit lib. 9. Convival. quæſt. problem. 15, eam non inter præcipua ſolummodo pacis oblectamenta, verùm etiam inter potiſſima belli præludia & ſtndia retnlerunt. Per oblectationem nimirum & ludum, in umbra & pacia otio, qui eas addiſcunt motuum leges, præclari poſtea evadunt bellatores. Totius corporis motionibus, ambulatione ſimplici, jactatione membrorum, permutatione pedum, flexn, progreſſu, manuum connexione, ea perdiſcunt agilitate, atque omnimoda dexteritate artus flectere, & corpora eircumagere, ut promptiſſimi poſtea ſuturi ſint in acie & conflictu ad inſiliendum, ſubſiliendum, progrediendum, aut recedendum ad omne neceſſitatis imperium, vel nutum Imperatoris. Eam corporum motionem nulla antiquitùa modulatio aſſociabat. Inducti ſunt autem poſtea ſoni, cantuſque, ad quorum numeros motus corporum ſic reſponderent, ut intervalla temporum, & muſicæ legia ratio ſcitè atque perpetuò ſervarentur. Quamobrem ſaltatio a Simonide taceus poeſis ſuit appellata. Saltationis inventorem Theophraſtus apud Athenæum Androna quendam tibicinem docet fuiſſe. Subdit idem Scriptor ex Epicharmo, multis figurarum additamentis auxiſſe artem Cleophantum Thebanum; eaſque figuras Sicilienſi vocabulo appellaſſe Balliſmos. Hinc profectò origo capienda eſt Italicæ vocis *Ballo*. βάλλω ſiquidem Græci dicunt, quod Latini *jacio*. Hoc genus ſaltationis uſitato nomine dicimua choream, a choro ducendo; quoniam tibiia, cymbalis, aliiſque adhibitis muſicis inſtrumentis cum cœtu cantorum, necti variarique ſolebant memoratæ ſaltationes. Non eſt hujus loci de earum appellationibus, quæ innumeræ ferè ſunt, otioſè diſſerere. Conſule de illis Athenæum lib. 14. Cœl. Rhodigh. antiqq. Lect. lib. 5. cap. 3. & 4. Scaliger. Poetic. lib. 1. cap. 18. Mercurial. Art. Gymn. lib. 2. Vide etiam quæ de ſaltatione habet Roſin. Antiqq. Roman. lib. 5. & Dempſter. in Paralip. ad Roſin. Non omittam autem innuere, inter præcipua ſigna plauſus lætitiæque ſignificandæ poſt victorias reportatas, adnumeratos fuiſſe choros ſaltantium, hymnoſque concinentium, & pæanas. Hinc Horatius poſt incenſam fugatamque Cleopatræ, & M. Antonii claſſem hilariùs ſibi & ſociis vino & ſaltationi indulgendum putavit.

Nunc eſt bibendum; nunc pede libero
Pulſanda tellus.

Sed longè antiquior ea conſuetudo, & continuato ætatum conſequentium eircuitu, a veteri Hiſtoria ſacra repetita. Uſurparunt id Judæarum mulierum chori ſeſtia motibus cantuque acclamantes puero David poſt relatam de Gigante Philiſthæo pulcherrimam victoriam, ut traditur Reg. lib. 1. cap. 18. *Porrò cum reverteretur percuſſo Philiſthæo David, & ferret caput ejus in Jeruſalem, egreſſæ ſunt mulieres de univerſis urbibus Iſrael cantantes choroſque ducentes in accurſum Saul Regis, in tympanis lætitiæ, & in ſiſtris. Et præcinebant mulieres ludentes atque dicentes: Percuſſit Saul mille & David decem millia.* Idem David, eum profligatis iterum Philiſthæis, Arcam Domini de domo Obededom in ſuam civitatem reduceret, ante eandem Ar-

cam ſaltaſſe legitur lib. 2. Reg. cap. 6. *Cumque tranſcendiſſent qui portabant Arcam Domini ſex paſſus, immolabat bovem & ovem, & arietem, & David percutiebat in organis armigatis, & ſaltabat totis viribus ante Dominum.* Cum verò Michol Saulis filia ſaltationem Davidi illam quaſi licentioſam, & a Regis majeſtate abhorrentem exprobraret; ſic illi ſapientiſſimè fuit a Rege reſponſum: *Vivit Dominus, quia ludam ante Dominum, qui elegit me, potius quam patrem tuum, & quàm omnem domum ejus, & præcepit mihi ut eſſem Dux ſuper populum Domini in Iſrael, & ludam, & vilior fiam pluſquam factus ſum: & ero humilis in oculis meis; & cum ancillis, de quibus locuta es, glorioſior apparebo.* Specioſiſſimum illud corporis dehoneſtamentum in Rege ſaltante, admirabili energia unico verſiculo deſcripſit & prædicavit Poeta Dantes Purgator, Cant. 10.

Li precedeva al benedetto vaſo
Treſcando alzato l'umile Salmiſta:
E più, e men che Rè era in quel caſo.

Licet autem nullus dubitem ſaltationes in ſacrificiis fuiſſe omnium antiquiſſimas, ex his tamen ſilveſtres & ruſticanas urbanis & militaribus fuiſſe antiquiores pro certo habeo. Suadet id mihi natura ipſa, & in omnibus fere inventis ab experientia uſuque ducta ratio. Rudia nimirum & parum culta neceſſe eſt rerum initia eſſe; & nihil repente fit optimum. Huc proinde traho illud Virgilii Georg. l. 1. de ruſticis Cereris ſacrificia celebrantibus.

neque ante
Falcem maturis quiſquam ſupponat ariſtis,
Quam Cereri tortâ redimitus tempora quercu
Det motus incompoſitos, & carmina dicat.

Item illud ejuſdem Poetæ in ruſtica apotheoſi Daphnidis Ecl. 5.

Saltantes Satyros imitabitur Alpheſibæus.

Quod autem addit de Satyris, novum robur huic ſententiæ apportat. Conſtat enim eam gentem fuiſſe omnium vetuſtiſſimam, utpote ſaltuum cultricem atque ſilvarum. Prius autem ſilvas fuiſſe quam urbes, nemini video non eſſe perſpicuum. De Satyrorum vero celeritate Plinius l. 7. c. 2. *Satyri perniciſſimum animal, tum quadrupedes, tum recta currentes humana effigie.* Idem oſtendunt caprini, quibus utuntur, pedes, & corporum nuditas expedita curſui. Saltatio Satyrorum peculiaris Sicinnis fuit: Pollux l. 4. c. 14. Species ſaltationum, Emmelia Tragica. Cordaces Comica, Sicinnis Satyrica. A Silvis proinde & rure ſaltationum origo in ſacrificiis, quæ poſtea in urbes ad Corybantes, Salios, Balliſtea, Pyrrhicas, appellationeſque ſaltationum alias commigrarunt.

Saltem. Vetus Grammaticus apud Gellium, Servius, Donatus bellicæ originis hoc adverbium eſſe ſtatuunt: trahi quippe a captivis, qui capti ab hoſtibus, ſublatis manibus, reliqua cedentes ſpolia, ſalutem eoſdem rogitabant. Natum inde per ſynæreſim ſermonem, ut, cum inter multa petitur aliquid, *ſaltem* dicamus. Sed & aliam adducit originem Nigidius, traditque *ſaltem* dictum a *ſi aliter*, idque ipſum eſſe contractum a plena ſententia; *ſi aliter fieri non poteſt.* Gellius eas origines proferens, ſtatuit in hujus adverbii indagatione amplius eſſe quærendum. Janus Guilielm. Veriſim. l. 1. cap. 10. ait vetuſtos & probatiores codices non *ſaltem* habere, ſed *ſaltim*. Quemadmodum enim a ſupinis *curſu*, *ſenſu*, *receſſu*, *raptu* fiunt *curſim*, *ſenſim*, *receſſim*, *raptim*; ſic a *ſaltu*, *ſaltim*. Adhibetur autem in oratione, cum ea quaſi ſaltu quodam, ab iis, quæ anteceſſerunt, in extremum aliquid tranſit ac deſinit. Exempla autem ſalutem rogandi habes ex Cæſare lib. 3. de Bell. Civil. *Quod ubi ſine recuſatione fecerunt, paſſiſque palmis projecti ad terram, flentes ab eo ſalutem petierunt; conſolatus conſurgere juſſit.* Item ab Hircio de Bell. Hiſpanienſ. *Victi & deſerti a Pompejo, tua virtute ſuperati, ſalutem a tua clementia depoſcimus.*

Salvaguardia; Immunitas, tutamentum fide publica interpoſita. Regeſtum Brevium Original. Angl. *Bona ſua quicunque in protectionem, & ſalvamguardiam noſtram &c.* Ejuſdem notionis eſt ſalvamentum. Capitula Caroli C. tit 26. *Et volumus ut vos, & cæteri homines fideles noſtri talem legem & rectitudinem, & tale ſalvamentum in regnis noſtris habeatis, ſicuti anteceſſores veſtri, tempore anteceſſorum noſtrorum habuerunt.* Italis *Salvocondotto*.

Salutatio Castrensis. Urbanitatis hoc erat officium, quod in caſtris bellatores peragebant, ab infimis ad ſuperiores quoſque pervenientes. Meminit hujus moris Joſephus lib. 3. Excid. *Manè & ſub aurorum milites quidem ſinguli ad Centuriones, ad Tribunos porrò iſti conveniunt ſalutaturi: cum quibus ad Ducem primarium omnes deinde ordinum Ductores.* Idem de hoc officio tradit Polybius. Licet autem id ad obſequium bellicis magiſtratibus exhibendum pertineret, & honoraria eſſet inferiorum ad ſuperiores demiſſio; nihilominus non erat otioſa ea ſalutatio: nam per eam occaſionem a Ducibus mandata accipiebant Centuriones & Tribuni, quæ ad ejus diei opportunum regimen facerent. Sic enim ſubdit Joſephus: *Ipſe verò tunc illis ex more ſignum dat, & alia mandata perferenda ad ſubiectos.* Non eſt dubitandum Imperatoris, aliorumque magiſtratuum bellicorum adventum ad exercitum feſtiva copiarum ſalutatione, & lætiſſima pompa fuiſſe olim concelebratum, potiſſimum verò acclamationibus, colliſione armorum, & multiplici militari concentu. Urbanarum ſalutationum ritus enucleatè copioſèque digeſſerunt Scriptores, præſertim Romani. Quò magis demiror parcius eoſdem de bellicis ſalutationibus ac ferè generatim ſcripſiſſe. Liv. lib. 1. *Inde fœdus ictum inter Duces, inter exercitus ſalutationem factam.* Apud nos Duces Præfectique armorum excipiuntur & ſalutantur tympanis tubiſque reſonantibus, explicatis demiſſiſque vexillis, ſclopis directis, ac præcipuè bombardarum exploſione. Eam exploſionem Itali dicimus *Salva*, *Salva Reale*, a Latinorum verbo defectivo *Salve* notæ ſignificationis.

Sambuca, æ. Vox eſt Hebrææ originis: nam quod ait Rueſlius l. 1. de Natura ſtirpium cap. 20. a Sambyce inventam; cum id ſine ulla Veterum authoritate aſſeveret, dubiæ eſt fidei. Organum eſt muſicum formâ triquetrâ: ſed de hoc alii viderint. Obtinet etiam Sambuca locum inter machinas Poliorceticas; idque illi nomen cognatione quadam cum ſupra indicato organo Muſico. Veget. l. 4. cap. 21. *Sambuca*, inquit, *dicitur a ſimilitudine citharæ. Nam quemadmodum*

in

in cithara chordę ſunt, ita in trabe, quę juxta turrim ponitur, funes sũt, qui pontẽ de ſuperiori parte trochleis laxant, ut aſcendat ad murum; ſtatimque de turri exeunt bellatores, & per eum tranſeuntes, mœnia urbis invadunt. Hæc Sambucæ explicatio per omnia diſſidet a deſcriptione illius machinæ, quæ legitur apud Athenæum, Appianum, Livium, Polybium, & alios. Videtur autem Vegetius Sambucam confundere eum Exoſtra, quam ipſe cæteroqui pontem eſſe contendit, ad faciendas in muros exſcenſiones, idque terreſtri oppugnatinne. Habebat autem pons ille, ſive Exoſtra, funes ad caput, quibus e turri demittebatur. At Sambuca ex Herone, & ſuperiùs memoratis Hiſtoricis, eſt machina navalis, vel duo, atque adeo plura navigia tranſverſariis tignis compacta, cum prælongo ponte applicandn ad murns obſeſſæ civitatis. Uſus autem erat in oppugnatione arcium maritimarum. Hac machina uſum fuiſſe Marcellum in expugnatione Syracuſarum legimus apud Livium, Plutarchum, & Polybium.

2. Heron de Sambuca ita ſcribit cap. 25. *Duabus novibus, junctis firmiter, tigna imponontur; & ſuper ea, aut inter ea, pons ſtruatur. Erit autem pons ille firmus & ſtabilis, ſi ſuper tigna collocetur; ſi verò inter tigna, erit ductilis, ut attolli & deprimi per funes poſſit.* Ubi vides Sambucam Heronis conſtare ex duobus tantum navigiis colligatis. Livius tamen, & Polybius, ubi loquuntur de obſidione Syracuſarum, Duce Marcello, plures naves ſcribunt fuiſſe conjunctas. Sic enim Polybius: *Octo naves junctas fuiſſe, quibus interiores remi ablati eſſent, relictis exterioribus tantùm, atque ita incitatas ad murum.* Plutarchus verò in vita Marcelli: *In magno ponte octo navium ſimul junctarum machinam tollens, navigabat ad murum.* Iterum verò de Sambuca duarum junctarum navium Appianus loquens de Mithridate in oppugnatione Cysici: *Sambucam quandam, maximam machinam, duabus navibus latam, & intectam fecit.* De hoc organo militari Athenæus etiam loquitur, obſervatque ejus machinæ artifices ad Opticæ normam eam machinam debere dirigere & extruere, ut a murorum altitudine & diſtantia a navigiis oppugnantibus, juſto dimenſu, pons injiciendus fabricetur. Nam ſecus omnis machinamenti labor in irritum cadet, ut contigiſſe obſidentibus Chium, idem memorat Athenæus. Quomodo verò conſtruenda ſit Sambuca, præcipitur ex Polybio lib. 8. longiuſcula deſcriptione: *Octo quinqueremes habebat, quibus remigii ſeries inerat, tam a dextris quàm ſiniſtris; atque illas inter ſe cum duobus levibus parietibus conjunctis ad murum per remigationem, quæ erat extra parietes, adduxerunt: & has vocant Sambucas. Genus autem ſtructurę dictorum inſtrumentorum tale eſt. Scalam pararunt latitudine quatuor pedum, ſic ut, dum ex navi deſcenditur, muro adæquetur. Hujus utrunque latus cancellis muniverunt, & deſuper tegulis defenſoriis armarunt, & obliquam parietibus impoſuerunt, quibus conjunctæ naves conſtringebantur: ſic ut plurimùm embolis præemineret. Deinde & ad malos navium rotulæ erant deſuper cum funibus deſilientes. Ubi neceſſitas ingruebat, funibus in vertice ſcalæ religatis, per rotulas in puppi ſtantes trahunt. Et alii conſimiliter in prora ſtructuram ejus machinamenti repagulis firmant, ac deinde per remigationem, quæ ab utraque illâ externi remigii ſerie fiebat, telluri navibus appropinquontes, dictum inſtrumentum muro applicant. In ſummitate autem ſcalæ tignum eſt, quod ſcutis Perſicis trinam ſuperficiem communit, quo quatuor milites aſcendentes, adverſùm eos decertant, qui inde a propugnaculie applicationem Sambucæ impedire conantur. Ubi applicatâ ſcalâ murum occupaverint, ipſi ſcutorum latera utrinque ſolventes propugnacula vel turres conſcendunt: reliqui per Sambucam iſtoc eantè ſequuntur, ſcalâ per malos in utrauque partem demiſſâ. Structura autem iſta non immeritò hanc appellationem ſortita: quando enim perficitur & erigitur, redditur figura navis hujus, & ſcala in unum redacta Sambucæ conformis.* Licet multa Hiſtoricorum teſtimonia congeſſerim, adhuc tamen fortaſſe majorem lucem ad genuinum Sambucæ captum deſideres. Sic autem habeas. Sambuca machina eſt ex duabus vel pluribus navibus ſic invicem nexis, ut interioribus remis omnes careant, axterioribus tantum ex utraque parte impellatur. Commodo deſuper in loco vel ſuper lignea crate, vel nullo tabulato ſubſtrato decumbit pons ea longitudine, quam congruentem exiſtimant Machinatores ad faciendam per illum exſcenſionem in murum hoſtilem. In medio ferè hujus machinæ, ſeu potius navium, ſurgunt probè defixæ binæ trabes. Harum ſummis capitibus ductiles funes vertuntur, quorum infima pars ſolo navium adjacet; pars ſuperior ponti applicatur ad utrunque ipſius caput. Utriuſque funis ductilis beneficio niſuque pons decumbens paulatim attollitur, & ubi ad hoſtilem murum deventum eſt, æqua altitudine libratus ad illum admovetur. Per eum pontem ad pinnas muri hoſtici tranſeunt milites, ibique decartantes tentant conſiſtere. Poſtremò clariùs rem totam oculis exhibebunt geminæ ejuſdem icones; altera quidem navalis Sambucæ apud Lipſium lib. 1. Poliorc. Dialog, 6. altera Sambucæ terreſtris apud Steuvechium ad Veget. lib. 4. cap. 21.

Sambuca, æ. Aliud etiam in re militari nautica Sambuca ſignificat; nimirum tabulam trilateram munitam cratibus, in quam per ſcalam aſcenditur, & inde, remotis cratibus, in muros fit tranſitus. Docet id Polybius, ubi agit de ſcalis nauticis per hæc verba: *In ſupremis porrò ſcalis eſt tabula, cujus tria latera cratibus muniuntur: in quom veluti turriculam viri quatuor conſcendunt per dictas ſcalas, & in muros inſiliunt, cratibus remotis. Dicta autem hæc Sambuca, quia cum ſublatæ ſunt ſcalæ, fit cum navibus unum quoddam corpus ſimile Sambucæ.*

Samæna, æ. Genus biremis, ſive dicroti. Vox ipſa clamat a Samo inſula dictam. Inventa creditur a Polycrate Samiorum tyranno. Rotunda concavaque erat forma in effigiem alvi; quo circumagi flectique faciliùs poſſet. Legitur apud Athenæum, & deſcribitur à Suida.

Samiarii, orum. Memnrantur in Gloſſ. Vet, pro fabris, qui exercitum ſequebantur. Hnrum erat curatio certis medicamentis arma acuta, nitida, ac deterſa reddere. Vide *Munditia armorum*.

Samiata ferramenta. Vide Ferramenta.

Sanzachi. Præfecti Turcici militares. Jovius Hiſt. l. 14. *Bellerbecho parent Sonzochi, Latinę alarum ſigniferi.*

Sapientia, æ. Vide *Literæ*.

Sappa. Adamus Fritachus in architectura militari, aliique Scriptores Polemici, ita vocant poſtremum tractum viarum obſidionalium, ſive obliquorum tramitum, quibus oppugnatores paulatim progrediuntur ad arces arctiùs obſidendas. Dicitur autem hoc oomine trames ille ſuffoſſus, & linea, quæ teodit ad foſſæ marginem. Non flexuoſis illa ambagibus, ſed rectà ducitur ad frontem propugnaculi, quò vis obſidionalis dirigitur. Ultimus ille brachiorum ductus multò proiode diligentius curari debet. Proximus nimirum eſt urbicis munitionibus, earumque miſſilibus obnoxius; meritò reputaotibus præſidiariis brevi dedeodam urbem, niſi omni conatu, & jaculorum impetu & multitudine, poſtremum illum acceſſum ad foſſam vehemeoter abigant atque diſturbent. Sic autem de eodem agendo Architecti præcipiunt, ut ſi foſſa ſit ſicca, ſubterraneo cuniculo ad propugnaculum dirigatur: Sin verò ſit aquis oppleta, gleba & ceſpitibus via ſterni debeat per pluteos concameratos, lutoque & crudis animalium coriis affatim firmiterque contectos, adverſùs imbres ignium miſſilium, & jaculorum deſuper decidentium impreſſiooes.

Saracenesca. Cataracta, vel crates ferrea ad tutandas urbium portas. Hiſt. Cortuſiorum lib. 4. cap. 5. *Dum verò porta ab intrinſecis clauderetur, miles unus Theutonicus ſe oppoſuit, qui calata portę levatura, ſeu Saraceneſca inter utramque partem vivus remanſit incluſus*. Italis etiam *Saracineſca*, a Saraceuis, ut coojectare licet; noo quaſi ea gens portam cataractam invenerit, cum ſit manifeſtum longè antiquioris ioventi fuiſſe id genus portæ munitoriæ; ſed potiùs quoniam crebrior apud eos ejuſmodi portarum uſus; id nimirum ſummo ſtudio contendentes, ut comportatam prędam, & quæ rapinis collegerant, tutiùs aſſervarent. Vide *Cataracta*.

Saraptarii. Genus Turcici peditatus. Vide *Janizeri*.

Sarcina, æ, fit a ſarciendo. Videtur propriè eſſe utenſilium, veluti faſcis rerum ad uſum cultumque corporis ſpectantium, quem viator, aut miles in humeros attollere & comportare poſſit, ut benè notat Valla l. 4. cap. 49. Hinc *colligere ſarcinas* pro *caſtra movere*, & per uſurpationem pro qualibet commigratione. Papias notat, ſarcinarum eſſe pondera, ut vaſa; ſarcinularum eſſe cibos, ſacculis geſtatos. Meliùs Fronto, onera vehiculorum eſſe ait, ſarcioas hominum. Sed & ſarcinas pro impedimentis lego apud Cęſarem de Bell. Gall. 2. *Cum prima legio in caſtra veniſſet, reliquæque legiones magnum ſpatium abeſſent, hanc ſub ſarcinis adoriri*. Vide *Impedimenta*. Italis *Fardello*. Pulc. Morg.

Quel che ci reſta farem poi fardello,
Ch'io porterci, quando i' rubbo, un caſtello.

Ex quo *Affardellare* pro conſarcinare. *Fardello* fit a Latinorum *Farcio*; ex quo *fartum*, *fartellum*, *Fardello*. Vide *Ærumnæ* & *Muli mariani*.

Sarcinula, æ. Parva ſarcina, qualis in humeros a viatoribus vel militibus attolli ſolet. Juvenal. Sat. 6.

Collige ſarcinulas, dicet libertus.

Sarcinalis, le. Ad ſarcinas pertinens. Ammian. l. 29. *Nec ſarcinale jumentum quiſquam habuit.*

Sarcinarius, a, um. Idem. Cæſ. l. 1. Bell. Civil. *Omnia ſarcinaria jumenta interfici jubet*.

Sarcinator, oris. Non ſolum qui veſtes ſuit, ut apud Lucil. ſed etiam qui ſarcinas ſervat, vel colligit. Papias.

Sarcinatrix, icis. Non ſolùm quæ veſtes ſuit, ut apud Cajum, ſed etiam quæ ſarcinas ſervat, vel colligit. Papias, & Vet. Lex.

Sarganti, orum. Vide *Servientes*.

Sarissa, æ. Haſta Macedonum peculiaris. Longitudine erat quatuordecim cubitorum, torquebaturque utraque manu. Planè ſimilis Hiſpanorum haſtis prælongis, quas dicimus *Picche*. *Picca* autem fit a Latinorum *ſpica*, quoniam, ut ait Turnebus, exiguo ferro ſpicatur, hoc eſt acuminatur ad formam ſpicæ; Virgilius Georg. 1.

ferroque faces inſpicat acuto.

Vide Ælianum, Vegetium, & Modeſtum de Vocab. Militar. Liv. de Bell. Maced. l. 7. *Simul impeditus intercurſu ſuorum uſus prælongarum haſtarum (ſariſſas Macedones vocant) intulere ſigna Romanæ legiones*. Sariſſam vocem eſſe Macedonum non ambigo cum Voſſio & aliis.

Sarissophori. Sariſſis pugnantes. Liv. l. 6. dec. 4. *Tum Macedonum robur, quos Sariſſophoros appellabant, velut firmamentum circa ipſas munitiones conſtituit*.

Sarrachoridas. Servi militares apud Turcas. Laonic. Chalcocon. de reb. Turc. l. 7. *Quarto autem die Sarrachorides, qui inter cęteros inutilis ſunt turba, machinas ad murum traxerunt*.

Sarracum, ci. Plane eſt ioter vehicula oneraria recenſendum: nam Vitruvius lib. 10. plauſtra, & ſarraca conjungit. Juvenal. Satyr. 3.

longa coruſcat
Sarraco veniente abies.

Sarracum currum Voſſius trahit a ſaraco vaſe vel corbe: quamobrem putat currum fuiſſe cum corbe adnexa.

Satelles, itis. Syriacę eſt originis, ut habet Voſſius. Miles eſt mercede conductus, qui eſt a latere Imperatoris vel Regis. Vide *Latro*. Satellitum uſum Romę invexit Tarquinius Superbus. Vide Dionyſ. l. 4. Sed admodum appoſitè Claudian.

Non ſic excubiæ, nec circumſtantia pila,
Quàm tutatur amor.

De ſatellitibus Liv. lib. 2. Dec. 1. *Cum, concurſu ad clamorem facto, comprehenſum Regii ſatellites retraxiſſent ad tribunal Regis*. Neque verò eſt dubitandum hoc nomine vulgatius iodicari apparitores & viatores, eos ſcilicet, qui pręſunt ſontibus capiendis. Gaudet etiam ſœminino genere. Cic. de Divinat.

Hic Jovis altiſoni ſubito pennata ſatelles.

Idem de Finibus: *Virtutes, quas tu ſatellites, & miniſtras voluptatis eſſe voluiſti.*

2. Cæterum veterum Francię Regum temporibus ſatelles ioſimum & contemptibile fuit militiæ nomen. Sic enim appellati venales famuli & conductitii, de quibus in vocibus *Pedites*, *Miniſteriales*, *Aldii*, aliiſque plura diximus. Jungi autem ſatellites ſoleot militibus, quoniam horum erant ſervi & miniſtri caſtreoſes. Villelmus Brito lib. 2. Philipp.

Caſtrum militibus multoque ſatellite tutum
Efficit.

Et infra:

Regis ad edictum coeunt in bella Quirites,

Cum-

Cumque ſatellitibus equites, proceresſque, duceſque.

Atque iterum:

Aptantur muris ſcalę, levibuſque ſatelles
Paſſibus aſcendit.

Rigordus an. 1213. *Cum non haberet niſi ducentum & ſexaginta milites, & circiter quingentos ſatellites equites.* Ubi vides quod a nobis eſt ſępius animadverſum, ſatellites a militibus paſſim diſtingui. Erant quippe armigeri, apparitores, clientes, & ſervientes militum, ab iiſdem conducti altique. Licet verò ęvo Regum Francicorum ſatellites armigeris exęquarentur, conſtat tamen antiquitùs ſatellites armigeris præſtantiores fuiſſe. Curtius lib. 6. *Huic decem ſatellites traduntur, quorum ſingulos deni armigeri ſequebantur.* Vide plura apud Gaſparem Barthium in Animadverſ. ad Philipp. Villelmi Britonis.

SATELLITIUM, tii. Vox eſt, quantum indagare potui, ignota Latio veteri. Crebrò tamen eſt in uſu apud deterioris notæ Scriptores. Et propriè quidem pro caterva ſatellitum ſumitur. Sed quoniam ſatellites a Scriptoribus ſæculi Longobardici dicuntur milites, ſeu potius famuli militum, alio nomine armigeri, ſcutarii, ſervientes, iiſdem ſatellitium eſt ſatellitum ſive armigerorum caterva. Villelmus Brito lib. 6.

quingenti & mille Quirites,
Cumque ſatellitiis peditum ter millia dena.

Militiam ipſam interdum notat. Gulielmus Pictavienſis lib. 1. cap. 12. *In Danfronti oppugnatione quaſi deſertoris furtivo more diſceſſit, nequaquam petita miſſione ſatelitii debitum jam omne detrectans.* Meminit etiam ſatellitii Procopii Latinus Interpres Hiſtor. Wandal. lib. 11. *Aigar in ſatellitio Belliſarii pugnare ſolitus.*

SATRAPA, æ, vel SATRAPES. Præfectus provinciæ, ſed fere Perſarum, quorum eſt vocabulum. Curt. lib. 6. *Ex Macedoniæ Imperatore Darii Satrapen factum.* Et ibidem: *Literæ afferuntur a finitimis Satraparum.* Terent. Heaut.

Satrapes ſi ſiet
Amator, nunquam ſufferre ejus ſumptus queat,
Nedum tu poſſis,

Dicitur etiam Satraps. Sidonius:

Quiſque ſedet ſub Regem Satraps.

SATRAPIA, æ. Præfectura Satrapæ. Curt. lib. 5. *Mazæum transfugam Satrapia Babylonię donat.*

SATURNUS. Plerique Fabulatores, quemadmodum regnandi, ſic etiam belligerandi initium ad Saturnum referunt. Cum enim rescivisset Cęlum genitorem Cyclopas, qui Saturni fratres erant, in Tartarum dejeciſſe, ſuſcepto adverſus patrem bello, fratres e Tartaro eduxit, iiſque adnitentibus paternum occupavit regnum, ipſique Cœlo genitori comprehenſo genitalia amputavit. Quoniam verò a filiis ſibi juſtè timebat, pleroſque dicitur devoraſſe, ut ſignificavit Heſiodus:

Audiit ex Terræ dicto, Cœlique nitentis
Se fore vincendum a nato; ſic fata revolvi.
Quare obſervabat natos non ſegniter; omnes
Atque vorabat eos genitos: Rhea at ipſa dolebat.

Impios hujuſmodi Saturni conatus cum filius Juppiter cognoviſſet, collectis Cretenſium copiis patri regnum eripuit. Virgil. lib. 8.

Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo
Arma Jovis fugiens, & regnis exul ademptis.

Saturno falcis inventionem attribuerunt: & alii quidem, quoniam terrę colendæ primus auctor fuerit; alii verò propterea quod a Terra genitrice eam accepiſſet falcem, ut decertaret adverſus patrem, & a vinculis fratres eriperet. Reliqua de Saturno, ut pote a noſtra re aliena, reiicimus ad Mythologos.

SAUROTER. Para haſtæ, quam ſic deſcribit Euſtathius: *Sauroter ferrum parvum cavum in acutum deſinens, cui inſerta infima pars haſtæ efficit, ut haſta ſtatuatur defixa terræ.*

SAXA, æ. Germanica vocis origine eſt gladius, ſeu cultellus. Quod genus armorum, quoniam egregiè tractarent Turingii, idcircò poſtea dicti ſunt Saxones. Continuator Florentii Vigornienſis ann. 1138. *Mutato denique nomine, quæ ad id tempus Turingia ex longis cultellis ſed victorioſis, poſtmodum vocata eſt non Saxonica, ſed Anglico elemento Sexonia.* Cultellus nimirum ſive gladius apud Saxones dicitur *Saax.* Vitichindus lib. 1. de Geſt. Saxon. *Fuerant autem & qui hoc facinore nomen illis inditum tradant: cultelli enim noſtra lingua ſahs dicuntur, ideoque Saxones nuncupatos, quia cultellis tantam multitudinem fudiſſent.* Nam quod a ſaxo, ideſt lapide accerſant aliqui originem vocis *Saxoniæ*, Iſidoro, & Papia præeuntibus: *Saxones dicti, quod ſit dura & validiſſima gens,* mera ſunt ex nomine conjectanea.

SAXUM. Scaliger Pater a Thuſcis hanc manaſſe vocem eſt author; ejuſdemque eſſe originis ac *ſacer,* & *ſagmina*: quæ omnes dictiones ad ſacrificia pertinuerint. Inde adagium: *Inter ſacrum & ſaxum,* de verſantibus in extremo periculo: a victima ſaxo mox ferienda. Licet indiſcriminatim accipi ſoleant ſaxum & lapis, proprietate tamen vocis inſpecta, quod aſperum tactu durumque eſt, & grandiori mole ſe effert, ſaxum dicimus: molliora, minus oneroſa, vel factitia, lapidea, vel lateres nuncupamus. Saxum pro ſcopulo dixit vetus Poeta apud Ciceronem in Piſon. *Tu naufragio expulſus uſpiam ſaxis fixus aſperis.* Et Virgil. 1. Æneid.

Tres Notus abreptas in ſaxa latentia torquet,

Et lib. 3.

Et vada dura lego ſaxis Lilybeia cæcis.

Idem ſaxum pro monte l. 2. Æn.

ſtupet inſcius alto
Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor.

Idem ſaxum pro ſpelunca l. 8. de Caco.

Incluſamque cavo ſaxo, atque inſueta rudentem
Deſuper Alcides telis premit.

Saxorum inuſitatæ magnitudinis a viris robuſtiſſimis projectorum ſyllabum dedi in Tit. *Gigantes.*

2. Cæterum ſaxum antiquiſſimum eſt jaculi genus: rude quidem, ſed ubique obvium & facile parabile. Si tolerabile, aut certe minus exitioſum eſt aliquod ex innumeris inſtrumentis, quæ ad nocendum ſævitia excogitavit, ſaxum illud planè ſtatuerim. Oblatum quippe a natura, & ſponte ſe exhibens manus invitat ad arcendum hoſtem, & injurias propulſandas. Nam ferrum altius illa rupium viſceribus recondidit abſtruſitque. Ut verò inde proferretur in lucem ad gladios conflandos, non ejuſdem conſilium, ſed noſtra temeritas fuit. Nec verò balliſtâ ſolùm,

Digitized by Google

lùm, vel fundâ, aliiſque contorquentur machinis, ſed expeditiùs arrepta manibus, ubicunque ſors obtulit, jaciuntur in hoſtes ſaxa, vel devolvuotur. Eorum Homerus non uno io loco meminit. Virgil. 9.

Troes contra defendere ſaxis,
Perque cavas denſi tela intorquere feneſtras.

Idem Æneid. 2.

nec ſaxa, nec ullum
Telorum interea ceſſat genus.

Idem Æneid. 1.

Jamque faces & ſaxa volant; furor arma miniſtrat.

Eadem fuere unum ex præcipuis remediis & medelis ad repugnandum adversùs turrea mobiles, ſcalas, teſtudines, vineas, omniſque generis machinas. Saluſt. io bello Jugurth. *Vineæ, cum paulùm proceſſerant, lapidibus, aut igni corrumpebantur*. Tacit. Hiſtor. 3. *Pondera ſaxorum Vitelliani provolvunt: diſiectam fluitantemque teſtudinem lanceis contiſque ſcrutantur; donec ſoluta compage ſcutorum exangues, aut laceros proſternerent*. Eadem ferè Lucan. in obſidione Maſſilienſium lib. 3.

ſed pondere ſolo
Contenti, nudis evolvunt ſaxa lacertis.
Dum fuit armorum ſeries, ut grandine tectis
Innocuá percuſſa ſonant, ſic omnia tela
Reſpuit; at poſtquam virtus incenſa virorum
Perpetuam rupit, defeſſo milite, cratem,
Singula continuis ceſſerunt ictibus arma.

Et paulo poſt:

Sed ſuper & flāmis, & magnæ fragmine molis,
Et ſudibus crebris, & aduſti roboris ictu
Percuſſæ cedunt crates, fruſtraque labore
Exhauſto, feſſus repetit tentoria miles.

Sbaralium, ii. Conſeptum, ſeu munitio ex palis, ſeu barris, quas Itali vocant *Sbarre*. Sanutus lib. 3. part. 12. *Deſtruxerunt ſbaralium Regis Hugonis.*

Scabellum, i. Scabella, ſeu tumulos gradarios dicimus in arce elevationes aggeſtitiæ terræ, ceſpite & ſtipitibus obfirmatæ, vel ſtabili etiam ſtructura, ſtatis certiſque in locis erectas ante loricam; altas verò quantum ſaltu hominis occupari poſſint, eumque elevent ſupra loricæ terminum, ut inde poſſit explorare hoſtium ſtatum. Fiunt, ut milites per ambulacrum diſcurrentes, in eos tumulos identidem inſiliant, hoſteſque ſclopis impetant, illicò ſe ſub loricæ tegmine occultantes. *Banchette*.

Scala, æ. Cajus: *Vel ſcalam ſciens accommodaverit ad aſcendendum*. Sed frequentiùs

Scalæ, arum. Virgil. Æneid. 2.

Hærent parietibus ſcalæ.

A ſcandendo dictæ. Diſcrimen inter ſcalam, & ſcalas hoc aliqui ſtatuunt, ut ſcala ſit via ſtructilis in gradus, per quos aſcenditur, & deſcenditur, ſed portatilis: ſcalæ verò ſint immobiles, quæque non teretibus lignis, funibus, aut ſimili materia conſtantes, huc illuc transferri poſſint, ſed latioribus extructæ gradibus perpetuò defixæ permaneant. Cæterum de multiplici ſcalarum uſu, ſive immobiles ſint, ſive geſtatoriæ, latiſſimè agunt Scriptores architecturæ civilis. Noſtrum eſt animadvertere non exigui ſcalas eſſe momenti in apparatu militari. Veget. lib 4. cap. 21. memorat Capaneum primum omnium docuiſſe ſcalis urbes hoſtiles conſcendere: de eo Duce Thebas aggrediente hæc habet Statius lib. 10.

Ardua mox torvo metitur culmina viſu:
Innumeroſque gradus, gemina latus arbore cluſus,
Aerium ſibi portat iter.

De ſcalis ad urbes impetu ſubito progreſſuque occupandas apprimè neceſſariis latè agit Hero de machin. Bellic. cap. 12. Steuvechius in Veget. & Lipſius in Poliorcet. Sunt autem aliæ contextæ e funibus & reticulatæ, aliæ ſimplices: ſolutiles etiam aliæ, quæque explicari facilè aptarique poſſunt, & commodiùs comportari. A turribus ambulatoriis, in navali certamine, & maritima oppugnatione urbium a Sambucis convectantur, extractæque & ad muros admotæ vim ſubitam bellatorum momento inferunt. Agit de illis Polybius in Sambucæ deſcriptione. Vide etiam infra ejus locum.

2. Sunt tamen ſcalæ machinamenti genus ſemper anceps, ſæpe fallax. Niſi enim compares deprehendantur murorum altitudini, riſum potius atque contemptum hoſtium eliciunt, ingentique ſunt incommodo ac ſæpe exitio aggreſſoribus. Expertus id eſt magno ſuo ſeroque malo Scipio Carthaginem novam in Hiſpania oppugnans, ubi non levem ſuorum militum manum amiſit, ſcalis brevioribus, quam ex uſu eſſent in oppugnatione, deprehenſis. Rem geſtam ſic exponit Livius lib. 6. de Bell. Punic. *Sed neque viri, nec tela, nec quidquam aliud æque, quàm mœnia ipſa ſeſe defendebant. Raræ enim ſcalæ altitudini æquari poterant; & quo quæque altiores, eo infirmiores erant. Itaque cum ſummus quiſque evadere non poſſet, ſubirent tamen alii; onere ipſo frangebantur. Quidam ſtantibus ſcalis, cum altitudo caliginem oculis effudiſſet, ad terram delati ſunt: & cum paſſim homines, ſcalæque ruerent, & ipſo ſucceſſu audacia atque alacritas hoſtium creſceret; ſignum receptui datum eſt.* Eodem ſcalarum vitio laboratum eſt in exercitu Alexandri Macedonis in India dimicantis. Curtius lib. 9. *Dum pro ſe quiſque certat evadere, oneravere ſcalas, queis non ſufficientibus devoluti unicum ſpem Regis fefellerunt.* Eadem incuria fefellit Philippum ejuſdem Alexaodri genitorem, parum ſcitè æſtimantem altitudinem oppidi Melites, ad cujus expugnationem breviores ſcalas admovit, Polyb. lib. 5. *Philippus Rex continuato deinde per noctem itinere, Melitem appulit, & admotis mœnibus ſcalis capere urbem conatus eſt; tantoque terrore ob repentinum & inopinatum adventum Melitenſes affecit, ut parum abfuerit quin urbe ſit potitus: & niſi ſcalæ aliquanto quàm erat opus, breviores extitiſſent, profectò compos deſiderii fuiſſet.* Pari damno affectus a Piræo oppugnando receſſit Sylla Conſul Romanus, ut narrat Appianus de Bell. Mithrid. *Ipſe rectà Piræum petiit, ubi Archelaus intra muros ſeſe receperat, quorum altitudo erat fermè quadraginta cubitorum, opus Periclis ſaxo quadrato extructum bello Peloponneſiaco, quando tota ſpe victoriæ in hoc portu collocata, munitiſſimum eum reddidit. Sylla nihil deterritus altitudine, ſtatim ſcalas adhibuit. Et illatis acceptiſque multis vulneribus, Regiis fortiter propugnantibus, tandem feſſus retroceſſit ad Eleuſinem.* Eadem ſcalarum deprehenſa brevitas Conſtantinum Junio-

Digitized by Google

niorem differre compulit oppugnationem Maſſiliæ; licet ejuſdem milites animoſiſſimi in extremis gradibus ſiti murorum pinnas manu prenderent, omnique virium conatu intra muros evadere conarentur, ut teſtatur Eumenius in ejuſdem Conſtantini Panegyrico: *At enim non primo tuo, Imperator, adventu, primoque impetu exercitus tui, nihil ejuſdem Maſſiliæ altitudo murorum, nihil celeberrimæ turres, nihil loci natura remorata eſt, quominus & portum caperes, & urbem continuò, ſi velis. Quippe tantâ fiduciâ murum omnes milites invaſerunt, ut ſtatim ſine dubio aſcenſuri fuiſſent, niſi parandis, quas admoverant, ſcalis, conjecturam oculorum ſublimitas fefelliſſet. Sic quoque multi ſcalarum brevitate decepti quod ſupererat aſcenſui extentis corporibus æquabant, & ſuccedentium humeris ſublevati jam inter intervalla pinnarum uncis manibus invaſerant. Adeo nihil periculi in vindictæ executione metuebant, ut ſibi non murum ſcandere, ſed ex æquo congredi viderentur.* Eodem ſcalarum errore decepti milites Beliſarii in obſidione Neapolis. Triſſin. Ital. Lib. l. 7.

Così diſs'egli, e poi con gran preſtezza
Tutte le ſcale s'accoſtaro ai muri:
Ma quelle ſi trovaro eſſer sì corte,
Che poco poco trapaſſaro il mezzo
Dell'alta, e ſuperbiſſima muraglia.

3. Lineas quandoque ſcalas in uſu fuiſſe, quæ in apice manus ferreas ſecum deferrent, ut muris applicitæ illos apprehenderent, ſcribit Joannes Garzo lib. 2. rerum Friderici Magni. *Ut, loco accommodo perſpecto, in mœnia evaſerunt, paulùm morati ſcalas lineas, quarum extremis alligatæ erant manus ferreæ, ſuperiorum murorum parti injiciunt.* Fuere etiam coriaceæ, de quibus agit Hero cap. 11. eaſque docet fuiſſe inſtar utrium, e corio conſutas: & inunctas ſevo aut adipe circa ſuturas, erigi conſueviſſe ad murum ſpiritu inflatas. Sed libet ipſius Heronis verba adjicere: *Scalas coriaceas cum fecerimus, muro eas applicabimus. Quæ quidem quemadmodum utres conſuuntur, & unctione obturandi gratiâ circa conſutiones replentur, ita ut non evaporent. Si namque inflentur, ſpirituque impleantur, eo quod evaporare non poſſunt, erigi eas a ſpiritu neceſſum eſt, ad aſcenſionemque nobis ſufficiunt.* Ejuſdem ſcalæ coriaceæ inflatæ ſchedium apud eundem Authorem habes memorato capite 11. Idem porrò Author reticulatas formari ſcripſit e ſtuppeis funibus, inſtar retis contextas; ad quarum ſummitates adjectos fuiſſe hamos, ut murorum pinnas apprehenderent. Compactiles erant, quæ pluribus conſtabant partibus, quæ aut committi & revelli, aut plicari & explicari poſſent. Eâ potiſſimum ratione id fiebat, & ipſi gradus ſic erant conſtructi, ut in ipſius ſcalæ ſtipitem, coeuntem quaſi in vaginam, deflexi reconderentur. Hujus erant generis, quæ deſcribuntur ab Appiano de Bello Hiſpanienſi: *Nocte intempeſtâ id ſpatii, quod inter urbem erat & munitiones prætergreſſus, ſecumque ſcalam ex partibus, quæ committuntur, compactam ferens, de improviſo cuſtodibus oppreſſis, ipſe cum ſociis intra munitiones proſiluerunt: ac cæſis circa ſe cuſtodibus famuliſque, in urbem remiſſis equis, quos per ſcalas ad hoc factas duxerant, ad Arnaceorum urbem contenderunt.* Adde ſpeculatorias, quas idem Hero deſcribit cap. 12. quarum aliæ latiores erant, & rotis actæ procedebant; habebantque in faſtigio ponticulum prægrandibus tignis appenſum, qui e propinquo injiciebatur in muros, ad ſtatum rerum in urbe obſeſſa inſpectandum, aliæ firmiores habebant baſes, iiſque in culmine adhærebant loculi, ſeu receptacula, quæ hominem capere poſſent, qui ſcilicet deſuper res hoſtium contemplabatur, & miſſilia etiam jacere poterat, imò in hoſticos inſilire muros, ſi ferret animus, aut pateſceret aditus. Hæc verò omnia prolixè deſcribit idem Hero. De nauticis etiam ſcalis opulentum eſt teſtimonium Polybii lib. 9. cujus verba eam etiam ob cauſam libens adſcribam, quoniam ſimul juſtam ſcalarum dimenſionem, & congruentem muro diſtantiam continent. Sic autem habet: *Scalæ fiunt latitudine pedum quatuor, altitudine quanta muris ſufficit. Earum duo latera pluteis muniunt, ſupernè loriculis tegentes. Has deponunt in latus, & reclinant ſuper navium proram, longè ſuper roſtra eminentes. In malis autem navium aptatæ trochleæ, & in iis funes; quibus funibus, cum opus eſt, ad caput ſcalarum religatis, ii, qui in puppi ſunt, attrahunt eas & attollunt. Sed & in proris quidam adjuvant ſublationem fulcris, aut tignis ſubrigentes. In ſupremis porrò ſcalis eſt tabula, cujus tria latera cratibus muniuntur, in quam veluti turriculam viri quatuor conſcendunt per dictas ſcalas, & in muros inſiliunt, cratibus remotis; alii deinde conſequuntur.*

Scala Cochlis. Vide *Cochlea pro ſcala.*

Scamari. Genus militarium latronum. Jornandes de rebus Getic. *Et pleriſque abactoribus, Scamariſque, & latronibus undique collectis.* Iidem Scamaratores. Capitul. Sicardi Principis Beneventani: *Inſuper per Scamaratores, ſeu curſas & publicum exercitum oppreſſionem facere.* Originem hujus vocis Macri fratres videntur trahere a dictione *ſcara*, quam apud eos conſule. Veriùs putaverim quod iidem indicant, appellatos fuiſſe a *ſcamma*, quæ dictio Græcis eſt limes, vel foſſa. Dictos autem ita exiſtimo, quoniam inter prædandum & excurrendum aſſueti eſſent foſſas tranſilire.

Scandile, is. Item Scansile, Scansua, & Scansa. His omnibus appellationibus dicuntur ſtapedes, ſive pedanei ſubices, quibus in equos attollimur. Aimoinus de Mirac. S. Benedicti: *Scandilia pedibus ipſe diſruperat.* Io. de Janua; *Scanſua, ferrum, per quod equus ſcanditur:* Gloſſæ Pithæi: *Scanſa: per quod equos ſcandit.* Item *Scanſile*: Ugutio. *Scanſile, ferrum, per quod equum aſcendimus.*

Scansores. Gloſſ. Iidem ac ſtratores. Et fortè ſic corrigendus eſt locus Spartiani. Vide *Stratores.*

Scapha, æ. Quaſi cava, aut potius excavata dicitur ex Græco: nam primæ ex magnarum arborum truncis excavatæ naves. Hæc etiam, fato quodam appellationum navalium, ad diverſos uſus indicandos ab Antiquis uſurpata legitur. Minores fuiſſe naves, ſed quæ majores atque adeo bellicas ſequerentur, non obſcurè prodit Cæſar in Comment. *Quod cum animadvertiſſet Cæſar, ſcaphas longarum navium, item ſpeculatoria navigia militibus compleri juſſit.* Id ſcilicet eſt, quod vulgò dicimus *Schifi, Battelli.* Juſtinus tamen lib. 2. agnoſcit piſcatoriam: *Ubi ſolutum pontem hibernis tempeſtatibus offendiſſet, piſcatoria ſcapha trajecit trepidus.* Sunt

qui

Digitized by Google

qui inter exploratorias referant, quod indicat etiam Vegetius. Ab Illyricis inventa traditur. Hodie vulgò non admodum cavę naves, ſed potius latæ, & repandæ eędemque fluviatiles, aptæque viatorum ſarcinis, atque adeo ipſis equis & curribus tranſvectandis, appellantur ſcaphę. Compertum eſt non ſolùm ſcyphum, ſed etiam ſcapham, & ſchaphium inter vaſa inſuper referri. Sed de cognatione, quæ intercedit inter vaſa & naves a nobis eſt alibi abunde dictum.

Scara, æ. Marcellin. lib. 4. *Collegit a Franciæ bellatoribus ſcaram, quam nos turmam, vel cuneum appellare poſſumus*. Origo vocis Germanica eſt, & ſignificat numerum militum ad ſecandum inſtructum; ut ſit multitudo in acutum exiens. A forfice nempe dicitur origine Germanica, ut docet Martinius. Ad eundem modum exercitus figura in acutum diſpoſita acies ab acu dicitur. A *ſcara* habemus dictiones Italicas *ſchiera*, *ſcaramucciare*, ut notat P. Bertet. Item *ſchermire*, quod eſt ictum eludere, & *ſchermugio*, quod eſt velitare certamen. Joann. Villan. lib. 8. *Gl'aſſaliremo da più parti, e terremgli in badalucchi e ſchermugi gran parte del die*. Et iterum ibidem: *E ſovente haveana inſieme ſchermugio e badalucco*. Poſtrema tamen hęc vocabula, quemadmodum etiam *ſchermo* & *ſcherma* Martinius trahit a Germanorum *ſchirmen*, quod eſt pugilare. Sed procul dubio a ſcara fit *ſcherano*, quæ vox uſurpatur pro ſicario, latrone, homine facinoroſo. Dantes Rim.

Queſta ſcherana micidiale, e latra.

Neque verò obſtat a proba origine manaſſe poſtea nefariæ ſiniſtræque ſignificationis vocem. Id enim in aliis etiam factionum nominibus factitatum, ut a nobis non ſemel eſt animadverſum, præcipuè in vocibus *Brigancii*, *Banderarii*, & àliis.

Scarabeus. Inſectum natura vile, ſuonte verò ingenio, & victitandi ſtudio longè viliſſimum. Immundæ pilulæ perpetuus volutator in ſordenti fœtidaque maſſa ſuam felicitatem circumagit. Hæc tamen nihil obſtiterunt, quominus ab antiquis pro multarum rerum, atque adeo ſolis Ipſius hieroglyphico haberetur. Vide Plinium, & Plutarchum in Iſide & Oſiride. Creditum eſt Scarahæum, nullo fœminæ beneficio, a ſolo patre progigni. Acceptum id a priſcis in maſculæ fortitudinis argumentum. Fam ob cauſam inſculpta anulis hujus imagine ſignaſſe prętantes Duces tradit Ælianus. Fumdem relatum inter Romanorum ſigna militaria, inter alios ſcribit Pierius Valerianus.

Scaraguayta, æ. Notione Germanica, cohortium vigiliæ, vel excubiæ militares. Charta Paleacii Comitis Virtutum an. 1371. *Dictus Emanuel inveſtitus poſſit & valeat in prædicta caſtra imponere fodra, & taleas, rogias, & caregia, guaytas, ſcaraguaytas, exercitus, & cavalcatas*.

Scaramanga, & Scaramanoum. Indumentum militare, reliquis veſtibus adiici ſolitum, durius & villoſum, ad arcenda aeris incommoda. Hiſt. Miſcella ex Theophane; *Multas præterea ſpathas auro incluſas, & ſcaramangas detulerunt*. Fuiſſe verò ſcaramangam virorum illuſtrium indumentum colligitur ex Joanne Diacono in Heraclio: *Loricam ipſius auro contextam, & ſcaramangam detulerant eum ipſius capite*. Vide Meurſium in Gloſſario.

Scaramutia, æ. Hiſt. Obſidionis Jadrenſis: *Nullus ferè præteribat dierum, quin inimici mixtim ſcaramutias, ſeu badalatios conficiebant*. Italis *Scaramuccia*. A ſcara, quæ apud Germanos ſignificat turmam, ſeu cuneum bellatorum, ut alibi eſt obſervatum. Leve certamen notat.

Scarcella, æ. Sacculus, ſeu pera coriacea, ad uſus militares & peregrè abeuntium. Vita B. Margaritæ de Cortona: *Et viſitabis me eum baculo peregrino, ſcarcellis pendentibus ab humeris veſtris*. Italis *Scarſella*. Ferrarius trahit a ſarcina: *Sarcina*, *Sarcinula*, *Sarcinella*, *Scarzella*. Vel a ſacculo. Menagius negat utrunque etymon eſſe legitimum, & juxta regulas analogiæ. Ipſe verò trahit a voce Italica *Scarza*, quæ a Latino *parca*. Sed hic non video quidquam accommodatum ad peram, vel manticam.

Scario, onis. Indicari hoc nomine videtur militum genus & quidem præ nobile. Suſpicor fuiſſe Præfectos ſcararum, quæ ſunt agmina militum, ut ſuo loco indicavi. Bullar. Caſinenſe tom. 2. Conſtit. 124. *Siquis autem Comes, Vicecomes Gaſtaldio, Scario alicujus inſuper conditionis &c.*

Scastlegi. Origine Saxonica eſt certaminis depoſitio. Pro ceſſatione ab armis ponitur interdum a Latinobarbaris Scriptoribus. Capitul. Vormat. *Ex eo die ſuper quadraginta noctes ſit bannus reciſus, quod lingua Theodiſca Scaſtlegi, ideſt armorum depoſitio vocatur*.

Scenographia, æ. Vide *Sciographia*.

Scenophori, orum. Recenſentur a Polluce Onomaſt. l. 1. cap. 10. inter genera equeſtris militiæ apud Græcos. Vox ipſa tentoria vel tabernacula ferentes indicat. Verùm hoc ad militares ſervos potius, quàm ipſos pertinet milites. Quid ſi legendum ſit Scevophori, vel Schenophori, ut quidpiam jaculi, vel miſſilis, vel aliquid ſimile eruatur ad hujus diſtinctionem militiæ?

Sceptrum. Regis inſigne: pro ipſo Rege vel regia ſæpe ponitur. Virg. l. 9.

Æneas urbe, & ſociis, & claſſe relicta,
Sceptra Palatini ſedemque petivit Evandri.

Sceptrum vox eſt Græcanica, & propriè baculum ſignificat. Juſtinus lib. 43. tradit, ſceptrum initio haſtam fuiſſe, quod etiam ex Homero colligitur. Inter triumphalia etiam ornamenta fuiſſe ſceptrum docemur a Livio, & Valerio Maximo. Hinc Juvenal. Satyr. 10.

Da nunc & volucrem ſceptro quę ſurgit eburno.

Tarquinius Priſcus Hetruſcis bello fractis hac conditione pacem indulſit, ut ad ſe principatus inſignia deferrent. Itaque Romam illi detulerunt ſellam eburneam, coronam auream, tunicam purpuream auro diſtinctam, amiculum item purpureum varium, & ſceptrum in ſummitate aquilam habens. Proinde Tarquinius primus Romanorum ſceptrum geſtaſſe dicitur. Vide Florum lib. 1. cap. 5. Dionyſ. Halicarn. lib. 3. & Strabonem lib. 5. Fœdera etiam ſceptri interpoſitu ſanciebantur. Antiqui ſiquidem Jovis ſimulacrum cum haſta ſive ſceptro in fœderibus adhibebant. Verùm cum quandoque cum remotiſſimis gentibus & regibus fœdera fierent, tunc ſceptrum quaſi Jovis imaginem tenentes, fœdus percutiebant.

2. Ebore, gemmis, clavis aureis antiquitùs ſceptra ornabantur. De ebore vide ſuperiùs lo-

cum

Digitized by Google

cum Juvenalis. De gemmis Ovid. Metam 3.

gemmantia dextrâ
Sceptra tenere decet.

De clavis aureis Homer. Iliad.

Sic dixit Pelides: ſceptrum autem projecit in terram
Aureis clavis transfixum.

Materia ipſa ſceptri non ſolum ex acere vel ebore, quod paſſim legitur; verùm etiam ex oleaſtro apud Paſchal. de Coron. l. 6. cap. 19. & ex quercu apud Valerianum Hierogl. l. 2. ubi ſcribit imperii firmitatem eo ligno notarij additque extare Viterbii oſtendique ſceptrum cum foliis quernis in columna ex alabaſtrite. Addita ſceptris ſymbola: Aratri, ob reverentiam agriculturæ: vide ejus ſchema apud Valerianum l. 48. Aquilæ: vide iterum indicatum verſiculum Juvenalis. Ciconiæ: hujus capite ornatum ſceptri faſtigium viſitur in Bembi tabula ahenea, quæ impreſſa affertur ab eodem Valeriano lib. 16. Indicatur autem Ciconiæ capite pietas Regia: quòd avis illa ſuo labore parentes educet: neque ſeneſcentes illos errare defatigarique ſinat ad victum quæritandum. In ima parte ejuſdem ſceptri conſpicitur ungula Hippopotami, ſeu equi fluviatilis, quod amphibium eſt animal, & impietatis hieroglyphicum, quoniam invehi ac ſęvire ſolet in patrem. Veterum ritum jurandi per ſceptrum expoſui in Titul. *Juramentum*. Addo hic verſus Valerii Flacci l. 3.

Hanc ego magnanimi ſpoliũ Didymaonis haſtã,
Quæ neque jam frondes virides, neque proferet umbras,
Ut ſemel eſt avulſa jugis, ac matre perempta,
Fida miniſteria, & diras obit horrida pugnas,
Teſtor.

Ubi verbis *diras obit horrida pugnas* docemur non Regum duntaxat, verùm etiam Ducum inſigne fuiſſe ſceptrum. Idem oſtendit allatus ſupra locus Homeri de ſceptro Achillis. Longè uſitatiora in noſtra militia ſcipionis, baculi, vel virgæ geſtamina, quæ poteſtatem Imperatoriam præmonent; nec tamen illa ſceptra nuncupamus, ſed Imperatorios baculos. *Baſtone di Comando*. Juſtinus lib. 43. tradit haſtas, ſive ſceptra Veterum pro Diis habita: *Nam & ab origine rerum pro Diis immortalibus Veteres haſtas coluere: ob cujus religionis memoriam adhuc Deorum ſimulacris haſtæ adduntur.* Antiquitus itaque ſceptrum baculus fuit, ſive ſcipio vel virga ære vel ebore ornata: quale ſceptrum fabricatum a Vulcano, & a Jove Agamemnoni traditum legimus apud Homerum. Nec alia eſt ſententia vatis Regii pſalm. 2. ubi ita loquitur de Regno Chriſti: *Reges eos in virga ferrea.* Ubi ferreum dixit Chriſti ſceptrum, ut indicaret ejuſdem ſempiternum & inexpugnabile imperium, quod optimo ſymbolo ſua ferrum duritie exprimit, ut bene & erudite advertit Martinus de Roa Singular. lib. 2. cap. 5.

SCHSNUM. Genus menſuræ itinerariæ. Vide *Stadium*.

SCHOLA, æ. Græcis eſt vacatio, ſeu laxamentum a curis. Quoniam verò uſurpari ferè ſolet de loco & diſciplina, qua pueri ad ſtudia litterarum erudiuntur, ſic nuncupata creditur ad alliciendos eoſdem pueros nomine laxationis & levamenti: vel quoniam locus ſit, ubi ab aliis curis vacat animus, & ad honeſtas ſolum artes conſcendas ſe adjungit. Dicitur autem ſchola locus & diſciplina cujuſlibet honeſtæ facultatis tradendæ & apprehendendæ. Notiſſima autem eſt ævo Theodoſiano, & Byzantinorum Principum tempore Schola Palatina Scutariorum, ideſt nobilium juvenum, qui ad arma tractanda, & cujuſvis generis exercitationes bellicas informabantur; qui porrò juvenes paſſim ab ejus ævi Scriptoribus dicti Scholares. Ardo Monachus in vita S. Benedicti Anianenſis cap. 1. *Hic pueriles gerentem annos præfatum filium ſuum in Aula Glorioſi Pipini Regis, Reginę tradidit inter Scholares nutriendum.* Ubi planè Scholares ſunt, quos hodie dicimus *Paggi*, Ephœbi ſcilicet, & pueri proſapiæ illuſtris, qui in aulis Principum ad animum diſciplinis & artibus viro ingenuo dignis imbuendum, detinentur. Expreſsè tamen de ſcholis militaribus hæc habet Vegetius lib. 2. cap. 21. *Nam quaſi in orbem quendam per diverſas cohortes & diverſas ſcholas milites promoventur.* Et infrà: *Idea primipili Centuria poſtquam in orbem omnes cohortes per diverſas adminiſtraverit ſcholas, in prima cohorte ad hanc pervenit palmam.*

SCHOLARES. Pueri illuſtris familiæ, in ſchola Palatina apud Principes Byzantinos exercitationibus bellicis eruditi, ipſorumque cuſtodes Principum, & corporis ſtipatores. Iidem noctu, & interdiu degebant in aula Principis, eumque in publicum prodeuntem honoris cauſa comitabantur. Et primò quidem non modo erat ordo nobilium, verùm etiam candidatorum militiæ, & præmii loco in eum cœtum admittebantur. Poſtea vero ejus etiam dignioris loci nundinatio quædam irrepſit, ut ignaviſſimi quique, Principum gratiam conſequuti, in eum ordinem adnumerarentur. Serv. Sulpic. *Inter Scholares alas ſub Rege Conſtantino, deinde ſub Juliano Cæſare militavit*: ubi primum mendosè legebatur *inter Scalares alas*; ſed Meurſius locum correxit. Vide de his Agathiam lib. 6. Vide *Schola*.

SCHOLÆ PRINCIPUM ORIENTALIS IMPERII. Vide *Magiſter Officiorum*, & *Scholares*.

SCIOGRAPHIA. Quid ſit in modulis ad ædificia tum bellica tum civilia extruenda explicat Vitruvius lib. 1. cap. 2. *Sciographia eſt frontis, & laterum abſcedentium adumbratio, ad circinique centrum omnium linearum reſponſus.* Hermolaus Barbarus in Gloſſematis Plinianis exiſtimat, Scenographiam potiùs, quàm Sciographiam ibi eſſe legendum, quoniam pictura ſit non ſolùm areæ, ut Ichnographia, nec frontis tantùm, ut Orthographia, ſed tecti univerſi, quod ſcenam, vel tabernaculum Græci nominant. Baldus tamen retinendam putat veterẽ lectionem. Et quidem Sciographiam Latinè umbræ deſcriptionem dicas, & breviùs adumbrationem. Addit proinde Sciographia lineationi umbras; oculiſque non lineas tantummodò, ſed rerum ſpecies explicatiores ſubjicit. Totum hoc opus per Opticen fieri certum eſt. Aliud verò intelligimus nomine erectionis, quam noſtrates dicunt *Profilo*, & Latini Græco vocabulo Scenographiam. Ea etiam pars Opticæ; & populari notione audit *Proſpettiva*. Non ad ſolas umbrarum projectiones coarctatur, ut Sciographia, ſed comprehendit quidquid ad radiorum viſualium projectionem quoquomodo facit. Vide Vital. Lex. Mathem. & Baldum in Vitruv.

Digitized by Google

SCIOMACHIA. Latinè pugna umbratica. Dupliciter exponitur. Primò pro certamine proluſorio, quo quis armis fictitiis, rudibus, & hebetibus exercetur; quod concertationis genus opponitur Hoplomachię, quę committitur inter armatos. Primarium Sciomachiæ uſum belli meditamenta reſpexiſſe docet apertè Statius lib. 6. qui totus fermè eſt de Gymnicis ludis in exequiis Archemori:

Nuncia multivago Danaas perlabitur urbes
Fama gradu, ſancire novo ſolemnia buſto
Inachidas, ludumque ſuper, quo Martia bellis
Præſudare paret, ſeſeque accendere virtus,
Grajum ex more decus.

Idem poſtea eleganti ſimilitudine ita confirmat:

Concurrunt, nudaſque movent in prælia vires.
Ceu primum auſuræ trans alta ignota biremes
Seu Tyrrhenam hyemem, ſeu ſtagna Ægea lacesſunt;
Tranquillo prius arma lacu, clavūque leveſque
Explorant remos, atque ipſa pericula diſcunt.
At cum experta cohors: tum pontum irrumpere freta
Longiùs, ereptaſque oculis non quærere terras.

Huc pertinent ludi omnes Gymnici, Trojæ, decurſiones equeſtres, & velitaria hujus generis exercitamenta, de quibus ſparſim abunde diximus in aliis Titulis. Inventa eſt jocoſa hæc & ficta dimicatio ad bellicam virtutem verè & feriò comparandam. Sic enim condiſcunt milites inferre ictus, vel declinare, aſſurgere, inſilire, recedere. Quidquid demum in conflictu fit, vindictâ ſuadente & furore, per animi remiſſionem & oblectamentum hic diſcitur. Prœliaris hæc proluſio armis ligneis & obtuſis fieri ſolet: neque enim ad nocendum inſtituta eſt, ſed ut per jocum & oblectationem decretoria deinde arma tractare, eorumque impetum non refugere apprehenderent colluſores. Hinc Julius Cæſar, qui exercitatum habere militem quanti referret, maxime omnium calluit, mirum in modum ludicra hæc certamina & commendaſſe, & providiſſe legitur.

2. Iterum explicatur Sciomachía pro dimicatione, qua quiſpiam adversùs umbram ſui corporis, brachiis jactatis, & vano aſſultu decertat. Id genus Seneca ventilationem appellavit. Idem olim certamen fieri antiquitus ſolitum adversùs columnam, murum, vel palum ſcuto vimineo & clava, ut alibi expoſuimus. Commendatur hæc exercitatio a Platone l. 7. de Leg. Quò etiam reſpexit D. Paulus 1. ad Corinth. 9. *Pugno, non quaſi aerem verberans.* Athletis nimirum & Gladiatoribus familiaris ea fuit præluſio, qui lacertorum jactu aerem umbraſque ſolebant cædere ad colligendum virium experimentum. Indicatur id a Virgilio lib. 5.

Talis prima Dares caput altū in prælia tollit,
Oſtenditque humeros latos, alternaque jactat
Brachia protendens, & verberat ictibus auras.

Quidni verò a brutis animantibus id homines condidicerint? Equidem idem Virgilius lib. 3. Georg. ita ſcribit de Tauro pugnam inituro.

Et tentat ſeſe, atque iraſci in cornua diſcit
Arboris obnixus trunco; ventoſque laceſſit
Ictibus, & ſparſa ad pugnam proludit arena.

Utque nihil addubites luſorio illo in ventos luctamine ad verum congreſſum inſtrui, ſtatim addit:

Poſt, ubi collectum robur, vireſque receptæ,
Signa movet, præcepſque oblitum fertur in hoſtem.

Homerus etiam ſuos non ſemel exhibuit bellatores ad eundem modum explorare vires & robur nativum. Platonis autem de hoc præluſorio certamine illa ſunt verba lib. 8. de Leg. *Vel ſi pugiles eſſemus, nonne pluribus ante diebus pugnare didiciſſemus, omnia facientes, quibus in vero certamine, ubi ad victoriam contenditur, uti oporteat, quàm proxime ad id, quod ſimile eſt, accedentes?* Gladiatores præſertim inani prius aeris verberatione ad veros ictus ſe comparaſſe legimus. Id, ut indicavi, propria locutione Antiqui dixerunt ventilare. Senec. Epiſt. 117. *Quam ſtultum eſt, cum ſignum pugnæ acceperis, ventilare. Remove iſta luſoria arma, decretoriis opus eſt.* Ex quo Ventilatores etiam dicti diſcordiarum & ſeditionum, qui eaſdem magno conamine, ſæpe tamen irrito, exſuſcitant. Prudent. Hymn. 10.

Tu ventilator urbis, & vulgi levis
Procella, mentes inquietas nobiles.

Cicero pro Flacc. *Cujus lingua quaſi flabello ſeditionis illa tum eſt concia ventilata.* Eundem morem ſtolidè & plauſibili ad theatrum pompa imitantur apud Comicos milites glorioſi, expreſſitque Prudent. Pſycom.

Dum ſeſe oſtentat, clypeo dum territat auras.

SCIRTUM, i. Capitulare de Villis cap. 64. *Ad unumquodque carrum, ſcirtum, & lanceam, cucurum, & arcum habeant.* Quod genus armorum fuerit, neque ex indicatis verbis, neque aliundè mihi divinandi eſt copia. Si hujus vocis hic ſolum fit mentio, caſtigo lectionem, & lego *Scutum*.

SCLOPPUS, aliis STLOPUS. Strepitus, qui fit comploſis buccis. Perſ. Sat. 5.

Nec ſcloppo tumidas intendis rumpere buccas.

A ſono ſic edito vox ipſa nomen ſortitur. Et quoniam tubi minores tormentarii manuales, cum exonerantur, non ita diſſimilem edunt ſonum, idcircò eoſdem ſcloppos nominamus. Italis *Scoppi*, *Scoppietti*. Sunt autem longiores alii, alii breviores: *Moſchetti*, *Piſtoni*, *Archibugi*, *Piſtole*. De harum dictionum etymologiis alibi diximus. Brevior ſcloppus vocatur etiam apud Italos *Terzetta*, & *Terzeruolo*, non a voce *Terzeruolo*, quod eſt velum navis ſecundarium, & indicatur a Dante loco a nobis prolato in dictione *Navale*; ſed ab alia voce Italica *Terzuolo*, qua ſignificatur genus quoddam accipitris. Notavimus verò alibi ſcloppos igniarios plerunque accepiſſe nomina ab accipitribus apud Italos; cujuſmodi ſunt *Falconetto*, *Moſchetto*, *Sagro*. Probroſiſſimi inventi eſt palmaris ferè fiſtula pulveraria, quam vulgus appellat *Mazzagatta*, ad formam aliarum dictionum *Mazzafruſto*, *Mazzapicchio*. Oritur autem ſatis commodè vel a Gatto ſeu Catto barbarizantis Latii, vel ab Italico vocabulo *Gatto*. Cum enim conſtet priorem vocem notare organum militare doloſum occultumque, poſteriorem verò infidum animal notum, utraque aptè indicat tubi igniarii genus inſidioſum, & ad fallendum accommodatum. Sed pœnitet me pudetque inter arma militaria feciſſe locum inſtrumento, quo nonniſi perditiſſimi homines, & viliſſimi proditores utuntur. Nego quempiam poſſe fortem ſimul eſſe & ſceleſtum. Quid fortem dico? Ignavorum iſta ſunt arma, non fortium. Vide Erycii Puteani Orat. 14. quæ in ſclopum eſt decla-

Digitized by Google

declamatio; & quæ in eundem ſcloppum retuli ex Areoſto in Tit. *Bombarda*.

Sclopetarii. Milites ſclopis inſtructi, Famiao. Strada: *Tres illuc immittit ſclopetariorum cohortes*.

Sconfitta, æ. Clades publica. Chronicon Piſanum: *In ſconfittam miſerunt Comitem Guidonem, & Lucanos*. Italis etiam *ſconfitta*, & *ſconfittura*. Noo eſt dubium fluere a verbo Latino conficio, quod inter alia ſignificat deſtruere, afferre damnum, & mortem. Cic. in Piſonem: *Plagis confectam ante oculos tuos cecidiſſe*.

Scopum attingere. Sermo vulgaris pro voti compotem fieri: ortus ab arte jaculatoria, quæ io ſcopo attingendo tota vertitur. Uſi adagio Piodarus, Lucianus, & alii.

Scorpio, vel Scorpius. Animal notum, ſex caudæ internodiis, gemino aculeo potentiſſimum venenum ejaculari olim creditum. Sed iterata neotericorum experimenta vermis innocentiam detexerunt. Eodem nomine, & non diſpari figura piſcis, & cœleſte ſignum. Idem inſtrumentum bellicum; telum aliis, aliis machina ſagittas extrudena. Scriptorum veterum mira perplexitas & obſcuritas in tradendo uſu formaque armorum, & rei machinariȩ militaris, non levem moleſtiam faceſſit cooantibus eadem dilucidare atque digerere. Scorpius Vegetio l.4.c.22. eſt balliſta manuaria: *Scorpiones dicebant, quas nunc manuballiſtas vocant; ideò ſic nuncupati, quod parvis ſubtilibuſque ſpiculis inferant mortem*. Iſidoro eſt ſagitta: *Scorpio eſt ſagitta venenata, arcu vel tormentis excuſſa: quæ dum ad hominem venerit, virus quòd figit, infundit, unde & ſcorpio nomen accepit*. Sagitta item Capro Orthogr. *Scorpio bellica res eſt, ideſt ſagitta; ut ſcorpius animal.* Quod autem Caper notat, ſcorpionem, non ſcorpium de telo ſeu ſagitta dictum, ſcias plerunque, oec tamen ſemper fuiſſe obſervatum, Siſenna apud Nonium; *Longiùs ſcorpies, catapultas concitat*. Idem poſtremò de ſcorpiooe ſagitta ſancit ſuffragio ſuo Tertullianus in Scorpiaco: *Bellicam machinam, & retractu tela vegetantem de ſcorpio nominant. Id ſpiculum & fiſtula eſt, quæ patula tenuitate vulnus ac virus, qua figit, effundit*. Cæſar l.7. de Bell. Gall. dubium relinquit jaculumne potius an machina ſcorpio fuerit: *Scorpione ab latere dextro trajectus exanimatuſque concidit*. Hirtius de Bell. Afr. ſcorpiones catapultis adjuogens inſiouat machinas extitiſſe: *Cæſar in caſtris ſcorpionum, catapultarum magnam vim habebat*. Senec. Quæſt. Natur. l. 2. c. 14. eoſdem balliſtia aſſociat: *Balliſtæ quoque & ſcorpiones tela cum ſono expellunt*. Vitruviua lib. 10. inter organa computat, illud ſtatuens diſcrimen inter machinas & organa, ut organa unius tantummodò operâ, machinæ verò plurimorum auxilio impellantur. Idem Vitruvius a ſcorpionibua ſagittas, a balliſtis lapides mitti docet. Huic contrarius Ammianus a ſcorpione lapides, a balliſta ſagittas ſcribit evibrari. Aoimadverſione verò dignum eſt, ut alibi etiam de bellicis machinia notavi, non ſolùm ſcorpiooem cum onagro, ſed etiam cum balliſta confundi. Et quidem Lipſius Poliorc. lib. 3. Dialog. 3. allaturus deſcriptionem balliſtæ, explicatiooem adducit ſcorpionis, ſive onagri ex Ammiano l. 23. nimirum exiſtimaos ſic perturbatum fuiſſe ordinem, & explicationem machinarum apud Scriptorea, ut minimum de illis apud eoſdem certi compertique conſtet. Verùm accipe Ammiani locum de ſcorpione: *Scorpionis, quem appellant nunc Onagrum, hujuſmodi forma eſt. Dolantur axes duo quernei, vel ilicei, curvanturque mediocriter, ut prominere videantur in gibbos: hique in modum ſerratoriæ machinȩ connectuntur, ex utroque latere patentiùs perforati: quos inter, per cavernas funes colligantur robuſti, compagem, ne diſſiliat, continentes. Ab hac medietate reſtium ſtylus exurgens obliquus, & in modum temonis jugalis erectus, ita nervorum modulis implicatur, ut altiùs tolli poſſit & inclinari: ſummitatique ejus unci ferrei copulantur, e quibus pendet ſtuppea, vel ferrea funda, cui ligno fulcimentum proſternitur ingens cilicium, paleis cenſertum minutis, validis nexibus illigatum, & locatum ſuper congeſtos ceſpites, vel lateritios aggeres. Nam muro ſaxeo hujuſmodi moles impoſita, diſiectat quidquid invenerit ſubter, concuſſione violenta, non pondere. Cum igitur ad concertationem ventum fuerit, lapide rotundo fundæ impoſito, quaterni altrinſecùs juvenes, repagula, quibus incorporati ſunt funes, explicantes, retrorsùs ſtylum penes uncinum inclinant, itaque demùm ſublimis adſtans magiſter, clauſtrum, quod totius operis continet vincula, reſerat malleo forti percuſſum: unde abſolutus ictu volucri ſtylus, & mollitudine offenſus cilicii, ſaxum contorquet, quidquid incurrerit colliſurum. Et tormentum quidem appellatur, quod ex eo omnis explicatio torquetur: ſcorpio autem, quoniam aculeum deſuper habet erectus; cui etiam Onagri vocabulum indidit ætas novella, ea re quòd aſini feri cum venatibus agitantur, ita eminùs lapides calcitrando poſt terga emittunt, ut perforent pectora ſequentium, aut diffractis oſſibus, capita ipſa diſplodant*. Plane hac deſcriptione colligitur, admodum majorem fuiſſe machinam ſcorpionem, quàm quæ ab uno milite gubernari, vibrarique poſſet: ut uno verbo dicam, ſcorpio Ammiano balliſta fuit. Majores demum & minores a Livio ſcorpiooes recenſentur. Utrum autem molea an figura illia diſcrimen fecerit, non video fuiſſe proditum. Appono verba Hiſtorici l. 26. *Scorpionum majorum minorumque, & armorum telorumque ingens numerus*. Dicuntur ad ultimum ſcorpiones flagella duplicia cum aculeis hamatis, quod eſt ſupplicii genus. Macri Fratres exponunt virgam ſpineam, qua SS. Martyrum corpora dilacerabantur. De iis l.3.Reg.12. *Pater meus cecidit vos flagellis; ego autem cædam vos ſcorpionibus*.

Scortaum, i. Feſto eſt pharetra, ſive theca ſagittarum. Propric tameo ſcortum corium eſt, ſive pellis animalium craſſior, duriorque, ex qua ferè ſagittarum repoſitoria conficiebantur.

Scrama, æ. Vox originis Germanicæ. Teli genus, quo cæſim vulnus infligitur. Leges Viſigot. *Pleroſque ſcutis, ſpathis, ſcramis, lanceis ſagittiſque inſtructos*.

Scramasaxus. Martinio eſt gladiolus, quo cȩſim ſecamus. Gregor. Turon. Hiſt. l.4. *Duo pueri cum cultris validis, quos vulgo ſcramaſaxos vocant, utraque ei latera feriunt*.

Scriba Navalis. Videtur dubitari noo poſſe, fuiſſe io oavi infimi magiſtratus geous; utpote qui,

Digitized by Google

ut explicat Homeri Scholiaſtes, curam gerebat onerum, mercium, armorum, vel armamentorum navalium, omniaque notabat, memoriæ causà, in tabellis, vel enchiridio. Suberat Trierarchis, & Pentacontarchis; quemadmodum ſcribæ & actuarii terreſtris exercitus ſuberant Tribunis, vel Chiliarchis. Scribæ navalis, ſeu potius ſcribæ totius claſſis occurrit mentio in antiquo lapide apud Grutherum, ubi hæc legitur inſcriptio: *D. M. M. VALERIO M. F. CLAVD. COLONO LIBVRN. VARVAR. SCRIB. CL. PR. RAVEN. VIX. ANN. L. MIL. ANN. XXVI.* Hujus verò inſcriptionis authoritas facit, ut ſcribam navalem exponere poſſim pro rationario, actuario, vel legiſta, ſeu cujuſcunque alterius appellationis miniſtro, qui in navi vel claſſe conſignatas in tabulis cuſtodit rationes nautarum, remigum, vel propugnatorum. Nam quod ſcripſit Plautus; *Non ego te novi navalis ſcriba, columbar impudens?* is, inquam, locus mihi omninò aliter ac ex Feſti ſententia explicatur. Sic autem Feſtus *Navalis ſcriba, qui in nave apparebat, inter alind genus, ſcrivarum minimæ dignitatis habebatur, quod periculis quoque ejus miniſterium eſſet objectum. Plautus: Non ego te novi navalis ſcriba, columbar impudens,* Quem ego primùm locum cum interrogatione puto legendum. Exponit autem Feſtus navalem ſcribam pro ſcriba ſive actuario minimæ dignitatis in navi. Id mihi prorſus alienum videtur a Plauti lepore, venuſtate, & ſale conſueto. Verùm nihil cenſeo dubitandum, Plautum ibi ſervum, ut aſſolet, objurgatum ab hero inducere; eumque per convicium navalem ſcribam, ideſt remigem appellare; ut qui remum agens, aut agere dignus, eodem ſcribat in mari. Idem urget preſſiùs dum eundem vocat colnmbar impudens: quod a Plauto eàdem figurâ eſt dictum, qua Catullus mulierem proſtituti pudoris lupanar dixit, & qua Lucilius hominem vinculis dignum, carcerem appellavit. Navalis itaque ſcriba, non tabularius eſt ibi aliquis, utcunque vilis, ſed remo agendo damnandus ſervus; idemque inſinnat Plautus per vocem columbar, remi foramen pro remo accipiens. Significat enim columbar inter alia foramen illud, cui remus inſeritur, & a quo eminet. Quæ foramina dicuntur columbaria, quoniam ſimilia ſunt loculamentis columbarum, ſingulis eorum paribus parari ſolitis in periſterotrophio, ſeu cella columbari.

SCRIBERE MILITEM, ſed frequentiùs *Conſcribere*. Cæſar. *Non oportere ante de Republica ad Senatum referri, quàm delectus tota Italia habiti, & exercitus conſcripti eſſent.* Eſt legere, deligere, vel cogere militem. Dicuntur autem conſcripti milites, quia ut lectorum nomina publicè extarent, referebantur in tabulas. Illæ porrò tabulæ antiquitùs catalogi nomine ferebantur; ex quo illæ formulæ: Centurio e Catalogo: Militare ex Catalogo, Quod dicitur de iis, qui firmi perpetuique in militia Romana & legionibus erant; & opponuntur auxiliis, exteriſque. Eædem tabulæ inferiori ævo dictæ ſunt Pictacia, Breves, Laterculus, Matricula. Occurrit etiam apud Suidam vocabulum Adnumii; quod explicat deſcriptionem nominum apud Romanos. Quidam Adnomium ſcribunt. Quemadmodum verò lectorum militum nomina ſcribebantur, ſic moris erat eadem deleri, cum a militia dimitterentur. Et in hanc ſententiam vetus Perſii ſcholiaſtes a militibus tractum illud exponit; Sat. ".

pupillumque utinam, quem proximus hæres
Impello, expungam.

Expuncti nimirum milites, ſive corraſi, & deleti ex albo, vel catalogo dicebantur, qui erant rejecti,

SCRINIUM, ii. Perottus ſcrinia, quaſi ſecerninia dicta autumat a ſecernendo, quoniam ſecernuntur pretioſa vel ſecreta, quæ ſcriniis aſſervantur. Ex Græco tamen commodè deducit Voſſius. Sunt autem ſcrinia capſæ vel arculæ, in quibus libros, ſcripta, & pretioſiſſima quæque reponimus. Scrinium militare arca dicitur, ubi epiſtolæ, libelli ſupplices, & ſimilia ſcriptorum genera cuſtodiuntur, quibus reſponſa Principum, interceptæ hoſtium literæ, aliaque ad belli adminiſtrationem utilia, & quæ clam alios haberi ratio poſtulat, continentur. Ingenti cautione ea ſcrinia, quæ vulgò dicimus *Segretarie* ſervari ſolent. Equidem ab hoſtibus direpta, quod ſæpe accidit, maximo illis ſunt adjumento, detectis nempe conſiliis Ducum, Regumque ad eoſdem præſcriptionibus, in quibus plerunque totus vertitur cardo belli adminiſtrandi. Duplicis ſcrinia fuiſſe generis tradit Budæus, ſtataria nimirum & viatoria. Stataria erant, quæ in ipſa regia, vel alio ad id conſtituto loco, acta & monumenta, quæ ad jus pertinent, cuſtodiebant. Viatoria, quæ circumferebantur in comitatu Ducis vel Principis. De poſtremis hiſce loquitur Lampridius in Alexandro: *Pomeridianis horis ſubſcriptioni & lectioni epiſtolarum ſemper operam dedit, ita ut ab epiſtolis, a libellis, & a memoria ſemper aſſiſterent, relegentibus cuncta librariis, & iis, qui ſcrinium gerebant.* Quatuor item ſcriniorum genera memorantur. Scrinium Epiſtolarum, in quo civitatum poſtulata & legationes; Memoriæ, in quo annotationes & reſponſa Principum; Libellorum, ubi ſupplices oblati libelli; & Diſpoſitionum, quo rerum variarum cognitiones comprehenduntur. Magiſtri ſcriniorum dicebantur, quibus curæ erat militaria vel urbana ſcrinia cuſtodire: quo Præfecturæ genere donatum fuiſſe Ulpianum ab Alexandro docet Lampridius. Spartianus in Vero: *Cum orationem pulcherrimam, quæ hodieque legitur, ſive per ſe, ſive per ſcriniorum ac dicendi Magiſtros paraſſet.* Jam qui ipſa deferebant ſcrinia appellabantur Scriniarii. Vetus autem Gloſſarium ſcriniarios vocat Magiſtros ipſos ſcriniorum. Idem addocet duplex vetus inſcriptio apud Salmaſium in Alexandrum Severum Lampridii, ubi cuſtos libellorum ſupplicum dicitur Scriniarius a libellis; & cuſtos epiſtolarum Scriniarius ab epiſtolis. Prima eſt: *D. M. QVADRATO. SCRINIARIO. A. LIBELLIS.* Alterius hæc ſententia: *TI. CLAVDIVS. DIVI. L. ERASTVS. SCRINIARIVS. AB EPISTVLIS.*

SCRINIARII. Vide *Scrinium*.

SCRIPTORES REI MILITARIS. Cum gloriæ humanæ pars potiſſima, & ſtudioſiùs quæſita, a bellicorum facinorum exercitatione proveniat, & mortalium operum ſeges uberrima enaſcatur in acie & pulvere Martio, eam ob cauſam omnino contigit, ut vix ullæ præteritorum temporum

memo-

Digitized by Google

memoriæ prodierint, in quibus res bello geſtæ aut utramque,ut dicitur, non expleant paginam, aut non contemnenda ſaltem eopia commemorentur. Quare ſiquis ſyllabum, elenehum, vel catalogum Scriptorum inire velit, qui de re bellica quomodolibet ſermonem habuere, neceſſe eſt illum omnium ferè ætatum Hiſtorieos, Poetas, & eujuslibet fere generis Scriptores eomprehendere. Quoniam verò eoſdem recenſere in immenſum ſermonem produceret; atque adeo eos ipſos adducere ae ſigillatim referre, qui militarem tractationem dedita opera inſtitutam literis conſignarunt, infiniti eſſet operis conatuſque, ſatis habeas, Lector æquiſſime, a me tibi digitum intendi commonſtrarique eos duntaxat, qui bellicorum Scriptorum indicem aecuratè impenſoque ſtudio prodiderunt. Eorum nonnullos exhibebit tibi Ælianus in Præfat. ad libellum de inſtruendis aciebus. Omnium verò tum veterum tum recentiorum nomina & opera diligenter atque diſtinctè recenſuit Gabriel Naudæus Syntag. de ſtud. Milit. l. 2. Id cum a viro doctiſſimo ſit diligenter copioſèque præſtitum, nihil eſt cauſæ, quamobrem nova eorum recenſione ſupervaeaneam ego hic diligentiæ famam affectem.

Scsopha, æ. Machina ſuffoſſoria. Villelmus Tyrius: *Machinas ad ſuffodiendum murum habiles & neceſſarias, quas vulgò Scrophas appellant.* Fulcherius Carnot. *Machinis autem paratis, arietibus ſcilicet, & ſcrophis ad aſſaliendum ſe paraverunt.* Eadem machina, vel certè minimum diſſimilis, eſt ae *Sus*, *Troja*, *Porcus*. Sie appellatam crediderim quoniam ad ſimilitudinem roſtri ſuilli terram ſodieat, aut muros impetit.

Sculscara. Origine Longorbardica eſt expeditio militaris. Edictum Rhotaris Regis Longobard. *Siquis in exercitum, aut ſculſcaram umbulare contempſerit &c.*

Scurra, æ. Lamprid. in Alexand. Sever. hæc habet verba: *Et quum dormiret poſt convivium hora diei ferè ſeptima, unus ex Germanis, qui ſcurrarum officium ſuſtinebat, ingreſſus dormientibus cunctis, ſolo tantùm Imperatore intervigilante viſus eſt: cui Alexander, Quid eſt, inquit, Contubernalis? Num aliquid de hoſtibus nuntias? At ille metu perterritus & ſperans non poſſe evadere quod in tentorium Principis irruiſſet, ad contubernales ſuos venit, eoſque ad durum Principem interimendum exhortatus eſt: qui ſubitò plures armatique ingreſſi, inermes & obſiſtentes contruncaverunt, ipſumque pluribus ictibus confoderunt.* Ad hunc Lampridii locum unum obſervat, aliud indagat Salmaſius. Obſervat quidem, cum ex Germanis, qui ſcurræ officium ſuſtinere legitur, non eſſe ex genere mimorum, paraſitorum, & ludionum, qui in aulis Principum audiunt ſcurræ: ſed omninò ſtatuit eam appellationem per illa tempora pertinuiſſe ad corporis Imperatorii cuſtodes, ſatellites, & ſtipatores. Elicit id non obſcurè ex eodem memorato loco, ubi Germanum ſcurram contubernalem vocat idem Alexander. Ejuſmodi enim ſunt, qui a Principis latere nunquam abſcedunt. Aſpergit conjecturæ lucem Spartianus, ubi narrat, per ſcurras occiſum fuiſſe Heliogabalum, quem cæteroqui conſtat, a Prætorianis militibus fuiſſe interfectum. Id genus ſtipatorum non abſimili vocabulo animadvertit fuiſſe appellatos buccellarios. Legitur ſiquidem in veteri Chronico Valentinianum ab Aetii buccellario fuiſſe mactatum. Buccellarii autem, ſive buccæ, & bucciones, pro ſcurris & paraſitis paſſim accipiuntur, ut vix planè ſit dubium, iis nominibus cuſtodes corporum, ſtipatores, laterones, ſeu potius armigeros indigitari. Qui verò fiat, ut milites Prętoriani, ſive cuſtodes corporis Imperatorii Scurræ non ſemel ſint appellati, id ſcilicet indagat Salmaſius. Exiſtimat autem ſic fuiſſe nuncupatos, quoniam non magis diſcederent a dominorum latere, quàm veri ſcurræ & paraſiti. Quid ſi familiaritas & nimia conſuetudo vivendi, qua id genus hominum ſummis Principibus adjungi vincirique ſolet, & opportunitas domeſtici uſus, quæ ſecum affert in alloquendo frequentes ſales atque dicteria ad ineundam Principis gratiam, id effecit, ut Prætoriani familiares & contubernales promiſcuè & indiſcriminatim pro ſcurris & paraſitis acciperentur?

Scutagium, ii. Apud Scriptores mediæ & infimæ Latinitatis ſignificat certum quoddam auxilium domino præſtitum, urgente bello, a ſuis ſubditis ſeuda militaria obtinentibus. Dicitur autem Scutagium, quoniam ea exhibitio, vel præſtatio militum, vel pecuniæ pertinet ad ſcutum, quod ſumi ſolet pro ſervitio militari. Fleta lib. 3. *Sunt etiam quædam ſervitia forinſeca, quæ dici poterunt Regalia, quæ ad ſcutum præſtantur, & inde Scutagium habemus, & ratione ſcuti pro feudo militari reputatur. Omnis enim terra ad ejuſmodi ſervitium obligata, Feudum dici debet militare.* Vide multa de ſcutagio apud Cangium in Gloſſ.

Scutale, is. Liv. lib. 8. Bell. Maced. in deſcriptione fundæ: *Triplex ſcutale crebris ſuturis duratum, ne fluxâ habenâ volutetur in jactu glans, ſed librata cum ſederit velut nervo miſſa excutiatur.* A Scaligero exponitur corium reticulatum in medio fundæ, ubi lapis excutiendus imponitur. Priſcianus & Turnebus originem vocis trahunt a ſcuto, quoniam exterior ſcuti facies vitulino corio erat obducta. Verùm hæc nihil faciunt ad reticulatum ſinum lapidis in funda. Admodum propriè ea reticuli forma exprimeretur a ſcutula, quæ figura eſt quadrilatera, & congruens operi reticulato. Ex hac ſcutula veſtes ſcutulatas, & ſcutulata ſaga dicunt Scriptores. Verùm ſi in verbis Livianis ad hunc modum intelligendus eſt reticulatus fundæ ſinus, corrigendus is eſt locus; & pro *ſcutale crebris ſuturis durato*, ſubſtituendum *ſcutula durata*. Vide, quæ dicemus ex Salmaſio in dictione *Scutulum*. Sed ſatiùs fuerit nihil immutare in verbis Livianis, & ſcutale interpretari & exponere mediam fundæ partem, ubi lapis vel pila collocatur, quæ conſtaret ex triplici loro coriaceo, ſeu ex triplici funiculo, vel etiam tela crebris ſuturis durata, ne laxior fluxuſque ibidem lapis inſideat; ſed volutetur commodè, nec ante ipſum ictum, dum circa caput torquetur, defluat decidatque. Dicitur autem ſinus ille ſcutale non tam quòd orbiculatus eſſet, quàm quod oblongus, ut erant ſcuta Romanorum. Poſt expoſita verba de ſcutali, ſic proſequitur Livius de peritiſſimis funditoribus verba faciens: *Coronas modici circuli magno ex intervallo loci aſſueti trajicere.* Quid ſibi velit Livius ejus coronę mentione, neſcire ſe fatetur Glarea-

nus.

Digitized by Google

nus. Donatus ad eum locum neſcio quid affert de quodam glandis, globi, jaculique genere. Locus eſt clariſſimus, & frequenter exploratus eorum experientia, qui ſunda, miſſilibus, & ſclòpis ad certum ſcopum collineant. Proponere ii ſibi ſolent rotundum quidpiam ex charta, vel alia qualibet materia, quò ictum dirigant, vel idem ſignum in ipſo pariete pigmento aliquo vel ſucco herbarum colorare & effingere, ad ſundæ vel ſclopi capiendum experimentum. Figuram illam ſcopi orbicularem, ſive album, quod dicimus, Livius vocat coronam. Sæpe enim quod rotundum eſt, probe a Latinis corona dicitur, ut nos alibi per aliam occaſionem fuſiùs oſtendimus.

Scutarii. Multa ſignificantur hac voce. Primum quos Latium vetus & purgatius dixit Scutatos, quod eſt lectiſſimum militiæ genus a ſcutis nominatum, ætas poſterior ac præſertim Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ, ut alibi eſt notatum, Scutarios vocant. Scutarii pro ſcutorum compactoribus ſumuntur interdum. Vide *Fabricæ armorum*. Sic inſuper appellati qui in ſchola erant Principum Orientalis Imperii. Vide *Magiſter Officiorum*. Sed longè frequentiſſima ſcutariorum acceptio pro armigeria. Italis *Scudieri*. Ii verò ſunt, qui equitum bellatorum equos curant, & arma deferunt. Julianus Toletanus: *Quem Viniza Rex intra ſuos ſcutarios familiarem habuerat cariſſimum*. Et clariùs vetus Charta Rerum Occitan. *Et armigeri illorum, qui ſcutarii appellantur*. Apud veteres Scriptores Italicos gemina ſignificatione gaudet vox *Scudiere*. Interdum quippe ſamulum ſignificat, qui herilis equi curam habet etiam in urbe, & procul ab armorum exercitatione; viliſſimis porrò quibuſque purgande domus miniſteriis intentus. Tratt. Cau. cap. 35. *Non conviene allo ſcudiere, che ſerve lo cavallo, che quando le cavallo torna da cavalcarſi li levi la ſella da doſſo, anzi li dee allargare le cinghie, e menarlo ſoavemente a mano, infino à tanto, che avrà ſtallata*. Iterum *Scudiere*, vel *Scudieri* quandoque apud Italos ſignificat ſocium potiùs, quàm ſervum honorarium equitum illuſtrium; qui licet non ſit in militum ſive equitum album adſcriptus, proximus tamen honore & dignitate iiſdem eſt, ac ſæpe cooptari ſolet in eundem gradum. Hi quidem, ut a nobis eſt ſæpe notatum, apud Latinos Scriptores tirones potius & ſcholares dicuntur; verùm apud Italos etiam *Scudieri* audiunt. Bocc. Theſeid. l. 7.

Stetteſi adunque, mentre il mondo chiuſo
Tenne Apollo di luce, Palemone
Dentro al ſacrato tempio ſi rinchiuſa,
Continuo in divota oratione,
Sicome era in quel tempo forſe in uſo
A chi dovea far mutazione
D'abito ſcudiereſco in cavaliero,
Come dovea, ch'egli era già ſcudiero.

De iiſdem porrò Palemone & Arcita ſcutariis, qui poſtea a Theſeo in equeſtrem ordinem ſolemni ritu relati ſunt, Ita mox ſubdit:

Senza punto badar con grande onore
Cinſe le ſpade a que' duo be' ſcudieri:
Ad Arcita, Folluce, e'l buon Caſtore
Gli ſpron d'oro calzaro, e volontieri:
Uliſſe, e Diomede anco di core
Calzargli a Palemone: e Cavalieri
Amendue furon fatti allor novelli
Quelli Tebani amanti, e damigelli.

Animadvertendum etiam *Scudiere* apud Italicos Scriptores quandoque accipi pro ſervo Principum, vel matronarum honorario, qui iiſdem præſto eſt in aula, & ædibus urbanis. In hanc ſententiam, ut notat Taſſon. *Annot. ſopra la Cruſca*, Boccaccius ſcripſit Novel. 19. *E oltre a queſto niuno ſcudiere, ò famigliare, che dir vogliamo &c.*

Scutati, orum. Non illi modo ſic appellantur, qui ſcutum quomodolibet gerunt, verùm ii frequentiùs, qui in acie Romana certum militum ordinem conſtituunt: hos Livius tanquam validiſſimam manum in extrema collocat aciei parte verbis illis lib. 8. *Hos ſequebantur ſcutati, omnes inſignibus maxime armis, hos triginta manipulorum antepilanos appellabant &c.* Meminit eorum etiam Virgilius lib. 9.

Tercentum ſcutati omnes Volſcente magiſtro.

Et Cic. 2. Philipp. *Agmine quadrato cum gladiis ſequuntur ſcutati milites.*

Scutatores. Scuto armati. Ad armaturam levem pertinuiſſe videntur ex Vegetio lib. 2. cap. 17. *Ferentarii autem, armaturæ, ſcutatores, ſagittarii, funditores, hoc eſt levis armatura adverſarios provocabant.*

Scutiferi, orum. Scutarii, Armigeri. Italis *Scudieri*. Memorantur a Fulcherio Carnot. l. 2. Hiſt. Hieroſolym. apud Cangium.

Scutula, æ. Pro ſinu ſundæ. Vide *Scutale*.

Scutula, æ. Pro parte balliſtæ. Vide *Scutulum*.

Scutulati equi. Vide *Scutulum*.

Scutulata Saga. Vide *Scutulum*.

Scutum, i. A ſectura deducit Varro, quaſi tabulis ſit minutè conſectum. Sequor Voſſium & alios, qui trahunt a voce Græca σκύτος, quæ pellem ſignificat, ex qua primum materia ſcuta conficiebantur. Vide *Ægis*. Tectorium eſt idemque antiquiſſimum & inſignitè idoneum armorum genus, ad milites tegendos adversùs ictus inter dimicandum. Peculiare fuit Romanorum; nam Græci clypeis utebantur. Quid iſthæc diſtarent infra perſpicies. Fabius ille, qui Annibalis ſecundiſſimos impetus cunctando ludificatus eſt, populari ſermone Imperii Scutum dictus eſt: contra verò Marcellus Enſis Reipublicæ eſt appellatus, ut ex Poſſidonio tradit Plutarchus. Afri, Hiſpani, Galli, Germani diverſa paulò a Romanis ſcuta geſtavere. Ea nos exponimus in Titulis *Parma, Pelta, Cetra*, aliiſque. Iconiſmos ſcutorum cum ſuis inſignibus habes apud Steuvechium ad Vegetii l. 2. c. 18. & Lipſium de Milit. Roman. l. 3. Dial. 2. Conſule etiam ejuſdem Analecta.

2. Adversùs omnem Antiquitatis ſenſum Janus Laſcares clypeum cum ſcuto confundit. Allucinantur magis qui clypeos quadratos, ſcuta rotunda faciunt, inter quos miror fuiſſe Hadrianum Junium. Oblonga certe fuiſſe ſcuta, rotundos verò clypeos, aptè colligit Aldus Manutius lib. 3. de quæſit. per Epiſt. Idem ex aliis antiquis Scriptoribus notat Steuvechius ad Veget. Virgil. l. 8. de ſcutis:

ſcutis protecti corpora longis.

Ovid. Faſt. 6.

Jacta ſuper galeas ſcutaque longa ſonant,

De clypeis verò Virgil. Æneid. l. 2.

clypeique ſub orbe teguntur.

Et

Et lib. 3. de oculo Polyphemi;

Argolici clypei aut Phœbeæ lampadis inſtar:

Adde, quæ de diſcrimine ſcuti & clypei in hanc rem ſcripſerunt Servius ad lib. 9. Æneid. & Turnebus l. 2. Adverſ. cap. 27. Obſervandum eſt, ſcuta quidem coriacea vel lignea, clypeos verò ex ære ſtructos fuiſſe, ut tradunt Polybius, & Dionyſius Halicarnaſſęus, ubi agit de Romanorum armatura. Idem Virgilius indicat, qui clypeos ardentes appellat, ideſt ære fulgentes. Sic enim habet l. 2. Æneid.

Ardentes clypeos, atque ęra micantia cerno:

Exadverſum ſcuta crudis coriis firmatą. Tradit id dę Perſis Ammianus. Eadem apud Romanos ſic inſtructa refert diſertè Polybius. Stat. etiam de Græcis lib. 3.

Nec pudor emerito clypeum veſtiſſe juvenco.

Et alibi:

graves clypeos cæſis veſtire juvencis.

Præclarum de Romanis teſtimonium eſt apud Livium lib. 23. ubi Caſilienſium famem deſcribit: *Poſtremò ad id ventum inopiæ eſt, ut lora detractaſque ſcutis pelles, ubi fervidá molliſſent aquá, manderc conarentur.* Eòdem etiam a Saguntinis in ſua memorabili fame decurſum fuiſſe, tradit Silius:

reſolutaque nudi
Linquentes clypeos armorum tegmina mandunt.

Poſtremò idem memorat Hegeſippus de Judæis obſeſſis a Veſpaſiano: *Et cum alia famis ſolatia non reperirent, detrahebàut coria ſcutis, ut cibo eſſent ſibi, quæ præſidio non erant.* Confecta præterea legimus ex ſalice, quæ cum lentiſſima ſit arborum, aptiſſimam eſſe materiam ſcutis parandis tradidit Plinius. Texta etiam e viminibus rudi antiquoque ritu, conſertis inde cratibus imbricatis, quas Veteres Gerras & Gerrones nuncuparunt. Vide *Gerræ*. Nec verò ſolum coriacea, verùm etiam viminea & ſalicea aſſerculis firmabant, ſpiſſiore textura virgis ſeriatim conſtipatis, ut adverſi ictus in lubrico acciperentur, interceptæque gladiorum aut miſſilium cuſpides comminutæ diſſilirent. Omnia Romanorum ſcuta erant oblonga, longitudine pedum quatuor, latitudine pedum duorum ſemis, ut tradit Polybius; præſertim in ila, quæ incurva erant, & imbricata. Sunt porrò qui eadem ex duplici tabula incùrva, vel duplicato teſtu ex minutis tabellis conſtructa memorent.

3. De cælaturis omnique picturato opere, quo in confeſſo eſt apud omnes exornatos fuiſſe Gręcorum clypeos, Romanorumque atque aliarum ferè nationum ſcuta, vide primùm quæ diximus in Titulis *Parma alba*, & *Inſignia*. Subdo illud Scævolæ apud Silium l. 8.

Scævola, cui diræ cælatur laudis honorâ
Effigie clypeus: flagrant altaribus ignes;
Tyrrhenum valli medio ſtat Mucius, irâ
In ſemet verſâ.

Idem de ſcuto Scipionis l. 17.

Terribilem oſtentans clypeũ, quo patris, & una
Cęlarat patrui ſpirantes prælia dira
Effigies.

Pręterea Amorem fulminantem Alcibiadis, Danaides Turni, Hydram Aventini, Sphyngem Parthenopei, & aliaa in clypeis præclariſſimorum Ducum nobiles cælaturas, quę paſſim apud Poetas tum Latinos tum Italicos occurrunt. Vide Udenum Niſiely [is autem eſt Benedictus Fioretti] Proginn. T. 3. 69. & ſeqq., qui omnia ferè collegit. Quandoque ſua milites vota, & ſpes victoriarum exprimebant. Silius de Gallo quodam milite l. 4.

in titulos Capitolia capta trahebat:
Tarpejoque jugo, demens, & vertice ſacro
Prenſantes aurum Celtas umbone ferebat.

Notandum hic eſt pręclarè dictum Scipionis Africani, qui, ut legitur apud Frontinum, cum ornatum ſcutum elegantiùs cujuſdam vidiſſet, dixit non ſe mirari, quòd tantà curà ornaſſet, in quo plus pręſidii, quàm in gladio haberet. Meminiſſe porrò oportet cautum fuiſſe legibus, ne tirones in ſcutis quidquam depingerent cęlarentque. Alba ſcuta geſtare juſſi; nec aliam ob cauſam militię Candidati audiebant. Poſt tirocinium exactum fas erat inciſa vel colorata ſymbola ſcutis addere. Et primò quidem pro turmarum vel legionum diverſitate diverſa item ſigna & emblemata geſtata a militibus tradit Steuvechius, additis eorum figuris ex lib. de Notit. utriuſque Imperii. Eundem morem indicat Valerius Flaccus Argon. lib. 6.

Cuncta phalanx inſigne Jovis, cælataque geſtat
Tegmina, diſperſos trifidis ardoribus ignes.

Ubi vides fulmina in ſcutis depicta. Et quoniam Romani habuerunt legionem nomine Fulminatricem, de qua mentio fit apud Dionem in M. Antonino, eam etiam legionem fulminibus figurata ſcuta prætuliſſe, cenſendum eſt. In adverſa verò ſcuti parte nomen erat adſcriptum uniuſcujuſque militis cum cohorte, vel centuria, ſub qua mereret. Hinc Dio lib. 50. author eſt Cleopatrę milites ejuſdem Reginę nomen geſtaſſe ſcutis inſcriptum. A Xenophonte autem diſcimus ſolemnem fuiſſe militum morem, ut qua quiſque patria eſſet, ejuſdem nomen pręferret in ſcuto, ſola inſcriptum majori initiali littera. Laudabilem illum morem ſervabant, non ſolùm ut ſe mutuò internoſcere poſſent milites in prœlii confuſione, ſed ut faciliùa ètiam conſtaret Ducibus de ſuorum virtute. Cum autem iis cęlaturis, picturiſque ſcuta eſſent exornata. mirum non eſt ſi milites ſumma cura eadem cuſtodirent, ac tegumentis etiam adhibitis ſervarent a pluvia. Id obſervatum fuiſſe expreſsè docet Cęſar lib. 2. bell. Gallic. *Temporis tanta exiguitas fuit, ut non modo ad inſiguia accommodanda, ſed etiam ad galeas induendas, ſcutiſque tegumenta detrahenda tempus defuerit.* Nec verò communia in ſcutis ſigna, perpetua fuiſſe apud Romanos eſt reputandum. Figurata plerunque ſcuta pro arbitrio; ſępe Majorum, interdum propriis facinoribus colorata, vel inciſa. Accerſita frequenter ſymbola ad affectiones animi varias indicandss. Id verò locum pręcipuè habuit in privatis expeditionibus & conflictibus Equitum illuſtrium, quos Fabulæ Romanenſes Errantes vocant a peragrandis provinciis, & periculis quęritandis, quibus fortiter ſuperatis in dies magis magiſque clareſcerent. Sed nuſquam jactantius percrebuere ſcutorum ſymbola, quàm in haſtiludiis, & equeſtribus Trojarum decurſionibus; quod non unis Titulis eſt a nobis prolixè traditum.

4. Eam conſuetudinem cælaturis editorum facinorum ſcuta exornandi excellentiſſimi quique Poe-

Digitized by Google

Poetarum ſecuti amplexique, ſuos cantus fabuloſos illuſtrarunt ſcutnrum opificio, quę multos ad argumentum pertinentes Hiſtoriarum eventus comprehenderent. Heſiodus maximè omnium excelluit in ſcuto Herculis, ubi Thebani illius Herois non pauca facinora, aliaque ad eundem ſcopum ſpectantia commemorantur. Longe minorem laudem Cæſaris Scaligeri & aliorum judicio Homerus eſt conſecutus. Scutum ille a Thetide Achilli traditum ſolis fere naturalium rerum emblematis decorat, longoque excurſu in otioſa frigidè digreditur. Procul dubio a Virgilio ſuperatus, qui l. 8. ſcutum Æneę traditum a Venere, & a Vulcann confectum, conſequuturis Romannrum annalium eventibus graphicè exornat atque nobilitat; ut meritò illud vocet,

clypei non enarrabile textum.

Nimirum,

Illic res Italas, Romanorumque triumphos,
Haud vatum ignarus, venturique inſcius ævi,
Fecerat Ignipotens. Illic genus omne futuræ
Stirpis ab Aſcanio, pugnataque in ordine bella
Fecerat &c.

Ut planè mnx Æneas jure potuerit ſuperbire donn matris, & nobilitate proſapiæ:

Talia per clypeam Vulcani dona parentis
Miratur, rerumque ignaras imagine gaudet,
Attollens humero famamque & fata nepotum.

Ubi inter alia diſcimus, ſcuta, ſeu potius clypeos Antiquorum prægrandes fuiſſe. Etenim in memoratis, ac præſertim in Æneæ clypen non ſimplex aliquod facinus, ſed plurimnrum Regum atque adeò Cæſarum, res geſtæ continebantur. Nec terreſtria ſnlùm ille prœlia, verùm etiam concertatinnes navales, immenſâ quadam bellicorum facinorum ſerie oſtendebat: Achillis verò clypeum multis fuiſſe oneratum figuris, oſtendit Ovidius Metam lib. 13. ubi Ulyſſem inducit de Ajace conquerentem, quod ſtolidè illum peteret clypeum, cui inſcriptas res miras non intelligeret. Sic autem habet:

neque enim clypei cælamina norit,
Oceanum, & terras, cumque alto ſidera cælo,
Pleiadaſqae, Hyadaſque, immunemque æquoris Arcton,
Diverſaſque urbes, nitidumque Orionis enſem.
Poſtulat at capiat quæ non intelligit arma.

Non admodum diſſimilem majeſtatem ſpirant Statiani verſus in deſcriptione ſcuti lib. 9. ubi ſic incipit:

Arma decent humeros, clypeuſque inſignis & auro
Lucidus, Aoniæ cęlatur origine gentis.

Graviſſima etiam illa ſunt apud Silium lib. 2. ubi ſcutum Annibalis exnrtn Carthaginis & rerum illuſtrium figuris variatnr:

Fece autem clypeum ſævo fulgore micantem
Oceani gentes Ductori dona ferebant.

Et mnx:

Hæc ære, & duri chalybis perfecta metallo,
Atque opibus perfuſa Tagi, per ſingula lætis
Luſtrat ovans oculis, gaudetque in origine regni.
Condebat primæ Dido Carthaginis arces,
Inſtabatque operi ſubducta claſſe juventus:
Molibus hi claudunt portus &c.

In eodem ſtadin ſui etiam ingenii periculum feliciter fecit Claudianus in Paneg. Olibr. & Prob.

Et formidato clypeus Titana laceſſit
Lumine, quem tota variarat Mulciber arte:
Hic patrius Mavortis amor, fætuſque notantur
Romulei &c.

Adde Sidonium in Paneg. Major. ubi Romæ clypeum deſcribit:

videat hic craſſo fuſa metallo
Antra Rheæ, fætamque lupam, quam fauce relicta
Blandiri quoque terror erat &c.

Nec defuere ſibi ſcilicet primi ſubſellii vates Italici, quominus eam laudem occuparent in deſcriptinne ſcutorum. Et quidem Taſſus Cant. 17. nnbiliſſimum inducit Rinaldo oblatum ſcutum, ubi vetuſtiſſima Eſtenſis familiæ origo & ſeries indicatur;

Ben vide il ſaggio Veglio il ſuo ſecreto,
E gli ſoggiunge: Alza la fronte, ò figlio
E in queſto ſcudo affiſſa gl'occhi omai,
Ch'ivi de tuoi Maggior l'opre vedrai.
Vedrai degl'avi il divulgato onore,
Lunge precorſo in luogo erto e ſolingo:
Tù dietro anco riman, lento curſore,
Per queſto della gloria illuſtre arringo.
Sù, sù, te ſteſſo incita: al tuo valore
Sia sferza e ſpron quel ch'io colà dipingo.
Così diceva; e'l Cavaliera affiſſe
Lo ſguardo là, mentre colui sì diſſe.
Con ſottil magiſtero in campo anguſta
Forme infinite eſpreſſe il fabro dotto.
Del ſangue d'Attio glorioſo auguſto
L'ordin vi ſi vedea nulla interrotto.
Vedeaſi dal Roman fonte vetuſta
I ſuoi rivi dedur puro e incorrotto:
Stan coronati i Prencipi d'alloro
Moſtra il Vecchio le guerre e i pregi loro:

Ab hoc verarum narrationum & hiſtorico clypenrum ornatu factus eſt a Poetis poſtea gradus ad mirabiles illos clypeos, qui magicarum excantatinnum vi, aut fulgore ſuo mirum in modum oculos ſpectatorum perſtringerent, aut alia parerent peregrina & inaudita prodigia, quibus Romanenſium, ut ajunt, fabularum chartæ exſaturantur. Hujus generis fuit molitionis admirandæ clypeus, imò verò ſpeculum adamantinum; cujus repercuſſu & obtutu cum ſe Rinaldus Armidæ otin & amoribus turpiter emollitum, & ignavè laſcivientem exhorreſceret, ad bellum Palæſtinum, & prodigiis obſitum nemus prnſcindendum, impigrè feſtinavit. Sic autem Taſſus Cant. 14.

Vuò, ch'a lui vi ſcopriate, è d'adamante
Un ſcudo, ch'io darò, gl'alziate al volto;
Sì ch'egli vi ſi ſpecchi, e'l ſuo ſembiante
Veggia e l'abito molle, onde fù involto;
Ch'a tal viſta potrà vergogna e ſdegno
Scacciar dal petto ſuo l'amore indegno.

Et poſtea Cant. 16.

Intanto Ubaldo oltra ne viene, e'l terſo
Adamantino ſcudo hà in lui converſo.
Egli al lucido ſcudo il guardo gira,
Onde ſi ſpecchia in lui, qual ſiaſi, e quanto
Con delicato culto adorno ſpira
Tutto odori e laſcivie il crine e'l manto:
E'l ferro, il ferro aver, non ch'altro mira
Dal troppo luſſo effeminato a canto.
Guernito è sì, ch'inutile ornamento
Sembra non militar fero inſtrumento.
Qual huom da cupo e grave ſonno oppreſſo
Dopo vaneggiar lungo in ſe riviene;

Ta-

Tale ei tornò nel rimirar ſe ſteſſo;
Mà ſe ſteſſo mirar già non ſoſtiene.
Giù cade il guardo: e timido e dimeſſo
Gravando a terra la vergogna il tiene,
Si chiuderebbe e ſotto il mare, o dentro
Il fuoco per celarſi, e giù nel centro.

Præceſſerat tamen Taſſum in præfulgentis clypei commento Areoſtus. Opus illud Athlantis fuit magico ſic opificio adornatum, ut inuſitatæ lucis repercuſſione contuentes in terram affligeret atque proſterneret. Sic autem ſcribit Cant. 2.

D'un bel drappo di ſeta havea coperto
Lo ſcudo in braccio il Cavalier Celoſte,
Come haveſſe non sò tanto ſofferto
Di tenerlo naſcoſto in queſta veſte,
Ch'immantinente che lo moſtra aperto,
Forza è chi 'l mira abbarbagliato reſte,
E cada, come corpo morto cade,
E venga al Negromanto in poteſtade.
Splende lo ſcudo a guiſa di piropo
E luce altra non è tanto lucente.
Cader'in terra a lo ſplendor fù d'uopo,
Co gli occhi abbacinati, e ſenza mente,

Atque iterum de eodem clypeo hæc habet Cant. 22.

Quel di Ruggier, che li demoni ignudi
Fece ſudar, poco del colpo teme:
De lo ſcudo vò dir, che fece Atlante,
De le cui forze io v'hò già detto inante.
Io v'hò già detto che con tanta forza
L'incantato ſplendor ne gli occhi fere,
Ch'al diſcoprirſi ogni veduta ammorza,
E tramortito l'huom fà rimanere.
Perciò, s'un gran biſogno non lo sforza,
D'un vel coperto lo ſolea tenere.
Si crede ch'anco impenetrabil foſſe,
Poi, che a queſto incontrar nulla ſi moſſe.

Et paulò poſt:

Con la medeſima aſta, con che havea
Sanſonetto abbattuto, Ruggier viene
Coperto dallo ſcudo, che ſolea
Atlante haver sù i monti di Pirene;
Dico quell'incantato, che ſplendea
Tanto, ch'umane viſta nol ſoſtiene.
A cui Ruggier per l'ultimo ſoccorſo
Nei più gravi perigli havea ricorſo.

Nos etiam Carm. Tom. 2., ubi de Varadini expugnatione loquimur, non abſimile ſcuti textum proponimus; ſic nimirum elaboratum, ut licet lucidiſſimum eſſet ſpeculoque ſimillimum, intuentes tamen non propriam eo inſpecto effigiem, ſed acerbiſſimum quem haberet quiſque hoſtem minabundum & territantem contueretur. Oblatum illud fingimus Donato Haislerio in Varadini obſidionem proficiſcenti, quam arcem infeſſam & propugnatam Poetico commento fingimus ab Umbris Amurati, Bajazetis, & Solimani, qui potentiſſimi fuere Imperatores Turcici; Hungarico verò bello vehementer exerciti:

Artis opus miræ, denſos adamantinus umbo
Excludit radios, & ahena luce coruſcat.
Mille latent ſpecies intus, ſimulacraque mille:
Sed non admiſſas reddunt ſpecularia formas,
Quippe nec accipiunt; dictu mirabile monſtrum!
Si ſemel incautis oculis lux ænea fulſit;
Hoſtem quiſque ſuum radiantis in orbe metalli
Cernit: inardeſcunt oculis; torviſque minantur
Vultibus inviſæ facies; & lumina, lucis
Victa repercuſſu, feriunt. Memphiticus ictu
Saucius haud aliter querulo canis ore vagatur,
Niliacas & quærit aquas, ut gurgite puro
Conſulat, & medicis ſua vulnera tergeat undis:
Infelix! dum quærit opem, namque invenit hoſtem:
Optatam effigiem lutulentus denegat amnis:
Sed vaſta ſe mole ferens crocodilus amictu
Verſicolorato, maculiſque intermicat atris:
Ille nigras monſtri fauces hoſtemque refugit
Horrentem ſquamis, & ſordida colla moventem.
Par clypei ſpecies. Fretus munimine tanto
Haslerius ſocias acies, & caſtra petebat.

Hujus etiam ſcuti uſum nonniſi ad ſuprema diſcrimina & ingruentia vitæ pericula reſervamus. Enimverò tunc ſolum Haslerius clypeum fatalem expandit, cum adversùs umbras tergeminas Ducum Turcicorum ſuſcepto certamine, & in extremas propugnaculi anguſtias dimicando redactus, nihil habebat ſpei reliquum, & certiſſimum cæteroqui exitium ſibi ex omni parte intentatum conſpiciebat. Proinde in exitu Carminis ita canimus:

Sed pudor excuit ſtimulis, urgetque morantes
Otomanniadas: numero pudet impare longùm
Bella trahi: ergo aciem denſi glomerantur in unam;
Impelluntque Ducem. Dum telis ille recedit
Obrutus; abruptæ præceps immane ruinæ
A tergo patuit: timor undique, & undique lethum
Ante oculos: quo vota ferat? ſtat pectore in uno
Fatum Aſiæ. partes animum dum verſat in omnes,
Purpureos mentem ſubiit diſſolvere amictus
Fatalis clypei; fortis, mora nulla, revelat
Dextera funereum ſpeculi jubar. hauſit acerbos
Primus Amurates radios: micat ociùs hoſtis
Adverſi facies: infeſtaque terret imago:
Hunniaden videt, Hunniaden: non ille minaces
Suſtinet obtutus; vallo ſed victus ab alto
Corruit, immorſoque cadens obmutuit enſe.
Dum præceps ruit ille; trucis te fulgura parmæ,
Bajazete, petunt: oculos effulminat ægros
Corvinus; ſpeculoque ferox inſultat aheno:
Excutit arma manu gelidus timor: ille pudendos
Dat ſaltus; trepidoque rotat veſtigia gyro.
Ultimus inſpector cladis, ſociiſque ſuperſtes
Edomitis, Solimanus erat: ſed proſpera poſtquam
Æquavit fortuna Duces; concurrere certat
Marte pari Haslerius: valido torquere lacerto
Fatiferum ſpeculum pudor eſt, & non ſua tela.
Sed fortem clypei properat dum pondere lævam
Solvere; jam Carolum Solimanus viderat hoſtem;
Viderat, infremuitque ſimul: nam qualis ad Iſtrum,
Mæniaque obſeſſæ properabat celſa Viennæ,
Talis erat Carolus clypei fulgente metallo.
Ille diu nutat; torvo tum lumine figens
Haslerium: laudem non tu certaminis hujus,
Quiſquis es, inquit, habes. Carolus me hoc culmine pellit;
Me Carolus ferit, & pœnas, poſt funera poſcit.
Hæc ait: & clypei jubar averſatus, inanes
Dat fremitus fugiens; cæcoque in tartara lapſu
Præcipitat; domitamque aperit victoribus arcem.

5. Sed nulla armamentaria, ne fabuloſa illa quidem, quæ in Æthnæ cavernis Vulcanus collocavit, & ex quibus Achilli, Æneæ, aliiſque immortalia ad conflictus arma proripuit, æquiparari poſſunt officinis armorum, ex quibus Cœlites & propitium Numen ad viros pietate præſtantes propugnandos nullis ictibus pervia moliuntur arma. Ipſos præterea Cœlites, magnarum urbium & regnorum Patronos, adfuiſſe piis bellatoribus inter pugnandum, & ſcutis adamantinis hoſtium ictus intercepiſſe non ſemel habes apud Annales ſacros, & Acta Sanctorum. Pro exemplo fuerit cœlaſtis clypeus adamantinus, quo Raymundum Comitem Toloſanum, celeberrimi nominis Cruceſignatum, communivit & texit ejuſdem bellatoris tutelaris cœleſtis Genius. Sic autem de admirabili elypeo Taſſus Cant. 7.

L'Angelo, che fù già cuſtode eletto
Da l'alta providenza al buon Raimondo,
Inſin dal primo dì, che pargoletto
Sen venne a farſi peregrin del mondo;
Hor, che di nuovo il Rè del Ciel gli hà detto,
Che prenda in ſe de la difeſa il pondo;
Ne l'alta rocca aſcende, ove de l'hoſte
Divina tutte ſon l'arme riposte.
Quì l'haſta ſi conſerva, onde il ſerpente
Percoſſo giacque, e i gran fulminei ſtrali:
E quegli, che inviſibili a la gente
Portan l'orride peſti, e gli altri mali:
E quì ſoſpeſo è in alta il gran tridente,
Primo terror de miſeri mortali;
Quando egli avvien, che i fondamenti ſcota
De l'ampia terra, e le città percota.
Si vedea fiammeggiar frà gl'altri arneſi,
Scudo di lucidiſſimo diamante:
Grande, che può coprir genti e paeſi,
Quanti ven' hà frà 'l Caucaſo, e l'Atlante:
E ſoglione da queſto eſſer difeſi
Principi giuſti, e città caſte e ſante.
Queſto l'Angelo prende, e vien con eſſo
Occultamente al ſuo Raimondo appreſſo.

Et paucis octonariis interjectis:

Al fin trà mille colpi il Saracino
Cala un fendente, e 'l Conte e così preſſo,
Che forſe il velociſſimo Aquilino
Non ſottraeaſi, e rimaneane appreſſo;
Mà l'ajuto inviſibile vicino
Non mancò a lui di quel ſuperno Meſſo;
Che ſteſe il braccio, e tolſe il ferro crudo
Sovra il diamante del celeſte ſcudo.
Frangeſi, il ferro allor (che non reſiſte
Di fucina mortal tempra terrena
Ad armi incorrottibili & immiſte
D'eterno fabro) e cade in sù l'arena.
Il Circaſſo, che andarne a terra hà viſte
Minutiſſime parti, il crede a pena.
Stupiſce poi, ſcorta la mano inerme
Ch'arme il Campion nemico habbia sì ferme.
E ben rotta la ſpada haver ſi crede
Sù l'altro ſcudo, ond'è colui difeſo:
E'l buon Raimondo hà la medeſma fede,
Che non sà già chi ſia dal Ciel diſceſa.

Triſſinus etiam in ſæpe laudato poemate *Italia liberata* inducit non ſemel cæleſtes nuncios alatos ſcutis renitentibus propugnare bellatores ſibi cuſtodiæ traditos.

6. Scuto Romani tanquam portatili aggere utebantur. Cum enim pedes duos & ſemis, teſte Polybio, latum eſſet, uno ipſo pede ſuperabat juſti hominis latitudinem. Cum verò ejuſdem longitudo quatuor fuiſſet pedum, & interdum quatuor digitis auctior, vix pede uno a juſti militis longitudine ſuperabatur. Quare minimo negotio, & modica inclinatione ictus poterant evitari. Meritò autem Livius ſcuti Romani longitudinem & latitudinem conferens, ſcutum nominavit majus corpore tegumentum. Sic enim ſcribit lib. 9. ubi Romanorum, & Macedonum arma comparat: *Arma clypeus, ſariſſæque illis: Romano ſcutum majus corpore tegumentum.* Quo teſtimonio apertum etiam facit longè grandius extitiſſe clypeo ſcutum Romanorum. Iterum Livius de ejus ſcuti magnitudine lib. 34. *Miſſilibus Lacedæmonii pugnabant; a quibus ſe magnitudine ſcuti perfacilè Romanus tuebatur miles.* Addo Romani militis deſeſſi, & quietem capientis illud fuiſſe ſchema, ut pilo innixus, capite verò ſuper ſcuti marginem poſito, ſomnum caperet. Liv. 44. *Vigiles etiam novo more ſcutum in vigiliam ferre vetuit: non enim in pugnam vigilem ire, ut armis utatur, ſed ad vigilandum. Scuto præ ſe erecto ſtare galeatos; deinde ubi feſſi ſint, innixos pilo, capite ſuper marginem ſcuti poſito ſopitos ſtare.* Compactum autem erat ſcutum Romanum ex tabulis vel axiculis, glutino nexis. Pars exterior obducebatur pelle vel corio. Eas ſcutorum pelles aqua fervida emollitas dentibus ſupponere & mandere extremæ ut dixi, famis calamitas ſuaſit apud Livium lib. 23. Et hæc quidem forma ſcuti veteris. Camillus tamen Bello Gallico tenuem illi laminam ferream addidit, ut faciliùs ictus eluderet, nec attereretur terræ contactu. In medio ferreus extabat umbo firmiſſimi roboris, quaſi umbilicus in ambitu protuberans, quo maxime telorum & miſſilium frangebatur impetus. Singula Romanorum ſcuta, militum ea geſtantium inſcripta intrinſecùs, ut dixi, nomina habebant cum numero centuriæ, ſive cohortis, cui quiſque eſſet adſcriptus. Imperatoris verò nomen exarabatur exteriùs, atque adeo ipſorum Centurionum. Hirtius de Bell. Alex. *Milites nomen Pompeii ex ſcutis detraxerunt.* Xiphilinus in Domitiano. *Julianus juſſit milites ſua & Centurionum ſuorum nomina in ſcutis inſcribere, quò faciliùs ii, qui præclarè aliquid, aut turpiter feciſſent, cognoſcerentur.*

7. Scuta Romana omnium peditum erant communia. Equites etiam ſcutis utebantur; ſed illa breviora erant pedeſtribus. Primæ claſſis milites, utpote præſtantiores, clypeati erant; ſecundæ claſſis ſcutati. Id tamen eſt poſtea variatum, ut ex Livio, Polybio, & aliis colligimus. Sed nec omnes promiſcuè Romani milites iiſdem utebantur ſcutis. Qui digniores erant, ut Triarii, & validiſſimi ex Principibus, longiora, & admodum gravia geſtabant: alii, & præcipuè Velites, leviora. Perfoſſa multis vulneribus, aut acceptis jaculis gravia ſcuta geſtare glorioſum erat militibus; quemadmodum eadem abjicere vel amittere in pugna ſummi dedecoris & ignominiæ loco habebatur. Idcircò Spartanæ mulieres cum militaturos filios armabant, ubi eorum brachiis clypeos inſerebant, verba illa addere conſueverunt: *Aut cum hoc, aut in hoc.* Innuebant avitæ virtutis imitatores Spartanos, nunquam clypeum in prœlio abiicere, ſed redire ſolitos in

pa-

patriam vel geſtantes clypeos acceptos, vel extinctos in propriis clypeis geſtatos a ſociis. Siquidem proprio in ſcuto vel clypeo efferri ultimus erat ſummuſque in bello occiſorum honor. Virgil. l. 10.

at ſocii multo gemitu lacrimiſque
Impoſitum ſcuto referunt Pallanta frequentes.

Et Græcorum quidem clypei incurvi erant convexique ad modum lentis, ut facilè vices feretri ſupplere poſſent. Romana item ſcuta ſępe imbricata, plerunque modico flexa curvamine. Vide eorum figuras apud Lipſium. Non ità verò inter arma tegentia ſcutum eſt adnumerandum, ut non ad petendum etiam vimque inferendam quandoque ſervierit. Adhibita ſępe reperiuntur ſcuta ad repellendos hoſtes in conflictu. Curtius: *Totā aciem umbonibus poſſe propelli.* Sveton. *Abſciſſa dextrâ tranſilivit in navem umbone obvios agens.* Romani originem ſcuti ſunt qui referant ad Samnites. Sed, ut Lipſius doctè obſervat, longè alia ſuit forma ſcuti Samnitici, quam ſic deſcribit Livius l. 9. *Forma erat ſcuti: ſummum latius, qua pectus atque humeri teguntur, faſtigio æquali, ad imum cuneatior, mobilitatis cauſa.* Sed neque a Liguribus ſua ſcuta accepere Romani. De ſcuto autem Liguſtico non ſemel Hiſtorici mentionem habent. Quam illud fuerit a Romanis diverſum, diſcimus ex Diodoro lib. 6. apud quem extat deſcriptio ſcuti Liguſtici: *Armaturam habent Ligures leviorem Romana. Tegit enim eos ſcutum longum ad Gallicum modulum factum, & tunica cingulo adſtricta. Circumponunt etiam pelles ferarum, & habilem gladium.* De mutatione clypei in ſcutum apud Romanos ita Livius lib. 8. *Clypeis ante Romani uſi ſunt, deinde poſtquam ſtipendiarii facti ſunt, ſcuta pro clypeis fecere.* Plutarchus a Sabinis ſcuta Romanos habuiſſe credidit. Sic enim ille in Romulo: *Scutis Sabinorum Romulus eſt uſus & mutavit ſua, ac Romanorum aliorum arma, antea clypeos Argolicos ferentium.* Ubi obſerva antiquiſſimè clypeos in uſu fuiſſe apud Romanos: ex quo verò illi ſcuta a Sabinis acceperunt, nullus clypeorum uſus apud eoſdem legitur, ut eruditè notat Lipſius.

8. Afri omnes & Aſiatici ſcutis brevioribus utebantur, utpote quorum in agilitate curſus, & equorum pernicitate, vis omnis eſſet & diſciplina. Itaque graves armaturas & onera armorum, impedimenta militiæ reputabant. Secus Romani, quibus non impetu & ferocia, ſed inceſſu ſtatario & conſilio res conficiebatur, ſcutis majoribus corpora protegebant. Quam amplum fuiſſe ſcutum Scęvę Centurionis exiſtimem, in quo centum & quadraginta tela in obſidione Dyrrachii ſediſſe author eſt Florus? Simili forma Æneæ clypeum multis gravatum jaculis in certamine Mezentii, deſcribit Virgil. l. 10.

telumque intorſit in hoſtem:
Inde aliud ſuper atque aliud figitque, volatque
Ingenti gyro: ſed ſuſtinet aureus umbo.
Ter circum aſtantem lęvos equitavit in orbes,
Tela manu jaciens: ter ſecum Troius heros
Immanem ęrato circumfert tegmine ſilvam.

Ea ſcuti Romani magnitudo facit ut neutiquam demiremur quod de Cæſaris legionariis legimus, quibus, bello Alexandrino, e ponte deturbatis ſcuta pro lyntribus fuere: illis ſiquidem ſuffulti allevatique non ita magno labore adnatantes in proxima exiluerunt navigia ſociorum. Scutis item imbricatis trajectum amnem memorat Ammianus l. 6. Africę Aſięque populos brevioribus ferè ſcutis uſos notavi ſuperiùs: excipe Ægyptios, quorum ea erat ſcutorum magnitudo, ut ſublatis illis vix hoſtem conſpicerent, ut refert Xenophon Cyropæd. l. 6. Firmitatem juxta atque amplitudinem ſcuti Romani vehementer aſſerunt confertæ ſcutis teſtudines oppugnatoriæ & obſidionales, quę non milites duntaxat deſuper armatos, ſed actos equis currus ſuſtinebant. Vide *Teſtudo.*

9. Humeris Antiqui appenſa ſcuta geſtabant: ex quo armorum nomen ab initio ſcutis inditum; quoniam armis ideſt humeris appenderentur; ut ex Feſto docuimus in Tit. *Arma.* Hinc etiam genus militiæ apud Gręcos fuit, cui nomen Armatis, a ſcutis longioribus, ut ex Æliano obſervavimus in proprio Titulo. Haſtam abiicere in prœlio vel fuga rem unam omnium ignominioſiſſimam Romani habuere. Acutiùs Græci militiæ probra perviderunt, quibus ſummo fuit dedecori clypeum amittere vel abiicere. Ajo ſolertiùs feciſſe Græcos; quoniam prius eſt ſeipſum & ſua tegere, & nequid incommodi accipias proſpicere, quàm ferire hoſtem, vel damno afficere. Abjecti clypei nota traductus Demoſthenes, Orator ſummus, ſed calamo linguaque quàm armis promptior. Maximo inter Oratores Græcos Principem Lyricorum Vatum inter Latinos Horatium aſſocio, cythara pulſanda quàm rotando clypeo feliciorem ipſo judice l. 2. 7.

Tecum Philippos & celerem fugam
Senſi, relicta non benè parmula.

Iſocrates in Orat. de Pace inter publicè infames recenſet clypei deſertores. Plutarchus verò in Apophth. Lacon. exilio mulctatum a Lacedæmoniis memorat Archilochum, quod honeſtius eſſe ſcripſerit clypeum abiicere, quà in prœlio perire. Idem apud Germanos æquè probroſum. Tacit. de morib. Germ. *Scutum reliquiſſe pręcipuum flagitium.* Quanti fecerint Veteres retinere clypeum in conflictu, oſtendit Epaminondas moriens, qui lethali accepto vulnere, an clypeus ſalvus eſſet? quæſivit. Licet tamen, imò verò laudi gloriæque vertitur, clypeum, haſtam, galeam abiicere, ſicubi cum hoſte imparibus armis inſtructo pugnandum eſt. De clypeo in hunc modum honeſtè projecto ad æquandum certamen exempla alibi repręſentamus.

10. Illiſa genibus militum ſcuta proſperitatis & lætitiæ ſignum habebantur: eadem haſtis colliſa dolorem vel indignationem indicabant. Expreſsè Ammianus lib. 15. *Militares omnes horrendo fragore ſcuta genibus illidentes, quod eſt proſperitatis indicium plenum (nam contra cum haſtis clypei feriuntur, iræ documentum eſt, & doloris) immane quo quantoque gaudio, præter paucos, Auguſti probavere judicium.* Idem l. 16. *Nec finiri perpeſſi ſunt quæ dicebantur, ſtridore dentium infrendentes, ardoremque pugnandi haſtis illidendo ſcuta monſtrantes, in hoſtem ſe duci jam conſpicuum exorabant.* Eum verò ritum in iræ ſignum clypeos haſtis percutiendi, ab Ægyptiis Romanos hauſiſſe, ut multa alia militaria, docet Diodorus Sicul. l. 2. Ea armorum concuſſione proludebant ſcilicet certamini bellatores. Senec. Troad. Act. 3.

arma concuſſit manu

Jaculatur ignes.

Silius lib. 12. de Annibale:

clypeoque tremendum
Increpat:

Et lib. 9. de eodem Annibale:

Ingentis clypei tonitru prænunciat iram.

Virgil. l. 9. de armis Turni:

Continuo nova lux oculis effulſit, & arma
Horrendum ſonuere:

Et lib. 8.

Utque acres concuſſit equos, utque impulit arma,

Claudian. lib. 2. in Eutrop. de Marte:

clypeo quantum vix ipſe Deorum
Arbiter, infeſto cum percutit æthera nimbo,
Intonuit.

Idem docemur ex Polybio, ubi hæc habet de militibus Scipionis. *Romani gladiis ad ſcuta concrepantes invaſerunt oppoſitos*: Perverſa geſtare ſcuta, ſignum fuiſſe defectionis idem ſcribit Ammianus lib. 26. *Eum ſequuti complures, jam pila quatientes & gladios ad Imperatorem tranſeunt cum vexillis, ſcuta perverſa geſtantes, quod defectionis ſignum eſt apertiſſimum.* Rotare atque tractare ſcutum primaria erat exercitatio tironum: Veget. l. 2. c. 14. *Qui dimicare gladio, & ſcutum rotare doctiſſimè noverit.* Idem alibi: *Ut tiro diſceret ſcutum tractare, & obliquis ictibus venientia tela deflectere.* Sed hæc latiùs ſunt expoſita ubi de exercitatione candidatorum in militia. Ad ultimum animadverto detractas feris belluiſque pelles, Hernicis præſertim temporibus, pro ſcutis fuiſſe. Tradit id Ovidius lib. 3. Metam. in dimicatione Cadmi contra ſerpentem:

Cedit Agenorides paulùm; ſpolioque leonis
Suſtinet incurſus.

Statius etiam l. 5. Theb. meminit aprugni corii ad uſum clypei:

Per tamen Olenii tegmen ſuis, atraque ſetis
Terga, ſuper lævos humeros vicina cruori
Effugit.

Hercules inprimis leone in Nemea ſilva interfecto, ejuſdem ſpolium pro clypeo in poſterum geſtavit. Euripid. in Herc.

Ferique pelle tu leonis induis
Caput: fuit geſtamen illud Herculis.

Conſule Titul. *Pelles Ferinæ.* Illuſtria quædam ſcutorum ſchemata exhibet Bernardus de Monfaucon Tom. 4. Part. 1. *Antiquitè Expliquèe.* Ibidem rei univerſæ militaris tractationem habes ſingulari doctrina, ordine, & eruditione digeſtam ad fidem numiſmatum, gemmarum, & marmorum antiquorum. Eum Scriptorem non hic duntaxat, verum in omni fere expoſitione operum militarium non ſine magno emolumento, & operæ pretio conſulueris. Poſtremum adverto priſcum militum morem, quo ſcutis conſertis ſolebant excipere & extollere novos Imperatores. Tacit. Hiſt. lib. 4. *Brinio igitur ipſo rebellis familiæ omine placuit, impoſituſque ſcuto more gentis, & ſuſtinentium humeris vibratus Dux deligitur.* Huc fortaſſe reſpexit Claudianus ubi ſcripſit:

Sed mox cum ſolità miles te voce levaſſet.

Expreſſè Ammian. l. 20. de Juliano *Impoſituſque ſcuto pedeſtri, & ſublatius eminens, populo ſilente* (lege cum Pithæo ex optimi codicis fide, *nullo ſilente*) *Auguſtus renunciatus.* Invaluit mos iſte maximum in modum apud Principes Byzantinos, & memoratur a Cedreno, Gregora, Niceta, & aliis. Etiam Romanis arriſiſſe eum ritum innuit Pithæus ex Capitolino: Sed aſſentior Caſaubono, qui ejus Hiſtorici verba aliter explicat. Sic autem Capitolinus de Gordiano Seniore. *Inventuſque ſenex venerabilis poſt juriſdictionem jacens in lectulo, qui circumfuſus purpurà humi ſe abjecit, ac retractans* (lege *detrectans*) *elevatus eſt, & Imperatorem ſe appellari paſſus eſt.* Ubi Caſaubonus, quod dicitur elevatum eſſe, refert ad verba: *humi ſe abjecit,* non ad morem ſcutis elevandi Principes. Iterum Capitolinus in Maxim. & Balb. de alio Gordiano: *Inter hæc Gordianus Cæſar ſublatus a militibus Imperator eſt appellatus.* Exponit Caſaubonus ſublatum in caſtra prætoria ex ſuis ædibus; minimè vero ſcutis elevatum: & ad eundem modum interpretatur Herodianum, ex quo ea tranſtulit Capitolinus. De ſcutis votivis, ſive de ritu affigendi in templis ſcuta & arma hoſtibus direpta vide quæ diximus in Tit. *Arma.* 4. *Templum* 2.

Scutulum, i. Parvum ſcutum. Cic. 1. de Nat. Deor. *Cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo, cum calceolis repandis.* Perperam tamen Authores Latini Dictionarii auctioris huc trahunt verba Cæſaris lib. 3. Bell. Civil. *Quatuor biremes ſubjectis ſcutulis impulſas vectibus in interiorem partem traduxit.* Quod enim dicit *ſubjectis ſcutulis*, non deducendum illud eſt a ſcutulo, parvo ſcuto, quo nihil ineptius ad traducendas biremes in litus, vel oram maritimam, verùm a ſcutulà genere fœminino, quæ ſignificat quidquid rotundæ & teretis eſt figuræ. Fit enim Latinorum ſcutula a Græcorum *Scytale*: nota permutatione *y* in *u*, ut *Sylla* in *Sulla*, Scytale autem apud Græcos eſt virga. Vide *Scytale*. Cæſar autem ibi ſcutulas ob rotunditatem & orbicularem figuram dixit brevia illa tigna, ſeu craſſiores vallos, qui ſubjici ſolent navibus, quo ad arenam trahantur impulſu attractuque nautarum. Phalas illas, vel Phalangas apud Latinos dici, & etiamnum in Regno Neapolitano *Falanghe*, notatum eſt a nobis alibi, ubi etiam notatum eſt Phalangarios nominari, qui pro ſubductis in litus navibus portorium exigunt. Hinc Hercules a Tertulliano lib. de Pallio cap. 4. vocatur Scytaloſagittipelliger, quoniam armatus eſſet virga, ideſt clava, ſagittis & leonina pelle. Verba Tertulliani ſunt: *Adoratur a vobis, qui erubeſcendus eſt, Scytaloſagittipelliger ille, qui totam epitheti ſui ſortem cum muliebri cultu compenſavit. Ut Hercules in Omphale, & Omphale in Hercule proſtitueretur.* Præterea a ſcutula virga Diodorus ſcutulata dixit Gallorum ſaga, quoniam virgis quibuſdam diſtinguerentur in longum aut latum varia ſerie & colore porrectis, & macularum inſtar cancellatim & reticulatim excùrrentibus. Et Virgilius quidem l. 8. eadem Gallorum ſaga virgata nominat;

Virgatis lucent ſagulis,

Ad eundem modum expone Juvenalem Sat. 2.

Cærulea indutus ſcutulata, aut galbana raſa.

Ut enim docent Scaliger in Conjectan., & Salmaſius ad Vopiſc. in Aurelian. idem eſt opus virgatum & ſcutulatum. Id autem Salmaſius maxime oſtendit adversùs Turnebum ex loco Cæſaris lib. 3. de Bell. Civil. ſuperiùs relato. Ejuſdem

Digitized by Google

dem vel parum diſſimilis figuræ fuiſſe oportuit ſcutulam, balliſtæ veteris partem apud Vitruvium l. 10. c. 17. *Cum ergo foraminis magnitudo fuerit inſtituta, deſcribatur ſcutula.* Item ſcutulas dicimus textilia aranearum opera, ſive cancellos: item in pavimentis e lapide ſectili figuras diverſi generis, cujuſmodi aliæ quadratæ ſunt, oblongæ aliæ, angulares ferè & æquilateræ, vel ad ſimilitudinem rhombi, & nucis amigdalæ. Palladius l. 1. c. 9. *Teſtaceam accipiant pavimentum, vel marmora, vel teſſeras, vel ſcatulas.* Cum hìc lapidum fruſta teſtulæque ſcutularum nomine notentur a Palladio, nullus dubito, quin ſcutula & ſcutella, Italia *Scudella*, quod notum eſt vas coquinarium, dicatur a ſcutula teſta: non quaſi ex teſtulis compingatur vas indicatum, ſed quoniam opus ipſum eſt materia teſtacea. Quemadmodum enim a teſta terra coctili, fit teſta vas figlinum, ſic a ſcutula fragmento teſtaceo fit ſcutula vas item argillarium coquinarium. Hinc falſi deprehenduntur qui ſcutulam, ſcutellam, & Italorum *ſcudella* accerſunt a figura ſcuti. Poſtremò ſic exponendi ſunt ſcutulati equi, quorum pallium ſive pellis ſpiſſioribus quibuſdam maculis inſpergitur, ad ſimilitudinem ſectilium lapidum atque teſtarum in pavimentis teſſellatia. Itali ſic palliatos equos appellant *Pomati*, quoniam ut pomia arbores, ſic illi orbicularibus ferè maculis ſunt interſtincti. Vide Baldum de Verbor. Vitruv. Signif.

Scyphus, i. Notum eſt, Antiquos accepiſſe pro vaſe potorio. Virgil. l. 8.

Et ſacer implevit dextram ſcyphus.

A ſcypho vaſe navigii genus item nomen habuit ſcyphus. Ut enim a nobis eſt alibi obſervatum navigiorum pleraque a nominibus vaſorum, quorum formam referebant, nomenclaturam ſuam acceperunt. A ſcypho navi ortum eſt adjectivum eſchipatus, quod inſtructum ſignificat, & propriè dicitur de navibus benè munitis & inſtructis. Hinc Eſchifagium apud Latinobarbaros, primum quidem dictum de navigiis probè comparatis, poſtea verò ad alia tranſlatum, atque hinc poſtremò dictio Italica *Equipaggia*, origine quidem nautica, verùm ad uſus poſtea militarea, & interdum etiam urbanos devexa. Significat autem interdum omne genus bellici inſtrumenti opportunè comparatum; quandoque verò famulatum & ſupellectilem Magnatum, Procerum, aut Moderatorum ordinum militarium. Matthæus Pariſ. ad an. 1213. *Sicut ſe, & naves ſuos, & omnia ſua diligunt, habeant illas bene eſchipatas bonis & probis marinellis, & benè armatas.*

Scyphius. Equi nomen, quem primum terra peperit percuſſa tridente Neptuni. Val. Probus in Comment. Virgilii.

Scytale, es. Secretioris genus epiſtolæ, quo bellorum Duces ad Reges ſuos & Principes ita ſcribere conſueverunt, præſertim apud Lacedæmonios, ut ipſi quidem omnia tutò & facilè perlegerent; ſin verò hujuſmodi epiſtolæ in hoſtium poteſtatem veniſſent, vel ab aliis quomodolibet interceptæ eſſent, nemo poſſet earum ſententiam cognoſcere. Mirabile ſcribendi genus qua ratione conficeretur, deſcribit Gellius per hæc verba lib. 17. *Lacedæmonii veteres; cum diſſimulare & occultare literas publicè ad Imperatores ſuos miſſas volebant, ne ſi ab hoſtibus eæ captæ forent, conſilia ſua noſcerentur, epiſtolas id genus factas mittebant. Surculi duo erant teretes, oblonguli, pari craſſamento, ejaſdemque longitudinis, deraſi, atque ornati conſimiliter. Unus Imperatori in bellum proficiſcenti dabatur, alterum domi Magiſtratus cum jure atque cum ſigno habebant. Quando uſus veneret literarum ſecretiorum, circum eum ſurculum lorum modicæ tenuitatis, longum autem, quantum rei ſatis erat, complicabant, volumine rotundo & ſimplici, ita ut oræ adjanctæ undique & cohærentes lori, quod plicabatur, coirent. Literas deinde in eo loro per tranſverſas juncturarum oras, verſibus a ſummo ad imum proficiſcentibus inſcribebant: id lorum literis ita perſcriptis revolutum ex ſurculo Imperatori commenti illius conſcio mittebant. Reſolutio autem lori literas truncas atque mutilas reddebat, membroque earum & apices in partes diverſiſſimas ſpargebat. Propterea ſi id lorum in manus hoſtium incidebat, nihil quicquam conjectari ex eo ſcripto quibat. Sed ubi ille, ad quem erat miſſum, acceperat, ſurculo compari, quem habebat, capite ad finem, perinde ut debere fieri ſciebat, circumplicabat, atque ita literæ per ambitum eundem ſurculi coaleſcentes, rurſum coibant, integramque & incorruptam epiſtolam, & facilem legi præſtabant. Hoc genus epiſtolæ Lacedæmonii Scytalen appellant.* Hæc Gellius ex Plutarcho in Liſandro videtur deſcripſiſſe. Eandem ſcytalen Suidas, & vetus Scholiaſtes Pindari accuratè deſcribunt. Epiſtolas hujuſmodi mittendi jus erat penes ſolos Ephoros; idque nonniſi extrema urgente neceſſitate. Scaliger hoc inventum deridet, vocatque Laconica nugalia Exerc. 327. ad Card.

Secespita, æ. Securis, vel potius cultri eſt appellatio. A ſecando dicitur. Feſtus de ea ſic loquitur: *Cultrum ferreum, oblongum, manubrio eburnea, rotundo, ſolido, vincto ad capulum auro argentoque, clavis æneis fixo; quo Flamines & Flaminicæ Virgines, Pontificeſque ad ſacrificia utebantur.* Poſtquam enim victima eſſet mactata, excoriata, & abluta, ſacerdotis erat ſeceſpità rimari & explorare ſedulò viſcera. Ejus delineationem habes apud Roſin. lib. 5. Antiqq. Vide multa de ſeceſpita apud Caſaubonum in Octavianum Svetonii cap. 5., & ad Tiber. cap. 25. Nos ſatis multa de cultri genere minimè bellicoſo.

Secreti custodia. Vide *Arcanorum cuſtodia.*

Secta, æ. Donatus ad Terentii Eunuch. cenſet dici ſectam a ſectando: ſectari autem eſt jugiter ſequi. Lexicographi ſolent exponere factionem, ſtudium, rationem vitæ, diſciplinam vel certam quandam diſciplinæ formulam: ex quo Philoſophorum ſectas dicimus. Obſervatum verò ab iiſdem non vidi, dictam ab Antiquis ſectam de ſocietate etiam vel factione militari. Id tamen non ita infrequenter lego apud Livium, ac potiſſimum in duplici Senatus conſulto: altero quidem lib. 42., ubi bellum indicitur Perſeo Macedonum Regi, per quod juſſum legitur: *Ut cui Macedonia provincia obveniſſet, ut is Regem Perſea, quique ejus ſectam ſecuti eſſent, niſi Populo Romano ſatisfeciſſent, bello perſequeretur;* altero verò, quo bellum indicitur Antiocho Regi lib. 36. *Patres rogationem ad populum ferri juſſerunt, vellent juberentne cum Antiocho Rege,*

Digitized by Google

ge, quique ſectam ejus ſecuti eſſent, bellum iniri. Ex quibus locis, atque adeo ex alio Livii teſtimonio, quod adducimus in Tit. *Supplicatio* 3. conſtat ſectam in bonam etiam partem accipi. Uſus etiam Cicero pro M. Cœlio. Lucan. l. 11. Juvenal. Sat. 14. Plin. Jun. Panegyr.

Secundani. Dicuntur a Livio & aliis milites ſecundæ legionis. A Scriptoribus verò mediæ & infimæ Latinitatis ſecundarii appellantur, qui ſecundum a Duce vel Imperatore obtinent locum. Verùm ea dignitas a Lampridio in Diadumeno melius indicatur nomine, *Secundus Imperii.* Advertendum eſt, ſecundanos, quemadmodum etiam ſextanos, & ſeptimanos, ideſt ſecundæ, ſextæ, & ſeptimæ legionis milites, ſua dediſſe nomina oppidis, in quæ coloni deducti ſunt. Plinius lib. 3. cap. 4. *In mediterraneo colonia Arelate ſextanorum, Bliteræ ſeptimanorum, Arauſio ſecundanorum.* Meminit etiam ſecundanorum Liv. lib. 4. *Dum repetunt enixè ſignum priores ſecundani ſe porta ejecere.* Et paulò poſt: *Secundani terga hoſtium cædunt, cæteri caſtro diripiunt.*

Secunous Impsrii. Lamprid. in Diadumeno: *Gloriatur non tam ſe ad Imperium perveniſſe, qui eſſet ſecundus Imperii, quam quod Antonioni nominis eſſet pater factus.* Secundus Imperii hic eſt proximus Imperii Cæſarei ſucceſſor. Non ineleganter dixeris ſecundum Imperii, Præfectum armorum proximum poteſtate Duci ſupremo. Legatum Antiqui dixere.

Securis, is. A ſecando dicitur. In bello prima, ut refert Plinius, Pentheſilea ſecures invenit; eaque peculiaris Amazonum armatura fuit. Tranſiit poſtea ad Heroes. Virgilius eandem Camillæ Virgini etiam attribuit. Vide Gaſp. Barthium Animadverſion. l. 2. Idem armorum genus dictum eſt bipennis, quòd inſtrumentum ſit acuta utrinqua acie, ut diximus in voce *Bipennis.* Licet autem ad cominus pugnandum accomodata ſecuris eſſet; adhuc tamen inter miſſilia adnumeratam invenio. Sidonius l. 4. *Lanceis uncatis ſecuribuſque miſſilibus dextræ refertæ.* Procopius etiam ferè eadem, ſed & uſum exponit formamque: *Geſtant enſem, clypeum, & ſecurim, cujus ferrum craſſum eſt, & utrinque acutum. Hanc Franci ſecurim in primo ipſo congreſſu jacere in hoſtem conſueverunt eo impetu, ut ſcuta perfringant, & ipſos ſimul interimant.* Iterum Sidonius de ſecuri miſſili in Panegyr. ad Majorianum:

Excuſſiſſe citas vaſtum per inane bipennes,
Et plagæ præſciſſe locum, clypeoſque rotare
Ludus.

Bellorum uſu a Scythis ad Romanos hoc telum tranſiit, & frequens eſt ejuſdem mentio apud Hiſtoricos. Fuit etiam in uſu Rhætis, vel Helvetiis, ut memorat Horat. l. 4. Od. 4.

quibus
Mos unde deductus per omne
Tempus Amazonia ſecuri
Dextras obarmet, quærere diſtuli.

Et habet quidem hoc telum ſive haſta ſpeciem aliquam haſtarum, quibus hodie Helvetici utuntur Prætoriani, *Alabarde*; licet non ita levis inter hæc jacula diſſimilitudo intercedat. Videntur tamen haſtæ illæ prætorianæ a ſecuribus natæ. Poſtremo non in veteri ſolum militia Perſarum, quod apertè teſtantur Curtius & Xenophon, verum etiam in recenti ſecures adhiberi teſtis eſt Petrus de la Valle Viagg. di Perſ. p. 1. *Combattono queſti a cavallo con diverſe armi, cioè lance, freccie, archibugi della ſteſſa ſorte di quei che diſſi di ſopra, mazze ferrate, & oltra delle ſpade torte, e de' pugnali al lor modo, che a tutti ſon communi, non manca di avere ogni un' di loro un'accettuola alla cintura, leggiera, ma forte; il ferro della quale, da un canto, ha il taglio tondeggiante da accetta, e dall' altro, una punta gagliarda, e curva alquanto, da piccone: arme invero molto manegievole, e di gran ſervigio.* Dracones in noſtrate militia iiſdem ſecuribus armari ſolitos notavi in Tit. *Dracones.*

2. Securis percuſſio recenſetur inter ſupplicia militaria. Fiebat autem ea percuſſio extra vallum, ubi foſſam ſive ſcrobem prius effodiebant. Docet id non ſemel Tacitus: ſed præſertim lib. 1. & 15. Subjiciebatur autem cippus ſecuri percutiendis, ut oſtendunt veteres nummi. Moris etiam fuit deligari primùm reos ad palum, ac virgis cædi: tum ſecuris in eorum cervices recidebat. Liv. l. 28. *Audita vox citantis nomina damnatorum in concilio, nudi in medium pertrahebantur, & ſimul omnis apparatus ſupplicii expromebatur, deligati ad palum, virgiſque cæſi, & ſecuri percuſſi.* Et antiquitùs quidem in hunc modum ſecuri capita amputabantur. Nam gladio colla præcidi poſterius fuit inventum, precipue apud Romanos; & in ipſo Reipublicæ ac libertatis flexu id facilè contigit. Sveton. in Calig. cap. 32. *Miles decollandi artifex quibuſcunque e cuſtodia capita amputabat.* Et primùm quidem colla diſſecabantur, non uno ictu rotatu præcidebantur enſe, quod fuit poſtea repertum. Lucan. l. 8. in ſupplicio Pompeii Magni:

Tunc nervos venaſque ſecat nodoſaque frangit
Oſſa diu: nondum artis erat caput enſe rotare.

Et honeſtior quidem videtur fuiſſe gladii pœna, ut colligitur ex Spartiano in Caracal. *Deinde in conſpectu ejus Papinianus ſecuri percuſſus eſt, & a militibus occiſus: quo facto percuſſori dixit: Gladio te exequi oportuit meum juſſum.* Idem colligitur ex Ulpiano Digeſt. 48. 8. 1. *Vita adimitur, ut puta ſi damnatur aliquis, ut gladio in eum animadvertatur. Sed animadverti gladio oportet, non ſecuri, vel telo, vel fuſte, vel laqueo, vel quo alio modo.* Sontes capite plectendi producebantur in medium, ubi Imperator reſidens pro tribunali eorum nomina recitari jubebat. Ii ſubinde religati ad palum, cæſique virgis a lictore, poſtremò ſecuri ſubdebant capita. Formula autem, qua ſupremum ſupplicium indicebatur ab Imperatore, ea erat, ut juberet lictorem lege agere, quo mite vocabulum dilueret mitigaretque ſeveritatem imperii. Liv. l. 26. *Cum in tribunali conſediſſet, productique Campani deligarentur ad palum, præconi imperavit, ut lictorem lege agere juberet: ita de iis quoque ſumptum ſupplicium.* Seneca Controverſ. *Illi quoque quibus animadvertere in damnatos neceſſe eſt, non dicunt; Morere; ſed Age lege; crudelitatem imperii verbo mitiore ſubducunt.* Quod autem ſuperiùs indicavi de animadverſione capitali, aliiſque gravioribus pœnis extra vallum ſumptis, factum id more militari ad eum modum, quo paria in Urbe ſupplicia ſumebantur extra muros. Locus autem ad id peculiariter aſſignatus erat a tergo caſtrorum

rum

rum ad Decumanam portam. Veget. lib. 1. cap. 23. *Decumana porta, quæ appellatur, poſt Prætorium eſt, per quam delinquentes milites educuntur ad pœnam*. Hirt. de Bell. Afric. *Extra vallum deducti ſunt, & cruciabiliter interfecti*. Senec. lib. 1. de Ira cap. 16. *Damnatus, extra vallum deductus eſt.* Regibus olim Romanis mos fuit, ut eos lictores præcederent cum faſciculis virgarum, intra quos obligata ſecuris erat, in ſummo virgarum faſce extante ferro. Fuerunt poſtea apud Romanos ſecures inſignia Conſulatus, & a lictoribus præferebantur. Virgil. l. 6.

Conſulis imperium hic primus ſævaſque ſecures
Accipiet.

Horat. l. 3. Od. 2.

Nec ſumit aut ponit ſecures
Arbitrio popularis auræ.

Nec vero ſolum in acie, verum etiam in Urbe a Dictatore retinebantur: Dionyſ. Halicarn. lib. 5. *Lictoribus ut cum virgarum faſcibus etiam ſecures in Urbe ferrent, imperavit*. Quo vero ordine preferrentur oſtendit idem Author ibidem: *Judicaverunt tollendum timorem civibus, & poteſtatis invidiam eſſe minuendam, ſtatuentes ut alteri Conſulum duodecim ſecures præcederent, alteri duodecim ſervi virgas ſolum præferrent, aut, ut quidam volunt, etiam clavas, atque ut ſingulis menſibus viciſſim, & in orbem alter ab altero faſces acciperet.* Inſtitutum verò poſtea a Valerio Publicola, ut ſecures depoſitæ in Urbe foras agentem Conſulem ſolummodo ſequerentur. Idem Dionyſ. *Secures a faſcibus detraxit, eumque morem ceteris poſt ipſum Conſulibus inſtituit, qui ad meam ætatem uſque ſervatus eſt, ut extra Urbem ſecures acciperent, in Urbe ſolis faſcibus ad ornatum uterentur.* Securis Italis *Scure*. Aloyſius Pulci Morg. c. 10.

L'un col battaglio, e l'altro con la ſcure
S'appiccon peſche, che non ſon mature.

Et *Scura*, ut prolatis exemplis advertit doctiſſimus Taſſonua *Annot. ſopr. la Cruſca* Paſſav. Cart. 58. *Gloriaſi egli la ſcura contra colui, che lavora con eſſa?*

Securis hastata. Vide *Alobarda*.

Securicula, æ. Exigua ſecuris. Plin. lib. 18. cap. 19. *Securiculam inſitivam pendere, qua intercidantur radices*.

Securifer, a, um. Qui fert ſecurim. Ovid. 12. Metam.

Quinque neci Cæneus dederat, Stiphelumque
Bromumque,
Antimachumque, Helimumque, ſecuriferumque Pyracmon.

Sedendo vincit. Adagium de iis, quibus citra laborem commoda proveniunt: vel de iis, qui conſulendo de rebus arduis non imparem gloriam conſequuntur, quàm illarum effectores. Ortum eſt a Fabio Cunctatore, qui Annibalem juvenili ferocia ſeſe efferentem ſua domuit tolerantia. Alia etiam hujus proverbii origo traditur a Romanis Senatoribus, qui in Senatu conſulendo ſedendoque normam & præſcripta Ducibus tradunt rei bellicæ adminiſtrandæ. Refertur adagium a Varrone lib. 1. de Re ruſtica, & Livio lib. de Bell. Macedon.

Sedes, is. pro obſidione. Etiamnum apud Gallos *ſiege*. Epiſt. Stephani Comitis Bleſenſis: *Et jam ibi cum omni electo Domini Jeſu Chriſti exercitu, ſedem - viginti tres continuas ſeptimanas tenueramus*. Locus autem Vegetii lib. 3. cap. 5., qui adducitur a Cangio ſuſpectus eſt, neque enim ibi ſedem obſidionem eſſe neceſſe eſt. Sunt autem verba Vegetii: *Quæ omnia in ſedibus, in itineribus, in omni exercitatione caſtrenſi, univerſi milites & ſequi & intelligere conſueſcant*. Ubi ſedes opponit itineribus, atque adeo manſiones caſtrenſes potius intelligit. Vide ſequentem Titulum.

Sedes, ium. Uſurpantur in re militari pro ſtativis, ſive pro loco munito, in quo militea diutius ſubſiſtunt. Veget. *Eruditi in ſedibus milites*. Et Ammian. *Militares numeri deſtinatas remearunt ſedes*.

Sedes belli, vel bello. Locus ipſe, ubi bellum geritur. Flor. l. 4. c. 2. *Sedem bello Pompejus Epiron elegerat*.

Sedes armorum. Fixa eſt & ſtabilis exercitus vel copiarum ſtatio; ad quam præmunitum aliquod oppidum vel caſtrum eligi ſolet, ubi milites non ſolùm ſuas habeant ſtationes, ſed paratis etiam commeatibus ad moram diuturniorem perfruantur. Italica notione fixas eas militum ſtationes dicimus *Quartieri*. Ipſam verò belli ſive armorum ſedem vocamus *Piazza d'Arme*. Sed aliud eſt hæc armorum ſedes, aliud forum, ſive platea armorum, de qua eſt alibi dictum, licet uterque locus *Piazza d'arme* apud Italos audiat. In armorum ſede tractandi belli conſilia omnia capiuntur, mandata accipiunt milites, & alia expediunt, quæ ad belli continuationem & felicem exitum faciunt. Amplus proinde, latèque explicatus debet locus eſſe, qui tantam bellatorum ſervorumque militarium multitudinem, ſimulque impedimenta omnia, ſarcinas, & commeatus recipiat. Ideircò vel oppido præcapaci opus eſt, vel ſi in aperta campi planitie figenda eſt ſedes armorum, communiendus impensè erit extenſus omnis ambitus, & aggeribus diſpoſitis ad militarem normam firmandus, ut copiæ ab hoſtili aggreſſione tutæ immuneſque poſſint conſiſtere.

Sedita, æ. Milites cuſtodea urbium, ſeu præſidium militare. Sic appellatum a ſedendo, quoniam ſiſtendo in oppidis, neque huc illuc, ut cæteri militum, commeando, urbes, & arces cuſtodiunt. *Guarnigione.* Iſidorus Pacenſis in Chronico: *Gentemque Francorum frequentibus bellis ſtimulat, & Seditas Sarracenorum in prædictum Narbonenſe oppidum ad præſidia tuenda decenter collocat*.

Seditio, onis. Fit ab *eo* & *ſeorſum*, quaſi ſeorſum itum: ſeditioſi quippe ſunt, qui ſe ab aliis ſejungunt, adversùs Duces vel Magiſtratus arma capientes & imperium detrectantes. Qui ſeditioſos domi vel in exercitu tumultus omni externo bello graviores eſſe dixit, ia demum mihi viſus eſt, quantum malorum ſeditio complectatur verè cumulateque animo præcepiſſe. Quemadmodum enim a corporibus facilè depelluntur morbi, quorum a frigore, calore, vel ferro, externæ ſunt cauſæ; qui verò in ipſis graſſantur viſceribus, & præſtantius periculum intentant, & longè ſolertiorem medelam efflagitant: ſic optimis legibus inſtitutæ, & civium concordia ſtabilitæ civitates vim externam aut minimum reformidant, aut propulſant accurſu facili paratoque; inteſtinas verò diſſenſiones nonniſi obnixè magnoque conatu comprimunt & excindunt.

duot. Ad hæc io hoſtili aggreſſiooe, victus in cæde laudem, victor decus manu partum cum voluptate conſequitur; utque Horatius cecinit Serm. 1.

concurritur: horæ
Momento eita mors venit; aut victoria læta.

At in motu diſſidioque civico utrolibet victoria inclioet, concerpto patriæ ſion, decus omne atque traoquillitas publici ſtatus penitus labefactatur atque convellitur. Præterea bellum, res ſuapte natura minacior quàm damooſior, certis adſtrictum legibus, injurias ultum ire, res repetere, ſatis habet, nòn moderationis, ſed oeque clementiæ immemor. Poſtremò bonis direptis, ædificiis ſolo æquatis, mœnibus dirutis, ſuperſunt pietas, fides, religio, adversùs quas nulla extitit tam immanis natio, quæ ſibi bellum capeſſendum putaret. Exadverſum in æſtu & perturbatione tumultuum caſtrenſium vel urbanorum prior humaoitas, virtuteſque animi cladem ſentiunt. Nimirum pro verecundia ſuror impotens, pro charitate natalis ſoli præceps ſævitia dominatur: ſacra perinde atque profana, neceſſarii hoſteſque juxta deſpiciuntur: noo majorum dignitas, non templorum Cælitumque reverentia quidquam penſi ſanctique habetur. Tantum oportet intereſſe diſcriminis ioter arma, quæ livor, odium, nequitia, quæque gloriæ cupiditas, vel juſtæ vindictæ ſtudium, quæ bellorum ſolent eſſe cauſæ, exſuſcitat provocatque. Reputandum porrò, eam eſſe belli conditionem, ut quibus authoribus ſumuntur arma, iiſdem ſponſoribus concordia reducatur: E contrario improbiſſimus quiſque atque viliſſimus concire turbas, & diſturbare quietem publicam poteſt, ſed non perinde res componere in ejuſdem eſt poteſtate. Quidquod bellorum exitus optatiſſimus eſſe ſolet concordiæ paciſque reditus: ſeditionum verò faces quò ſpectant? quò deſinunt? Conſule memorias Antiquitatis: duo illa monſtra, geminas illas peſtes prognatas inde conſtabit, aut civile bellum, aut flagitioſorum hominum principatum. Sic enim habeas: magnorum Regum diſſidia facilè conquieſcere; quoniam indignationem reſidere neceſſe eſt: privatorum inimicitias ferè immortales eſſe; oam conceptum ſemel odium, ut latere interdum poſſit, penitus extingui vix poteſt. Exemplum provinciæ per ſeditioſos homines, & mutuis diſcordiis miſerrime divexatæ fuit olim Pannonia, cum armentis, quorum ea regio eſt longe feraciſſima, ferro & igni abſumptis, homines publici ſtatus perturbatores carros trahere coacti ſunt. Bonfin. rer. Ungar. dec. 2. l. 8. *Cum enim propter inteſtina bella ſe quotidie mutuo popularentur, eo perventum, ut abſumptis gregibus & armentis, conjugati pro jumentis homines carros traherent.* Quodſi vetuſta monumenta otioſiùs excutere, & immenſas malorum Iliades, quibus a ſeditionum rabie exortis cruentiſſimi omnium gentium annales inhorreſcunt, compoſito ſtudio velim pertexere, tempus prius ſcribentem, quàm copia deſereret. Libet tamen experimenti capiundi gratia paulum ſubſiſtere in Urbe gentium principe, cui terrarum imperium molienti plus fuit negotii a facinoroſis civibus, quàm a potentiſſimis hoſtibus faceſſitum. Finitimorum concertationibus defatigata civitas, ubi primum benignior illam libertatis aura poſt Reges afflavit, vix ulla domi duxit quieta tempora a factionum rerumque novarum ſtudioſis ingeniis. Majeſtas Imperatoria deſpectui habita in Poſthumio lapidibus laceſſito in tumultu caſtrenſi. Fracti Conſulis faſces, Valerone Duce conſpiratorum. Obſeſſa civitas a Coriolano, non niſi ſequeſtro matris luctu ab ingratis mœnibus diſceſſuro. Tum plebis armatæ ſeceſſus io montem ſacrum, inceſtus Appii furor, Canuleii Tribuni commotiones in Janiculo, Fabii Ambuſti, Spurii Caſſii, Mælii, Manlii Capitolini avaritia, rabies, impotentia. Sed quoniam nondum valeſcente luxu, a largitionibus frumentariis, ab uſu nuptiarum, a Tribunitia poteſtate leviores aderant tumultuum cauſæ, neo eò erat progreſſum, ut malis remedia vincerentur, paucorum conatibus non ægrè obviam itum eſt. Verùm ubi publicæ privatæque opes auctæ, non defuere qui eximias præfecturas, magnaſque affinitates & clientelas nacti, ſe audacius inferrent, & in tranſverſum abrepti contemptu legum, oppreſſione civium optimorum, patriæ cladibus inſoleſcerent. Magno tamen niſu graſſanti perfidiæ viros egregios ſummaque virtute atque ſapientia conſpiciendos objecere non adhuc ad extremam nequitiam devexa tempora. Horum conſiliis, dexteritate, eloquentia, Catilinæ, Cethegi, Clodii, aliorumque importuniſſimorum hominum repreſſi impetus, proviſumque ne in poſterum timerentur. Ad ultimum, cum, armorum felicitate, ſummam dicerem, niſi poſtremis infortuniis ſeræque pœnitentiæ proxima fuiſſet, ingentes factæ eſſent Regnorum acceſſiones, ita ut magnitudinem ſuam Roma non caperet, omnium gentium vitia in Urbis unius ſinum, tanquam in terrarum Orbis ſentinam confluxere. Itaque in immenſum gliſcens ambitio, amotis repagulis, excuſſo pudore, furere, ſævire, divina humanaque omnia permiſcere: nec jam ſeditionum vel tumultuum; ſed funeſtiſſimo civilis belli nomine, terrorem ubique, vaſtitatem, ſtragemque circumferre. Hinc Marianæ cædes, Sillanæ proſcriptiones, Pompeii Magni, Julii Cæſaris, magnorum Triumviratuum horrendi eventus. Omnia brevi verborum circuitu cum Lucano complectar: Sic autem ille l. 1.

Inde iræ faciles, &, quod ſuaſiſſet egeſtas,
Vile nefas, magnumque decus, ferroque petendū
Plus patria potuiſſe ſua: menſuraque juris
Vis erat.

2. Naſcuntur autem ſeditiones in caſtris & arcibus multis de cauſis. Interdum milites ob flagitia metuentes Ducem, tumultus excitant, ut faciliùs pœnam poſſint evadere. Perſæpe inopia commeatûs & protelata ſtipendia ſeditionem pepererunt. Aſperitas etiam inſolīti laboris militum animos exaſperat. Nihil verò frequentius promptiuſque ſeditioſos motus in caſtris & exercitu progignit, quàm incuria & laxior diſciplina. Ad ſedandas ſeditiones militares præclarum inprimis conſilium ſuggerit Tacitus: *Ut nova cupientibus auferatur dux & author: vel ſi plures ſint, ſeparentur: omnique ſtudio id curetur, ut in commune non conſulant.* Id verò a copiarum Ductoribus perficitur, vel per ſpeciem honoris aliò dimiſſis & ablegatis tumultuum fautoribus; vel e medio ſublatis, injecto reliquis metu a ſuppliciis nocentiorum. Dividunt alii ſeditio-

ditioſos in plura loca, ut diminutis viribus animi relangueant, & redeant ad obſequium. Nihil tamen conſtantiùs militem in officio retinet, quàm opinio de virtute Imperatoris, & in eundem amor & ſtudium. Paſſim quippe apud Hiſtoricos occurrunt exempla militarium copiarum, quæ licet extremis laboribus attritæ, & diuturna fame conſumptæ, adverſa omnia facile ſuperarunt, impreſſa ſemel alteque defixa in animis Ducum ſuorum peritia, moderatione, virtute. Affero ſolum ſingulare documentum ex Annalibus Hiſpanicis. Alfonſus Caſtellæ Rex ejus nominis VI. cum non ita multò poſt expugnatum Toletum fato ceſſiſſet; itum confeſtim eſt ſeditioſè ad arma a ſubditis Mauris. Cum verò nullis artibus deliniri poſſent effrenati animi, & contumax rabies magis magiſque in dies gliſceret, ſumptum eſt conſilium ſupra omnem fidem atrox novumque. Ereptum è ſepulchro Regis cadaver ſummi Proceres Regiis veſtibus induunt, ſceptro & diademate exornant, ſellæque geſtatoriæ impoſitum per urbem circumferunt. Perculit vecordes turbas vel extincti Regis aſpectus: deponunt arma, redeunt ad obſequium, & qui nullas minas, & ſupplicia metuerant, a regio viſo cadavere modeſtiæ leges accipiunt. Rem ita geſtam narrat Gulielmus Dondinus in Orat. *Eloquentia variarum gentium*. Audi poſtremo Virgilium Æneid. lib. 1.

Ac veluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt
Seditio, ſævitque animis ignobile vulgus,
Jamque faces, & ſaxa volant, furor arma miniſtrat:
Tum pietate gravem, ac meritis ſi forte virum quem
Conſpexere ſilent, arrectiſque auribus aſtant;
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.

3. Optimè Magiſter Militiæ Vegetius nihil præſentius eſſe docet convellendis ſeditionum atque turbarum ſeminibus, quàm militem in caſtris habere laboribus ac multiplici militari exercitationi ſemper intentum: duo enim inde cum maxima Reipublicæ utilitate fructus percipiuntur: otium repellere, præcipuam & inexhauſtam tumultuum ſcatebram: & militem probè comparare & inſtruere ad fortiter dimicandum, & ſuperandum feliciter hoſtem. Neque enim a turbellis & factionibus laudem quærit, qui ſibi conſcius eſt, in propria virtute eam ſibi eſſe paratam. Quamobrem optimè ſcripſit idem Vegetius l. 3. cap. 4. *Nemo cogitat de tumultu, qui fiduciam de arte, vel viribus gerit*. Idem opportuniſſimum putat eſſe conſilium artemque ad declinandas ſeditiones, harum authores, ut ſuperiùs indicavi, ab ordinibus disjungere per honeſtas etiam cauſas. Quemadmodum enim incendia non ſtatim in univerſam latiſſimamque perniciem graſſantur, ſed ab exiguis plerunque profecta initiis ſubinde incrementa capiunt: utque maximi tumidiſſimique amnes exiles ut plurimùm aquas ex fontibus, majorum verò per longum decurſum acceſſiones accipiunt; nihilo profectò ſeciùs ſeditiones turbæque bellicæ, ex minimis, ut ferè fit, initiis ortæ, grandeſcunt parumper in extremam poſtmodum & immedicabilem peſtem diſciplinæ caſtrenſis. Vidit id, obſervatumque diligenter reliquit idem Vegetius ibidem per hæc verba: *Nunquam enim ad contumaciam pari conſenſu multitudo prorumpit, ſed incitatur a paucis, qui vitiorum, ſcelerumque impunitatem ſperant, peccare cum plurimis*. Nota verſionem armorum, quam doloris & triſtitiæ indicium eſſe alibi obſervavi, etiam defectionis fuiſſe ſignum: Ammianus l. 26. *Eumque ſequuti complures, jam gladios quatientes & pila, ad Imperatorem tranſeunt, cum vexillis ſcuta perverſa geſtantes, quod defectionis ſignum eſt apertiſſimum*. Diſce porro hinc motus ſeditioſos armorum quaſſatione etiam indicatos. Vide *Bellum externum*; & perlege omnino orationes binas Ariſtidis, alteram de concordia ad urbes Aſiaticas, alteram ejuſdem argumenti ad Rhodios.

Segestre, is. Segeſtria appellari conſueviſſe apud Romanos veteres caſtrenſes militum lectos, quoniam ſegete, nimirum herbis aridis & ſtramento rudi ſternebantur, docet Varro l. 4. de L. L. *Lecticam qui involvebant, quod ferè ſtramenta erant e ſegete, ſegeſtria appellant, ut etiam nunc in caſtris*. Origo vocis, vel a ſegete eſt, vel a Græco fonte trahitur, ut magis arridet Voſſio. Meminit ſegeſtrium Lucilius:

Penula ſi quæris, canteriu', ſervu', ſegeſtre.
Utilior mihi, quam ſapiens.

Præcipuum tamen uſum videntur habuiſſe ſegeſtria in lecticis, quas ejuſmodi involucris contegebant, ſic eaſdem a pluvia, pulvere, aliiſque aeris injuriis defendentes. Idem Varro lib. 5. de Vita populi Rom. *Quòd frontem lecticæ ſtruebant, ex ea herba torta torum appellatum: hoc quod iniicitur, etiamnum toral dicitur: lecticam quæ involvebant, ſegeſtria appellabant*. Meminit etiam ſegeſtrium Plinius lib. 13. cap. 12.

Sejuges. Sex equi jugo nexi, vel quomodolibet alligati eidem currui. Apul. in Flor. *Cui omnes provinciæ quadrijuges, & ſejuges currus ubique gentium ponere gratulantur*. Dicuntur autem ſejuges eadem forma, qua bijuges, vel quadrijuges a jugo, & equorum numero. Caligulam Cæſarem preter morem vectum in curru triumphali, cui ſejuges eſſent annexi, legimus apud Dionem lib. 59. Utrum verò dimicatum etiam aliquando fuerit ſejugibus, quemadmodum quadrijugis & bijugis conſtat fuiſſe pugnatum, non adhuc apud Scriptores veteres legere contigit mihi. Res equidem fuiſſet impeditiſſima; præſertim ſi æquata fronte jugales fuiſſent diſpoſiti, quemadmodum in uſu fuiſſe apud decertantes e curribus animadverſum a nobis eſt alibi. Jungimus hodie ſejuges extra bellum, ita tamen ut binos jugatos, temone interpoſito, bini alteri, atque iterum alteri funales antecedant. Auriga porrò, ſive agitator geminus adeſt ei currui, quorum alter jugo proximus aſſidet, alter ſiniſtrum primi ordinis equum inſidet. Addo ex Iſidoro, ſejuges Jovi ſacros fuiſſe, ejuſque currui aſſignatos a Poetis, quemadmodum lunæ bigas, quadrigas ſoli, trigas verò Diis inferis, quoniam tergeminæ ætatis homines ad eos devenirent, infantes, juvenes, ſenes. Sejuges autem idem Iſidorus Jovi attributos ſcribit, propterea quod maximo Deorum, maximus etiam currus erat adſcribendus. Irriſit verò id Nero Imperator, qui, ut ſcribit Svetonius in ejus vita cap. 24. Olympiis decemjugem aurigavit, currum videlicet denis geſtatum equis.

Seliphtari. Genus Turcici equitatus. Jovius Hiſt. l. 14. *Oglanis pari prope authoritate ſuccedunt*

Vlaphagi, Seliphtari, Caripigi, & Mutpharachæ, qui dextra lævaque diſtinctis agminibus equitantis Imperatoris latera præcingunt.

Sella castrensis. Legitur apud Sveton. in Galba c. 18. *Obſervatum eſt, adoptionis die, neque milites allocuturo caſtrenſem ſellam de more poſitam pro tribunali, oblitis miniſtris, & in Senatu curulem perverſè collocatam.* Eadem prorſus eſt atque Imperatoria; qua ſcilicet milites alloquebatur Dux exercitus. Caſtrenſem a curuli videtur diſtinguere Svetonius. Verum Chimentellus opinatur Hiſtoricum ibi non tam ſellas ipſas, quàm loca ſellarum ſecernere. Ipſum conſule Marm. Piſan. c. 13.

Sella curulis. Liv. l. 1. *Me haud pœnitet eorum ſententiæ eſſe, quibus Apparitores, & hoc genus ab Etruſcis finitimis: unde ſella curulis, unde toga prætexta ſumpta eſt.* Habes eum reliquis magiſtratus & imperii inſignibus curulem ſellam ab Etruſcis Tarquinium Priſcum, nam de eo Rege ibi ſermo apud Hiſtoricum, accepiſſe. Silius lib. 8. deductam exiſtimat a Vetulonio, vetuſtiſſimo Etruriæ oppido, cui hodie Viterbio nomen:

Hæc altas eboris decoravit honore curules.

Lipſius tamen aliique a Curibus, vetuſtiore Etruriæ oppido eam vocem acceerſunt, atque inde ſcilicet curulem dictam. Scio, Feſtum, Iſidorum, ipſumque Gellium, & Servium ad illud Virgilii lib. 11.

Et ſellam regni trabeamque inſignia noſtri,

Sellam curulem a curru vocitatam perhibere; ſed nec tota Grammaticorum natio id mihi ſatis perſuaſerit. Forma ſellæ minimum ab ea diſcrepat, qua noſtrates Epiſcopi ſeſſitant ſolenni ritu ſacris operaturi, & vulgò dicitur *Faldiſtorium.* Viſitur in nummis Veterum quatuor interdum conſtans lignis recurvis ac decuſſatis, interdum pluribus ex ordine compactis. Eadem plicatilis cancellatas ſudes modò contrahit, modò explicat expanditque. Ad hæc humilis, & carens anaclinterio, ſive reclinatorio, vel humerali pluteo, *ſpalliera*, ut Epiſcopales commemoratæ ſedes. Quominus verò cum iiſdem adamuſſim congruat, efficit aliquanto ornatior pars ſellæ anterior. Nam in Epiſcopali antica pars a poſtica nequaquam diſcrepat; ut nihil interſit, utrà illa parte ſtatuatur. Indicare id videtur Svetonius in Galba, ubi tradit, curulem eidem perverſè locatam in Senatu pro omine Imperii vitæque amittendæ acceptam fuiſſe. Adſunt poſtremò ancones, ulnæ ſcilicet & brachiola (*bracciuoli*) ex protenſis tigillis ſupra quatuor vel plura arrectaria, quibus ſedentium ambiunt latera, cubitos verò manuſque ſuffulciunt. Jam verò, ut ad rem noſtram accedam, eorum qui triumphum egiſſent, decus inprimis fuit ſella curulis. Clarè id Servius ad prænotatum verſiculum Virgilii: *Sciendum ſellam curulem a curru dictam, quoniam hi tantum ea utebantur, qui triumphali curru vecti fuiſſent.* Ubi mirum eſt, in tam arctos limites eam reiici a Servio, quam conſtat omnium fere majorum Magiſtratuum fuiſſe ornamentum domi militiæque adhibitum. Magiſtratus ipſi ex eadem paſſim curules dicti. Vide quæ in eam rem habet Valerius Chimentellus Marmor. Piſan. c. 12. & ſeq. Refellit etiam Servium Cerda ad eundem Virgilii locum, ubi Conſulum, Ædilium, & Prætorum peculiarem eam ſellam fuiſſe prodit. Sed nos ad caſtra. Fœderatis Regibus ſellam mitti Romani moris fuit. Liv. l. 7. de Syphace: *Legati dona tulere, togamque & tunicam purpuream, ſellam eburneam, pateram auream.* Ubi nota ſellæ materiam fuiſſe antiquitùs ex ebore. Hinc ebur curule apud Horatium. Gliſcente luxu aurea, vel auro bracteata legitur, Claudian. in 4. Conſul. Honor.

Portatur juvenum cervicibus aurea ſedes.

Additi etiam pulvilli cum ſtragulis & inſtitis acu pictis. Cæterum antiquorum ebur ſimplex, poſteriorum verò ſculptum cælatumque cum ſigillis & toreumatis nummi veteres referunt. Dicta eadem ſella caſtrenſis, quoniam ex ea Imperatores ſuos alloquerentur milites. De ea Tacit. Hiſt. l. 2. *Valentem & Cæcinnam pro concione laudatos curuli ſuæ circumpoſuit.* Et clariùs Sveton. in Galba: *Caſtrenſem ſellam de more poſitam pro tribunali.* Imperatoria eadem ac regia paſſim vocitata: neque aliud plane Antiquorum thronus aut ſolium fuit, ut operioſiùs proſequitur Chimentellus loco indicato.

Sella Equestris. Ea eſt qua equites ſedent. Italis *ſella*. Ante tempora Valentiniani Imperatoris ſellæ equeſtris, & pedanei ſubicis, ſive ſtapedum, nulla fit mentio. Diſtinguitur hæc ſella a ſagmate, quod hoc vectandis oneribus equis imponitur, ſella verò homo vehitur. Diſcrimen etiam ſtatuendum eſt inter ſellam & ephippium. Nam ephippio non ſolùm ſella, ſed etiam ſtragula equorum indicantur, quæ quadrangula fuiſſe docemur a ſtatua Antonini in Capitolio: cujuſmodi etiam ſtragulis inſidere ſolent famuli, equos aquatum ducturi. Obtinuit tamen uſus, ut equites non ſellas duntaxat, ſed ephippia etiam ſive ſtragula utrinque pendentia ad majorem ornatum adhibeant. Invexit etiam luxus & ambitio, ut ſericis, purpureis, auro etiam argentoque textis, & opere Phrygio exornatis, gemmarum denique inſertarum luſu laſcivientibus ſellis & ſtragulis equi ad oſtentationem ornarentur. Ex quo factum ut Leo imperator interdiceret, nequis in equeſtribus ſellis margaritas insereret. Cæterum ſellam equeſtrem, rem fuiſſe novitii inventi, nihil magis oſtendit, quam ſeſſorum & bellatorum veterum uſus, qui ſine ullo ſcanſili inſtrumento in equos a terra inſiliebant. Id autem difficile factu fuiſſet, ſi habuiſſent in uſu ſellas noſtratibus ſimiles, quæ ſcilicet altiores ſunt, utpote ferro & ligno compaginatæ. Veteres autem facile ſaltu evadebant in equos, quia hos ſtrato, vel ſtragulo e panno, corio, vel pelle ſolum tegebant. Cum autem ſit compertiſſimum vocem *ſella* pro ſede optimę eſſe Latinitatis, non eſt tamen demirandum ſi apud optimæ notæ Scriptores nuſquam occurrat ſella, pro equeſtri ſtragulo, vel ephippio; quoniam ſella equeſtris, ut ſupra indicavimus, inferiorum eſt temporum. Legitur autem creberrimè apud Scriptores poſterę ætatis. Veg. lib. 4. Art. Veterin. cap. 6. de equis: *Africa Hiſpani ſanguinis velociſſimos præſtare conſuevit ad uſum ſellæ.* Leo Imp. in L. Un. Cod. nulli licere: *Nulli prorſus liceat in frænis & equeſtribus ſellis, vel in baltheis ſuis margaritas inſerere.* Vide *Ephippium*, & *Subex Pedaneus*.

Sellaris, is. Equus ſella inſtratus. Ordo Romanus: *Intrat in ſecretarium, ſuſtentatus a Diaconi-*

coni-

conibus, qui eum ſuſceperunt de ſellari deſcendentem.

SELLIFER EQUUS. Sella inſtructus. Vetus Epigramma apud Salmaſium;

Currere ſelliferum per juga cogis equum,

SELLISTERNIUM, ii. Gloſſ. Cyrill. Sic appellaverim illud equorum tectorium, quod ſella ſimul & ſtragulis conſtat.

SEMICINCTIUM, ii. Idem eſt ac ventrale, genus nimirum veſtis, a lumbis ad poplites demiſſæ, quę anteriorem ſolum contegit partem, & adnexa utrinque zonula ad medium corpus alligatur. Indumentum eſt proprium opificum, quo ſuppoſitas veſtes a ſordibus protegunt. Aſſervamus nos in Muſæo Kircheriano in hoc Romano Collegio barbarum plane & crudele ſemicinctium Braſilienſis cujuſdam militis Anthropophagi, cujus deſcriptionem libet ſubiicere ex Georgio de Sepibus, deſcript. Muſæi Kircher. pag. 35. *Non eſt hic torques ſeu cinctura, ut illa Manlii Gallo extorta, aut aureo vellere exculta, aut gemmarum pretio ſpectabilis; ſed Braſiliæ torquatorum, qui & ipſam pellem hoſtibus extorquentes ſpoliorum loco, ebur humanorum dentium, e torque, qui in modum faſcię palmaris ex certo lini aut cannabis contexto ſubligaculo dependet; per palmaria fila & velut juniperi granis humaniſque dentibus diſtincta pendulum habent. Hac enim multitudine dentium triumphantes ſua facinora oſtentant; totque dentes hæc perizomata continent, quot homines devorarunt, in teſtimonium generoſi animi; eaque velut pubis tegumentum portant.* De ſemicinctio Petronius: *Suſpendio vitam finire conſtitui; & jam ſemicinctio ſtanti ad parietem ſpondę me vinxeram, cerviceſque nodo condebam.*

SEMIARMUS, a, um. Negligenter armatus. Tacit. 3. Annal. *In fronte ſtatuerat ferratos, in cornibus cohortes, a tergo ſemiermos.* Sic enim legendum puto, non ſemermos.

SEMIERMIS, e. Negligenter armatus. Liv. 8. Bell. Punic. *Binis in caſtris quum multitudo ſemiermis, ſine Ducibus eſſet, nuntium qui in majoribus erant, mittunt.*

SEMILIXA, æ. Quaſi vix lixa, ideſt militaris ſervulus. Liv. 8. Bell. Pun. *Sed illi primum non Annium Umbrum ſemilixam, nominis etiam abominandi Ducem, ſed Decium Jubellium Tribunum militum ſecuti ſunt.*

SEMILORICA. Vide *Pectorale.*

SEMILUNA. Vide *Caſſis* pro munitione.

SEMIPHALARICA, ę. Inter jacula recenſetur a Gellio. Vide *Phalarica.*

SEMISPATHA, æ. Gladius minor. Veget. 2. 15. *Habebant caſſides, cataphractas, ocreas, ſcuta, gladios majores, quos ſpathas vocant, & alios minores, quos ſemiſpathas nominant.*

SEMISPATHIUM, ii. Iſidor. Gladius a media longitudine ſpathæ ſic appellatus.

SEMPER ILIO MALA. Proverbium militaris originis, de impendio calamitoſis & miſeris. Recenſetur ab Euſtathio, & uſurpatur etiam ab Athenæo, apud quem Stratonicus rogatus, cur detrectaret apud Trojanos vivere, reſpondit: ſemper Ilio mala. Notum eſt autem Ilienſium calamitates, & Trojanum demum excidium tragicis Scriptoribus multa argumenta ſuppeditaſſe.

SENATUS BELLICUS. Vide *Concilium.*

SENATUSCONSULTUM TACITUM. Vide *Arcanorum cuſtodia.*

SENESCALLI, SENESCALCHI. Ab initio eorum fuit officium, qui circa domus & familiæ curam in aulis Principum verſabantur. Iidem reddituum adminiſtratores. Occurrunt frequentiſſimè apud Scriptores præſertim Gallicos: nam in eo regno maximum in modum eos viguiſſe conſtat. Imò verò remotiore origine dicti ſunt ſervi cuſtodes armentorum a voce Germanica *Scalc*, quæ ſervum, & *ſon*, quæ gregem ſignificat, ut docet Lipſius Epiſt. 44. Centur. III. Hinc etiam Mariſcalchus, equorum curator. Tranſiit poſtea id munus ad regiæ menſæ præfecturam; quique eo ſungebantur dapiferi dicti ſunt. Vide multa de iis apud Cangium in Gloſſ. Exercitibus etiam ductandis leguntur præfecti. Vita Caroli Magni; *Miſit exercitum in Britanniam, una cum miſſo ſuo Autulpho ſeneſcalco.* Ubi Cangius multis exemplis addocet non eſſe demirandum, regiæ menſæ præfectis commiſſam fuiſſe curam exercitus. Principum etiam vexilla efferebant in prœliis. Tudebotus Hiſt. Hieroſ. l. II. *Epiſcopus autem Podienſis S. Mariæ, in illa amara die perdidit ſuum ſeneſcalcum, conducentem & regentem ſuum vexillum.* Hujuſmodi conviviorum ſtructores, vel carptores, regięque menſæ miniſtros, & dapiferos Itali dicunt *ſcalco* ab eadem Germanorum voce *ſcalc*, vel *ſcall*. Appellati etiam *Siniſcalchi*, & *Seſcalchi*. Ser Brunetto, Teſor. *E' gli è detto celatamente per lo ſeſcalco del Rè d'Inghilterra.*

SENIORES MILITES. Qui fuerint. Vide in dictione *Ætas militaris.*

SENIORES TRIBUNI. Vide *Tribunus militum.*

SEPTUMANI. Milites legionis VII. Plinius lib. 3. cap. 4. *In mediterraneo colonia Arelate ſextanorum, Biterę ſeptumanorum, Arauſio ſecundanorum.* De iiſdem etiam Mela lib. 2. cap. 3.

SEPULCHRA MILITARIA. Vide *Funus*, *Arma*, & *Trophæum.*

SEPULTURA MILITIBUS CONCESSA vel NEGATA. Vide *Funus*, & *Sævitia in extinctos.*

SEQUELA, æ. Qui, vel quod ſequitur. Frontinus l. 2. c. 4. ſequelas vocat ſervos militares: *Lixas caloneſque & omnis generis ſequelas conclamare juſſit.*

SEQUESTER, ia. Cic. 8. Verr. *Aut ſequeſtres ſunt, aut interpretes corrumpendi judicii.* Et

SEQUESTER, i. Plaut. Rud. 4. *Tu iſtunc hodie non feres, niſi das ſequeſtrum*, & adjectiva

SEQUESTER, a, um. Virgil. l. II.

&, pace ſequeſtra,
Per ſilvas Teucri, miſtique impune Latini
Erravere jugis.

Item

SEQUESTER, ris, re. Aliud adjectivum apud Modeſtinum. Voces ſunt fœderibus & judiciis juxta inſervientes. Notant mediatorem, caduceatorem, interpretem, eum ferè, apud quem pecunia, vel quid ſimile deponitur, ubi quidpiam a pluribus contentioſe petitur. Dicitur a ſequendo: quoniam, ut docet Gellius, utraque pars ſequeſtris fidem & judicium ſequitur. Italis *Pacieri*, *Mezzani*, *Arbitri*, *Plenipotentiarii*, *Mediatori*. Iterum apud Italos *ſequeſtra* & *ſequeſtrare* dictiones ſunt, quibus notatur quid judicio publico penes viros notæ fidei, aut tuto in loco depoſitum. Idem ſignificant vocabula *ſtaggire*, *ſtaggina*, *ſtaggimenta*, quæ fiunt ab *uſtaggio*, & hoc a Latinorum *obſes*. Sumitur etiam *ſequeſtrare* apud Italos pro ſegrega-

re, vel procul amovere. Dantea Purg. 25.

E la cornice ſpira fiato in ſuſo,
Che la riflette, e via da lei ſequeſtra.

Vide *Haraldus*, & *Nuncii*.

Sermialia, & Sermalia. Videtur fuiſſe machina in genere lithobolarum. Occurrit non ſemel apud Ottonem Morenam in Hiſt. rerum Laudenſium: *Laudenſes quoque captos habebant, de carcere ſuper ſermialias, & machinas ipſius caſtri deduxerunt.*

Serò sapiunt Phryges. Originis bellicæ adagium in eos congruens, quos ſtultè factorum ſera capit pœnitentia. Deductum eſt a Trojanis, qui poſt innumeros exantlatos labores, & repetitas clades, vix demum decimo belli anno de Helena reſtituenda cogitarunt; quam ſi initio belli Menelao illam repoſcenti reddidiſſent, laborioſiſſimum bellum & diuturnum potuiſſent effugere. Uſurpatur a Cicerone in Epiſt. Famil. *In equo Trojano ſcis eſſe: ſerò ſapiunt Phryges.*

Serpentes. Annibal Imperatorum ſolertiſſimus, aſtuque Africano doliſque bellicis etiam Romania non minimùm reformidandus, inter non pauca peregrina inventa, quibus crebrò uſus legitur ad hoſtes ex inopinato ſuperandos, ſerpentes etiam adhibuit adversùs Ponticos. Eorum ingentem vim in fictiles lagenas concluſam coniici juſſit in hoſtium naves. Diſcluſi vehementi impetu ex ollis angues, in obvios quoſque adverti inſiliunt, & perterrefactos a muniis nauticis ſic avertunt, ut minimo negotio victoribus cederent. Narratur id a Cornelio Nepote in Annibale, a Frontino lib. 4. cap. 7. & a Juſtino lib. 33. per hæc verba: *Deinde cum Pruſias in terreſtri bello ob Eumene victus eſſet, prælium que in mare tranſtuliſſet, Annibal novo commento auctor victoriæ fuit. Nam omne ſerpentium genus in fictiles lagenas conjici juſſit, medioque prælio in naves hoſtium mitti. Id primùm Ponticis ridiculum viſum, fictilibus dimicare, qui ferro nequeant. Sed ubi ſerpentibus repleri naves cœpere, ancipiti periculo circumventi, hoſti victoriam ceſſere.* Vim ſerpentium in hoſticas naves projectam poſterioribus etiam ſæculis invenio. Lucas Pulcius Ciriff. Calvan. Cant. 3.

Già era da due parti combattuto
Sì vigoroſamente Lionetto,
Che gl'havea già più, che mezzo perduto
L'altro navil da lato del trinchetto:
Falcone haveva ſeco come aſtuto
In certi vaſi chiuſi per riſpetto
Serpenti venenoſi, e quegli ſcagliò:
Dove era più riſtretta la battaglia.
Queſti ſerpenti preſto attorcigliati
S'erano alcuni, onde e' gridavan forte;
Et molti furno in modo ſpaventati,
Che ſi gettorno in mar per miglior ſorte.

Et iterum de iiſdem Cant. 4.

E come un certo Falcon maledetto
Gittati havea alle navi i ſerpenti,
Et fuochi, e piombo, e mille ſcaltrimenti.

Quanti Antiquitas in prodigiis ſerpentes fecerit, expendi in Tit. *Prodigium*. 2. Addo hic eoſdem in homines ſe præſtitiſſe benevolos fuiſſe creditum. Serpentem ſeptem cubitorum longitudine cum Ajace Locrenſi verſari ſolitum, eique, canis more, vias præeuntem ſcribit Philoſtratus. Africani majoris cineres a ſerpente in ſpecu cuſtodiri legimus apud Plinium l. 16. cap. 44. Plutarchus verò extincti Cleomenis faciem ab angue circumplicato occupatam tradit, ne in eam vultures inſilirent. Eam reor ob cauſam nullo frequentius inſigni ornaſſe ſcuta priſcos Heroes & Duces. Teſtatur id Homerus de ſcuto Agamemnonis Iliad. 2. Statius de ſcuto Capanei, & Hippomedontis, Silius de ſcuto Hieronis. Idem fuit inſigne Epaminondæ, ut habemus ex Pauſania lib. 8. Militares poſtremò magiſtratus in aula Byzantina eadem teſſera paſſim uſos eſſe prolixè memorat Pierius Valerianus Hierogl. l. 15. Addo vetus adagium ex Græco: *Anguis, niſi anguem comedat, non fiet Draco*. Monet potentiam augendam oppreſſione minus valentium.

Serra, æ. Inter genera inſtructionis militaris in acie recenſetur a Catone. Conficiebatur verò ea figura, cum centuriæ, ſive manipuli primæ aciei modò invaderent, modò reſilirent, multiplicique aggreſſione & regreſſu dentatam quandam velut ſerræ formam imitarentur. De ea ſic Feſtus: *Serra præliari dicitur, cum aſſiduè acceditur, recediturque, neque ullo conſiſtitur tempore.*

Serra pugnare, vel Præliari. Vetus eſt ſermo de victoria alternante, ac modò in unam, modò in aliam partem inclinata. Ancipitis ejus pugnæ viciſſitudinem optimè ſerra exprimit, quæ modò huc modò illuc trahitur aſſiduo acceſſu receſſuque. Et Pierius quidem Valerianus Hierogl. lib. 42 proponit iconiſmum ex veteri nummo vel lapide, ubi alter militum gladio & clypeo, alter verò ſerra inſuper prœliatur, vel potius eam trahit, retrahitque.

Servientes. Ævo Longobardico & Philippi Auguſti Galliæ Regis ſic appellati ſunt, qui minimùm nobilitate proſapiæ, aut præclaris facinoribus commendati & illuſtres, ſuam equitibus operam impendebant, horum arma geſtantes, curantes equos, & ad omnes eorum nutus & imperia prompti intentique. Id genus aliis nominibus indicatum occurrit ſæpiùs. Neutiquam quippe ab illis diſcrepant Clientes, Caſtrenſes, Miniſteriales, Satellites, Aldii, Armigeri, Scutarii. Matth. Pariſ. pag. 396. *Armigerorum autem & ſervientium centies occurrit &c.* Radolphus de Diceto an. 1191. *De caſtrorum excubiis ſummè ſolicitus, militibus viginti, ſervientibus quinquaginta &c.* Iidem pro vaſſis, vel vaſſallis ſumuntur crebrò a Rogero Hovedeno, a Geſtis Francorum, & aliis eorum temporum Scriptoribus. Frequentiſſimè etiam occurrunt in Hiſtoria ſacrorum ordinum militarium, ut videre eſt apud Villelmum Tyrium, præcipuè lib. 12. cap. 7. ubi ita ſcribit: *Tam Equites, quàm eorum fratres, qui dicuntur Servientes.* Suam ſcilicet locabant operam Hoſpitalariis, Templariis, & Theutonicis Equitibus. Quinimò etiamnum horum ordo apud Equites Melitenſes paſſim audit eo nomine; *Frati Serventi*. Hinc profectò fluxit apud Italos appellatio illa *Sergenti*, quæ non obſcuræ eſt dignitatis; & interdum copiarum inſtructores, quandoque regios notat apparitores. Inveniuntur etiam nominati non ſemel *Sarganti*, propiùs ad appellationem Italicam *Sergenti*, vel *Sargenti*. Charta Henrici IV. Imp. *Milites itaque & Sarganti jurabunt obedire illi, quem Magiſtrum & Ducem eis conſtituemus.* Vide plura de ſervientibus apud Cangium in Gloſſ. & Gaſparem Barthium

thium in notis ad Villelmum Britonem. Striĉtiùs pro apparitoribus, vel ſatellitibus accipiuntur a Boccaccio Nov. 45. *Nè prima ſi parti la miſchia, che i Sergenti del Capitan della Terra vi ſopragiungeſſero*. Etiam pro peditibus non rarò occurrunt. Joannes Villani lib. 11. cap. 109. *Fece armare i ſuoi Cavalieri e Sergenti*. Et clariùs cap. 3. *Con bene quattromila Cavalieri, e mille Sergenti a piè*. Cæterum id nominis ad viliores etiam ſervos pertinuiſſe liquet ex Arioſto Cant. 28.

Perche trovata havea la diſoneſta
Sua moglie in braccio d'un ſuo vil ſergente.

Et Cant. 27.

E della molta turba, ch'havea intorno
Seco non tolſe più che duo ſergenti;
Et uſcì de Moreſchi alloggiamenti.

SERVUS, i. Servi dicuntur, non quia eorum ſit ſervare commiſſa a dominis, ut tradit Martinius, ſed quia bello capti non occidebantur, ſed ſervabantur a victoribus, ut mox venderentur, aut domi militiæque herilia mandata facerent. Antiquiſſimum in rebus humanis nomen, ſed non minus vetuſta pœna mortalium ſervitus fuit. In probroſa hæc vincula, & viles compedes, nequitià & ſuperbià prolapſi ſumus, reclamante natura, quæ liberum hominem, & in reliqua quidem omnia, non verò in conſortes ſuos dominatorem genuit. A Nohemi temporibus repeti ſolet origo ſervorum: Gen. 9. *Maledictus Chanaan; ſervus ſervorum erit fratribus ſuis*. Quò reſpexit Alcimus Avitus:

primum inde repertum
Servitii nomen: cuncti nam ſemine ab uno
Prodiimus, patremque omnis ſibi vindicat unum
Poſteritas: deque ingenuo mala crimina ſervum
Efficiunt,

Nembrod primum omnium de mortalibus ſervitio opprimendis cogitaſſe D. Auguſtinus conjicit ex verbis illis Geneſis 10. *Ipſe cœpit eſſe potens in terra*. De quo porrò ſic ſcriptum reliquit Joannes Saresberienſis lib. 1. Policrat. cap. 4. *Traditur hic in tantam elationis erupiſſe vecordiam, ut non vereretur jura temerare naturæ: cum conſortes conditionis & generis, quos ingenuos illa creaverat, hic addiceret ſervituti*. Juſtinus tamen, & Oroſius ad Ninum Aſſyriç Regem ſervorum initia referunt. Idem nos olim tetigimus Heroic. l. 1. Carm. 5.

Regna vides, gravis Aſſyrio quæ condidit orbe
Euphrates: veſtris animis prior ille catenas
Molitus; docuitque genus ſervire ſuperbum.

Adegit vero Ninus in jugum illud homines, cum propagandi Imperii aviditate primus bella inferret finitimis, & ad qualiacunque ſequenda ſigna, robore minus pollentes vi cogeret.

2. Fuit autem ſervorum aſperrima ſemper & intoleranda conditio. Cic. l. 1. Offic. *Eſt autem infima conditio & fortuna ſervorum*. Paulus verò l. 3. de cap. dimin. *Caput ſervile nullum jus habet: caret nomine, cenſu, tribu*. Cajus etiam l. 11. ad l. Aquill. *Servis noſtris exæquat quadrupedes*. Adde Senecam Epiſt. 47. *Nolo in ingentem me locum immittere, & de uſu ſervorum diſputare, in quos ſuperbiſſimi, crudeliſſimi, & contumelioſiſſimi ſumus*. Prætereo ergaſtula, flagra, verbera, ſtigmata, pedicas, piſtrini & arenæ theatralis ſudores; de quibus, aliiſque ſervorum probris atque ſuppliciis apud Scriptores, præcipuè verò Comicos, infinitus eſt ſermo. Nugç ſiquidem atque deliciæ ſunt illæ, quas enumerat ſervulus apud Terent. in Phorm. Act. 2.

herus ſi redierit
Molendum uſque in piſtrino, vapulandum, habendæ compedes,
Opus ruri faciundum.

Hinc apud Plautū inexhauſta illa copia, & uberrimæ facetiſſimæque expreſſiones dedecorum, atque ſuppliciorum, quibus ſervi afficiuntur. Quidquod pro minimis & leviculis noxis furcam trahunt, cruci affiguntur? Quidquod eoſdem capitali ſupplicio addicendi heris jus erat? Cajus l. 1. de his, qui ſui, vel alieni ſunt juris: *Apud omnes peræque gentes animadvertere poſſumus, dominis in ſervos vitæ neciſque poteſtatem fuiſſe*. Id verò jure ſublatum ab Adriano legimus apud Spartianum in ejus vita. Verùm de his lege plura apud Laurent. Pignor. Comment. de ſervis, & quædam apud nos in Titulo *Fugitivi*. Addo non ſolum tironum & fabricenſium, verum etiam ſervorum frontes certis quibuſdam notis compunctas fuiſſe & inuſtas. Martial. lib. 3.

Proſcriptum famulus ſervavit fronte notatus.

Idem lib. 12.

Hæc frons ſtigmate non meo notanda eſt.

Ex quo inſcripti & literati vocabantur ſervi. Idem lib. 2.

Quattuor inſcripti portabant vile cadaver.

Apulejus lib. 9. *Frontes literati, capillum ſemiraſi, & pedes annulati*. Sed notandum ſervos quidem publicos omnes fuiſſe inuſtos, privatos vero nonniſi ob delictum. Etiam liberi ob delictum calumniæ notati in fronte litera *K*, nam Veteres Kalumniam dicebant. Quæ ſervorum fuerint notæ, res eſt conjectanea. Quidam literam afferunt Grçcorum Φ vel Latinorum *F*, qua fugitivi indicarentur: tradunt alii ſignatos integris vocibus, ut, *Cave à Fure: Cave à Fugitivo*. Captivis incidebantur inſignia gentis victæ. Samii noctuam captis Athenienſibus, Syracuſani iiſdem equum; Athenienſes vero Samiis Samænam, eorum navim, impreſſerunt, ut tradit Plutarchus. Idem author eſt, Thraces ſuas fœminas in fronte compungere conſueſſe, in ultionem Orphei, quem à Thraciis fœminis inſectatum fabulæ perhibent. Atque hinc opinor fluxiſſe, ut literæ inuſtæ ſervorum frontibus notæ Thraciæ, vel barbaricæ nominarentur.

3. Propoſita verò capitali pœna ab adeunda militia ſervi removebantur. Sic enim de illis legitur apud Plin. Epiſt. 39. lib. 10. Trajani verbis: *Lecti ſi ſunt, inquiſitor peccavit, ſi vicarii dati, penes eos culpa eſt, qui dederunt, ſi ipſi, cum haberent conditionis ſuæ conſcientiam, venerunt, animadvertendum in illos erit*. Clariſſimè verò Marcianus l. 11. de Re milit. *Ab omni militia ſervi prohibentur: alioqui capite puniuntur*. Id verò uſque adeo obſervatum eſt, ut ſi uſpiam extrema neceſſitas, & ingenuorum inopia ſuaderet ut ad Martis opera ſervi accirentur, tunc non eos prius legerent, quàm facerent liberos. Florus lib. 2. cap. 6. *Arma non erant, detracta ſunt templis: deerat juventus, in ſacramentum militiæ liberata ſervitia*. Livius autem lib. 31. *Aliam formam novi delectûs inopia liberorum capitum, ac neceſſitas dedit: octo mil-*

lia

Digitized by Google

lia juvenum validorum ex ſervitiis, prius ſciſcitantes ſingulos vellentne militare, empta publicè, armaverunt. Adde Appianum de Bell. Punic. *Senatus eadem die bellum decrevit, & ſervos per præconem pronunciavit liberos.* Secundo præſertim bello Punico ut ad militiam ſervi aſciſcerentur, compulit adegitque iniquitas temporum. Horum ingens copia cum ad opera caſtrenſia & militandum ſe ſponte obtuliſſet, idcircò Volones poſtea nominati ſunt. Imminutis per ea tempora Romanorum legionibus quatuor & viginti millia ſervorum empta fuiſſe conſtat, eoſque ſacramento ſe obſtrinxiſſe ad ferenda arma quandiu in Italia Pœni perſiſterent. Non imparem formam novi delectus ſuaſit Romanis inopia liberorum capitum poſt memorabilem cladem acceptam ad Cannas. Imò cum ſex millia Romanorũ, quæ captiva in caſtris ab Annibale detinebantur, minoris redimi potuiſſent, maluit tamen Senatus ſervorum manibus quàm ignavorum militum patriæ ſalutem committere. Reputatum quippe tunc fuit ad militarem exercitationem minimùm facere conditionem naſcendi, quemadmodum equorum uſum non tam a ſolo natali, quàm a nativo robore & alacritate metimur juxta illud Satyrici Sat. 8.

nempe volucrem
Sic laudamus equum, facili cui plurima palma
Fervet, & exultat rauco victoria circo.
Nobilis hic quocunque venit de gramine, cujus
Clara fuga ante alios, & primus in æquore pulvis.

Invenio eundem fuiſſe habitum apud Romanos militum atque ſervorum. Martialis de lacernis vel penulis Canuſinis:

Roma magis fuſcis veſtitur, Gallia ruſſis,
Et placet hic pueris militibuſque color.

Ubi plane pueri ſunt ſervi, ut bene notat Salmaſius ad Lamprid. in Antonin. Diadum. Verùm id fortè pertinuit ad ſervorum faſtum. Conſtat ſiquidem per occaſionem uſus domeſtici, & adminiſtrationem rei familiaris ad intolerandam quandam ſuperbiam fuiſſe evectos. Hinc apud Juvenalem legitur:

Maxima quæque domus ſervis eſt plena ſuperbis.

4. At non quia pari militum veſtitu ſervi uterentur, iiſdem aſpirare ad militiam licebat, niſi id cogeret, ut expoſui, anguſtus atque difficilis Reipublicæ ſtatus, & penuria capitum liberorum. Et vigente quidem Romanorum diſciplina, nulli, aut certè rari erant in caſtris ſervi; eoſque ut apud ſe haberent, Ducibus tantum ac Tribunis erat indultum. Saluſtius: *Ne lixę exercitum ſequerentur, ne miles gregarius in caſtris, neve in agmine ſervum aut jumentum haberet.* Equidem cum diſciplina caſtrenſis vim obtineret ſuam, milites ipſi, quod a nobis eſt alibi fuſiùs demonſtratum, munus faciebant, portabant vallum, foſſam ducebant. Hæc verò & ſimilia, ut per milites duntaxat agerentur, ſumma ope curatum eſt ab iis Imperatoribus, qui rem caſtrenſem labantem ſuſtinere, & in veterem ſtatum reſtituere pro viribus ſtuduerunt. Ejus rei luculentiſſimum exemplum habemus ex Scipione, diſciplinæ militaris correctore ad Numantiam apud Florum: *Sed tunc acriùs in caſtris quàm cum Numantino præliandum fuit. Quippe aſſiduis, & injuſtis, & ſervilibus maxime operibus attriti ferre plenius vallum, qui arma neſcirent; luto inquinari, qui ſanguine nollent, jubebantur. Ad hoc ſcorta, calones, ſarcinæ niſi ad uſum neceſſariæ, amputantur.* Verùm ſub Cæſaribus gliſcente luxu, & antiquioris diſciplinæ permutata facie, plures poſtea ſervi, quàm milites numerabantur; ut non Tribunis duntaxat & Centurionibus, verùm ſuus cuique gregario ſervus eſſet. Hirtius de Bello Alexand. *Cum more operis quotidiani magnam illam ſervorum multitudinem, quæ aggerem portabat, militum eſſe credidiſſet.* Hinc lixæ, calones, caculæ, galearii, aliaque ſervorum nomina, recenſita a nobis ſuis in locis. Eò ſcilicet delicatioris diſciplinæ proceſſum eſt; tantamque labantes mores a Veterum duritia degenerem mollitudinem invexerunt. Equidem Octavius Auguſtus non certe ſervili, verùm libertino milite, nimirum ad ea ipſa militiæ opera exercenda manumiſſo, admodum parcè moderatèque uſus legitur. Sic enim de ipſo Sveton. cap. 25. *Libertino milite, præterquam Romæ incendiorum cauſâ, &, ſi tumultus in graviore annona metueretur, bis uſus eſt.* Eos porrò ita ſub ſignis habuit, ut ab ingenuis loco & armatura vellet diſcretos, liberis verò nequaquam permixtos. Sic enim legitur apud Svetonium ibidem: *Sub priore vexillo habuit, neque aut commixtos cum ingenuis, aut eodem modo armatos.* De gemina illa admiſſione libertinorum ſic etiam ſcriptum reliquit Macrobius Saturnal. lib. 1. *Cæſar Auguſtus in Germania & Illyrico cohortes libertinorum complures legit, quas voluntarias appellavit.* Nec unquam antiquitùs ab eo pudore receſſum eſt, niſi forte conclamatis fere rebus ita conflictaretur civitas, ut pro tuenda ſalute civium, non ſervorum duntaxat, verùm etiam gladiatorum manus reſpiceret. Sic autem Cæſar loquitur de Pompejo, in re arcta trepidaque verſante: *Copias undique omnes ex novis delectibus ad ſe cogi jubet: ſervos, paſtores armat.* Idem lib. 1. de Bell. Civil. *Gladiatoreſque, quos ibi Cæſar in ludo habebat, in forum productos Lentulus libertati confirmat, atque iis equos attribuit, & ſe ſequi juſſit.* Ubi iterum nota libertate prius donatos, quàm ſigna tangere auderent. Neque idcircò militia ſervorum exemplo caruit valeſcente Republica: quamvis id factitatum attritis rebus, & urbe fluctuante, & extrema quærente remedia in maxime ſiniſtris eventibus. Author eſt Livius dec. 3. lib. 2. populum Romanum extremo adactum diſcrimine propter inductam vaſtitatem a bello Punico, & Annibale ad portas minante, militiæ ſacramento adegiſſe ſervitia, item obæratos, reoſque noxarum capitalium. Quod etiam in proletariis & capitecenſis actum alibi notavimus. Sociali etiam bello id contigiſſe tradit inter alios Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 11. *Bello ſociali cohortium duodecim è libertinis conſcriptarum opera memorabilis virtutis apparuit.* Eodem reſpexit Virgil. lib. 9.

quorum primævus Helenor
Mæonio regi, quem ſerva Lycimnia furtim
Suſtulerat, vetitiſque ad Trojam miſerat armis.

Ubi arma vetita negatum dixit ſervis jus militandi. Et Hiſtorici etiam, ubi de admotis illis ad ſigna militaria loquuntur, eam ferè cautionem

Digitized by Google

adhibent,ut id prodant factum difficillimo atque periculoſo Reipublicæ tempore. Liv. lib. 23. *Præter duas legiones, quæ principio anni a Conſulibus conſcriptæ fuerant, & ſervorum delectum, cohorteſque ex agro Piceno, & Gallico collectas, ad ultimum propè deſperatæ Reipublicæ auxilium.* Apud Græcos etiam, ante Miltiadis pugnam editam in campis Marathonicis, ſervos non militaſſe memoriæ tradit Pauſanias lib. 7. Sed nullum hominum genus tam abjectum ſordidumque eſt, quod interdum injuria laceſſente, aut exſtimulante ambitu ad maxima etiam audenda non incaleſcat.

5. Audiſtin' ſervitia olim habita demiſſiſſime? Viliſſima illa tamen & fœda mancipia, quæ meritò Florus vocavit ſecundum genus humanum, extremum non ſemel periculum Romanis rerum dominis attulerunt. Non a Pyrrho duntaxat, Annibale, & Antiocho miſerum in modum labefactata Romana Civitas. Ab attritâ vinculis manu ſervorum Reſpublica non ſemel dejectam ſeſe, ac prope convulſam indoluit. Non ſine juſto quodam pudore Florus in ſervilium bellorum exordio exclamat: *Quis æquo animo ferat in principe gentium populo bella ſervorum?* Audi etiam Claudian. de Bello Get.

Sed quid ego Annibalem contra Pyrrhumque tot annis
Certatum memorem? cum vilis Spartacus omne
Per latus Italiæ ferro bacchatus & igni,
Conſulibuſque palam toties congreſſus, inertes
Exuerit caſtris Dominos, & ſtrage pudenda
Fuderit imbelles aquilas ſervilibus armis.

Jam verò primum ſervile bellum, ut author eſt Florus lib. 3. cap. 19. circa ipſa fuit Urbis primordia, cum Duce Herdonio obſeſſum captumque eſt Capitolium. Verùm is tumultus potius, ut idem ſcriptor notat, quàm bellum fuit. Adulto Imperio, & florente Reipublicæ ſtatu, atrocius in Sicilia exortum bellum a ſervis. Hi Euno quodam Syro hortatore & duce, refractis ergaſtulis, & obviis quibuſque nomina dare compulſis, ſexaginta amplius millium conflarunt exercitum. Ipſe verò operum molitor & ductor Eunus, Regiis decoratus inſignibus florentiſſimam cæteroqui provinciam vaſtationi dedit: legionum Romanarum robur perfregit: prætorum verò caſtra occupavit atque diripuit. Contuſa tamen ferocia hominis; adſtrictique nefarii graſſatores latroneſque arma ponere a Duce Perperna, qui in viliſſima capita ſupplicio crucis deſævit. Idem pro obtenta victoria ovavit in Capitolio; ne, ut Florus loquitur, *dignitatem triumphi ſervili inſcriptione violaret.* Tum aliud ex alio ſervile bellum. Author hujus Athenio, qui domino neci tradito, ſociiſque in libertatem aſſertis, amictus purpurâ, & regium in morem redimita fronte, prætorios exercitus Servilii & Luculli, direptis horum caſtris, occidione delevit. Atqui is etiam cum ſuorum fæce turpiſſima, intercluſis commeatibus, ad extremas anguſtias ab Aquilio compulſus eſt. Recepta a Romanis oppida pagique; diſiectus ſycophantarum globus. Quominus de Athenione viliſſimo capite debitum ſupplicium ſumeretur, obſtitit fortuna ſervuli, quæ illum inter dimicantium manus contrucidandum dedit. Sed nullum in Romanis Annalibus funeſtius Urbi nomen Spartaco gladiatore. Jure cum hominem cum iis Hiſtorici aggregant, qui in rem Romanam latè terrorem atque perniciem intulerunt. Horat. Epod. 16.

Altera jam teritur bellis civilibus ætas,
Suis & ipſa Roma viribus ruit;
Quam neque finitimi valuerunt perdere Marſi,
Minacis aut Etruſca Porſenæ manus,
Æmula nec virtus Capuæ, nec Spartacus acer.

Scribit autem Appianus, Spartacum ex Apennino ad Alpes,ab Alpibus verò in Galliam properantem, cohibitum quidem prius fugatumque a Conſulibus: verùm iiſdem poſtea converſo impetu ſeparatim ſuperatis, poſt multa occupata oppida, latiſſimèque ſui nominis terrorem diditum, infeſtis ſignis congreſſum, & victoriam reportaſſe, & prædam opulentiſſimam retuliſſe. Cum verò ſuperbiſſimus mirmillo cum ſervilibus copiis de invadenda Urbe cogitaret,fuſus fugatuſque eſt a Licinio Craſſo, & ad extremas Italiæ oras cum ſummo dedecore, quantum per ſervuli frontem licuit, retruſus. De Spartaco, & Spartacio bello conſule Florum lib.3, cap. 20. Plutarchum in Craſſo, & alios.

Severitas disciplinæ militaris. Non eſt dubitandum, validiſſimum atque pulcherrimum eſſe temperamentum in Imperatore, & quolibet militari Duce, ſic admiſcere ſeveritati mitiora & humaniora conſilia, ut benignè comiterque habiti bellatores & alliciantur ſpe præmiorum, & iniecto ſimul metu ſeveri Ducis ab omni delictorum genere & remiſſiore diſciplina abſterreantur. Rigorem in Duce temperatum vel Julius Cæſar non ſemel laudavit, qui cæteroqui milites ſuos tanta fovit indulgentiâ, ut eos vel unguentatos egregiè pugnare dixerit. Non inficior acerrimum eſſe militibus incitamentum, ad ſtrenuè ſuam operam impendendam, ubi viderint Imperatorem cum gregariis cibum capere, privatorum contuberniis & alloquiis intereſſe, manu ſua curare vulnera, extergere ſanguinem, fovere & obtegere ſaucia militum membra,aliiſque innumeris humanitatis documentis, quorum paſſim exempla ſuppetunt apud Scriptores, cum infimis quibuſque ſic agere, ut ſibi omnium animos conciliare ac demereri non deſinat. Profectò benignitatis opinio præſentiſſimum eſt, ut ita dicam, claſſicum ad evocandam cogendamque, præſertim in re ſubita arctaque, vim bellatorum. Prodidit ejus rei teſtimonium Sylla, quem, ut ſcribit Saluſtius, a mari in caſtra venientem, incredibili alacritate obſervare milites cœperunt, laboreſque omnes ac ſanguinem polliceri, ut quocunque duceret, ſequerentur, quæcunque imperaret, promptiſſimo præſtarent animo. Quidni verò excitet incendatque militum animos Alexander Macedo, qui cum gregarium vidiſſet algore pene confectum, eundem in ſua ſede ad ignem aſſidere juſſit? An non copiarum animos impensè ſibi adjungat & conciliet Trajanus, qui erga conſauciatos milites tanta humanitate & clementia afficiebatur, ut dum faſciæ, quemadmodum ſcribit Dio Caſſius, & velamina deficerent, ne ſuæ quidem veſti pepercerit, ſed eam totam in ligamenta & fomenta diſciderit?

2. Hæc ſanè ita vera ſunt, & vim poſſident ſuam, ut tamen adhuc verius & validius habendum ſit dictum memorabile Clearchi Lacedæmoniorum Ducis: *A militibus Imperatorem potius, quàm hoſtem metui debere.* Digna porrò memo-

ratu

ratu de eodem Scipione, auſteriſſimo diſciplinæ exactore, illa ſunt apud Appianum de Bell. Hiſpan. *Ad reverentiam & timorem pariter illos paulatim aſſueſaciebat, ſe ſe difficiliorem exhibens illis audiendis, poſtulatiſque earum præſertim iniquis faciendis. Sæpenumero illam ſententiam in ore habebat: Faciles & indulgentes & affabiles Duces utiles hoſtibus eſſe: qui tametſi grati ſint militibus, ab iiſdem tamen poſtea parvi fieri: qui verò duriores & ſeveriores, eos ad omnia milites obſequentes & paratos habere.* Additque non pauca, quæ patefaciunt quàm rigidè Imperator præſtantiſſimus cum ſuis copiis ageret; quantaque porrò de eorum duritie & laborum patientia experimenta ceperit, antequam ad oppugnandam Numantiam exercitum admoveret. Id verò intantum valuit apud Romanos, ut caſtrenſem diſciplinam, non in gravibus modò delictis multiplici pœnarum genere aſſeruerint; ſed in eos etiam, qui leviter deliquiſſent, dummodo ter noxam iteraſſent, ſtatuerint, Authore Polybio, capitale ſupplicium: ludibrium ſcilicet contemptumque legis interpretantes, & quandam animi contumaciam etiam in leviter admiſſis, ſi ad eadem facilè per pravum ingenium rediretur. Neſcio enim quomodo fiat, ut ferri durities, quæ militum corpora obnubit, ſævum quidpiam & indomitum in animos etiam transferat. Quamobrem longè frequentiùs, faciliuſque in caſtris & acie, quàm in urbe graſſantur violentia, legum contemptus, bonorum direptio, ſæviendi prædandique cupiditas, & quidquid demum vitiorum humanum ingenium efferat. Multitudo etiam ſimul conjunctorum, ipſa armorum exercitatio, vivendique licentiùs aſſuetudo, quemadmodum vitæ & periculorum contemptum ingenerat, ita etiam ad conſpirationes, omnemque vim tumultuariam militare genus reddit paratum. Quid quod humanitatem & conniventiam interpretari ſolent ſocordiam in Duce; & pervicacius in omne flagitium rapiuntur, propoſita ſibi ſpe veniæ, a Ducis humanitate & clementia? Proinde ne inſoleſcant animi, coercendi primum ſunt ciborum parſimonia: nihil enim citiùs diſciplinam corrumpit, quàm convivia, largæ compotationes, uſuſque vivendi delicatior, qui mirum in modum abhorret a dura ſub caſſide militantibus. In veſtitu etiam ornatuque non modò nihil admittendum, quod ſumptuarias leges excedat; ſed quemadmodum providendum eſt præſidio corporum, ita ſeverè amputandum quidquid inani ſpecie, & inutili oſtentatione licentiam ſolùm atque proterviam alere ſolet. Oſtenderunt poſteriorum Cæſarum tempora quantum Romanæ potentiæ nervos infregerint & labefactaverint corrupti mores, & luxus impunitus. Quare graviſſima eſt ſententia, & pulcherrimum Catonis elogium apud Senecam ad Lucilium, ubi ſcripſit, *Tam neceſſarium Reipublicæ fuiſſe Catonem naſci, quàm Scipionem; quoniam alter cum hoſtibus, alter cum moribus bellum geſſit.*

3. Aurelianum Cæſarem non exemplis minus quàm documentis de caſtrenſi diſciplina optimè meritum legimus apud Vopiſcum: ſic enim de illo ſcribit; *Militibus ita timori fuit, ut ſub eo, poſtea quam ſemel cum ingenti ſeveritate caſtrenſia peccata correxit, nemo peccaverit.* Addit exemplum de milite, qui hoſpitis uxorem adulterio polluerat. Duarum quippe arborum capita ſic inflexit deligavitque ad militis pedes, ut utroque capite repente dimiſſo ſciſſus ille utrinque penderet. Adſcribit deinde documentum ex ejuſdem epiſtola in hanc ſententiam: *Si vis Tribunus eſſe, imò ſi vis vivere, manus militum contine. Nemo pullum alienum rapiat; ovem nemo contingat; uvam nullus auferat; ſegetem nemo deterat; oleum, ſal, lignum nemo exigat: annona ſua contentus ſit. De præda hoſtis, non de lacrymis provincialium habeat.*

4. Singulari autem quadam diligentia ſemper eſt cautum atque proviſum, ut omnis vis & injuria procul ab agricolis haberetur, nec eorum opera diſturbarentur. Ut enim infantes aluntur nutricum lacte, ſic civitates atque provinciæ annona nutriuntur ab agris tranſportata, cujus maximè affluentiæ copiæque ſolicitè ſtudent magiſtratus omnes tam bellici quàm urbani. Quamobrem per omne tempus emanarunt prudentiſſima Principum edicta, quibus ſecuritas agricolarum aſſereretur a furore & licentia militari. Et in Codice quidem Juſtinianæo Tit. quæ res pignor. obligar. poſſ. hæc leguntur: *Agricultores, & circa ruſticitatem occupati, dum villis inſident & agros colunt, ſecuri ſint quacunque parte terrarum, itaut nullus inveniatur tam audax, qui perſonas, vel boves, agrorum inſtrumenta, aut ſiquid aliud ſit, quod ad operam ruſticalem pertinet, invadere, capere, aut violenter auferre præſumat. Siquis autem hujuſmodi ſtatutum auſu temerario violare præſumpſerit, in quadruplum ablata reſtituat, infamiam ipſo jure incurrat, imperiali animadverſione nihilominus puniendus.* Antiquiſſimi etiam quique Principes agricultorum otium in copiarum tranſitu, ſtativis, hiberniſque ſarctum tectum eſſe voluerunt. Illibatæ imperturbatæque eorum quieti ſeveriſſimis imperiis proſpexerunt Cyrus & Xerxes Reges Perſarum. Illud verò ſcitu digniſſimum eſt Xerxis effatum ad Artabanum apud Herodotum: *Armatis viris, non paſtoribus bellum inferimus.* Idcircò per feliciſſima illa tempora ſpectaculum erat jucundiſſimum contueri hinc milites manus conferentes, mutuumque largè effundentes ſanguinem, hinc verò agricolas meſſi, vindemiæ, frondationi, agro fodiendo ſedatam operam impendentes; cum legionarii & manipulares ruſticorum operum non ſpectatores ſolùm adeſſent, verùm etiam propugnatores. Etiamnum incredibili ordine & modeſtia commeare Perſarum exercitus, author eſt luculentiſſimus Petrus de la Valle Viagg. di Perſ. p. 1. *Et era da notare, come forſe avrò accennato altre volte, la modeſtia con che ſi camina; ſì quanto alla quiete, non ſentendoſi, nè tamburi, nè trombe, nè altri ſuoni, nè par quegli ſtrepiti di voci, che ſi udirebbero ne' paeſi noſtri frà una decima parte di tanta gente; onde par queſt'a eſercito, à riſpetto de' noſtri, più toſto una raunanza di Religioſi, che un campo di ſoldati; sì anca per la buona diſciplina, di non ſolo non dar faſtidio alcuno alle terre donde ſi paſſa, come fanno i noſtri, che le mettono a ſacco, benche ſiano di amici, e del proprio Principe, e ne fanno fuggir gli habitanti; ma portarſi tanto bene con gli habitatori, e pagar tanto profumatamente quanta ſi piglia da loro, che a tutte le terre il paſſaggio del campo viene ad eſſer di molto utile, onde av-*

Digitized by Google

avviene, che i mercanti, i vivandieri, e gli artiſti (non parlo di quei, che ſeguitano il campo di continuo, ma di quegli altri delle terre, donde ſi paſſa) non ſolo non fuggono, ma concorrono di lontano portando robbe a i luoghi, donde ſanno, che paſſa il campo, e non ſolo concorrono ne' luoghi habitati, ma anco in compagna aperta per tutte le ſtrade, con tutto l'apparato delle lor botteghe, che rieſca a i paſſaggieri, di commodità, e guſto ſtraordinaria. Idem non ita multo poſt memorat ſingulare ſupplicium ſumptum de Duce primario, qui minus moderatè ſe geſſerat in tranſitu copiarum. *Si erano attendati alcuni, veramente con poca diſcrezione ſopra l'herba de i paſchi; mettendo a paſcere in quell'herba i loro cavalli, e cameli, con danno ſenza dubbio de' padroni, per avanzar quattro bajocchi, che haverebbono ſpeſo in comprare della biada. I contadini del luogo dovettero farne querela al Rè; e vennero ſubito di ordine di ſua Maeſtà con certi Miniſtri, che tagliarono in pezzi colle ſpade tutti quei padiglioni, non perdonando nè anche a quel dei muſici del Rè: menarono prigioni tutti i cavalli, e cameli: e quello, che fù peggio, ad un Vezir di Feridùn Can che era perſona grave; perche Vezir, è come Luogotenente, overo Auditore frà di noi, e queſti era Vezir di un Chan, che è Signor grande, Vicerè, e Capitan Generale di una Provincia; perche haveva fatto nell'herba più danno degli altri; e perche haveva preſo anche non sò che frutti da un'horto, ſenza pagarli; non ſolo lo menarono prigione legato, ma di più gli paſſarono il naſo da banda a banda con una freccia, e così lo fecero paſſeggiare un pezzo per lo campo; ed io lo viddi paſſar dinanzi al mio padiglione, legato a cavallo con la freccia infilzata al naſo correndo ſangue. Gaſtigo invero per così poca coſa ad Uomo così grave, molto ſevero; ma, con queſti modi, ſi mantiene l'ubbidienza, e la buona diſciplina.* Procopius lib. 3. de Bello Gothorum hoc nomine non illaudatum dimiſit Regem Totilam, cum in Italia adversùs Beliſarium bellum faceret. Nihil quippe moleſtiæ agrorum cultoribus intulit: eos potiùs ut nihilo ſeciùs quàm antea terram ſedulò colerent, hortabatur, utque urbibus tributa penderent, & fructus dominis reportarent. Ad hęc opportunę iſtjuſmodi & ſalutaris clementiæ exemplum ab antiquis accerſe Æthiopiæ Regibus, quorum ſolemne fuit inſigne duplici jaculo complicatus ligo. Deſignabant autem ligone, ut explicat Oſorius lib. 1. de rebus Indię, neceſſitatem terræ excolendæ: jaculorum verò altero ſe ſcelerum vindices futuros, altero verò hoſtiles impetus a ſe coercitum iri ſignificatum volebant. Jam verò utrum ad hęc exempla, & prudentiſſima Veterum ſancita hujus temporis ſe diſciplina componat, videat & expendat otioſus Lector. Diſſimulare tamen non poſſum non paucos eſſe, qui licentioſam ac diſſolutam rapacitatem, improbiſſimamque avaritiam in noſtris militibus deteſtantur. Hinc juſtiſſimæ ruſticanæ plebis querelæ & acerbiſſima jurgia, quibus commeantes cohortes nullis non dirarum obteſtationibus miſerabili quodam & atrociſſimo quaſi viatico onerant.

5. Neſcio tamen an ex omni Antiquitatis memoria ullum erui poſſit illuſtrius exemplum militaris diſciplinę aſſerendę vindicandęque, quàm quod Metellus edidit Conſul in Africa, poſtquam in eam provinciam adversùs Jugurtham miſſus, ab Albino Proconſule copias accepit avaritia, luxuriâ, omnique probro peſſundatas. Sic autem Saluſt. *Sed ubi in Africam venit, exercitus ei traditur a Spurio Albino Proconſule, iners, imbellis, neque periculi, neque laboris patiens, linguâ, quàm manu promptior, prædator ex ſociis, & ipſe præda hoſtium, ſine imperio & modeſtia habitus. Ita Imperatori novo plus ex malis moribus ſolicitudinis, quàm ex copia militum auxilii, aut bonæ ſpei accedebat. Statuit tamen Metellus, quanquam & æſtivorum tempus, Comitiorum mora imminuerat & expectatione eventus civium animos intentos putabat, non prius bellum attingere, quàm majoram diſciplina milites laborare coegiſſet. Nam Albinus Auli fratris, exercituſque clade perculſus, poſtquam decreverat non egredi provinciâ, quantum temporis æſtivorum in imperio fuit, plerunque milites in ſtativis caſtris habebat: niſi cum odor, aut pabuli egeſtas locum mutare ſubegerat. Sed neque more militari vigiliæ deducebantur: uti cuique libebat, ab ſignis aberat. Lixæ permixti cum militibus diu noctuque vagabantur: & palantes agros vaſtare, villas expugnare, pecoris & mancipiorum prædas certatim agitare: eaque mutare cum mercatoribus vino advectitio, & aliis talibus. Præterea frumentum publicè datum vendere, panem in dies mercari: poſtremò quæcunque dici, aut fingi queunt ignaviæ, luxuriæque probra, in illo exercitu cuncta fuere, & alia amplius. Sed in ea difficultate Metellum non minus, quàm in rebus hoſtilibus, magnum & ſapientem virum fuiſſe comperio: tanta temperantia inter ambitionem ſævitiamque moderatum. Namque edicto primùm adjumenta ignaviæ ſuſtuliſſe dicitur: ne quiſquam in caſtris panem, aut quem alium coctum cibum venderet: ne lixæ exercitum ſequerentur: ne miles gregarius in caſtris, neve in agmine ſervum, aut jumentum haberet: cæteris arte modum ſtatuiſſe. Præterea tranſverſis itineribus quotidie caſtra movere; juxta ac ſi hoſtes adeſſent, vallo atque foſſa munire: vigilias crebras ponere, & eas ipſe cum legatis circuire: item in agmine in primis modò, modò in poſtremis, ſæpe in medio adeſſe, ne quiſquam ordine egrederetur; ut cum ſignis frequentes incederent, miles cibum & arma portaret. Ita prohibendo a delictis magis, quàm vindicando, exercitum brevi confirmavit.* Memoratu digniſſima exempla ſunt Q. Metelli, & P. Rutilii Coſſ., qui licet nulla lege prohiberentur, quin proprio in contubernio haberent filios, maluerunt tamen eoſdem merere in ordine, & retinere inter legionarios. Valuit ſæpe ad correctionem ad inferiores gradus abjicere delinquentes. Factum id Appii Claudii ſententia in eos, qui a Pyrrho Rege capti poſteaque remiſſi fuerunt: equites quidem redacti ad peditum ordines, pedites ad levem armaturam, omneſque extra vallum juſſi tendere, donec bina hoſtium ſpolia ſinguli referrent, eoque pacto redimerent ignominiam. Idem traditur de Domitio Corbulone, qui ſimili probro affecit duas alas & tres cohortes, quæ in Armenia hoſtibus ceſſerant. Et in ingenuos quidem utilior ſæpe animadverſio eſt, quæ exiſtimationi bonoque nomini, quàm quæ corpori inuritur. Moti quippe e magiſtratu vel præfectura, relatique in gregarium numerum ferunt

acerbiſſimè notam inſamiæ, ad eamque primo quoqne delendam tempore omni conatu feſtinant. Vox interdum ſola Imperatoris ſatis pœnæ atque animadverſionis habuit.

6. Neutiquam verò exiſtimet copiarum Moderator caſtrenſi bellicæque diſciplinæ abundè a ſe eſſe proviſum correctis emendatiſque, quæ ejuſdem robur infringere, ac veluti coinquinare ſplendorem pnſſunt. Proxima ejuſdem fuerit & longè laborioſior cura cuſtodiendi atque ſervandi in poſteriora tempora, quæ ſemel primùmque ad ejuſdem ulilitatem & commodum excogitavit. Ut enim difficilè componitur, ita oihil promptius eſt atque faciliùs, quàm ut compoſita ſemel & ordinata Reſpublica, in deterius ſemper vergente oatura, decidat diffluatque. Proinde, quemadmodum agricolæ ſolent, amputatis ſæpe inutilibus aridiſque ramalibus, frugiferarum arborum perenoitati proſpicere; ad eumplanè modum bellici Duces experientia edocti, perpetuæ vigilantiæ ſtudio, animadvertendo identidem plurima puniendoque, & quaſi lapſantes ſatiſcenteſque diſciplinę, velut pręclari ędificii partes inſtaurando, conficiunt demum obtineotque, ut quæ diligenter diſpoſuerunt, perpetuò ad publicam ſecuritatem conſiſtaot. Sic effœtus nunquam, nunquam languidus, aut remiſſus eſſloreſcet vigor caſtrenſis: quemadmodum in longas ætates, atque adeo io ipſam æternitatem aſſertam ferunt Deliacam navim, lignis, quę vitium feciſſent per certa intervalla ſubmotis, noviſque ſuffectis, ut traditur a Plutarcho, ubi agit de Republica a ſenibus adminiſtranda. Cavendum tamen obnixe Imperatorį eſt, ut intra ſuos fines ſeveritas coerceatur; nec in crudelitatem deſciſcat. Eſt autem Severitas conſtans voluntas in pœnis juſte infligendis. Crudelitas vero, ut explicatur a Seneca de Clement., eſt atrocitas animi in pœnis exigendis; utque definitur a S. Thoma, eſt vitium excedens modum in puniendo, Quemadmodum vero ſeveritas diſciplinam aſſerit & cuſtodit, ſic eaodem crudelitas labefactat atque diſſolvit. Teſtes apud Livium Appius Claudius, qui acerbiore uſus imperio rem Romanam peoe perditum ivit, & Quintilius Varus apud Dionem, quem ob aſperitatem ingenii legiones florentiſſimæ deſeruerunt. Sed neque ferro, & acerbiore diſciplioa tam profeceris quam blandiore affatu & comitate. Quidni enim tractatu faciles ſe exhibeant paulo aſperiores militum iodoles, cum officia, ut ſcripſit Seneca, etiam feræ ſentiant? Ejuſdem Philoſophi illa ſunt: *Leonibus magiſter manum inſertat: oſculatur tigrem ſuus cuſtos: elephantem minimus Æthiops jubet ſubſidere in genua, & ambalare per ſunem*. De iiſdem Manilius l. 5.

Ille manu vaſtos poterit frenare leones;
Et palpare lupos, pantheris ludere captis.

Etiam ut conviviis adeſſeot condocefactæ ferarum ſæviſſimæ. Lamprid. in Heliog. *Habuit & leones & leopardos exarmatos in deliciis, quos edoctos per manſuetarios ſubito ad ſecundam & tertiam menſam jubebat accumbere*. Quid plura? etiam horrida plantarum Virgilio ſpooſore Georg. l. 2.

ſiquis
Inſerat, aut ſcrobibus mondet mutata ſubactis,
Exuerint ſilveſtrem animum, cultuque frequenti
In quaſcũque voces artes, haud tarda ſequentur.

Adde obſequium benignitate conciliatom vix unquam deficere; terrore partum minime fidum eſſe: quoniam illud beoefactorum memoria provocat; hoc tempori ſerviens ſimulatio extorquet. Vide Frontinum lib. 4. cap. 1., & quæ de militum pœnis diximus in proprio Titulo, & de ſingulis ſeparatim.

Seviri, orum. Dicitur ad eam formam, qua triumviri, ſeptemviri. Memoraotur a Capitolino in Antoo. Philoſ. *Sevirum turmis equitum Romanorum jam Conſulem deſignatum creavit*. Turoebus Adverſ. lib. 25. cap. 18. eos interpretatur, qui equitibus ſex claſſium præerant; ut ſingulis claſſibus ſuus eſſet Sevir: additque iiſdem Ducibus equites menſe Quintili traoſvehi conſueviſſe. Pancirol. in Commeot. Not. Imp. Orient. cap. 32. exponit alæ præfectum. Caſanbonus ad memoratum locum Capitolini de Seviris inſcriptionem veterem profert. *VI.VIRO.EQVIT. ROMAN. TVRM.* Item aliam cum numero turmæ: *VI. VIRO · EQVIT. ROMAN. TVRMÆ. PRIMÆ*. Concluditque in juoiores & ſeniores fuiſſe diſtinctos, ut cogooſcitur ex veterum nommis.

Seviralis, le. Ad Seviros pertinens. Capitol. io Anton. Phil. *Edenti cum collegis ludos ſeviroles adſedit*.

Sexquiplares milites, Vide *Duplicarii*.

Sextaoecimani milites. Qui ſunt legionis XVI. Tacit. 3. Hiſt. *Sextadecimanos, Duoetniceſimanoſque, & Primanos lævum cornu compleſſe*.

Sextani milites. Vide *Secundoni*.

Si tibi Machæra est, et nobis urbina est domi. Sermo proverbialis, qui refertur a Plauto in Bacchid., ubi aliqui pro *Urbina* legunt *Vervina*, & ioterpretantur veru, ſeu teli genus oblongum. Uſurpatur adagium quoties malum malo oppooitur, cui ſimilia ſunt illa: *Par pari. Malo nodo malus quærendus cuneus*.

Sibyna, æ, aliis Sibuna, per conſuetam alternationem *u*, & *y* in vocabulis Græcis. Feſtus, Gloſſ. Cyr. Telum, ſive haſta figendis apris, a quibus vocabuli Græcanici origo. Idem Feſtus Illyricam vocem fuiſſe docet. Ennius.

Illyrici reſtant ſicis ſibuniſque fodentes

Verùm Illyricos Græcis finitimos græciſſare conſueviſſe beoè obſervat Lipſius. Fuit autem telum haſtæ cooſimile, ut ſcribit Heſychius. Athenæus lib. 5. illatos ſcribit fuiſſe in convivium Carani apros ſibynis argenteis transfixos, ot oſtenderet glorioſus ille convivii Princeps non a coquo cæſos, ſed in ſilvis a venatoribus ſuis transfoſſos. Fuiſſe autem ſibynam Romanorum etiam telum tradit Suidas; nec diſſeotit Polybius ubi agit de pilis Romanorum.

Sica, cæ. A ſecando ducit Iſidorus: nec falſus eſt meo judicio, licet prima ſyllaba in voce *ſica* producatur, quæ io *ſeco* corripitur. Id enim obſtare minimum notavimus aliàs io ſimilibus, quæ originis ſuæ quaotitatem non ſervant. Quidam Græcæ originis vocem faciunt, ſed eodem recidunt, nt optimè notat Voſſius. Genus eſt gladii brevioris, ita ut occultari poſſit in ſinu veſtis, eodemque non opinantes præſertim in turba confodi qucant. Deſcribitur a Joſepho Antiqq. Judaic. lib. 20. *Sicarii latrones ſunt, cultellis utentes magnitudine ſimilibus acinacibus Perſicis recurvis, & ſimilibus iis, qui a Romanis ſicæ dicuntur: unde & qui latrocinantur nomen ſum-*

pſe-

Digitized by Google

pſerunt. Conſtat fuiſſe genus armorum peculiare Perſarum, ut manifeſtè traditur a Strabone lib. 15. *Perſæ ſagarim, & ſicas habent, circum caput pileum turritum, circum pectus thoracem ſquamoſum*. Apud Thraces etiam in uſu fuit: ex quo Thraces appellabantur Romæ gladiatores ſica & parma certantes. Alexand. ab Alex. Genial. Dier. lib. 16. cap. 22. frequentem apud Romanos ſicam, & eorum propriam ſtatuit: additque Romanos milites utroque latere geſtare ſolitos ſicas, dextro quidem breviorem, longiorem ſiniſtro. Cic. in Catil. 2. *Non enim inter latera noſtra ſica illa verſabitur*. Erat porrò ejus forma recurva ad modum falcis, ut nonniſi ſicam intellexerit Juvenalis, ubi de Thrace loquitur, ſica contra Mirmillonem pugnante:

pugnantem falce ſupina.

Idem Juvenalis locus me admonet, ſicam ſua origine fuiſſe falcatam, & ſic a ruſticis adhibitam: poſtea verò eadem acie & manubrio retento, ſed recta non recurva cuſpide migraſſe in urbanum & bellicum inſtrumentum. Sic enim accipio falcem ſupinam Juvenalis, ut notet ſicam rectam & ad hanc quidem formam ſicæ gladiatorum conſpiciuntur in nummis. Cæterum nihil dubito etiam id armorum genus inter ea cenſeri, quæ a re ruſtica in caſtra & aciem vocata ſunt. Exiſtimo autem ſicam fuiſſe antiquitùs falculam, qua malè ſecta, & a fœniſecis prætерita in pratis iterum ſecabant. Teſtatur hoc verbum *ſicilire*, eujus vim ita explicat Varro lib. 1. de Re ruſtic. cap. 49. *Quæ facto ſicilienda prata, ideſt falcibus conſecanda, quæ fœniſecæ præterierunt, ac quaſi barba tuberoſum reliquerunt campum. A qua ſectione arbitror dictum, ſicilire pratum*. Hinc ſicilimentum vocamus quod prius relictum iu pratis labore iterato ſectum eſt: quemadmodum ſpicilegium in agro frumentario nominamus, quod a meſſoribus præteritum, carptim manu legitur. Habemus inſuper ſiciliculas, quaſi parvas ſicas, & commemorantur a Plauto in Rudente: atque adeo ſicilices, quas Feſtus exponit lata haſtarum ſpicula ex Ennii verſu:

Incedit veles volgo ſicilicibu' latis.

Arridet poſtremò mihi Voſſii opinio, qui ex eadem origine deducit appellationem Siciliæ, tanquam ſicilita ſit, ideſt ſecta & avulſa ab Italia.

SICULA, æ, Parva ſica. Plautus in Rud. *Sicula argenteola & duo connexæ maniculæ*.

SICELA, æ, vel SICILA, æ. Alíud diminutivum a ſica, ſi vera eſt & legitima Salmaſii correctio & emaculatio ad eum locum Capitolini in Maximo & Balbino, qui eſt in epiſtola Claudii Juliani ad Pupienum, & Balbinum: *Cum dimiſſis paſſim per provincias carnificibus ſic elatus latro ſurrexit*. Ubi Salmaſius pro *ſic elatus*, conjunctim legit *Sicelatus*, ideſt parva ſica armatus. Vide Salmaſium ibidem.

SICILICES. Vide *Sica*.

SICILICULA. Vide *Sica*.

SICARIUS, ii. Sica armatus, quique maleficii ferè alicujus gratiâ illam gerit. Cic. pro Roſc. Amerino: *Vetus videlicet Sicarius, homo audax, & ſæpè in cæde verſatus*.

SICELATUS, a, um. Sica vel ſicela armatus. Vide *Sicela*.

SICA FISTULARIA. Pugio fiſtularius, Sclopus, tubus, vel fiſtula mucronata. Sic vocaverim armorum genus novitii inventi, a Gallis primum repertum; ſed jam latiſſimè propagatum. Vulgò dicitur *Bajonetta*: utrum a Bojato, quæ urbs eſt Vaſconiæ in Aquitania apud Gallos, ipſis *Bayonne*, quoniam ibi primum adhibitum, vel ab ejus oppidi machinario aliquo primum repertum, vel cujuſvis demum originis armorum ſit genus, mihi incertum. Eſt autem ad extremum os ſclopi pulverarii impacta inſertaque ſica, quam ea cauſa ad latus appenſam geſtant ſclopetarii. Itaque, exoneratis fiſtulis pulverariis, apprenſas ſicas ad earum extremitatem adigunt; ſunt enim ad eum uſum probè manubriatæ anulatis anſulis; iiſque tanquam haſtis utuntur. Etiam ſine anulo inſeruntur hodie manubria ſicarum ad ſcloporum latera; quod commodioris eſſe uſus repertum eſt. Quam latè inſititia hæc pila ſtragem propagent, incredibile memoratu eſt. Nimirum tubis, quaſi igne ſuo parum noxiis, vim gladii addidimus: conflatumque ex gemina peſte organum nocentiſſimum, quod ſimul ignem vomeret, cæſim ſinderet, punctim transfigeret: planè ut in hoſtium pectora adactæ cum mucronibus fiſtulæ demirentur nova vulnera, ictuſque non ſuos.

SICINNIS, Vel

SICINNIUM, ut ſcribit Gellius. Genus ſaltationis, Pyrrhicæ affine. Satyrica illa quidem, ſed etiam militaris, utpote qua pericula militum repræſentabantur. Vide Caſaub. in Athen. lib. 14. Appellatam ferunt a Sicinnio quodam Cretenſi.

SICINNISTÆ, arum. Gellius. Qui ſicinnium ſaltabant. Vide Scaliger. Poet. lib. 1. cap. 18.

SICORIS. Nomen equi, apud Silium lib. 16. in ludis a Scipione celebratis in Africa:

Tum Lamus, & Sicoris, proles bellacis Ilerdæ.

SICULUS MILES. Proverbiali voce dicitur de milite mercenario. Siculi nimirum Hjeronis tempore, exotico conductoque milite plerunque utebantur.

SIGNUM, i. Dicitur in re bellica nota, quæ militibus datur: ex quo illæ formulæ; Signo dato concurſum eſt ad arma: Signum petere, Signum dare pugnæ, profectionis &c. Dabatur hujuſmodi ſignum tuba, claſſico vel cornu. Quandoque tamen tacitum quoddam erat, mutumque ac ſine ſtrepitu ſignum, ne hoſtis exaudiret. Livius: *Silentio noctis, tacito ſigno exercitum abduxerunt*. Signum illud tacitum vel ſubmiſſior erat ſonus, *Sardina*, vel alia nota militibus cognita, ut vexillum ſublatum.

SIGNUM TACITUM. Vide *Signum*.

SIGNUM. Licet ſignum & vexillum promiſcuè habeant non recentis ſolummodò, ſed etiam veteris Latii Scriptores, attenta nihilominus vocum proprietate, aliud eſt ſignum, aliud vexillum. Vexillum enim, ut ſuo loco notabimus, a velo dicitur, ut paxillus a palus, axilla ab ala, & ſimilia. Signum verò, quæ vox Græcanicæ eſt originis, refertur propriè ad ſculptilia, quæque imaginibus animalium aliarumque rerum ornantur opere ſculptili vel fuſili. Hinc apud Ciceronem ſignum Cupidinis; apud Virgilium pocula ſignis, ideſt exiguis ſtatuis, aſpera. Habemus inde ſigillum; quod eſt parvum ſignum, ſeu ſtatua exilis, cujuſmodi ſunt, quæ anulo ſolent imprimi. Quoniam verò hominum vel animalium effigie diſtingui ſolent ea velamina, quæ

ante aciem ducta vocamus vexilla, eam ob rem ſigna & vexilla conſundi, ſumique iodiſcriminatim frequenter contigit. Cæterum ſigna militaria dicimus oblonga haſtilia, cum ſimulacris quibuſdam in faſtigio erectis ſublatiſque, quæ præire ſolent ordines militares, cum acies ad pugnandum educuntur. Incredibilem autem in modum variatum eſt a bellicis nationibus in ejuſmodi aſſumendis ſignis. Ut enim rei eujuslibet ſtudioſiſſima quæque gens fuit, ſic illam protinus inſignivit, pro argumento, teſſera, & inſigni eandem extollens, in acie præſertim & militari progreſſu. Quoniam verò Perſæ ſolem antiquitùs loco Numinis habuere, ejuſdem imaginem cryſtallino globo incluſam ante copias efferebant. Curt. lib. 4. *Super tabernaculum, unde ab omnibus conſcipi poſſet, imago ſolis cryſtalla incluſa fulgebat*. Ex qua verò materia fuerit memorata ſolis effigies quærit Raderus ad præſatum Curtii locum. Eoſdem Perſas aquilam inſuper auream pro ſigno habuiſſe, tradit Xenophon in Pedia Cyri. Athenienſium verò peculiare ſignum fuit noctua, cujus etiam imagine pecuniam ſignabant, quod avis illa Minervæ ſacra eſſet, ut teſtatur Plutarchus in Lyſandro. Thebani verò Sphyngem extulerunt in ſignis, ut a nobis eſt obſervatum proprio in loco. Cæterum de multiplici animalium effigie adhibita in ſignis militaribua apud exteros, vide quæ ſcripſit Alexander ab Alex. Genial. lib. 4. eap. 2., & in eundem notas Tiraquelli.

2. Ut verò ad Romanos accedam, quo tempore eorum militia rudis quidem atque ſimplicior, verùm aſperrima extitit, fœni maoipulos pro ſignis eos erexiſſe accepimus. Ab iiſdem porrò manipulis, quos haſtis temerè alligabant, manipulares dictos fuiſſe milites, alibi obſervavimus. Ovid. 3. Faſt.

Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos,
Unde maniplaris nomina miles babet.

Huc reſpexit Virgilius lib. 11.

Diſjectique Duces deſolatique manipli.

Vide Servium ad eum Virgilii locum, item Plutarchum in Romulo, & Donatum ad Eunuchum Terentii. Primarium ac nobiliſſimum legionis ſignum aquila erat aurea, eademque fuſilis, ſive ſculptilis; minimè verò velamento quopiam inſuta, intexta, vel depicta. Sed de aquila alibi fuſiùs. Minora veterum Romanorum ſigna fuere minotaurus, equus, lupus, & porca, ex materia item ſculptili. Verùm his a Mario, ſecundo eonſulatu, abolitis videntur ſucceſſiſſe inſertæ dexteræ. Auxilia ſociorum, copiæque fœderatorum exteræ, quæ cum legionibus eommigrabant, ſua etiam, pro diverſarum gentium uſu & ingenio, ſigna habuere. Verùm illa depicta erant aut intexta velamentis, quæ vexilla dicebantur, minimè verò fuſilia, vel ſculptilia. Diſtinguit optimè inter ſigna Romanorum, & vexilla auxiliarium copiarum Livius lib. 39. *Quatuor millia militum amiſſa & legionis ſecundæ ſigna tria; undecim vexilla ſociûm Latini nominis in poteſtatem hoſtium venerunt*. Verùm quamvis ſic interdum diſtinguantur ſigna a vexillis, ut hæc quadrata, aut alterius figuræ ſint depicta velamina, illa verò ſculpta ſimulacra, vel alias cælaturas oſtendant, nihilominus in coofeſſo apud omnes eſt longe crebriùs, ut dixi, indiſcriminatim accipi ſigna & vexilla a vetuſtis etiam optimæque notæ Scriptoribus. Præter aquilas, que ſingulæ ſingulis legionibus præfulgebant, & antiqua ſigna minotauri, lupi, equi & porcæ, quæ prope aquilam vel in ejuſdem erant comitatu, illique ferè aneillabantur, eohortes etiam, manipuli, atque centuriæ ſua habebant inſignia; verùm ea vexilla potius erant, quàm ſigna militaria; neque enim erant ſolida, ſed vela expanſa, & plerunque dracones, elephantos, aut ſimiles belluas imitantia. Verùm de his nos alibi fuſiùs. De ſignis cohortium Livius lib. 27. *Cohortibus, quæ ſigna amiſerant, hordeum dari juſſit*. Et Tacit. 1. Hiſtor. *Præfixa contis capita geſtabantur, inter ſigna cohortium juxta aquilam legionis*. Quoniam verò cohors pluribus manipulis, manipuli pluribus eonflabantur centuriis, idcircò manipulos ipſos atque centurias ſuis ſignis, ſeù potius vexillis non earuiſſe indicat Tacitus 3. Annal. *Primo impetu pulſa coborte promptus inter tela occurſat fugientibus, increpat ſigniferos*. Signiferos eohortia dixit, non ſigniferum, ut oſtenderet cohortem plura ſigna habuiſſe manipulorum videlicet atque centuriarum. Sed de ſignis manipulorum elariùs Livius lib. 27. *An ſi eoſdem animos babuiſſetis, ſigna alicui manipulo, aut coborti hoſtis abſtuliſſet?* Et ibidem *Centuriones manipulorum, quorum ſigna amiſſa fuerunt, diſtrictis gladiis diſcinctos deſtituit*.

3. Signorum proprius ac peculiaris locus in caſtris erat ad Prineipia. Quintilian. Declamat. *Sed neque hoc Roma parens, nec ſigna militaria, aquilæve victrices, nec tua, ſumme Imperator, divina virtus ſinat, ut tua quoque ſententia quiſque vir & Romanus & miles, nimium pudicus ſit, apud quem ante Principia agendum eſt*. Quoniam verò nullus erat ſignis venerabilior locus in caſtris, excitatum ibi fuiſſe ſacellum, docemur ex Herodiano lib. 4., ubi & adorari conſueviſſe ſcribit ſigna militaria, & ibidem pro ſalute hoſtias immolari: *Ut autem caſtra attigit, templumque, ubi ſigna ac ſimulacra exercitûs adorantur, procidens humi gratias agebat, & quaſi ſalutem adeptus ſacrificavit*. Idem tradit Tacitus lib. 1. Annal. *Neque aliud periclitanti ſubſidium, quàm caſtra primæ legionis: illic ſigna & aquilam amplexus, religione ſeſe tutabatur: ac ni aquilifer Calpurnius vim extremam arcuiſſet, rarum etiam inter hoſtes, Legatus populi Romani Romanis in caſtris, ſanguine ſuo altaria Deûm commaculaviſſet*. Huc etiam videtur reſpexiſſe Vegetius lib. 3. cap. 8. *Prima igitur ſigna locis ſuis intra caſtra ponuntur, quia nihil eſt venerabilius eorum majeſtate militibus. Deinde Duci prætorium, ejuſque comitibus præparatur, ac Tribunis tabernacula collocantur*.

4. Enituit vel maxime apud Romanos religio in veneratione ſignorum. Singularia de illis ſunt ea apud Tacitum teſtimonia lib. 1. Annal. *Converſus ad ſigna & bellorum Deos*. Et iterum: *Sequerentur Romanas aves: propria legionum numina*. Per eadem ſigna jurare erant ſoliti; in iiſque perfugium habebant; nihilo minus quam ſacris in locis. Conducibilis ejus religionis fructus erat, quod ingenerata ſemel ea opinione, & illa tenacius euſtodirent, & amiſſa alacriori impetu repeterent. Præſertim cum pœnæ etiam propoſitæ eſſent eadem per incuriam negligentibus, aut ignavè tradentibus in hoſtium poteſtatem.

Digitized by Google

tem. Dionyſius: *Quidam è Ducibus ſigna ſuis crepta in hoſtes jecerunt, ut languidioribus aut timidioribus ex neceſſitate robur imprimerent, ſcientibus quod iis, qui ſigna non retuliſſent, cum ignominia erat moriendum*. Accedebat ad vulgarem cultum etiam ſignorum ornatus. Illa ſiquidem non modò ſericis tęniis, purpuráque, auro, & argento, ſed etiam floribus decorabant. Claudianus:

Movortia ſigna rubeſcunt
Floribus, & ſubitis animantur frondibus haſtæ.

De eodem ritu Svetonius: *Neque aquilæ ornari, neque ſigna convelli potuerunt*. Quidquod unguentis etiam & odoramentis inungebantur? Cujus rei teſtimonium facit marmor antiquum ſic inſcriptum. *CORONÆ. ILLATÆ. SIGNAQVE. VNCTA*. Idem etiam perhibet Plinius lib. 13. cap. 4. *Aquilæ certè ac ſigna illa pulverulenta & cuſtodiis horrida, inunguntur etiam feſtis diebus, utinamque dicere poſſemus quis primus inſtituiſſet*. Contra in triſti eventu & rebus adverſis ſigna inculta atque neglecta cernebantur. Tacit. 1. Annal. *Druſo propinquanti quaſi per officium obvia fuere legiones, non lætæ, ut aſſolet, neque inſignibus fulgentes, ſed illuvie deformi*. Et iterum ibidem de funere Germanici: *Præcedebant incompta ſigna, verſi faſces*. Cum autem talis ac tanta fuerit ſignorum religio, non eſt obſtupeſcendum, ſi amiſſa ſigna morte ſigniferorum vindicata frequenter legamus. Liv. l. 2. *Appius ſigno amiſſo, ſigniferos virgis cæſos ſecuri percuſſit*.

5. Quemadmodum autem, rebus compoſitis, ſigna in ærario quieſcebant, ita conſcripto expeditoque ad iter milite, eadem ex ærario promebantur a Quæſtoribus, propriumque legionibus, cohortibus, turmis, atque centuriis ſignum attribuebatur, ut ſuum quiſque ſecuti procederent; ab eoque pugnę vel prædę agendę neceſſitate digreſſi, ſcirent quò ſe deberent recipere. Exercitu commeante non deferebantur ſigna à ſigniferis: notatumque eſt a Svetonio in Vita Caji eum Principem prępter morem ſigna jumentis impoſuiſſe, & ſubſequi juſſa, ut feſtinantius copię procederent. Inferebantur autem ſigna conto pręfixa parvis loculis, qui, ut faciliùs impingi, defigique terrę poſſent in acutam cuſpidem deſinebant. Tradit id expreſsè de aquila Dio, & de ſignis generatim Tacitus in expeditione Germanici. Sed vide in hanc formam delineatum aquilę ſignum in veteri caſtrorum ſchemate, quod proponit Pierius Valerianus Hieroglyph. lib. 42. Illud etiam honoris impertitum ſignis volnere Romani, ut primum in caſtris locum, etiam ante Prętorium, obtinerent. Vegetius clariùs id tradit quàm ut lucem deſideret. Relege locum ipſius ſupra citatum num. 3. Inventum ſignorum militarium ad Ægyptios refert Steuvechius ad Veget. l. 2. cap. 6. Docet autem ex Diodoro Siculo l. 2. Ægyptios, nullam olim ſecutos ſatis certam bellicam diſciplinam, a finitimis ſępe bello ſuperatos. Ut amoliendis damnis cędibuſque inirent viam, excogitarunt ſigna, ad quę ſeparentur milites, eademque ſublata & cognita ſequerentur. Extulerunt autem figuras animalium; ut ad ſua ſe quiſque ſigna colligeret, nec aberrantes diſſolutique aggreſſionibus conglobatorum hoſtium obnoxii fierent. Lęti eventus, qui ſubſecuti ſunt, non modò inventi utilitatem commonſtrarunt, ſed effecerunt ut ea poſtmodum animalia pro Diis Ægyptii venerarentur. Proinde ab Ægyptiis ſigna ad Gręcos primùm, deinde ad Romanos tranſiere. De aſſervata ad ſigna pecunia militari, de ſignis in aciem jactis ad animandos milites, de eorum auguriis, & diſcrimine a vexillis, alibi eſt ſermo. Adſcribo obiter, quę obiter quoque ſunt tradita a Scriptoribus, aliarum gentium ſigna. Athenienſes noctuam efferebant ex Plutarcho in Lyſandro: Ægi marinam turturem ex Alexandro ab Alex. Cimbri taurum ęneum ex Plutarcho in Mario: Artaxerxes gallum item ex Plutarcho: Oſiris canem: Ægyptii animalia, quæ colebant ut Numina ex Diodoro Siculo: Perſę ignem perpetuum ex Curtio: Porus Indorum Rex ſimulacrum Herculis ex eodem Curtio. Non adjicio ſigna, ſeu potius inſignia, & teſſeras Sacrorum Ordinum Militarium, cujuſmodi ſunt Cruces coloris, figuręque varię, vellus aureum, calcar aureum, columba argentea, claves aureæ, periſcelis, aliaque hujus generis; quoniam de iis ſatis multa prodiderunt Scriptores omnes eorum Ordinum. De ſignis militaribus vide Lorinum ad Numer. c. 2. Vide iconiſmos ſignorum apud Steuvechium ad Veget. lib. 1. cap. 23., & apud Lipſium de Milit. Rom. Conſule apud nos Titulos *Vexillum*, *Signiferi*, & ſingularium ſignorum militarium.

SIGNA EFFERRE. Vide *Signa convellere*.

SIGNA INFERRE. Formula militaris, qua Duces ordines hortabantur, ut validiùs preſſiùſque impreſſionem in hoſtes facerent. Procedentes nimirum ſigniferos cum ſignis, & ubi Mars eſt ardentiſſimus, eò convolantes, ſummi fuiſſet dedecoris non ſubſequi manipulares. Liv. lib. 6. *Signiferum ſecum arreptum in hoſtes rapit, infer miles, clamitans, ſignum*. Idem lib. 30. *Milites ad inferenda in hoſtem ſigna hortabantur*. Cæſar lib. 2. de Bell. Gallic. *Reliquos cohortatus milites ſigna inferre, & manipulos laxare juſſit*. Conſule alia exempla apud Briſſonium de Formul. lib. 4.

SIGNA STATUERE. Ubi manendum copiis erat, Duces imperabant ſignifero, militari formula, ſignum ſtatuere. Liv. lib. 5. *Exclamavit, ſignifer ſtatue ſignum, hic manebimus optimè*. Quę prope verba habet etiam Valerius Maximus lib. 1. cap. 5. *E præſidio cohortibus redeuntibus, Centurio exclamaret, ſignifer ſtatue ſignum, hìc optimè manebimus*.

SIGNA VELLERE, vel CONVELLERE. Formula militaris, qua ſigniferi quoties in aciem excundum erat, jubebantur convellere & efferre ſigna. Liv. lib 22. *Hæc ſimul increpans, cum ociùs ſigna convelli juberet*. Et iterum: *Cum ſignum omni vi moliente ſignifero convelli nequire ei nunciatum eſſet, converſum ad nuncium, dixiſſe refert: Abi, nuncia, ſignum effodiant, ſi ad convellendum manus præ metu obtorpuerint*. Silio inprimis ea formula familiaris fuit. Sic enim habet lib. 3.

extemplò edicit convellere ſigna.

Et lib. 8.

Vellantur ſigna, ac Diva ducente petamus,

Idem lib 12.

caſtris avulſa movere
Signa jubet Ductor.

Et

Et lib. 13.

convelli ſigna manipli
Optato lætis abitu jubet.

Non infrequens etiam fuit formula *Efferre ſigna*, ad eandem exprimendam militarem profectionem. Liv. lib. 24. *Signa efferre Conſul jubet.* Et lib. 29. *Tum vocatos in concionem milites Prætor ſigna extra Urbem efferre jubet.* Et lib. 34. *Duę legiones duabus principalibus portis ſigna efferre juſſæ.*

Signarii, orum. Signiferi. Veget. lib. 2. cap. 16. *Omnes autem ſignarii, vel ſigniferi quamvis pedites, loricas minores accipiebant.*

Signiferi. Cic. Verr. 4. *In ejus exercitu ſignifer.* Qui ſigna ante milites ferunt. Non obſcurus militiæ gradus. Pro numero ſignorum ſigniferi eligebantur. Dictum alibi de eo numero. Primus honore inter ſigniferos, apud Romanos præſertim, Aquilifer. Vide eum Titulum, ubi de voce Italica *Alfiere*. Item ſigniferi apud Italos *Banderoi, Gonfalonieri*. Etiam de his alibi quæſitum. Nihil in pugna magis dedecoroſum, quàm ſigna amittere, vel in hoſtium poteſtate relinquere. Ovid. 3. Faſt.

quæ magnum perdere crimen erat.

Amiſſa in clade Variana Romanorum ſigna ſolicitam habuere eam gentem, donec eadem poſt multos annos repeteret. De amiſſis ſignis apud Pœnos Horat. l. 3. 5.

ſigna ego Punicis
Affixa delubris, & arma
Militibus ſine cæde, dixit,
Direpta vidi.

De amiſſis apud Parthos Lucanus l. 8.

Juvat ire per Orbem,
Ducentem ſævas Romana in mœnia gentes,
Signaque ab Euphrate cum Craſſis capta ſequentem?

Idem lib. 2. de ſignis amiſſis in bello Civili:

ſoluſque ex agmine tanto
Dux fugit, & nullas ducentia ſigna cohortes.

Si defixa terræ ſigna convelli vix poſſent, pro cladis augurio accipiebatur. Id præſagium futuræ ſtragis habuiſſe milites Craſſi, authores ſunt Plutarchus & alii. Idem terror injectus Pompejanis, cum ęgrè ſigniferi ſigna convellerent, quæ porrò apibus obumbrata canit Lucanus. l. 7.

Nec non innumero cooperta examine ſigna,
Vixque revulſa ſolo, majori pondere preſſum
Signiferi merſere caput.

Vide *Signa convellere*. Addo locum Svetonii in Claudio c. 13. *In pœnitentiam religione converſis; poſtquam denunciato ad novum Imperatorem itinere, caſu quodam ac divinitùs neque aquila ornari, neque ſigna convelli moverique potuerant.* Cuſtodiendis ſignis in prœlio, & quoquomodo in clade retinendis ſtudioſiſſimi fuere Romani. Florus l. 4. c. 12. in deſcriptione cladis Varianę: *Signa & aquilas duas adhuc Barbari poſſident. Tertium ſignifer priuſquam in manus hoſtium veniret, evulſit, merſamque intra balthei ſui latebros gerens in cruenta palude ſic latuit.* Idem de Octaviano Auguſto in Bello Mutinenſi l. 4. can. 4. *Tam quidem etiam manu pulcher apparuit. Nam cruentus & ſaucius aquilam, a moriente ſignifero traditam, ſuis humerit in caſtra referebat.* Adde luculentum exemplum Silii l. 6.

vicini de ſtrage cadaveris haſta
Erigitur, ſoloque ingens conamine, latè
Stagnantem cæde, & facilem diſcedere terram
Enſe fodit, clauſamque aquilæ infelicis adorans
Effigiem, palmis languentibus æquat arenas.

Cæterum pugnæ ardor & alacritas a vigore ſigniferorum pendet quam maximè. Neque enim alio animo graduque ſubſequuntur milites, quàm quo ſigna illi in hoſtes inferunt. Vide *Signa inferre*. Equidem Q. Servilius Priſcus Dictator id aſſeruit prę́claro exemplo, cum lentiùs procedentem ſigniferum, teſte Livio l. 4. interficere non eſt veritus. Conſule Titulos *Aquila*, & *Signum*.

Silæ, arum Dictæ ſunt galeæ, quod introrſum apertæ & repandæ eſſent; ſic appellatæ ab eorum ſimilitudine, qui repando ſunt naſo, ideſt ſurſum verſus ſublato. Feſtus: *Silus appellatur naſo ſurſum verſus repando; unde galeæ quoque a ſimilitudine Silæ dicebantur.*

Silentium in arcanis bellicis. Vide *Arcanorum conſiliorum cuſtodia*.

Silex, icis. Pro igniario vel ignitabulo, cujus uſus ad ſuccendendum ignem in ſclopis manuariis. Virgil. lib. 6.

quærit pars ſemina flammæ
Abſtruſa in venis ſilicis.

Focile. Pietra focaja. Aloyſ. Pulc. Morg.

Diſſe Morgante, ogni pietra è focaja
Dove Morgante, e 'l battaglio s'accoſta.

Silictarii. Milites Turcici. Vide *Spathoglani*.

Silictorides. Genus militiæ Turcicæ. Refertur tantum a Laonic. Chalcocon. l. 8. *Ex quibus deinde ſtipendium accipiant peregrini & Janua milites, Caripides, Silictorides.*

Siloduni. Vide *Soldurii*.

Silvestra, æ. Sanutus l. 1. p. 4. *Indiget dictum navigium ædificiis baliſtrarum, ſilveſtrarum, vel ſpingardarum.* Vides fuiſſe machinam in genere balliſtæ. Hoc etiam vocabulum ſepones inter addenda ad Gloſſarium Cangii; cujus cæteroqui diligentiæ, eruditioni, & doctrinæ res litteraria plurimum debet.

Simplares, aliis Simplarii milites. Vide *Duplicarii*.

Simpli Equi. Memorantur in veteri Epigrammate de Circo:

Lunæ biga datur ſemper, ſolique quadriga:
Caſtoribus ſimpli ritè dicantur equi.

Equi ſunt ſingulares & ſolitarii; ad eorum diſcrimen, qui junguntur ad currum.

Sinaspismus, i. Dictio eſt Græcanica, uſurpata quandoque a Latinis Scriptoribus. Significat autem inſtructionem aciei magis ſpiſſam confertamque, in qua milites invicem diſtant nonniſi pedem & ſemis, ut notavimus in dictione *Podiſmus*.

Singilio, onis. Vox apud Latinos novitia, & uſurpata ſolùm, quod ſciam, a Trebellio Pollione in Claudio: *Singiliones Dalmatenſes decem.* Caſaubonus emaculandum putat locum, & ſingilionibus ſuſtituit cingiliones: exponit verò cingula parva, quibus utebantur equites Dalmatæ. Salmaſius interpretatur ſingiliones, vel potius ſigillones, ut ipſe corrigit, veſtes Dalmatarum equitum ſigillatas, ideſt ſignis vel figuris ornatas, & quaſi clavatas: licet nonnihil diſcriminis ſtatuat inter clavatas veſtes & ſigillatas.

Singulares milites. Singulares, vel ſingularii (utroque enim modò appellati inveniuntur in Notitia Imperii) antiquitùs fuere equites, ſeu potius ala equi-

equitum, de qua Tacitus Hiſt. l. 4. *Acceſſit ala ſingularium, exercita olim a Vitellio, deinde in partes Veſpaſiani tranſgreſſa*. Non obſcurum eos locum militiæ tenuiſſe in ordioe equeſtri noo pauci ſtatuunt marmorum tituli. In poſteriori verò militia ſingulares, vel ſingularii inter excubias & ſtipatores acceoſentur: & diſtinguuntur a ſcrioiariis in Notitia Imperii. Idem ordo dictus etiam Schola ſingulariorum. Suos habebant Præfectos, annonaſque percipiebant a Principe. Eorundem caput Primicerius dicebatur; huic proximus ſecundo, & mox tertio, & quartocerius, ut refert Pancirolus in Not. Dignit. Utriuſq. Imper. cap. 20. Idem author ſiogulares vel ſingularios dictos fuiſſe exiſtimat, quoniam a cæteris ſcriniariis eſſent diſiuncti, quemadmodum ſingulares in Pandectis vocantur libri, qui nullam cum præcedentibus habent coojunctionem.

Singulatores. Gloſſ. Equites ſunt, qui ſolo, ac ſingulo, ex quo illis nomeo, equo vehuotur, vel ex ſiogulari equo certant, ut Caſtores, quemadmodum iodicatum eſt io voce *Simpli Equi*. Opponuotur Deſultoribus, qui binos habebant equos, deque uno io alterum tranſilire ſolebant. Vide Manilium l. 5., & Salmaſ. ad Vopiſcum. Siogulatores nominatos etiam fuiſſe Monolores, ab unius equi loro, vel habena, & Mooocaballos, ab unius equi uſu, ootat Meurſius in Lexic. Grecobarb. Idem Deſultores dici cooſueviſſe affirmat Dicaballos, & Tricaballos: quòd duos vel tres equos ad inſulturam & deſulturam haberent.

Sinon. Græcorum, qui bello Trojano interfuerunt, callidiſſimus & mendaciſſimus. Quanta fuerit fallacia uſus, ut machinam equi Duratei Trojani exciperent, narrat Virgilius Æneid. 2. Nequitiæ ſuæ periurus proditor fructum retulit naufragium, cum rediret ad ſuos.

Siphones. Sunt propriè canales vel fiſtulæ, quæ concepto ſpiritu aquam vel alium liquorem emittunt. Memorantur in re bellica ioter armamenta nautica militaria. Ignem cum fragore & violentia adversùs hoſtes & eorum oavigia evomebant. Si illis globi ferrei vel plumbeæ ſferulæ acceſſiſſent, fuiſſent planè perſimiles noſtrorum temporum bombardis. Meminit Siphonis igniarii Leo Imperator per hæc verba: *Multę molitiones a Veteribus repertæ ſunt, ut ignis cum tonitru & fumo ignito per Siphones emiſſus naves incenderet*. Vide *Tubæ igneæ*.

Siquid mali, in Pyrrham. Subaudi *recidat*. Popolari ſermone ſic dicimus, cum gravi incommodo affecti, ot benignum numen io hoſtes illud vertat, rogamus. Tractum eſt adagium a Pyrrha, Lesbi inſulæ civitate, cujus populus finitimas urbes genteſque aſſiduis incurſionibus, armis, ac cædibus infeſtos habebat. Quamobrem reliquæ civitates, propinquique populi, ſiquid ſiniſtrum ipſis videbatur impendere, depoſcebant Deos, ut malum omen totamque perniciem in Pyrrham averterent. Ad hunc ferè modum Virgilius lib. 3. Georg.

Dii meliora piis, erroremque hoſtibus illum.

Et lib. 8. Æneid.

Dii capiti ipſius generique reſervent.

Simili forma Horatius l. 3. 27.

Hoſtium uxores puerique cæcos
Sentiant motus orientis Hædi.

Et Propertius:

Hoſtibus eveniat lenta puella meis.

Sæpe etiam Ovidius hujuſmodi ſermooem uſurpat. Heroid. Epiſt. 16.

Hoſtibus eveniant convivia talia noſtris.

Et alibi:

Hoſtibus eveniat vacuo dormire cubili;
Hoſtibus eveniat vita ſevera meis.

Sistarcia, sitarcia. Apud Scriptores Latinobarbaros eſt ſacculi viatorii vel militaris genus, ut exponunt Papias ex Iſidoro, Joannes de Janua, Ugutio, & alii. Vita S. Genulfi: *Levantes ergo ſacrum theſaurum in ſiſtarciis ſuper colla equorum cœperunt regredi*. Henricus de Knighton: *Cùm panis alimoniæ in ſiſtarciis deficere cœpiſſet*. Occurrit ſitarciæ mentio apud vulgatum Interpretem 1. Reg. 9. *Panis defecit in ſitarciis noſtris*. Vox eſt omninò Græca: nam σῖτος eſt cibus, ſeù annona ſufficiens viatoribus & militibus: ex quo etiam conſtat, vocem *Siſtarcia* corruptam eſſe à voce *Sitacia*.

Sistrum, i. Æneum crepitaculum, quo non ſolùm in ſacris Iſidis ſooum edebant Ægyptii Sacerdotes, ſed in bellicis etiam expeditionibus ea gens pro tuba utebatur. Virg. l. 8.

patrio vocat agmina ſiſtro.

Et Propert. l. 3. Eleg. 10.

Romanamque tubam crepitanti pellere ſiſtro.

Ejus inſtrumenti noo ſemel ſacræ etiam paginæ meminerunt l. 1. Reg. cap. 18. *Porrò cum reverteretur percuſſo Philiſthæo David, egreſſæ ſunt mulieres de univerſis urbibus Iſrael, cantantes choroſque ducentes in occurſum Saul Regis in tympanis lætitiæ & in ſiſtris*. Et lib. 2. cap. 6. *David autem & omnis Iſrael ludebant coram Domino in omnibus lignis fabrefactis, & cytharis & liris & tympanis & ſiſtris & cymbalis*. Ex hoc teſtimonio quidam opinati ſunt ſiſtrum ooo fuiſſe æneum, ſed ligneum crepitaculum. Quod etiam affirmat Toſtatus his verbis: *Siſtrum, inſtrumentum ligneum, rotulas quaſdam habens volubiles ferreas, & cum ſiſtra moventur, concutiuntur rotulæ ferreæ, & reddunt harmoniam*. Arguitur Ambroſius Calepinus, qui Ægyptiorum peculiare illud eſſe pronunciaverit inſtrumentum, cum a Judæis etiam uſurpatum ſæpe legatur. Sed nihil faciliùs factu fuit, quàm ut inſtrumentum apud Ægyptios natum, & ejuſdem nationis diu peculiare, ad Hebræos poſtea & alias etiam nationes tranſierit: quod planè noo impedit quomious Ægyptiorum peculiare fuiſſe rectè dicatur. Id verò de aliis armis & inſtrumentis non ita paucis oſtendere prolixę & apud eruditos ſupervacaneę eſſet operæ. Nihil porrò eſt neceſſe ad aſſerendam ſacri Scriptoris veritatem, ſiſtra lignea commioiſci: ſatis enim ſuperque conſtant ratio & veritas ſacroſanctis paginis, ſi aliqua, licet noo omnia, ex inſinuatis ioſtrumentis lignea fuerint. Nec proinde pugnaverim adversùs Toſtatum & alios nulla admittens ſiſtra e ligno confecta. Certiſſimum eſt vidiſſe me Romæ ſiſtrum Ægyptiacum antiquiſſimum, oulla noo ex parte ex ære conflatum. Per eam etiam occaſionem didici aliud perſimile aſſervari io Muſæo Regis Galliarum: admodum nempe inventu ſunt rara Veterum ſiſtra, licet adulterina non pauca oſtendantur. Vide plura io Titol. *Cymbalum*.

Sistratus, a, um, Siſtrum tenens, vel pulſans. Martial. 12.

Linigeri fugiunt calvi, ſiſtrataque turba.

Sitarcia. Vide *Siſtarcia*.

Sithia. Genus navis apud Sanutum l. 3. part. 13. *Eodem anno Soldonus Babyloniæ per ſiamen Tampuis inter galeas & iithias miſit &c.*

Siticines. Genus eſt certa quadam tubæ ſpecie coocinentium, de quibus ita ſcribit Gellius lib. 20. cap. 2. *Siticines: ſcriptum eſt in oratione M. Catonis, quæ inſcribitur, Ne imperium ſit veteri, ubi novus venerit: Siticines, inquit, & liticines, & tubicines. Sed Cæſellius vindex in Commentariis lectionum antiqaarum ſcira quidem ſe ait liticines lituo cantare, & tubicines tuba: quid iſthuc autem ſit, quo Siticines cantent, homo ingenuæ veritatis ſoire ſeſe negat. Nos autem in Capitonit Atæi conjectaneis invenimus Siticines appellatos, qui apud ſitos canere ſoliti eſſent: hoc eſt vita functos & ſepultos; eoſque proprium habuiſſe genus tubæ a cæterorum differens.* Perſpicuum ſit hoc Gellii ſermone, Siticines genus fuiſſe tubicinum, dictoſque Siticines, quòd apud ſitos, ideſt vita functos, canerent. Quæ verò tubæ forma peculiaris eorum fuerit, diſcendum ex Conjectaneis Hjeronymi Magii Miſcell. l. 1. cap. 13. Scribit autem tubam fuiſſe reliquis longiorem latioremque. Et de longitudine quidem conjecturam habet ex Ovid. lib. 2. Amor. Eleg. 6., ubi hæc habet inter alia de morte Pſittaci:

Horrida pro Mæſtis lanietur pluma capillis
Pro longâ reſonent carmina veſtra tubâ:

Pro illarum latitudine adducit teſtimonium Galeni lib. 3. de Symptomatum cauſis, ubi ſermo illi eſt de flatibus ventris: ſic autem ſcribit. *Porro ſunt alii bomboſi, bombis latiſſimarum tibiarum non abſimiles, quales habere ſolent ii, qui Tymbaaſtæ, ideſt Siticines nominantur, quæ ob materiam, ex qua conſtant, parum ſonum reddere non poſſant, & viæ, qua ſpiritus tranſit, latitudo ſonum efficit graviorem.* Ubi quod tibias Galenus oomioat non tubas nihil negotii faceſſit Magio reputanti utrunque inſtrumentum fuiſſe Siticinum.

Sitis. Ingentes copias bellatorum ſame graviùs atque velociùs quàm ferro coonſumi alibi ſcripſimus. Perinde autem ac fames inedia, ſitis ardore viſcerum, & faucium ſiccitate mortales opprimit. Eadem præterea perinde ac fames & vehementiſſimum eſt inſtrumentum ad profliganda celeriter bella, & omni ſtudio adhibito ioprimis arcenda a caſtris, ubi ſtationem milites habent, & ab oppidis, quæ oppugnatione hoſtica quatiuntur. Repetenda ſunt, quæ alio in loco notavimus de ciſternis & aquatione. Cæterum ſupplicium omnium ferè atrociſſimum ſitim eſſe oſtendunt verba illa Ovidii 6. Metam.

Hauſtus aquę mihi nectar erit, vitâque fatebor
Accepiſſe, ſimul vitam dederitis in undis.

Documento eſt Thucydides, qui magnarum peſtium ſociam ſitim vocavit. Indicavit etiam Virgilius lib. 3. Georg. ubi peſtilentiam deſcribere exorſus, illa inſerit:

ignea venis
Omnibus acta ſitis.

Verùm de hujus pœnæ morbiquæ atrocitate prolixiùs alii ſcripſerunt. Notandum nobis occurrit ad eam artem confugiſſe ſæpiùs Imperatores, ut hoſtes præſertim obſidione circumventos ad extremæ ſitis ardorem adigerent. Nullis autem pepercerunt laboribus, ut omnes aqnarum ſcatebras adverſariis præcluderent: ut eaſdem effoſſis ſub terra canalibus aliò deducerent, aut aggeribus terręque cumulis interciperent, aut demum quomodolibet vitiareot atque corrumperent. Quanto laborum conatu aſſecutus id fuerit Cæſar in obſidione Uxelloduni, Hirtius lib. 8. de Bell. Gallic. oarrat his verbis: *Cum contra expectutionem omnium Cæſar Uxellodunum veniſſet, oppidumque operibus clauſum animadverterat; neque ab oppugnatione recedi videret ulla conditione poſſe, magna autem copia frumenti ubundare oppidanos ex perfugis cognoviſſet, aquâ prohibere hoſtem tentare cæpit. Sub ipſius oppidi murum magnus fons prorumpebat ub ea parte, qui ferè pedum trecentorum intervallo fluminis circuitu vacabat. Hoc fonte probiberi poſſe oppidanos cum optarent reliqui, Cęſar unus videret, non ſine mogno periculo; e regione ejus vineas agere adversùs montem, & aggeres ſtruere cæpit magno eum labore & continua dimicatione. Eodem tempore tectos cuniculos agunt ad caput fontis, quod genus aperis ſine ullo periculo, & ſine ſuſpicione hoſtium facere licebat. Extruitur agger in altitudinem pedum quadraginta: collacatur in eo turris decem tabulatorum, non qaidem quæ mœnibus æquaretur (id enim nullis operibus affici poterat) ſed quæ ſuperaret fontis faſtigium. Cam pertinaciter reſiſterent oppidani, mogna etiam parte ſuorum ſiti amiſſa, in ſententia permanerent: ad poſtremam cuniculis venæ foutis interciſæ ſunt, atque averſæ. Quo facto repente fons perennis exhauſtus tantam attulit oppidanis ſalutis deſperationem, ut id non hominum conſilio, ſed Deorum voluntate factum putarent, Itaque neceſſitate coacti ſe tradiderunt.* Idem ab Antiocho adveraùs illuſtre in Arabia oppidum factiatum legimus apud Polybium lib. 5. *Sed quanquam continuata diu urbis obſidio fuiſſet, nihil tamen ob multitudinem propugnantium militum perfici potuit, donec oſtenſo per unum ex captivis rivo, per quem aquatum obſeſſi proficiſcebantur, eam clauſerunt, ligniſque, & lapidibus, & aliis ejuſmodi rebus ſepſere. Tunc autem nulla amplius aquationis ſpe relicta, confeſtim ſe hoſtibus dediderunt.* Nec defuit Scipioni calliditas, ut eo præſertim temporis articulo Annibalis exercitum ad pugnam eliceret, quo ſiti illum laborantem reſciverat. Appian. lib. 6. de Bell. Punic. *Eum locum cum a Scipione occupatum inveniſſet, pernoctavit in campo arido: fodiendiſque pateis occupatus exercitus arenam, & aquæ turbidæ paululum magno labore quæſitum bibebat. Id ubi ſenſit Scipio, mane aggreſſus eſt feſſos itinere, ſiti, vigiliis.* Catonem verò ejuſque copias ſiti acerrimè conflictatas legimus in Africa; ubi Cato oblatam ſibi a milite recentem rigentemque aquam in caſſide, animoſo jactu refudit in terram, ne in conſpectu ſiticotium legionum oblato munere aridas fauces leniret. Quo ioſuper exemplo perfecit, ut aoimoſiùs milites vehementiſſimæ ſitis incommoda ſuſtinerent. Lucan. lib. 9.

Arent ora ſiti: conſpecta eſt parva maligna
Unda procul vena: quam vix e pulvere miles
Corripiens, patulum galea confudit in orbem;
Porrexitque Duci. Squalebant pulvere fauces
Cunctorum, minimumque tenens Dux ipſe liquoris
Invidioſus erat. Mene, inquit, degener unum
Miles in hac turba vacuum virtute putaſti?

Vſ-

Vſque adeo mollis primiſque caloribus impar
Sum viſus? quanta pœna tu dignior iſta,
Qui populo ſitiente bibas! ſic concitus ira
Excuſſit galeam, ſuffecitque omnibus unda.

Perſimile magnanimæ tolerantiæ exemplum in perferenda ſiti, religioſè ſanctèque prius exhibuerat David, ut legitur lib. 2. Reg. cap. 23. *Deſideravit ergo David aquam de lacu, & ait, O ſiquis mihi daret potum aquæ de ciſterna, quæ eſt in Bethlehem juxta portam. Irruperunt ergo tres fortes caſtra Philiſtinorum, & hauſerunt aquam de ciſterna Bethlehem, quæ erat juxta portam, & attulerunt ad David: at ille noluit bibere, ſed libavit eam Domino, dicens, Propitius ſit mihi Dominus, ne faciam hoc: num ſanguinem hominum iſtorum, qui profecti ſunt, & animarum periculum bibam?* Superat omnem fidem extremus ſitis ardor, quo miſerrimè correpti ſunt milites Cæſariani, eam ob cauſam ad lacrimabiles ſupremæ neceſſitatis conatus expromendos adducti. Quæ calamitas eò viros præſtantes exercuit duriùs, quo promptiùs ſiti graviſſimæ erat remedium, conſtitutis eorum caſtris inter Iberum & Sicorim, amnes Hiſpaniæ. Lugubre infortunium quoniam Lucanus lib. 4. ad vivum & eleganter deſcribit, ejuſdem verſus hic apponere non fuerit pœnitendum.

Jamque inopes undæ, primùm tellure refoſſa
Occultos latices, abſtruſaque flumina quærunt:
Nec ſolum raſtris duriſque ligonibus arva,
Sed gladiis fodere ſuis: puteuſque cavati
Montis ad irrigui premitur faſtigia campi.
Non ſe tam penitus, tam longe luce relicta
Merſerit Aſſyrii ſcrutator pallidus auri.
Non tamen aut tectis ſonuerunt curſibus amnes,
Aut micuere novi, percuſſo pumice, fontes:
Antra nec exiguo ſtillant ſudantia rore,
Aut impulſa levi turbatur glarea vena.
Tunc exhauſta ſuper multo ſudore juventus
Extrahitur, duris ſilicum laſſata metallis.
Quoque minus poſſent ſiccos tolerare vapores,
Quæſitæ feciſtis aquæ. Nec languida feſſi
Corpora ſuſtentant epulis, menſaſque peroſi
Auxilium fecere famem. Si mollius arvum
Prodidit humorem, pingues manut utraque glebas
Exprimit ora ſuper: nigro ſi turbida limo
Colluvies immota jacet, cadit omnis in hauſtus
Certatim obſcœnos miles: morienſque recepit,
Quas nollet victurus aquas: rituque ferarum
Diſtentat ſiccant pecudes, & lacte negato,
Sordidus exhauſto ſorbetur ab ubere ſanguis.
Tunc herbas, frondeſque terunt, & rore madentes
Diſtringunt ramos: & ſiquos palmite crudo
Arboris aut tenerâ ſuccos preſſere medullâ.

Et paulò poſt:

torrentur viſcera flamma,
Oraque ſicca rigent ſquamoſis aſpera linguis.
Jam marcent venæ, nulloque humore rigatus
Aeris alternos anguſtat pulmo meatus,
Reſciſſoque nocent ſuſpiria dura palato.
Pandunt ora ſiti, nocturnumque aera captant.
Expectant imbres, quorum modo cuncta natabant
Impulſu, & ſiccis vultus in nubibus hærent.
Quoque magis miſeros undæ jejunia ſolvant,
Non ſuper arentē Meroen, Cancrique ſub axe,
Quà nudi Garamantes arant, ſedere; ſed inter
Stagnantem Sicorim, & rapidum deprenſus Iberum
Spectat vicinos ſitiens exercitus amnes.

Jam verò copias Alexandri Macedonis ſitis æſtu ſqualentes in deſertis locis Suſitanorum, ejuſque ſupplicii ingenti animo perferendi documentum a ſummo Duce proditum, ſic accipe verbis Curtii lib. 7. *Itaque primùm animi, deinde corpora defecere. Pigebat & conſiſtere & progredi. Pauci a peritis regionis admoniti præpararant aquam. Hæc paulisper repreſſit ſitim. Deinde creſcente æſtu rurſum deſiderium humoris accenſum eſt. Ergo quidquid vini oleique erat ingerebatur: tantaque dulcedo bibendi fuit, ut in poſterum ſitis non timeretur. Graves deinde avidè hauſto humore non ſuſtinere arma, non ingredi poterant; & feliciores videbantur quos aqua defecerat, cum ipſi ſuè modo infuſam vomitu conarentur regerere. Anxium Regem tantis malis circumfuſi amici ut meminiſſet orabant, animi ſui magnitudinem unicum remedium deficientis exercitus eſſe; cum ex iis, qui præceſſerant ad capiendum locum caſtris, duo occurrunt utribus aquam geſtantes, ut filiis ſuis, quos in eodem agmine eſſe, & ægrè pati ſitim non ignorabant, occurrerent. Qui cum in Regem incidiſſent, alter ex iis utre reſoluta, vas, quod ſimul ferebat, implet porrigens Regi. Ille percunctatus quibus portarent, filiis ferre cognoſcit. Tunc poculo pleno, ſicut oblatum eſt, reddita: Nec ſolus, inquit, bibere ſuſtineo, nec tam exiguum dividere omnibus paſſum. Vos currite, & liberis veſtris, quòd propter illos attuliſtis, date.* Non imparis conſtantiæ facinus commemorat Sozomenus in præconio Theodoſii Minoris Arcadii filii. Errat tamen Hiſtoricus, dum Theodoſii factum exæquans Alexandro ſitim ſuperanti, hunc oblatam aquam in terram effudiſſe tradit: quod optimè advertit Raderus ad memoratum Curtii locum; præſertim cum Plutarchus Alexandri factum exponens nihil a Curtio diſſentiat. Ejuſdem ardoris vehementia compulſos olim fuiſſe Cretenſes milites lotio in os ingeſto ſitim ſedare, ſic prodidit Valerius Maxim. lib. 7. cap. 6. *Cretenſibus nihil tale præſidii affulſit: qui obſidione Metelli ad ultimam uſque penuriam compulſi, ſuâ, jumentorumque ſuorum urinâ ſitim torſerunt, juſtiùs dixerim, quàm ſuſtentarunt: quia dum vinci timent, id paſſi ſunt, quod eos ne victor quidem pati coegiſſet.* Florus etiam lib. 4. cap. 2. ſcribit, a Cæſare in Hiſpania bellum faciente, adversùs Pompejum ad deditionem fuiſſe compulſos ob ſitis intolerantiam ejuſdem Pompeii legatos, Petrejum & Afranium.

2. Ad ſublevandam copiarum ſitim in aridis præſertim ac ſabuloſis locis non minimum ſæpe deſudavit Imperatorum ingenium, dum alii ſilvarum plantis exciſis, alii deductis per longiſſimos tramites fluviorum aquis, ſiti remedium quæſivere. Verùm portenti ſimile eſt quod narratur ab Herodoto lib. 3. de Rege quodam Arabico, qui per canalem bovinis coriis confectum aquam deduxit per ſpatium duodecim dierum viæ militaris, ut rem gratam faceret, & opitularetur Cambyſi Perſarum Regi adversùs Ægyptios belligeranti aridiſſimis in campis, atque omni aquarum humore penitus deſtitutis: *Eſt magnum in Arabia flumen nomine Corys, exiens in mare Rubrum. Ab hoc flumine fertur Arabum Rex canalem ex bovis aliiſque crudis coriis conſutum,*

tanta longitudine produxiſſe, ut ad loca arida per illum aquam produceret, inque illo arida ſolo ingentes ciſternas fodiſſe, quæ receptu aqua potum ſuppeditarent: & cum ſit a flumine ad terram aridam duodecim dierum via, per tres aquæductus in totidem partes aquas deduxiſſe.

SITUS CONDENDIS ARCIBUS CASTRISQUE METANDIS APTUS. Vide *Munio*, & *Caſtrametor*.

SOCII. Significationem habent conſuetudinis. Vitæ ſocios, viæ comites, ſodales in rebus jucundis, collegas in officio dicimus. Riſi ſuaviter veterum Grammatiſtarum affanias, cum ſocios a ſocco dictos offendi apud Catholicon: *Dicuntur ſocii propter periculi vel operis ſocietatem, quaſi in una caliga, vel ſocco, vel uno veſtigio manentes.* Dicuntur omninò a verbo *ſequor*: ſed & adhuc proximiùs a verbo *ſeco*, quod Antiquis fuit *ſequor*, uſitatu tranſitu *q*, in *c*. Clarè Martinius in voce *ſocius*: *ſeco* eſt *ſequor*: additque ſimilem eſſe Græcorum idiotiſmum. Idem aſſeverat Scaliger Pater ad Theophraſti de plantis l. 1. c. 5. licet a ſecando, ideſt findendo rem enucleans videatur ignoraſſe, *ſeco* Priſcis ipſiſſimum fuiſſe *ſequor*, vel, ut olim efferebatur, *ſequo*. A *ſeco* pro *ſequa* dicitur in re numerali *ſecundus*, quia is numerus poſt primùm ſequitur. Præterea ex eodem fonte res ad votum & ex ſententia fluentes, ſecundas dicimus: Feſtus: *Secundæ res non a numero dicuntur, ſed quia, ut velimus, ſequantur.* Tu verò caveſis, Lector, ne me adunco naſo ſuſpendas, tanquam nimis moroſum in hac originatione perveſtiganda. Scias me rem agere Franciſci Petrarchæ; ejuſque Poetæ ſtudioſiſſimis quibuſque, quos inter æquo ſinceroque animo nomen profiteor meum, has parare vindiciolas in eos, qui verbis Herculis invadunt verſiculos illos maximi Vatis.

I' nol poſſo negar, Donna, e nol nego,
Che la ragion, ch'ogni buon'alma affrena,
Non ſia dal voler vinta; ond'ei mi mena
Talhor in parte, ov'io per forza il ſega.

Aiunt Poetam, adſtrictum licet rhythmi neceſſitate, nimis licentioſa uſum libertate, in verbo *ſego* pro *ſeguo*. Opinantur videlicet Poetam vitiosè mutilaſſe verbum *ſeguo*, abreptumque in tranverſam ſignificationem verbi *ſego*, quod eſt Italis *findo*, minimè verò gentium aut locorum *ſequor*. Taſſonus *Conſider. Rim. Petr.* ubi ait: *Arditezza da non imitare, e degna d'Ugolin Buzzuola Poeta antico Romagnuolo, che diſſe parlando con amore:*

Di me non t'ungi, che paſſion non ſega.

Verum opinio illos ſua falſos habet. Quemadmodum enim apud Latinos veteres *ſequo*, vel *ſequor*, & *ſeco* vel duo erant verba, quorum prius Italicum *ſegua*, poſterius verò interdum *ſequor*, interdum *findo* notabat; vel unum duntaxat verbum commemoratæ ſignificationis, ſed diverſimodè pronunciatum: ſic priſci Italici *ſeguo*, & *ſega* vel unum verbum habebant ejuſdem ſententiæ, vel geminum, quorum alterum *ſeguo* erat Latinorum *ſequor*, alterum *ſega* erat vel *findo*, vel *ſequor*, ut a ſyntaxi depoſcebatur. Non igitur vitioſe & audacter detruncatum eſt *ſego* a *ſeguo*, ſed duo ſunt verba ejuſdem ævo Italorum priſco ſignificationis, vel unum verbum, modo integra dictione, modo eliſâ literula expreſſum; ut fit in aliis *Nieve* & *neve*, *Nuova* & *nova*, & ſimilibus. Rem porrò vulgatam apud Priſcos, & indiſcriminatim habitum fuiſſe *ſeguo*, & *ſega*, oſtendunt teſtimonia facilè non pauca verbi *ſego* pro *ſeguo* apud veteres Poetas Italicos, & ipſe quidem verſiculus Ugolini adductus a Taſſono:

Di me non t'ungi, che paſſion non ſego.

Eo fit, ut ſiquis hoc ætatis uſurpet *ſega*, pro *ſeguo* excuſatum illum malim beneficio figuræ vetuſtæ locutionis, quam dicimus Archaiſmon, quàm injuſtum acerbiore cenſura. Ut enim antiquatum eſt hodie Latinorum *ſeco* pro *ſequor*; ſic deſita vox eſt Italorum *ſego* pro *ſeguo*. Sed nec Latini veteres ſuum *ſeco*, nec antiquiores Etruſci ſuum *ſega* reiiciendum fore a poſteris divinare potuerunt. Nec proinde inficias iverim etiam Petrarchæ tempore parum fuiſſe uſitatum *ſego*, pro *ſeguo*; Poetam verò verbum minus bellè auribus accidens facili negotio declinare potuiſſe. Verum leviſſimum id erratum, nec tam ſeverè ſugillandum a Cenſoribus, quos in configendis Scriptoribus meminiſſe oportet animadverſionis Horatianæ,

Nec ſcutica dignum horribili ſectere flagello,

& ab eodem verbo *ſeco* ductæ parœmiæ: *Non omnia eſſe ad vivum ſecanda.*

2. Latini nominis, ſive Senatus & populi Romani ſocii dicebantur populi, qui deberent quidem aliqua Romanis ex fœdere; cæterum ſuas ipſi leges habebant, ſuis ſuberant Magiſtratibus. Civitatis Romanæ jure carebant primùm; quod indicatur ab eorum plurimis, qui nominatim civitate donati ſunt. Vide Sigonium de Jure Italic. l. 1. Recenſentur ſocii Romanorum populi Etruſci, Latini, Sabini, Marſi, Peligni, Veſtini, Marrucini, Picentes, Hirpini, Appuli, Lucani, Samnites, aliæque gentes ultra Lirim amnem, uſque ad mare Adriaticum. Adversùs eas gentes, ſicubi pactis initæ ſocietatis non ſtetiſſent, aut quidquam mala fide commoviſſent contra populum Romanum, ab eodem populo Romano multiplici ſociali bello pugnatum eſt. Vide Livium, Appianum, Valer. Maxim. & alios. Viciſſim verò Romani auxilia ſociis ferebant, ipſiſque aderant præſidio atque cuſtodiæ, cum eorum agri vel jura ab aliis populis violarentur. Vide Hug. Grot. de Jure belli & pacis lib. 1. cap. 3. Itaque ſocii ſemper Italici fuere: poſt Italiam verò civitate donatam defecit ſociorum nomen, vireſque exterarum gentium Romanis exercitibus adiectæ Auxilia ſunt nominata. Militare ſacramentum Romano Duci ſocii dicebant: non item auxiliares, qui ſuis Regibus ac Principibus obligabant fidem, quemadmodum eorum etiam ſumptibus, non Romanorum, alebantur. Meritò proinde Dio in bello Actiaco, auxilia ſacramento adacta tanquam rem novam, nec antea recepto more, commemorat: *Tanto autem ſtudio, & promptitudine utrique agebant, ut etiam auxiliares ſuas copias ſacramento adegerint.* Vide *Auxilia*. Multæ verò graviſſimæque Romanis aderant cauſę propagandi ſocietatem atque communicationem Latini nominis cum aliis nationibus, & primò quidem intra Italiam, poſtea verò latiùs per maxime conſpicuas Europæ gentes, quarum opportunam opem & benevolentiam eſſent experti. Excelluiſſe præ cæteris Æduos, Gallię Celticę populos notat Eumenius in Gratiar. act. ad Conſtantinum: *Fuit olim Saguntus fœderata, ſed cum jam tædio Punici belli novare im-*

perium

Digitized by Google

perium omnis cuperet Hiſpania: fuit amica Maſſiliæ; ſed protegi ſe majeſtate Romana gratulabatur: imputavere ſe origine fabuloſa in Sicilia Mamertini, in Aſia Ilienſes: ſoli Ædui non metu territi, non adulatione compulſi; ſed ingenua & ſimplici charitate fratres populi Romani crediti ſunt, appellarique meruerunt. Quæ nomine præter cætera neceſſitudinum vocabula & communitas apparet, & dignitas æqualitatis.

Socii Navales. Vide *Navales ſocii*.

Sol. Perſarum ſignum militare notiſſimum, quod in expeditione bellica quemadmodum proferretur, Curtius tradit lib. 3. *Super tabernaculum, unde ab omnibus conſpici poſſet, imago ſolis cryſtallo incluſa fulgebat*. Quemadmodum fœminas omnes Deas Lunæ nomine, ſic Deos omnes mares Solis nomine coluit Veterum ſuperſtitio. Perſæ præ cæteris ſummis illum honoribus, & quidem naſcentem jactis ſagittis in terra provoluti adorabant. Acceperunt ſcilicet domum pro Domino juxta illud Pſal. 18. *In Sole poſuit tabernaculum ſuum*. Vide Raderum ad memoratum locum Curtii & Valerian. in Hieroglyph.

Soldarii. Et

Soldenarii. Et

Solidarii, Vide Titulum ſequentem.

Soldatus, I. Miles mercenarius, conductitius. Thuvroczius in Calomano Rege Hungariæ: *Quæ quidem civitates per ſoldatos Pariſianorum miſſos per Cæſarem, expulſis Venetis ſunt rehabitæ.* Ad eandem ſententiam Soldarius. Brompton an. 1051. *Rex Eduardus Anglos a gravi tributo ſolvit, quod eis pater ſuus propter Danorum ſoldarios impoſuerat*. Item Soldenarius. A voce populari *ſoldo*, de qua mox. Geſta Philippi III. Regis Francor. *In Romania deſtinavit D. Joannem de Apia comitem cum ſoldenariis Francigenis ferè attingentis.* Denique etiam Solidarii. Ordericus Vitalis lib. 4. *Solidarios milites convocavit, omneſque regali munificentia, pro militari ſervitute muneratos, domum abire benigniter permiſit*. Quæ omnes voces originem procul dubio trahunt a ſolido, quod erat ſtipendium vel pecunia militibus tradi ſolita. Sic appellata ea pecunia, quoniam iiſdem appendebatur ex ære ſolido, ut indicavimus in voce *Stipendium*. Ex quo aurum etiam & argentum ſolidum dicimus. Albertus Aquenſis lib. 10. cap. 41. *Advenæ Galli, qui conventione ſolidorum Imperatori militabant.* A ſolido contractè fit ſoldum. Id propriè pecuniam ipſam ſolidam, ſed mox figuratè pecuniæ ſolutionem ſignificat. Hinc habemus voces Italicas, *ſoldo, aſſoldare, ſoldati*. Hiſt. Cortuſiorum lib. 2. *Stipendiarii omninò caſſentur a ſoldo Paduæ*. Vide Pithœum ad legem Salicam. Militum numerus dicitur *Soldateſca*. Quod ſi viliores & imperiti adſcripti ſunt milites, dicuntur *Soldataglia*. Matthæus Villani lib. 7. cap. 102. *Accoglica rubatori, a ſoldataglia, e correa in Puglia, non meno per pazzia, che per ruberia*.

Soldurii. Vetus Gallorum militia. Meminere Cæſar de Bell. Gallic. l. 3. & Athenæus l. 6. cap. 13. Floruere in Aquitania, ubi Sotiates populi, de quibus idem Cæſar ibidem. Ducibus ſuis ſingulari benevolentia & clientela obſtricti, eorumque in utraque fortuna ſocii & ſatellites. Sed audi Cæſarem. *Alia ex parte oppidi Adeantuannus, qui ſummam imperii obtinebat cum ſexcentis devotis, quos illi Soldurias appellant; quorum hæc eſt conditio, ut omnibus in vita commodis una cum eis fruantur, quorum ſe amicitiæ dediderint: ſi quid iis per vim accidat, aut eundem caſum una ferant, aut ſibi mortem conſciſcant; neque adhuc hominum memoria repertus eſt quiſquam, qui eo interfecto, cujus ſe amicitiæ devoviſſet, mori recuſaret*. Athenæus ex Nicolao Damaſceno Peripatetico eoſdem Silodunos vocat. Sic autem ſcribit. *Narrat Adiatomum Regem Sotianorum (eſt autem Galliæ natio) ſexcentos habuiſſe proximos ſibi delectos homines, Galli propria lingua Silodunos vocant (ea dictio Græcis Devotos ſignificat) qui cum Rege & vitam agunt, & moriuntur, id ſummopere votis optantes; ob quam erga Regem fidem cum eo principatum gerunt, eodem victu & corporis cultu, quoties ejus neceſſitatis contingit occaſio, mortem libenter appetentes, ſive Rex intereat morbo, ſive cadat in prælio, ſive alia quavis de cauſa vita exceſſerit: nec eſt qui dicere poſſit ex illis, amiſſo Rege, quempiam mortem expaviſſe*. In his autem verbis tria obſervanda ſunt. Primùm; Damaſceni locum ex Cæſare eſſe deſcriptum. Iterum Silodunos in textu Damaſceni vocem eſſe depravatam vitio Latinorum Librariorum, qui *ri* figura *ω* ſcribebant, ut unum pro altero facile ſumeretur; præſertim cum litera *i* formaretur ſine puncto in MSS. antiquioribus. Poſtremo falſum & futile eſſe, quod ait, dictionem *Silodunos* Græcis Devotos ſignificare. Mihi Soldurii, vel Solidurii vox eſt Latina ejuſdem originis ac *Soldato*: ut enim ab ære ſolido fit *Soldo* ex quo *Soldato*; ſic ab eodem ſolido fit Solidurii, & contractè Soldurii. Miror hæc non advertiſſe Caſaubonum ad eum locum Athenæi.

Soleæ Equorum. Equos & jumenta oneraria apud antiquos Romanos habuiſſe ſoleas, ſeu ferreum ungularum munimen, non eſt dubium. Catullus ad Colon.

Et ſupinam animam gravi derelinquere cæno,
Ferream ut ſoleam tenaci in voragine mula.

Nero apud Svetonium cap. 30. legitur nunquam carrucis minus mille feciſſe iter, ſoleis mularum argenteis. Plinius verò lib. 11. cap. 45. camelos etiam ſcribit longiore itinere ſine calceatu fatiſcere. Utrum verò equi militares ſoleis uſi fuerint, aliqui addubitant. Quemadmodum verò exploratum eſt ante Trajani tempora ferratis calceis, ſive ſoleis equorum ungulas fuiſſe munitas; ſic vetera numiſmata, antiqui lapides & cælaturæ columnæ cochlydis eidem Trajano dicatæ manifeſtum oculis faciunt militares equos atque adeo Imperatorios ſoleis caruiſſe. Nudis etiam ferro ungulis in Capitolio cernitur M. Aurelii equus æneus, aliique inſuper equi bellatores in eodem clivo Capitolino. Ejus verò rei non debilitat fidem aut incuria ſtatuariorum, aut neglectus & deſpicientia rerum minimarum: quaſi non adeo permagni fuerit ejuſmodi minuta & exilia prætermittere. Cernimus nimirum in iiſdem lapidibus & numiſmatis affabrè & exiliter expreſſas caligas militantium: ex quo conſtat equorum etiam ſoleas artifices non omiſſuros, ſi illæ per ea tempora fuiſſent in uſu. Et hoc quidem de Romanis dictum ſtabilitumque ſit. Nam equos Heroum, Ducumque Græciæ Aſiæque vetuſtiſſimorum indutos fuiſſe ferratis calceis, ſive ſoleis ſatis disertè tradit Homerus multis in locis, ac præſertim Iliad. 11.

ſub ipſis autem concitatus eſt pulvis
E campo, quem excitarunt multiſoni pedes equorum
Ære terram pulſantes.

Appianus etiam in lib. de Bell. Mitrid. eum Regem narrat miſiſſe in Bithyniam equos ioutiles, & inopiâ ſolearum detritis ungulis claudicantes. Nec Homerus duotaxat Græcique Vates equos æripedes vocant: id etiam a Latinis Poetis ſæpe dictum. Iidem ſonipedes appellant equos, quod a pulſu ferrati calcis, vel ſoleæ, potius quam a percuſſione ſimplicis ungulæ dictum exiſtimaverim. Sed longe apertius id fit ab epitheto *æripedes* quo tauri Colchici dicuntur ab Ovidio: quemadmodum & Ariſtophanes in Equit. equos vocavit χαλκοκρότους ære ſonantes. Virgilius l. 6. æripedem cum aliis appellat cervam, quam Hercules interfecit. Ubi fruſtra ſunt Grammatici, qui eam cervam ab aëre non ab ære nuncupatam æripedem opioantur; cum contra ſiot Poetæ Græci antiquiores, qui eam vocant χαλκόποδα. Vide Cerdanum ad eum Virgilii locum. Conjectare licet morem ſoleis armandi equorum ungulas initium habuiſſe poſtquam viæ urbanæ, & publicæ campeſtres ſilicibus coſteroi cœperunt. Profecto equorum ungulas terrei tramites & agrorum plana mioime lædunt. Perſpicuum id efficinnt greges equarum, quæ in collibus & compaſcuis victitantes expedite agunt ſine ſoleis, quibus oon armantur, niſi cum ad areas frumentarias trituræ cauſa proficiſcuntur. Præterea ſi antiquitus ioſtructi ſoleis fuiſſent equi militares, atque adeo qui onera convectabant, io comitatu bellico adducti cum aliis fabris ſæpius legerentur medici veterinarii. Verum de iis mirum eſt, quantum obſervare potui, apud Scriptores ſileotium.

Soliferreum, & caſtigatiùs Solliferreum. Genus teli ſic appellatum quaſi totum ferreum. Nam, Feſto authore, *Sollo dicitur Oſcè, quod nos totum vocamus.* Lucil.

Suaſa quoque omninò dirimit non ſolla dupondi;

Ideſt, *non tota*. Ad eundem modum juxta memoratum Grammaticum *ſollers* dicitur io omni re prudens, & *ſollenne*, quod omnibus annis præſtari debet. Meminit ſolliferrei Livius lib. 4. Bell. Maced. *Ut emiſſis ſolliferreis phalaricîſque gladios ſtrinxerunt, tum verò redintegrata eſt pugna.* Item Gellius lib. 10. cap. 25. *Phalarica, ſemiphalarica, ſoliferrea.*

Solitaurilia. Vide *Suovetaurilia.*

Somarii, orum. Aſini ſarcinarii. Vide *Sagmarii Equi.*

Sona, æ. Danica vocis origine eſt pax, concordia, fœdus. Charta Erici Regis Danorum, apud Iſaac. Pontanum lib. 7. Hiſt. Daniæ: *Concordavit totaliter in hunc modum, videlicet, quòd vera & plena concordia atque ſona perpetuis temporibus duratura eſſe deberet.* Legitur etiam Duraſuna ejuſdem notionis. Diploma Reinoldi Archiep. Col. *Et ut reconciliatio hæc permaneret indiſſolubilis, quæ vulgò dicitur Duraſuna &c.*

Sonipes, dis. Equus. A ſonitu pedum; & quidem non tam pulſantis terram ungulæ, quàm ſoleæ ferratæ, ut dixi in Tit. *Solea*. Virgil. Æn. 4.

Stat ſonipes, ac frena ferox ſpumantia mandit.

Sonus in bello. Vide. *Muſica*, & bellica ſonorum inſtrumenta.

Sortitio militaris. Multiplicem habet uſum in re militari ſortitio; nimirum antiquiſſima conſuetudo in caſſidem vel quodcunque aliud commodum receptaculum conjiciendi ſchedulas impreſſas nominibus, quæ poſtea temerè & caſu extracta atque elicita eos deſignant atque pronunciant, qui vel ad labores ſubeundos, vel ad magiſtratus capiendos, vel ad præmia, vel pœnas excipiendas eliguntur. Ad hanc formam primùm omnium ſortiri milites aliique labores ſoleot, ne ſuſpicioſi reputent ob privatam gratiam quoſdam oneribus ſubtrahi; utque in rebus duris aſperiſque ſervetur æqualitas. Virgil. lib. 3. Æneid.

Sternimur optatæ gremio telluris ad undam
Sortiti remos.

Idem lib. 8.

Ocyus incubuere omnes, pariterque laborem
Sortiti.

Nimirum ut probè Servius exponit diviſere ſibi per ſortem officia remigandi, aut aliis imperandi in munere nautico. Idem Virgil. lib. 9.

Omnis per muros legio ſortita periclum
Excubat.

Et iterum lib. 3. Æneid.

nos magna precati
Numina, ſortitique vices, una undique circum
Fundimur.

Per oobilem tranſlationem hujus generis ſortitionem ad apum, & earum miniſteria traduxit idem Virgilius lib. 4. Georg.

Sunt quibus ad portas cecidit cuſtodia ſorti,
Inque vicem ſpeculantur aquas & nubila cæli;
Aut onera accipiunt venientum; aut agmine facto
Ignavum fucos pecus a præſepibus arcent.

Eodem ritu, ubi merita & flagitia ioter æquales erant, ſupplicia, præmia, magiſtratus ſortitione obtinebant. Decimationes & mulctæ capitales ita ſæpiùs irrogatæ ad declinandos tumultus, & querelas ſeditioſorum. De magiſtratibus autem & præfecturis apertè Liv. lib. 7. *Cenſuit igitur Senatus neutram negligendam rem eſſe; Conſuleſque ſortiri provincias juſſit*. Idem lib. 4. Bell. Maced. *Illa tacita ſuberat cura, ne novus Conſul Græciam provinciam ſortiretur*. Inprimis verò uſuvenire id ſolebat in diviſione præmiorum & præcipuè prædæ militaris.

2. Animadvertendum hic autem eſt io Græcorum maxime militia, ut ex Homero colligitur, in more poſitum fuiſſe, ut, oppido vel arce armis expugnata, ſæviretur jure belli io mares omnes, quibus ad geſtanda arma ætas & robur ſuppeteret, cætera verò, nimirum equi, arma, annona, veſtis pretioſa, & genus omne ſupellectilis, in unum locum cogerentur. Præponi autem ſolebant viri ſummo loco nati, qui cum præſidiariis aſſervarent illa, & in milites ſorte dividerent. Sortes autem, ut tradit Naſcimbenus, Græcis erant calculi ſeu globuli e terra ficti, inſcripti ſortientium nomine. Ii injecti in uroam verſabantur: cujus ſors prior educebatur, priores ferebat partes. Et quoniam in direptione captarum urbium præ reliquis ſpoliis æſtimabantur matrooæ, virgineſque captivæ, tradi quidem earum ſelectiſſimæ quæque primariis Ducibus judicio, & extra ſortem ſolebant: verùm reliquæ ſorti ètiam ſuberant, & hujus arbi-

Digitized by Google

arbitrio deveniebant in poteſtatem victorum militum. Ea de re exempla paſſim ſuppetunt apud Homerum, atque huc etiam pertinent querimoniæ illæ Andromaches apud Virgil. lib. 3. Æneid.

O felix una ante alias Priameia virgo,
Hoſtilem ad tumulum Trojæ ſub mœnibus altis
Juſſa mori; quæ ſortitus non pertulit ullos,
Nec victoris heri tetigit captiva cubile!

De hujuſmodi ſortitione ita ſcribit Dyctis Cretenſis lib. 5. *Igitur ubi ſatietas Trojani ſanguinis tenuit, & urbs incendiis complanata eſt, initium ſolvendi per quædam milites capiunt primò a captivis fœminis, puerisque adhuc imbellibus. Itaque ex his prima omnium Helena ſine ſorte Menelao conceditur. Deinde Polyxena, ſuadente Ulyſſe, per Neoptolemum Achilli inferias miſſa. Agamemnoni Caſſandra datur, poſtquam forma ejus captus, quin palam deſiderium fateretur, diſſimulare nequiverat. Æthram, & Clymenen, Demophoon, & Acamas habuere. Reliquarum ſors agi cœpta.* De Virginum Trojanarum nominibus in urnam conjectis ita loquitur Hecuba apud Senecam in Troad. Act. 1. Scen. 1.

Dominum, ecce Priami nuribus & natis legens
Sortitur urna. Præda quem vilis ſequar?
Hic Hectoris conjugia deſpondet ſibi;
Hic optat Heleni conjugem; hic Antenoris;
Nec deeſt tuos Caſſandra qui thalamos petat.
Mea ſors timetur.

Sunt, ut dixi, qui opinantur, fœminas nobiles, quæque ſelectiores eſſent oris præſtantia, exemptas fuiſſe a ſorte traditaſque præclaris Ducibus non caſu, ſed habita ratione meritorum; ignobiles autem, & minimùm ſpecioſas ſorti urnæque ſubjectas. Verùm hoc ipſum ex memorato Senecæ teſtimonio liquet non fuiſſe perpetuò obſervatum. Quod etiam oſtendit Virgilius, qui Polyxenam Priami filiam ac formoſiſſimam virginem ſortitus edocet non pertuliſſe; qua exemptione fit manifeſtum ſortitioni fuiſſe obnoxias illuſtres fœminas. Idem ſtatuendum in diviſione prædæ per ſortitionem facta. Conſuetudo fuit ab ipſis Heroum temporibus repetita, cujus etiam Homerus & Euripides meminerunt non ſemel, ut ſpolia, templorum gazæ manubiæque & omnis magni pretii ſupellex militibus ſorte diſtribueretur. Nec tamen idcircò negatum fuit Imperatoribus, ut quæ ſibi magis arriderent, ſuis uſibus ſeponerent, aut amicis traderent, & bellatoribus præcipuo aliquo facinore ſingularem mercedem extra ſortem promeritis. Rem teſtatiſſimam non urgebo multis exemplis. Abundè fuerit proferre locum Virgilii lib. 9. ubi ſic Aſcanius ad Niſum;

Si verò capere Italiam, ſceptriſque potiri
Contigerit victori, & prædæ ducere ſortem;
Vidiſti quo Turnus equo, quibus ibat in armis
Aureus? ipſum illum clypeum, criſtaſque rubentes
Excipiam ſorti, jam nunc tua præmia, Niſe.

Invenio adhibitam ſortem in delectu. Cum enim Conſules Duceſque ſibi neceſſitudine vel benevolentia conjunctos non in longinquas & aſperas regiones ad dura & laborioſa Martis opera, verùm ad opulenta oppida mitterent, ut ſunt Taciti verba, nitidos & quæſtuoſos, culpatum id publicè; & ne degener inſtitutio in dies valeſceret, ſancitum eſt ut copiæ ſortitione ſcriberentur: Appianus in Ibericis: *Exercitus ſorte ſcripſerunt in Italiam tunc primùm loco delectus.* Huc etiam trahendum illud Virgilii lib. 1. Æneid. de Didone:

operumque labores
Partibus æquabat juſtis, aut ſorte trahebat.

3. Cum inter bellicos Duces, & ſpectatiſſimæ virtutis bellatores ſuboriri ex ambitione contentiones ſoleant, utri bellicam aliquam expeditionem ſuſcipiant, aut eidem præficiantur, aut primi ad dimicandum progrediantur, idcircò ad tollenda diſſidia & evitanda rixarum ſemina, ſolertiſſimi quique ſupremique armorum arbitri rivalium, & ad ea facinora certatim conſpirantium nomina ut in urnas conjiciantur mandare ſolent. Ita factitatum a Gothefrido in habendo equitum delectu, qui Armidæ auxiliarii eſſe debebant, quemadmodum legitur apud Taſſum Cant. 5.

Ei, ch'egualmente ſatisfar deſira
Ciaſcuna delle parti, e in nulla pende;
Se ben'alquanto hor di vergogna, hor d'ira
Al vaneggiar de Cavaglier s'accende,
Poich'oſtinati in quel deſio gli mira,
Novo conſiglio in accordarli prende.
Scrivanſi i voſtri nomi, & in un vaſo
Ponganſi, diſſe, e ſia giudice il caſo.
Subito il nome di ciaſcun ſi ſcriſſe,
E in piccol'urna poſti e ſcoſſi furo,
E tratti a ſorte.

Simili deliberatione uſus eſt idem Cruceſignatorum Ductor in electione bellatoris, qui adversùs Argantem ſingulari pugna certaret Cant. 7.

E laſcia che degl'altri in picciol vaſo
Pongaſi i nomi, e ſia giudice il caſo.
Anzi giudice Dio, de le cui voglie
Miniſtra e ſerva è la Fortuna, e'l Fato.
Mà non però dal ſuo penſier ſi toglie
Raimondo, e vuol'anch'egli eſſer notato.
Ne l'elmo ſuo Goffredo i brevi accoglie:
E poiche l'ebbe ſcoſſo & agitato,
Nel primo breve, che di là traeſſe,
Del Conte di Toloſa il nome leſſe.

Africani exercitus Ductor Agramantes ejuſdem inventi arte & ſolertia conciliavit ſtrenuiſſimos bellatores, in mutua odia & ardorem privati certaminis exardeſcentes. Sic autem rem exponit Areoſtus Cant. 27.

Fè quattro brevi porre, un Mandricardo,
E Rodomonte inſieme ſcritto havea,
Ne l'altro era Ruggiero, e Mandricardo;
Rodomonte, e Ruggier l'altro dicea;
Dicea l'altra Marfiſa, e Mandricardo.
Indi all'arbitrio dell'inſtabil Dea
Li fece trarre: e il primo fù il Signore
Di Sarza a uſcir con Mandricardo fuore;
Mandricardo e Ruggier fù nel ſecondo,
Nel terzo fù Ruggiero e Rodomonte,
Reſtò Marfiſa e Mandricardo in fondo,
Di che la donna hebbe turbata fronte.
Ne Ruggier più di lei parve giocondo:
Sà che le forze de duo primi pronte
Han trà lor da finir le liti in guiſa,
Che non ne ſia per ſe, ne per Marfiſa.

Et iterum Cant. 30.

Steron taciti al detto d'Agramante
E Ruggiero, e Gradaſſo: & accordarſi.
Che qualunque di loro uſcirà innanti,

E l'una

Digitized by Google

E l'una briga e l'altra habbia a pigliarſi.
Così in duo brevi e'havean ſimigliante,
Et ugual forma, i nomi lor notarſi,
E dentro un'urna quelli hanno rinchiuſi
Verſati molto, e ſoſſopra confuſi.
Un ſemplice fanciul ne l'urna meſſe
La mano, e preſe un breve, e venne a caſo,
Che in queſto il nome di Ruggier ſi leſſe,
Eſſendo quel del Saracin rimaſo.
Non ſi può dir quanta allegrezza haveſſe,
Quando Ruggier ſi ſentì trar del vaſo,
E d'altra parte il Sericano doglia:
Mà quel che manda il Ciel forz'è che toglia.

Ex eadem fidelia ſunt illa Triſſini Ital. liber. l. 4.

Allora diſſe il Capitanio eccelſo.
Io veggio diſiar tanti Baroni
D'andare a queſta faticoſa impreſa,
Ch'io non vò far di loro alcuna ſcielta,
Ma di tutti coſtor, che s'hanno offerto,
Torremo i nomi, e ponerenli a ſorte;
E quattro ne trarrem, ch'in una parte
Vadano del paeſe, e quattro in altra.
E così detto, ogni un ſcriſſe il ſuo nome,
E diello al vecchio e venerando Paulo,
Che la celada ſi levò di teſta,
E poſevi entro tutti quanti e' brievi:
Poſcia ſquaſſolla, e dimenolla alquanto
E ſi rivolſe con la faccia a dietro,
Et al gran Beliſario appreſentolla;
Che traſſe fuori i nomi ad uno ad uno.
Il primo brieve diſſe: Il Rè Coſmondo,
L'altro Maſſenzo, il terzo fù Aquilino,
Mondello il quarto, il quinto era Lucillo,
Sindoſio il ſeſto, il ſettimo Cattullo,
E l'ultimo era il Rè de Saracini.
Come ogni un hebbe letta la ſua ſorte
Con occhi allegri, ſubito s'armaro,
E ſaliro a caval con gran deſio.

Pari ſortitione Carolus Magnus compeſcuit atque conciliavit ardorem nobilium bellatorum concertantium de laude primi egreſſus in haſtiludio. Refertur id a Bojardo Orland. Innamor. Cant. 1.

Fù queſta coſa nella real corte
Frà'l general conſiglio eſſaminata,
Et havendo ciaſcun ſue ragion porte
Fù ſtatuita'l fine, e terminata,
Che la vicenda ſi poneſſe a ſorte;
Et à cui la ventura ſia mandata
D'eſſer il primo ad acquiſtar l'honore,
Quel poſſa uſcire alla gioſtra di fuore.
Onde fù'l nome d'ogni Paladino
Subitamente ſcritto e ſeparato,
Ciaſcun Signor Chriſtiano e Saracino
Ne l'urna d'oro il ſuo nome ha gittato:
E poi fero venire un fanciullino,
Ch'i brevi ad uno ad un habbia levato.
Senza penſare il fanciullo un'afferra;
La lettera dice: Aſtolfo d'Inghilterra.

4. Quemadmodum autem in ſortitione forenſi & urbana ſchedulas ſortientium urna, ſitella, vel vas ſimile accipiebat, ſic galea id præſtabat muneris in ſortitione militari. Ad hunc modum in galeam ſortes dejiciuntur apud Æſchylum in Tragœd. Septem ad Thebas. Apud Homerum etiam cum ſortirentur Duces Græcorum, quis cum Hectore eſſet dimicaturus, ad eam laudem conſpirantium ſortes galeam accepiſſe legimus. A quo planè habet Virgilius lib. 5., ubi de ludis funebribus ab Ænea Anchiſę in Sicilia celebratis:

Convenere viri: dejectamque ærea ſortem
Accepit galea.

Et mox,

Extremus galeâque imâ ſubſedit Aceſtes.

Ejuſdem moris conjiciendi ſortes in galeam meminit Sophocles in Ajace. Nota hic, fortuitum hoc urnæ vel galeæ judicium exprimi ab Antiquis eâ formulâ, *Sors cernit*. Liv. lib. 43. *Priuſquam id ſors cerneret, in incertum, nequid gratia momenti faceret &c.* Sed & civilium judiciorum verbum fuit cernere pro decernere vel deliberare: *Quodcunque Senatus creverit, populus juſſerit, tot ſunto.* Accipe poſtremò aliam obſervationem pro auctariolo. Sortem pro judicio dici in numero ſingulari conſtat eſſe certiſſimum. Virgil. lib. 6.

Nec verò hæ ſine ſorte datæ ſine judice ſedes.

Negant tamen Grammatici, ſortem in ſingulari numero dici poſſe pro reſponſis oraculorum; ſorteſque in numero plurium omninò eſſe dicendum conſtituunt. Scias id non fuiſſe ſemper ab optimi ſæculi Scriptoribus uſurpatum. Virgil. lib. 7.

Et veteris Fauni volvit ſub pectore ſortem.

5. De pœnis militaribus ſortitione ſumptis vide Titul. *Decimatio.* Addo hic portentoſæ avaritiæ, & inſanæ temeritatis documentum in milite Anglo, cui, cum felici ipſe ſortitione capitale ſupplicium evaſiſſet, ut commilitonis periculum oblata pecuniola redimeret, animus & audacia ſuperfuit. Rem atrocem, & ab omni ſenſu humanitatis abhorrentem accipe verbis Joannis Barclaii Euphorm. l. 4. c. 4. *Ex quatuor & viginti (tot enim capti erant) octo ad laqueum deſtinantur: cæteris incolumitas promiſſa eſt. Demiſſæ igitur in caſſidem ſortes, juſſique ſinguli ſuum fatum extrahere: qui teſſeram ſuſtuliſſet nulla nota inſignem, periculum effugeret, qui ferali imagine impreſſam, ſtatim ab infelici arbore penderet. Omnium mentibus ingens periculi imago inerrabat. Quidam præcipuè Hiſpanus votis lacrimiſque miſericordiam plurimorum, etiam aliquorum riſum, elicuit. Erat in illa ſorte ac periculo Anglus, e militum vulgo, qui ingenti vitæ neglectu acceſſit ad caſſidem & teſſeram nil cunctatus adduxit: favit ſors, erat illa ſalutaris. Exemptus periculo accedit ad Hiſpanum, adhuc fatali caſſidi manum credere dubitantem, decemque aureos pactus (fides Numinis!) Judices rogat, ut Hiſpano extra aleam miſſo, ſibi iterum liceat fortunam experiri. Furioſe, vitamque tantulis nummis æſtimanti Judices annuerunt; & is rurſus felici teſſera evaſit; non hac gemina modo, ſed & ſimplici ſalute indignus, quam adeo vilem habuerat.*

Sosarium. Lorica. Vita Caroli magni: *Inſignia victoriæ ſuæ ſoſaria, mulos, captivoſque Mauros miſit:* Fit etiam ſoſarii mentio a Joanne Diacono, & aliis.

Soteria, orum. Sacrificia erant, a ſalute ſic appellata ex Græco; quæ fiebant olim recepto Duce atque exercitu incolumi. Item genus carminis pro amicorum incolumi reditu. Statius ſoterion ſcripſit pro Rutilio Gallo. Vide Scaliger. Poetic. lib. 3.

Spachi. Vulgò *Spahi*. Equitatus Turcici robur præcipuum & validiſſimum. In hanc formam deſcribuntur a Jovio Hiſt. l. 14. *Spachi, Oglanii, dignitate cæteros antecellunt, quòd ab Imperatore*

re filii appellentur. Nam a pueritia ex delectibus provinciarum adducti in regiam, & poſtquam a Chriſtiana religione defecerint, per Eunuchos literis & armis liberaliter inſtituti, cum puberes evadunt, ad ſummos honores provehuntur. De iiſdem Montecucc. Comment. Bellic. *Equitatus conflatur ex Spahis, quarum duæ ſunt claſſes: Timarri-ſpahi, ſeu Timarriotæ e Timarris ſuis viventes, & Baluki-ſpahi, aliter Spahoglani e Serralio educti, & ſtipendio merentes.* Addo ex eodem Montecucculo locum Loniceri de Spahoglanis; ex quo originem quoque diſces vocis *Spahi*: *Præcipui ſunt Palatii cuſtodes, & Regis ſatellites, quos Spahoglanos nuncupant, quaſi dicas nobiles pueros, vel filios. Spahi enim Turcarum linguâ nobilem, oglam verò puerum aut filium ſignificat.*

Spahoglani. Vide *Spachi*.

Spadices Equi. Virgil. 3. Georg.

honeſti
Spadices, glaucique.

Color eſt in equis præ cæteris commendatus; quique generoſiſſimorum eſt nota. Dicuntur ſpadices notione Græca a ſpadice, qualis eſt termes palmaceus cum fructu avulſus; cujus, ut tradit Gellius l. 2. c. 26. exuberans eſt ſplendiduſque ex rubore color. Hunc colorem referunt equi ſpadicei, aliter phœnicei & phœniciati. Idem fere caſtaneis color, qua porro nomenclatura vulgo noſcuntur. Iidem badii vel baidii appellati. Qui ruborem dilutiorem oſtendunt, vocantur *Baii chiari*, qui admiſto fuſco nigricant, *Baii oſcuri*. Vide *Badii*. In Pauſaniæ Eliacis equus Cleoſthenis ſpadiceus celebratur. Apud Homerum in curuli certamine ſpadiceus legitur, qui candida in fronte nota diſtinguebatur:

Qui quoad cætera phœniceus erat, ſed in fronte
Candida erat nota orbicularis inſtar lunæ.

Itali pro diverſa coloris temperatura dicunt: *Bajo dorato, di caſtagna, fuocato, lavato, oſcuro, chiaro.* Areoſtus Fur.

Marſilio a Mandricardo havea donato
Un coval bajo, a ſcorza di caſtagna.

Spalioness. Genus operimenti machinarii, teſtis, & pluteis non abſimile. Eos ita deſcribit Agathias lib. 3. Hiſtor. Roman. *Romani verò ſpaliones paraverunt, & magnorum ſaxorum jacularia tormenta. Spalion autem eſt quoddam textum ex viminibus ad formam tecti confectum, & denſitate ſolidum, & utrinque tectum; utrinque latera deorſum ſunt extenſa, & repellunt omne telum, quod incidit, ac ferit illam machinam. Pelles autem & coria supernè injicientes undique circumtegunt, ut ſit firmius munimentum, & excutiat repellatque tela.* Ejus machinæ uſum ſic explicat Menander apud Lipſium: *Ea armati milites ſubeunt, atque ipſis muris appropinquantes, & fabrorum ac lapicidarum inſtrumenta ſuffodiendis muris ferentes, ita ſub terra ſpecus faciunt, terram ipſam egerunt, & muri partem proſternunt.* Vides ad vivum exprimi ſpalionibus Agathiæ recentis militiæ machinariæ pluteos, quos dicimus *Galleria*.

Spaltum, i, & Spaldum. Dicitur in genere præmunitionum moles aggeſtitia ultra foſſam, obverſa oppugnatoribus & ſenſim in apertam agri planitiem deſinens. Caſtigatius vocatur Lorica valli, vel Agger viæ tectæ, de quo nos ſuo loco ſcripſimus. Sed poſteriorum ætatum Scriptores ad eam vocabuli faciem non exhorruerunt. Rolandinus in Chronico lib. 5. cap. 18. *Tentoriis, & foſſis, & ſpaldis taliter circumdederunt locum, quod nemo ingredi poterat.* Vocem Latinobarbaram & Italicam *Spalto* Ferrarius & Menagius trahunt ab *exporrectum*; quoniam prominentia ſit, & porrectior munitio: quamobrem ab Academicis a furfure exponitur *ſporto*. Ego verò quemadmodum certus ſum Italicum *ſporto* fieri a Latino *exporrectum*, ſic adduci non poſſum ut credam, ab eadem voce Latina fieri ſpaltum. Accariſius deducit a pendendo: *Spalta è una parte della caſa, che dal taſſello al tetto pende in fuora, detta*, quod extra pendeat, *e quaſi ſporto in fuora*. Idem Accariſius explicans Dantis verſiculum Inf. Cant. 9.

Paſſammo trà martiri, e gl'alti ſpaldi,

Ita ſcribit: *Diciamo alti ſpaldi le mura della terra alte.* Adhuc mihi magis eſt durum, ut a pendendo dicatur ſpaltum. Dicitur omninò a voce Latinobarbara *ſpalla, ſpada, & ſpadula*, quæ voces lapſæ Latinitatis Scriptoribus ſunt humerus; quoniam in ædificiis præſertim bellicis id præſtant ſpalda, vel ſpalta, quod in corpore animalis armi vel humeri. Spadula pro humero occurrit in vita S. Emeranni apud Caniſium. Spallam pro humero paſſim leges. Innocentius III. PP. Max. lib. 13. Epiſt. *Qui venabantur in ipſa* (ſilva) *reddebunt eidem ſingulis annis ſpallam porci.* Spalda in Architectura urbana ſunt projecturæ in faſtigiis ædificiorum, ad inſiſtendum & ſpectandum: Latinis Meniana, & non *Mæniana* cum diphthongo: neque enim origo vocis a mœnibus, ſed a Menio Cenſore, qui primus eas adhibuit projecturas ad amplianda ſpectacula, ut tradit Feſtus. Aſconius tamen rem paulò aliter enarrat.

Sparæ, arum. Memorantur a Vitali Lexic. Mathem., & explicantur lignei obices & repagula, quæ in aggreſſione hoſtili erigunt & opponunt præſidiarii, poſtquam obſeſſores muri vel propugnaculi partem occupaverint: ut ſit genus quoddam reſciſſionum, de quibus eſt alibi dictum. Adducit locum ex vita S. Joannis Tragurienſis per hæc verba: *Cum civitas, nec murorum eſſet freta circuitu, nec munitione vallata turrium, nec bellicis armis fulta: ſed ſolis ſparis & quibuſdam maceriis circumſepta.* Sed niſi alius ſuppetat locus pro aſſerendis ſparis fœminini generis, & repagulum ligneum indicantibus, nutare mihi videtur hic Vitalis authoritas. Quod enim ibi dicitur civitatem ſeptam solùm ſparis & maceriis, ſatis aptè poteſt exponi de ſparis maſculini generis, & ruſticum jaculi genus ſignificantibus, ad quandam ſimilitudinem formamque ſudis, pali, vel valli; quod optimè cadit in ſententiam Authoris memoratæ vitæ S. Joannis.

Sparrones. Rude & ruſticanum miſſilis genus. Memoratur a Scriptoribus infimæ Latinitatis. Eckehardus de Caſib. 5. Galli cap. 5. *Fabricantur ſpicula, filtris loricæ fiunt, & vannis ſcuta ſimilantur, ſparrones & fuſtes acutæ focis præduran-tur.* Vide *Sparus*.

Sparus, vel Sparum. De ſparo neutrius generis exemplum eſt ex Lucilio:

Tum ſpara, tum ramices portantur, tragula porrò.

De ſparo generis maſculini exempla infrà adducuntur. Servius de ſparo ad Virgilii lib. 11. *Spa-*

rus

rus eſt ruſticum telum in modum pedis recurvum. Corrige hunc locum ex veteri M. SS., & pro *pedis*, ſuſtitue *pedi*, ut nomen ſit a pedo, ideſt baculo incurvo. Origo nominis ex Feſto & Iſidoro a ſpargendo, quoniam rudi jactu inter ordines ſpargantur. Donatus Dilucid. in Livium lib. 34. non probat Servii dictum, ubi recurvum telum exponit ſparum. Nititur autem teſtimonio Cornelii Nepotis, qui narrat, Epaminondam Thebanorum Ducem ſparo eminùs fuiſſe transfixum, quod cadere non poteſt in jaculum recurvum ad modum pedi. Sic autem Nepos de Epaminonda: *At Epaminondas, quum animadverteret mortiferum ſe vulnus accepiſſe, ſimulque ſi ferrum, quod ex haſtili in corpore remanſerat, extraxiſſet, animam ſtatim amiſſurum, euſque retinuit, quoad renunciatum eſt, viciſſe Bœotios. Id poſtquam audivit, ſatis, inquit, vixi, invictus enim morior, tum ferro extracto, confeſtim exanimatus eſt.* Planè ruſtica potiùs, quàm bellica fuere tela ſpari; nec a militibus adhibenda, niſi cum ſuprema neceſſitas meliora arma non ſuggerit. Virgil. l. 11., ubi de Rutulis loquitur, tumultuariè inſurgentibus ad dimicandum:

Agreſtiſque manus armat ſparus.

Saluſt. etiam in Catilin. *Ex omni copia circiter quarta pars erat militaribus armis inſtructa: cæteri, ut quemque caſus armaverat, ſparos, lanceas, alii præacutas ſudes portabant.* Non abſimile jaculi genus fuiſſe judicaverim ſparrones, quorum apud Scriptores infimæ ætatis fit mentio apud Cangium.

SPARTA MUSOS HABET, UBI NON HABET. Vide *Mœnia ferrea, non terrea:*

SPARTAM NANCISCI, SPARTAM ORNARE. Admonemur hoc adagio ab unoquoque cum dignitate gerendum eſſe munus, quod ſuſtinet. Cic. ad Attic. lib. 4., & alii frequenter Scriptores hujus adagii meminerunt; ſic autem efferri ſolet: *Sparta tibi præclara obtigit, hanc exorna.* Fuit ſiquidem Sparta gentis bello ferociſſimæ altrix; idcircò eam provinciam regere non vulgarem in Præfecto prudentiam, & parem ſtrenuitatem in Duce requirebat. Origo adagii a Spartanis, quorum natu majores admonebant pueros & juniores ut memores eſſent virtutis patriæ, nec ab ea degenerarent.

SPARTAM PECUNIA SOLA CAPIET. Vetus verbum, quod etiam ſic effertur ex Græco:

Una fames auri Spartam capiet ſubigetque,
Præterea nihil.

Aptè congruit iis, qui cæteroquin invicti ſola pecunia expugnari poſſunt. Natum adagium ab Oraculo, quo Alcamenes & Theopompus Spartæ Reges commoniti ſunt, tunc demum ſolumque ſuperari poſſe Spartanos, cum aurum habere in pretio cœperint. Refertur hoc adagium a Tullio Officiorum lib. 2., & ejuſdem meminit Plutarchus in Laconicis.

SPATHA, æ. Gellius l. 10. cap. 25. *Veruta, enſes, ſicæ, machœræ, ſpathæ, linguli, pugiones, clunaculæ.* Gladius oblongior. Vegetius gladios majores ſpathas vocari docet; minores verò ſemiſpathas. Diodorus Siculus Gallorum ſpathas explicans prælongas fuiſſe ait & ſine cuſpide, quæ proinde cæſim, non punctim ferirent: quod etiam habet Polybius lib. 2. Cuſpidem verò illis poſtea additam, ſcribit Cangius in Gloſſar. Certè ſpatham perſimilem fuiſſe gladio, quo hodie utuntur Hiſpani, plerique reputant. Antiqui Galli ſeu Franci ad ſpatham metiri ſolebant milites, nec bello cenſebant idoneos, qui ejus longitudinem non attigiſſent, ut ſcribit Monachus Sangall. de Carolo M. lib. 2. cap. 17. Ex quo etiam conſtat altiuſculas fuiſſe ſpathas. Æneas Sylvius in Hiſt. Bohemiæ ſcribit Bohemos militiam ſuſcipere coactos fuiſſe ſtatim ac ſpathæ altitudinem ſtaturà corporis adæquaſſent. Legitur porro in Geſtis Regum Francorum, Regem Dagobertum regionem Saxonum devaſtantem, nullum reliquiſſe ſuperſtitem, qui ſtatura ſuæ ſpathæ modum excederet. Moris etiam antiqui fuit apprehenſis ſpathis fœdera & pacta firmare. Charta Alamannica Goldaſti: *Optimates ejuſdem conſilii apprehenſis ſpathis ſuis devotaverant ſe hæc ita affirmaturos eſſe coram Regibus, & cunctis Principibus, uſque ad ſanguinis effuſionem.* A ſpatha Latinorum habemus vocem Italicam *Spada*. Origo utriuſque dictionis eſt a foliis palmarum, quorum perſimilis figuræ eſt ſpatha ſeu gladius. Spathæ verò Græco vocabulo dicuntur ramuli, ex quibus dependent ſolia illa palmacea.

SPATHOGLANI. Pertinebant in aula Turcica ad eorum numerum, ex quibus poſteà Janizari, ſeù milites Prætoriani creabantur. Laonicus Chalcocond. l. 9. *Trapezuntios in partes diſtribuit: partem unam retinuit ipſe, ex qua fecit Silictarios, & Spathoglanos: hos in Jannis tenebat, eorumque miniſterio utebatur, nec non ipſis nefario amore raptus abutebatur. Partem autem aliam Byzantium tranſmiſit. Porrò ex alia Janitzaros elegit.* Vide *Spahoglani*, quæ facile eadem eſt militia.

SPATHULA, æ. Propriè apud Latinos eſt chirurgicum inſtrumentum. Italis *Spatola*, noti uſus. Celſus l. 8. c. 15. *Neceſſaria eſt ſpathula lignea, quæ craſſitudinem duorum digitorum habeat.* Pro ſpathula, ideſt parvo gladio, non occurrit exemplum: ut utaris in loco, ſum tibi Author: ſi a Grammaticis in jus vocaberis, ero tibi etiam Patronus.

SPATHARII, orum. A ſpatha gladio dicti. Nomen fuit in Aula Imperatorum Byzantii ſatis illuſtris dignitatis. Concredita nimirum illis cuſtodia Imperatorii corporis. Iidem Armigeri, & enſem Domini deferentes, ex quo illis, ut indicavi, appellatio. Monachus Pegavienſis: *Quem* (leonem) *ex improviſo in ſe irruentem videns, gladium a ſpathario ſuo confeſtim accipere nitebatur. Sed ille ubi eum manu corripuit pro inermi domino leoni ſe conſtanter objecit.* Horum Ductor ſeu Magiſter Protoſpatharius eſt dictus. Leo Oſt. l. 1. cap. 51. *Imperialis Protoſpatharius, & Stratigo Macedoniæ.*

SPATHARII. Ordo militaris in Hiſpania inſtitutus circa annum 1158. vulgò appellatus S. Jacobi de *la ſpatha*. Radulphus de Diceto: *Ordo militum in Hiſpania conſiſtentium in propoſito pro viribus ſuis Saracenos atterere: quem ſignum enſis rubei diſtinguit a cæteris militibus.* Ganfredus Voſienſis: *Horum ſecta nuper exorta, ob indicium bellicoſæ probitatis, ſpatham ex pallio rubeo in habitu candido præfert.*

SPECULA, æ. Virgil. 3. Æneid.

dat ſignum ſpecula Miſenus ab alta.

Quivis eſt editior locus & eminentior, ex quo

liber

Digitized by Google

liber & nulla parte impeditus proſpectus; ut eminus explorare quidpiam, & proſpicere, ſimulque proſpiei poſſimus. A ſpectando dicitur. Coovenit hoc nomeo turribus, ſolariis, hypetris, gariptis, ac demum prææaltis quibuſque locis. Quoniam verò hujuſmodi plurima ad tractationem bellicam pertioent, conſulendæ ſuot propriæ voces, ubi de ſingulis pro noſtro modulo agimus accuratè. Valla in Raudeoſem ſpeculas reſtringit ad locum, ubi fiunt excubiæ. Aptiſſimè Livius lib. 8. belli Punici poſitam docet ſpeculam ad tradendum igne fumoque ſignum de adventu vel ſtatu hoſtium. Sic autem ſcribit: *Ipſe in Ciſſeo* [*mons eſt in altitudinem ingentem cacuminis editi*] *ſpeculam poſuit, ut ignibus procul ſublatis, ſignum, ubi quid molirentur hoſtes, momento temporis acciperet*. De facibus ex feneſtris ſpecularum eductis ad nunciandum egimus in Tit. *Ignis caſtrenſis*. Primarius ſpecularum uſus eſt io corona murorum: quamobrem per certa eorundem ſpatia diſponebantur; anguſtæque erant & fornicatæ cellulæ, quemadmodum etiamoum locari ſoleot ad mediam partem loricæ muralis, ſive cortioæ, & ad angulum extimum geminaſque auriculas propugnaculorum. Admodum arcti ſpecularum ſunt ambitus, ut unum vel alterum excubitorem ferè poſſiot capere; nolulaſque, ſeu crepitacula præ foribus appenſa habere ſoleot ad dimetieodum præcipuè vigiliarum tempus. Ea vigilum habitacula Veget. lib. 4. cap. 26. vocat tuguriola: *Major eſt adhibenda cuſtodia cum hoſtis abſceſſerit, & in ipſis muris, ac turribus tuguriola locanda, in quibus vigiles hybernis menſibus ab imbribus & frigore, æſtivis defendantur a ſole*. Quod autem præcipuus ſpecularum ſeu parvarum turrium, per certa locorum intervalla diſpoſitarum uſus eò maximè ſpectaverit, ut edito ab una ſigno, & quaſi per maous ab aliis accepto redditoque, rerum nuncii minimo temporis ſpatio deferrentur ad Imperatores, luculeoter oſtendit Appianus de Bell. Hiſpan. ubi loquitur de obſeſſa Numaotia: *In omnibus præterea munitionibus multos collocat, qui die noctuque alius ab alio ſerie quadam exciperent quæcunque receus acciderent, vexillo olte ſubloto in ea turri, quæ opus haberet. Idem numque faciebaut ordine turres cæteræ, viſo ſigno, quod a prima datum eſſet. Id autem eo pertinebat; ut temporis puncto quidquid accideret ipſe reſciret*. Et paulò infra: *Verùm illieò perterrebantur tum formidabili eorum aſpectu, qui tanta cum celeritate ad opem eis ferendam advolarunt, tum vexillorum, quæ ad ſignificationem dandam ab iis, qui in turribus erant, erigerentur*. Vide *Turres maritimæ*, *Garittæ*.

Speculatores. Cæſ. 2. Bell. Gallic. *Hac re ſtatim per ſpeculatores cognita, inſidias veritus &c.* Qui res hoſticas indagant, eaſque iis renunciant, qoorum imperio vel ea cauſa miſſi ſunt, vel alicubi degunt in ſtatione. Licet interdum ſpeculatores cum exploratoribus confundantur, ex Dione tamen cogooſcimus, genus quoddam carnificum fuiſſe ſpeculatores, & loeo infimo militaſſe: D. de pœnis damnatorum: *Neque ſpeculatores ultrò ſibi vindicent, neque optiones ea deſiderent, quibas ſpoliatur quo momento quis punitus eſt*. Ubi ſpeculatores ſunt carnifices, optiones verò carcerum præpoſiti. Quandoque ſic accipiuntur, ut mioimùm videantur differre a frumeotariis, & iiſdem ob affinitatem miniſterii aſſociari. Vide plura apud Salmaſium ad Spartianum in Hadriano. Fabrettus tamen productis ex Columna Trajaoi, & vetuſtorum lapidum fide teſtimooiis, non ita ſordidè demiſsèque ſpeculatores habet. Contubernales eos Cæſarum dimicantium, recenſitoſque inter amicam gentem, & io aula potiùs, quàm io agmine verſantes exiſtimat. Partem fuiſſe putat cohortium prætoriaoarum; & nihil, aut certè minimùm a corporis cuſtodibus diſcrepaſſe. Lanceas eiſdem peculiare armorum geſtamen, attribuit ex Svetooio in Claudio cap. 35. *Neque convivia inire auſus eſt, niſi ubi ſpeculatores cum lanceis circumſtarent*. Et iterum in Galba cap. 18. *Deſcendentem ſpeculator lancea prope vulneravit*. Electos certè fuiſſe milites ſpeculatores, aſcitoſque inter Pretorianos, oſtenduot illa Taciti lib. 2. Hiſt. *Ipſum Othonem comitabantur ſpeculatorum lecta corpora*. Et iterum: *Et cum ipſo prætoriarum cohortium, & ſpeculatorum, equitumque valida manus diſceſſit*. Habes hinc ſpeculatores prætoriaoos. Inter oummos gentis Antoniæ ſunt XXIV., qui ſiogulas M. Antonii triumviri legiones exhibent; unus præterea cohortium prætoriarum, alter cohortis ſpeculatorum. Jam in ipſis legionibus ſparſos eoſdem accipe. Sic enim Tacitus: *Dilapſis ſpeculatoribus cætera cohors non aſpernata concionem &c.* Et Hirt. de Bell. Hiſpao. *Speculator de legione ſecunda Pompejana captus a militibus & interfectus eſt*. Singulas inſuper cohortes ſuos habuiſſe ſpeculatores præter indicatum locum Taciti teſtatur vetus inſcriptio Romæ in ædibus Laurentii de Lallis apud Donatum Dilucid. in Tacitum lib. 1. *C. FABIVS. C. F. SER. CRISPVS. CARTAG. SPECVL. COH. VI. PR.* Admodum proinde anceps & ambiguum ſpeculatorum eſt nomen. Prætoriani ſiquidem illi, inter legiones & cohortes diſperſi, carnifices etiam; ſed frequentiùs exploratores. Sunt qui inter exploratores & ſpeculatores illud ſtatuant diſcriminis, ut exploratores verſentur ioter hoſtes, ſpeculatores proſpiciant e ſpecula. Verùm inane falſumque illud eſt diſcrimen. Liv. l. 22. *Speculator Carthaginienſis, qui per biennium fefellerat, Romæ deprehenſus, præciſiſque manibus dimiſſus*. Hirt. de Bell. Gallic. *Ex Gætulis duos pro perfugis ſpeculandi gratiâ in Cæſaris caſtra mittunt*. Uſitatum porro a Romanis, litteras per ſpeculatores mitti. Sveton. Calig. 44. *Magnificos Roma litteras miſit monitis ſpeculatoribus* [ſic enim legendum ex recenſione Lipſii, non *ſæpe latoribus*] *ut vehiculo ad forum uſque & curiam pertenderent*. Eoſdem notat Tacitus Annal. l. 4. *Litterarum magna ex parte ſe arbitrum fore, cum per milites commearent*. Idem Hiſt. lib. 2. *Vix credibile memoratu eſt quantum ſuperbiæ ſocordiæque Vitellio adoleverit, poſtquam ſpeculatores e Syria Judæaque adactum in verba ejus Orientem nunciavere*.

2. Licet verò ubique præſto eſſe io militia ſpeculatores oporteat ad inveſtigandum & enunciandum de operibus & conſiliis hoſtium, adhuc tamen longe magis eorum neceſſaria eſt opera, cum inferendum eſt bellum in provinciam exteram. Aſciſcendi autem potiſſimum ſunt ex ipſis regionibus, ut earum ſitum, moreſque omnes tutiùs commonſtrent. Cavit id providitque ſapieo-

Digitized by Google

pienter inter cætera Darius Perſarum Rex, expeditionem adversùs Græciam meditatus, Rem enarrat Herodotus Thalia, apud quem ita Darius uxorem alloquitur: *Quandoquidem, uxor, tibi videtur nos primùm Græciam tentare debere, mihi videtur ſatiùs ante omnia mittendos illuc exploratores Perſas unà cum iſto, quem dicis, qui percepta omnia illis, & viſa renuncient, & mox ego ab illis edoctus adversùs Græcos tendam. Hæc locutus Darius, id quod locutus, re quoque aggreſſus eſt: namque ubi primùm illuxit, accitis quindecim viris Perſarum ſpectatis præcepit, ut ſequentes Democedem omnia Græciæ maritima colluſtrarent, neve committerent ut Democedes ab ipſis aufugeret, ſed rurſus eum omninò reducerent. Comparatis omnibus in Græciam trajiciunt, & adeuntes maritima ejus loca, intuebantur, atque deſcribebant: tum plerque ac celeberrima Græciæ loca contemplati, in Italiam Tarentum tranſmiſerunt.* Quo tutiùs ſpeculatores res hoſticas & conſilia explorare poſſent, mutato identidem ementitoque habitu inſinuaſſe ſe inter hoſtiles acies & caſtra nonnunquam traduntur. Refert id Florus lib. 1. de fratre Fabii Maximi: *Sed nihil horum terruit Ducem, quin fratre præmiſſo exploraret acceſſus. Ille per noctem paſtorio habitu ſpeculatus omnia refert.* Ubi non eſt oſcitanter animadvertendum, officium ſpeculatorum magnorum interdum Principum, atque adeo Ducum fuiſſe.

3. Nihil profectò majore militiæ damno negligitur, quam cuſtodia murorum. Ea incuria prope peſſundedit exercitum Philippi Regis Macedonum, ut habemus apud Livium Dec. 3. lib. 4. *Ubi ea viſa inſpectaque ſatis animorum fecere, ſimulque ab exploratoribus comperit, quanta ſocordia ac negligentia apud hoſtes eſſet, ſilentio noctis ab urbe ſine ullo tumultu egreſſus, caſtra hoſtium adeo neglecta atque aperta intravit, ut ſatis conſtaret, prius plus mille hominum vallum intraſſe, quàm quiſquam ſentiret: ac ſi cæde abſtinuiſſent, pervenire ad tabernaculum Regis potuiſſe. Cædes proximorum portæ excitavit hoſtes: inde tantus terror pavorque omnes occupavit, ut non modo alius quiſquam arma caperet, aut caſtris pellere hoſtem conaretur; ſed etiam ipſe Rex, ſicut ſomno excitus erat, prope ſeminudus fugiens, militi quoque, nedum Regi vix decoro habitu, ad flumen novesque perfugerit. Eodem & alia turba effuſa eſt. Paulo minus tria millia militum in caſtris aut capta, aut occiſa.* Ut verò obſidionis bellicique motus tempore aſſueſcant ſpeculatores & vigiles ſeriò impigrèque ſuam præſtare operam, non parum conducet etiam extra belli periculum noctu diuque perpetuas viciſſim vigilias agere, tantaque urbes ſolertia cuſtodire, inquirendo in hoſpites perſcrutandoque, ut nihilo minorem diligentiam adhibeant ceſſante bello, ac impenderent eodem exardeſcente. Quare juſtiſſima de cauſa laudatus fuiſſe dicitur Auguſtus ab Appiano de Bell. Civil. l. 5., quod primus urbicas vigilum cohortes inſtituerit: *Ex illo tempore inſtitutas ajunt cohortes vigilum, quæ durant nunc quoque. Id tum opportunum & opinione citius remedium Cæſari egregiam exiſtimationem peperit.* Idem non impari ſtudio caverunt Maſſilienſes, poſtquam adulteræ fœminæ beneficio detexerunt inſidias & ſtratagema Commani Regis, quod ita traditur a Juſtino lib. 4. *His incitatus Rex inſidias Maſſilienſibus extruit. Ita ſolenni Floraliorum die multos fortes ac ſtrenuos viros hoſpitii jure miſit in urbem, plures ſirpis latentes, frondibuſque ſupertectos induci vehiculis jubet, & ipſe cum exercitu in proximis montibus delitеſcit, ut cum nocte prædictis apertæ portæ forent, tempeſtivè ad inſidias adeſſent, urbemque ſomno ac vino ſepultam armati invaderent. Sed has inſidias mulier quædam Regis cognata prodidit, quæ adulterari cum Græco adoleſcente ſolita in amplexu juvenis miſerata formam ejus, inſidias aperuit, periculumque declinare jubet. Ille rem ſtatim ad Magiſtratus defert, atque ita patefactis inſidiis Ligures comprehenduntur, latenteſque de ſirpis protrahuntur; quibus omnibus interfectis inſidianti Regi inſidias tendunt. Cæſa ſunt cum ipſo Rege hoſtium ſeptem millia. Exinde Maſſilienſes feſtis diebus portas claudere, vigilias agere, ſtationem in muris obſervare, peregrinos recognoſcere, curas habere, ac veluti bellum habeant, ſic urbem pacis temporibus cuſtodire. Adeo illic bene inſtituta non temporum neceſſitate, ſed rectè faciendi conſuetudine ſervantur.* Et quoniam in rem ſtratagematicam diverti, aliud ſtratagema attexam, quo uſus eſt Alcibiades, ut ſecuram & indeſidem haberet vigilum operam, ut qua nocte oppugnaturi urbem eſſent Lacedæmonii, præſtarent conſtanter excubias. Libet id accipere Frontini verbis lib. 3. cap. 12. *Alcibiades Athenienſis, civitate ſua a Lacedæmoniis obſeſſa, veritus negligentiam vigilum, denuntiavit his, qui in ſtationibus erant, ut obſervarent lumen, quod nocte oſtenſurus erat ex arce, & ad conſpectum ejus ipſi quoque lumina attollerent, in quo munere qui ceſſaſſet, pœnam paſſurum. Dum ſolicitè expectatur ſignum Ducis, pervigilatum ab omnibus, & ſuſpectæ noctis periculum evitatum eſt.* Harum rerum gravitas & inexplicabilis in obſidione neceſſitas ſtrenuè vigilantium ſpeculatorum effecit, ut non excuſatione duntaxat, verùm etiam laude dignus cenſeretur Iphicrates, cum haſta transfixit vigilem conſopitum, illa adiiciens verba, *Qualem inveni, talem reliqui*, ut refert idem Frontinus, qui etiam adiicit eodem ſupplicii genere animadverſum fuiſſe adversùs excubitorem dormiturientem ab Epaminonda Thebano. Sed longè ſæpius negligentes remiſſique urbium cuſtodes importuni ſoporis ſui pœnas meritas ab hoſtibus ſubjerunt. Satis fuerit id ſancire exemplo Niconis Tarentini, patriæ ſuæ proditoris, de quo ita Livius Dec. 2. lib. 5. *Cum portæ appropinquaret editus ex compoſito ignis ab Annibale refulſit. Idem redditum ab Nicone ſignum. Extinctæ deinde utrinque flammæ ſunt. Annibal ſilentio ducebat ad portam. Nico ex improviſo ad portas ſopitos vigiles in cubiculis ſuis obtruncat, portamque aperit.* Idcircò ſapienter Vegetius monet, minus delinquere in artem bellicam, qui ſuo muneri deeſt in acie, aut quomodolibet adverſam fortunam patitur, quàm qui in urbe obſeſſa, vel apto inſidiis loco ſuccumbit, quoniam providere in anteceſſum omnia poteſt per ſpeculatores idoneos. Sic autem ſcribit lib. 3. cap. 22. *Qui in acie publica vincitur pugna, licet & ibi ars plurimum proſit, tamen ad defenſionem ſuam poteſt accuſare fortunam. Qui verò ſuperventus & ſubſeſſas inſidias paſſus eſt, culpam ſuam non poteſt excuſare, quia hoc evitare potuit*

tuit

tuit, & per ſpeculatores idoneos ante cognoſcere. Vide *Exploratores, Nuncii, Vigiles, Excubitores.*

Speculor, aris. Licet ad quomodolibet inſpiciendum & indagandum tranſierit hoc verbum, ſua tamen origine bellicum eſt, ductumque a ſpecula, ex qua milites de hoſtium ſtatu cognoſcunt atque renunciant. Plaut. Trinumm. *Ædepol, quo mox furatum veniat, ſpeculatur loca.* Virgil. l. 4. Georg., ubi omnia ferè militaria ad apes tranſtulit, illud etiam aptiſſimè addit:

ad portas cecidit cuſtodia forti,
Inque vicem ſpeculantur aquas & nubila cœli.

Speculatus, us. Speculandi, vel explorandi actus. Plin. l. 10. cap. 73. *Feles quam occulto ſpeculatu in muſculos exiliunt.*

Speculatorius, a, um. Quod facit ad ſpeculandum, ut navigia ſpeculatoria. Vide *Speculatoriæ naves.*

Speculatrix, icis. Cic. 3. de Nat. Deor. *Furiæ Deæ ſunt, ſpeculatrices credo & vindices facinorum.*

Specularis, re. Ut ſignificatio ſpecularis, quæ fit igne e ſpecula accenſo, cujus inventorem facit Plinius Sinonem in bello Trojano. Verba Plin. lib. 7. c. 56. ſunt: *Specularem ſignificationem Trojano bello Sinon invenit.*

Speculatoriæ naves. Leves erant incitatæ, utpote quæ ad eminùs explorandum naves hoſticas præmittebantur. Liv. l. 2. Bell. Punic. *Inde duæ Maſſilienſium ſpeculatoriæ præmiſſæ retulerunt &c.* Raro milite erant communitæ, ut ad navigandum expeditiores eſſent. Præter ordinem idcircò, & ſuadente neceſſitate factum, ut interdum multos armatos conveherent. Cæſar l. 4. Bell. Gall. *Item ſpeculatoria navigia militibus compleri juſſit.* Ob eandem cauſam ſine roſtris ferè navigabant. Liv. Dec. 4. lib. 6. *Una & octoginta roſtratis navibus, multis præterea minoribus, quæ aut apertæ roſtratæ, aut ſine roſtris ſpeculatoriæ erant, Delum trajecit.* Ab officio indagandi hoſtium ſtatum naviumque numerum ſpeculatoriæ nuncupatæ ſunt; non autem a ſpecula. Ea ſiquidem navis pars communis omnibus erat præſertim bellicis navigiis; ex qua, quam latiſſimè poterant, oculos conjiciebant nautæ militeſque ad ſpeculandum eminùs & explorandum. Verùm hoc ſpeculatoriarum peculiare privatumque erat munus.

Speculum ustorium. Optica, quæ una eſt ex facultatibus Mathematicis directos radios conſiderans, item Dioptrica, quæ eoſdem perpendit radios ſed refractos, & per diaphanum corpus tranſmeantes, ac multo maxime Catoptrica, quæ de iiſdem radiis ſed reflexis agit, ſuam impenderunt operam, ſuaſque veluti manus admoverunt ad molitionem ſpeculi uſtorii, ex quo admirabilia quædam opera prodierunt. Evagrius, Zonaras, & Paulus Diaconus eo invento ſcribunt Proclum quendam Byzantinum obſeſſum a Vitaliano Byzantium liberaſſe. Apud Dionem verò legimus, Archimedem ea primùm machinatione uſum fuiſſe Syracuſis, cum eam urbem Romana claſſis, Marcello Duce, obſideret: fabricaſſe nimirum ſpecula ænea, quę e regione claſſis Romanæ ſuſpenſa ſolis radios ſic haurirent, ut eoſdem incredibili impreſſione in hoſtiles naves & claſſiarios reflecterent, incendio horrendum in modum ac latiſſimè didito. Idem de Archimede teſtatum reliquit Galenus lib. 3. de Temper. cap. 2. per hæc verba: *Hoc modo ajunt & Archimedem hoſtium triremes urentibus ſpeculis incendiſſe.* Sunt tamen qui ejus inventi laudem Archimedi ſubreptam volunt; potiuſque ſic paſſim exiſtimatum rumore populari, & ob eximiam excellentiam præſtantiſſimi cæteroqui machinarii, quadam ſcilicet ambitione, ad antiquiſſimos quoſque ſummique nominis opifices inuſitata omnia & operoſiſſimi laboris machinamenta referendi. Certe admodum mirum eſt, non Plutarchum, non Livium, non Polybium, qui non admodum longo temporis ambitu ab ipſo floruit Archimede, quidquam de ejuſmodi uſtoriis ſpeculis conſignaſſe literis, cum cæteroqui Architecti Syracuſii nulla præclarè facta vel inventa reticuerint. Quiſquis verò ejus ſpeculi inventor extiterit, meritò illum tanquam alterum Jovem fulminum flammas ejaculantem, vel Prometheum ex æthera domo, ut ait Horatius, ſolis radios ad hominum perniciem advocantem poſteri habuerunt. Sed exactam ejus deſcriptionem ſpeculi ſic tradit Tzetzes.

Cum autem Marcellus removiſſet illas ad jactum arcus,
Hexagonum aliquod ſpeculum fabricavit ſenex,
A diſtantia autem commenſurata ſpeculi,
Parva talia ſpecilla cum poſuiſſet quadrupla angulis
Quæ movebantur laminis, & quibuſdam ſculpturis
Medium illud poſuit radiorum ſolis
Auſtralis, & æſtivalis, & hyemalis,
Refractis deinceps in hoc radiis;
Exarſio ſublata eſt formidabilis, ignota navibus,
Et has in cinerem redegit longitudine arcus jactus.

Vide Gabrielem Naudæum Syntagm. de ſtudio milit. lib. 2.

Spes. In veterum nummis & lapidibus viſitur ejus effigies in multiplicem formam ornata, ac præſertim dexterà florem gerens, ſiniſtrâ ſtolam elevans. Pulcherrima autem eſt inſcriptio, quæ refertur a Grutero: *Spei. Virtuti. Victoriæ.* Spes, nimirum præmiis & nominis immortalitate propoſita, virtutem excitat: virtus, labore aſſiduo, intentaque diligentia, pulcherrimum fructum & jucundiſſimum parit victoriam. Nobiliſſimum proinde chorum hæc tria, veluti Gratiæ conſtituunt. Pertinere autem ad rem militarem hoc Numen diſcimus ex Tacito Annal. lib. 2. *Spei Ædes a Germanico ſacratur. Hanc Attilius voverat eodem bello.*

Sphera, æ. Latinè globus. Plumbeas glandes miſſiles ex tormentis, & apud Antiquos quidem ex fundis, ſphæras, ſive ſphærulas appellat Author incertus apud Suidam: *Carduchi optimi funditores lapidibus & plumbeis ſphæris, quas ejaculantur certò & deſtinatò.*

Sphinx, ingis. Sphinges lyncibus aſſociat Plinius l. 8. c. 21. *Lyncas vulgò frequentes ac Sphingas, fuſco pilo, mammis in pectore geminis, Æthiopia generat.* Fides ſit penes Authorem plus nimio fabuloſis indulgentem in Hiſtoria Naturæ. Apud Mythologos Sphinx monſtrum Thebis fuit, alis, unguibuſque Harpyis ſimile. Aſperrimo inſidens ſcopulo ænigmata viatoribus proponebat, quæ ſi nequirent diſſolvere, infortunatos adorta ad rupis caveam trahebat in improbiſſimæ famis alimentum. Stat. l. 2. Theb.

contra importuna crepido
Oedipodioniæ domus alitis. hìc fera quondam
Pallentes erecta genas, ſuffuſaque tabo
Lumina, concretis infando ſanguine plumis
Relliquias omplexa virûm, ſemeſaque nudis
Pectoribus ſtetit oſſa premens, viſuque trementi
Colluſtrot campos, ſiquis concurrere dictis
Hoſpes inexplicitis, aut cominus ire viator
Audeot, & duræ commercia jungere linguæ.

Hujus obſcurè dicta cum Œdipus interpretatus eſſet feliciter, eò adegit mooſtrum teterrimum, ut dolori impar e vita decederet. Pallas Sphingem io galeæ cono geſtabat, ut docet Pauſanias in Atticis. Eaodem Sphingis effigiem ejuſdem Palladis haſtæ adnexam fuiſſe docet Pierius Valerianus Hieroglyph. lib. 6. Palladii hujus inſignis ſignificatio multiplex eſt. Sunt qui illo moneant, ſapientiæ ſacra ooo eſſe vulganda, ſed tegumeotis quibuſdam parcè atque perpaucis tradenda, oe in vulgus evileſcaot. Cootra ſunt qui exiſtimeot a Sphinge arcana ſolvenda proponente notari, commuoicandam eſſe ſapientiam, omneſque illius aditus & receſſus liberaliter adaperiendos. Vide plura apud Girald. Syntagm. 120. Sed quoniam Pallas armorum etiam eſt præſes, præmonſtratum cenſuerim, Sphinge in ejus galea ſublata, cuſtodienda eſſe bellorum arcana; quæ ſcilicet authori ſint nocitura, ſi cum aliis commuoicentur, ut notavimus io titulo *Arcanorum Cuſtodia*. Uſurpatam etiam fuiſſe Sphiogem a Thebanis pro ſigno militari docet Plutarchus in Pelopida, & Probus in Epamioonda. Plinius memorat Auguſtum per bella civilia anulo, io quo Sphiogis effigies viſebatur, edicta & epiſtolas ſignare conſueviſſe. Sed poſtea imaginem illam permutavit, & Alexandri Magni effigie ſignabat. Vide Licetum de Gemmis aooular. cap. 144.

Spiculatores, Stipatores, ſatellites, cuſtodes Principum; ſic appellati a ſpiculis, quæ geſtabant. Tacit. *Dilapſis ſpiculatoribus, cætera cohors &c.* Meminit etiam Svetooius in Galba. Adverte tamen optimos Criticos, ac præſertim Lipſium ex Tacito ſemper expungere Spiculatores, iiſque ſubrogare *Speculatores*. Vide Donatum Dilucid. in Tacit. lib. 1.

Spiculum, i. Omne telorum genus, cuſpide ferrea obarmatum, vulgo ſpiculum dicitur. Sed verè aliud telum, aliud ſpiculum: & hoc quidem præfixum eſt haſtæ vel telo ferrum aut cuſpis. Diſtinguunt iſta probati Scriptores; inter quos Curtius de Alexandro, poſt acceptum e ſagitta vulnus, ſic loquitur: *Tum forte in ſura incidit telum: cujus ſpiculo evulſo, admoveri equum juſſit*. Quare appoſitè Cerda in illud Virgilii lib. 11.

haſtaſque reductis
Protendunt longè dextris, & ſpicula vibrant,

Ita ſcripſit: *Neſcias quo malo inductum a pædotribis, ut ſpicula explicent ſagittas: cum ſpiculum dicatur a ſpica, & proprie eſt ferrum, aut haſtæ, aut ſagittæ, aut joculi, ut hìc Virgilius.* Homeri verſus,

Spicula cuncta horum feriunt, ſeu torſerit illa
Ignavus, ſeu vir fortis, quia Juppiter ipſe
Dirigit:

Recenſentur inter proverbiales, qoibus docemur, bene omnia feliciterque cadere magnopere fortuoatis. Simile eſt adagium illud: *Semper feliciter cadunt taxilli Jovis*. A ſpiculo trahit Ferrarius vocem Italicam *Picca*, quæ longior eſt peditum haſta, brevi ſed acuto ferro præfixa: eaque paſſim cenſetur ſariſſa Macedonum. Verùm tum vox Italica *Picca*, tum Latina ſpiculum provenit a voce *ſpica*: ex qua faces, pali, jacula dicuotur ioſpicata, nimirum inciſa ad modum ſpicarum, vel ariſtarum, ut exponit Servius illud Virgilii Georg. lib. 1.

ferroque faces inſpicat acuto.

Id verò duplicem habet ſeoſum, nam, vel *inſpicare* eſt acuere; & ſic plane conſtat haſtas ſive jacula ferro præfixa ſpicarum imagioem exhibere: vel eſt in mioutas aſſulas concidere, ut explicatur a Voſſio verbum *inſpicare*; & id aptiùs congruit facibus, quæ ſic minutatim coociſæ in faſtigio faciliùs igoem concipiunt; & juxta hunc euodem ſenſum tela aliqua, ſive haſtæ dicuntur ſpicatæ. Præferunt ſiquidem in ſummo apice multiplices lamellas e ferro erectas & præacutas ad modum ſpicæ, ad latiùs feriendum. In hanc verò formam iohorreſcentes haſtas non ſemel ego multis io locis vidi: ut planè mirer eam rem planè inuſitatam videri Ferrario.

Spingarda, æ. Sanutus l. 1. p. 4. *Indiget dictum navigium ædificiis baliſtarum, ſilveſtrarum, vel ſpingardarum*. Et

Spinoardus, i. Hiſtor. Obſid. Jadreoſis l. 1. c. 38. *Confecerunt pluſquam quindecim trabuchos: architectant multos ſpingardos in gyro civitatis*. Inſtrumentum muris vel navibus diffringendis idoneum. Spingarda Veterum profectò fuit baliſtæ genus. Recentis militiæ ſpiogarda tormentum eſt pulverarium, oon ita ponderoſum, ut majoribus bombardis æquari poſſit, nec ea levitate, ut geſtari manibus valeat. Vocem ſpingarda trahit Ferrarius a Germanorum *Sprintz*, quod muſcetam ſignificat, ex geoere accipitrum fringillariorum. Notavi alicubi ab accipitrum nominibus tracta eſſe vocabula varii generis bombardarum: *Falcone*, *Falconetto*, *Sagro*, *Smeriglio*, *Moſchetto*. Verùm nihil neceſſe eſt omnia prorſus illuc trahere; præſertim cum ſuppetunt originationes aliæ clariores. Malim igitur ſpingardam duci a verbo Etruſcorum veterum *Spingare*, quod eſt crebro pulſu repulſuque obniti. Dantes Iof. c. 19.

E mentre io gli cantava cota' note,
O ira, ò coſcienza che'l mordeſſe,
Forte ſpingava con ambo le piote.

Franciſcus Buti expooit: *Guizzava con ambo le piante*. Obſerva Italorum *Spingare* reddi Latinè ab Academicis Florentiois *plantis propellere*. Mihi, eorum venia, noo de plantis ſolùm dicitur, ſed de qualibet corporis parte, & quidem cujuſvis animalis: nimirum de repellente manu, de cornuum impulſu, de jactatiooe rotatuque caudæ. Id luculenter oſtendunt vel ipſa Dantis verba. Nam ſi *ſpingare* eſſet *propellere plantis*, otioſè addidiſſet Poeta *con ambo le piote*; cum ſatis integram ſententiam exprimerent verba illa *Forte ſpingava*. Poſtremò niſi alia ſcriptorum teſtimooia coofirment uſurpatum eſſe verbum *Spingare*, ſuſpicari ſubit corrupte legi locum Dantis, & pro *Spingava* legendum *Spingeva*. Suſpicari, inquam, ſubit: nam qualibet mea conjectura mihi potior eſt diligentia Interpretum vatis maximi, & inprimis authoritas, quam permagoi facio, Acade-

Digitized by Google

demicorum a Furfure, quos optimorum exemplarium fidem ſequutos eſſe exiſtimaverim. Spingarda Italis *Spingarda*, & diminutivum *Spingardella*. Lucas Pulci Ciriff. Calv. 4.

E ſpingardelle, e moſchetti, e ſpingarde.

Vix quidquam diſſimile inſtrumentum ignivomum dicimus *Paſſavolante*: Idem Lucas Pulci l. 3.

E con paſſavolanti e ſpingardelle.

Franc. Guicciard. Stor. 4. *Pagolo vi fece tirare in alto alcuni falconetti, e paſſavolanti.*

SPINACHIUM, ii. Genus navigii. Henr. de Knyghton an. 1338. *Redierunt Normanni cum duodecim galeis, & octo ſpinachiis cum manu benè armata &c.*

SPIRA. Frequens eſt ſpiræ mentio apud Polybium in deſcriptione legionis Romanæ. De numero autem militum, quem ſpira denotat, parum inter Scriptores convenit. Non abſurdè Lipſius ſpiram Polybianam, cohortem interpretatur. Quemadmodum enim ſpira conficitur ex funiculis in circulum convolutis, ſic etiam cohortes, ut ſuo loco notavimus in ædificiis ruſticis rotundæ ſunt areæ ſubdiales. Utrunque vocabulum, orbiculatę figurę rem iodigitans, aptiſſimè congruit numero multitudinis, quæ in circulos aggregari ſolet: ex quo militaria illa vocabula habemus: *Globus hoſtium, conglobari, conglomerari, adigere in orbem*. Contra verò Salmaſius de re militari Romanorum l. 2, contendit non leve diſcrimen interſuiſſe inter cohortes & ſpiras. Et Polybium quidem in deſcriptione legionis ſuo ævo conſtitutę ounquam cohortium meminiſſe idem Criticus docet: quod ſi Livius cohortes nominat interdum in militia veteri, id ait eum feciſſe ratione habita morum ſui temporis, vel certè oblivione aut ignorantia veteris inſtituti. Meminit inter Latinos ſpirę, pręter Nazarium in Paneg. antiquiſſimus Ennius:

ſpiras legionibu' nexunt.

SPIRITUS SANCTI EQUITES. Ordo ſacer equeſtris militiæ inſtitutus ab Henrico III. Galliæ Rege. Ordinis ſymbolum Columba, divinum in ſacris literis Spiritum adumbrans. Princeps & caput Ordinis Rex Gallię. Origo inſtitutionis, quoniam ipſo die Pentecoſtes Henricus Polonicum primùm Regnum, deinde Gallicum adeptus eſt. Vide Spondanum ann. 1579. Antiquior ejuſdem nuncupationis Ordo inſtitutus legitur a Ludovico, Comite Provinciæ, Rege Siciliæ & Hieroſolymorum, & marito Joannæ I. Poſtremo Paulus III. Pontifex alium ejuſdem nominis Ordinem inſtituit, cum cruce candida, vocavitquę Equites Hoſpitalis Spiritus Sancti.

SPLENDONA, æ. Gladii genus, a ſplendendo dicti. Gloſſæ Iſidori: *Sica, clunicules, machæra, ſplendonæ*. Ego vero aut deceptum Iſidorum ipſum, aut librarii alicujus inſcitia ſcriptum fuiſſe exiſtimo *ſplendonæ* pro *ſphendonæ*; eſt autem ſphendona apud Græcos funda, non gládius. Niſi adſit alia Scriptoris idonei authoritas pro aſſerenda voce *ſplendona*, omnino cenſeo Gloſſam Iſidori ad quem ſcripſi modum eſſe corrigendam. Vide *Ceſtroſphendona*.

SPOLIUM, ii. Quidquid cæſis hoſtibus detrahitur. Erepta hoſtibus ſpolia prius in triumphis ducebantur: poſtea detractis armis ipſi captivi Duces ſunt additi in pompa triumphali. Privatis etiam domibus adempta hoſtibus ſpolia ſuffigebantur. Nam quæ opima dicebantur, Jovis & Deorum templis ſuſpendi mos erat. Apud Antiquos ac prælertim Heroum tempore, non hominum duntaxat, ſed etiam ferarum occiſarum ſpolia ad oſtentationem ferebantur. Leonis ſpolio ornatus Hercules incedebat; Æneas & Niſus ejuſdem feræ exuviis corpora tegebant; Camilla tigridis, Polynices & Atalanta apri, Argus tauri, Anchęus urſę ſpolium geſtabant. Creditum inſuper eſt qui eas geſtarent exuvias ex Diis eſſe genitos, & in Deorum numerum referendos.

2. Ad non ſimplex autem decoramenti genus referenda ſunt hoſtilia ſpolia. Nam quemadmodum fixa ſtipitibus appellabantur trophęa, ut ſcribit Nonius; ſic direpta hoſtium arma acervatim congeſta triumphorum fercula ornabant, ut meritò a Silio lib. 6. dicantur monumeota triumphi. Eadem poſt abſolutam & exactam triumphi pompam, vel domum a victoribus referri moris erat, vel in templis Deorum collocari, aliiſque locis conſpectioribus ad perpetuum virtutis atque victoriæ documentum. Equidem ſic complicata arma atque congeſta ſæpe occurrunt in vetuſtis lapidibus, & potiſſimom in baſibus columnarum: quemadmodum de baſi Columnæ Trajaoi notat Fabrettus, & de baſi Columnæ Antonini, quę recens eruta eſt Romę ex antiquis ruderibus prope Montem Citatorium, etiamnum oculi judicant.

3. Suſpendebantur maximè pro foribus, ideſt conſpectiſſimo in ædium loco. Livius: *Spolia ejus urbis ante currum laturus, & fixurus in poſtibus ſuis*. Tibullus ad Meſſallam:

Te bellare decet terrâ, Meſſalla, marique,
Ut domus hoſtiles præferat exuvias,

Propert. de Mecœnate:

Vel tibi Medorum pugnaces ire per hoſtes,
Atque onerare tuam fixa per arma domum.

Virgil. lib. 2. Æneid.

Barbarico poſtes auro ſpoliiſque ſuperbi.

Atque iterum lib. 7.

Multaque præterea ſacris in poſtibus arma:
Captivi pendent currus, curvęque ſecures,
Et criſtæ capitum, & portarum ingentia clauſtra,
Spiculaque, clypeique, ereptaque roſtra carinis.

Sed & in atriis ſuſpendere ſolebant ſpolia. Silius lib. 6.

vos atria raptim,
Nudate, & clypeos in bella refigite captos.

Ex memorato Livii loco, & ex Virgilii verſibus ſupra poſitis obſerva, non ea ſolùm dici ſpolia, quæ a cæſo hoſte rapiuntur; ſed etiam quæ ab urbe vel provincia domita. Clarè enim Livius dicit, ut vides: *ſpolia hujus urbis*. Virgilius autem portarum & roſtrorum meminit, quę profecto noo ſunt cæſi hoſtis ſpolia, Sed longè honeſtius inſtitutum, ut Deorum templa hoſtium exornarentur ſpoliis. Illuſtre hujus rei teſtimonium habemus apud Livium lib. 10. ubi loquitur de Æde Quirini, dedicata a filio Papyrii Conſulis: *Exornavit hoſtium ſpoliis, quorum tanta multitudo fuit, ut non templum tantùm forumque iis ornaretur; ſed ſociis etiam, coloniiſque finitimis, ad templorum locorumque publicorum ornatum, dividerentur*. Neſas autem erat non ſolùm a templis ſpolia refigere; verum etiam a privatis ædibus, quæ etiam alienatæ & diven-

ditæ

Digitized by Google

ditæ antiqua ſpolia ſervabant, nec illa detrahere licebat emptoribus, ut ex Plinio, & aliis Scriptoribus eruditè obſervat Turnebus. Pertinuit hoc etiam ad rigidam Spartanorum diſciplinam, ut Diis ſuſpendi non ſinerent hoſtium ſpolia, quoniam timidis fere & ignavis detrahi ſolerent.

Sponoia, æ. Peculiare erat tegumentum, ſive lorica Samnitum, ut habet Livius lib. 9. in hunc modum: *Forma erat ſcuti, ſummum latius, quo pectus atque humeri teguntur, faſtigio æquali, ad imum cuneatior, mobilitatis cauſa: ſpongia pectori tegumentum, & ſiniſtrum crus ocrea tectum*. Admirationem habet ex ſpongia confectum armaturæ genus: nec primum videbam quomodo id pectoris munimentum explicari poſſet, niſi pro tegumentis ex tomento, filtro, lanaque preſſiore & coactili. Notum autem eſt loricas Veterum quandoque lineas & e molliore fuiſſe materia, ut inter alios ſcribit Pauſanias in Atticis. Legimus etiam apud Æmilium Probum, Iphicratem loricas ferreas æneaſque in lineas commutaſſe, ut expeditiores eſſent milites, eoſque graviori onere liberaret. Notandum tamen id genus militum nunquam ſine clypeis militaſſe: nam antiqui Heroes, ut idem tradit Pauſanias, ſic utebantur loricia ænea lamina contectis, ut clypeo non indigerent. Quare Homerus ſine ullo clypei adminiculo pugnantem inducit Phorcynem Phrygem. Etiam Xenophon author eſt lineis thoracibus uſos fuiſſe Chalybes. Sed quoniam aperte Livius ſpongiam nominat, cenſendum eſt rudi eo munimento uſos eſſe Samnites inopia vel ignoratione validiorum tegminum. Internoſcere tamen licet in ſpongia non nihil præſidii idonei in conflictu. Nam excipere ictus poteſt non admodum gravi pernicie; retuſa ſcilicet hebetataque ferri cuſpide, & quaſi irretita ſcrobiculis illia, & fungoſiore materia. Refert Suidas Eurybatum ſpongiis munitum, & acuminatis quibuſdam uſum ferramentis, ad pedes & genua aptatis, parietes a terra ad tectum conſcendere, & a tecti faſtigio deſilire in terram conſueviſſe. Quomagis intelligere licet, ſpongiam nec abſurdum, nec parum idoneum extitiſſe pectoris tegumentum apud Samnites.

Sponsio, onis. Fit a *ſpondeo*; & hoc vel a *ſpontè*, quod ſpondere dicatur qui ſpontè promittit; vel a *ſponda*, quàm vocem a Græcis Latini acceperunt, & partem lecti exteriorem, vel, ut alii malunt, interiorem ſignificat: ex quo habemus ſponſum, ſponſam, ſponſalia, & ſimilia. Cæterum ſponſio Latinis omnem promiſſionem ſignificat, non eam duntaxat, quæ fit per ſponſi interrogationem. Paulus de Verb. ſignif. *Sponſio appellatur non ſolùm quæ per ſponſi interrogationem fit, ſed omnis ſtipulatio promiſſioque*. Sponſiones dicuntur plura actionum vel pactionum genera, quæ fiunt pecunia, vel fide interpoſita; de his vide Cælium Calcagninum ad titulum de verbor. & rerum ſignificatione. In foro bellico ſponſio eſt pacis genus. Concordia ſiquidem inter armatos vel conciliatur juſſu Regum ſummorumque Principum, ut populi juſſu & authoritate Senatus apud Romanos, idque per Feciales ſolemni ritu, & precatione adhibita; & ea quidem pactio fœdus dicitur: vel conglutinatur arbitrio bellicorum magiſtratuum, Imperatoris ſcilicet, Legatorum, Prætoris, qui a ſuprema poteſtate, regia ſcilicet vel publica civitatum, mandatum ejus rei non habent; ſed tamen promittant aliquid obſidibus datis; & hoc genus concordiæ ſponſio appellatur. De hac Liv. lib. 9. *Conſules profecti ad Pontium in colloquium, cum de fœdere victor agitaret, negarunt injuſſu populi fœdus fieri poſſe, nec ſine fecialibus, ceremoniaque alia ſolenni. Itaque non, ut vulgò credunt, Claudiuſque etiam ſcribit, fœdere pax Caudina, ſed per ſponſionem facta eſt. Quid enim aut ſponſoribus in fœdere opus eſſet, aut obſidibus, ubi precatione res tranſigitur? Per quem populum fiat, quo minus legibus dictis ſtetur, ut eum ita Juppiter feriat, quemadmodum a fecialibus porcus feriatur? Spoponderunt Conſules, Legati, Quæſtores, Tribuni militum: nominaque omnium, qui ſpoponderunt, extant: ubi ſi ex fœdere acta res eſſet, præterquam duorum fecialium non extarent*. In hoc ſponſionis bellicæ genere duplex agitari ſolet quæſtio. Altera ſi ſponſionem a Duce, vel Prætore, vel alio bellico magiſtratu factam improbari contigerit a Rege, vel Republica, quid potiſſimum ab iiſdem Magiſtratibus ſit agendum: reſtituendane res in integrum, in eum ſcilicet rerum ſtatum, in quo erat ante ſponſionem; vel dedenda paciſcentium corpora tanquam pignora & obſides ſupremæ poteſtati? Altera eſt, an ſponſio ſupremam ipſam poteſtatem ita obliget, ut ſi compertum fuerit certiorem eam factam eſſe de ſponſione, & rem omnem preſſiſſe ſilentio, continuò conſenſiſſe intelligatur in pacta & conditiones ſponſorum? Verum hæc ad forum contentioſum ſpectantia, vide eruditè agitata ab Hugone Grotio de Jure bell. & pac. lib. 2. cap. 15. Interim noto illud ſemper ferè obſervatum fuiſſe ab Imperatoribus ſpondentibus, ut non aliter rem cum hoſte tranſigerent, quàm interpoſita exceptione & clauſula: *Si ita Senatus, populuſque Romanus cenſuiſſet*. Docent id Livii verba lib. 21., ubi Princeps quidam Carthaginienſis hunc ſermonem habet ad Romanos Legatos: *Vos, quod C. Luctatius Conſul primò nobiſcum fœdus icit, quia neque authoritate Patrum, nec populi juſſu ictum erat, negaſtis vos eo teneri: itaque aliud de integro fœdus publico conſilio ictum eſt*.

Sponsores pacis. Pacis ſequeſtres, conciliatores. Liv. lib. 9. *Prægreſſi feciales, ubi ad portam venere veſtem detrahi pacis ſponſoribus jubent*.

Spourones. Calcaria. Teſtamentum Everardi Ducis Forojulienſis: *Baltheum unum de auro & gemmis, ſpouranes duas de auro & gemmis, veſtitum unum de auro paratum &c.* Italis *Sperone*.

Squama, æ. Propriè corium eſt, quo piſces vel ſerpentes teguntur. Ab hujus ſimilitudine ſquamæ dicuntur catellæ nexiles ex auro vel ære: item texturæ genus in heroico & militari veſtitu, de quo vide plura in Tit. *Plumatæ veſtes*. Virgil. l. 11. etiam equos opere ſquameo phaleratos exhibet: ſic enim ſcribit de equo Chlorei:

Spumantemque agitabat equum, quem pellis ahenis
In plumam ſquamis auro conſerta tegebat.

Vide *Cataphracti equi*. Squamam Voſſius trahit a *ſcaber*, quia ſquamoſa ſunt ſcabra.

Squilla, æ. Vide *Campana*.

Stabilioa, æ. Vide *Stabilitas*.

Stabilitas, atis. Pro oppido munito, vel militari præſidio: Concilium Toloſanum: *Circa locum etiam, in quo ſe receperint, fiant ſtabilitates*

mili-

Digitized by Google

militum & peditum. Ubi iterum obſerva, quod a oobis cit alibi animadverſum, milites per ea tempora pro equitibus duntaxat accipi conſueviſſe. Eodem ſignificatu occurrit vox *Stabilida*. Charta Jacobi Regis Aragon. *Nec etiam poſſimus ipſos mittere in fronteriis, vel ſtabilidis invitè*.

Staoium, ii. Dicitur a ſtando, vel ſtatiooe; & quidem ab Hercule Olympicorum ludorum inveotore, qoi poſtquam uno ſpirito certum ſpatium coofeciſſet ſtetiſſe legitur, ibique fixiſſe metam. Hinc hujus vocia origo a ludicris Græcorum concertatiooibus traditur: & uſurpata potiſſimum legitur in palæſtris; ſumiturque promiſcuè oon tam pro termino & ſtatione curſus, quàm pro certa menſura & ſpatio ipſius curſationis. Cic. lib. 2. Offic. *Qui ſtadium currit eniti & contendere debet, quammaximè poſſit, ut vincat*. Contioet autem ſtadium octavam mille paſſuum partem, centumque ac vigioti ooſtros efficit paſſus. Obſervatæ inprimis ſunt ejus generis menſuræ in progreſſu militari: itaut certo ſtadiorum numero emenſo, ſiſteret exercitus, ad quietis aliquid, cibumque capiendum. Præterea aucto ſtadiorum numero, aliæ exortæ ſunt militaris progreſſionis meoſuræ apud Græcos. *Diaulon*, qood ad duo extenditur ſtadia. *Dolicon*, quod ſex ſtadia comprehendit. Variatum tamen eſt io multiplicitate ſtadiorum, pro ipſa gentium diverſitate; ut nihil certi ac definiti poſſimus oſtendere: quemadmodum milliaria ipſa & quaa leucas dicimus, pro varietate populorum, interdum breviorem, longiorem quaodoque ſpatii conficiendi menſuram ſignificant. Hinc, ut Plinius docet, Ægyptii ſchœoum habebant, quo ſtadia omninò quadragiota continebantur; atque etiam ſexaginta, ut ſcribit Herodotus. Idem Autbor ſpatium trigiota ſtadiorum attribuit *Paraſangæ*. Ea eſt menſura Perſarum peculiaris, quæ hodie etiam in uſu eſt apud Perſas. Pietr. de la Vall. Viagg. di Perſ. p. 1. *In tutta la Perſia ſi miſurano i viaggi per le leghe, le quali in lingua Perſiana ſi chiamano ancora col vocabolo antico Paraſanghe, mentovata da Herodoto, da Senofonte, e da altri*. Et paulò poſt. *In quanto poi alla longhezza, tengo per certo, che le leghe di Perſia confrontino apunto con le Spagnuole, cioè di quattro miglia Italiane ſcarſe l'una, e tali fa anche Herodato al ſuo tempo, dicendo, che una Paraſanga contenga trenta ſtadii. Otta da' quali apunto, ſecondo Strabone, fanno un miglio noſtro*. Vulgatiſſima apud Græcos itinerum menſura erat *Stathmos*, continens ſtadia vigiotiqoatuor ſupra ducenta, noſtra verò milliaria octo & vigioti, quæ potiſſimum menſura, & communis erat præſcriptio itioerum exercitui commeanti.

Staffa, Stapha. Subex pedaneus, ſtapes, ſcala, qua quia in equom tollitur. Epiſt. Alexandri PP. an. 1177. *Et cum aſcenderemus palefridum noſtrum, ſtaffam tenuit*. Idem an. 1170. *Cum autem Rex & Archiepiſcopus ſeceſſiſſant in partem, biſque deſcendiſſent, bis ſtapham Rex tenuit Archiepiſcopo*. Dicitor autem *ſtaffa*, a *ſtaf* voce Danica & Germanica, qua indigitatur baculus, qno quis innititur, Præſtat ſiqnidem pedi ſtaffa idem fere fulcimentum & præſidium, quod manui baculus. A ſtaffa habere Italos vocem *Staffiero* alibi ootavi, Vide *Subex pedaneus*.

Standardum, i. Tudebodus lib. 5. *Unus autem noſtrum accepit ſtandardum Ammiraviſi, deſuper quod erat pomum aureum, haſta verò tota cooperta argento*. Albertus Aquenſis lib. 6. *Longiſſima haſta argento operta per totum, quod vocant Standart, & quæ Regis Babyloniæ exercitui ſignum præferebatur, & circa quam præcipua virtus denſabatur*. Utrunque hoc teſtimonium planè facit, ut non aſſentiar Ferrario, qui Italicam vocem *Stendardo* trahit cootra Voſſium a tendendo: quod etiam nos alicubi approbaſſe viſi ſumus. Quemadmodum enim vox *Bandiera* fit a bando, voce Latinorum ſequioris ævi, deducta a Latina optimi ævi panſum, & expanſum: ſic optimum videtar etymon vocis *Stendardo* a tendendo, quaſi ſit velum extenſum. Verùm conjecturę ſemper fallaces ſunt. Neque enim eſt dubitandum, *Stendardo* dici a ſtando, non a tendendo. Prima certè appellatio hujus nomiois apud Latinobarbaros, atque etiam Italos fuit *Standardo*. Fuiſſe autem vexillum ſtatarium plane conficiunt ſupramemorati Scriptores, qui illud deſcribentes, veli ſive vexilli nnſquam meminerunt: ſed extitiſſe tantummodo aſſeverant haſtam argento, vel auro illitam, cnm appoſita ſuperiùs pila, ſeu pomo aureo, quo Orbis figura deſignabatur. Supervacaneum verò omnino eſt tenſionem quærere in baculo ſimplici & minimè velato. Idem longè clariſſimè liquet ex loco Simeonis Dunelmenſis an. 1138. *Qui omnes procedentes ſecùs Alvartum in campo quodam-Standart, ideſt malum navis erexerunt, vexillum S. Petri in eo ſuſpendentes*, Ubi apertiſſimè diſtinguitur ſtandardum a vexillo: quod non potuit clariùs indicari, quàm eum diceret, vexillum additum fuiſſe ſtandardo. Proinde mihi eſt manifeſtum idem fuiſſe eorum temporum ſtandardum, ac tufam: oimirum utrunqne extitiſſe ſignum ſtatarium, nempe pilum, vel haſtam argento vel auro illitam cum appoſito deſuper globo vel pomo aureo, ad terrarum Orbis figuram, in progreſſu, vel caſtris Imperatoriia exprimendam. Corroboratur id etiam maximum in modum, quoaiam uſurpari ſæpe video a Scriptoribus ſtandardum pro carrocio. Chronicon Andrenſe an. 1184. *Standardum altiſſimum. Draconem deſuper præferentem, Comes ſecum ſuper currum quatuor rotarum duci fecit*. Et Villelmua Brito lib. 2. Philipp.

Erigit in carro palum, paloque Draconem
Implicat.

Adhuc etiam manifeſtiùs Matthæus Pariſ. an. 1236. *Exeuntes igitur cives in multitudine gravi circiter ad quinquaginta millia armatorum obviam Imperatori, cum ſtandardo ſuo, quod carrucam, vel carrocium appellant, indubitanter perrexerunt*. Confirmat id poſtremò ipſa origo Germanica vocis *Standardo*, a dictione *ſtanda*, qnod eſt ſiſtere, ut ſcribit Loccenius lib. 3. Aotiqq. Svecicarum cap. 2. Licet non dubitem eam ipſam Teutonicam vocem a Latino verbo *ſtare* profluere. Hæc autem dicta accipias de voce ſtandardum, ut uſurpatur a Latinobarbaris. Nam *Stendardo* apud Italos procul dubio vexillum ſignificat: Luc. Pulc. Ciriff. Calv. c. 2.

E porta in campo giallo un drago nero
Nello ſtendardo pauroſo e fiero.

Et Bern. Orlan. Inam. l. 2. c. 6.

Al vento ogni ſtendardo era ſpiegato.

Stapeda, æ. Iter Camerarii Scotici: *Apponunt*

ſellis

Digitized by Google

ſellit mala & vitioſa ephippia, frena falſa, & corruptas ſtapedas, unde multi læduntur. Et

Stapes, dis. Miracula S. Quirini Martyris lib. 2. *Conſcenſo equo, dum ſtapedi pedem inderet*. Et

Stapedium, ii. Charta Clementis IV. PP. *Cum ipſe Pontifex equum aſcenderit, teneat ſtapedium ſellæ ejus, & arrepto freno, aliquantulum ipſum addextret*. Et

Stapia, æ. Vetus Inſcript. apud Magium Miſcell. l. 2. *Dum virgunculæ placere cuperem, pes bæſit ſtapiæ, & tractus interii.* His omnibus dictionibus appellantur ſubices pedanei & ſcanſiles, ſive ſcalæ, & ſcanſoria, quibus in equos attollimur. Vulgò *Stoſſa*; quæ etiam dictio a Latinobarbaris uſurpata, a nobis ſuo loco eſt indicata. Vide *Subex pedaneus*.

Statarii milites. Dicuntur a ſtando, & exprimitur fere hac voce militiæ robur, quæ non excurſionibus, & velitando, ſed collato pede decertat; quemadmodum ſtatariam dicimus pugnam, in qua non leves impetus, ſed expreſsè veteranorum virtus in veſtigio dimicantium locum habet. Liv. 9. *Statarius uterque miles ordines ſervans*.

Stathmos. Genus menſuræ itinerariæ, Vide *Stadium*.

Statica, æ. Vide *Mathematica*.

Statio, onis. Locus eſt, ubi milites vel ad cuſtodiam vigilant, vel moram trahunt quo tempore a pugna, ab arena prœliari, & itineribus abſtinent. Sunt autem ſtativa contubernia ſingulis ad manſionem cohortibus attributa. Ea verò, ſi copiæ ad hibernandum conſiſtant in pagis, vulgò dicuntur *Baracche*. Vide *Barra*. Quod ſi ad diutius conſiſtendum ſe recipiant in oppidorum domicilia, appellantur *Quartieri*. Hiberna etiam vel æſtiva pro conditione temporum nuncupantur. *Corpi di guardia*. De his Cæſar lib. 1. de Bell. Civil. *Stationes crebras equitum diſponere*. Et Curtius: *Cognitum id per exploratores, qui ſtationes hoſtium fuerant ingreſſi*.

2. Alia inſuper ſtationis acceptio eſt, pro loco vigilibus ſive excubitoribus aſſignato ad oppidorum, arcium, vel caſtrorum cuſtodiam; coguntur enim ibi milites ſubſiſtere, & alternatim vigilias agere, capitali ſupplicio propoſito locum deſerentibus. Cæſar 4. Bell. Gallic. *Qui pro portis caſtrorum in ſtatione erant, Cæſari renunciarunt &c.* Tacitus lib. 17. *Placuit tentari animum cohortis, quæ in Palatio ſtationem agebat*. Clarè Statius lib. 11.

portæ ſtatione relicta.

Item Virgil. l. 9.

vigiles ſimul excitat: illi
Succedunt ſervantque vices: ſtatione relicta
Ipſe comes Niſo graditur.

Idem lib. 9.

Tunc quoque communi portam ſtatione tenebant.

Fas hic expendere morem Veterum, qui non unum vel alterum militem in ſtatione & excubitu collocabant, ſed integras interdum cohortes, atque adeo turmas equitum. Et de cohortibus quidem, præter indicatum Taciti locum illa ſunt Cæſaris verba lib. 2. Bell. Civil. *Quæ in ſtatione pro caſtris erant Afranii cohortes*. De turmalibus verò equitibus Saluſt. de Bell. Jugurt. *Neque ſecùs atque ſi hoſtes adeſſent, iter facere, caſtra munire, excubitum in portas cohortes ex legionibus, pro caſtris equites auxiliarios mittere*. Lipſius de Milit. lib. 5. Dialog. 8. contendit vigilias quidem nocturnas, ſtationes verò diurnas fuiſſe. Quod ſi ita eſt, cenſuerim Virgilium allato ſuperiùs loco ex poetica libertate ſtationem pro vigiliis poſuiſſe. Noctu enim quæ ibi narrantur, facta ſunt a Niſo & Euryalo. Verùm contra Lipſii ſententiam non leviter pugnat Tacitus lib. 1. Annal. *Juvit nox ſyderibus illuſtris: ventumque ad vicum Marſorum, & circumdatæ ſtationes, ſtratis etiam per cubilia propterque menſas, nullo metu, non antepoſitis vigiliis*. Ubi cuſtodias nocturnas ſemel ſtationem, iterum vigilias appellat. Sed apertiſſimè Ammianus lib. 21. *Mandat tamen egreſſis, ut tanquam hoſte protinus occurſuro tutiùs graderentur, ſtationeſque nocturnas agerent, & vigilias, ne improviſo invaderentur excurſu*. Obſerva etiam, jactis interdum ſortibus ſtationarios vel vigiles cuſtodienda loca obtinuiſſe. Virgil. l. 9.

Omnis per muros legio ſortita periclum
Excubat, exercetque vices, quod cuique tuendum eſt.

3. Stationem inſuper Latini dixerunt pro exiſtimatione vel dignitate. Lamprid. in Commodo: *In his artifex, quæ ſtationis Imperatoriæ non erat*. Ubi tradit Commodum ſaltandi cantandique peritum, gladiatorem etiam & ſcurram, inſtructum ſcilicet artibus, quæ non erant ex dignitate Imperatoris. Optimè id obſervavit Marcellus Donatus ad memorata Lampridii verba. Verùm idem author non levem ibidem imperitiam oſtendit, ubi refellit Turnebum Adverſ. lib. 25. cap. 17., qui ſtationem ibi interpretetur locum. Locum ſcilicet in Turnebo pro oppido aliquo, vel caſtello intellexit ibi Donatus; cum a Turnebo accipiatur pro amplitudine, & dignitate, eadem prorſus uſurpatione, qua ſtationem in Lampridio bene explicavit Donatus. Nihil enim crebriùs dicere Latini ſolent, quàm ſuum locum tueri, non eſſe alicujus loci aliquid facere, & alia ſimilia, quarum locutionum ſenſus eſt tueri ſuam dignitatem, non eſſe ex alicujus dignitate quidpiam facere. Vide *Vigiliæ*, *Excubiæ*.

Stationarii. *Milites dicuntur*, ait Sipontinus, *quibus cuſtodiæ aut præſidii gratiâ ſtatio aſſignata eſt. Item qui in urbibus, aut provinciis tenentur ad populorum quietem tuendam*. Paulus l. 4. ff. de Fugitivis: *Limenarchæ & ſtationarii fugitivos deprehenſos in cuſtodiam retinent*.

Stationalis, le. Quod ad ſtationem pertinet. Plin. 2. 15. de ſtella quadam ſic loquitur: *Eadem ſtationalis ſenis menſibus commoratur in ſignis*.

Stativa, orum. Liv. *Stativa noſtra munimento ſatis tuta ſunt*. Hoc tutiùs uſurpandum, ſed etiam legitur

Stativæ, arum. Lamprid. *Illa die, illâ horâ, ab Urbe ſum exiturus, & ſi Dii voluerint, in prima manſione manſurus. Deinde per ordinem manſiones, deinde ſtativæ*. Stativa igitur, vel ſtativę opponuntur manſionibus. Hę ſiquidem erant locus a militibus captus ad quieſcendum per unum diem. Stativa a ſtando dicuntur, & locus erat, ubi diutiùs milites ſubſiſtebant. Vide *Statio*.

Stativus, a, um. Ut ſtativa caſtra. Cic. 7. Verr. *Pulcherrimo Syracùſarum loco ſtativa ſibi caſtra faciebat*. Idem ſtativum præſidium dixit 12. Philipp.

Sta-

Digitized by Google

Stator. Cognomentum Jovis. Vide *Juppiter*; & *Statores*.

Statores. Eorum fuit antiquitùs appellatio, qui magiſtratibus apparebant, eorumque erant nuncii. Noo aliam ob cauſam altiùa cincti dicuotur a Petrooio, quàm quoniam parati eſſent expeditique ad capeſſenda magiſtratnum maodata; quo oomine a ſtando plerique ſtatores appellatos putant. Sed nec abſurda ejus vocis originatio fuerit a ſiſtendo, quooiam magiſtratibus ſiſtereot eorum imperio apprehenſos. Ad hanc formam ſtator Joppiter dictus eſt, quòd Romanorum fugam ſtitiſſet, ut Livius, Plutarcbus, & alii ſcribunt. De ſtatoribus nunciis Cicero Epiſt. 10. *Præſto mibi fuit ſtator ejus cum literis, quibus ne venirem denunciabat*. Idem alibi: *Literas a te mibi ſtator tuus reddidit*. Percelebris nec infrequens eſt ſtatorum appellatio io caſtris, quorum inibi locum & euratiooem Hygious in Gromatico deſigoat per hæc verba, ubi ſermonem habet de loco Quæſtoris: *Lateribus ejuſdem tendere debent ad viam Quintanam centuriæ ſtatorum, ut poſticium prætorii tueantur, & proximi ſint Imperatori, quibus duplam pedaturam aſſignavimus, quod eiſdem cenſuris utantur, quibus cobortes prætoriæ*. Habes hinc ſtatorum officium in caſtris fuiſſe prætorii poſticum tueri. Vetus lapis apud Salmaſium in Vulcatio ad Avidium: *L. MARIO. VERNO. STATORI. PR.* Item alius: *HERCVLANVS. MIL. N. STAT. PR.* ideſt miles numeri ſtatorum prætorii. Adde vetus aliud ſaxum. *EVOCATI. STATORVM*. Ex quo præfatus author coniicit evocatos ſtatoribus præfuiſſe. Minimùm aut certe nihil fuiſſe diſcriminis inter ſtatores, buccellarioa, domeſticos, ſcurras, & corporis Principum coſtodes vel protectores exiſtimant viri docti; qui verò ſtatores confuodunt cum ſtratoribus ſua certè eos opinio falſos habet.

Statuæ. Præmia victorum. Materiæ pretiom & perpetuitas, tum artificum labor, & admirabile opificium inter primaria virtutis præmia & maxime omnium duratura, ſtatuaa referuot commendantque. Deſpectus quidem ia a nonnullis honos Stoico ſupercilio, & ambitione gloriæ amplioris. Nam & Ageſilaus moriens, ut memorat Plutarchus in Apophth., amicis mandavit, ne ſtatuam ſibi ullam in monomentum virtutis erigerent: ſiquid enim præclari egiſſet io vita, id ſibi pro monumento apod Poſteros fore. Catooem etiam cenſoria ſeveritate ſtatuam reſpuiſſe, Romani Aooales annotavere. Ea certe honorum deſpicientia, quæ apud Chriſtianos homines exemplo non caruit, ſpectatiſſimi eſt exempli; utpote orta ex ſui demiſſione, deſpectuque rerum periturarum. Antiquis verò illis honorum titulorumque contemptus elatioris ferè ſuperbiæ argumentum ſuit: verèque id Plato notavit atque redarguit in Diogene, qui cum palii ſui longum ſyrma calcaret, adiiceretque, calco Platooia faſtom; calcas, inquit, ſed majore faſtu. Verùm rejectis hia ad porticus ſtoaſque jurgioſaa Philoſophorum, illud liquet eſſe veriſſimum, propoſitis hooorum ſtimulis, & recordatiooe factorum, & nominis ad Poſteros tranſmittendi, ſupra modum ad ardua quæque ſacinora capeſſenda, illnſtrandamque maximis promeritia patriam excitari mortalinm pectora atque incaleſcere. Præ cæteris autem exiſtimationis publicæ atque hoooram monumentis, poſita egregiæ virtuti ſimulacra & ſtatuas humanos animos occupaſſe, ipſa edocet ſtatuarum copia, quæ immenſo quodam numero apud Græcos percrebuit, Romæ verò ſic redundavit, ut vetus fuerit dictum, duplicem Romæ eſſe populum, alterum quidem hominum, alterum ſtatuarum. Cæterum qui omnium primus, hominum vel fictorum Numinom ſimnlacra divinis hoooribus coluerit Ninus perhibetur, qui Beli patris effigiem ſubditis adorandam fertur propoſuiſſe. Ægyptum Idolis Moiſia tempore refertam fuiſſe liquet ex ſacris literis. Iode ſimulacrorum cultus in omnes geotes propagatus, atque adeo in Romanos, quos per anoos amplius 170. ſine ſimulacris Deos coluiſſe, tradit Varro apud S. Auguſtinum de Civit. l. 4. c. 31. Vide eundem Auguſtin. paſſim in libris memoratis, Clementem Alexandrinum, Arnobium, latiſſimè Voſſium de Orig. & progreſſ. Idol.

2. Nec bellatoribus modò, verùm etiam viris ſapientiæ laude præſtantibus, ut id quoque in tranſcurſu & obiter tangam, impertitus honoa imaginum marmorearum. Romani olim ab Oraculo juſſi, ut Græcorum prudentiſſimi atque fortiſſimi ſtatuas collocarent in ſoro, geminas æreas, alteram quidem Pythagoræ, alteram verò Alcibiadi ſtatuerunt, ut legitur apud Plutarchum in Numa. Idem author perhibet, æreum ſimulacrum Demoſtheni poſitum; cujus baſi ioſcriptio illa eſt addita:

Si tibi vis animo, Demoſtbenes, æqua fuiſſet,
Non Macedûm ferret Græcia victa jugum.

Plinius & idem Plutarchus authores ſunt Tanaquili, Tarquinii Priſci uxori dicatam fuiſſe ſtatuam cum inſignibus laoæ, coli, & fuſi. Victores etiam in ſacris ludia, ac præſertim ii, qui Olympia viciſſeot, ſtatuis dooati. Sic enim Plinius lib. 34. cap. 4. *Effigies bominum non ſolebant exprimi, niſi aliqua illuſtri cauſa perpetuitatem merentium; primò ſacrorum certaminum victoria, maximeque Olympiæ. Vbi omnium, qui viciſſent, ſtatuas dicari mos erat*. Additque eorum, qui ter in certamine hoſtem ſuperaſſent, ſtatuas eorundem ſtaturæ corporum conformatas, & ad unguem reſpondentes fuiſſe, ideoque iconicas appellatas. Græci, ac potiſſimum Athenienſes, ut in reliquo fere vitæ humanæ cultu, ſic etiam in efferenda civium virtute collocatis iiſdem ſtatuis, præluxere. Eas quippe ab iiſdem poſitas legimus Armodio, & Ariſtogitooi, qoo ipſo anno Reges Roma depulſi ſunt. Equidem populus Athenienſis uſque adeo in ſtatuarum honore communicando prodigus effuſuſque ſuit, ut uni Demetrio Phalereo ſexagiota ſnpra trecentas locaverit, ut refert Plinius loco ſuperiùs commemorato. Aliquid ſimile de Tito antequam imperium adipiſceretur narrat Svetooius in ejus vita cap. 4. *Tribunus militum & in Germania, & Britannia meruit ſumma induſtria, nec minore modeſtia, & fama, ſicut apparet ex imaginum ejus multitudine, ac titulis per utranque provinciam.*

3. Ab antiquis verò fluxiſſe temporibos ſtatuarum uſum apud Romaoos teſtis eſt Romuli ſtatua in Roſtris. Livios verò Horatio Cocliti Porſenæ Regis Etruſcorum exercitum ad pontem validiſſimè ſuſtinenti, locatam ſtatuam ſic enarrat lib. 2. Dec. 1. *Grata erga tantam virtutem civitas fuit. Statua in Comitio poſita*. De eadem ſic

Gellius lib. 4. cap. 5. *Statua Romæ in Comitio poſita Horatii Coclitis fortiſſimi viri, de cælo tacta eſt.* Sed & Clœliæ ejuſdem Porſenæ obſidi, & pluſquam virili animo ab Etruſcorum caſtris ad ſuos remeanti equeſtrem ſtatuam fuiſſe excitatam idem Hiſtoricus tradit ibidem: *Romani novam in fœmina virtutem, novo genere honoris ſtatua equeſtri donavere. In ſumma ſacra via fuit poſita virgo inſidens equo.* Idem Dec. 1. l. 4. erectas narrat legatis ſtatuas, qui Fidenis cæſi fuerunt. Succreſcere adaugerique ſubinde cœpit ſtatuarum numerus, ac præcipue Cæſarum ævo. Nam & loricatam Cæſaris ſtatuam in foro fuiſſe legimus apud Plinium lib. 34. cap. 5. Auguſtum verò equeſtri ſtatua donatum, tanquam rari exempli ornamento legimus apud Vellejum Patereulum lib. 2. in hæc verba: *Eum Senatus, honoratum equeſtri ſtatua, quæ hodieque in Roſtris poſita ætatem ejus ſcripturâ indicat, (qui honor non alii per trecentos annos, quàm L. Sullæ, & Cn. Pompejo, & Cajo Cæſari contigerat) Proprætorem una cum Conſulibus deſignatis Hirtio, & Panſa, cum Antonio bellum gerere juſſit.* Extat autem in nummis argenteis ſtatua equeſtris Auguſti cum epigraphe *Populi juſſu.* Quod verò vigorem ſuum obtinente Republica, & priorum Cæſarum ævo, eximiæ virtutis fuit honeſtamentum, ſic poſtea ſubſequentium Cæſarum ambitu vulgari cœpit, ut nihil magis obvium Romæ eſſet, quàm ſtatuarum multitudo. Eam ob rem Plinius Trajani ſui fortitudinem & bellicas laudes concelebrans, quibus certiſſimum teſtimonium, & mercedem juſtiſſimam excitatæ ſtatuæ honore Roma rependeret, in anteriorum Cæſarum libidinem meritò invehitur, qui nullo in Rempublicam beneficio clari atque ſpectabiles, ſtatuarum ſilva quadam coinquinaſſent potiùs Urbem, quàm exornaſſent. Sic enim ſcribit in Paneg. ad Trajan. *Itaque tuam ſtatuam in veſtibulo Jovis Optimi Maximi unam, alteramve, & hanc æream, cernimus. At paulò ante, aditus omnes, omnes gradus, totaque area hinc auro, hinc argento relucebat, ſeu potius polluebatur, cum inceſti principis ſtatuis permixta Deorum ſimulacra ſorderent. Ergo iſtæ quidem æreæ, & paucæ manent, manebuntque quandiu templum ipſum: illæ autem aureæ & innumerabiles ſtrage & ruina publico gaudio litaverunt.*

4. Sed omnium maximè ſtatuarum decus obtinuerunt, qui de ſuperatis hoſtibus Romæ egiſſent triumphum. Id primos omnium promeruiſſe L. Furium Camillum, & C. Menium, Stura Pedoque oppidis in Latio expugnatis, referre libet verbis Livii Dec. 1. lib. 8. *Præſidiis inde diſpoſitis per recepta oppida, Romam ad deſtinatum omnium conſenſu triumphum deceſſere. Additus triumpho honos, ut ſtatuæ equeſtres eis, rara illa ætate res, in foro ponerentur.* Poſtea verò non modo id uſitatum frequentiùs, verùm etiam impendio ampliatum. Nam & ſtatuæ curules inductæ in honorem triumphantium, de quibus ita Plinius lib. 34. cap. 5. *Unde & noſtris currus in his, qui triumphaviſſent. Serum hoc, & in his nonniſi a Divo Auguſto ſejuges, ſicut & elephanti.* Idem Trebellius de Piſone: *Statuam inter triumphales, & currus quadrijugos Piſoni decreverunt.* Hinc illud apud Juvenal. Satyr. 8.

pictoſque oſtendere vultus
Majorum, & ſtantes in curribus Æmilianos.

Et Satyr. 7.

Æmilio dabitur quantum petet; & melius nos
Egimus: hujus enim ſtat currus aheneus, alti
Quadrijuges in veſtibulis, atque ipſe feroci
Bellatore ſedens curvatum haſtile minatur
Eminùs, & ſtatua meditatur prælia luſca.

Haſtilia hic memorantur in ſtatuis curulibus; nam in equeſtribus enſes inſerti cingulis viſebantur. Indicat id Statius in ſtatua equeſtri Domitiani lib. 1. Silv. 1.

It tergo demiſſa chlamys, latus enſe quieto
Securum.

Et apud Græcos quidem, ut docet Plinius, nudæ erant ſtatuæ, tenentes haſtam. Eaſdem Achilleas vocari idem perhibet Scriptor. Romani contra ſtatuas militares velabant thoracibus. Hinc loricatarum ingens numerus. Diſcimus etiam ex Tacito, & aliis priſci moris fuiſſe lauro coronare ſtatuas triumphales, quemadmodum ipſi triumphatores ejuſdem frondis ſerto cohoneſtabantur; ut paſſim videre eſt in nummis Veterum, & præcipuè Cæſarum. Petrarca:

Arbor vittorioſa e trionfale
Honor d'Imperatori, e de Poeti.

Cic. pro Muren. *Qui imaginem parentis ſui laureatam, nec ſua gratulatione reſpexit.* Tacit. 4. Annal. *Jamque tres laureatæ in urbe ſtatuæ.* Et lib. 1. Hiſt. *Populus cum lauru & frondibus Galbæ imagines circum templa tulit.*

5. Animadvertendum etiam primis temporibus non licuiſſe privato nomine ſtatuas tollere. Eam ob cauſam non ſemel legimus loco mota, aut diruta ſimulacra, quæ arbitrio privatorum, non ex authoritate Senatus, plebis, vel Cæſarum fuiſſent erecta. Plin. lib. 34. cap. 6. *L. Piſo prodidit, M. Æmilio, C. Popilio Coſſ. a Cenſoribus P. Cornelio Scipione, M. Popilio, ſtatuas circa forum eorum, qui Magiſtratus geſſerunt, ſublatas omnes, præter eas, quæ populi, aut Senatus ſententiâ ſtatutæ eſſent.* Dio etiam lib. 60. de Claudio: *Quoniam verò urbs imaginibus replebatur (licebat enim omnibus, qui vellent, pictura, ære, lapideque ſuam effigiem publicare) pleraſque earum loco motas aliò tranſtulit, interdicto, ne quis in poſterum privatus injuſſu Senatus hoc ageret.* Legimus etiam apud Svetonium in Caligula, ita refertum fuiſſe antiquitùs æreis vel marmoreis ſtatuis Capitolium, ut Auguſtus coactus fuerit eaſdem transferre in campum Martium: quas poſtea a Cajo dirutas ſubdit; vetitumque eaſdem poni privato nomine. Sic autem Svetonius cap. 34. *Statuas virorum illuſtrium ab Auguſto ex Capitolina area propter anguſtias in Martium campum collatas, ita ſubvertit atque diſiecit, ut reſtitui ſalvis titulis non valuerint. Vetuitque poſthac viventium cuiquam uſquam ſtatuam, aut imaginem, niſi conſulto ſe & authore, poni.* Ubi cave contemnas titulorum mentionem Svetonii verbis injectam. Solitum quippe inſcriptiones addere ſtatuis, quibus indicaretur, cui, & qua potiſſimum honoris cauſa & merito virtutis obtigerit. Horat. Od. lib. 4. 8.

Non inciſa notis marmora publicis,
Per quæ ſpiritus & vita redit bonis
Poſt mortem Ducibus.

Præclaro hoc inſtituto factum, ut rerum memoriæ tranſmitterentur in poſteritatem: ſimulque ætas ſera cognoſceret egregiè facta, & iiſ-

Digitized by Google

dem ſtatuta præmia. Id nimirum eſt, quod immortales titulos vocari paſſim legimus. Arnob. 1.p.M. 40. *Quadrigis, & ſtatuis muneramini, & quantum eſt in vobis, velut quadam æternitate donatis, immortalium teſtificatione titulorum.* Super vera ſtatuarum origine, a me ſuperiùs indicata, ut nimirum optimè de Republica meritis, nomine publico, quam maximè poſſet, æternum præmium rependeretur, audiendus eſt Q. Symmachus l. 10. Epiſt. 25. *Senatus impatiens diſpendii ſui, ſolatium petit de honore virtutis, veſtrumque numen precatur, ut virum noſtra ætate mirabilem ſtatuarum diuturnitas tradat oculis poſterorum; non quod ille præmia terrena deſideret, qui gaudia corporis, etiam tum cum hominem ageret, ut caduca calcavit; ſed quia ornamentis honorum incitatur imitatio, & virtus æmula alitur exemplo honoris alieni. Hinc factum eſt, ut ruſticis adhuc ſæculis, optimi civium manu & arte formati in longam memoriam mitterentur.* Adde poſtremo pro corollario & colophone teſtimonium Caſſiodori lib. 8. Epiſt. 2. *Amore principum conſtat inventum, ut ſimulacris æneis fides ſervaretur imaginis, quatenus ventura progenies authorem videret, qui ſibi Rempublicam multis beneficiis obligaſſet.* Quemadmodum vero ſtatuæ ligno, marmore, & metallis, ſic etiam ex cera formabantur. Neque ad magicos ſolum uſus; ſed in virtutis teſtimonium conſpicua ſtatuebantur in ædium parte. Eas, ut perdiu aſſervarentur, gypſo cretaque permiſta durabant; quod inventum ad Lyſiſtratum Sicyonium refert Plinius l. 35. c. 12. Vide Figrell. de Stat.

Statura militaris. Repete quæ de ea diximus in Tit. *Incomma*, & *Spetha*. Præcipua quidem ratio in delectu militari habenda eſt de viribus corporis & animi alacritate. Sæpè enim qui ſtatura breviores ſunt, robore & alacritate præcellunt eminentioribus. Ex Homero id diſcimus, qui exili corpuſculo Tydeum ſcribit ingentes animos circumtuliſſe. De Alexandro Macedone, aliiſque illuſtribus copiarum Ductoribus, quos hìc recenſere non eſt operæ, idem eſt memoriæ proditum. Nihilominus Scriptores omnes militares aliquam in tironibus proceritatem laudant. Nec proinde hìc advocamus eam corporum prolixitatem & eminentiam, quæ in Gigantibus, primis nempè terræ filiis, fertur fuiſſe communis. Apage portenta illa, & turres carneas, cœlo, quod dixit ille, capita alta ferentes. Vide *Gigantes*. Ab immetata illa corporum magnitudine pluſculum detraxit ætas deterior. Heroibus tamen corpora pręgrandia mirumque robur Mythologos attribuiſſe conſtat. Teſtatiſſimum id facit Juven. Satyr. 15.

nec hunc lapidem, quali ſe Turnus, &
Ajax,
Et quo Tydides percuſſit pondere coxam
Æneæ: ſed quem valeant emittere dextræ
Illis diſſimiles, & noſtro tempore natæ.
Nam genus hoc vivo jam decreſcebat Homero.
Terra malos homines nunc educat, atque puſillos.

Scribit Homerus Iliad. 6. Diomedem brevi licet ſtatura tam vaſtum pondus ſuſtuliſſe, ut vix bis ſeptem juvenes ſuæ ætatis illud movere poſſent. Idem author eſt inuſitatę magnitudinis ſaxo uſum fuiſſe pro telo Ajacem. Nec multum diſſimilia experimenta virium humanarum, & magnorum corporum apud eundem occurrunt in Monomachiis. Pręfatam corporum eminentiam in Heroibus, non allatis modò teſtimoniis, verùm expreſſiùs cothurno in tragœdias inducto Poetę veteres prodiderunt. Quemadmodum enim Comicis, a quibus ſellulariorum, opificum, plebiſque infimæ mores rępręſentabantur, ſocco uti moris erat, calceamenti genere humili & depreſſo; ſic Tragici, qui Heroas & res Heroicas actitabant, ut ad illorum formam ſpectabiles facerent Hiſtriones, cothurnis eoſdem incedentes inducunt. Compage nimirum illa editi atque magnifici calceatus magnitudinem corporum Heroicorum aſſequi reputabant. De conſuetudine cothurnorum apud Tragicos Virgil. Eclog. 8.

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

Alia exempla ſubnectere voluminis inſtar fuerit. Sed & in ſacra Hiſtoria lib. 1. Reg. cap. 9. Saulem habemus Judaici exercitus Ductorem ea prędıtum amplitudine corporis, ut ab humero ſuis copiis emineret; *Ab humero & ſurſum eminebat ſuper omnem populum.* Florus etiam lib. 3. cap. 3. tradit peregrinæ cujuſdam præmagnæque fuiſſe ſtaturæ Theutobochum Regem Cimbrorum: de quo ſic loquitur: *Certè Rex Theutoboebus, quaternos ſenoſque equos tranſilire ſolitus, vix unum, cum fugeret, aſcendit: proximoque in ſaltu comprehenſus inſigne ſpectaculum triumphi fuit. Quippe vir proceritatis eximię ſuper trophęa ipſa eminebat.* Affatim ſuppeterent monſtroſę proceritatis corporum, præſertim in viris militaribus, exempla: ſed mihi non quid congeram colligamque, ſed quomodo res digeram & deligam eſt propoſitum. Juverit autem audire Solinum, qui de immutata per ætatum ambitus humanæ ſtaturæ menſura ſic loquitur: *Si de ipſis hominum formis requiramus, liquidò manifeſtabitur, nihil de ſe Antiquitatem mendaciter prædicaſſe, ſed corruptam degeneri ſucceſſione ſobolem noſtri temporis per naſcentium detrimenta decus proceritudinis veteris perdidiſſe. Licet ergo plerique definiant, nullum poſſe excedere longitudinem pedem ſeptem quod intra menſuram iſtam Hercules fuerit, deprehenſum tamen eſt Romanis temporibus, ſub Divo Augusto Puſionem, & Secundillam denos pedes & amplius habuiſſe proceritatis &c.* Non me præterit procerioris ſtaturæ bellatores ſpeciem quandam terroris ingignere; quod in gente Gallorum Senonum meritò notavit Florus lib. 1. cap. 13. *Galli Senones, gens naturâ ferox; moribus incondita, ad hoc ipſa corporum mole, perinde armis ingentibus, adeo omni genere terribilis fuit, ut planè nata ad hominum interitum, urbium ſtragem videretur.* Occupaſſe etiam crediderim, ac vehementer non ſuorum duntaxat, verùm etiam hoſtium oculos in ſe convertiſſe Turnum Rutulorum Ducem, de quo Virgil. lib. 7.

Ipſe inter primos præſtanti corpore Turnus
Vertitur arma tenens, & toto vertice ſuprà eſt.

Ab eadem eminentis corporis laude Trajanum, extulit Plinius: *Jam firmitas, jam proceritas corporis, jam honor capitis, & dignitas oris, ad hoc ætatis indeflexa maturitas, nec ſine quodam munere Deûm feſtinatis ſenectutis inſignibus, ad augendam majeſtatem ornata cæſaries nonne longè lateque Principem oſtentant?* Atque iterum infrà: *Jam hoc ipſum quod ingreſſus es quàm mirum lætumque? Nam priores invehi &* im-

Digitized by Google

importari ſolebant, non dico quodrijugo curru, & albentibus equis, ſed humeris hominum, quod arrogantius erat: tu ſola corporis proceritate elatior aliis & excelſior, non de patientia noſtra quendam triumphum, ſed de ſuperbia Principum egiſti. Scimus Principihus & copiarum moderatoribus ſingulare decus addere oris pulchritudinem, cujus pars eſt potiſſima ſtaturæ prolixitas. Verùm ſic eminere cæteris laudaverim Imperatorem, ut nimia proceritas eidem vitio non ſit. Neque enim ſolùm illa officit formæ, verùm etiam militaria munia impedit, nec facit ad agilitatem illam, quæ Ductori neceſſaria eſt ad obequitandum & excurrendum, animandoſque milites, præſertim ubi Mars magis accenditur, præſentiâ ſuâ. Quis enim idoneum ſtaturæ modum Maximino fuiſſe putaverit, de quo ſic Capitolin. *Erat præterea magnitudine tanta, ut octo pedes digito videretur egreſſus*. Ubi primùm adverte, locutionem illam, *videretur egreſſus*, perinde eſſe accipiendam, ac ſi dixiſſet, *egrederetur*. Eſt quippe phraſis, loquendique modus admodum familiaris Auguſtę Hiſtorię Scriptoribus, ut acutè advertit Caſaubonus in eum locum Capitolini; & oſtenditur, ut unum duntaxat ſeligam Lampridii loco in Heliogabalo: *Si quando ea erant deſignanda, quæ ſub eo facta videbantur*. Dixit *facta videbantur* pro *facta erant*. Iterum obſerva, ubi octo pedes memorat, non ibi pedem Regium, aut Alexandrinum, ut vocant, intelligi, ſed Italicum, qui tredecim digitos & trientem continet. Quid verò dexteritatis agiliſve motus & promptæ excurſionis in tam prolixo & longurione Duce eſſe poterat? Accedebat incommodum quæritandi parandique pares equos, qui oſſeam illam carneamque turrim commodè ſuſtinerent, & quoquo modo huc illuc deferrent. Et plane ea Maximini ſtatura maximum in modum videtur excedere non uſitatam modò noſtri corporis molem, verùm etiam proceritatem corporum cæteroqui prægrandium, & heroicorum. Minuit tamen admirationem Philoſtratus, qui tantundem molis, ſive altitudinis procerioribus tradit Germanis. Nam horum uſitatam ſtaturam ſeptem pedes docet excedere; ut ſcribit in vita Herodis. Varro apud Gellium lib. 3. cap. 10. tradit, modum ſummum adoleſcendi humani corporis ſeptem eſſe pedes. Intra hanc menſuram fuiſſe Herculem, refert Solinus. Septipedes profectò homines pro longiſſimis memorantur: quod de Burgundionibus teſtatum reliquit Sidonius Epiſt. l. 8.

Hic Burgundio ſeptipes frequenter
Flexo poplite ſupplicat quietem.

In milite ſtatura, quæ aliia juſta, aliis commoda, aliis militaris dicitur, ſex pedea, aut quinque cum denis unciis obtinebat: idque ferè obſervatum eſt in probatione tironum. Hinc Symphoſius in ænigmatis:

Belliputens olim ſævis metuendus in armis
Sex pedes habui.

Ubi quidam æquo religioſiores, ut verſum in quantitate ſyllabæ vitioſum corrigerent perperam obtruſerunt, *Quinque pedes habui*, ignorantes ejus ſæculi morem factitandi verſus, parum ſcilicet de ſyllabarum quantitate ſoliciti, ut notat Salmaſius ad Lamprid. in Alex. Sever. Ad hanc regulam tirones deligi oportere præſcribit Vegetius lib. 1. cap. 5. *Proceritatem tironum ad incommam ſcio ſemper exactam, ita ut ſenos pedes, vel certe quinos & denas uncias habentes, inter alares equites, vel in primis legionum cohortibus probarentur. Sed tunc erat amplior multitudo, & plures militiam ſequebantur armatam. Nec dum enim civilis pars florentiorem abduxerat juventutem*. Addit idem author, non tam ſtaturæ proſpiciendum eſſe, quàm viribus delectorum. Nam licet grandiuſculus ſtaturę modus in milite arridere Ducibus magis ſoleat; quamobrem a Pyrrho delectori ſuo dictum legimus: *Tu grandes elige; ego fortes faciam*; uſus tamen, qui optimus harum rerum magiſter eſt, edocuit non tam magnitudinem, quam vigorem, agilitatem, & robur in deligendis eſſe inſpiciendum, ut aptiſſimè monet ejus artis magiſter idem Vegetius l. 1. c. 6. *Sit ergo adoleſcens Martio operi deputandus vigilantibus oculis, erecta cervice, lato pectore, humeris muſculoſis, valentibus digitis, longioribus brachiis, ventre modicus, exilior cruribus, ſuris & pedibus non ſuperflua carne diſtentis; ſed nervorum duritia collectis. Cum hęc in tyrone ſigno deprehenderis, proceritatem non magnopere deſideres. Utilius eſt enim fortes milites eſſe, quàm grandes*. Optimè autem vigor animi & ſtrenua indoles ex vultu, ex oculis, ex cæteris corporis delineamentis dignoſcitur. Fideliſſimum maximeque ſincerum ſolet teſtimonium eſſe, quod de cujuſque indole vultus ferunt; nam in ſpeculo frontium imago cernitur animorum. Id etiam in apibus obſervatum tradit Virgilius lib. 4. Georg.

Nam duo ſunt genera: hic melior, inſignis & ore,
Et rutilis clarus ſquamis: ille horridus alter
Deſidia, latamque trahens inglorius alvum.

Non igitur proceritatis nota & character tam conſtans eſt, ut ſuam detrahat laudem modicis etiam & puſillis corporibus. Nam præter Tydeum ſupra commemoratum, de quo in antiquo Carmine ita ſcribitur;

Utilior Tydeus, qui, ſiquid credis Homero,
Ingenio pugnax, corpore parvus erat.

De quo etiam Stat.

Major in exiguo regnabat corpore virtus:

Præter Ulyſſem, quem Homerus ſtatura brevem, conſilio eximium vocat, etiam Diomedes mole corporis exigua ab eodem fingitur vate; cum cæteroqui multa relatu digniſſima in bello Iliaco facinora ediderit. Ut enim prætereram non fortiſſimos duntaxat Reges, verùm etiam Martem ipſum & Venerem vulneratam, eidem Græci acceptum retulerunt extractum Palladium ex urbe Trojana, direptoſque & averſos Rheſi Thracum Regis equos, atque alia multa, quæ apud Principem Græcorum vatum leguntur.

Stellæ equitas. Ordo militaris, quem Favinus *Theatr. d'honneur l. 3.* indicat inſtitutum in Gallia a Roberto Rege: eumque dictum etiam ordinem S. Mariæ, quæ ſtella maris ab Eccleſia dicitur. Subdit geſtatam ab Equitibus ſtellam in lævo pectore, & alia, quæ proſequitur Seldenus Tit. honor. p. 1. cap. 3. Eum tamen ordinem Bodinus & alii longè inferioria ævi faciunt ajuntque in eum modum Equites ſtellæ, ſive S. Mariæ eviluiſſe, ut ad eum ordinem antiquandum Galliæ Reges juſſerint viliſſimos quoſque ſatellitum ſtellam pileis inſuere. Induxit id verò Equites, ut ſtellas de ſuis pileis confeſtim detraherent, ne ordinis

dinis

Digitized by Google

dinis dignitas pollueretur adjectione tam ſordida probroſaque. Hujus Ordinis antiquatio alium, S. Michaelis nomine, invexit.

Stellatura, æ. Idem ac ſtellionatus. Eorum eſt crimen, qui per verſutias & impoſturas aliorum pecuniam corradunt. Origo nominis a ſtellione infecto, multis coloribus variato: de quo Ovid. Met. 5.

aptumque colori
Nomen habet, variis ſtellatus corpora guttis.

Per ſtellaturam accipere ſtipendia militum improbi avarique ſolebant Tribuni, vacatione munerum, vel commeatu eiſdem vendito, ut legitur apud Spartianum. Hinc vetitæ a Juſtiniano Cod. de Offic. præt. Afr. lib. 2. ſtellaturæ, conſtitutæque Tribunis mulctæ, qui militum ſtipendia iis artibus in ſinum trahentes militiæ & Reipublicæ fraudem facerent. Peſtis certè illa erat legionum, quæ & ſuo imminuebantur numero, & degeneres mores remigrantium ſubinde militum non ſine magno ferebant incommodo. Qui verò commeatum, ideſt vacationem a militia per certum tempus a Tribunis aut Centurionibus emebant, commeatales milites dicebantur; de quibus vide ſuo loco. De pœnis ob ſtellaturam inflictis Lampridius in Alexandro: *Tribunos, qui per ſtellaturam militibus aliquid abſtuliſſent, capitali pœna affecit.* Adde Spartianum in Peſcennio: *Tribunos duos, quos conſtitit ſtellaturas accepiſſe, lapidibus obrui ab auxiliaribus juſſit.*

Stemma, atis. Stemmata familiarum. *Arme della famiglie.* Vide *Inſignia.*

Stendardum. Vide *Standardum.*

Sternaces equi. Dicuntur a ſternendo, quoniam vitioſo ſaltu, vel ſubſultu ſeſſorem excutiunt & in terram deiiciunt. Virgil. lib. 12.

Et ſternacis equi lapſum cervice Thymœtem.

Sticata, æ. Munimentum. Vox eſt originis Dalmaticæ, ut indicat Hiſtoria obſidionis Jadrenſis: *Quam Italici, & Longobardi baſtidam, Dalmatici, & Chroati Sticatam appellare conſueverunt.* Non eſt dubium vocis originem eſſe a dictione Germanica, vel Hungarica *Stechen*, quod eſt lignum teres & longiuſculum, quo clitellæ jumentariæ funibus adſtringuntur. Verùm origo vetuſtior ejus vocis eſt a Latinorum voce *ſtipes*. Hinc ſtipicatum, ex quo vox Italica *ſteccato*, pro munimento caſtrenſi, vel urbano, ex præacutis ſudibus terræ impactis. Vita Nicolai Laurentii: *Puoi fece ſtecconiare lo palazzo de Campituoglio, a chiuſelo de lenname: a commanuao, che le ſteccata de li renchivoſtri de li Baroni de Roma jeſſero per terra.*

Stigmatici. A ſtigmate, quod Latinis eſt nota ſive ſignum, quod inuritur ut ſemper appareat, dicebantur olim ſervi, qui e fuga retracti ſic notabantur. Sed & milites Romanorum, priuſquam matriculis nomina inſererent, ſtigmata in brachio vel manu accipiebant. Veget. lib. 2. cap. 5. *Victuris in cute punctis milites ſcripti & matriculis inſerti jurare ſolent.* In manu notatos tirones, præter Cujacium & Turnebum docet D. Gregor. epiſt. ubi refert conſtitutum fuiſſe, *Nequis manu ſignatus ante expletam militiam in Monaſteriis reciperetur.* De ſignatis brachiis conſtitutio Arcadii & Honorii. *Stigmata, hoc eſt, notæ publicę fabricenſium brachiis ad imitationem tironum infligontur.* Stigmata in fronte ſervos accepiſſe conſtat; quos Apulejus frontę literatos, capillis ſemiraſos, pedibus anulatos vocat.

Stili cæci. Pali ſunt præacuti ambuſtique, ac terræ defixi in caſtrenſi munitione, qui aditus tueri poterant etiam ſine defenſoribus. Scilicet minimùm e terra extantes, ipſiſque impacti murorum loriculis aditum in aggeres aggreſſoribus impediebant. Hirtius in bello Africano: *Valli foſſarumque altitudo, & extra vallum ſtili cæci mirabilem in modum conſiti, vel ſine defenſoribus aditum adverſariis prohibebant.* De iiſdem Silius:

Et ſtilus occulitur, cæcum in veſtigia telum.

Sed & opulentum eſt Suidæ de ſtilis cæcis teſtimonium: *Scrobibus effoſſis & ſtilos in iis defigentes, cratibus arundineis & tali materie, quæ firmitudinem non haberet, ſed ad onus illatum cederet ſtatim ac laberetur, ora ſcrobium texerunt. Tum & terram ſuperjecere, & circa araverunt, & frumenta inſeminarunt; atque ita vicerunt, fuderuntque Romanos.*

Stimuli, orum. Inter inſtrumenta munitoria recenſentur a Cæſare in ſua oppugnatione Alexiæ, cujus verbis rem ipſam accipe: *Ante hæc taleæ pedem longæ ferreis hamis infixis, totæ in terram infodiebantur, mediocribuſque intermiſſis ſpatiis, omnibus locis differebantur: quos ſtimulos nominabant.* Vides fuiſſe tribuli genus.

Stimulus, li. Fuſtis eſt, ſive haſta cuſpidato ferro præfixa, quo ruſtici præcipue ſuppungere boves ſolent. Armorum tamen genus eſt, & inter illa referendum, quæ licet ſint ruſticana, Martia tamen facit ira & ſuror ſubitus. Italis *Spuntone, Pungolo, Pungiglione.* Joannes Villani lib. 7. cap. 81. *E di ſua mano col ſuo ſpuntone l'acciſe.* Plautus in Aulul. *Si hodie, hercle, fuſtem cœperis, aut ſtimulum in manu.* De equis etiam ſtimulos legimus. Stat. 1. Silv.

Ceu ſtimulis accendat equum.

Calcaria equorum ſtimuli aptè dicuntur. Incitatos etiam equos in Circenſibus fuiſſe ſtimulis, ideſt fuſtibus præacutis refert Philippus Rubenius Elect. lib. 1. cap. 3., ubi ejuſmodi ſtimulorum ſchema etiam proponit.

Stipatores. Qui ſuo comitatu Dominorum vel Ducum corpora tegunt & cuſtodiunt. Iidem ſatellites, & a tegendo latere Laterones primùm, mox Latrones vocati. De his in aliis titulis dictum a nobis prolixè. Feſtus: *Stipatores, cuſtodes cujuſque corporis; dicti ſunt a ſtipe, quam mercedis nomine accipiebant.* Cic. Offic. 2. *Præmittebatque de ſtipatoribus ſuis, qui ſcrutarentur arculas muliebres.*

Stipendium, ii. A ſtipando quidam deducunt. Sed melius Varro a ſtipe: nam Veteres æs ſtipem dicebant. Dictum verò ſtipendium, quaſi ſtipi pendium; nam Quæſtores militibus ſtipem appendere ſolebant, non numerare; atque adeo ad ſtateram ſtipendia dividebantur. Sponte primùm, & ſuo quiſque ære Romani militabant. Sed, teſte Livio, capto direptoque Anxure Volſcorum oppido, pedites primùm, & triennio poſt, bello Vejenti, etiam equites ſtipendium acceperunt. Erat autem propriè ſtipendium æs militare, quod ſemeſtre vel annuum pendi ſolebat. Neque verò ſemper æs aut pecunia, ſed interdum panis & obſonium erogabatur pro ſtipendio. Hinc Polybius obſonii vocabulo pro ſtipendio utitur. Item anni in militia exacti ſtipendia ab acceptis ſtipendiis dicebantur. Ex quo illæ formulæ apud Cæſarem, Livium, & Vegetium ſæpiſſimè: de-

na,

na, vicena, plura ſtipendia merere, pro decem, viginti plures annos in militia expleviſſe.

2. Æs verò quod appenſum exſolvebatur, non erat rude & informe, cujuſmodi in uſu fuit apud Romanos ante Servium Regem, ſed ſignatum. Neque obſtant Livii teſtimonia, ubi mentio inii-citur æris gravis, qualia ſunt lib. 5. *His creationibus incitata plebs denis millibus æris gravis condemnavit &c.* Et iterum ibidem de M. Furio Camillo: *Abſens quindecim millibus gravis æris damnatur.* Et alia non pauca, quæ diligenter congerit Donatus Dilucid. in Liv. lib. 4. Ut enim validè contendit idem Interpres adversùs Budæum, & Alexandrum ab Alex., æs grave non accipiendum ibi eſt quaſi rude & informe; ſed grave dicitur, quoniam non numeraretur, ſed penderetur. Eam ob cauſam penſatores, ſive miniſtri Quæſtorum, & erogatores ſtipendii militaris dicti ſunt libripendes a Plinio lib. 33. cap. 3. *Quin & militum ſtipendiorum, hoc eſt ſtipis ponderandæ penſatores, Libripendes dicuntur.* Verùm ſuper ære gravi vide plura apud Donatum loco indicato. Cum autem tria hæc militibus pro ſtipendio exhiberi ſolerent, pecunia, frumentum & veſtis, de pecunia primùm apud Romanos pro ſtipendio numerata ita Livius lib. 4. *Additum deinde, ut ante ullam mentionem plebis Tribunorumve decerneret Senatus, ut ſtipendium miles de publico acciperet, cum ante id tempus de ſuo quiſque functus eo munere eſſet. Nihil unquam acceptum a plebe tanto gaudio traditur, concurſum itaque ad curiam eſſe, prebenſaſque exeuntium dextras, & patres verè appellatos: effectum eſſe fatentibus, ut nemo pro tam munifica patria corpori aut ſanguini ſuo parceret.* Vide Valtrinum lib. 3. cap. 15. De veſte & frumento vide infra.

3. Illud etiam Reipublicę ſalutare, & diſciplinæ maxime conſonum fuit præſertim apud Romanos, ut in donativis erogandis ea cautio adhiberetur, qua eorum pars apud ipſos Duces, vel Quæſtores retineretur, nec integra pervenirent in militum manus. Eâ ſcilicet parſimoniâ fiebat, ut adſtrictiùs miles habitus continentiùs ageret, nec in laſciviam dilaberetur. Fugiebat inſuper ſeditiones turbaſque, cum meritò paveſceret, quidquid pecuniæ in Ducum manibus & cuſtodia eſſet reliquum, amiſſum iri. Gliſcebat porrò eidem ad rem ſtrenuè gerendam alacritas, anhelanti nimirùm, ut ſolet, ad ampliandum peculium, quod in aliena manu haberet ſepoſitum. De ſaluberrima hac inſtitutione ſic Veget. l. 2. cap. 20. *Divinitùs inſtitutum eſt, ut ex donativo dimidia pars ſequeſtraretur apud ſigna, & ibidem ipſis militibus ſervaretur, ne per luxum aut inanium rerũ comparationem a contubernalibus poſſet abſumi.* Laudabilis idem ritus in ſtipendiorum diſtributione a Græcis etiam fuit anxiè ſervatus, ac præſertim ab Iphicrate, de quo ſic ſcribit Polyęnus: *In mercedis ac ſtipendii ſolutione, quoque menſe ſubducens quartam partem, velut pignus militum retinebat, ne facilè deſererent exercitum: atque ita & multos ſemper frequenteſque habuit milites, & eoſdem divites.* O morem præſtantiſſimum, utque pręclarum exemplo Veterum, ſic impensè dignum imitatione noſtræ, & poſterioris militiæ!

4. Ad complendum militiæ curſum de more Romano, milites æra merentes dena ſtipendia, ſi equites erant, complere debebant, ideſt annos decem militare; ſi verò pedites, ſtipendia vicena, quæ ideò Livius vocat legitima ſtipendia. Clariùs hòc tradit Polybius, quam ut quiſquam de eo dubitare poſſit: *At reliquorum, equites quidem dena, pedites vicena ſtipendia explere oportet neceſſariò in annis quadroginta ſex a nativitate.* Nec obſcurum eſt idem ex Plutarcho, apud quem Gracchus hæc habet: *Militaſſe ſe annos duodecim, cum alii niſi decem militent.* Idem etiam de equitibus indicat Livius lib. 22. *Addiderunt acerbitati & tempus, ne præterita ſtipendia procederent iis, qui equo publico meruerant, ſed dena ſtipendia equis privatis facerent.* Sermo autem ibi eſt de Romanis equitibus, qui ignominioſè fugerant ad Cannas, quibus illa etiam irrogata eſt pœna, ut præterita ſtipendia non traderentur, ſed iterum ſtipendia dena facerent privatis, non publicis equis. De peditibus autem præter memoratum Polybium, vicena ſtipendia feciſſe author eſt Livius lib. 42. *Vigintiduo ſtipendia in exercitu emerita habeo, & major ſum annis quinquaginta.* Sic autem loquitur Sp. Liguſtinus, iis verbis ſe excuſans, detrectanſque militiam Macedonicam. Duplicem autem cauſam adducit: alteram quidem ætatis, nam major erat natu annis quadraginta ſex, qui poſtremus erat militiæ terminus: alteram verò, quòd ſtipendia largiùs feciſſet: nam cum vicena eſſent præſcripta, ipſe vigintiduo confecerat. Non abſimili modo apud Tacitum Hiſtor. lib. 1. legas, milites per ſeditionem poſtulaſſe, ut ſextus decimus ſtipendii annus finem afferret. Id autem Patribus, ac Principi diſplicuiſſe, utque viceſimo militiæ anno dimitterentur, ab iiſdem fuiſſe ſancitum. Quod autem dicimus, equitum dena, peditum vicena fuiſſe ſtipendia, id ſic accipias, ut neceſſitatis id fuiſſe intelligas, non voluntatis. Cum enim Romani milites ab anno decimo ſeptimo ad quadrageſimum ſextum mererent, ſupramemorata ſtipendia eo ſpatio conficere illis neceſſe erat; quod ſi totum id tempus militare vellent, certè plura etiam faciebant ſtipendia.

5. Quod autem attinet ſtipendium diurnum militibus viritim erogari ſolitum, de eo ſic ſcribit Polybius: *Stipendium pedites accipiunt in diem duos obulos, ductores ordinum duplum, equites drachmam, ideſt triplum. Frumenti modum accipiunt pedites Attici medimni duas partes admodum; equites hordei ſeptem medimnos in menſem, frumenti duos. Socii, pedites capiunt par Romanis, equites verò frumenti medimnum unum, & trientem, hordei quinque. Datur autem hoc ſociis muneri, Romanis verò, & frumenti & veſtium, & ſi quibus armis egeant, omnium horum nomine Quæſtor certam definitamque pecuniam de ſtipendio deducit.* Ex quibus verbis habes diurnum peditis quæſtum ſive ſtipendium duos obulos definitum fuiſſe; Centurionis duplicem partem, equitis drachmam. Drachma verò apud Græcos idem fermè erat ac denarius apud Romanos: decem verò denarii noſtrum Philippæum æquant, licet in hac pecuniæ veteris ad noſtratem converſione alternent plurimum, varientque Scriptores. Sed dices qui fieri potuit, ut tantulo ære nomina darent? Supplendum ſcilicet aliquid ex frumento diurno, & veſte, quæ ſtipendiis adiiciebantur. Non parum etiam extra ordinem apportabant lucelli Principum dona-

nativa, congiaris, portiones prædarum, præmia poſtremò, quæ rem ſtrenuè gerentes conſequebaotur. Cæterum fatendum eſt pareè admodum, ſtrictèque Reipublicæ tempore habitos fuiſſe milites. Hoc eſt nimirum, quod in Romana Republica tantopere commendat Livius lib. 1. *Nulla nnquam Reſpublica nec major, nec ſanctior, nec bonis exemplis ditior fuit, nee in quam tam ſerò avaritia luxuriaque immigraverint, nee ubi tantus ae tamdiù paupertati ac parſimoniæ bonos fuerit*. Conſtat autem Cæſarum tempore aucta ſtipeodia: ea ſcilicet duplicata a Julio Cæſare, refert Svetonius in ejus vita. Iterum Auguſtus cumulatiora fecit. Domitianus poſtremò poſt reportatas de hoſtibus victorias, longe etiam pinguiora militibus aſſignavit ſtipendia. Sie eoim de illo habet Zonaras: *Militibus ſtipendium auxit, ſcilicet ob victoriam. Nam cum ſeptuaginta quinqae drachmas ſinguli acciperent, ipſe juſſit centenas dari*. Stipendium Italis *Paga*. Quæ porrò vox etiam inducta eſt io Latium ab authoribus eorruptæ Latioitatis. Vetus Charta Tabulæ Nuptialis: *Ita quod fructus vel redditus inde exeuntes in ſortem vel pagam computentur*. Pagamentum etiam reperio. Statuta Roberti I. Regis Scotiæ: *Et non in ſpe onerandi patriam, per quam tranſit ſine pagamento faciendo*. Originem vocis *a pago*, vel *paco* verbo aptè trahit Erythręus in Indice Virgiliaoo ad vocem *Pagus*, ubi ait: *Pagare quoque verbum vernaculum, pro eo, quod eſt ſolvere, quod ipſi Pagani militibus ſtipendia ſolverent, ſiquis dictum putet, meo quidem judicio, non erraverit. Niſi potius pagare, quaſi pacare: unde etiam quietationem facere vulgus loquitur: quam acceptilationem Juris Civilis Authores dixerunt*. Accariſius etiam: *Pago è detto da* paco *latino, ehe vale concordo, perciò che il debitore quando paga il ſuo creditore lo contenta, e quaſi fà pace con lui*. Vide Sigon. de antiqq. Jur. Civil. Roman. & Lipſium Elector. l. 1. c. 2.

Stipsndialis, le. Legitur apud Sidooium pro ſtipendiario. Sed meliùs

Stipendiarius, a, um. Qui obnoxius eſt ſtipeodio exſolvendo. Hioe eivitates & provincię ſtipendiariæ, quaſi tributarię, utpote quibus jure belli tributum, ſtipendium, annona, pecunia mulctatitia, aut quid ſimile imperatur a victore, vel Principe. Cæſar Comment. lib. 1. *Reliquaſque civitates ſtipendiarias baberent*. Livius l. 28. *Miſſis circa ſtipendiarias civitates exactoribus ſtipendii ſpem propinquam fecere*. Sunt qui negant ſtipendiarios dici de ſtipendia facientibus. Gratis negant. Livius lib. 8. *Clypeis Romani antea uſi ſunt: deinde poſtquam facti ſunt ſtipendiarii ſcuta pro clypeis fecere*. Ubi ſtipendiarios vocat Romanos, cum primum cœperunt merere ſtipendia.

Stipendiarii, orum. Sioe addito & ſubſtantivè dicuntur incolæ eivitatis, vel provinciæ ſtipeodiariæ. Cic. 1. Verr. *Socii, ſtipendiariique populi Rom.* Item qui ſtipeodia faciunt. Vide *Stipendiarius*.

Stipsndior, aris. Milito, ſtipendia facio vel mereo. Plin. lib. 6. *Regi eorum peditum ſexcenta millia, equitum triginta millia, elephantorum novem millia per omnes dies ſtipendiantur*.

Stipendiosus, a, om. Ut milites ſtipendioſi apud Vegetium lib. 1. cap. 18. *Non tantùm autem a tironibus, ſed etiam a ſtipendioſis militibus ſalitio equorum diſtrictè eſt ſemper exacta*. Sic enim probè emaculavit hunc locum Steuvechius, cum prius legeretur *ſtipendiariis militibus*. Stipendioſos autem milites dicit veteranos, & qui multa ſtipeodia fecerant, vel meruerant. Sequitur ſcilicet hoc adiectivum naturam reliquorum, quæ io *oſus* fioiunt, a quibus copia quædsm & abundantia prænotatur, qualia ſunt, *pecunioſus, vinoſus, mulieroſus &c.*

Stivals, is. Apud Scriptores ævi deterioris pro æſtivali, ideſt ocrea æſtivali, & leviore ſumitur. Declarationes Congregat. S. Juſtioæ sd Regul. S. Benedicti cap. 55. *Vitetur curioſitas & pretioſitas in gladiis, tabulis, calcaribus, ſtivalibus &c.* Vide *Æſtivalia*.

Stlata. Navis piratica. Originem & ſignificationem hujus vocis ita tradidit Feſtus in ſchedis Pomponii Læti: *Stlata genus erat navigii latum magis, quàm altum, ſic appellatum a latitudine; ſed ea conſuetudine, qua ſtlocum pro locum, & ſtlitem pro litem Antiqui dicebant*.

Stloppus, i. Perſius Sat. 5.

Nec ſtloppo tumidas intendis rumpere buccas.

Ubi in vulgatis legitur *ſcloppus*: ſed *ſtloppus* in omnibus antiquis codicibus ſcribi monet Caſaubonus. Bellicum inſtrumentum, quod a ſcloppo ſcloppetum vulgus oominat; potius a ſtloppo ſtloppetum eſt appellandum. Significat autem ſtloppus ſonum illum, quem edunt boccæ ioflatæ colliſæque.

Stolus, I. Claſſis. Expeditio, ſed ferè navalis, Dictio eſt omninò Græcanica, adhibita tamen frequenter a ſequioris ævi Scriptoribus. Codex Carolious Epiſt. 24. *Deferentes ſecum trecenta navigia, ſimulque & Sicilienſem ſtolum, in hanc Romanam urbem ad nos properant*. Vetus inſcriptio apud Ughellum:

Anno; quo Siculas eſt ſtolus factus ad oras.

Stolium etiam legitur. Falcandus pag. 648. *Stephanum quoque fratrem ſuum ſtolii conſtituit Admiratum*. Occurrit etiam interdum pro terreſtribus copiis militaribus; ad quam formam etiam elaſſis, de navali & terreſtri exercitu dicitur, ot a oobis eſt alibi obſervatum. Chronicoo Foſſæ novæ: *Guillelmus Rex Siciliæ fecit ſtolium maximum per mare & terram. Super ſtolium maris ordinavit Capitaneum Comitem Tancredum: ſuper ſtolium terræ fecit Capitaneos Comitem Aldoinum, & Comitem Richardum*. Legitur etiam ſtorium eadem ootione. Rogerius Hovedenus: *Applicuerunt apud Accon cum majori parte ſtorii Regis Angliæ*. Apud Italos etiam *Stuolo*. Vox eſt multitudinem, ſed ferè armatorum exprimens; diciturque tum de oavalibus, tum de terreſtribos copiis. Et de terreſtribus quidem Dantes Inf. cap. 18.

Quali Aleſandro in quelle parti calde
D'India vide ſopra lo ſuo ſtuolo
Fiamme cader.

De navalibus Joanoes Villaoi l. 7. *E paſsò detto ſtuolo ſano e ſalvo col ſuo naviglio*. De qualibet porrò multitudine mulierum, pecudum, avium dicimus *ſtuolo*. Petrarca poeticè tranſtulit ad ſuſpiria:

Tal d'armati ſoſpir conduce ſtuolo.

Stormenum, vel Stormenus. Pugna tomultuaria. Stat. Patav. Rub. 45. *Hoc tamen ſtatutum non habebat locum in ſtormeno, miſcella, aut in prælio,*

Digitized by Google

lio. Dicitur plerunque de conflictu ſubito & inordinato. Italis *Stormo*. Matt. Villan. lib. 11. *E di ſtorma in iſtorma ſi moſſeno i contadini ſenz'ordine e comandamento alcuna*. Thema a turma trahitur a Landino ad illud Dantis Infern. 22.

I vidi già cavalier mover campo,
E cominciare ſtorma, e far lar maſtra.

Aliis deducitur a ſtrepitu incondito, quem edunt aves agminatim volantes, ac præcipuè ſturni. A voce *ſtormo* pro aggreſſione militari oritur proverbium Italicum, quo concire populum ære campano ad arma capienda dicunt *ſonare a ſtormo*. Villan. lib. 11. 113. *E quaſi per forza feciono ſonare a ſtormo la campana del popolo*. Sed & ipſe tinnitus campani æris ab Antiquis dicebatur *ſtormo*. Vit. Nicol. Laurent. *Quanno li Baroni ſentiero la novella, una con lo ſtuormo delle campane*. Obſerva etiam vocabulum ſtormenum non de urbana duntaxat militia, ſed latiùs dici, de quacunque, manu vel copia armatorum, Bocc. Theſ. l. 8.

E de lo ſtormo gli mandaron fuori,
Sì che nan furo il di più feritori.

Et iterum:

E Diomede tutto ſanguinoſa
Fù tratto de lo ſtorma per ripoſo.

Vide *Stormus*.

Stormus, i. Multitudo hominum tumultuariâ operâ collecta ad decertandum: & quandoque ipſum certamen. Hiſt. obſidionis Jadrenſis: *Nolæ* (non autem *notæ*, ut mendosè legitur) *ad ſtormum pulſant*. Urgente nimirum ſubito ſiniſtroque caſu aliquo, moris eſt nolarum pulſu ciere atque colligere oppidanos, ut exſurgant adversùs hoſtilem aggreſſionem. Memorabile eſt dictum Patritii Florentini gentis Caponiæ, qui comminantibus Gallis in Senatu, niſi confeſtim ſe dederent, audituros eos eſſe tubas Gallicas; At nos, reſpondit, noſtras pulſabimus nolas: quod ita expoſuit Author Decennii Belli Italici:

Lo ſtrepito dell'armi, e de cavalli
Non potè far che nan foſſe ſentita
La vace d'un Cappon trà cento Galli.

Atque hinc Italicum etiam verbum habemus *Stormire*, quod eſt ſtrepitum edere. Dantes Infern. Cant. 13.

Similmente a colui, che venire
Sente 'l porco, e la caccia alla ſua poſta,
Ch'ode le beſtie, e le fraſche ſtormire.

Qui verſus a nobis in hanc formam ſunt redditi; *Similitud. di Dant. traſportat. in ling. Lat.*

Excitum veluti venator tendere contra
Sentit aprum, ſaltus ubi longa indagine clauſit;
Namque monent frondes emotæ, habileſque laccones.

Vide *Stormenum*.

Strages, is. Dicitur a ſternendo. Licet de arboribus etiam, ſatis, & ædificiis dicta inveniatur, frequentiùs tamen cæſorum, in prœlio præſertim, cadaverum multitudinem notat. Liv. l. 8. *Per vicos latè ſtragem dedere*.

Stragula, æ. Cic. 4. Verr. *Dico te maximum pondus auri, argenti, eboris, purpuræ, plurimam veſtem Melicenſem, plurimam ſtragulam, multam Deliacam ſupellectilem &c.* Ubi, cum *ſtragula* dicitur, ſubaudiri *veſtis* ſolet. Et

Stragulum, i. Tibullus lib. 1. Eleg. 2.

Nā neque tū plumæ, nec ſtragula picta ſoporem,
Nec ſonitus placidæ ducere poſſit aquæ.

A ſternendo dicitur. Quidquid corporibus tegendis, lectis, equis, menſis, parietibus, multiplicique ſupellectili inſternitur. Equorum ſtragula dicimus, quibus equi induuntur & cooperiuntur, ut idonei ſint ad aliquid vectandum. Ejus generis ſunt ephippia, ſagmata, ſellæ equeſtres, bardæ, loricæ cataphractariæ, & ſimilia non pauca cooperimenta, integumenta, &, ut Cato dixit, inſtragula. Vide omnia ſuis locis. Ea equorum ſtragula, ſive ſtrata e panno, pelle, vel corio ferè olim parata. Cum verò dignioribus deſervirent, Phrygio opere, & ſericis tapetibus concinnabantur. Id verò tam molliter ambitioſèque fuit interdum uſurpatum, ut meritò Xenophon de molliſſimis Perſis queſtus ſit: *Nunc autem ſtragula plura in equis habent, quàm in lectis: non enim tam equitationis curam habent, quàm mollioris ſeſſionis*. Verùm Heroum tempore cruda coria, pelleſque duriores equitibus ſubſternebantur. Lyncem Parthenopæo Statius attribuit:

Cornipedem trepidos ſuetum prævertere cervos,
Velatum geminæ dejectu Lyncis.

Flaminio Conſuli e tigride ſtratum tradidit Silius:

Stat ſonipes, vexatque ferox humentia fræna,
Caucaſeam inſtratus virgata corpore tigrim.

Stratagema, vel potius Strategema, atis. Cic. ad Attic. lib. 5. *Strategemate hominem percuſſit*. Dicitur militare facinus, ſolertia potius & conſilio, quàm robore & viribus peractum. Id autem accidit cum Duces in re ancipiti, & loco vel numero militum impares, novo quodam & præclaro aſtu, ſolertique invento, hoſtium conſilia antevertunt vel eludunt. Strategema Græca notione a ducendo exercitu dicitur: ex quo apparet ſolius belli moderatoris & Ducis eſſe militarem hanc prudentiam & dexteritatem decipiendi. Hinc Vegetius docet, artem belli non tam aperto conflictu, quàm occultis fraudibus conſtare. Immortalitatem hoc laudis genere meruerunt clariſſimi bello Duces, Ageſilaus, Cæſar, Annibal, Scipio, Fabius Maximus. Ejuſmodi ſtrategemata, utque appellavit Thucydides, belli furta, nihil magis, quàm nox intempeſta & tenebræ adjuvant. Repete non pauca in hoc exempla ex Titulo *Pugna*. Adſcribo hìc, quæ habet Polybius lib. 3. de Annibale, qui ſarmentis per boum cornua alligatis incenſiſque noctu ſolerter eluſit Fabium, qui eidem reditum cum præda intercluſurus omnes aditus occupaverat. Sic autem Polyb. *Verùm non fefellit Annibalem ſuis ſe artibus a Fabia premi; ſed his omnibus ante conſideratis, ſingulari aſtutia hoſtem fruſtratus eſt. Collectis undique ſarmentarum faſciculis, & omni genere materiæ aridæ alligari boum cornua, quos domitos indomitoſque multas abegerat, juſſit. Ad millia ferè boum parata. Datum Aſdrubali negotium, ut ſtatuto tempore pecudum cornibus accenſis, armentum per miniſtros ageret in propinquum ſaltum, qui medius inter caſtra atque anguſtias, queis futurum erat iter, eminebat*. Sequitur deinde non paucis enarrans quàm fauſtè eidem ceſſerit, territis per noctem eo ſpectaculo, atque igne Romanis, illibatum prope agmen cum præda per ſaltum traducere. Equidem in adornandis ſtratagema-

tis

Digitized by Google

tis ſupra omnem reliquarum nationum gloriam excelluit Annibal. Ingenioſum verò æquè ac facetiſſimum illud eſt, cum a Gallis ad necem quæſitus, eorum inſidias Punico ingenio effugit, comparatis ſibi omnium fere ætatum crinibus fictitiis, ac veſtibus, quibus identidem varium in modum perſouatus non ſolùm quæritantes hoſtes declinavit, vecùm etiam ignotus quandoque inter ipſos familiares delituit. Notandum ſtratagema Sicyoniorũ relatum a Pauſania lib. 7. *Cum Sicyonii comparato exercitu agrum invoſuri eſſent, intelligerentque Hypereſienſes nullo ſe pacto pares illis numero futuros, capras omnes quæ intrà fines erant, in unum coegerunt, adligataſque ad cornua faces, intempeſta nocte accendère. Hoſtes ignes eos eſſe ab auxiliaribus Ægiratarum ſuſpicati, retro agmen egere.* Ille verò fecè omnium antiquiſſimus fuit militaris aſtus, quo uſam fuiſſe Semicamidem adverſus Indoa tradunt Diodorus & Suidas. Ea ſiquidem nè impar eſſe videretur copiis Indicis, in quibus magna vis ecat elephantorum, viminea elephantocum ſimulacca ſtramine referta, ſingulis camelis impoſuit; iiſque belluarum larvis Indorum equos in fugam vertit; licet poſtea voris Indorum elephantis Aſſyriorum fictitii ceſſerint. Illuſum ſæpe hoſtibus eſt a callidis Ducibus intentata ſpecie motuque religionis, ac voti pcæſertim Cœlitibus exſolvendi. Quod maxime genus familiare fuit Græcis Imperatoribus, non quomodolibet fraudulentis & doloſis, ſed qui nihil penſi haberent celigionis obtentu proficere. Hinc Tcojam oppugnatuci, commẽti ſunt equi ſimulacrum, tanquam votivum Minecvæ Armipotenti, ut ait Accius, monumentum. Vicgil. 2. Æneid.

Inſtar montis equam, divina Palladis arte,
Ædificant, ſectaque intexunt abjete coſtas.
Votum pro reditu ſimulant.

Piſiſtratus verò ab Athenienſibus ſemel atque iterum ejectus, muliercula ſubornata, quæ ſe Minervam eſſe menticetur, juberetque oppidanos iterum in urbem recipi in urbis adminiſtrationem, facili negotio id impetravit ab Athenienſibus, viris cæteroqui vaferrimis, quos tamen in propriam perniciem & amiſſionem libectatis ſtulta religionis perſuaſio obcæcavit. Hecodotus Clio. *Erat in Tribu Pæonica mulier nomine Phya, tribus digitis minus ſtatura quatuor cubitorum, alioquin formoſa. Hanc mulierem omni armatura cum inſtruxiſſent, in currumque ſuſtuliſſent, compoſitam in eum habitum, quo venuſtiſſima videnda eſſet, in urbem agunt, præmiſſis præconibus emiſſariis, qui, cum in urbem venirent, hæc mandata exequerentur, ut dicerent: Athenienſes bona mente excipite Piſiſtratum, quem Minerva ipſa præcipuo inter homines honore proſecuta in ſuam reducit arcem. Qui in urbe erant credentes mulierem ipſam Deam, fœminæ ſupplicaverunt pariter, & Piſiſtratum acceperunt.* Impoſitum hac arte ſcilicet viris Athenienſibus, quorum mihi credulitas & ſupina oſcitantia ſuper Bœotpa omnes, atque Phæaces deridenda eſt. Certe irritus atque fruſtraneus fuit dolus conſimilis Philippi Regis Macedonum, qui Scythas oppugnatum venerat, præmiſſo ad Matheam eorum Regem nuncio, qui afferre ſe ſtatuam Herculis in Iſtri oſtio collocandam ſignificaret. Juſtin. lib. 9. *Philippus ſoluta obſidione Byzantii, Scythica bella aggreditur, præmiſſis legatis, quò ſecuriores faceret, qui nuncient Matheæ, voviſſe ſtatuam Herculi, ad quam in oſtio Iſtri ponendam ſe venire, pacatum acceſſum ad religionem Dei petens, amicus ipſe Scythis venturus. Ille, ſi voto fungi velit, ſtatuam ſibi mitti jubet: non modò ut ponatur, verùm etiam ut inviolata maneat, pollicetur: exercitum autem fines ingredi negat ſe paſſurum; ac ſi, invitis Scythis, ſtatuam ponat, eo digreſſo ſublaturum, verſurumque æs ſtatuæ in aculeos ſagittarum.* Apud eundem Juſtinum lib. 1. occurcit micæ ſolertiæ ſtrategema, quo Zopyrus Dacium Peſſarum Regem ejectum Babylone, iterum in eandem ucbam reſtituit: dum naſo, labiis, aucibuſque præciſis, fœdèque lacecato vultu ad Babylonios proficiſcitur, vindictam apud illos implorans advecsùs Dacium, qui tam ſœdum ac truculentum in modum ſe malè mulctaſſet. Qui poſtea Babyloniorum exercitui pcæfectus, exercitu hoſtili in Darii poteſtatem tcadito, eundem in urbem cevoxit: *Interjecto deinde tempore cum Aſſyrii deſciviſſent, & Babyloniam occupaſſent, difficiliſque urbis expugnatio eſſet, æſtuante Rege, unus de interfectoribus Magorum, Zopyrus nomine, domi ſe verberibus lacerari toto corpore jubet, naſum, & labia, & aures ſibi præcidi, atque ita Regi inopinanti ſe offert. Attonitum & quærentem Darium cauſas, authoremque tam fœdæ lacerationis, tacitus, quo propoſito fecerit, edocet: formatoque in futurum conſilio, transfugæ titulo Babyloniam proficiſcitur; ibi oſtendit populo laniatum corpus; queritur crudelitatem Regis, a quo in regni portione non virtute, ſed auſpicio, non judicio hominum, ſed hinnitu equi ſuperatus ſit. Jubet illos ex amicis exemplum capere, quid hoſtibus cavendum ſit. Hortatur, ne mœnibus magis, quàm armis confidant, patianturque ſe commune bellum recentiore ira agere. Nota nobilitas viri pariter & virtus omnibus erat: nec de fide timebant, cujus veluti pignora vulnera corporis & injuriæ notas habebant. Conſtituitur ergo Dux omnium ſuffragio, & accepta parva manu ſemel atque iterum, cedentibus ex conſulto Perſis, ſecunda prælia fecit: ad poſtremum univerſum ſibi creditum exercitum Regi prodidit, urbemque ipſam in poteſtatem ejus redegit.* Sævum hoc de Zopyro, plenumque inhumanæ humanitatis. Placidum magis ac ferè jocoſum illud de Hiſpanis, cum Amilcaris Carthaginienſium Ducis exercitum contcucidarunt, poſtquam aridà materia oppletis curcibus, incenſiſque, vanum quidem terrorem, ſed latiſſimam perniciem hoſtibus incuſſere. Appian. de Bell. Hiſpan. lib. 1. *Currus aliquot lignis onuſtos præmiſerunt, quos ipſi deinde inſtructa acie ſequebantur. Hoc viſo Carthaginienſes, eos initio cum riſu excepere, ut qui ſtrategema illud non intelligerent. At cum primum in conſpectum ventum eſt, conſerique manus cœperunt, Iberi currus accendunt, quo incendio boves in Numidas incitantur. Atque ita cum ignis omnem in partem ſpargeretur, boveſque perterriti hac illac diſcurrerent, valde Numidas afflixit, ordineſque diſturbavit.* Ex eodem Appiano de Bell. Illyr. pulcherrimum illud habemus Thraſibuli Mileſiorum Ducis commentum, cum urgente fame, circumventuſque a copiis Allyactis Regis Lydorum, ejuſdem legatos explocatum miſſos decepit, coacto in forum pane, quantum ex privatis publiciſque ædibus,

bus colligi potuit, juſſoqae milite compotando commeſſandoque quanta maxime poſſet hilaritate diem tranſigere.. Nimirum ea rei frumentariæ apud hnſtes affluentia Lydorum Regi renunciata, poſtquam abundè hoites proviſos cibariis intellexit, re infecta a Mileſiorum finibus deceſſit. Idem fere factitatum a Rege Balthaſſare ſcribit Tirinus ad illud Danielis cap. 5. *Balthaſſar Rex fecit grande convivium*. Nempe ut epulo ſplendidiſſimo publicè celebrato ſpem omnem præcideret Cyro Perſæ, & Dario Medo, cogendæ ad deditionem urbis inopia cibariorum. Addit porro ſimile quidpiam egiſſe Epaminondam ex Diodoro lib. 12. & Viriatum Luſitanum a Romania obſeſſum ex Floro, Sed vereor ne Scriptorem alium in mente habuerit indicare Tirinus pro Floro, qui nihil de eo commento habet, nbi ſcribit de Viriato. Iterum quid ſimile egiſſe Jebuſæoa author eſt Joſephus lib. 7. Antiqq. cap. 20. cæcos nimirum & claudos conſtituiſſe præſidiarios loci muniti, ut ſic inſultarent Hebræis, & eorum vires contemnerent. Nec multum diſpari aſtu Tyrii in mœnibus ſuia diſpoſuerunt Pygmæos, nempe cubitales homunculos, ad boſtem irridendum, ut memorat Liranua in cap. 27. Ezech. Vide Tirinum ad illa verba Reg. 2. cap. 5. *Non ingredieris huc, niſi abſtuleris cæcos & claudos*. Sed non eſt omittendum quod de concremata a Sampſone ſegete Philiſtinorum ſuccenſis ad treçentarum vulpium caudas alligatis faſcibua legitur Judic. cap. 15. *Perrexitque & cepit trecentas vulpes, caudaſque earum junxit ad caudas, & faſces ligavit in medio, quas igne ſuccendens dimiſit, ut huc illucque diſcurrerent. Quæ ſtatim perrexerunt in ſegetes Philiſtinorum. Quibus ſuccenſis, & comportatæ jam fruges, & adhuc ſtantes in ſtipula concrematæ ſunt, in tantum ut vineas quoque, & oliveta flamma conſumeret.* Prudentius etiam de eo incendio:

Tercentum vulpes Sanſon cepit, ignibus armat,
Ponè faces caudis circumligat, in ſata mittit.

Et quoniam opportunum ſæpe Imperatores ducunt nocte concubia, & beneficio tenebrarum uti ad conferendas manus, idcircò plures adhibitæ ſunt technæ militares, ut dignoſci poſſent prœliantes ab adverſariis. Pro exemplo fuerit quod enarratur ab Herodoto in Urania de Phoceenſibua, qui copiis adversùs hoſtes per noctem immiſſis ſua corpora & arma gypſo dealbaverunt, ut a Theſſalis adverſariis dignoſci poſſent, authore commenti Tellia quodam Eleo. Vide Polyæn. & Frontin. de Strateg.

Strategia, æ. Præfectura rei militaris. Plin. l. 4. 11. *Thracia in quinquaginta Strătegias diviſa*.

Strategus. Græca voce Imperatnr, Dux. Plautus in Sticbo tranſtulit ad convivium. *Strategum te facio huic convivia*.

Stratiotes. Latinè miles. Et

Stratioticus, a, um. Militaria. Plaut. Pſeud. *Stratioticum nuntium advenientem percutiam probè*.

Stratiotica pecunia, Vide *Ærarium militare*.

Stratsgium. Vox Græcanica: militarem domum ſonat. Locus erat Conſtantinopoli in quinta regione. Pancirolus in Region. Urb. Conſtant. interpretatur caſtra Prætoriana, vel locum, ubi Prætoriani milites degebant. Sic aptè nominaveris per urbis regiones diſpoſita militum habitacula, *Quartieri*.

Stratiotides. Sic appellant Herodotus, Thucydides, aliique Græci Scriptorea genus onerariæ navis, ad milites tranſportandos idoneæ. Has Diodorus vocat *Poria*; quam vocem Latinos quoſdam interpretes parum diligenter vertiſſe Latinorum vocabulo *Pontones*, alibi notavi.

Stratilates. Vox Græca, Latinis Dux exercitus. Joannes Diaconus in vita S. Nicolai Epiſc. *Tres militiæ Principes, quos Dolopes ſtratilates vocant*. Ipſos interdum ordines militarea, ſive militum manipulos, atque adeo ipſos milites, vocari Stratilates conjectat Cangius ex loco Joannis Sarisberienſis lib. 6. Policrat: *Apparitores itaque licenter exigunt quod eis debetur ex ſportulis; & omnium ſtratilatum ordines, ſalarium conſtitutum juſtè accipiunt*. Verùm ibi nihil obſtat quominua ſtratilates pro ipſis ductoribus accipiantur, & præcipuis belli mnderatoribus.

Stratopedarcha. Latinè Præfectus militum. Legitur apud Nicephor. l. 7. *Magno Stratopedarcha cum tribus equitum millibus miſſo*. Quinque Stratopedarchas in Aula Byzantina recenſet Meurſius ex Codino, quorum noviſſimum, qui magnus Stratopedarcha dicebatur, etiam cognatione ſibi adiungere Principes non indignabantur.

Stratores. Spartian. in Caracall. *Denique cum illum in equum ſtrator ejus levaret, pugione latus ejus confodit*. Famuli ſunt, qui Duces, Principes, vel ſeniores adjuvabant, ut in equos e terra inſilirent. Erigebant enim & dextra manu ſuſtinebant inſeſſuroa. Apud Veteres, ut alibi eſt dictum, nullua erat uſus ſcalæ, aut ſcanſorii, aut ſubicis pedanei; ſed ſaltu fiebat aſceoſio. Virgil. lib. 12.

aut corpara ſaltu
Subiiciunt in equos.

Oſtendunt id equeſtrea ſtatuę antiquę, quæ pendulos habent equitum pedes, nullique fulcrn innixos. Eam ob cauſam famuli aderaut, a ſternendis ſtragulis dicti ſtratores, qui dominos manu ſublatos & adiutoa erigebant in equos: Græcia ἀναβολεῖς appellati. Iiſdem ſtratoribus curæ fuiſſe equoa Imperatorioa docet Ammianua lib. 29. Stratorum certe officium & dignitatem mediam fuiſſe inter Protectores, & Palatinos, oſtendit Gothofredus ex Cod. Theod. Strator. l. unica Tom. 2. Præcipua eorum cura fuit proficiſci ad equos militares conquirendos, eoſque in provinciis examinandos & comprobandos: illos Inſuper inſternebant, tenebántque conſcenſuro dnmino opem ferentes. Vide Lipſium de Milit. Rnm. lib. 3. Dialog. 7., & Steuvechium ad Veget. lib. 1. cap. 7. & lib. 3. cap. 10. Non omiſerim obſervare Conſtantinum Magnum Imperatorem primum omnium ſtratoris operam exhibuiſſe S. Silveſtro Pontifici. Ivo Carnot. de Dignit. & Privil. Eccl. Rom. *Tenentes frænum equi ipſius pro reverentia B. Petri ſtratoris officium illi exhibuimus*. Verùm apud inferiores ętatea non vile ſuit ſtratorum miniſterium; ſed pręclara dignitas in ducendia copiis militaribus, & re bellica adminiſtranda. Pares autem iis Ducibus videntur extitiſſe, quoa hodie dicimus *Mareſcialli*. Ordericus Vitalia lib. 2. *Robertum autem de Monteforte honorificè ſuſcepit, quia ſtrator Normannici exercitus hæreditario jure fuerat*. Idem lib. 10. *Imperatoris Alexii Protoſpatharius, aliique ſtratores navigio venerunt*:

Stratores viarum. Non poſtremum olim fuit mi-

litum

Digitized by Google

litum munus, obſtantibus arborum truncis prçciſis, vias ſternere & complanare, ut expeditiùs commeare ordines poſſent. Id ſcilicet eſt quod vetuſti lapides exhibent, & priſcæ docent inſcriptiones; ac præſertim oſtendunt cælsturæ Columnæ Trajani, ubi milites viſuntur ramalia & arborum truncos prçcidere, quod falsò a quibuſdam ad inſidiarum opportunitatem tollendam attribuitur. Occurrunt etiam ibidem alii cophinos geſtantes glarea oppletos; item alii eandem ligonibus diſpertientes. Eo verò opere ſternendarum, complanandarum, & marginandarum viarum militarium fuiſſe milites occupatos, atque inde appellatus ſtratores viarum, teſtimonia Veterum apertiſſimum faciunt. Tacit. Annal. lib. 1. *Manipuli ante cœptam ſeditionem Nauportum miſſi ob itinera, & pontes*. Liv. lib. 39. *Flaminius Conſul, ne in otio militem haberet, viam a Bononia perduxit Aretium*. Eam ob cauſam potiſſimùm ejuſmodi viæ nuncupatæ ſunt militares: licet cæteroqui non dubitaverim ad eaſdem ſternendas & coçquandas advocatam fuiſſe ſæpiùs paganorum ruſticorumque opem. Viæ autem militares, ut inquit Paulus Juriſconſultus, exitum ad mare, aut in Urbem, aut in flumina publica, aut ad aliam viam militarem habent.

STRAVA, æ: ſed melius SDRAVA, Lactantius Grammaticus ad illud Statii lib. 12.

ſed bellicus agger
Curribus & clypeis Grajorumque omnibus armis
Sternitur. Hoſtiles ſuper ipſe ut victor acervos,
Pacifera lauro crinem vittiſque decorus
Accubat:

Ita ſcribit: *Acervos, exuviarum hoſtilium moles. Exuviis enim hoſtilibus extruebatur Regibus mortuis pyra; quem ritum ſepulturæ hodie quoque Barbari ſervare dicuntur, quem ſtravam dicunt lingua ſua*: Vides hic ſtravam exponi acervum armorum in funere bellatorum illuſtrium. Eadem Statii & Lactantii verba adducit Kirchmannus de funer. Roman. lib. 3. cap. 18. & eodem modo ſtravam interpretatur. Uterque fallitur. Strava, imò ſdrava eſt convivium funebre, ſeu Manibus dicatç illatçque epulç, quod Antiqui dixerunt ſilicernium. Jornand. de reb. Goth. *Poſtquam talibus lamentis eſt defletus, ſtravam ſuper tumulum ejus, quam appellant ipſi, ingenti commeſſatione celebrant*. Cangius in Gloſſar. refert quidem hanc expoſitionem, ſed non ſatis enucleat originem vocis. *Sdravo* Lingua Illyricorum eſt *ſalvus*: Hinc vocabulum *Sdraviza* penultima correpta, apud ipſos *ſalus*, & propriè quç nunciari ſolet inter bibendum: Latinia propinatio, Italis *Brindiſi*, quam vocem eſſe Germanicæ originis ab aliis eſt notatum. Latiùs *Sdraviza* eſt convivium, ſiva lçtior commeſſatio. Hinc habes originem vocis Italicæ *Stravizzo*. Monoſinius trahit ab *heſternum vitium*, adducitque illud Horat. Satyr. 2.

quin corpus onuſtum.
Heſternis vitiis animū quoque prçgravat una.

Menagius a *Transbibitium* hac gradatione, *transbibitium, trabibitium, trabitium, travitium, travizzo, ſtravizza*. Uterque ignoratione linguæ Illyricæ deceptus eſt. Omninò deducitur à *ſdraviza* Illyricorum. Satis eſt notum celebrata antiquitus fuiſſe apud omnes fere gentes funera appoſitis epulis emortualibus. Ritum hunc à Judæis uſurpatum non infrequenter memorant ſacræ literæ, Tob. 4. *Panem tuum & vinum tuum ſuper ſepulturam juſti conſtitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus*. Adhibitum à Græcis teſtatur Homerus in funere Patrocli. Obſervatum à Romania Scriptores ferè omnes, atque adeò antiqui loquuntur lapides. Ciceronis locum prò L. Flacco duntaxat affero: *Sepulchrum L. Catilinæ floribus ornatum, hominum audaciſſimorum, & domeſticorum hoſtium conventu epuliſque celebratum eſt*. Etiam ad veterum Chriſtianorum tempora, & in ipſis quidem SS. Martyrum ſepulchris, ea conſuetudo pervaſit, occupavitque tam altè animos, ut ſolennitates illç & commeſſationes funebres ad temulentiam uſque & intemperantiam procederent. Quamobrem à Tertulliano, S. Cypriano, & aliis SS. PP. vehementer exagitatæ caſtigatæque leguntur. Sed & ad poſteriores etiam çtates eum ritum permanaſſe attigit Dantes Purgat. Cant. 33.

Sappi, che'l vaſo, che'l ſerpente ruppe,
Fù, e non è; ma chi n'hà colpa, creda
Che vendetta di Dio non teme zuppe.

Ubi Imolenſia, Landinus, & alii Interpretes aſſeverant Poetam reſpexiſſe ad morem ſuperſtitioſum, qui tunc Florentiæ vigebat, quo homicidæ perſuaſum habebant, non poſſe ſe in hoſtium manus venire, ſi ſuper interfecti tumulum panem vino maceratum per aliquot dies guſtaſſent. Itaque poſtremo verſiculo

Che vendetta di Dio non teme zuppe,

docet Poeta Divinam ultionem non terreri aut retardari ritu commemorato. Falsò proindè & impiè eum verſum ad Sacerdotum noſtrorum ſacrificia detorſit Author Anonymus libelli *Avviſo piacevole dato alla bella Italia*, ut docet Bellarm. in reſponſione ad eum libellum.

STRENUA, æ, aliis STRENIA. Dea, quæ virum ſtrenuum & fortem facere eſt credita. Memoratur ab Auguſtino lib. 4. de Civit. Dei cap. 16. Ex luco hujus Deæ Kal. Jan. verbenæ felicis arboris viris probatæ virtutis mittebantur. Ex hoc ritu ea munuſcula dicta primùm ſunt ſtrenæ; viri autem illi fortes dicti ſunt ſtrenui. Teſtatur id Symmachus lib. 10. Epiſt. 28. *Ab exortu pene Martiæ urbis ſtrenarum uſus adolevit, authoritate Tatii Regis, qui verbenas felicis arboris ex luco Streniç anni novi auſpices primus accepit*. Nomen indicio eſt viris ſtrenuis hæc convenire ob virtutem. Scio Feſtum longè aliter Strenæ vocis originem explicare.

STRENUITAS, atis. Fortitudo, alacritas, bellicus vigor. De origine hujus vocis diximus in dictione *Strenua Dea*. Ovid. 4. Metam.

Strenuitas antiqua manet.

Italis *Valore, Valoria, Valentia, Valenteria, Valenza, Bravura*. Vide *Fortitudo*.

STRENUUS, a, um. Fortis, alacer. Saluſt. in Catil. *Strenuus quiſque, aut occiderat in prælio, aut graviter vulneratus diſceſſerat*.

STRENUISSIMUS, a, um. Cato in Præf. *Ex agricolis & viri fortiſſimi, & milites ſtrenuiſſimi gignuntur*.

STRENUE'. Fortiter. Plaut. in Milit. *Vin' tu hoc facere ſtrenuè*.

STREPA, æ. Stapes, vel quo quis in equum tollitur.

tur. Acta Hadriani PP. *Decretum eſt - & ejus ſtrepam teneret ad conſcendendum equum*.

Stsiga, æ, Primaria hujus vocis ſignificatio petitur a re ruſtica. Eſt autem ſtriga ſulcus, qui uno ductu peragitur in longitudinem, ut ſcamnum in latitudinem. Ex quo boves ſtrigare dicuntur in agricultura, cum ceſſant in medio ductu, & ſulcum abrumpunt. Oppoſita verò ſunt ſtrigare, & protelo ducere. Illud enim eſt intermittere, hoc uno ductu perficere. Vide Hyginum in Gromaticis. Tranſiit poſtea ſtriga ad ſignificationem caſtrenſem, & ſpatium turmarum indicat in quo equi ſtrigantur, ideſt quieſcunt in ſtriga locati. Feſtus a ſtringendo ducit *ſtrigore*: ſed vocabulum primitivum eſt camporum ſtriga, vel ſulcus perpetuò ductus. Hinc habemus: *equi vel jumenta ſtrigoſa*. Propriè verò ſtrigoſum dicitur jumentum, quod in arando ſtrigat, hoc eſt moratur, nec ſulcum continuat. Quoniam verò id ſæpe fit macie, vel morbo, hinc equi vel boves malè curati, ſtrigoſi appellantur. Ad eandem formam cunctabundi homines, tergiverſatores, & moroſi, ſtrigoſi nominantur. Nuncupari etiam ſolent bovinatores, quaſi imitentur boves in medio ſulco interquieſcentes. Eleganter id expreſſit Lucilius:

Hic ſtrigoſus, bovinatorque ore improbu' duro.

Stylus. Cic. de Orat. *Omnia ſub acumen ſtyli ſubeat neceſſe eſt*. Hinc ſtylum exercere in oratione dicimus, pro eleganter loqui. Licet autem urbana hæc fuerint arma, & litteraria potiùs, quam militaria; adhuc tamen certatum iis eſt interdum cruentiſſimè. Equidem Cæſarem ſtylis Senatoriis confoſſum, obviæ teſtantur Hiſtoriæ. Academici a Furfure pro eodem ſumunt armorum genere ſtylum & ſicam. Sic enim ſcribunt: *Stilo, ſpezie di pugnale di lama quadra e acuta*. Lat. *Sica*. Adducunt autem locum Butii de nece Cæſaris: *E fù morto in Campidoglio da Bruto, e da Caſſio, e loro ſeguaci con li ſtili*. De eadem Cæſaris nece Boccaccius Amor. Viſ. Cant. 36.

che poi proſtrato
Trà Senatori ſi giacea morendo,
Lui avendo eſſi già tutto impiagato
Con loro ſtile; e quello era il peggiore,
Cui elli avea trà gli altri più onorato.

Idem pugionis genus vulgò *Stilletto* dicitur. Vox autem Italicorum *Stile*, licet proveniat a ſtylo ſeu ſica, ut ſuprà animadverti, nullum tamen apud eoſdem jaculi, vel pugionis genus ſignificat, ſed rationem formamque ſcribendi, vel lucubrandi. Dant. Infern. Cant. 1.

Tu ſe' ſolo colui, da cui io tolſi
Lo bello ſtile, che m'ha' fatto onore.

Stile etiam Itali dicimus morem vel conſuetudinem rei. Petrarca:

Ond'io vò col penſier cangiando ſtile.

Eadem voce notamus Itali columnam, inſtrumentum pictorium ad delineandum, & ſtateræ virgulam, quæ libras & uncias deſignat. Enumerant hæc omnia Italicarum vocum Interpretes. Duo vero inobſervata reliquerunt: primum thema harum acceptionum; alterum, cur loquendi, ſcribendi, agendique morem diverſum ſtilum dicamus. Radix harum acceptionum eſt vox Græcorum ςύλος, quæ columnæ ſcapum ſignificat. Hujus ſpeciem aliquam referunt ſtateræ virgula, inſtrumentum pictorium ſuperius indicatum, & graphium, ſive ſcriptorius ſtylus. Quemadmodum vero characteres ſivè figuras, quibus utimur ad ſcribendum, transferimus ad modum lucubrandi diverſum; ex quo dicimus alium ſequi Ciceronis, alium Senecæ, Livii, Saluſtii, vel aliorum characterem; ad eandem formam, paulo remotius accerſita metaphora, alios aliorum ſtylum referre dicimus; ſtylum ſcilicet ipſum, ſeu graphium, quo characteres formantur, pro charactere accipientes. Utque primum a ſcriptura ad lucubrandi modum, ſic poſtea ad diverſimodam omnem vivendi agendique rationem tranſtulimus vocem *Stile*.

Subadjuva, æ. Vide *Adjutor*.

Subalaria tela. Occurrunt apud Cornelium Nepotem in vita Alcibiadis, & explicantur a nobis in Titulo *Dolones*.

Subarmale, lis. Vox eſt peculiaris Scriptorum Hiſtoriæ Auguſtæ. Vopiſc. in Aurel. *Togam pictam, ſubarmale profundum, ſellam eboratam*. Trebellius in Claudio: *Subarmale unum cum purpura Maura*. Spartianus in Sever. *Cum Romam Severus veniſſet Prætorianos cum ſubarmalibus inermes ſibi juſſit occurrere*. Quod autem veſtimenti bellici genus fuerit, in diverſa trahunt Turnebus Adverſ. lib. 18. cap. 19. & Caſaubonus ad indicatum locum Spartiani. Exiſtimat Turnebus ſubarmale dictum ab armis, quibus pugnamus, & fuiſſe craſſius indumentum ſub lorica, aliiſque armis tectoriis poſitum, ut craſsâ mollique materia illa ſuperinjectâ arma duritie ſua minus corpus læderent. Contra verò Caſaubonus appellatum eſſe ſet ab armis, ideſt humeris: quoniam, vel ſub armos reiiceretur, vel fibulâ iiſdem annecteretur. Adſtipulari videtur Caſaubono Herodianus, qui Severi factum enarrans de eo veſtis genere loquitur non tanquam caſtrenſi, militiæque quotidianæ; ſed potiùs, quaſi geſtatu eſſet illud idoneum in pompa publica, ſolemnique ac feſtivo comitatu. Officere videtur Caſauboni ſententiæ locus Vopiſci, qui ſubarmale vocat profundum. Verùm ab ea difficultate optimè ſe expedit Caſaubonus, qui epitheton *profundum* non ad lanam refert, quæ craſſior fuerit; ſed potiùs ad corpus, cujus extremas ferè partes demiſſior illa veſtis contegeret.

Subarra, æ. Genus aggeris & repaguli. Itali, ejectâ literulâ, dicunt *Sbarra*. De hoc genere uſque ad ſatietatem eſt dictum ſæpiùs. Albertinus Muſſatus de Geſtis Henrici VII. *Inſultum fecere ad ſubarras Laurentii, Joannis Statii*.

Subasi. Genus Præfecturæ equeſtris apud Turcas. Jovius l. 14. *Sanzachis Subaſi obediunt, qui centenarias turbas ductant*.

Subcenturio, as. Additamento facto explere centuriam. Terent. Phorm. 1.

Ego in inſidiis hic ero ſuccenturiatus.

Subcenturio, onis. Qui Centurionis vices gerit, ſed minori authoritate. Lipſius opinatur eoſdem fuiſſe in Militia Romana, atque Optiones. Vide *Optio*. Liv. lib. 8. *Centurioni primipili permiſſum erat ab Conſulibus, ut Succenturionem quem vellet, legeret*. Itali *Tenente di Compagnia*.

Subcoacta, orum. Veſtes militares. Vide *Filtrum*. Pro Lorica, vide *Lorica*.

Subcustos, odis. Qui pro cuſtode ſubſtitutus eſt. Plaut. in Milit. *Hunc ſubcuſtodem ſuum foris ablegavit*. Subcuſtodes dixeris in vigiliis obeundis, & ſimilibus.

Digitized by Google

Subdefensores. Vide *Defenſoret*.

Subex pedaneus. Ennius, ut ſcribit Feſtus, ſubjices dixit ſubjectos. Hinc Budæus ſubicem pedaneum vocavit ferrum ſcanſile ab equi lateribus utrinque loro appeoſum, quod inſilientis in equum pedes recipit firmatque. Idem ſcala ferrea, & vulgato magis vocabulo, ſtapes, vel ſtapia appellatur; quaſi inibi ſtet pes & conſiſtat, Italis *Staffa*. Inſtrumentum eſſe novltii ioveoti ſcribuot Polydorus Virgilius de rer. Inveot. lib. 3, eap. 18. & Pancirolus rer. memorab. tit. 16. Marmoreæ certè & æneæ ſtatuæ equeſtres, quæ Romæ conſpiciuntur, & antiqua numiſmsta ſolutos pedes equitum exhibent, nec hujuſmodi ferreis repsgulis, ubi pedes quieſcerent illigatos. Profecto Veteres ſaltu ſe in equoa eoniiciebant nullo nixi adminiculo, ut de Numidis docet Livius, de Græcis Perſiſque Xenophon affirmat. Vegetius verò Romanæ militiæ inſtitutor multis commendst cooſuetudinem, ut tirones non ſolùm expeditiſſimè e terra per ſaltum conſcendere equos aſſueſcant, verum etiam non a dextera tantùm parte, ſed etiam s ſioiſtra inſilire, & deſilire condiſcant, evaginatos inſuper gladios manu geſtantea. Addit etiam aſſiduam hujus exercitationis in otio meditationem & juvenum nobilium ſtudium mirè conferre ad ſubitos prœliorum caſus, qui aſcenſus deſcenſuſque ex equis ſubitos ſæpe depoſcunt pro diverſitate locorum atque hoſtium, contra quos eſt dimicandum. Hinc Virgilius lib. 12.

Infrænant alii currus, aut corpora ſaltu
Subiiciunt in equos, & ſtrictis enſibus adſunt.

Plutarchus verò in vita Graechi memorat ad minuendum eorum laborem, qui ſenio vel viribus infirmiores eſſent, per vias militares collocari utrinque ſolitos fuiſſe altiores quoſdam lapides, ſeu puſillos ſuggeſtus, e quibus facili negotio io equi dorſum ſe coniicerent. Spartianus etiam in Caracalla, & Marcellinus lib. 30. authores ſunt, ſeniores & viros Priocipes famuli, ad hoc miniſterium præfecti, opera & auxilio uſos, ut io equos faciliùa tollerentur: Eos verò famulos ſtratores fuiſſe appellatos. Proiode ſubicis pedanei inventionem ad citeriora tempora poſt lapſum Imperii Romani plerique referunt.

2. Quod ſi ſtatuendum eſſet, adminicula ad equitandum ſive pedaneos ſubices, aut, quemadmodum vocant, ſtaphias, & notas, & in uſu fuiſſe apud Antiquos, non equidem uſurpatas illas reputaverim ad inſiliendum in equos, aut inſidendum, verùm potiùs ad ſtandum elevandumque corpus, ut inſtructiores eſſent equites ad hoſtem feriendum. Aſcenſio nimirum in equos ſuppleri facilè potuit ſtratorum auxilio, vel ſaxis ſuppoſitis: haſtam etiam cui inniterentur poteraot apprehendere; aut ſic equos ipſos erudire, ut ad nutum ſeſſorum eoſdem recepturi inclinarentur. Contra verò quod a ſtante equite & erecto corpore dimicante commodum & utilitas provenit, vix alia ratione obtineri potuit, quàm ſtapedum beneficio, quibus tam firmè adhæreſcerent pedes, nt ſuſteotare poſſent erectum equitem & prœliantem. Expreſsè id tradidit Pollux lib. 1. cap. 11. per hæc verba: *Cum verò inſederis equo, nequaquam femora ferias, ſed pedes ſubleva, & ſtanti ſimillimus ſis; ſtapedes enim magis ad ſtandum, quàm inſidendum parati ſunt.* Inventæ proiode primùm ſunt ſtapedæ, ſive fulcra ſcanſoria non propter ſeſſuræ mollitudinem, & ad evitandum incommodum penduli defatigatique utrioſque pedia, ſed ut iiſdem eques inſiſtens & nixus attollere ſe poſſet in pedes, rectoque corpore vehementiùs pugnam agere, & ferire lancea, haſta, vel gladio. Lucas Pulci Ciriff. Calvan. Cant. 4.

Rizzoſſi in sù le ſtaffe il Pover toſto
Come e' vidde il cimier cadnta in terra.

Et Cant. 5.

Et però in sù le ſtaffe ſi fà ritta,
Et la ſpada levò di furor pieno
Con ambe mani, abbandonando il freno.

Et Cant. 7.

Rizzoſſi in sù le ſtaffe Lionetto,
Et traſſe con tant'ira al ſuo fratello,
Che l'elma pora valſe, ò il bacinetto.

Et Aloyſiua Pulci Morgant. Cant. 18.

Rizzoſſi in sù le ſtaffe, e 'l brando ſtrinſe,
E Salicornu trovò in sù 'l cappello.

Haſtæ innixos aſcendere quoſdam ac deſcendere ex equia conſueviſſe alicubi legitur. Liv. lib. 4. de Cornelio Coſſo: *Quem cum equo ictum dejeciſſet, confeſtim & ipſe haſta innixus ſe in pedes exripit.* Fuere etiam qui equos ad crura flectenda eondoceſacerent, ut ad eum ferè modum ſe dimitterent ad excipiendum ſeſſorem, quemadmodum ad onera & ſarcinas excipiendas cameli faciunt. Silius lib. 10.

Evolat ac Domini conſiſtit in ora jacentis.
Inde inclinatus collum, ſubmiſſus & armos,
De more inflexis præbebat ſcandere terga
Cruribus.

Hiberni ſic erant inſueti, ut apprehenſis equorum jubis vel crinibus in equos aſcenderent etiam clitellatos. Narrat id Richardus Stanihurſtus lib. 1. de rebus Hibernicis: *Ferreis ſcalis, quæ a nonnullis ſtapedes dicuntur, in equos minimè aſcendere, ſed jubarum ſetas, quæ frontibus imminent, aut equorum auriculas ſiniſtra apprehendere, atque dum equi obſtipis capitibus quiete inclinant (nam ad talem facilitatem, ut eſt eorum docilitas, a domitoribus finguntur) equites, etiam ſagis aut loricis amictos, mira corporis agilitate ſe efferre, divaricatiſque cruribus, ephippia clitellis non diſſimilia ſubitò occupare.*

3. Licet autem ſubicis pedanei vel ſtapedam uſus oon ſit admodum pervetuſtus, adhuc tamen non ita recentis inveotl ſtapiæ ſunt, ut a nonnullis eſt literis conſignatum. Non invalidè id evincunt argumenta quædam vel conjectanea, quæ protulit Hieronymus Magius Miſcell. lib. 1, cap. 14. Fit enim ſtapiarum mentio a Divo Hieronymo in Epiſtolis, ubi ſe jumeotum conſcenſurum jam pedem habuiſſe in biſtapia ſcribit. Ubi etiam oota aptiſſimè a Divo Hieronymo dici biſtapiam duplex illud fulcrum ſcanſile, quod utrinque depeodet a ſella equeſtri, ad pedes equitum ſuſtinendos. Memoratur porrò ſtapia in veteri inſcriptione ſepulcrali, quam ante abolitam ſuperſtitionem Gentilium fuiſſe cooſcriptam teſtantur literæ eapitales ſuperadditæ more Veterum D. M. ideſt Diis Manibus:

D. M.
QUISQUIS LECTURUS ACCEDIS CAVE SI AMAS AT SI NON AMAS PENSICULA MISER QUI SINE AMORE

Digitized by Google

RE VIVIT DULCE EXIT NIHIL. AST EGO TAM DULCE ANHELANS ME INCAUTE PERDIDI ET AMOR FUIT. EQUO DUM ASPECTUI FORMOSISS. DURMIONIÆ PUELLÆ VIRGUNCULÆ SUMMA POLVORIA PLACERE CUPEREM CASU DESILIENS PES HÆSIT STAPIÆ TRACTUS INTERII; IN REM TUAM MATURE PROPERA. VALE.

Sed fatendum eſt, utriuſque teſtimonii fidem labare. Nam D. Hieronymi verba nuſquam leguntur in vulgatis exemplaribus; & ipſe quidem Magius eadem protulit nutanter, & dubiè. Adjectam vero inſcriptionem ſpuriam, & ſuppoſititiam cenſet cum Grutero ſenatus Eruditorum. Addit idem Magius non procul a ſua ætate tumulum quendam pervetuſtum collapſum fuiſſe Foro Cornelii, ubi cadaver equitis exeſum vetuſtate cum marcido ephippio, cui ſtapiæ noſtratibus non abſimiles erant adnexæ, repertum eſt. Tumulum autem ante annos octingentos fuiſſe conſtructum notabant epitaphii notæ numerales. Vide Magium indicato in loco, Voſſium de Vitiis ſerm. & apud nos *Anaboleus, Stratores, Aſtrabe*.

Subjugium, ii, ſive lora subjugia. Pectoralis eſt faſcia in bobus & jumentis ſub ipſo jugo, ex quo dicitur. Hoc faſciæ genere devincti jugales & bellatores equi viſuntur in vetuſto lapide, quem exhibet Fabrettus ad Tabellam Iliadis. Cato de re Ruſtic. c. 15. *Subjugia in luſtrum lora pedum XIX.*

Subjugis, ge. Bos, equus, jumentum, jugum ferre condocefactum. Plinius l. 11. c. 49. *Nero oſtentabat hermaphroditas ſubjuges carpento ſuo equas.*

Subjugo, as. Sub jugum mitto. Ad hoſtes flexum. Claudian. 4. Paneg.

nulla eſt victoria major,
Quam quæ confeſſos animo quoque ſubjugat hoſtes.

Subjugator, Victor. Apul. de Philoſ. *Suffragator bonorum, & malorum ſubjugator.*

Subgrenior, ris. Latenter & quaſi ponè gradior. Non inveni hoc verbum uſurpatum niſi in re militari, & a ſolo Tacito. Sic enim ille lib. 2. *Subgreſſique propius ſpeculatores.* Et lib 4. *Quos Dux Romanus acie ſubgreſſus &c.* Et lib. 15. *Ceſis, qui Barbarorum propiùs ſubgrediebantur.*

Subitarii militss. Audiunt, qui confuſe ac raptim collecti conſcriptique erant, ubi magna neceſſitas, vel exortus tumultus promptè repellendus, præſens auxilium deſideraret. Livius lib. 3. *Senatum Conſules vocant, jubentur ſubitarium ſcribere exercitum, atque in Algidum ducere.* Idem lib. 11. *Senatum cenſere ſubitarios milites, tumultûs causâ conſcriptos, primo quoque tempore dimitti.*

Sublicium, ii. Pertica vel palus, qui ad pontis constructionem in aqua defigitur. Feſtus eſſe ait vocabulum Volſcum, quoniam Formiani non aliter appellabant tigna, quibus eorum pons erat ſurrectus. Alii trahunt ab aqua liquente, ut ſit quaſi ſubliquium. Sequor Martinium, qui trahit a *ſubliquo*, quemadmodum Veteres obliquum dicebant oblicum. Habemus hinc pontes ſublicios, cujuſmodi unus Romæ erat. Sunt autem pontes exemptiles, ac ſine fulturis, ut attrahi poſſint. Dictus autem ſublicius, quoniam ligneus eſt, & ſubliciis fulcitur. Liv. *Muro ſatis per ſe alto, validis ſubliciis ſubiectis pro ſolo uſus eſt.* Vide *Pons*.

Submotores. Vide *Lictor*.

Subpræfectus, i. Cujus poſt præfectum prior eſt dignitas & authoritas in qnolibet munere vel magiſtratu obeundo. Vocabulum noſtris Lexicographis adhuc ignotum. Probe Latinum eſſe aſſerunt inſcriptiones geminę a nobis mox referendę in Titul. *Subpræfectus Claſſis*.

Subpræfectus classis. Nomen ipſum indicat fuiſſe dignitatem in re navali, quæ ad præfectum claſſis proximè accederet; ita nt qui claſſis Prętoriæ ſubpræfectus eſſet, aliarum claſſium poſſet eſſe præfectus. Meminit ſubpræfecti claſſis duplex vetus lapis exhibitus a Schefferro de Milit. Naval. l. 4. c. 5. Alter in Agro Piceno in has notas: *T. APPÆO. T. F. VEL ALFINIO SECUNDO PROC. AUGUST. XX HERED. PROC. ALP. ATRECTIANAR. PRÆF. VEHICUL. SUBPRÆF. CLASSIS PRÆT. SAVENN.* Alter in Palatio Capranicenſi apud Gruter. pag. 492. *PRÆF. CLASS. BLIT. ET. MOSSIC. ET PANNONI. ET PRÆSIDI ALPIUM. SUBPRÆF. CLASS. PRÆT. TRIB. LEG. XVI.*

Subscus, udis. Vitruv. lib. 4. cap. 7. *Et ita ſint compactæ ſubſcudibus & ſecuriculis, ut compactura duorum digitorum habeat laxationem.* Apud Mechanicos ſunt tabellę, ſive taleolæ ntrinque cuneatæ, quibus trabes, vel aſſeres ſic colligantur, ut firmiſſimè adhæreſcant. A ſuccidendo trahit Feſtus: *Subſcudes tabellæ appellantur, quibus tabulæ inter ſe configuntur, quia quo immittuntur, ſucciditur.* Succidi dicit, hoc eſt excavari prius & exſcalpi in ligno locum, in quem immittenda & inſerenda ſubſcus. Ubi autem Feſtus dicit *ſucciditur*, Turnebus legit *ſuccuditur*, vociſque originem, non a ſuccidendo, ſed a ſuccudendo, deducit; quoniam percuſſis malleo ſcalpris locus fiat in aſſeribus accedenti ſubſcudi. Sed præſtat attexere verba Turnebi: *Eodem Feſti libro, in explicandis ſubſcudibus quæ ſunt cuneatæ quædam tabellæ, quibus immiſſie tabulæ inter ſe conjunguntur, puto legendum:* Quia quo immittuntur, ſuccuditur; *nam a ſuccudendo mihi nomen videtur potiùs habere, quàm a ſuccidendo, etſi enim locus, cui inſeruntur excavatur, ſucciditurque inde aliquid, ut immittantur, cum tamen id fiat cudendo, ſcalpris malleo percuſſis, & immittantur ictu mallei, non video cur non debeant potiùs a ſuccudendo, quàm a ſuccidendo deduci. Quod ſi Feſtus a ſuccidendo ſcripſit, ut & fortaſſe fecit, næ ab eo libentiſſimè diſſentio.* Levicula quidem hęc eſſe video. Quod ſiquis mihi ſuper vocularum origine rixantes Criticos, inter oppugnationes arcium & militares conflictus, intrudenti vitio verterit, is ſciat tanti eſſe, apud Grammaticos, quod pugnaciſſimum eſt hominum genus, inire gratiam. Cæterum ſubſcudes tum ligneæ, tum ferreæ perpetuo ſunt in uſu bellicas machinas molientibus. Earum iconem expreſſam habes apud Baldum ad memoratum initio locum Vitruvii.

Subseſſæ, arum. A ſubſidendo. Inſidiæ. Veget. lib. 3. cap. 6. de aperto Marte & ſubſeſſis præclarè ſcribit: *Sciendum etiam quid adverſarii in his locis, quæ ſibi opportuna intelligunt, ſub-*

ſeſ-

ſeſſas occultiùs collocant, vel aperto Marte impetum faciunt. Sed ne ſecreta noceant, Ducis præſtat induſtria, quem omnia prius convenit explorare. Deprehenſa verò ſubſeſſa, ſi circumveniatur utiliter, plus periculi ſuſtinet, quàm parabat inferre. Hinc ſubſeſſores: ſed ferè de iis dicitur, qui clàm domi ſubſident, & fœminarum pudori inſidiantur. Valer. Max. lib. 2. cap. 1. *Nulli enim tunc ſubſeſſores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur.* Nec omittendum illud Virgilii lib. 11.

devicta Aſia ſubſedit adulter.

Cujus hemiſtichii ſenſus eſt, Agamemnonem ipſum non immunem fuiſſe a morte & dedecore. Confecto ſiquidem bello Trojano occiſus eſt a Clytæmneſtra & Ægyſtho, qui ejuſdem lecti vitæque ſubſeſſor fuit: atque adeo viro Principi, qui Aſiam domuerat, ut Paridem adulterum puniret, domi adulter non defuit, a quo vita privaretur. In eandem ſententiam explicat verbum *ſubſido* Paſſeratius in Propert. lib. 1. Eleg. 8.

Atque ego non videam tales ſubſidere ventos.

Ubi ſenſus eſt: nolim videre tales ventos tibi inſidiantes.

Subsidia. Copiæ vel cohortes ſubſidiariæ. Clarius ſubſidia in re militari dicuntur quæ ad reparandum & corroborandum exercitum cladibus imminutum a ſociis, & fœderatis ſubmitti ſolent, cum advecto commeatu, & bellicis inſtrumentis ad bellum redintegrandum. Subſidia etiam dicuntur copiæ vel turmæ ſepoſitæ, quę in tempore advolant, ubi res in anguſtiis poſitas viderint, ad prœlium pugnamque reſtituendam, & bellatorum vires, qua parte opus eſt, adaugendas. Hujuſmodi turmas agmen provolantes vulgò dicimus, *Squadron volante*. De iis turmis hæc habet Livius lib. 9. *Subſidiarias cohortes, quæ integræ ad longioris pugnæ caſus reſervabantur in primam aciem extemplò emiſit.* Vegetius etiam de iiſdem ſic ſcribit lib. 3. cap. 17. *Optima ratio eſt, & ad victoriam plurimum confert, ut lectiſſimos de peditibus, & equitibus cum vicariis, comitibus, Tribuniſque vacantibus, habeat Dux poſt aciem in ſubſidiis præparatos, alios circa cornua, alios circa medium, ut ubi hoſtis vehementiùs inſiſtit, ne rumpatur acies, provolent ſubitò, & ſuppleant loca, additaque virtute inimicorum audaciam frangant.* Quod autem ibidem addit Vegetius, a Laconibus profectum fuiſſe ſubſidiorum inventum, atque illud poſtea Romanos accepiſſe a Carthaginienſibus, apertè redarguitur falſitatis, cum Livius non uno in loco ſubſidiorum meminerit ante bella Punica. Sic autem ſcribit, ut unum pro multis proferam teſtimonium, lib. 4. *Non ſubſidiis firmata acie concurſum eſt.* Poſt ſingulas verò acies diſtributa fuiſſe ſubſidia apud Romanos non obſcurè indicat idem Livius lib. 9. *Quia nullis recentibus ſubſidiis fulta prima acies fuit, ante ſigna, circaque omnes ceciderunt.* Et lib. 34. *Feſſos jam ſuos Conſul, ex ſecunda acie ſubſidiariis cohortibus inductis, accendit.* Obſervandum etiam, ſubſidia ſuos Duces & præfectos habuiſſe. Liv, lib. 10. *Subſidia ſuis quæque locis, & præfectos ſubſidiis attribuerat.*

Subsidia, orum, vel potiùs Suasidia fœminino genere. Inter inſtructuras aciei recenſetur a Gellio lib. 10. cap. 9. ubi ita ſcribit: *Vocabula ſunt militaria, quibus inſtructa certo modo acies appellari ſolet frons, ſubſidia, cuneus, orbis, globus, forfices, ſerra, alæ, turres.* Cujuſmodi fuerit is ordo militaris, Gellius non exponit, nec mihi lux aliundè affulget ad ejuſdem explicationem. Suſpicari ſubit fuiſſe aciem tectam, vel quæ inclinatis armis procederet, ad decipiendum & quaſi inſidias ſtruendas.

Sussidio, onis. Pro obſidione. Vita S. Antidii Archiep. Biſonticenſis: *Univerſas poſt hæc Galliarum urbes pervagans, alias ſubſidione delevit, alias incendio cremavit.*

Sussidioa, aris. Subſidio ſum. Hirtius lib. 8. Bell. Gallic. *Perterriti non ſolùm ii, qui cominùs opprimebantur, aut eminùs vulnerabantur, ſed etiam qui longiùs ſubſidiari conſueverant.*

Suasidialis, le. Quod ſubſidio eſt. Ammian. lib. 14. *Poſt jaculatores, ultimaſque ſubſidiales acies.*

Subsidiarius, a, um. Liv. lib. 9. *Qui ſubſidiarias cohortes, quæ integræ ad longioris pugnæ caſus reſervabantur, in primam aciem extemplò emiſit.*

Subsionanus, a, um. Tacit. Hi¹, lib. 1. *Pennino itinere ſubſignanum militem & grave legionum agmen hibernis adhuc Alpibus traduxit.* Quæ Taciti verba adſtipulantur Turnebo, ſubſignanos fuiſſe ſtatuenti, qui extra legiones, non ſub aquila, verùm ſub ſignis merebant. Apertè quippe ibi Tacitus diſtinguit inter militem ſubſignanum, & agmina legionum. Vide *Proſignani*.

Substitie, Vide *Paraſtatæ*.

Subulo, onis. Memoratur ab Ennio:

Subulo finitimas propter adſtabat aquas.

Varro Etruſcam eſſe vocem monet, eaque tibicinem denotari. Aliquando tamen ipſum inſtrumentum, quod flatu animatur, ſignificat. Adhibetur in re militari ad bellatorum animos exſuſcitandos. Ejus quippe inſtrumenti moduli cum buccina & tympano alternantes mirum in modum alacritatem extimulant. Temperat quippe & moderatur ſubulo ſævitiam quandam buccinæ tympanique. Eſt autem inſtrumentum ad cylindri formam rectum cavumque, quibuſdam ad latera foraminibus interſtinctum. Ludit operam Turnebus, qui vocem *Subulo* conatur trahere a Latinorum *Sibilus*. Diſertè Varro dictionem Etruſcorum veterum eſſe docet, & proinde ex remotiori fonte accerſendum ejus thema. Italis *Suffulo*, & *Zufolo*. Cant. Carn.

Trombe, tamburi, zufoli, e bandiere.

Item *Zufolone*, *Zufoletto*, *Zufolino*. Luc. Pulc. Ciriff. Calvan. 1.

E corni, e tamburacci, e naccheroni,
E piffari, e ſgraziati zufoloni.

Aloyſius Pulci Morg.

Sentianſi tamburelli, e zufoletti.

Idem:

E faceva a cavalli il zufolino.

Succula, æ. Unum eſt ex præcipuis organis ſive machinis tractoriis, de qua prolixè ſcribit Vitruvius lib. 10. cap. 4. Nos quædam de hac machina indicavimus in voce *Ergata*, quem locum conſule.

Succussatores, vel Succussoaie equi. Qui ſeſſorem quatiunt, & frequenter excutiunt: quod propriè dicitur de equis, qui gradariis contrarii ſunt, & duriore gradu incedunt. Lucilius apud Gellium:

Cam-

Digitized by Google

Campanus ſonipes ſuccuſſor.

Suda, æ. Pro foſſa vel vallo ſudibus firmato. Etheluverdus lib. 4. cap. 2. *Centurias congregant non parvas, viſitant hoſtes jam morantes in ſuda, alternatim concitant iras.*

Sudes, ium. Tria apud nos indicant. Primum genus exercitationis militaris, quod etiam & magis propriè ac frequenter dicebatur *ad palum*, Veget. lib. 2. cap. 23. *Ad palum quoque, vel ſudes juniores exerceri percommodum eſt.* Io eandem ſententiam Liv. lib. 9. Dec. 3. *Sudibus inter ſe in modum juſtæ pugnæ concurrere.* Seneca etiam Epiſt. 89. ſcribit: *Sudes torquere juventus olim diſcebat.* Demùm Tibullus ad Meſſallam:

Quis tardamve ſudem meliùs celeremque ſagittam
Jecerit?

Sed non ad imaginarium ſolùm ſimulatumque conflictum, verum etiam ad verum ac ſerium ſudes adhibebantur. Erat autem ſudes lignum in capite acutum & igne duratum. Servius vallum & ſudem idem eſſe docet. Propert. lib. 4. Eleg. 1.

Non rudis infeſtis miles radiabat in armis;
Miſcebant uſtâ prælia nuda ſude.

Virgil. autem lib. 7.

non jam certamine agreſti,
Stipitibus duris agitur, ſudibuſque præuſtis.

Rude illud quidem telum, vetuſtiſſimum tamen, & a nullis ferè oon gentibus uſurpatum: nam & paratu obvium eſt, & igni torridum ſic indureſcit, ut ferri acumen atque duritiem ſuppleat. Hinc in legitimis etiam bellis largus ita dimicantium uſus. Arrianus: *Haſtas habebant ſenûm cubitorum: mucro autem illis e ferro non erat, ſed caput igne duratum eundem uſum dabat:* Saluſtius etiam de Exercitu Catilinæ: *Pauci militaribus armis inſtructi; cæteri, ut quemque caſus armaverat, ſparos, aut lanceas, alii præacutas ſudes portare.* Quodſi Catilinæ tumultuarium telum illud potiùs quam legitimum putes, accipe uſum ſudium inter Annibalis bellatores ex Silio lib. 3.

Contenti parcâ duraſſe haſtilia flammâ.

Poſtremò latiſſimus erat atque creberrimus ſudium uſus in firmandis aggeribus, tumuliſque ac loricis, quæ aggeſtitiâ terrâ & faſcibus muniuntur, ſudibus, ſive palis, vel vallis ad firmamentum interpoſitis. Sed hac de re ſæpiùs multa.

Sudetum, i. Occurrit apud Suidam. Eſt autem locus ſudibus & aggeſtitiâ terrâ munitus. Nomen illi ab ipſis ſudibus. Idem alio nomine dicitur vallum. Vide *Vallum*. Apud Veget. lib. 4. cap. 16. ſic ſcriptum in pleriſque editionibus legitur: *Quibus protecti bellatores, ſi lutum obſueris, civitatis foſſatum etiam comportatis lapidibus complent.* Ubi pro illis verbis: *ſi lutum obſuerit*, meritò Lipſius legendum cenſet, *Sudetum auferunt*: ut ſit ſententia, protectos bellatores detrahere ſudes murorum, & foſſas complere. Eadem vero formâ, a *ſudes* fit ſudetum, qua a voce *vepres*, fit vepretum; a voce *ſalices* fit ſalicetum, & alia ſimilia.

Suffodio, dis. Notæ ſignificationis verbum. Non ſolùm de excavatis muris vel turribus, verùm etiam de vulneratis equis frequenter legitur. Cæſar lib. 4. Bell. Gall. *Suffoſſiſque equis compluribuſque noſtris dejectis, reliquos in fugam conjecerunt.* Virgil. lib. 11.

Suffoſſo revolutus equo.

Suffossio, onis. Præcipuum inter opera ac labores militares. Vide *Foſſores*. Senec. Epiſt. 50. *Cum hoſtilia in partes tela vibrarent, & ipſum ſolum ſuffoſſionibus tremeret & cuniculis.*

Suffragium, ii. Pro auxilio vel ſuppetiis militaribus. Sugerius in Ludovico VI. *Obſeſſis ſuffragia accelerat.* Ad eandem formam non rarò loquuntur Scriptores ævi Theodoſiani.

Suffugio, is. Confugio. Liv. *Vigileſque dilapſos e ſtationibus ſuffugere in tecta coegit.*

Suffugium, ii. Locus, in quem quis ſecuritatis causâ ſe recipit. Ovid. de Nuce:

Quid niſi ſuffugium nimbos vitantibus eſſem?

Suggestum, i. Cic. 5. Tuſcul. *Idemque cum in communibus ſuggeſtis conſiſtere non auderet, concionari ex turri alta ſolebat.* Vel

Suggestus, us. Plin. lib. 34. *Eodemque in conſulatu in ſuggeſtu roſtra devictis Antiatibus defixerat.* Plura ſignificat in bellica tractatione. Primùm pro editiore ſumitur loco, unde Dux milites affatur. Iterum pro loco quolibet eminentiore, vel natura edito, vel arte & materia congeſtitia ſublato, delectoque ad munimentum, vel ad hoſtium offenſionem. Inprimis verò locum habet in re bellica pro editiore tumulo, ex quo fulminalia jaciuntur, & apud Antiquos miſſilia omnis generis. Suggeſtus vel ſuggeſta tormentaria dicimus item machinales aggeres vel tumulos fulminales. Italis *Batterie*, ubi collocatur tormentorum ſeries: *Cannoniera*. Vetuſtum eſſe inventum oſtenditur ex Vitruvio lib. 4. cap. 15. *Extollitur autem agger ex terra ligniſque contra murum, de quo tela jactantur.* Diſertiùs tamen de aggere machinali Tacit. lib. 4. Annal. *Sabinus obſidium cœpit per præſidia, quæ opportunè jam muniebat: dein foſſam loricamque contexens, quatuor millia paſſuum ambitu complexus eſt. Et ſtruebatur agger, unde ſaxa, haſtæ, ignes propinquum jam in hoſtem jacerentur.* Dicimus ſuggeſtus vel aggeres tormentarios editiores tumulos vallo foſſaque munitos, firmatoſque aſſeribus, & cratibus terra ſolidatis, ad uſum locandi ibi primùm, mox etiam explodendi majores fiſtulas pulverarias. Licet autem emiſſa inde tormenta nonnihil conferant ad dejectionem valli, nihilominus longè major ex illis percipitur fructus ex uſu vitiandi corrumpendique, aut certè compeſcendi oppidanorum muralia tormenta, & ſuburbanas præmunitiones decutiendi. Nam quod attinet ad ruinam propugnaculi, ad eam aperiendam aptiores ſunt cuniculi, quàm machinæ fulminales. Duo verò potiſſimùm præcipiuntur ejuſmodi ſuggeſtuum ſtructoribus; ut illos promoveant ad menſuram acceſſuum obſidionalium; utque minimum ab iiſdem diſtent acceſſibus, quò ſecuriores agant foſſores & milites in iiſdem obliquandis, ducendiſque propiùs urbem obſeſſam. Vide *Acceſſus*.

Summœnium, ii. Varroni locus eſt ſub urbis mœnibus. Unde ſummœnianæ mulieres apud Martialem, quæ ibi proſtabant ad quæſtum. Summœnianas munitiones dixeris, quæ ſub mœnibus arcium variæ conſtrui ſolent.

Sunt formidandæ Regum offenſæque minæque. Verſus Homeri proverbialis, quo indicatur cavendas eſſe offenſiones potentiorum, utpote qui

Digitized by Google

qui & indignari graviter, & graviſſimas pœnas repetere ſolent. Hoc eſt quod Ovidius dixit,

An neſcis longas Regibus eſſe manus?

Eandem ob cauſam Plautus, plumbeas iras Reges gerere, ideſt graviſſimas, affirmavit.

Suo gladio, suo telo. Parœmia, ut liquet, bellicæ originis, qua exprimimus eorum ſtultitiam, qui ſuopte dolo & artibus capiuntur; & in quorum damnum vertit, quod in aliorum ab ipſis perniciem eſt intentatum. Terent. Adelph. *Suo ſibi gladio hunc jugulo*. Cic. pro Cęcin. *Aut tuo, quemadmodum dicitur, gladio, aut noſtro defenſio tua conficiatur neceſſe eſt*. Simile quidpiam Ovidius habet in Epiſt. Heroid.

Remigiamque dedi, quo me fugiturus abiret;
Heu patior telis vulnera facta meis.

Suovetaurilia. Sacrificium erat militare ad exercitum copiaſque luſtrandas apud Romanos. Graphicè delineatum habetur in Columna Trajani. Invaluit, authore Feſto, ut paſſim ſcribatur *Solitaurilia*, conflata voce ex vetuſtiſſimo vocabulo *ſolum*, quod Antiquis erat *integrum*; & alia voce *taurus*, quæ apud Veteres denutabat partem illam, quæ per caſtratinnem exciditur. Indicabantur autem vocabulo integro Taurus, Verres, & Aries, quæ animalia erant integra, & non caſtrata, quorum erat uſus in iis ſacris; & diſtinguuntur a vervecibus & majalibus, quæ in eodem genere caſtrata ſunt animalia. Sic autem Feſtus: *Solitaurilia, hoſtiarum trium diverſi generis immolationem ſignificant, Tauri, Arietis, Verris, quod omnes ex ſolidi integrique ſint corporis; contrarii verveces, majaleſque, quia ſolum Oſcè totum & ſolidum ſignificat; unde tela quædam ſoliferrea vocatur, tota ferrea; & homo bonarum artium, ſolers; & quæ nulla parte luxata cavaque ſunt, ſolida nominantur*. Sed Feſtum falſitatis redarguunt vetuſti lapides apud Gruterum: quibus congruit locus Livii lib. 8. *Telo, ſuper quod ſtans Conſul precatus eſt, hoſtem potiri fas non eſt: ſi potiatur, Marti Suovetaurilibus piaculum fieri*. Sic enim ſcribi oportere, & non *ſolitaurilibus*, vetus codex & purgatiſſimus monet. Habes etiam ex verbis Livianis, id genus ſacrificii Marti ſingularem in modum fuiſſe adhibitum. Verùm latè de iis ſacris Halicarnaſſeus lib. 4. *Perfecto cenſu a Rege omnes cives juſſi ſunt armati adeſſe in Campo Martio: ibi inſtructos in ſua quenque centuria equites, pedites, velites, luſtravit Rex ſolitaurilibus. Hoſtiæ, taurus, aries & hircus, ter circumductæ circum exercitum, Marti mactatæ ſunt. Hoc modo etiam noſtra ætate poſt cenſum Romani luſtrantur a Magiſtratu ſanctiſſimo, quod luſtrum ſua voce nominant*. Coagmentari vocem *Suovetaurilia* a *ſue*, *ove*, & *tauro*, ſtatim vides. Plura de iiſdem ſacrificiis lege apud Fabrettum de Colum. Traj. cap. *6*.

Superjumentarii. Ut jumentarii jumentis, ſic jumentariis præſunt Superjumentarii. Præfecti proinde ſunt iis, qui jumenta curant. Sveton. in Claud. *Olim Superjumentarium ex induſtria ſibi oppoſitum*. Vide Caſaubonum ad eum Svetonii locum.

Supernumerarii, orum. Qui ſuper numerum uſitatum accedunt. Iidem erant ac Accenſi. Titulo tenus militiâ fungebantur, ſtipendiorum potiùs quàm laborum participes. Eos Svetonius appellat *Super numerum*, vel *Suprà numerum*. De ſupernumerariis Veget. lib. 2. cap. 19. *Deputabantur milites, qui vocantur Accenſi, hoc eſt poſtea additi, quàm fuiſſet legio completa, quos nunc Supernumerarios vocant*. Aliud verò genus Supernumerariorum in hanc ſententiam exponitur ab incerto Authore de rebus bellicis cap. de Relevando ſumptu militari, quem adducit Steuvechius ad memoratum locum Vegetii: *Quia nonnunquam bellorum ruina, aut faſtidia caſtrenſium munerum, deſerta militia de ſumma integritatis intercipit, tali remedio hujuſmodi damna ſupplenda ſunt. Scilicet, ut centeni aut quinquageni juniores extra hos, qui in matriculis continentur, habeantur in promptu, armis exerciti, & minori, utpote tirones, ſtipendio ſublevati, in locum amiſſorum, ſi res ita tulerit, ſubrogandi*.

Supernumerum, aliis Supranumerum conjunctim. Militiæ imaginariæ & honorariæ genus inſtitutum a Claudio. Sveton. in hujus vita: *Inſtituit & imaginariæ militiæ genus, quod vocatur ſupernumerum, quo abſentes & titulo tenus fungerentur*. Vide *Supernumerarii*.

Superſellium, ii. Quidquid ſtraguli equinis ſellis inſternitur. Charta Concilii Anglic. de Monachis. *Cum equitant, decentibus ſellis utantur, ac frenis, ac ſuperſelliis*.

Superſignum, i. Duo ſignificat in foro militari apud Scriptores lapſę Latinitatis. Primum quidquid ſaguli, faſciarum, aut inſtitarum ad ornamentum armis ſuperinduitur. Charta Alexandri IV. PP. ad Hoſpitalarios: *In bellis autem, ſive in prœliis utantur ſupellis, & aliis ſuperinſignibus militaribus, quæ ſint coloris rubei, in quibus etiam crux albi coloris ſit, in eorundem vexilli modum aſſuta*. Iterum vexilli nautici genus indicat. Sanutus lib. 2. part. 4. *Qualibet galearum, vel vaſculum ex prædictis ferat aliquod ſuperſignum, quale ſibi a dicta Capitanea impendetur*. Itali *Sopranſegna*. Bocc. Novel. 97. *Nè mai in alcun fatto d'arme andò, che egli altra ſopranſegna portaſſe*.

Superventores. Sic de illis Marcellin. *Tricesimani, decimique fortenſes, ſuperventores & præventores, cum Æmiliano jam Comite &c.* Quemadmodum verò ſuperventores globus erant a ſua acie ſeparatus, ſuperveniens ad vagos hoſtes infeſtandos; ita præventores, vel eos putaverim, qui in aggreſſione prævenirent hoſtes, vel qui ante alios locum caſtris caperent.

Superventus, us. Actus ipſe ſuperveniendi. Familiaris hæc vox Vegetio fuit. Sic enim habet lib. 3. cap. *6*. *Nam ambulantibus, interdum quidem a fronte, ſed frequentiùs a tergo ſuperventus infertur*. Ubi de hoſtibus ſcilicet ſupervenientibus loquitur. Et iterum lib. 4. cap. 26. *Anſeres quoque non minore ſolertia nocturnos ſuperventus clamoribus indicant*. Idem lib. 3. cap. 22. *Qui verò ſuperventus & ſubſeſſas inſidias paſſus eſt, culpam ſuam non poteſt excuſare*.

Suppedito, as. Pro ſubiicere pedibus, novitia ſignificatione utuntur Scriptores Latinobarbari. Villelmus Brito lib. 8. Philipp.

Omnes ſuppeditat victos victoria noſtra.

Rigordus an. 1180. *Rex Philippus, Domino miraculosè operante, Principes rebellantes omnes ſibi ſuppeditavit, & ad omnem voluntatem ejus faciendam potentiſſimè coegit*.

Suppetiæ, arum. Dicuntur a ſuppetendo; quo-

Vu niam

Digitized by Google

niam ſuppetuntur, ideſt ſufficiuntur, ſubminiſtrantur, ſuppeditantur. Cæſar lib. 12. *Nunciabantur auxilia magna equitatus oppidanis venire ſuppetias*. Suppetiæ, auxilia, & ſubſidia, confundi paſſim, p.·omiſcuèque accipi a Scriptoribus ſolent. Cæterum nonnihil hæ voces diſcrepant, ſi earum proprietas obſervetur. Auxilia nimirum non præſenti periculo aut neceſſitati ſuperveniunt, ſed copiæ ſunt, quæ ad exercitum complendum mittuntur a ſociis & fœderatis. Porrò auxiliorum nomine ſolæ indicantur copiæ militares, nullo autem pacto annona vel commeatus. Subſidia ſunt, quæ non ab exteris accerſuntur, ſed quæ ab univerſo exercitu ſeponuntur ad tempus, ut mox adſint, prœliumque redintegrent. Item nomine ſubſidiorum copiæ potius & bellatores, quam res cibaria vel tormentaria intelligitur, Suppetiæ autem ſunt acceſſiones omnis generis, recentium bellatorum, nitrati pulveris, armorum, rei cibariæ, univerſique bellici apparatus, quæ vel ad ſuſtinendam diutiùs obſidionem, vel ad hoſtem repellendum conferunt. Ad hunc modum prædicta diſtingui ex Livio, Cæſare, Polybio, & aliis colligit Alexander ab Alexand. Genial. lib. 4.

Suppetior, aris. Suppetias ferre, auxiliari. Apul. lib. 8. *At vobis facilè eſt ſuppetiari miſerrimo ſeni*.

Supplementum. Quid ſit docet Livius lib. 9. *In locum eorum ſubjecit quos ſecum ex Italia abduxerat; ſupplevitque ita eas legiones, ut ſingulæ ſena millia & ducenos pedites, trecenos haberent equites*. Cum enim ſæpe accideret milites aut affectos vulneribus, aut morbis præpeditos ſigna ſequi non poſſe, ne infrequentia militum ordines diſſolveret, aderant ſemper in caſtris, qui in demortuorum locum ſuccederent. Ejus ordinis milites aliis nominibus dicti Accenſi, Adſcriptitii, Adoptati, Tranſcripti. De ſupplementis verò Cæſar lib. 7. Bell. Gallic. *Per cauſam ſupplementi, equitatuſque cogendi ab exercitu diſcedit*.

Supplicatio. Non ſemel eſt a nobis obſervatum, nulla ferè rerum agendarum initia capere conſueviſſe Romanos, niſi ope, ut ipſi rebantur, Divina certis prius ceremoniis; atque formulis implorata. Inſtituti hujuſmodi memores erant inprimis, cum, aut juſtum bellum in exteras indicerent nationes, aut pro aris ſociſque, & ſolo patrio, ac Deorum templis dimicandum foret. Primùm autem omnium tunc temporis ſupplicationes edicebant. Peragebantur ejuſmodi ſupplicationes per univerſam Urbem, circa omnia templa, delubra, ſana, & pulvinaria Deorum. Præibat Pontifex Max. cum duumviris, quem Senatorii, & Patricii ordinis homines ſequebantur, cum conjugibus & liberis coronatis. Præcedebant item pueri ingenui virgineſque, lauream manu tenentes, & modulata voce certum carmen vel formulam concinentes, qua Deorum pacem & opitulationem ſolebant expoſcere. Horum rituum perpetua ferè habetur mentio apud Livium, ut nihil neceſſe ſit ex eodem exempla huc advocare. Quod autem ad ipſas ſupplicationes attinet, eaſdemque indicendi formulas, accipe illas ex eodem Livio lib. 30., ubi narrat, poſt prorogatum P. Scipioni imperium in Africa, Senatum decreviſſe, *ut ſupplicatio fieret, quòd is in Africam provinciam trajeciſſet; ut ea res ſalutaris populo Romano, ipſique Duci, atque exercitui eſſet*. Idem lib. 37. memorat, Conſulem vicenis majoribus hoſtiis ſacrificare juſſum, *Quod exercitus Romanus tum primum in Aſia caſtra poſuiſſet, ut ea res proſpera & læta eveniret*. Annibale verò a Carthagnienſibus ex Italia revocato, ut Scipioni obſiſteret, metu fortiſſimi Ducis, & experientia præteritarum cladium perterritus Senatus decrevit, *Ut quinque dies circa omnia pulvinaria ſupplicaretur, victimæque majores immolarentur CXX*.

2. Sed & rebus feliciter geſtis ſupplicationes habitæ in gratiarum actionem. Poſt rerum lætarum nuncios acceptos ex Ætolia, in triduum decretam ſupplicationem tradit Livius lib. 35. Idem lib. 27. ſic loquitur de Senatu: *Quòd M. Livius, & C. Claudius Coſſ. incolumi exercitu Ducem hoſtium, legioneſque occidiſſent, ſupplicationem in triduum decrevit*. Fuit etiam ſupplicatio triumphi prærogativa. Nam Romani Duces, quibus feliciter armorum ceſſiſſet adminiſtratio, inter præmia victoriarum, aut Imperii propagati, indictam inprimis a Senatu ſupplicationem retulerunt. Enimverò inter decora & honorifica ornamenta, quæ petere ſolebant, ea numerabantur potiſſimum, abſentibus quidem nomen Imperatoris & ſupplicatio, præſentibus verò triumphus. Decernebatur autem victoribus ſupplicatio, eodem ferè tempore, quo iiſdem concedebatur nomen Imperatoris: utrunque verò obtinebant, miſſis ad Senatum, poſt res benè geſtas, Lictoribus laureatis, cum laureatis etiam litteris, quibus utriuſque honoris prærogativam ab eodem ordine poſtularent. Supplicationis pompa in eo vertebatur, ut Senatus ſumma celebritate inviſeret Deorum templa, ibique ſacrificaret, daretque publicè epulum. Eos dies populus feſtos agebat, referebatque Diis gratias pro læto rerum præſentium ſtatu, & ſpe majorum victoriarum, pro quibus vota nuncupabat, Deoſque, conſtitutis e Veterum religione ritibus, placatum ibat. Et antiquitùs quidem ad unum vel alterum diem, aut certè pauciſſimos ſupplicatio indicta. Certè M. Valerio, & M. Horatio Conſulibus in unum olim diem decreta ſupplicatio poſt devictos Sabinos. Camillus autem in quatriduum ſupplicationem obtinuit. Prorogata poſtmodum ſpatia temporis; & habita ratio tum proſperitatis lætitiæque ſucceſſuum militarium, tum dignitatis atque promeritorum ſupplicationis prærogativam a Senatu poſtulantium. Siquidem Julio Cæſari Gallicum bellum adminiſtranti decreta eſt ſupplicatio ad dies quindecim. Bruto verò ob rem benè geſtam in bello Mutinenſi adversùs Antonium; atque adeo Octavio, Ciceronis authoritate ſuaſuque, ob lætos nuncios victoriarum, ad dies omninò quinquaginta, quod ante illos nemini contigit, ſupplicationis ſpatia producta ſunt a Senatu. Quibus autem formulis decerneretur ſupplicatio ex Livio eſt eruendum, cuſtode optimo atque præcone Romanorum rituum, & multò maxime ad religionem ſpectantium. Ea verò inprimis occurrit formula petendæ ſupplicationis lib. 39. *Ut ob rem benè geſtam Diis Immortalibus honorem haberi juberent; & ut ſibi triumphanti Urbem ingredi, victoremque exercitum deportare liceret*. Conceſſæ verò ſupplicationis ea ibidem legitur formula: *Ut pro Republica fortiter fideliterque adminiſtrata, & Diis Immor-*

mortalibus haberetur honos, & ipſis triumphantibus Vrbem inire liceret. Simile quidpiam legitur lib. 39. *M. Fulvius Proconſul ex Ætolia rediit; iſque cum ad Ædem Apollinis in Senatu de rebus in Ætolia, Cephaleniaque ab ſe geſtis diſſeruiſſet, petiit a Patribus, ut æquum cenſerent ob Rempublicam benè ac feliciter geſtam, & Diis Immortalibus honorem haberi jubere, & ſibi triumphum decernere.* Idem lib. 40. *Petierunt ab Senatu primùm, ut ob res proſperè geſtas Diis Immortalibus honos haberetur: deinde ut Fulvio decedenti de provincia deportare inde exercitum, cujus forti opera & ipſe & multi ante eum Prætores uſi eſſent, liceret.*

3. Sed & aliarum ſupplicationum, ſive precationum exempla pro re nata locoque ubertim nobis ſuppeditant Romani. Accipe illa de Scipione in Africam trajecturo ex Silio lib. 15.

prima ſtans Scipio puppe profatur:
Dive, tridente potens, cujus maria ire per alta
Ordimur, ſi juſta paro, decurrere claſſi
Da, Pater, & noſtros ne ſperne juvare labores;
Per pontum pia bella vebo.

Eadem Scipionis ſolemnis precatio per formulam ſupplicariam in hæc verba refertur a Livio lib. 29. *Divi, Divæque, qui maria terraſque colitis, vos precor quæſoque, uti, quæ in meo imperio geſta ſunt, geruntur, poſtque gerentur, ea mihi, populo, plebique Romanæ, ſociis, nominique Latino, qui populi Romani, quique meam ſectam, imperium, auſpiciumque terra, mari, amnibuſque ſequuntur, bene vertundo æque vos omnia bene juvetis, bonis auctibus auxitis, ſalvos incolumeſque victis perduellibus, victores ſpoliis decoratos, præda onuſtos, triumphanteſque mecum domos reduces ſiſtatis: inimicorum, hoſtiumque ulciſcendorum copiam faxitis: quæque populus Carthaginienſis in civitatem noſtram facere molitus eſt, ea ut mibi populoque Romano in civitatem Carthaginienſium exempla edendi facultatem detis.* Juvat etiam adſcribere precationem Spurii Poſthumii Conſulis; cum ſe hoſtibus dederet ex conſenſu Senatus poſt pacem ad Caudinas furculas ignominioſè cum hoſtibus conglutinatam. Ejus autem precationis formula ſic legitur apud Livium lib. 9. *Vos Dii Immortales precor quæſoque, ſi vobis non fuit cordi Sp. Poſthumium. T. Veturium Coſſ. cum Samnitibus proſperè bellum gerere, aut vos ſatis habeatis vidiſſe nos ſub jugum miſſos, vidiſſe ſponſione infami obligatos, videre nudos vinctoſque hoſtibus deditos, omnem iram hoſtium noſtris capitibus excipientes, novos Coſſ. legioneſque Romanas ita cum Samnitibus bellum gerere, ut omnia ante nos Coſſ. bella geſta ſunt.* Vide plura de ſupplicationibus apud Briſſonium de Formulis lib. 2. apud Roſin. Roman. Antiqq. lib. 10. cap. 28. Alexand. ab Alexand. lib. 5. cap. 27. Repete verò multa, quæ nos collocavimus in Titulo *Religio*. Quanti verò referat, imò quantum conferat in univerſum, a precatione & advocato Cælitum auxilio rerum agendarum initia capere, condiſce, Lector, ex profano etiam Scriptore, Plinio nimirum, cujus illa ſunt notatu digniſſima in Paneg. ad Trajanum: *Benè ac ſapienter Patres C. majores inſtituerunt, ut rerum agendarum, ita dicendi initium a precationibus capere: quod nihil ritè nihilque providenter homines ſine Deorum immortalium ope, conſilio, honore auſpicarentur.*

Supplices. Non eſt dubium, ut optimè advertit Voſſius, ſupplices dici a plicando, quoniam manibus plicatis, vel complicatis orantes ſubmittunt ſeſe judici, vel victori. Et quoniam ita ſupplicantes, nec interdum impetrantes delicti veniam, aut commiſerationem miſeriæ, puniri ſolent, idcircò ſupplicium duplicem habet ſignificationem apud Latinos: frequenter enim precationem, frequentiùs tamen pœnam ſignificat. Inductus proinde in errorem Agretius ita ſcribens: *Supplicia de tormentis dicimus; ſupplicationes de precibus Divinis.* Ut enim prætercam Plautum & Afranium, quibus ſupplicium fuit ſupplicatio ſeu precatio, apertiùs contra eum Grammaticum facit locus Saluſtii in Catil. *Non votis, neque ſuppliciis muliebribus auxilia Deorum parantur.* In bello captos, juſto ſuperatos certamine, obſeſſos redactos in poteſtatem, fœminas, puerosque expugnatarum urbium, nec raro Sacerdotes ipſos, & primarios Magiſtratus, ſupplices deprecari victorum iram, apud Scriptores veteres legimus frequentiſſimè. Inter præcipuos verò ſupplicantium ritus, is erat, ut ad victorum pedes provoluti eorum genua apprehenderent, mentoque manum ſupponerent. Multa nos de hoc ritu in dictione *Genua tangere*. Manus etiam porrigebant, & quidem inermes nudaſque. Vide Titulum *Dextras tendere*. Præferebantur etiam a ſupplicibus & pacem petentibus oleę in manibus; iique rami vittis, laneis nimirum quibuſdam vinculis vel tæniis erant obvoluti. Virgilius lib. 7.

ne temne quod ultrò
Præferimus manibus vittas, ac verba precantum.

Et clariùs lib. 8.

Optime Grajugenum, cui me fortuna precari,
Et vitta comptos voluit prætendere ramos.

Ut enim optimè advertit Carolus Paſchal. lib. 5. Coronar. cap. 15. olea & lana per quandam ſocietatem junguntur, cum utraque ſit pacis ſymbolum. Idem indicavit Juſtinus lib. 2. *Primi Athenienſes lanificii & olei, & vini uſum novere: quibus ſcilicet omnibus homines fruuntur in pace.* Addo naturam ipſam atque materiam lanæ, quæ molliſſima attrectatu eſt, & in omnem partem facilè ductilis, ſymbolum eſſe admodum idoneum, ac veluti typum, quo victores doceantur, depoſita omni duritia, minimùm inſoleſcere per victoriam, mitiùſque ſeſe cum victis & humaniter gerere. Olea verò aptiſſimum pacis ſymbolum ſemper eſt judicata, ſupplicumque geſtamen. Virgil. lib. 8.

Paciferæque manu ramum prætendit olivæ.

Statius 2. Theb.

ramumque precantis olivæ
Abiicit.

Et lib. 12.

Ipſe manu ramoſque oleæ, vittaſque precantes
Tradit.

Ipſa verò olea & ejus ramuli appoſitè geſtari ſoliti a pacem poſtulantibus, quoniam ejus arboris fructus molliſſimum liquorem pariunt, & cum placido quodam levore adhæreſcentem. Idem ſeſe mirifice inſinuat, & ſuaviter, quibus apprehenditur, inoleſcit. Blandè igitur omnia per-

vadens liquor dulciſſimus optimè aſſumitur in argumentum ejus nexus ac veluti glutini, quo diſſidentes animi pace & concordia conciliantur. Quod autem ad vittas attinet, non deſunt qui eaſdem exponant genus lanei coronamenti, quo moris eſſet ſupplicum frontes vinciri. Adjuvat horum conjecturam frequens locutio Græcorum Scriptorum, qui Latinorum vittas coronas appellant. Memorantur etiam infulæ, & velamenta, quæ etiam ab iiſdem ad coronas & capitis vinculum referuntur. Nihilominus Cerda in 7. Æneid. ad horum ſententiam ſubruendam validè multis eruditèque contendit. Vittas igitur, infulas, velamenta, atque ipſas, ſi Deo placet, coronas neutiquam ad ſupplicum frontem, verùm ad eorum manus colligandas pertinere ſtatuit. Adducit inter alia diſertiſſimum teſtimonium ſcholiaſtæ Euripidis in Oreſte: *Mos fuit apud Veteres, ut ſupplicaturi ferrent in manibus coronam aut lauri aut olivæ*. Obductas autem coronas illas oleaginas laneis vinculis ſive tęniis, quæ ſupplicum manus adſtringerent, idem Cerda interpretatur, ratus capita coronata minimum facere ad ſupplicum habitum; ſed potiùs præligatas manus iiſdem congruere.

2. Verùm his præteritis ad alia gradum facio, quibus deſcribitur apud Veteres ſupplicum habitus: ubi tamen prius adnotavero illud extitiſſe diſcrimen inter captivos ſupplices, & ſupplices non captivos, ut hi quidem vinctas efferrent ac protenderent manus, non verò detortas poſt terga, quod peculiare captivorum fuit. Sic Virgil. lib. 2. Æneid. de Sinone captivum imitante & mentiente:

Ecce manus juvenem interea poſt terga revinctum
Paſtores magno ad Regem clamore trahebant
Dardanidæ.

Horat. lib. 3. Od. 5.

vidi ego civium
Retorta tergo brachia libero.

Jam verò ad habitus ſupplicum inprimia faciebant ſoluti crines & promiſſum capillitium. Item facies pectuſque palmis pugniſque verberatum: nec non veſtis ſordida, barbaque inculta, pepli geſtamen, & flebilis vociferatio. Oſtendunt hæc omnia ſequentes loci. Virgil. 2. Æneid.

Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades paſſis, peplumque ferebant
Suppliciter triſtes, & tunſæ pectora palmis.

Liv. lib. 35. *Admoniti propinqui amicique, & qui ejuſdem factionis erant, liberos & conjugem ejus cum ſordida veſte, tenentes velamenta ſupplicum, concionem frequentem adire jubent*. Et lib. 44. *Sordidati barbâ & capillo promiſſo cum ramis oleæ ingreſſi curiam, procubuerunt*. Ut hactenus dicta mittam in compendium, ſatis fuerit expendere unius Priami Trojæ Regis Achillem ſupplicantis conditionem miſerrimam. Spectaculum illud potentiſſimi Regis e ſummo loco dejecti, & ad infeſtiſſimi Ducis pedes provoluti omnium, ac præcipuè Græcorum Scriptorum calamos exercuit. Sic autem primus omnium Homerus:

Manibus Achillis accepit genua, & oſculatus eſt manus
Graves homicidas, quæ ei multos interfecerunt filios.

Horat. Epod. Od. 17.

Unxere matres Iliæ addictum feris
Alitibus, atque canibus homicidam Hectorem,
Poſtquam relictis mœnibus Rex procidit
Heu pervicacis ad pedes Achillei.

Dyctis Creten. lib. 3. Bell. Trojan. *Priamus lugubri veſte miſerabilè tectus, cui dolor, non decus regium, non ullam tanti nominis ac famæ ſpeciem reliquam fecerat, manibus vultuque ſupplicibus ad Achillem venit*. Senec. 2. de Ir. cap. 33. *Quid ille Priamus? Non diſſimulavit iram, & Regis genua complexus eſt: funeſtam perfuſamque cruore filii manum ad os ſuum retulit*. Caſſiodorus lib. 2. Var. Epiſt. *Priamus quanto pretio ſepeliendum Hectorem redemit? Rogavit furentem, ſupplicavit armato*.

3. Sed & de jure ſupplicum ut aliquid ſubiiciam monet Virgilius lib. 2. Æneid.

ſed jura fidemque
Supplicis erubuit.

Ad ejus violationem juris retulit Lucianus Deucalionis diluvium: *Neque juſiurandum obſervabant, neque hoſpites ſuſcipiebant, neque ſupplicum miſerebantur; quamobrem magna in illos pervenit calamitas*. Notandum eſt cum Joan. Spond. ſupplices ab Homero dici αἰδοίους, ideſt venerandos. Sic enim apud eundem Lycaon ſupplex Achillem alloquitur:

Genua tua tango, Achilles, tu autem
Me venerare & mei miſerere,
O generoſe, loco tibi ſum ſupplicis venerandi.

Adnotare hìc etiam cum Budæo libet, venerationem hìc explicare veniam & commiſerationem atque clementiam eorum, ad quos ſupplices confugiunt. Id expreſſit Euripides in illis verbis Hecubæ ad Agamemnonem: *Verere me, miſerere noſtrûm*. Ubi *verere* dixit quaſi ſine exorari. Juxtà hanc etiam uſurpationem templum dicitur venerabile, quoniam ibi venia obtinetur. Et plane non multum arridet eorum ſententia, qui etymon verbi *venerari* trahunt a Venere, tanquam propriè dicatur de iis, qui Veneri ſacrificant, ut inter alios exiſtimavit Julius Scaliger. Malim deduci potius a venia, ſive ſit ſimplex derivatum, ſive potius ſit compoſitum ex *venia*, & *oro*, ut contendit Feſti Epitomator.

4. Ex communi porrò ſupplicum ritu olim fuit in terram procumbere, demiſſoque & pulvere conſperſo capite, victi ac dedititii animum induere & præſeferre. Stat. 6.

ſqualentiaque ora
Sparſus & incultam ferali pulvere barbam,

Valer. Flacc. 3. Argon.

multâque comas deformat arenâ.

Ejus moris meminere ſæpius Euripides, Heliodorus, aliique Scriptores Græci. De Achille autem Homerus Iliad. 18.

tum pronus aduſtum
Corripiens manibus cinerem, nigramque favillam
Inſpergit capiti, & faciem fœdavit honeſtam.

Et iterum in Odiſſ. de Ulyſſe ſupplice ad Alcinoum:

Tum Rex Alcinous parens erexit Ulyſſem
Inſignem facibus belli, clarumque ſub armis
Conſilio & cinere exceptum ſuper alta locavit
Scamna throni nitidi.

Et paulò ante de eodem Ulyſſe:

O Rex Alcinoe: en tibi ſtratus ſupplicat hoſpes:
Non decet ut lapſus jaceat ſub pulvere denſo

Pro-

Procumbens.

De eodem ritu Liv. Dec. 1. lib. 3. *Stratæ paſſim matres crinibus templa verrentes veniam irarum cæleſtium expoſcunt*. Hebræis verò ea conſuetudo admodum familiaris,ut ab illis ad alios populos propagatam illam vix dubitem. Teſtimonia ex ſacris literis affatim ſuppetunt: Accipe de multis paucula: Iſai. cap. 47. *Sede in pulvere virgo filia Babylon*: hoc eſt cinere & ſordibus obſita indue formam ſupplicis & captivæ. Et pſalm 43. *Humiliata eſt in pulvere anima noſtra, conglutinatus eſt in terra venter noſter*. Et pſalm. 112. *Suſcitans a terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem*. Nobiliſſimum autem illud pſalm. 71. *Coram illo procident Æthiopes, & inimici ejus terram lingent*. Vetuſtiſſimum porrò etiam apud Romanos eum fuiſſe ritum, & quidem ab Etruſcis acceptum indicat Virgilius l. 10.

Caniciem immundo deformat pulvere.

Ubi tamen pulveris conſperſio non habitum ſupplicis, ſed triſtitia & mœrore luctuque contabeſcentis Mezentii ob filii mortem, exprimit ægritudinem.

5. Græcorum inprimis peculiare fuiſſe geſtare oleas, cum oratum ſupplicatumque venirent tradit Liv. Dec. 3. lib. 9. *Decem legati Locrenſium obſiti ſqualore & ſordibus, in Comitio ſedentibus Conſulibus, velamenta ſupplicum, ramos oleæ, ut Græcis mos eſt, porrigentes ante tribunal, cum flebili vociferatione humi procubuerunt*. Idem Hiſtoricus Dec. 5. lib. 5. etiam Rhodiis eum ritum adſcribit: *Secundùm talem orationem univerſi procidèrunt, ramoſque oleæ ſupplices jactaverunt*. Ego verò hanc etiam fuiſſe cauſam reputaverim, cur Chriſtus Dominus frequenter ageret in monte Olivarum, ut oſtenderet repudiata Judæorum ſuperbia & arrogantia, ſtabiliturum ſe ſuum eſſe regnum, Divinæque miſericordiæ perennes quaſi rivulos diffuſurum in ſubjectarum capita gentium, quibuſcum ſempiterni fœderis paciſque nexum firmaret. Nec in aliam ſententiam trahit Martinus de Roa ſingular. lib.4. cap.5. verba illa Zachariæ 14. *Egredietur Dominus, & præliabitur contra gentes, ſicut præliatus eſt in die certaminis, & ſtabunt pedes ejus in die illa ſuper montem olivarum*. Ideſt temeritatem & pervicaciam Ethnicæ ſuperſtitionis affliget & conteret; ſtabile autem collocabit domicilium apud eos,qui ſponte ſe dederint divinęque doctrinę ſuę jugo ultrò ſe avideque ſubmiſerint. Cum verò ex eodem Olivarum monte ad cœleſte regnum & dexteram Patris aſcendit,plane teſtificatus eſt ſancitum a ſe fœdus pacemque conciliatam cum humano genere, aſſerto ab infeſtorum ſpirituum ſervitute: quemadmodum emiſſa olim ex Arcæ carceribus columba, cum oleagino rediit ramo, nuncia ſcilicet ſedatę Divinę indignationis, & in ſereniſſimam faciem compoſitæ rerum univerſitatis poſt diuturnas aquarum alluviones. Docemur porrò a Xenophonte l. 2. aliam quoqua rationem a Perſis initam ſupplicandi profitendique obſequii. Occultabant nimirum manus intra veſtium manicas. Certè Cyrus obtruncari juſſit Antobiſacem & Mitræum, quoniam ſibi occurrentes non contraxiſſent manus intra manicas, quod publicum eſt quaſi teſtimonium propriæ imbecillitatis: qui enim manus abſcondit, negat quidpiam audere ſe poſſe. Eam porrò conſuetudinem vigere etiamnum apud Sinenſes populos perhibent monumenta, quæ habemus de rebus Sinicis. Poſtremò etiam monachi, & auſterioris vitæ cultores in ſeptis religioſis ſubmiſſionem ſuam animique dejectionem palam profiteri ſolent receptis coercitiſque manibus intra manicas, & ad eum modum inflexo capite obvios quoſque ſalutantes. Accipe demum habitum ærumnoſi ſupplicis ſic adumbratum a Seneca Troad. Act. 3, in Aſtyanacte, quem mater Andromacha eductum ex tumulo Hectoris captivum Ulyſſi tradit:

ſubmitte manus,
Dominique pedes ſupplice dextra
Stratus adora; nec turpe puta,
Quidquid miſeros fortuna jubet.
Pone ex animo Reges atavos,
Magnique ſenis jura per omnes
Inclyta terras: excidat Hector.
Gere captivum.

Supplicia militaria. Vide *Pœnæ militares*.

Suprajunctarii, orum. Magnæ erat authoritatis magiſtratus in regno Aragoniæ, pręcipuè ad educendos oppidanos armatos adversùs graſſatores & itinera infeſtantes. De horum munere multa habet Cangius ex Charta Iacobi II. Regis Aragoniæ. Vide *Juncta*.

Sus, is. Bellica machina apud Henricum Roſlam in Herlingsberga:

Non hic unigena fabricatur machina: nomen
Hæc Librilla tenet, quaſi ſaxea pōdera librans;
Obtinet illa Suis; ſed Hirūdinis hæc: ſtat Aſelli
Illa vocata notâ.

Rigordus an. 1202. *Erectis petrariis, & mangonellis, & turre ambulatoria, ſueque lignea, acerrimè caſtrum impugnari cœpit*. Sed prolixior ejus machinæ deſcriptio extat apud Villelmum Malmesbur. lib.4. Hiſt. *Unum fuit machinamentum, quod noſtri ſuem, Veteres vineam vocant, quod machina levibus lignis colligatâ, tecta, tabulis, cratibuſque contexto, lateribus, crudis coriis communitis, protegit in ſe ſubſidentes, qui quaſi more ſuis ad murorum ſuffodienda penetrant fundamenta*.

Sus tubam audivit. Suidæ ſenarius eſt:

Aſinus lyram, ſus audiit ſtolidus tubam.

In eos quadrat adagium hoc militare, qui nihil commoventur præclaris rebus & laudibus aliorum, quas audiunt, quippe illas nec ſatis intelligunt: quemadmodum equi mirificè ad pugnandum incitantur tubarum ſonitu; ſed nulli illarum clangores animare poſſunt ad pugnam ſuem ſtolidum ignavumque.

Suspendium. Vulgatum olim apud plurimas nationes atque adeo Romanos genus ſupplicii fuit. Animadverti autem eo præcipue animadverſum in deſertores & proditores. Id pœnæ genus utpote fœdiſſimum & atrociſſimum Homerus impuram mortem, Virgilius informe lethum nominavit. Extat apud Livium formula terribilis ejus pœnæ inferendæ: *I, lictor, colliga manus: caput obnubito: infelici arbori ſuſpendito*. Abolitum verò poſtea & antiquatum apud Romanos ſuſpendendi ritum docet Cicero pro Cajo Rabirio: *Namque hæc tua, quæ te hominem clementem popularemque delectant, I, lictor, colliga manus, quæ non modò hujus libertatis manſuetudiniſque non ſunt, ſed ne Romuli quidem, aut Numæ Pompilii, ſed Tarquinii ſuperbiſſimi atque crudeliſſimi regis iſta ſunt cruciatus carmina*

quæ

Digitized by Google

quæ tu homo lenis & popularis libentiſſimè commemoras: Caput obnubito, infelici arbori ſuſpendito. Quæ verba, Quirites, jampridem in hac Republica, non ſolum tenebris vetuſtatis, verum etiam luce libertatis oppreſſa ſunt. Idem Verrin. 6. crimini vertit Verri, quod cives Romanos obvoluto capite ad laqueum adduceret. Ignominioſum id ſupplicii genus, & infamię nota, qua eodem mulctati laborabant, effecit, ut coacti, velatis oculis & cooperto capite, retorto etiam collo, quaſi reluctantes ad illud ſubeundum rei ducerentur. Memoratus verò ritus velandi caput familiaris erat Romanis in quolibet obeundo capitali vel luctuoſo munere. Quod etiam hodie a cultis nationibus partim obſervatur, præcipuè in morte & parentalibus mortuorum, quæ pulla veſte atrati incedentes concelebramus. Pompejus Magnus a plebejo ſatellite feriendus in Ægypto, obvoluto capite, ut decorum in ipſa morte ſervaret, ad excipiendum ictum ſe comparat apud Lucanum lib. 8.

ut vidit cominùs enſes
Involvit vultus, atque indignatus apertum
Fortunæ præbere caput, tunc lumina preſſit
Continuitque animam, ne quas effundere voces
Poſſet, & æternam fletu corrumpere famam.

Elatores etiam funerum, ut immenſum dolorem palàm oſtenderent, obvoluto capite pheretrum ſubibant. Perſ. Satyr. 3.

at illum
Heſterni capite induto ſubiere Quirites.

Eundem ritum obſervatum fuiſſe ab iis, qui ſe pro patria Diis Manibus devovebant, Cicero aliique docent. In re triſti & ignominioſa obvelatum caput aliorum aſpectui ſubducere moris antiqui fuiſſe diſcimus ex Hiſtoria Sacra. Eſther c. 6. *Reverſuſque eſt Mardochæus ad januam palatii; & Aman feſtinavit ire in domum ſuam lugens & operto capite.* Intermiſſa diu ſuſpendii pœna in exercitu & caſtris fuit: poſtea reſtituta; eademque uſurpata frequentiſſimè, ut paſſim doceri potes apud omnes Hiſtoricos. Witechindus lib. 3. *Tres Duces gentis Hungariæ capti, Ducique Henrico præſentati, mala morte, ut digni erant, mulctati, ſuſpendio namque crepuerunt.* Victorinus in Maximiano Cæſare: *Maximianus Herculius a Conſtantino apud Maſſiliam obſeſſus, deinde captus, pœnas mortis genero poſtremo, fractis laqueo cervicibus luit.*

Suta, orum. Occurrunt apud Stat. Theb. l. 3.

Hi teretes galeas, magnorumque ærea ſuta
Thoracum.

Thoraces ſunt non toti ferrei, ſed ferreis circulis ſive hamulis quaſi conſuti, vel colligati. Idem lib. 4. ita ſe magis explicat:

ter inſuto ſervant ingentia ferro
Pectora.

Sutilia tormenta. Vide *Bombarda*.

Sybaritica calamitas. Inter adagia refertur a Stephano. Monemur autem, Numinis, & Divorum cultum nunquam eſſe deſerendum. Sybaritæ ſiquidem, qui otio & deliciis affluentiſſimi primùm erant, abdicata poſtea Deorum reverentia, in tot calamitates, ab acerbiſſimis hoſtibus bello domiti inciderunt, ut nihil illis eſſet contemptius. Oraculum autem de Sybaritis ſic refertur ex Græco:

Felix omninò felix Sybarita futurus
Dum rebus lætis venerabere numina Divûm;
At ſimul atque illis mortalis homo anteferetur,
Tū veniet bellumque ſibi atque domeſtica turba

Symbola Heroica. Vulgo *Impreſe d'Armi, e d'Amore*. Vide *Inſignia*.

Symmetria. Latinè eſt menſura quædam & modulatio. Vitruv. lib. 3. cap. 1. *Ædium compoſitio conſtat ex ſymmetria.* Quoniam verò Plin. lib. 34. cap. 8. ſcripſit: *Non habet Latinum nomen ſymmetria*: Grammatici in illum feroculè inſurgunt, & ex Vitruvio parem vocem & candidiſſimam proferunt commenſum. Sic autem ſcribit Vitruvius lib. 3. cap. 1. *Ut etiam in operum perfectionibus, ſingulorum membrorum ad univerſam figuræ ſpeciem habeat commenſus exactionem.* Et ſanè miror, cum vocem tam idoneam habuerit Latium, perrarò eandem a Latinis Scriptoribus fuiſſe uſurpatam. Competentiam minus feliciter vertit Gellius lib. 1. *Comprehenſa autem menſura Herculani pedis, ſecundum debitam membrorum omnium competentiam, modificatus eſt.* Optime Philander in Vitruvium Symmetriam ait eſſe partium ad partes, & univerſum corpus reſponſum, & conſtare certo partium numero, quas ſi minueris, aut auxeris, perire concinnitatem oportet. Equidem non inficior, in ſtructuris & machinis bellicis non tam ornatus atque commenſus ad ſpeciem, quàm firmitatis rationem eſſe ducendam. Peccatum verò palmari piaculo in hoc ſane fuit a nonnullis Architectis, qui concinnitatis nimis religioſè ſtudioſi parum validas cæteroqui urbes moliti ſunt: quod ſuo magno malo poſtea intellexerunt. Meritò hoc genus ab Agide irriſum tradit Plutarchus. Cum enim ille urbis Corinthiæ muros vidiſſet eleganter & venuſtiſſimè exædificatos, in cachinnum effuſus. *Qui*, inquit, *ſunt hos muros incolentes mulieres?* acutè ſalsèque taxans atque ſugillans impendio delicatam operam Architectorum, qui formoſa magis & elegantia, quàm valida & adverſùs vim hoſtilem corroborata mœnia ſtruxerint. Nihilominus Architecti militares periti expertique non ita communitas arces extruere curant, ut eurythmię & ſymmetrię immemores ſpeciem etiam quandam ornatumque deſpiciant.

Syncretismus. A Cretenſi populo, ut vox ipſa ſonat, compacta vox. Reddas *Cretenſium conjunctio*. Vim habet ſententiæ proverbialis, notatque populos prius diſſidentes, repente in concordiam redire, & ſociari adverſus tertium communem hoſtem. Exempla ubique hiſtoriæ ſufficiunt. Curt. l. 9. *Inde ventum eſt in regionem Oxydracarum, Mallorumque, quos aliàs bellare inter ſe ſolitos, tunc periculi ſocietas junxerat.* Ortum dixi adagium à Cretenſibus. Plutarch. de Fratern. Charit. *Cretenſium exemplum ſequutos, qui cum frequenter bello inteſtino inter ſe pugnarent, invadentibus aliunde hoſtibus, amiſſâ contentione conjuncti ſunt, atque id erat, quem illi Syncretiſmum apellabant.* Similis eſt parœmia, quę refertur ab Ariſt. l. 1. Rhet. *Conciliant homines mala.*

Syngyptæ, arum. Occurrunt apud Heronem pro parte Teſtudinis Arietariæ, quæ ſic explicatur a Barocio ibidem: *Syngyptæ ſunt ligna curva, cujuſmodi ſunt ea, ex quibus navium carina conſtruitur. Ex hujuſmodi autem lignis conſtruitur etiam dorſum Teſtudinum, cum depreſſiores eas facere volumus.*

T Lit-

Digitized by Google

T

T Litera. Hac elementari nota adnotabantur ſuperſtites in matriculis, ſive nomenclatura militum, quemadmodum litera θ notabantur vitâ functi. Iſidorus lib. 1. cujus locum retulimus in titulo *A litera*.

Tabellariæ naves. Quæ claſſis adventum prænunciant. Occurrunt apud Seneeam Epiſt. 77. *Subito nobis hodie Alexandrinæ naves apparuerunt, quæ præmitti ſolent & nunciare ſecuturæ claſſis adventum: Tabellarias vocant*.

Taberna, æ. Inter alia indicat tectum eaſtrenſe, quod huc illuc transferri ſolet. Vide *Tabernaculum*.

Tabernaculum, i. Vox ferè militaris. Tectum ſive manſio ſubitaria, ex trabibus, pellibus, velis, palis, frondibus, ramalibus, vel ſtragulis conſtans, ad arcendos nimios ealores, & ad præſidium adversùs imbres, & aeris inclementiam. Horum uſus in caſtris: nam huc illuc transferuntur, ubi movenda ſunt, & aliò eſt commigrandum. Nomen inditum a Taberna. Hæc autem juxta Donatum quaſi Traberna dicitur, a validioribus trabibus, quibus ſuperiora teguntur. Sed verius a tabulis appellatur, ut docent Feſtus & Iſidorus; ac primò quidem Tabulerna, mox per ſyncopen Taberna dicta eſt. Sunt autem tabernæ ædiculæ parvæ, & ſimplices tabulis & lignis conſtructæ. Migravit poſtea hoc vocabulum ad officinas rerum venalium, quæ ſunt ex uſu populari. Hinc taberna caſearia, vinaria, piſtoria, aliæque hujus generis. Cauponia taberna, quæ *Oſteria* paſſim ab Italis nuncupatur, Neapoli apud vulgus *Taverna* vocatur, Exinde tabernariæ dieuntur Veterum ſabulæ, quæ pertinebant ad humilis fortunæ homines, ſellularios & inſtitores, qui in tabernis merces venditabant. Quam ob cauſam in his infimi loci perſonæ inducebantur, lenones, ſcorta, nepotes, fæx opificum; quibus enormis erat licentia, actio turpis, oratio laſcivior. Ideò cum tunieis ferè ſolùm, quæ popularis erat veſtis, agebantur. Maluerunt tamen illas a tabernis tabernarias, quàm a tunicis dicere tunicatas. Quadratam verò fuiſſe tabernaculorum formam apud Romanos coniicimus ex Columna Trajani, ut videre eſt apud Fabrettum cap. 7. prolatis ex eadem columna tabernaculorum deformationibus. Eadem ita componebantur, ut reduci attollique facilè poſſent. Hinc apud Lampridium legimus, Severum Alexandrum apertis papilionibus cœnare ſolitum. De Alexandro Magno refert Curtius lib. 3. allevaſſe ſæpius tabernaculi pelles, ut ignes hoſtium poſſet conſpiccre.

2. Statuis fultum & exornatum Alexandri Magni legimus tabernaculum apud Plin. lib. 34. cap. 8. Ælianus Alexandri tabernaculum capax fuiſſe ſpatii centum menſarum, & quinquaginta columnis aureis ſuſtentatum, tradidit Var. Hiſt. lib. 9. cap. 3. Mos verò opere picturato, vel Phrygiis texturis exornandi tabernacula militaria facilè fluxit a conopeis nuptialibus, quæ antiquitùs multis figurarum emblematis depingebantur. Satis vetuſtum ejus rei exemplum habemus apud Catullum in Nuptiis Pelei & Thetidos, ubi deſcribitur pulvinar, ſeu nuptiale tentorium novis exeitatum ſponſis. Ibi inter alia Ariadnæ & Theſei fabula erat expreſſa:

Pulvinar verò Divæ geniale locatur
Sedibus in mediis, Indo quod dente politum
Tincta tegit roſeo conchylis purpura fuco.
Hæc veſtis priſcis hominum variata figuris,
Heroum mira virtutes indicat arte.
Namque fluentiſono proſpectans littore Diæ
Theſea cedentem celeri cum claſſe tuetur
Indomitos in corde gerens Ariadna furores.

Ad hujus, ut eoniieio, exemplum variis hiſtoriarum figuris expreſſa legimus bellica tabernacula apud alios Seriptores. Puleherrimum eſt quod latè deſcribitur ab Aloyſio Pulcio in Etruſco Poemate, cui Titulus *Morgante* cant. 14., & dono traditum fingitur Rinaldo Duci a Luciana:

Rimontati a caval tutti n'andorno
Nella città con feſta e con honore;
E poiche al gran palagio diſmontorno,
Diſſe la Dama, o mio caro Signore,
Io t'hò arrecato un padiglione adorno,
Il qual ſempre terrai per lo mio amore:
Con le ſue man l'hà fatta Luciana,
Conteſto d'oro, e ſeta Soriana,
E fecelo ſpiegare in ſua preſenza.
Quando Rinaldo il padiglion vedea,
Maraviglioſſi di tanta eccellenza,
E diſſe, certo io non sò quale Dea
Haveſſi fatto tal magnificenza,
Se foſſi Palla; e gratia li rendea,
Dicendo, per tuo amor, tal padiglione
Sempre terrò, che così vuol ragione.
Egli era in queſto modo diviſato.
In sù la ſala magna fù diſteſo
In quattro parti, ove era figurata
Quattro elementi &c.

In qua tabenaculi bellici deſcriptione utpote elementis quatuor figurati, leguntur apud Poetam ſingularia plurimarum avium, piſcium, & animalium terreſtrium nomina. Operoſum etiam tabernaculum, hiſtoriis belli ſacri, & facinoribus Crueeſignatorum in expeditione Palæſtina affabrè diſcriminatum legimus apud Torquatum Taſ-

Digitized by Google

Taſſum lib. 2. Gieruſalem. conquiſt.

Mà 'l Duce pio vuol ch'audienza attenda
E l'uno e l'altro inſino al dì che ſegue:
E per moſtrar come pietà riſplenda,
E ſi nieghino all'empj e pace e tregue,
Fà toſto diſpiegar ſublime tenda,
Opra d'Armeni, onde i palagi adegue;
Che d'archi ſoſtenuta e da colonne
Può albergar Duci, e Cavalieri e donne.
E ricca è di materia e di lavoro
Sì, che'l fiero avverſario ſe ne ſcorna;
E di ſerici feli inteſta, e d'oro,
Di chiare impreſe e di vittorie adorna:
E palma trionfale e verde alloro
Fanno un bel fregio che la cinge & orna.
In mezzo ſon battaglie, incendi, aſſalti,
Mar, terra, laghi in più ſanguigni ſmalti.

Excepiſſe autem fingitur hoc tabernaculn Goteſphridus Aletem, & Argantem Ægyptios Oratores. Neque eſt reticendnm antiquitate juxtà atque præſtantia inſigne tabernaeulum, cujus meminit Arenſtus Cant. 46. in Nuptiis Rugerii & Bradamantis, de qun hæe habet:

Poſto havea il genial letto ſecondo
In mezzo un padiglione ampio e capace,
Il più ricco, il più ornato, il più giocondo
Che già mai foſſe ò per guerra, o per pace
O prima, o doppo teſo in tutto il mondo;
E tolto ella l'havea dal lito Trace,
L'havea di ſopra Conſtantin levato,
Ch'a diporto ſul mar s'era attendato.

Idem a Caſſandra Priami filia Hectnri fratri dnno traditum, per varias ſubinde manus translatum, poſtea ad Imperatores Orientis, & poſtremò a Meliſſa Magico niſu in Gallias tranſportatum:

Eran degl'anni appreſſo che duo milla
Che fù quel ricco podiglion trapunto,
Una donzella della terra d'Ilia,
Che havea il furor profetico congiunto,
Con ſtudio di gran tempo, e con vigilia
Lo fece di ſua man di tutto punto:
Caſſandra fù nomata, & al fratello
Inclito Ettor fece un bel don di quello.

Ad has delicias ſcilicet perventum eſt, militari luxu Veterum parſimnniam & frugalitatem diſciplinæ caſtrenſis paulatim cnrrumpente. Nam prinres illi corin tantùm & pellibus munire cnnſueverunt tecta caſtrenſia. Calamis etiam ad formam tugurii caſæque paſtoralis, utcunque ac temere extollebantur. Polyb. lib. 14. *Numidæ nec lignis, nec terrâ, ſed ſimpliciter cannis & calamis ad ſtruenda tentoria utebantur*. Liv. Dec. 4. lib. 5. *Cum ibi ſtativa eſſent, & pauci tabernacula haberent, multitudo alia caſas ex arundinibus textas, fronde, quę umbram modo pręberet, texiſſent &c.* Dux Romanus apud eundem Hiſtnricum dec. 3. lib. 7. metuens apud Capuam, ne Romanum exercitum nimia urbis amœnitas mnlliret & frangeret, caſtrenſes caſas ex cratibus & arundinibus vili ruſticoque ſtramento cnntexuit. Italis *Attendamenti*, *Tende*, *Trabacche*, *Padiglioni*, *Fraſcati*, quæ in hunc modnm conglobantur apud Boccaccium Theſeid. lib. 1.

E fè tender trabacche e padiglioni,
Et afforzar ſuo Campo di ſteccati,
A cavalier dicendo, & a pedoni,
Che tende ſi faceſſeno e fraſcati.

Vide *Tentorium*.

Tabula Rotunda. Vide *Menſa Rotunda*.

Tabulæ Triumphantium. Vide *Triumphus*.

Tactica, æ. Latinè diſciplioa eſt præceptiones tradens ex certiſſimis Genmetriæ regulis, collocandi caſtra aciemque inſtruendi, cum eata diſtributione & diligenti conſideratinne lncorum. Una eſt ex facultatibus, in qua prolixè exponenda Scriptores Polemici operam impendunt. Duo potiſſimum perficit. Primùm ut ex Geometriæ præſcriptione caſtra ad conſidendum aptè diſtribuantur in ſuas partes. Alterum ut acies initura prœlium, vel in itinere proceſſura certum ordinem ſervet. Illa quidem Caſtrametatio; hæc aciei Inſtructio dicitur. Robur & florem bellatnrum expertiſſimi Duces in prima & poſtrema acie collocant: in medio deterioris notæ milites ſtatuunt. Obſervatum id ab Homero, qui hæc habet de Neſtore, aciem ioſtruente.

Atque equites poſuit cum curribus, ordine primo.
At peditum a tergo floremque & robora, belli
Munimen, ſeptumque: ſed in medio agmine viles
Ignavoſque; uti vel nolentes depugnarent.

Hinc Tacitus de Morib. German. *Ex omni juventute delectos ante aciem locant.* Idem ibidem: *Pedes fortiſſimos initia pugnarum*. Expreſſit id clarè Xenophon. Rer. Græc. l. 3. *In prælio fortiſſimi quique primo ultimoque loco ſunt collocandi, peſſimi verò in medio, ut ab illis ducantur, ab his impellantur*. Idem non uno in loco præcipit Vegetius. Qundſi Imperatorem licet cum oratore cnnferre, præcipit Cicero, ut validiora argumenta nrator prima & pnſterinra, tanquam a tergn & a fronte collocet, *inculcetque* leviora, ideſt in medin ſtatuat, quæ minus valida ſunt. Hoc enim ibi eſt *inculcare*, non eadem iterando ingerere, ut Calepinus exponit, adducto hoc ipſn Tullii loco, qui in hæc verba legitur in Orat. *De firmiſſimis alia prima ponat, alia poſtrema, inculcetque leviora*. Eſt igitur ibi *inculcare* in medin ponere acervatim, utpote in quibus numerus magis, quam rnbur expenditur. Vide Pnlybium, Æliaoum, Lipſium, Bellajum, Leonem Imper. in Tacticis. Vide etiam hìc *Acies*, *Caſtrametatio*.

Tænarium malum. Populari voce dicitur de ſupplicio crudeli. A Lacedæmoniis, qui ſæviſſimum in mndum divexarunt captivos, qui in Tænarum confugerant.

Tænia, æ. Latinè vinculum ſeu potius faſcia e vitta dependens. Virgil. l. 7.

fit longæ tænia vittæ.

Pannus erat, ut plurimùm oblongior & anguſtus ex laoa vel ſpartho, albi ferè coloris, ut ex Apuleii non uno colligitur loco. Coronamenti autem genus, vel coronæ ornamenta erant tæniæ. In ſacrificiis & re funebri paſſim memnrantur. Sed fuerunt etiam victorum inſignia: nec enrum duntaxat, qui in ludis victoriam repnrtaſſent, de quibus Virgil. l. 5.

Jamque adeo donati omnes, opibuſque ſuperbi
Puniceis ibant ornati tempora tæniis:

Sed eorum etiam, quns partæ ſanguine militares victoriæ nnbilitarunt, ut oſtendit Plutarchus in vita Marii. Idem de ſtatua Pelichi Ducis Corinthii memorat Lucianus.

Talea, æ. In Architectura civili, ſeu potius me-

Digitized by Google

mechanica ſunt trabeculæ inſertæ impactæque parietibus ad horum firmitatem, de quibus ſic ſcribit Vitruvius lib. 1. cap. 5. de murorum conſtructione: *Cum in craſſitudine ejus perpetuæ taleæ oleaginæ uſtulatæ quàm creberrime inſtruantur*. Lignorum præſegmina taleas antiquitùs fuiſſe vocatas docet Nonius; additque Varro de re ruſtica lib. 1. *Nam etiam nunc ruſtica voce intertaliare dicitur dividere, vel excidere ramum, ex utraque parte æqnabiliter præciſum, quas alii elabulas, alii taleas appellant*. Hinc omninò fluxit verbum Italicum *Tagliare*, ut aptè notat Baldus ad memoratum locum Vitruvii. A verbo autem *intertaliare*, quod Latinis juxta Varronem fuit *excidere*, omnino habemus verbum Italicum *Tartagliare*, quod eſt balbutire, quoniam eo linguæ impedimento laborantes videntur voces ſcindere & dividere. Sed in Architectura militari duo ſignificare videntur taleæ: primò quidem cylindros ligneos lævigatos; qund genus inter ea pondera, quæ in hoſtes deiici ſolent e muris refertur a Vegetio lib. 4. cap. 8. Iterum taleæ dictæ ſunt apud Veteres offendicula quædam lignea, trabeculæque e muris extantes, ad horum firmitatem, hoſtiumque impreſſiones retardandas; & in hanc ſententiam taleæ uſurpantur a Cæſare in deſcriptione Alexiæ obſeſſæ, cujus locum vide in Titulo *Stimuli*.

TALIA GIGNIT BELLUM. M. Tullius Epiſt. ad Q. Fratrem tanquam vulgò jactatum ſermonem, hunc recenſet ſenarium,

Similia bellum calamitoſum perficit.

Docemur autem nullum eſſe infortunii genus, quod bellum non inducat.

TALI FERREI. Fruſtula ferrea quadrata ad modum tali vel cubi. Onerantur iis etiam tormenta, ut latè diſperſa ampliorem perniciem afferant. Ang. Gallucc. de Bell. Belg. l. 16. *Tormenta ferreis talis minutiſque globis referta diſplodebant*. Bentivogl. Hiſt. Part. 3. l. 7. *Perciocbe i difenſori, e con la grandine de moſchetti, e con la tempeſta maggior dell'artiglierie, dalle quali uſcivano piccole palle, e dadi minuti di ferro in grandiſſima quantità, e ſpeſſo fuochi artificiati, rendevano ſanguinoſiſſime l'operazioni della gente Cattolica in ciaſcun di quei ſiti*. Italis *Dadi*.

TALPA, æ. Animal notum, uſurpatum in re bellica a Scriptoribus citimi ævi pro machina tectoria in genere vinearum, cum aliis ejuſdem formæ machinis, & ejuſdem naturæ animalibus, cujuſmodi ſunt Teſtudo, Catti, Ericii, Cancer, & alia ſimilia. Quemadmodum enim animantes illæ ſic a natura comparatæ inſtitutæque ſunt, ut ad prædam & capturam intentæ in inſidiis deliteſcant, ac repente mox inſilientes incautas alias beſtiolas, quibus veſcuntur, aggrediantur, ad eum ferè modum ſub hujuſmodi appellationum tegumentis & machinis tectoriis abſconditi bellatores, ſub iiſdem paulatim procedunt, ac veluti prorepunt ad muros obſeſſarum urbium ſuffodiendos, & impunè vim inferendam. Author Appendicis ad Othonem Friſingenſem de rebus Friderici Imp. cap. 23. *Cæſar omnem reliquum apparatum, quem ad oppugnationem civitatis fecerat, Talpas, Vulpeculas, Ericios, Cattos [talibus enim cenſentur nominibus] juſſit exuri*.

TALPARII. Dicti ſunt cunicularii, quòd ad modum talparum latere ſoleant, vel quia ſub talpis, quæ ſuffoſſoriæ ſunt machinæ, lateant. Robertus Monachus Altiſiodorenſis. *Nulla Philippo Regi poterat obſtare munitio. Habebat quippe quoſdam artifices, quos foſſores, vel talparios vocant, qui ad modum talpæ ſubterranea fodientes, quaslibet murorum, aut turrium firmitates ferramentis validiſſimis perrumpebant. His aliiſque machinis omnia obtinebat*.

TAMBURES. Epiſt. Arnoldi Archiep. Narbon. *Perſonantibus igitur validè inſtrumentis Maurorum, quæ Hiſpani appellant Tambures*. Vocem eſſe Arabicæ originis ſtatuunt Scaliger, Voſſius, aliique Etymologici. Academici a Furfure: *Tamburo. Stromento militare noto, ſerve a ſuonare*. Latinis *Tympanum*, quam dictionem omninò conſule. Optimè animadvertit Taſſonus, *Annot. ſopra la Cruſca*, inſtrumentum eſſe civicis etiam & urbanis ſolennitatibus accommodatum, uſurpatumque in pompis feſtivis apud omnes fere nationes. Legitur etiam Tamburlum. Sanutus lib. 2. part. 4. *Qui ſciant nacharas pulſare, tympana & tamburla*. Neceſſe eſt antiquiora ejuſmodi inſtrumenta non nihil variaſſe a noſtris tympanis. Pulſabantur ſiquidem baculis retortis. Author Excidii Acconis: *Voces emittebant terribiles, ut moris eſt eorum, maximaque percutientes tympana cum baculis retortis ad terrendum inimicos*. Galli & Itali ab Hiſpanis, Hiſpani ab Arabibus tambures ſive tamburla acceperunt.

TAMBURLUM. Vide *Tambures*.

TARATANTARA. Vox ab Ennio conficta ad expreſſionem ſonitus tubæ. Virgilii verſus eſt lib. 9.

At tuba terribilem ſonitum procul ære ſonoro,

Ubi Servius: *Hemiſtichium*, inquit, *Ennii: nam ſequentia iſte mutavit. Ille enim ad exprimendum tubæ ſonum ait Taratantara*. Ad hujus ab Ennio confictæ vocis ſimilitudinem aliquam, tympani ſonus, vulgo dicitur *Tappa toppa*, & propius ad *Taratantara*, *Taratappa*. Neapolitani, ſyllaba addita proferunt etiam *Taratappabù*. Cæſar Corteſius Micc. Paſs. c. 1.

E ſubito ſentiſte d'ogne ſtrata
Lo tappa tappa delli tammorrine.

Et infra:

Mico Paſſero mò, ch'bavea no core
Quanto a chillo d'Orlanno, e fuorze cchiù,
E perche procedeva da Signore;
E lo ſcetova taratappabù,
Diſſe no iuorno.

Hieronymus Ruſcelli in Notis ad illud Areoſti c. 7.

cetere, arpe, e lire,
E diverſi altri dilettevol ſuoni,
Faceano intorno l'aria tintinnire,

ſcribit, prolatum illud *Tintinnire* ad imitationem vocis Ennii *Taratantara*. Planè id temere & parum ſcite animadverſum; cum conſtet verbum *Tintinnire* non modo antiquum eſſe apud Italos, ſed natum in veteri Latio, ut optimè demonſtrat Petrus Laſena Vergat. 12. Verum mihi ægre fuit, Leſeynam propter eum lapſum nimis acerbe reliqua Ruſcelli ſcripta damnare: quod nemo non judicaverit minus humane factum, quamvis graviores ſimultatum cauſæ inter viros doctos interceſſiſſent: Cum præſertim nimis injurioſè traduxerit virum Italicæ linguæ peritia, eruditione, & optimæ cæteroqui criſeos

Digitized by Google

laude præſtantem ; ad hæc præelarè meritum de iogeniis & Scriptoribus urbis Neapolitanæ, quam Petrus patriam habuit.

Tarentini, orum. A eivibus Tarenti, qood maritimum eſt in Calabria veteri oppidum, genus quoddam militiæ uſurpatum fuiſſe videtur, quod poſtea ab aliis exercitum eſt io multam annorum ſeriem : ex quo factum, ut Tarentioi dicerentur ii etiam milites. Extra dubitationem omnem id poſuit Ælianus de Inſtruendis aeiebus, ubi duo diſtioguit geoera Tarentioorum. Sic autem ſcribit: *Tarentinorum duo ſunt genera, nam alii longiùs jaculantur, & ob eam rem equites jaculatores dicuntur, & Tarentini ſpeciali vocabulo. Alii cum ſemel aut bis jaculum miſerint, quo leviori utuntur, manus de cætero cum adverſario conſerunt, & cominùs pugnare incipiunt, non ſecus, quàm quos haſtatos appellari retulimus. Leves hos nominari ſolitum eſt.* Occurrit etiam mentio Tarentinorum apud Ciceronem ad Attie. lib. 5. *Quæ de Tarentinis in militiam laboravi, ea tibi grata eſſe gaudeo.* Ubi depravata lectione germana pro *Tarentinis* ſuppoſuerunt Grammatici *Parietinis*, quos meritò redarguit Petrus Victorius Variar. lect. lib. 9. eap. 3. Item Livius lib. 35. *Et tum omnium primum agmen conſtituit : dein Cretenſes auxiliares, & quos Tarentinos vocabant equites, binos ſecum trahentes equos, ad prima ſigna miſit.* Et infra : *Luce orta Cretenſium levis armatura, & Tarentini equites ſuper torrentem prælium commiſerunt.* Meminerunt porrò Tarentinorum Polybius lib. 11, & Plutarchus in vita Philopœmeois, Agidis, & Cleomenis. Et ex Æliani quidem verbis ad levem armaturam pertinuiſſe Tarentinos eooſtat ; ex Livio verò equitatum levem extitiſſe, ut ſinguli ſecum binos equos adducerent. Liquet adversùs Romanos depugoaſſe olim Tarentinos, accito in Ducem Pyrrho rege Epirotarum. Eos eooiicio præclarum in pugna dediſſe ſpecimen leviter armato equitatu ; ex quibus Tarentinorum nomen fluxerit in militiam levem.

Targa, æ. Dicitur a Scriptoribus craſſæ Latinitatis, quod Latiois eſt elypeus, ſive ſcutum. Nangius io vita S. Ludovici : *Lapidum ictibus ſe eum targis & clypeis opponentes.* Geous autem erat ſcuti prælongi & valldioris, ut totum ferè militem tegeret. Quamobrem recte ab eodem Nangio vocatur etiam Teſtudo, quoniam aptom erat ad teſtudioem eooſtruendam. Sic autem habet in eadem vita S. Ludovici : *Centum eum teſtudinibus, ſive targis in armis lucidis, & in equis loricali tunica coopertis ſequebantur.* Italis etiam *Targa*. Origo vocis a tergo, vel potius tergore, quoniam e erudis coriis boum præcipue a tergo detractis, eooflari ſolebant. Ammianus lib. 24. *Obtecti ſcutis vimine firmiſſimo textis, & crudorum tergorum denſitate conveſtitis.* Virgilius lib. 9. de ſcuto hujus generis ita loquitur ;

quam nec duo taurea terga,
Nec duplici ſquama lorica fidelis & aura
Suſtinuit.

Scriptores aliqui noſtrorum temporum vocem *Targa* Græcam fecerunt, ut plures alias Gallicas & Italicas. Titulus ipſorum libri eſt ταργα της πιστεως. *Scutum Fidei.*

Targia, æ. Geous navigii militaris. Jacobus de Vitriaeo lib. 3. Hiſt. Orient. *Noſter exercitus targias plures, & omnes galeas cum barbutis, & aliis navibus occuparunt.* Idem oavigii genus *Tarida*, *Tareta*, *Tarrita*, *Terida*, *Terrida*, *Teretes* dicitur a Latioobarbaris Scriptoribus. Conſule exempla apud Cangium in Gloſſ. & ſequeotem Titulum.

Taritæ, arum. Naves, quæ in hunc modum deſcribuntur a Georg. P chym. Hiſt. Mich. l. 5. cap. 30. *Utentes ad id non penitus rotundis, ſed contractæ longitudinis navibus, quas ipſi Taritas vocant.* Poſſinus ad eum locum exiſtimat ſimiles fuiſſe Dromonibus ; & merito addubitat, an ex taritis manaverit vox Italiea *Tartana*.

Tavolacium, ii. Scutum ligoeum ex tabula, idemque brevius. Latiois priſcis *Parma*. Statuta Patav. lib. 3. *In qua fuerint decem homines armati tavolaciis vel ſcutis. lanceis vel lancionibus.* Italis etiam *Tavolaccio*. Boccacc. Nov. 43. *Poſte già lor lancie, e lor tavolacci.* Hinc *Tavolaccini* dieuntur apparitores & miniſtri magiſtratuum lanceis & brevioribus ſcutis armati. Bened. Varch. Stor. l. 11. *V'erano non ſolo, oltre i tamarri delle compagnie, i Tavolaccini e i mazzieri della Signoria, ma i famigli de Signori Otto.*

Taurus. Eximii roboris animal, idemque, ſi rivales præſertim oancifcatur, pugnaciſſimum. Iu taurinorum certamioum deſcriptione ferocire mihi videotur Poetæ ipſi. Virgilius Georg. 3.

Illi alternantes multâ vi prælia miſcent
Vulneribus crebris: lavit ater corpora ſanguis,
Verſaque in obnixos urgentur cornua vaſto
Cum gemitu : reboant ſylvæque & magnus Olympus.
Nec mos bellantes una ſtabulare : ſed alter
Victus abit, longeque ignotis exulat oris :
Multa gemens ignominiam, plagaſque ſuperbi
Victoris, tum quos amiſit inultus amores :
Et ſtabula aſpectans regnis exceſſit avitis.

Idem lib. 12.

Ac velut ingenti Sila, ſummove Taburno
Cum duo converſis inimica in prælia Tauri
Frontibus incurrunt, pavidi ceſſere magiſtri ;
Stat pecus omne metu mutum, muſſantque juvencæ,
Quis pecori imperitet, quem tota armenta ſequantur ;
Illi inter ſeſe multa vi vulnera miſcent,
Cornuaque obnixi infigunt : & ſanguine largo
Colla armoſque lavant : gemitu nemus omne remugit.

Idem ibidem,

Mugitus veluti cum prima in prælia Taurus
Terrificos eiet, atque iraſci in cornua tentat
Arboris obnixus trunco, ventoſque laceſſit
Ictibus, & ſparsâ ad pugnam proludit arenâ

Stat l. 11.

magna ſtat fervidus ira
Ante gregem, ſpumiſque animos ardentibus effert,
Nunc pede torvus humum, nunc cornibus aera findens :
Horret ager, trepidæque expectant prælia vaccæ.

Præter fortitudinem, dignitatem oris quandam, & quaſi imperatoriam indolem agnovit Homerus in Tauro. Quamobrem noo dubitavit ex eodem comparationem ſomere ad extollendum ſupremum Græcorum Dueem Agamemnonem. Sic autem canit Il. 2.

Vt

Digitized by Google

Ut in armento Taurus eximius forma
Inter boves ſimul collectas renidet ,
Talem eo die conſtituit Atridem Juppiter
Præſtantem forma , inter delectos Heroas .

Quemadmodum enim Taurus non pro fame explenda , ut leones feræque aliæ , quibus nnn eſt in paſcuis cibus paratus , ſed pro armentn adverſus feroces beſtias acerrime pugnat , ſic Reges Duceſque ferendo infirmis auxilin ſuas vires exorunt . Viros etiam bellatores; & quidem Heroes, adorti Tanri . De Tauro ignivomo in Cretam immiſſn a Noptuno , quem Hereules interfecit , Senoe. in Agamemn.

Gemuitque Taurus Dictæa linquens
Horridus arva .

De eodem Virg. l. 8.

tu Creſſia mactas
Prodigia .

Quæ verba inſcite Servius refert ad leonem , de qun ſtatim Pneta

& vaſtam Nemeæ ſub rupe leonem .

Sunt autem loea admodum diſtantia . Nam Taurus in Cretam inſulam immiſſus ; Len nccifus in ſilva Nemea , quæ in Pelopnnneſo eſt ad nrbem Cleonas . Theſeus vern geminos interfecit Tauros ferociſſimns , alterum ad Marathonem in Acbaja omnia devaſtantem , altorum Minotaurum in Creta inſula.Duos porro ęripedes & flammivomns Tauros npe Medeę ſuperavit Jaſnn.Vide Ovid. l. 7. Adde Tanrum ab Orlando mactatum in viridario Falerinæ ut legitur apud Berni Orl. Inam. l. 2. c. 4.

Mugghiando eſce , & zappando alla battaglia ,
Et ferro & foco con la fronte ſquaſſa ,
Nè contraſtar vi può piaſtra nè maglia ,
Ogni armadura con le corna paſſa .
Il Conte con quel brando che ſtrataglia
Gli tira un colpo alla teſta già baſſa ,
Proprio lo ginnſe nel corno ferrata
Et glie l'ha tutto di netto tagliato .
Ma di ferir per queſto il Tor non reſta ,
Con l'altro corno ch'è di foco mena
Con tanta furia & con tanta tempeſta
Che il Conte ſi ſoſtiene in piedi à pena ,
Arſo l'haria dalle piante alla teſta ,
Se non ehe il ſangue di quella Serena
Dalla ſua fiamma lo tenea difeſo ,
Gli harebbe l'armi e'l corpo inſieme aeceſo .
Combatte arditamente il franco Orlando
Che mai non hebbe in ſua vita paura ,
Mena à due man ſoffiando & fulminando ,
Non hanno i colpi ſuoi modo ò miſura ,
Dentro ha la forza, & di fuori hà quel brando,
Al qual eede ogni coſa forte & dura :
Tanto gli batte teſta , ſpalle , & fianchi ,
Che forza è alla fin che'l Tora manchi .
Taglìolli il collo , & poi le gambe ancora ,
Con fatica finita è queſta guerra ,
Il Toro ucciſo la terra divora ,
Tutto in un tratto ſe n'andò ſotterra .

Pugnatum præterea a Tauris contra Romanos , quns Annibal eluſit territos incenſis ſarmentis , quę jactitabant e cornibus curſitantes belluę, ut tradit Polybins, cujus verba affero in Tit. *Strategema* . Gradum facin ad alios uſus , qui à Tauris in militia percipiuntur . Cimbrorum militare ſignum æneum Taurum extitiſſe refert Plutarchus in Marin . Bovinę carnes aſſatę pręcipuum fuiſſe Heroum cibum tradit Athenæus . Iiſdem præ cæteris delectatum fuiſſe Herculem ſcribit Theocritus . Virgil. de Ænea & ſnciis l. 8.

Viſcera toſta ferunt Taurorum , onerantque caniſtris .
Dona laboratę Cereris,Bacchique miniſtrant .
Veſcitur Æneas , ſimul & Trojana juventus
Perpetui tergo bovis .

Adjuvant pręterea Tauri non leviter rem militarem , qnnniam ex eorum torin tympana & ſcuta ennficiuntur . De tympanis Statius Theb. 2.

Æraque taurinos ſonitu vincentia pulſus .

De ſcutis Virg. lib. 10.

at clypenm , tot ferri terga , tot æris ,
Cum pellis toties obeat circumdata Tauri ,
Vibranti cuſpis medium tranſverberat ictu .

Stat. l. 3.

Nec pudor emerito clypeum veſtiſſe juvenco .

Valer. Arg. 1.

Taurea vulnifica portat cęlataque plumbo
Terga Lacon .

Habiti etiam Tauri boveſque inter præmia militaria. Liv. l. 7. *Conſal advocata concione laudatam Tribanum decem bobus aureaque corona donat.* Idem l. 26. *C. Lælinm Præfectum Claſſis , & omni genere laudis ſibimet æquavit , & corona aurea ac triginta bobus donavit .* Accenſe Virg l. 5.

geminum pugnæ proponit honorem ,
Victori velatum auro vittiſque juvcneum .
Enſem , atque inſignem galeam ſolatia victo .

Quidni vero non poſtremum locum inter pręmia militaria obtineat Taurus , qui domi foriſque maximn nobis uſui eſt & famulatui ? Oſtenditur id vel maxime in agendis ſarcinis , impedimentis , & machinis bellicis . Speciem vero militarem prodit ipſe vultns & ferox aſpectus, ex qun Taurinè intueri dixit Ariſtnphanes de conſpectu truci atque terrificn . Turvos prninde ſingulari epitheto Tauros boveſque dicimus.Vir.Georg.3.

optima torvæ
Forma bovis .

Nec abſurde Feſtus aliique *torvum* a Taurn dicunt . Scio alins alin abire ; ſed etymnn a Tanro petitum arridet magis . In victimis poſtremo nnlla Tauro pręſtantior . Virg. Georg. 2.

maxima Taurus
Victima .

Sed hæc minimè militaria alii expendant .

Taxati milites . Dicuntur a Latinorum verbo *Taxo* quod eſt *æſtimo , pretium pono* . A mercede, vel pretio qun conducti ſunt, ſic appellantur. Occurrunt in Hiſt. Miſcella lib. 20. *Ex proprio exercitu taxatos in ea quoſdam conſtituerunt* . Hinc *Taxatio* in eadem Hiſt. *Formidantes prælium & taxationem* . Ubi Cangius taxationem interpretatur præſidium , vel ſedem taxatnrum .

Taxatio . Præſidium . Vide *Taxati milites* .

Te Deum laudamus . Canticum gratiarum actionis in Eccleſia Romana . Proditum primùm , & alternatim prolatum creditur a Divo Ambroſio , & a D. Auguſtino,cum idem Auguſtinus ad Chriſti ſectam traductus ab eodem Ambroſio , ſacris ab ipſo & expiatoriis aquìs luſtraretur.Scio quoſdam a ſnlo D. Ambroſio nos illud habere Canticum,alios vero neutri attribuendum cenſuiſſe.Sed a vetuſtiſſima opinione , quæ utrunque ejuſdem facit authorem , non eſſe recedendum docet Lorinus in pſalm.27. Quem in ſacris precibus locum habeat illud Canticum , & de eodem plura vide-

ſis apud Macros Fratres Hierolex. Ejuſdem mihi meminiſſe fuit operæ ad indicandam Principum Chriſtianorum pietatem. Hi ſiquidem acceptis nunciis victoriarum, potiſſimùm verò quas adversùs hoſtes Eccleſiæ ſunt conſecuti, nihil habent antiquius, quàm ut inter reboantia tormentorum tonitrua, feſtaſque ſimul & pias populi acclamationes, rei bene geſtæ momentum omne gloriamque ad bonorum omnium largitorem referant: a ſacro Antiſtite ſplendidè conveſtito, Clero, omnique Procerum atque nobilium ordine, iterato ejuſmodi Cantico inter præſtantis Muſicæ concentus, omniſque campani æris tinnitus, Id ipſum Duces ipſi peragunt in caſtris, ubi primùm a victoria ordines exilientes recolligunt; meritò ſcilicet exercituum Deo laudem omnem ſuorum facinorum attribuentes.

Tectæ naves. Vide *Conſtrotæ noves*.

Tegulare. Quædam eſt ordinis militaris inſtructio a tegulis dicta, quam ab Romanis fuiſſe uſurpatam docet Scriptor antiquus apud Svidam. Inducor ut credam aliquid ſimile fuiſſe teſtudini, ſive phalangi, quæ erat conſtipatio militum, elatis ſuper capita ſcutis ita ſe protegentium, ut interdum inſilirent inde ad vim inferendam, interdum ſub iiſdem ſeſe reciperent. Vide *Teſtudo* pro genere inſtructionis.

Telamon. Æaci filius, Teucri pater, Achillis patruus. Poſt Herculem unus Græcorum omnium fortiſſimus fuiſſe fertur. Unus ex Argonautis expeditionem ad Colchos ſuſcepit. Poſt, Hercule ſocio, Trojam expugnavit.

Telamones. Adjectiones ſunt Architecturæ civilis: & quemadmodum effigies fœminarum cum ſtolis cæteroque barbarico ornatu, fornicatos arcus ſuſtinentium, appellantur Caryatides, ad eum etiam modum figuræ viriles ſuperjecta concamerata opera fulcientes Atlantes dicuntur, & Telamones. Et de Atlantibus quidem obvia eſt nominis ratio. Quemadmodum enim apud Poetas Atlas humeros cœlo ſupponere perbibetur ſic prædicta ſimulacra ſtructuras ſulciunt atque ſuſtentant. Quam verò ob cauſam effigies illæ dictæ fuerint Telamones, hactenus, quod ego viderim, non eſt traditum. Conſtat, Telamonem, Æaci filium, Regem fuiſſe inſulæ Salaminis, atque unum ex Argonautis. Legimus etiam eundem Herculis fuiſſe ſocium in expugnatione Ilii; & quoniam primus omnium muros oppugnatæ urbis inſcendit, donatum fuiſſe Heſione, Laomedontis filia. Inter eum verò Regem, & ſuccollantes ædificiis telamones nihil idonei nexus diſpicio. Occurrit tamen animo ſuſpicari, Telamonem Regem, quod in hoſtilium ſcanſione murorum plurimum exantlaſſet laboris, & dejecta facile pondera miſſilium & ſaxorum ab obſeſſis fortiter ſuſtinuiſſet, eam ob cauſam telamonibus ædificiorum nomen feciſſe. Hanc ego tamen conjecturam non magnopere vendito. Vero proximiora ſcrutentur acutiores alii. Ipſam certè Telamonum originem ignorari faſſus eſt Vitruvius lib 6. cap. 10. *Noſtri Telamones appellant; cujus rationes, quid ita, aut quare, ex hiſtoriis non inveniuntur*, Scio Philandrum aſſeverare ex Ennio apud Servium Telamonem Latinè, Græcè Atlantem dici. Verum id ab Ennio indictum, a Servio dictum temere putat Baldus. Hic porro originem Græcanicam ſolicitans & ſubſtituens vocem Τλήμονας, quæ miſeros ſonat, pro *Telamones*, minus arridet. Nec porro quidquam ad hunc locum facit Τελαμὼν vox Græca, quæ lorum, ex quo pendet enſis, ſignificat. Quidquid ſit de nominis origine, non eſt profectò obſcurum, Telamones illos lapideos per belli conflictuſque occaſionem uſurpari cœpiſſe. Vitruvius lib. 1. cap. 1. poſtquam bellicam Caryatidum originem multis expoſuit, hæc inſuper attexit de Telamonibus, licet ſuppreſſo horum nomine. *Pauca manu, infinitum numerum Perſarum exercitus eum ſuperaviſſent; acto cum gloria triumpho ſpoliorum & prædæ porticum Perſicam ex manubiis, laudis & virtutis civium indicem victoriæ poſteris pro trophea conſtituerunt: ibique captivorum ſimulacra barbarico veſtis ornatu, ſuperbia meritis contumeliis punita, ſuſtinentia tectum collocaverunt*. Priſco invento, ut aſſolet, addidere lacinias ſubſequentes architecti, ſuoque indulgentes ingenio Satyros alii, Paneſque, item Sphynges, & quidquid monſtroſi mens ſuggerit, ad implendas concavitates, vel onera ſuſtentanda, mira certatim varietate ludentes addidere. De hujuſmodi figuris lapideis vel marmoreis, ac fere contractis, ita ſcripſit Dantes Purg. cant. 10.

Come per ſoſtener ſolajo o tetto,
Per menſola talvolta una figura
Si vede giunger le ginocchia al petto,
La qual fà del non ver vera rancura
Naſcere a chi la vede.

Quos verſus nos ita reddidimus Simil. Dant.

Sic, ne marmoreis deſint fulcimina tectis,
Supponunt trabibus Telamones terga vetuſtis,
Contractique genu nitentia pectora tangunt:
Ficta licet ſit pœna, dolet tamen ipſa pavetque
Spectatrix turba.

Ubi velim corrigas illud *pavetque*, & ſubſtituas *rigetque*, quod aptiùs facit ad mentem Dantis. Vide *Caryatides*.

Telephus. Herculis filius, Myſorum Rex. Ab Achille vulneratus, dum ipſo invito per Myſiam adversùs Trojanos copias duceret, ejuſdem Achillis haſta contacta ſanitati eſt redditus.

Telum, i. A *procul*, vel *eminus* ex Græco dicitur. Omne genus miſſilium, quod eminus jacitur. Virgil. l. 9.

telorum effundere contra
Omne genus Teucri.

Itaque non breviora duntaxat haſtilia præfixo ferro; ſed lapides, ferrum, plumbum, quidquid demum in longinquum evibratur, ſignificatur teli nomine. Docet id apertè Cajus in Lege ſi calvitur, ff. de verborum ſignificat. Porrò tam latè ſumitur telum, ut interdum arma denotet, quibus cominus etiam pugnatur. Satis manifeſtum hoc facit Virgil. lib. 9.

At non hoc telum, mea quod vi dextera verſat,
Effugies; neque enim is teli nec vulneris auctor.
Sic ait; & ſublatum altè conſurgit in enſem.

Denique non modò oppugnatorium, ſed tectorium etiam armorum genus telum eſſe non admodum dubito. Conjecturam ejus rei facit, ut monet Voſſius, vox ipſa. Nam fortaſſe a *tego* primo fuit *tegulum*, & inde *telum*; ut a *premo* primo *premulum*, & deinde *prelum*. Sed neque illud eſt prætermittendum, graviſſima interdum pondera, vaſtaſque moles pro telis excuſſas. Stat. lib. 4. Theb.

atque uni miſſilis illi

Caſ-

Digitized by Google

Cuſpide præfixa ſtat frondibus orba cupreſſus.

Accidit hoc Heroum maxime & Gigantum ævo, cum humanis lacertis immenſa erat, ſi credibile eſt, vis ad quaſcunque moles, etiam montes & inſulas ejaculandas. Conſueviſſe olim milites Ducum ſuorum nomina telis cælare vel inſcribere, eruitur ex Plutarcho in Mario: *Hi ducti per cadavera hoſtium a militibus, conſpexerunt jaculis militum Catulli barbarorum corpora eſſe confoſſa. Dignoſcebantur ex inſculpto nomine Catulli tela*, Italis *Dardo*. Ferrarius vocem deducit a Latinorum veruto. Indicat porrò per conjecturam dictum a Dardania. Trahunt alii a Græcorum ἄρδις, quæ eſt teli cuſpis. Vide aliam originem in voce *Dardus*.

Telis argenteis pugnare. Monemur hoc adagio plurimum conducere in re militari largitiones aurique profuſionem, qua ſæpe faciliùs expugnantur hoſtes, quàm armis omnique belli diuturnitate. Præclarè id docuit M. Tullius in Verr. a. *Nihil eſſe tam ſanctum, quod non violari, nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia poſſit*. Origo proverbii eſt ab oraculo Apollinis Pythii, qui Philippo Regi conſulenti quo pacto victoria potiri poſſet, ad hunc modum reſpondit:

Argenteis pugna telis, atque omnia vinces.

Temeritas. Vide *Audacia*.

Templum, i. Propriè eſt vox auguralis, utque docet Varro, ſignificat certam terræ, vel agrorum portionem, quam Augur lituo notabat, & finiebat, unde in omnes cæli partes ad capienda auguria liber erat aſpectus. Erat enim hæc Augurum poteſtas, ut ſiqua ædificia editiora eſſent, & cæli aſpectum impedirent, ea demoliri juberent. Hinc C. Marius Honoris ædem ideo demiſſiorem fecit, ne ſi fortè publicis obeſſet auſpiciis, eam Augures juberent dirui. Juxta hanc ſententiam intelligendus Ciceronis locus de Legib. *Agros & templa liberata habento*. Quod autem ait Varro, Templum a tuendo dici, quaſi illuc confluentes tueatur & defendat, meritò Scaligero & Voſſio minus arridet; magiſque proprium etymon proferunt a Græco verbo τέμνω, quod eſt ſeco; propterea quod templum eſſet pars cæli, vel agri a cæteris reſecti, vel ad auguria capienda, ut eſt templum notione augurali, vel ad Deos excolendos, ut ædes ſunt Diis ſacræ, quæ etiam templa appellantur. Donatus a tuendo, vel conſpiciendo trahit. Et quidem cælum ipſum, quòd illud apertiſſimè conſpiciamus, templum ab Antiquis eſt dictum. Lucret.

Cæli tonitralia templa.

Et Ennius:

Contremuit templum magnum Jovis altitonantis.

Jam vero quid differant Templum, Delubrum, & Fanum, ſolicite Grammatici quæritant. Mihi certum eſt in re vix ullum eſſe diſcrimen; ſed appellationes variari ex uſu rituque multiplici, quo ſacra ædificia publice excoluntur. Delubrum, ut prætercam origines alias, quas vide apud Martinium & Turnebum, dicitur a *deluo*, ut pollubrum a *polluo*: quoniam ibi non tam manus a ſordibus lacu aliquo, ut apud Veteres, ante aram poſito, quam animi a maculis criminum abluuntur. Fanum Perottus & Fronto trahunt a Fauno Silveſtri. Nimirum quoniam parum intereſt inter Fanum, & Faunum. Sic etiam poterant deducere a fœno vel fune. Dicitur omnino a fando Latinorum, vel a φημὶ Græcorum, quod eſt *dico*. Sic autem trahitur, vel quia inde fata, ideſt reſponſa Numinum peterentur, ut placet Pædiano; vel a Pontifice, qui certa verba fando illud dedicabat, ut arridet Feſto. *Fari* enim & *effari* verba ſunt ſingulari modo ad templi auſpicia & dedicationem ſpectantia: ex quo templa effata vocabantur, quibus Augures certa verborum formula auſpiciorum finem fecerant. Proinde ædes ſacra dicitur delubrum, quia ibidem diluuntur & expiantur culpæ; templum a cœli vel aeris ſectione facta per Augures, ut ſuperius expoſuimus. Quod a fano ducitur adjectivum *Fanaticus* non honeſtum modò, verum etiam ſacrum & religioſum antiquitus nomen fuit. Sybillas, & Sacerdotes a fanis, quibus præerant, & in quibus conſulebantur, legimus nominatos. Juvenal.

& crine ſenex fanaticus albo
Sacrorum Antiſtes.

Sed quoniam divino furore agitati, laureum tenentes termitem, promiſſo capillo, capita rotantes, jactanteſque corpora reddebant oracula vel reſponſa; ideo ad quoſcunque afflatu correptos, ad perturbatæ mentis homines, entheatos, atque adeo inſanos prænotandos Fanaticorum nomen abiit. A templo noſces vim & proprietatem verbi *Contemplor*: eſt enim verbum propriè augurale, & ſignificat ex omni parte cælum liberè aſpicere. Huc etiam referas adverbium *Extemplò*: nam abſolutis auſpiciis populus ex templo diſcedere jubebatur voce Præconis; & quoniam populus ſtatim diſcedebat, idcircò factum eſt, ut *extemplo* pro *citò* vel *celeriter*, adhiberetur. Ad eandem formam, propterea quod, abſolutis ſacris, Præco diſceſſum imperabat illis verbis: *Actum eſt, ire licet*, quibus auditis verbis diſcedebat ſtatim populus, factum eſt etiam, ut *ire licet*, & mox contractè *ilicet*, pro adverbio *ſtatim*, vel *celeriter* diceretur. Verùm, inquies, ecquando deſines in naufragio cupreſſum appingere? Oppidò multa ſuper voculæ inſpectione: tricas haſce & apinas conſultiùs fuerat reiicere ad Grammatiſtas, quorum iſthæc ditionis forique ſunt. Ego verò liber amplector divertendi quandoque aditus, ut tædium declinem perpetuæ tractationis. Scis etiam in Architectura laudari adjectiones operum in ædificiis, quæ viſum abrumpunt. Jam ad militaria convolo,

a. Si verò exordiar a templorum enumeratione, quæ ab omnibus quidem paulò cultioribus populis, præſertim verò a Romanis, per occaſionem victoriarum condita ſunt, nullum fecero finem dicendi. Sufficiat indicaſſe geminum Jovi poſitum a Romulo. Alterum Jovia Feretrii, cujus bellicam originem accipe ex Livio l. 1. *Inde exercitu victore reducto, ipſe cum factis vir magnificus, tum factorum oſtentator haud minor, ſpolia Ducis hoſtium cæſi ſuſpenſa, fabricato ad id aptè ferculo gerens, in Capitolium aſcendit: ibique ea cum ad quercum paſtoribus ſacram depoſuiſſet ſimul cum dono, deſignavit Jovis templo fines, cognomenque addidit Deo: Juppiter Feretri, inquit, hæc tibi Victor Romulus Rex regia arma fero: templumque iis regionibus, quas modo animo metatus ſum, dedico: ſedem opimis ſpoliis, quæ Regibus, Ducibuſque hoſtium cæſis, me authorem ſequentes, poſteri ferent.* Alterum

Jo-

Jovis Statoris, ſic appellati, qnoniam creditus fuerit ſtitiſſe remoratuſque eſſe Romanos a Sabinis in ſugam verſos; illicò mutata divinitus illorum meote, noviſque ſuffectis viribus ad prœlium redintegrandum. De hujus etiam origine adſcribam verba Livii lib. 1. *At tu Pater Deûm, hominumque, hinc ſaltem arce hoſtes, deme terrorem Romanis, fugamque fœdam ſiſte: hîc ego tibi templum Statori Jovi, quod monumentum ſit poſteris, tua præſenti ope, ſervatam Urbem eſſe, voveo. Hæc precatus, veluti ſi ſenſiſſet auditas preces, Hinc, inquit, Romani, Juppiter Optimus Maximus reſiſtere, atque iterare pugnam jubet.* Ut autem prætercam Marti, Bellonæ, aliiſque militaribus Diis extructa templa; vide alia inſuper a Romanis Dncibus poſita, poſt obtentas victorias apud Roſin. lib. 1. Antiqq. Rom. Quibus ad templa collocanda non ſatis cenſus ſuppetebat, ſpolia certe hoſtium direpta cum titulis & elogiis inſcriptis, iiſdem affigebant templis, nullum reputantes ſatis honeſtum jucundumque victoriarum fructum, niſi in illarum partem Deos vocarent. Antiquiſſimi id moris fuiſſe habemus ex Homero Iliad. 7. ubi ſic loquentem inducit Hectorem, de Ajace victoriam reportare cupientem: *Arma adimens feram ad Ilium ſacrum, & ſuſpendam ad templum Apollinis.* Statius lib. 9. ſic moriturum inducit Parthenopæum:

Hæc autem primis tela infelicia caſtris
Ure, vel ingratæ munus ſuſpende Dianæ.

Idem Silv. l. 5. 2.

Belligeris hæc dona Diis, hæc arma dicavit:
Cernis adhuc titulos.

Ovid. Epiſt. Laodamiæ.

Et ſua det reduci vir meus arma Jovi.

Virgilius lib. 9. hæc habet de Niſo jaculum intorquente adversùs Volſcentem, converſoque ad Lunam:

Siqua tuis unquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit, ſiqua ipſe meis venatibus auxi,
Suſpendive tholo, aut ſacra ad faſtigia fixi;
Hunc ſine me turbare globum.

Ubi licet mentio ſit de ferarum donariis exhibitis a venatore, ſubindicat tamen Niſus ſpolia devicti etiam Volſcentis ſe Dianæ allaturum. De eadem Diana & Marte Stat. Silv. 1. 4.

tamen accipit omni
Exuvias Diana tholo, captivaque tela
Bellipotens.

Idem Theb. l. 2.

Hic ego majorum pugnas, vultuſque tremendos
Magnanimûm effingam Regum, figamque ſuperbis
Arma tholis.

Et lib. 7.

Terrarum exuviæ circum, & faſtigia templi
Captæ inſignibant gentes.

Hic verò non immenſum illum laborem ſuſcipiam, ut multis oſtendam condita, aucta, & hoſtilibus ditata ſpoliis Chriſtianorum templa per omnem ætatem a religione & pietate Ducum Catholicorum. Innuam tamen erectum Romæ templum in Quirinali Deiparę Virgini, ſub Victoriæ nomine, ubi in ejuſdem coronide expanſa per circuitum cernuntur vexilla militaria cum lunis, aliiſque Turcarum inſignibus direpta in memorabili navali prœlio, quo Turcicam claſſem ſuderunt Duces Catholici fœderati ſub auſpiciis S. Pii Sum. Pontificis. Vehementer etiam & mirum in modum noſtrâ claruit memoriâ pietas Joannis Tertii Poloniæ Regis, qui devicto deletoque ad Viennam Turcarum exercitu, militare item vexillum, manu propria ab hoſtibus direptum, Romam ad Innoc. XI. perpetuum religionis ſuæ monumentum dono miſit, hodieque explicatum viſitur in Coronide Baſilicæ Principis Apoſtolorum. Vide quæ plura congeſſimus in titulo *Arma* 4.

3. Animadvertendum verò inprimis eſt, & memoria repetendum, rem uſque adeo religioſam & ſacram omnibus fuiſſe populis ædes ſacras, ut in urbium direptionibus & ſingularis earum haberetur ratio, & ad eaſdem confugientibus oulla oon clementiæ & humanitatis officia præſtarentur. Aſylorum nimirum vicem exhibuere: quod a Romanis præſertim fuit maximè obſervatum in Heliogabalo, cui ſecuritatem præſtitit templum Sòlis, ne a Macrino interficeretur. Memorabile autem eſt Ageſilai Regis ſactum apud Xenophon. Hiſtor. Græc. lib. 4., qui hoſtes ſuos proſequens, cum illi in templa ſe recepiſſent, non ultra progreſſus eſt. Alexander Thebis expugnatis, incenſis agris, diviſàque inter milites prædâ, ſacris tamen peperciſſe legitur apud Arrianum lib. 1. Imò verò a præclaris Ducibus ſumma ſeveritate in eos actum perhibetur, qui ſe minus reverenter erga ſacras ædes, & ad eaſdem ſe recipientes geſſiſſent. Romani qui propagatum latiſſimè imperium ad ſuorum Deorum benignitatem, luculentiſſimis per omne tempus teſtimoniis retulerunt, in aſſerendo ſacris ædibus cultu, eaſque per nullam armorum ſævitiam contaminando, exemplo præfulſerunt cæteris nationibus. Sicubi verò a Veterum illi pietate in Superos, & religione ſervanda deflexere, multis acceptis cladibus incurię pœnas luerunt. Hujus rei graviſſimum habemus teſtimonium apud Romanos ex Livio, apud quem illa ſunt Camilli ad populum verba: *Intuemini horum deinceps annorum vel ſecundas res vel adverſas: invenietis omnia proſperè eveniſſe ſequentibus Deos, adverſa ſpernentibus.* Exiſtimabant ſcilicet Imperii perpetuitatem ceremoniis, religione, auſpiciis, & ſolemnium ſacrorum ritu maxime contineri. Audiendus in hanc rem vel maxime eſt Horatius lib. 3. od. 6. graviſſimis increpans verbis Romanos degeneres, iiſque comminans ſæviſſimas futuras cædes, ubi minus diligenter templa & res ſacras curaſſent:

Delicta majorum immeritus lues
Romane donec templa refeceris,
Ædeſque labentes Deorum, &
Fœda nigro ſimulacra fumo.
Dis te minorem quod geris, imperas:
Hinc omne principium, huc refer exitum:
Di multa neglecti dedernnt
Heſperiæ mala luctuoſa.

Nullo ſatis laudum pręconio efferendus Alaricus Gothorum Rex, qui cum expugnatam Urbem Romam ſuorum direptioni tradidiſſet, per pręconem tamen publicè edixit mandavitque, ut coercerent manus a quacunque pretioſa ſupellectili, atque eorum corporibus vulnere afficiendis, imò injuria qualibet laceſſendis iis, qui ad Baſilicam S. Petri confugiſſent. Sic autem de Alarico ſcribit Joannes Magnus Hiſt. Got. l. 15. c. 11. *Quamvit enim direpta fuerit Roma, tamen ſacris ædi-*

bus

Digitized by Google

bus, & omnibus in eas confugientibus pareebatur. Imo ipſi Gothi pleroſque Romanorum ſuis humeris in templa portaverant, ne in cæteros milites minus clementes inciderent. Et quooiam S.Hieronymus in Epiſtola de obitu Marcellę affirmat magna militum licentia Urbem fuiſſe direptam, addit idem Hiſtoricus, S. Hieronymum ex famæ rumoribus id accepiſſe, ducendamque potius rationem eſſe S. Auguſtini de Civit, l, 3. c. 28. & Oroſii l. 7. cap. 28. qui vehemeoter extollunt & prædicant Gothorum admirandam clementiam. Eadem ſere idem Hiſtoricus tradit l. 14. c. 9. de humaoitate & revereotia Regis Totilæ in templa & res ſacras. *Totilas, quemadmodum ſemper antea ex Gothica pietate facere conſuevit, Romanos, qui in templa refugerant, incolumes præſtitit; nec Urbem aliquo modo violavit; ſed ſummom diligentiam adbibuit, ut ad priſtinam dignitatem aſſurgeret.* Audiendus vel maxime Auguſtious lib. 1. de Civit. cap. 1. *An non etiam illi Romani Chriſti nomini infeſti ſunt, quibus propter Chriſtum Borbari pepercerunt? Teſtantur hoc Martyrum loca, & Baſilicæ Apoſtolorum, quæ in illa vaſtatiane Urbis ad ſe canfugientes ſuos, alienoſque receperunt. Huc uſque cruentus ſæviebat inimicus: ibi occipiebat limitem trucidatoris furor: illò ducebantur a miſerantibus hoſtibus, quibus etiam extra ipſa loca pepereerant, ne in eos incurrerent, qui ſimilem miſericordiam non habebant. Qui tamen etiam ipſi alibi truces, atque hoſtili more ſævientes, poſteo quam ad loca illa veniebant, ubi fuerat interdictum, quod alibi jure belli licuiſſet, tota refrenabatur immanitas, & captivandi cupiditas frangebatur.*

4. Scio ſacra juxta ac profana habitacula antiqoo belli jure victoribus cedere. Tacit. 5. Hiſtoriar. *Romanorum primus Gneus Pompejus Judæos domuit, templumque jure victoriæ ingreſſus eſt.* Pepercit tameo templo Pompejus, quod a Tito poſtea, Hieroſolymis occupatis, incenſum eſt. Dio lib. 66. *Titus Præfectus bello Judaico capit Hieroſolymam, incenditque templum: exiſtimantibus Judæis non ſuum interitum, ſed victoriam & ſalutem & felicitatem, quòd una cum templo caderent.* Hinc ſacrilegas manus, aut ignem ſacris illatum ædibus, tanquam extremę immanitatis exempla, Poetę omnes frequenter execrantur diriſque omnibus devovent. Petrus Apollio. Excid. Hieroſol. lib. 1.

Nil ſupereſt tandem, veteri niſi lege relicto,
Crudeles iterum templum ſpoliare Quirites.

Silius:

Ne flommã tædaſque velint, ne templa ſub uno
In cinerem traxiſſe rogo.

Perditiſſimi autem hominis. & immedicabili laboraotis inſaoia illa eſt jactatio militis Cæſariani apud Lucanum lib. 1.

Pectore ſi fratris gladium, juguloque parentis
Condere me jubeas, plenæque in viſcera partu
Conjugis, invitá peragam tamen omnia dextrá.
Si ſpoliare Deos, ignemque immittere templis,
Numina miſcebit caſtrenſis flamma Monetæ.

Adde illa ex eodem lib. 5.

Non illis urbes ſpoliandaque templa negaſſes
Tarpejamque Jovis ſedem.

Jure omnem humanitatem exuiſſe, nulliuſque divini juris creditur Pyrrhus memor fuiſſe, cum in aras, qoò ſe cum Hecuba matre, & genitore Priamo, Regiæ filiæ receperant, inſanè deſæviit. Virgil. lib. 2. Æneid.

Ædibus in mediis, nudoque ſub ætheris axe
Ingens ara fuit, juxtàque veterrima laurus,
Incumbens aræ, atque umbra complexa Penates.
Hic Hecuba & natæ nequidquam altoria circum,
Præcipites atro ceu tempeſtate columbæ
Condenſæ & Divûm amplexæ ſimulacra tenebant.

Ille autem per demeotiſſimum odium ibi ſe Priami Regis ſanguine conſpergere noo reformidavit. Virgil. ibidem:

Natum ante oro patris, patremque obtruncat ad aras.

Facinoroſum inprimis tetrumque auditu eſt quod legitur io Hiſtoria occupatæ a Gothis Italiæ de templo urbis Neapolis per militarem rabiem cædibus deturpato, atque adeo deterius coinquinato, ſtuprata virgine in ipſo Deiparæ ſacello, cujus depictæ vultus ad eam flagitii ſpeciem detortus traditur. Accipe rem verbis Triſſini Ital, liber. l. 7.

Nè ben contenti dei privati alberghi,
In mezzo ai monaſterj, in mezza ai templi
V'eran ſaldati, e colle ſpade ignude
Davana morti, ed aſportavano quindi
Tutta la robbo, che v'avean ripoſta
Quelle infelici, e sfortunate genti:
E paſcia ardeano i delaſati tetti;
Talche la fiamma e'l pianto degl'afflitti,
El ſtrepito dell'armi e dei ſoldati,
Ch'ivan col fumo meſcolati al Cielo
Avrian moſſo a pietà Leoni e Tigri.
Trà gl'altri il fier Maſſenzo eſſendo giunto
Con molti fanti dietro in Santa Marta,
Vidde Ridolfo Vandalo, ch'avea
Le treccie in man d'una fanciulla oneſta,
Di tanta venuſtà, tanta bellezza,
Ch' arebbe acceſa ogni gelate mente.
Queſti la volea trar fuor della Chieſa,
Mà la meſchina lagrimondo forte
Si tenea colle mani ad un'altare,
E laſſa non volea partirſi quindi:
Com'ella vidde il gran Maſſenzo armoto
Ch'aveva aſpetto, ed abito regale,
Gridò; Signor pigliatemi per ſerva,
Non mi laſciate in sì feroci mani:
Io ſon Meſſina figlia di Solerno
Conte di Nola, che dimanda ajuto.
Allor Maſſenzo ebbe di lei pietade,
Onde ſi volſe, e diſſe a quel villano:
Laſſa coſtei, ſe tù non voi la morte.
E perche a laſciar lei non fu sì preſto
Gli diè d'un pugno armato in sù la faccia,
Che quattro denti li cacciò di bocca:
Et ei ſi dipartì con gran timore
Sputando in terra i ſanguinoſi denti,
Moſſenzo poi la preſe per la mano,
E ragionando ſeco in un ſacello,
S'acceſe sì d'amor, che le fè forza,
E quivi a mal ſuogrado la conobbe.
Onde l'imago della Donna eletta
Per l'umana ſalute, a quel delitto
Voltò la faccia vergognoſa in dietro,
E fu da poi cagion della ſua morte.

5. Illud etiam ad militare pertioet decus, anti-

Digitized by Google

tiquiſſimi moris fuiſſe exornari depingique templa cruentis conflictibus & oppugnationibus arcium. Notum id apud Virgilium lib. 1. Æneid., ubi res ad Trojam geſtas,& Ilium a Græcis everſum contemplatur in templo, quod Carthagine primùm condita, Junoni dicaverat Dido illuc recens advecta;

videt Iliacas ex ordine pugnas,
Bellaque jam fama totum vulgata per orbem,
Atridas, Priamumque, & ſævum ambobus Achillem.

Factum id a Didone pro ſua in Junonem pietate, & ad oſtentandam potentiā ejuſdem Deę, qua auſpice, laborioſiſſimum ac diuturnum bellum Gręci confecerant. Non igitur ſpolia duntaxat hoſtium & vexilla militaria, quibus appenſis explicatiſque etiam nunc ſacræ ædes condecorantur, verùm etiam rerum bellicarum picturis templorum fornices arcuſque illuſtrabantur. Obſervo inſuper apud eundem Poetam ibidem conſuetudinem hoſpites in templis excipiendi, & quidem inter milites & Prætorianos armatos:

Tum foribus Divæ media teſtudine templi,
Septa armis ſolioque altè ſubnixa reſedit.

Quod autem ibi addit de Didone non res ſacras tantummodo, verum etiam urbanas in eodem templo curaſſe,

Jura dabat legeſque viris, operumque laborem
Partibus æquabat juſtis, aut ſorte trahebat,

Id ſcilicet a Poeta dictum ex obſervatione vetuſtæ conſuetudinis, non divina ſolùm, ſed etiam humana, ac præſertim militaria in templis tractandi. Ut enim ſcribit Varro lib. 2. de L.L. idem ferè Antiquis fuit curia & templum; & quidem in curia Hoſtilia non ſolùm religioſi ritus, ſed cauſæ etiam, lites, atque negotia omnis generis agitabantur. Multis id confirmat Virgilius lib. 7. in prolixa deſcriptione templi, ubi eundem Æneam hoſpitem excipit Rex Latinus:

Tectum auguſtum, ingens, centum ſublima columnis,
Urbe fuit ſumma, Laurentis regia Pici,
Horrendum ſilvis & religione parentum.
Hinc ſceptra accipere, & primos attollere faſces
Regibus omen erat: hoc illis curia templum.

Idem aſſerit Scriptor antiquiſſimus Thucydides lib. 1. *Ærarium eis erat Delus, & conventus in eo templo fiebant.* Adſtrue Livium lib. 23. *Egreſſus curia in templo Magiſtratùs conſedit, comprehenditque Decium Magium, atque ante pedes deſtitutum cauſam dicere juſſit.* Locum ſuperiùs commemoratum ex Virgilio, ubi Poeta Latinum Regem in templo deliberantem inducit de bello adversùs Trojanos ſuſcipiendo, imitatus eſt Torquatus Taſſus Gieruſ. Conquiſt. lib. 1. ubi Dux Gothefridus, coram aliis Crucesignatis Ducibus in conſilium adhibitis, item in templo multa digerit de bello in Palæſtinam capeſſendo, & Hieroſolymorum urbe oppugnanda. Sic autem Poeta:

Vennero i Duci: e gl'altri ancor ſeguiro
I Duci, ch' han vermiglie & auree ſpoglie.
Parte fuor s'attendò, parte nel giro,
E frà gl'alberghi ſuoi Ceſarea accoglie.
Mà nel tempio maggior gl'Heroi s'uniro
Nel ſeſto giorno, ov'è chi lega e ſcioglie.
Quì il pio Goffredo, che tutt'altri avanza,
Comincia in volto auguſto & in ſembianza.

Documento id eſſe poterit in bellicum Senatum aſcitis, ut candido animo & bona fide, non doloſè nequiterque ſua ferant ſuffragia, reputantes ordinationem publici ſtatus, magnarumque rerum tractationem, rem eſſe religioſam & ſacram: cum Veteres de rebus gravibus in templo conſilia caperent; ut locus ipſe diſceptantes admoneret, quanti momenti res eſſet conſulere in medium, quantaque id eſſet fide & integritate tractandum.

6. Munita antiquitùs templa ad modum arcis frequenter legimus, atque adeo nulla fere fuiſſe Priſcorum templa ſine arcibus. Apertiſſimum ejus rei teſtimonium habemus apud Virgilium lib. 2. Æneid. ubi loquitur de Pantheo, qui arcis ſimul templique Trojani cuſtos erat:

Ecce autem telis Pantheus elapſus Achivûm,
Pantheus Otriades, arcis Phœbique ſacerdos,
Sacra manu, victoſque Deos, parvumque nepotem
Ipſe trahit.

Ea verò ſacra extuliſſe Pantheum ex templo, quod ſimul arx erat Trojanis & munimentum, oſtendunt, quæ ibidem ſtatim ſequuntur Æneæ verba.

Quo res ſumma loco, Pantheu? quam prendimus arcem?

Ac ſi dicat, quis erit nobis ſatis tutus receptus, poſtquam tu arcem deſeris ab hoſtibus occupatam? Eadem ferè idem habet Virgilius lib. 8. de templo & arce Capitolina:

In ſummo cuſtos Tarpejæ Manlius arcis
Stabat pro templo, & Capitolia celſa tenebat.

Sed & Chriſtianorum Eccleſias antiquitùs caſtello muniri ſolitas alibi obſervavi. Vide *Bellum*, *Spolia*, *Religio*.

TENDA, æ. Probè Latinis tentorium, vel tabernaculum. A tendendo, quoniam tabernacula conficiebantur ex pellibus & aliis velamentis tenſilibus, quæ ad uſum caſtrenſem explicabantur. Italis etiam *Tende*. Tudebodus lib. 2. Hiſt. Hieroſol. *Et in noſtras lanatis frenis concurrerunt tendas.* Non injucundum tibi, Lector, fuerit verſiculos excipere Monachi Florentini de Expugnatione Acconenſi:

Bacchanalis Africus mare perturbabat;
Evulſa tentoria cuncta laniabat.
Si confratres mei tunc ibidem fuiſſent,
Et tenere me dentibus tendam vidiſſent,
Horum quidam, reputo, ſuper me riſiſſent.

Hinc habemus vocem Gallicam *Attendre*, & Italicam *Attendere* pro expectare, quoniam in capiendis, vel movendis caſtris, dum tentoria figebantur, aut refigebantur, expectare alios & ſubſiſtere erat neceſſe.

TENDO, is. Verbum eſt militare, & ſignificat tentoria, vel tabernacula explicare & defigere; in quo ſenſu frequenter uſurpatur ab Hiſtoricis. Hinc *Mutare locum tendendi* genus erat pœnæ militaris, de qua loquitur Paulus Juriſconſultus, ut diximus ſuo loco. Tacitus etiam Annal. lib. 13. *Quod graviter Corbulo accepit, increpuitque Pactium, & Præfectum militeſque tendere omnes extra vallum juſſit.* In eodem ſenſu Virgilius eo verbo bis utitur: primum lib. 2. Æneid.

Hic Dolopum manus, hic ſævus tendebat Achilles.

Et iterum lib. 8.

omni-

omnis de colle videri
Jam poterat legio, & latis tendebat in arvis.
A *tendo* fit *detendo*, quod eſt refigere, ſive evellere tabernaculum. Vide *Detendo*, & *Mutatio Tentorii*.

Tenementum, i. Occurrit interdum apud Scriptores ævi Longobardici, pro ſervitio vel clientela, vel obligatione & fide, qua vaſſalli ſuis dominis obſtringebantur, cum ſacramento palam dicto eoſdem ſemper, ac præcipuè in expeditionibus bellicis ſubſequendi. Origo vocis, vel a verbo *teneo*, quod a ſuis dominis obtinerentur, & in eorum poteſtate eſſent, vel a verbo *teneor*, quod eſt obligari, quoniam ſuis dominis fide interpoſita eſſent obnoxii & obligati. Bractonus lib. 2. cap. 35. *Devenio homo veſter de tenemento, quod vobis teneo, & fidem vobis portabo contra omnes gentes &c.*

Tentorium, ii. A tendendo, quoniam funibus & palis tenditur, extenſis velis contra æſtum, & aeris injurias. Quoniam verò pelles ad tutelam & defenſionem ſunt aptiores, ideo tentoria ex pellibus primùm facta: ex quo illæ formulæ: *Actas hiemes ſub pellibus, hiemare ſub pellibus.* Primus ille Romanę diſciplinę rigor atque ſeveritas ne hiemis quidem tempore milites ſinębat ullo tegumentorum genere perfrui; ſed jacere humi, & cubare ſub dio compellebantur. Enervatâ poſtmodum diſciplinâ uſus pellium primùm, deinde gliſcente, ut ſolet, latiùs luxu, belluata tapetia, purpurea velamina, & delicatiſſimi operis texta pro tentoriis uſurpata. Ea luxus deformitas in Aſiaticarum gentium & præcipue Turcarum caſtris maximè innotuit. Ejus porrò exemplum luculentiſſimum, ſæculo elapſo nos habuimus in barbarico ac longè ſumptuoſiſſimo tentoriorum, relicto in agro Viennenſi a Muſtafo Viſirio, poſt acceptam memorabilem eladem a Carolo Lotharingiæ Duce, hujus nominis quinto, & Joanne, hujus appellationis tertio Poloniæ Rege invictiſſimo; cum feliciſſimis religionis auſpiciis, & multo maxime ad Deum Cœliteſque precationibus, publiciſque indictis ſupplicationibus ab Innocentio XI. P. M. immortali Chriſtiani nominis gloria ſoluta eſt obſidio memorabilis Viennenſis, Europa univerſa explicante frontem, quam longus timor actaverat, & a diuturna Turcicæ tyrannidis trepidatione reſpicante. Tunc nimirum inter opulentiſſima ſpolia, quæ memorato Joanni Regi ceſſere, adnumeratum eſt non unum tabernaculum barbarici operis, & planè Dædalei laboris, cum pretioſiſſimis Attalicis peripetaſmatis; quæ poſtmodum perpetuum victoriæ ampliſſimæ monumentum, & effœminati Ducis nunquam periturum apud Poſterorum memoriam, teſtimonium fuere. Præſertim eum pſittaci etiam, pavones, aliaque barbaricarum avium oſteota, inventa in caſtris, & erepta fuerint a victoribus. Italis *Attendamento*, *Tenda*, *Alloggio*, *Alloggiamento*, *Campo*, *Accampamento*, *Padiglione*, *Trabacca*, Vide *Tabernaculum*.

Tentorii mutatio. Vide *Mutatio Tentorii*.

Tentoriolum, li. Parvum tentorium. Hirt. 5. Bell. Afric. *Reliqui ex veſtimentis tentoriolis factis, atque arundinibus, coriiſque intextis permanebant.*

Tentorius, a, um. Ut pelles tentoriæ pro tabernaculis. Occurrunt apud Trebellium Pollionem in vita Claudii ſecundi Imp. *Pellium tentoriarum decurias triginta, mulos annuos ſex.*

Terebra, æ. Inſtrumentum eſt belli paciſque uſibus ſubſerviens. Utrum verò quæ in officinis fabrorum manibus quotidie teritur, an verò militaris terebra ſit antiquior, adhuc apud Criticos variè diſputatur. Uſus tamen tibiarum, quæ antiquiſſimi ſunt inventi, & ſine terebris confici non poſſunt, ſatis indicat urbanas bellicis priores fuiſſe. Sic autem de tibiis, & Minerva earum inventrice cecinit Ovidius Faſtor. 6.

Prima terebrato per rara foramina buxo
Ut daret effeci tibia longa ſonos.

Urbana terebra a Dædalo inventa eſt, ut ſcribit Plinius lib. 7. cap. 56. Ejus deſcriptionem habes apud Pappum in Collectan. Mathemat. lib. 8. Itali vocem a Græcis accipientes vocant *Trapano*. Uſus eſt ad lapides & ligna perforanda. Eâdem Chirurgi utuntur ad perfracta crania & oſſa perfodienda, citra offenſam partium reliquarum. Minor ſimpliciorque eſt alia urbanæ terebræ, ſeu potius terebellæ ſpecies. Hæc ſpiralem ferreamque cuſpidem ligneo manubrio habet adnexam, manuſque verſatione foramina conficit ad mentem fabrorum. *Trivello*, *Succhiello*. Militaris verò terebra, quæ deſcribitur ab Herone integro cap. 7. de machinis bellicis ad prioris ferè urbanæ terebræ ſimilitudinem compacta eſt. Sed præſtat ex prædicto Authore ejus deſcriptionem decerpere: *Terebræ verò fabrilibus inſtrumentis ſimiles ſunt. Vectis enim ferreus ſit longitudinis pedum ad minus quinque, unius digiti diametrum habens, & craſſitudinem circumquaque ferme quatuor digitorum: laminam ſimiliter ferream in anteriori extremitate affixam latitudinis pedum duodecim, & altitudinis octo, quæ circa medium in anteriori parte coarctetur, juxtà figuram olitorii inſtrumenti, quod a Græcis Platilyſgium vocatur: ad alteram autem retrorſum exiſtentem extremitatem ligneum torno factum, atque in medio arctum ſuſcipit cylindrum. Quippe qui a quodam arcuato inſtrumento fabrili (quod Græci Aridba vocant) vertatur, atque circa poſterioris partis medium eminentiam quandam habeat, quę capitis formam referat, quæque ingrediatur, atque circumvolvatur eo in vaſe [quod Pyelis, ideſt urna dicitur, ſive capitulum quoddam exiſtit] regulâ quadã terrę impoſitâ capitulum ipſum adducente, atque eum, qui perforatur locum ſemper conſequente. Circumvolvetur autem ad eandem operationem cylindrus una cum terebra manibus etiam motus, ſi parvas regulas juxtâ medium ſuſceperit fuſi putealis inſtar in crucis modum trajectas, quas nonnulli ex ipſa figura Aſtericos, nempe ſtellulas nuncupant.* Hujus machinæ uſum præfatus Author tradit fuiſſe ad perforandos lateritios muros urbium obſeſſarum. Id autem peragebatur a militibus tectis coopertiſque ſub tegmine teſtudinum. Ea porrò parietum foramina opplebant ſtipabantque pice, reſina, & aſſamentis oleo incendiario imbutis. Obſtruebant poſtmodum facies ſive frontes foraminum; ut per tenuem anguſtamque rimulam applicito igne, materia ad illum concipiendum facilis illicò ſcilicet exardeſceret, laxaretque murorum compages; ut ſic poſtremo fatiſcente ſtructura, muri dejicerentur. Fuit omninò id inventum adumbratio quędam & rudimentum artis Cunicularie, qua nos beneficio pul-

veris pyrii conſtipati firmiſſimas munitiones perfringimus. Quoniam verò pix, oleum, & reſina, & hujus generis uſtoria medicamenta Veterum, nihil ferme habebant roboris comparata cum noſtro nitrato pulvere, idcirco meritò Lipſius terebram Heronianam deridet. Fuit autem terebra, quemadmodum aries, alia ſimplex, quæ manu & bracchiorum vi agebatur; alia teſtudine incluſa, ut eadem haberet commoda, quæ habuiſſe alibi expoſuimus teſtudinem arietariam. Terebram Joannes de Janua, & alii taratrum etiam vocarunt: *Terebra inſtrumentum perforandi, quod aliter dicitur Taratrum, quaſi Teritrum, quod lignum foret terendo.* Miror Lipſii acumen & eruditionem fugiſſe aliud terebræ militaris genus, cujus inventor perhibetur Diades, & quæ longè erat validior terebra Heronis. Hæc ſiquidem verſando, ſeu vertigine, & excavando vim habebat: Diadis verò illa valeſcebat impetu & impulſu. Hanc ex Athenæo Mechanico ſic deſcribit Vitruvius lib. 10. cap. 19. *De Terebra has explicuit rationes. Ipſam machinam uti teſtudinem, in medio habentem collocatum, in orthoſtatis canalem faciebat, quemadmodum in catapultis, aut baliſtis fieri ſolet, longitudine cubitorum quinquaginta, altitudine cubiti, in quo conſtituebantur tranſverſa ſucula. In capite autem dextrà ac ſiniſtrà trochleæ duæ, per quas movebatur, quod inerat in ea canali capite ferrato tignum, ſub autem ipſo canali tubi crebriter celeriores, & vehementiores efficiebant ejus motus. Supra autem id tignum, quod inibi erat, arcus agebantur, ad tegendum canalem, uti ſuſtinerent corium crudum, quo ea machina erat involuta.* Vide notas Baldi ad memoratum Vitruvii locum, & picturas terebræ Heronianæ apud Heronem cap. 7. & Lipſ. lib. 3. Poliorc. cap. 1.

TERGAFUGA, gæ. Papias. *Tergafuga: quoties militer fugientes a terga cæduntur.* Hujus vocis aliud mihi exemplum non ſuppetit. Nec cæteroqui novum eſt hallucinari Papiam in exponendis vocabulis; præſertim ubi Iſidorum, ut ſolet, non exſcribit.

TERGIDUCTORES. Ductores extremi agminis, alio nomine agminis Coactores, Uragi. *Capitani della Retroguardia.*

TERRADA, æ. Navis Indica, de qua Maff. Hiſt. Ind. l. 8. *Lembos, quos vulgò Terradas vocant, ducentos adjunxit.*

TERTIANI MILITES. Qui ſunt legionis III. Tacit. 13. Annal. *Tria millia Tertianorum permiſcuerat.*

TERTIADECIMANI MILITES. Qui ſunt e legione XIII. Tacit. 2. Hiſtor. *Tertiadecimani ſtruere Amphitheatra juſſi.* Et 3. Hiſt. *Tertiadecimanos ad Brixianam portam impetus tulit.*

TETRAGONÆ ARCES. Latinè quæ quatuor habent angulos vel propugnacula.

TETRARCHA. Vide *Regulus.*

TETRARCHIA. Vide *Regulus.*

TESSERA, æ. Dicitur notione Græca quod ex omni parte quadratum eſt, ut aſſiculus, quo ludimus in alveolo, Latinè *Talus*; Italis *Dado*, cujus originem vocis Turnebus trahit a dando, quoniam qui calculum antiquitùs promovebant, dare dicebantur. Mihi eſt a Latinorum Talo corruptum vocabulum. Non unam habet uſurpationem etiam in re bellica. Ponitur nonnunquam pro ſigno quodam pacis & belli. Colligitur id ex Polybio; qui refert Q. Mutium ad Carthaginienſes legatum duas detuliſſe teſſeras, alteram pacis, alteram belli, ut utram mallent, acciperent. Erat alia teſſera militaris, Palamedis inventum, teſte Plinio, quam Tribuni militares ſub noctem ab Imperatore acceptam, deferebant ad Centuriones: Centuriones autem ad Decuriones; & ii ad unumquenque per omnia contubernia ſuæ decuriæ militem: a quibus item redibat ad Imperatorem. Nimirum hoc ſigno dignoſcebantur ſocii milites ab hoſtibus, notumque habebant contra quos ſumenda eſſent arma. Iphicrates teſſeram militibus dabat, Mercurium. A Julio Cæſare variatum. Interdum illi Venus genitrix, ſæpius Venus victrix, ut viſitur in ejus nummis argenteis, quandoque Victoria, & Felicitas fuere teſſera. Hirtius: *Cæſar ſigna Felicitatis dato, equo admiſſo in hoſtem ire contendit.* Bruti teſſera Libertas: Cyri Juppiter ſocius, ut tradit Xenophon, & alia aliis. De ejuſmodi ſignis, ſive teſſeris ſic Vegetius lib. 3. cap. 5. *Vocalia ſigna dicuntur, quæ voce humana pronunciantur. Sicut in vigiliis, vel in prælio, pro ſigno dicitur, ut puta, Victoria, Palma, Virtus, Deus nobiſcum, Triumphus Imperatoris, & alia quæcunque voluerit dare is, qui in exercitu habet maximam poteſtatem.* Operæ ſuerit notatu dignam narratiunculam attexere ex lib. Novel. Antich. 85. *Fredi dalla Rocca havea guerra con quelli da Saſſo Forte. Uno die eſſendo eglino cavalcati a doſſo, a conforto di ſuoi amici, che egli havea a caſa, & a loro indotta, contra ſua volontà uſcì fuore contra loro. Appreſſandoſi d'avviſare inſieme, vollero dare il nome come s'uſo a battaglia: Et diſſe, Signori io priego che'l nome ſia queſto* Il Cuore da Caſa, *che voi habbiate quello cuore qui, che a caſa, quando mi confortavate d'uſcire fuore. Et quanto che così debbia eſſere, molte volte adiviene il contrario, che ſi truova l'huomo d'altro cuore in combattere, che non fù in conſigliare.* Obſervandum eſt alia eſſe ſigna muta, alia muſica, alia demum vocalia. Muta ſigna ſunt vexilla, & alia ad procedendum, vel bellum indicendum ejus generis inſignia. Hujuſmodi ſunt equinæ caudæ apud Turcas, cum eorum Imperator, aut primarius Viſirius ad expeditionem & bellum proficiſcitur. Item ſtemmatis & characteribus, appoſitam aliquam ſententiam continentibus, ſublata vela ſericea; quemadmodum apud noſtros auguſtiſſimum Crucis inſigne; & apud Conſtantinum Magnum ejuſdem Sanctiſſimæ Crucis teſſera, cum Epigraphe: *In hoc vince.* Signa muſica ſunt quæ claſſico, buccina, tuba, tympanis, aut ſimilibus inſtrumentis dantur, ad progreſſionem, vel receptum, vel ad manus cum hoſte conferendas. Poſtremò ſigna vocalia traduntur certis quibuſdam vocibus, & nominibus, quæ ſingulis diebus variantur, ne ad hoſtes eorum notitia penetret. Hæc ſigna humana voce expreſſa magis propriè teſſeræ appellantur. Traduntur illæ ab exercitûs Duce, & ſingulis quibuſque diebus mutantur: dicunturque præſcripta vel data nomina. Proferuntur ad voluntatem Imperatoris, cujus eſt diurna nomina eligere, ut *Jeſus, Maria, Sanctus Michael, Sanctus Ludovicus, Victoria, Fortuna &c.* Qui ad nuncianda hæc nomina ſingulis contuberniis eligebatur, vocabatur Teſſerarius. Et ille quidem apud Roma-

nos, ut ſcribit Polybius ab agendis vigiliis, & excubiis erat immunis. Occiduo ſole adibat ille Ducis vel Tribuni tentorium, acceptumque ſignum vel nomen deferebat ad proprium Centurionem, ac ſubinde aliis communicabat. Inſtituta eſt teſſera, ut tuta ſit caſtrorum, univerſarumque copiarum cuſtodia, utque vigiles & excubitores decipi non poſſint, incumbantque ſedulò ne hoſtes quoquam irrumpant, aut imparatos aggrediantur.

2. Quod autem ad veterum Romanorum teſſeras attinet, ea erat, ut diſertè tradit Polybius, latiuſcula tabella lignea, quæ Synthema etiam dicebatur, in qua erat præſcriptum quidquid Duces a copiis militaribus vellent reſcitum. Liv. lib. 28. *Scipio teſſeram veſperi per caſtra dedit, ut ante lucem viri equique curati & pranſi eſſent; armatus eques frenatos teneret equos.* Et Svetonius in Galba: *Solenni ſpectaculo plaudentes milites inhibuit, teſſerâ datâ, ut manus penulis cohiberent.* Id tabellarum genus Svetonius in Tiberio appellat etiam Libellos: *Præcepta ſequentis diei omnia, & ſiquid ſubiti muneris injungendum eſſet, per libellos dabat, addita monitione, ut de quo quiſque dubitaret ſe neque alio interprete, quacunque vel noctis horâ uteretur.* Silius etiam:

tacitum dat teſſera ſignum
Dimiſſâ in colles pugna, ſylvaſque feruntur
Diſperſi.

Moris fuit ſignatas tradi eas tabellas, præcepto ſolum ab Imperatoribus tempore locoque reſignandas, ne ſcilicet conſilia bellica, quæ ſecreto vel maxime valeſcunt, cuiquam aut palàm innoteſcerent. Geminum hujus rei exemplum habemus apud Hirtium; primum de Cæſare: *Neque certum locum gubernatoribus quem peterent, neque ut mos ipſius conſuetudoque ſuperioribus temporibus fuerat, tabellas ſignatas dederat, ut in tempore iis perlectis locum certum peterent univerſi.* Alterum de Amilcare Pœnorum Duce: *Ut in Siciliam inopinatus appelleret, non pronunciavit quò proficiſceretur, ſed tabellas, in quibus ſcriptum erat quam partem peti vellet, ſignatas gubernatoribus tradidit, præcepitque ne quis legeret, niſi vi tempeſtatis a curſu Prætoriæ navis abductus eſſet.* Vide Lipſium de Milit. Rom. l. 4.

TESSERA FRUMENTARIA. Vide *Teſſerarius*.

TESSERA LIBERI COMMEATUS. *Salvo condotto. Paſſaporto.* Vide *Literæ aſſertitiæ fidei publicæ*, & *Conductus*.

TESSERARIUS. Qui teſſeram, hoc eſt ſignum bellicum, de quo ſuo loco dixi, per omnia nunciat contubernia. De eo ſic Appianus lib. 5. *Tribunos miſit ut acciperent teſſeram militarem a Cæſare. Illi autem & numerum copiarum ei attulerant: uti & nunc in more eſt Tribunum petentem ſignum dare Imperatori pugillares, qui numerum contineant militis præſentis.* Ubi cautè obſerva muneris fuiſſe Teſſerariorum non modò acceptum ab Imperatore ſignum per manus tradere, ut expoſuimus in voce *Teſſera*: verum etiam de numero militum quotidie certiorem facere Ducem ſupremum. Cum enim inter dimicandum, deſertionibus, multiſque mortis generibus complures oppetere neceſſe ſit, multum intererat, ut per dies ſingulos de certo ſuorum militum numero Imperator diſtinctè cognoſceret. Tacit. Hiſt. 1. *Sed tunc e libertis Onomaſtum futuro ſceleri præfecit, a quo Barbium Proculum Teſſerarium ſpeculatorum, & Veturium Optionem eorundem perductos &c.* ubi Proculum Teſſerarium dictum putat Donatus non a ſymbolo bellico, ſive teſſera, quæ ſole occiduo petebatur, quæ verbalis erat teſſera; verùm a teſſera ſcripta, quæ etiam dicebatur frumentaria, de qua Juvenalis:

Summula ne pereat, qua vilis teſſera venit
Frumenta.

Erat autem teſſera illa tabella quædam lignea, quæ ſingulis porrigebatur militibus cum inſcripta nota, ut ea oſtenſa certam frumenti portionem pro diurno alimento ab erogatoribus caperent. Aſſignabantur nimirum Tribunis pro militum numero totidem teſſeræ frumentariæ, quas per Teſſerarium viritim diſtribuebant militibus ad annonam recipiendam. Conſpiciuntur hujuſmodi tabellæ in omnium fere Imperatorum numiſmatis cum epigraphe *Liberalitas Auguſti*. Nec militibus ſolum, ſed etiam civibus dabantur, ex quo lemma aliquot nummorum *Cong. dat. pop.* Congiarium datum populo. De Teſſerariis Triſſinus Ital. lib. l. 13.

Che quivi ſi ſtaran tutta la notte
A far le ſentinelle, e cambieranſi
Da quattr' hore in quattr' hore, e fin riviſti
Da i Cavalieri, ch' anderanno attorno,
E faran darſi l'ordinato nome.

Vide *Teſſera*.

TESTAMENTUM MILITARE. Quæ a militibus in caſtris, vel in ipſa Urbe ante diſceſſum in provincias ſignabantur teſtamenta, omnia ferè cum civium Romanorum teſtamentis communia habebant. Singulare illud erat, quod dicitur teſtamentum in procinctu, cujus meminit Plutarchus in Coriolano. Quale illud fuerit ſic exponit Feſtus: *In procinctu factum teſtamentum dicitur, quod miles pugnaturus nuncupat præſentibus commilitonibus.* Sciendum itaque ſæpiùs contigiſſe, ut præter expectationem milites raperentur ad prœlium diſtricto Ducis imperio. Cum autem tunc minime otium ſuppeteret teſtamentum tabulis conſignandi, idem ſine ſcripto edebatur, tribus quatuorve commilitonibus præſentibus. De teſtamento in procinctu facto recito Velleii teſtimonium lib. 2. *Q. Macedonius cum urbem Contrebiam nomine in Hiſpania oppugnaret, pulſas præcipiti loco quinque cohortes legionarias, eodem protinus ſubire juſſit; facientibus omnibus in procinctu teſtamenta, velut ad certam mortem eundum foret.*

TESTINIA, æ. Vox uſurpata a Scriptoribus perditæ Latinitatis. Armaturæ genus, qua caput tegitur, & fortaſſe legendum Teſtiria. Italis *Teſtiera*. Teſtamentum Ranimiri Regis Aragoniæ: *Elmos & teſtinias, & cinctorios dimitto ad Sanctium filium meum.*

TESTUDO, inis. Pro ſcuti genere oblongo, aptoque ad teſtudinem conficiendam. Nangius in vita S. Ludovici: *Centum cum teſtudinibus, ſive targis in armis lucidis, & in equis loricali tunica coopertis ſequebantur.*

TESTUDO, nis. Animal notum, a teſta, qua tegitur, nomen habens. Ab hujus teſtæ, ſive tegumenti ſimilitudine Teſtudo vocatur in re ædificatoria opus concameratum, ſeu fornicatum quod Vitruvius deſcribit lib. 10. & expreſſiùs Budæus

per hæc verba: *Teſtudo duobus arcubus conſtot, in centro ſe ſecantibus. Quatuor enim arcuatæ pilæ invicem tranſverſæ, & crucem adſigurantes, teſtudinem abſolvunt*. Ab ejuſdem animaotis forma, & ſcutolis coloratis, quibus ejuſdem teſta variatur, militaris alia teſtudo, eademque multiplex, & ad plures uſus excogitata oomen ſortita eſt, De ſingulis infra erit ſermo.

Testuoo simplex. A Teſtudiois, lentiſſimi animalis formâ non uoæ oppugnatoriæ ſimul, tegenteſque machinæ nomen acceperunt; ut quaſi generale apud Antiquos Teſtudinis oomen fuerit pro machinis tegentibus. Machina verò tectoria ſimul & oppugnatoria erat teſtudo ſimplex, cujus crebra eſt mentio tum apud Græcos, tum apud Latinos Scriptores. Vitruvius lib. 10. cap. 20. quadratam illam fuiſſe ſcribit, habentemque quoquoversùs latera ſingula pedom quinque, & vigioti. E corio duriorique aliâ materiâ erat contecta, & muris admota, tutò, quos condebat, milites effundebat, Hanc facilè iotellexit Cæſar lib. 2. Bell. Civil. *Antecedebat teſtudo pedum ſexaginta æquandi loci causâ facta ex fortiſſimis lignis, involuta omnibus rebus, quibus ignis jactus & lopides defendi poſſunt*. Da eadem Polybius lib. 10. in obſidione Syringis, quæ urbs eſt in Hyrcania: *Erat certamen ferè omne & conatus in teſtudinibus aggeſtitiis. Foſſæ enim erant triplices, latitudine quidem baud minore trigiuta cubitorum, profunditate verò quindecim*. Livius verò lib. 34. *Teſtudinibus admotis murus ſubruebatur*. Hæc teſtudo interdum unum latus non quadratum habebat, ſed acuminatum in modum roſtri. Eam verò roſtratam Teſtudinem vocabaot. Hoc genus, quooiam tectorium eſt munimentum, & parum a vinea diſtans, ideo Hero appellare ſæpe ſolet Teſtudinem Vineam, Et ſic alii etiam uſurpavere Scriptores, ut notat Turnebus Adverſ. l. 11. cap. 24.

Testudo Aristaria. Una eſt ex machiois oppugnatoriis, crudis cootecta animalium coriis, & quatuor ſubjecta rotis, quibus impellebatur, a figura currus minimum diſcrepans. Ea intus milites & arietem aſſervabat: Effundebantur inde milites, ubi opus erat, ad muros ſuffodiendos; ad eoſdem verò quaſſandos libratus contorquebatur aries. Quodſi hoſtes adversùs eductos milites miſſilia jacerent, continuò illi intra eandem machinam ſe recipiebant in tutum. Non ſolùm verò a figura Teſtudiois animantis ſic dicta eſt ea machina, & quòd lentiùs gradiebatur; verùm etiam quia pendens aries exerebat identidem, ac retrahebat caput, illudque ſub tegmine occultabat, ut lentum illud aoimal ſuum exerere & occultare ſolet, Eam ſic eleganter deſcribit Vitruvius lib. 10. cap. 19. *Cetras autem Chalcedonius de materia primùm baſim ſubjectis rotis fecit, ſupraque compegit arrectariis, & jugis varas, & in bis ſuſpendit arietem, coriiſque bubulis texit, ut tutiores eſſent, qui in eo machinatione ad pulſandum murum eſſent collocati. Id autem quod tardos conatus baberet, teſtudinem arietoriam appellare cæpit*. Vide hujus teſtudinis formam apud Lipſium, & Steuvechium.

2. Aliquanto diverſa ratione componitur teſtudo arietaria apud Heronem cap. 9. de Machin. bellic., ubi propoſitâ ejuſdem figurâ illam latè deſcribit, ejuſdem uſum his verbis exponens: *Si citius cum arietibus muros vel portus rumpere perfringereque voluerimus; faciemus teſtudines arietes geſtantes, quotuor rotarum, altas, quæ ſuperiùs catenas, vel funes juxta craſſitiem robuſtos orietem ſuſtollentes ac ſuſtinentes babeant. Quum enim ab altiori loco aries ſuſtentetur, plus retrorſum intervalli ad motum ſuſcipit: & quam a longè cum impetu feratur, & incutiatur, majorem acquirit vim: & offendendo muro occurrent, violentam fortemque perficit percuſſionem. Sit autem juxta formam alta teſtudo ipſa, & non admodum magna, ut ad motum deductu facilis ſit: altitudinem latitudinis duplam babens, longitudinem verò altitudini æqualem, vel parum eâ minorem: ut roſtrum acutum babeat, ablongaque ſit: atque ut ea, quæ in ipſam incidunt pondera, cum obliquentur, deorſum binc inde decurrant*. Quibus longè plurima attexit eam machinam per ſingulas explicans partes. Vide Barocium ad memoratum locum Heronis. Proſequitur autem poſtea idem Scriptor, & aliud enucleat teſtudinis arietariæ genus, quod confeciſſe ſcribit familiares Byzantii Principis. Sic autem illam exponit cap. 11. *Verùm principis Byzantii familiares arietem cubitorum centum & viginti juxta longitudinem faciebant. Ab ipſius autem calce juxtà craſſitiem quidem pedalem: in latitudinem verò palmorum quinqae: in anteriori autem parte coarctabant ipſum in pedalem latitudinem, & trium palmorum craſſitiem: belicas ferreas quatuor, quæ ſeſe in longitudinem uſque ad decem cubitos extendant, in anteriori parte clavis affigentes: totumque arietem tribus funibus octo juxtà craſſitudinem circamquaque digitorum exiſtentibus ſuccingentes: ac loris eum circulariter ligantes, juxtà medium tribus quidem intervallis, quatuor verò ſuſtentaculis conſtringebant. Funes verò, qui ab aliis conabinis funibus ab arietaria machina pendentibus arietem ipſum ſuſtinent atque inferunt, a ferreis contextis catenis initia ſumebant. At ſcalam etiam nauticam faciebant, aſſere in arietis elatione anteriùs clavis affixo, babenteque rete contextum juxta craſſitiem ſufficiens, & juxtà diſtantiam quatuor, vel etiam plurium digitorum foramina babens, ut facilè ſupra murum aſcendatur. Appendebant autem ipſum, & movebant in teſtudine rotis octo prædita: quippe quæ juxtâ quidem infernam pavimenti longitudinem, quadragiuta duo, juxtà verò latitudinem, viginti octo cubitos babeat. Ipſa præterea quatuor crura, quæ in pavimento ad altitudinem juxtà angulos affiguntur, ex duobus ſimul junctis lignis ſingula faciebant, longitudinem babentia ſingula cubitorum viginti quatuor, & craſſitiem palmorum quinque: juxtà verò latitudinem unius cubiti exiſtentia. In ſuperiori autem arietariæ machinæ parte thoracium tanquam ſepimentum ſtruebant, ut in eo tutè ſtare poſſent ſpectantes ea, quæ adversùs arietem ab adverſariis mittuntur. Hujuſcemodi autem arietem ſexies movebant deſtruentes a ſeptuaginta cubitis altitudinis, rurſuſque ad latera ad ſeptuaginta cubitos pervertentes. A centum autem viris allatus movebatur. Totum verò, quod movebatur pondus talentorum ferè quadringentorum erat*. Vide hujus teſtudinis iconem poſt cap. 11. & Barocium ibidem. Vide *Ariet*.

Testudo fossoria. Ea eſt, quæ nec arietem, nec ullam admittit machioam oppugnatoriam: verùm deſervit ſolùm ad geminos continendos foſſores.

Digitized by Google

ſores. Hi, applicata muris teſtudine, murum paulatim effodere incipiunt: cum verò tantum ſcrobis effecerint, quantum ad coſdem capiendos muri concavitas ſufficit, reducta iterum a muris teſtudine, foſſionem illi per muri craſſitiem proſequuntur, ab hoſtium miſſilibus tuti. Sic autem muris teſtudo foſſoria applicatur, ut ipſius tergum, ſeu pars exterior in declive pendeat; corioque ac ſudibus terra oppletâ congeſtis tela & ſaxa deſuper jacientium impetum eludat. Nihil eſt hoc inſtrumento ſimilius pluteo, ſeu ductili ambulacro cuniculario, quo in oppugnandis arcibus recens militia utitur: *Gallerie*. Certè Hero cap. 4. de Machinis bellicis, non tam de antiquis illis, quàm de noſtratibus videtur fuiſſe locutus: *Cum autem murus a facie introrſum ad craſſitiem perforatus fuerit, totque ſeporationes ſecundum latitudinem ſuſceperit, quot etiam Teſtudines ſunt: atque jam dicti duo viri a ſe invicem converſi intus abſque impedimento in ipſis ſeparationibus fodiant; non amplius indigent Teſtudine, cum ad laterales fodiant partes, ab ipſaque muri craſſitie intus conſerventur.* Teſtudinem foſſoriam prolixè deſcribit idem Hero cap. 3., ejuſdemque ad muros applicatæ multiplex ibidem figura proponitur. Teſtudinem foſſoriam, vel etiam arietariam, umbraculi nomine deſignavit Propheta Nahum cap. 2. *Velociter aſcendent muros ejus, & præparabitur umbraculum*. Ad quæ verba ita ſcribit Jacobus Tirinus: *Umbraculum, ideſt teſtudo, ſeu machina lignea, tabulis contexta, & coriis ciliciniis adverſus ignes contecta; ſub qua deliteſcebant, qui arietes agebant, vel muros ſuffodiebant*: Ejus loco, ut dixi, ſucceſſit alia non multum abſimilis recentis militiæ machina, quam galeriam, ſeu porticum vocant, quod ſub ea, tanquam ſub tuta & commoda porticu, pateat tranſitus & acceſus ad murum hoſtilem ſuffodiendum.

Testudo Oppugnatoria e scutis. Inter præcipuas recenſetur oppugnatorias ſimul & tectorias machinas, fiebatque per ſcutorum connexionem, & colligationem curvatam intricatamque ad formam teſtudinis. Id efficiebant conſtipati milites, elata ſuper caput ſcuta ſic attollentes, iiſque ſe protegentes, ut qui primum ordinem occuparent altiores iis eſſent, qui ſecundum obtinebant ſpatium, & ſic ordine paulatim decreſcente, ad omnimodam figuram tecti ædificiorum. De hac teſtudine ſic Iſidorus: *Teſtudo, connexio ſcutorum curvata in teſtudinis morem*. Duplex erat ejus machinæ commodum, Primum quod qui elatiores erant ſe in murum hoſtilem coniicere poterant. Alterum; quod jacula & miſſilia, quæ ſuperius contento ſtudio ab hoſtibus immittebantur, per ſcutorum lubricum & declive minimâ elabebantur noxâ, cum ad modum decidentis imbris, per tegulas effluerent. Liv. lib. 44. *Ita nec ipſos tela ex muro miſſa ſubeuntes læſerunt, & teſtudini injecta, imbris in modum lubrico faſtigio innoxia ad imum labebantur*. Frequentiſſimus hujus machinæ uſus apud Romanos, & alias nationes. Cæſar de Belgis: *Teſtudine facta portis ſuccedunt, murumque ſubruunt*. Liv. *Teſtudine parti muri admotâ, cum armati ſuperſtantes ſubiiſſent, propugnatoribus muri, faſtigio altitudinis æquabantur*. De eadem Lucanus lib. 3. hæc habet:

Ut tamen hoſtiles denſa teſtudine muros
Tecta ſubis virtus, armis innexa priores
Arma ferunt, galeamque extenſus protegit umbo.

Cæſar verò lib. 2. bell. Civil. iterum de Belgis & Gallis ſic ſcribit: *Ubi circumjecta multitudine hominum totis mœnibus, undique in murum lapides iaci cœpti ſunt, muruſque defenſoribus nudatus eſt, teſtudine facta, portis ſuccedunt*. Vide hujus teſtudinis formam expreſſam apud Steuvechium, & Lipſium.

Testudo, pro genere instructionis. Ad longè alium uſum, nec ad muros ſubeundos, ſed ad firmandam aciem & conjunctim dimicandum hoc teſtudinis genus repertum eſt. Formatur militibus in unum convenientibus, & arctiſſimè conſtipatis, denſà quàdam facta ſuper capita connexione ſcutorum. Eo nexu & figura a miſſilibus ſeſe tutantur commodè; atque identidem ſcuta diſſolventes, approperantem incautè hoſtem aggrediuntur; moxque iterum ſub eam quaſi ſcutorum umbellam tutò ſeſe recipiunt ac deliteſcunt. Tanta verò ſcutorum firmitas conſurgit, ut tectorium illud e ſcutis plures bellatores ſimul dimicantes, atque etiam quod dictu incredibile videri poſſit, currum cum equis & bellatoribus non incommodè ſuſtentet. Ejus figuræ & machinationis experimentum a Romanis primum factum in ludis Circenſibus. Cum verò rem felici eventu ſuccedere animadvertiſſent, cum poſtea conſtipationem militum & connexionem ſcutorum ab urbanis & imaginariis certaminibus ad ſeriam & decretoriam Martis arenam tranſtulerunt. Itaque ſicubi prævalido impetu aciem adorientibus hoſtibus impares ſeſe cognoſcerent, conglobati in unum ordines, equitatu & impedimentis in medio receptis, genuque humi inhærentes, ſcuta colligabant ſuper capita nexu firmiſſimo. Quo velut Martis umbraculo, & ſubitaria munitione contecti, immunes ab hoſtico inſultu agebant: atque inde ſeſe, quemadmodum dixi, ſcuta expedientes proripiebant, ad invadendum carpendoſque hoſtes, ubi incurioſos illos, & laxiùs fuſos offendiſſent. Ejuſmodi teſtudinem Dio Caſſius lib. 49. per hæc verba deſcripſit accuratiſſimè: *Porrò teſtudo talis eſt, & fit hoc modo. Impedimentis, & levi armatura, & equite omni, in medium acceptis; gravis armaturæ pedites, illi qui oblongis, & in tubi dimidiati modum factis ſcutis utuntur, in extremis partibus, tanquam in lateritio opere, pro muro ponuntur, & reliquos omnes ipſi extra ſpectantes ambiunt. Cæteri qui latiora ſcuta gerunt, in medio denſi locantur, & ſcuta cum ſuper ſe, tum ſuper alios attollunt; ut in tota phalange non aliud ſit quàm ſcuta cernere, & a telorum jactu omnes tutos eſſe, ob denſitatem inſtructionis. Adeo enim validè firmant, ut & ſuper eam homines aliqui ingredi poſſint, imò etiam equi & currus agi, quoties in cavo & anguſta aliquo loco conſtipantur. Hæc eſt forma ejus inſtructionis, & nomen a teſtudine cepit ob firmitatem, & quia optime tegit. Uſus autem duplex eſt. Nam in oppugnanda munitione aliqua ſubeunt, & ſæpe in ipſum murum quoſdam attollunt; aut circumventi fortè a ſagittariis inclinant ſe omnes ſimul (nam & equi docti ſunt in genua ſubmittere ſe & inflectere) & ſic opinionem hoſtibus defatigotionis ſuæ præbentes, iis* up-

Digitized by Google

appropinquantibus, ſtatim terrore injecto, conſurgunt atque incurrunt. Eadem fere habet Plutarchus in Antonio: *Qui ſcuta ferebant, intra ſeſe levem armaturom concluſerunt. Ipſi autem in genua ſe ſubmittentes projiciebant ante ſe ſcuta: & qui poſt eos, ſcuta ſuper eos tenebont; atque ſuper iſtos alii ſimiliter. Quæ forma tecto ædificiorum ſimillima, & ſpeciem theatro aut ſpectaculo dignam præbet, & muuimen firmiſſimum eſt contra jacula, quæ ſcilicet delabuntur*. Sed longè opulentiſſimum temporariæ hujus teſtudinis teſtimonium habemus apud Florum lib. 4. cap. 10. ubi de acie Romana loquituc, & Romanorum pugnâ adverſus Parthos, vehementer demirantes prodigioſæ hujuſce teſtudinis uſum & commodum in Romanis: *Deletæ reliquæ copiæ forent, niſi urgentibus telis ad modum grandinis, quadam ſorte docti procubuiſſent in genua milites, & elatis ſuper capita ſcutis, caſorum ſpeciem præbuiſſent. Tum Porthus arcus inbibuit. Deinde Romoni cum ſe rurſus extuliſſent, adeo res miraculo fuit, ut unus ex Barbaris miſerit vocem. Ite, & benè valete Romani: meritò vos victores foma gentium loquitur, qui Partborum tela fertis*. Hæc legentibus augeſcet ſtupor, ſi noverint etiam io prœlio oavali harum teſtudioum fuiſſe uſum apud Romanos, tanta nimirum arte atque dextecitate ad eam illi machinatiooem erant exerciti. Id verò Ammianus lib. 26. ſic luculenter exponit: *Conjunctis tribus navigiis, teſtudinem bac ſpecie ſuperſtruxit: denſatis cobærentes ſuper capita ſcutis, primi tranſtris inſtobant armati, alii poſt bos ſemet curvantes bumilius; tertiis gradotim inclinatis ſubmiſiè, ita ut noviſſimis ſuffraginibus inſidentes, formom ædificii fornicati monſtrarent. Quod machinæ genus contra murales pugnas ideo figuratur bac ſpecie, ut miſſilium ictus, atque ſaxorum per decurſus cadentes labiles, inſtar imbrium, evoneſcant*. Adverto demum hoc inſtructionis genus a Græcis, ac pcæſertim geote Macedonum phalangem fuiſſe appellatam, ut alibi exponimus. Vide hujus teſtudiois delioeatiooem apud Lipſium Poliocc. lib. 1. Dialog. 5. & Steuvechlum ad lib. 2. cap. 16. Veget. Eam machinationem ſic expoſuit Cant. 18. ſtudioſus imitator omnis antiqui egregiique moris Torquatus Taſſus:

Giunſerſi tutti ſeco a queſto detto;
Tutti gli ſcudi alzar ſovra la teſta;
E gl'uniron così che ferreo tetto
Facean contro l'horribile tempeſta.
Sotto il coperchio il fiero ſtuol riſtretto
Và di gran corſo, e nulla il corſo arreſta;
Che la ſoda teſtuggine ſoſtiene
Ciò che di ruinoſo in giù ne viene.

Idem Cant. 11.

La gente Franca impetuoſa e ratta
Allor quanto più puote affretta i paſſi;
E parte ſcudo a ſcudo inſieme adatta,
E di quegli un coperchio al capo faſſi:
E parte ſotto machine s'appiatta &c.

Tsstudo Navalis, Vide *Teſtudo pro genere inſtructionis*.

Testuoo rostrata. Vide *Teſtudo ſimplex*.

Testudinatus, a, um. Vox eſt Vitruviana lib. 10., ubi loquitur de teſtudine, & ſignificat ædificium incurvum, coocameratum atque connexum ad modum teſtudinis.

Teucer. Duos hoc nomioe præſtantos Duces Mythologi efferuot. Ab altero, qui Scamaodri Cretenſis fuit filius, Tcoja Teucciæ nomeo habuit, Tcojaoi verò Teucri appellati. Alter Telamoois filius. Adfuit bello Tcojaoo, tectuſque Ajacis clypeo vim magnam Tcojanocum ſagittis, quibus jaculandis vehemeotec excellebat, coofodece fiogituc ab Homero Iliad. 8. Idem a Telamone patre Salamine ejectus, quod necem Ajacis fratris oon ultus eſſet, alia navigatione ſuſcepta, Cypcumque advectus, aliam ibidem urbem patriæ oomioe condidit, Salaminem. Vino potando indulgentiorem tradit Horatius lib. 1. 7. ubi ejus geſta complectituc.

Teucer Salamina, patremque
Cum fugeret, tamen udo Lyæo
Tempora populea fertur vinxiſſe corona.

Et paulò poſt ſic ipſum loquentem ioducit;

Nil deſperandam Teucro Duce, & auſpice Teucro;
Certus enim promiſit Apollo
Ambiguam tellure nova Salamina futuram.
O fortes, pejoraque paſſi
Mecum ſæpe viri: nunc vino pellite curas:
Cras ingens iterabimus æquor.

Th. Græcis Θ. Character, ſive nota exitialis, & mortem deſignans: utpote quæ litera eſt ioitialis vocis Græcæ Θάνατος, qua mors indicatur. Apponi ſolebat in breviculis, ſive pictaciis, quæ militum nomina continebant, ad milites vita functos prænotaodos. Ita Iſidorus lib. 1. Vide *Motricula*. Ruffinus lib. 2. Invectiv. io S. Hieronymum: *Quod tale eſſet, quale, ſiquis accepto breviculo, in quo militum nomina continentur, nitatur inſpicere quanti in bello ceciderint, & requirens qui inſpicere miſſus eſt propriam notom, verbi cauſa, ut dici ſolet Θ ad uniuſcujuſque defuncti nomen aſcribat, & proprio rurſus nota ſuperſtitem ſignet, &c.* Paulus Diacoous in Notis: *Θ nomini militis appoſitum, ipſum obiiſſe demonſtrat*. In ſepulchris & epitaphiis militum extioctocum eadem crebrò liteca apponebatur, ut multis exemplis oſtendit Gruterus. Ideo Theta funeſtiſſima literarum ſemper habita:

O multum ante alias infelix litera Theta,

Perſius Satyc. 4.

Et potis es nigrum vitio præfigere Theta.

Ideſt, morti addicere cooſceleratos & improbos; ab eadem liteca damnatocia; qua nimirum appoſita, vel in tabulis ſuffragatoriis præfixa condemnatio cujuſpiam notabatur, Dicitur autem Theta oigrum, quia color ille habebatur iofortuoatus; quemadmodum color albus fauſti ſecundique ecat ominis.

Thalamegus. Gycaldus ex Appiano & aliis pcodit fuiſſe oavem Imperatoriam ad bellicam pompam auro undique exornatam. Svetonius de Jul. Cæſare cap. 52. *Eadem nave Thalamego pene Æthiopia tenus Ægyptum penetravit, niſi exercitus ſequi recuſaſſet*. Videtur fuiſſe navis Regia, Imperatoria, vel Prætoria, non ſolum culta magnifice; verum etiam delicatè extructa exquiſita ſupellectili, ac potiſſimum thalamo. Seneca de Benef. 7. 20. Cubiculatam vocat, & ad Regum navigantium laſciviam pertinuiſſe ſcribit: *Cui triremes & æratas non mitterem, ſed luſorios & cubiculatos, & alia ludibria Regum in mari laſcivientium*. Vide apud Athenæum lib. 5. deſcriptio-

Digitized by Google

ptionem Thalamegi, extructi a Ptolemæo Philopatore. Ejuſmodi naves Thalamiphoros etiam vocitatas fuiſſe a Græcis comperimus.

THEMA, atis. Latinè poſitio, vel ſitus. Quem habeat apud Rhetores locum, alii viderint. Aſcitum etiam eſſe nomeo in rem bellicam conſtat ex illis verbis Luitprandi in Legatione: *Vis majus ſcandalum, quàm quod ſe Imperatorem vocat, Imperii noſtri themata ſibi uſurpat?* Et infra: *Duo illa themata, quæ ultra mare habet, volebant auferre*. Ubi vocem Themata Salmaſius exponit locum munitum; alii explicant legionem ipſam. Omninò aſſentior Macris fratribus, qui munita loca ibi indicari optimè arguunt ex formula Italica, quæ ad Græcæ vocis originem proximè accedit: *Poſto diſeſo*. Scripſit autem Conſtantinus librum de Thematibus, quod juxta Salmaſium ad Solinum cap. 39. idem ſignificat ac de proviociis. Diſtinguit quippe liber ille regionatim ſitus provinciarum, quæ per ea tempora Romano parebant Imperio. Hinc apud præfatum Authorem Thema Thracium idem eſt ac Thrácia provincia, Thema Anatolion, idem eſt ac provincia, quam vulgò dicimus *Natolia*, quæ minorem fere complectitur Aſiam, & ſic de reliquis.

THERON. Equi nomen in Judis a Scipione celebratis apud Silinm lib. 16.

Et Theron potator aquæ, ſub nomine Lethes;
Quæ fluit immemori perſtringẽs gurgite ripas.

THESEUS. Ægei regis Athenarum, vel, ut alii ſcripſerunt, Neptuni & Æthræ filius, Ovid. Epiſt. Heroid.

Nec pater eſt Ægeus, nec tu Pitheidos Æthræ
Filius: auctores ſaxa, fretumque tui.

Tam eximiæ virtutis fuiſſe ſcribitur, ut in præclaris facinoribus obeundis nulli ætatis ſuæ bellatori, niſi fortè Herculi, ceſſerit. Hujus certè æmulatione inflammatus, ejuſque æmulatus fortitudinem maleficos homines, latrones, & graſſatores feliciſſimis expeditionibus de medio ſuſtulit; Atticam præcipue regionem ejuſmodi mooſtris atque portentis miſerum io modum infeſtatam atque deformatam expurgaos. Adraſto opem tulit io recuperandis cadaveribus cæſorum ad Thebas. Periphetem Vulcani filium ænea clava pugnantem obtruncavit. Minotaurum in labyrintho Cretenſi, Creontem Thebanorum regem; Scironem verò, Procuſten, & Scinin famoſos io Attica latrones trucidavit. Conjunctis cum Hercule Thebano viribus debellavit Amazonas, ex quarum regina Hippolyte ſecum adducta ſibiqne in matrimonium collocata, Hippolytum filium genuit. Pirithoi amicitiam enixè coluit, quo etiam ſocio ad Inferos Proſerpinæ rapiendæ cauſa deſcendit. Sed extincto Pirithoo a Plutone detentus ipſe io vinculis fuit, donec ab Hercule liberaretur. Quoniam verò longè laborioſius atque difficilius eſt voluptates & amorum lenocioia vincere, quàm militares delere copias, idcircò mirum non eſt præclarum illum Tyrannorum debellatorem muliercularum amoribus irretitum fuiſſe, quarum non paucas per vim raptas graviſſimarum poſtea ærumnarum cauſam habuit. Vide plura apud Ovid. Metam. lib. 8. apud Plutarchum in vita Theſei, & apud Catullum in Epithalamio Pelei & Thetidis. Ab Herculis & Theſei inſtitutione ſumenda omninò eſt origo illuſtrium bellatorum, qui a Poetis, potiſſimum verò Italicis, producuntur nomine Equitum errantium, *Cavalieri Erranti*: quorum conſilium animoſum fuit, ubique gentium inſequi facinoroſiſſimos quoſque, & teterrimis nequiſſimorum hominum, gigantum, monſtrorum peſtibus exciſis & domitis, repurgare orbem terrarum. Theſei geſta Poemate inſulſo celebravit Codrus quidam male feriatus apud Juvenalem. Eundem Heroem celebravit Joannes Boccaccius Poemate ingenioſiſſimo & moratiſſimo, eodemque a nobis in hoc opere ſæpiùs laudato, quod inſcripſit *Theſeide*.

THOSS. Nomen equi funalis Admeti apud Stat. lib. 6.

Nominibuſque cient Pholoen Admetus & Irin,
Funalemque Thoen.

Aliorum porrò equorum oomina ſic conglobatim idem Poeta ibidem recenſet:

rapidum Danacius augur
Aſcheton increpitans, meritumque vocabula Cygnum.
Audit & Herculeum Strymon Chromin. Euneon audit
Igneus Æthion. Tardum Calydona laceſſit
Hippodamus, variumque Thoas rogat ire Podarcem.

THORACIUM. Idem ac thorax; & propriè ex Græca origine pars eſt, ſeu latitudo pectoris: tranſiit poſtea nomen a pectore ad pectoris munimentum, quod Latinis lorica eſt, de qua ſuo loco ſusè egimus. Hic ſolum nota, thoracium apud Svidam, pro munitiooe caſtrenſi, vel oppugnatoria poſitum, ad eam formam, quam explicavimus io voce *Lorica* pro munimento. Sic autem habet Svidas: *Ipſe murus thoraciis, propugnaculis munitus*.

THORACIUM, ii. Pro ſpecula, vel inſpectorio. Fit contractè a voce integra *Theoracium*, quod a cernendo vel inſpicieodo ex Græco dicitur. Non ſolùm eſt ſummitas, ſeu loculamentum in ſuprema parte mali navis, in quo degunt ſpeculatores ad remotiſſima quæque luſtranda & exploranda; verùm etiam machinula bellica, utilis & accommodata ad explorandum impune ſtatum rerum hoſtilium in urbium aggreſſionibus. Appendi verò hujus generis machinulæ, vel defigi ſolebant io ſcalis, quæ inde ſpeculatoriæ appellabantur in machinis arietariis, aliiſque organorum generibus, quæ vi potiſſimum Tollenonis in ſublime ſuſtollebantur, ut non omiſimus indicare ſuis in locis. Thoracii pro inſpectorio vel ſpecula meminit Hero de Machin. bellic., ubi videndus eſt Barocius.

THORAX, acis, Virgil. 10.

thoraca ſimul cum pectore rupit.

Voſſius Hebræam vocis originem agnoſcit. Conſtat Græcam eſſe dictionem, qua pectus indicatur: ſed nihil vetat vocem Græcam ab Hebraica lingua originem trahere. A thorace Thoracidæ dicuntur imagines uſque ad pectus expreſſæ, eujuſmodi ſunt, quæ circumferuntur in oumiſmatis. Valafridus Strabo de Officiis Divinis c. 8. *In geſtis Sylveſtri Papæ legitur, Conſtantinum Imperatorem per thoracidas Apoſtolorum, quod ipſos in viſione viderit, cognoviſſe*. In re noſtra thorax eſt lorica Latinorum, genus nempe armaturæ tectoriæ ex chalybe vel alia ſolidiore materia, ad gladiorum telorumque ictus impunè excipiendos, labente ac declinante in irritum cuſpide per levigatam & lubricam æris planitiem,

Pe-

Digitized by Google

Pectus univerſumque tegit tractum anteriorem humani corporis uſque ad pubem. Et primò quidem ne ferreorum thoracum duritia & aſperitas corpora læderet, pectoralia ex crudo corio eiſdem ſubiiciebantur, vel laneum operimentum ex opere coactili. Poſtmodum verò ænei thoraces; quod militantibus nimio eſſent oneri, in lineos vel coriaceos, a pectore uſque ad ventrem demiſſos, & poſteriores etiam partes complectentes, mutati ſunt. Vide *Lorica*.

THORACATUS, a, um. Thorace munitus. Plin. 35. *Parraſius pinxit navarchum thoracatum*.

THORAX. A ſimilitudine indumenti militaris tectorii, ſive loricæ, ſic etiam appellamus in Architectura militari minorem aggerem, ad muruli formam, & hominis altitudinem excitari ſolitum ante quodlibet munimenti genus. Uſus eſt ad obtegendos milites ſub eodem degentes, præſtandumque tutum inceſſum & decurſionem in via, ſeu ambulacro inferiori, ut obſeſſi inſilientes in ſcabellum ſubpedaneum perpetuò illi inferiùs adſitum, tutò poſſint jaculis & ignibus appropinquantes hoſtes impetere. Italis dicuntur *Parapetti*. Si munitiones ſunt minoris momenti, excitantur prædicti thoracea ex aggeſtitia terra, faſcibus & ramalibus utcunque interjectis. Propugnaculis verò mœnibuſque perpetuò manſuris adduntur e coctis lateribus, atque etiam ex lapide quadrato, ad perpendiculum ſupra murorum acclivitatem, per univerſam longitudinem excurrente toro. Munitorium hoc additamentum vocamus *Incamiſciata*.

THORACOMACHUS. Tegumenti genus a pectore ad pubem deſinens, quod Romani pro thorace & lorica uſurparunt, cum horum gravitatem ferre non poſſent. Conſtruitur ex corio, pello, lana, vel ſimili materia coactili; ea operis textura, ut hoſtiles ictus impunè excipiat. Hujus operimenti originem indicavit Vegetius lib. 1. cap. 20. *Ab Urbe enim condita uſque ad tempus D. Gratiani, & cataphractis, & galeis muniebatur pedeſtris exercitus. Sed cum campeſtris exercitatio, interveniente negligentia deſidiaque ceſſaret, gravia videri arma cœperunt, quæ rarò milites induebant. Itaque ab Imperatore poſtulant primò cataphractas, dein caſſides deponere*. Hoc verò genus veſtis levando armorum ponderi primùm inventum, ipſis deinde thoracibus ſive loricis ſucceſſit. Hujus demum tegumenti notitiam ab Authore Anonymo habuiſſe ſe refert Steuvechius, cujus Authoris Anonymi libellum adnexum repererit libro, cui Titulus eſt *Notitia utriuſque Imperii*: ex quo libello hæc ad Thoracomachum ſpectantia deſcribit: *Inter omnia, quæ adverſum bellicum provida poſteritatis cogitavit Antiquitas, Thoracomachum mira utilitate ad levamen corporis, armorum ponderi, & aſperitati ſubjecit. Hoc enim veſtimenti genus, quod de coactili ad menſuram, & tutelam humani pectoris conficitur, de mollibus lanis timoris ſolicitudo, ſolertia magiſtra compoſuit: ut hoc induto, primum lorica, vel clivanus, aut his ſimilia fragilitatem corporis ponderis aſperitate non læderent, membra quoque veſtientis inter armorum hiemiſque diſcrimen, tali ſolatio adiuta labori ſufficiant. Sane, ne idem Thoracomachus pluviis verberatus ingraveſcente pondere afficiat veſtientem, de Libycis benè confectis pellibus ad inſtar ejuſdem Thoracomachi faciem convenict ſuperinduere*. Thoracomachus a lorica, & pugna dicitur ex Græco: non quia illo thorace, ſeu lorica decertetur: ſed quoniam illud indumentum firmitudine & tutela cum thorace & lorica ferrea certat: inventum nempè primò in loricæ ſupplementum, poſtremò loricæ eidem ſucceſſit, utpote ad geſtandum commodius, nec imparis ad ictus ſuſtinendos firmitatis & roboris. Lipſius ſuſpicatur eas tunicas, ſive thoracomachos ab Antonino Caracalla primum repertos, adducitque locum ex fragmento Dionis in Fulvianis: *Imbecillus ad laborem erat, neque æſtum, neque arma ferre poterat; adeo ut & tunicas manicatas in loricæ modum factas induerit, ſpeciem uſumque armorum ſine gravitate eorum habens, minus inſidiis, aut ſpectaculo expoſitus: quibus etiam extra pugnam ſæpe uſus eſt*. Vide ſchemadion militis legionarii cum thoracomacho apud Steuvechium ad indicatum locum Vegetii.

THRACES FŒDERA NESCIUNT. Proverbium de fœdifragis uſurpatum. Conſtat autem Thraces ſingulari fuiſſe barbarie, omniſque humanæ fidei immemores, Innuit hoc adagium Euripides in Hecuba.

THRACIUM COMMENTUM. Proverbiale dictum militaris originis. Uſus eſt in eos, qui per vafram callidamque cavillationem pactum eludunt. Narrat autem Strabo lib. 9. Thraces pactis cum Bœotiis aliquot dierum induciis, eoſdem tamen nihilo ſegnius nocturnis incurſionibus infeſtaſſe. Cum verò quererentur Bœotii de pactionibus violatis, reſpondiſſe Thraces, nihil feciſſe ſe præter pacta; de diebus nimirum, non de noctibus conveniſſe. Legitur proverbium apud Zenodotum, qui ſimile quidpiam refert verbis ex Strabone ſupra memoratis.

THRASONICÆ MINÆ. Vide *Æacidinæ Minæ*.

THYRSUS, i. Appellatione Græca dicitur a ſacrificiis, vel ſacro quodam furore. Haſta eſt pampinis, & hederaceis frondibus circumvincta & quidem baculi ſive haſtæ ſummitas ipſa ornabatur corymbis: ima verò & media hederæ & pampini circumplectebantur. Bacchi proprium, & Bacchi ſociorum geſtamen eſt, Ovid. Metam. lib. 3.

Ipſe, racemiferis frontem circumdatus uvis,
Pampineis agitat velatam frondibus haſtam.

Thyrſis armatus exercitus Liberi Patris adverſùs Indos pugnavit. Vitibus & racemis inducta Bacchi haſta indicat, vini robur ſociandum eſſe Martiæ virtuti. Iterum hederæ vitibus aſſociatæ monent ſobrio uſu corrigendam eſſe vini vim & licentiam immodicam. Nam hederæ ebrietatem tollere, & mentes ebriorum ſedare exiſtimantur. Hinc pocula ex ligno hederaceo confecta adhibentur in conviviis ad retundendam vini acrimoniam, & occurrendum ebrietati. Notabant etiam memorati baculi parcius & mitius eſſe animadvertendum in eos, qui per ebrietatem peccarent. Ideo ſumenda de illis pœna baculis, qui frondibus foliiſque eſſent inſuti: vel potius expectandum ut folia illa diſſolverentur, priuſquam nudis baculis ultio ſumeretur. Denique præfatum Bacchi geſtamen vini naturam ſubindicat. Thyrſus quippe contus eſt cuſpidatus, ſed involutus hederis ad fallendum: pompam viridem oſtendit, cuſpidem tegit. Non ſecus liquor viteus palato blanditur colore aureo, & ſapore dulciſſimo: verùm parum temperanter hauſtus ſenſus alligat, & mentem obnubilat. Ad can-

eaodem formam Ceſtus Veneris cingulum eſt pretioſum, & gemmis nitidum; at ſi illud geſtes, continuò erumpunt inde ſuſpiria, aliæque amoris improbi ærumnabiles appendices. Thyrſus ſiniſtro geſtatus humero pro Bacchi ſymbolo viſitur in nummo Ptolemæi Dionyſii apud Vaillant Hiſt. Ptol.

TIARA. Vox originis Perſicæ. Quod ſit capitis tegumentum apud Sacerdotes, & fœminas, inquirunt alii. Genus quoque eſt galeæ vel pilei militaris. Herodotus lib. 7. Cap. 61. *Circa capita Perſæ geſtabant pileos impenetrabiles, quos vocabant Tiaras*. Addit Strabo qua forma eſſet Tiara Perſica. *Perſæ gerris armabantur. Tiara eorum in turris formam erigebatur*. Sidonius lunatam prodit, Paneg.

Flectit Achæmenius lunatam Perſa Tiaram;

Sed ibi de urbana, non de militari eſt ſermo.

TIBIA, æ. Inſtrumentum muſicum plurimis foraminibus terebratum; per quæ ſoramina adductis reductiſque digitis multiplex editur ſonus. Inventorem tibiæ Midam, vel Marſyam Phryges Plinius memorat. Alii Apollinis inventum ſtatuunt. Antiquiſſimi generia ſuit e buxo excavata vel ſambuco emedullata. Poſtea ex tibiis hinnulleorum vel caprearum concinnatæ ſunt; ex quo tibiarum nomen accipiunt. E cruribua verò gruum aptiſſimas fieri tibias, idem memorat Plinius. Quaterna antiquitus habebant foramina: ſed Oſiris, ut ait Pollux, tibiam multiforem ex internodiis hederaceis primus inſtituit. Gellius apud Lacedæmonios tibiarum uſum in bello & prœliis impendiò valuiſſe ſcribit lib. 1. cap. 11. Addit autem ex Thucydide Hiſtoriæ Græcæ Authore graviſſimo ab eiſdem id factitatum, ut tubarum aſperitas tibiarum modulis temperaretur, animique bellatorum ſic evibrarentur ad militarem congreſſum, ut moderationem quandam in ipſa ira ſervarent. Ariſtoteles verò in libris Problematum ideo inſtitutum fuiſſe docet a Lacedæmoniis morem illum ineundi prœlii ad tibicinum modulos, ut ex eo ſecuritas & alacritas militum manifeſtior fieret.

2. Apollinem non tibiæ, ſed potius lyræ fuiſſe inventorem exiſtimant eruditi viri. Cum enim prius ad ſacrificia, convivia, funera, & militares conflictus tibiæ adhiberentur, eaque de cauſa in ſummo eſſent pretio tibiæ & tibicines, cumque Marſyas præſertim ejus artis excellentia celebratiſſimus ingentem pecuniæ vim conflaviſſet, Apollo poſt lyram inventam, eò præſtantiſſimos quoſque tibicines ac præſertim Marſyam ipſum redegit, ut a pauciſſimis ejus opera quæreretur, cum lyræ ſuavitate atque dulcedine capti omnes paulatim a tibiarum ſonitu abducerent animos. Nec aliam exiſtimant eſſe originem ſabulæ, qua ſuperatus ab Apolline perhibetur Marſyas, & detracta celeberrimo huic tibicini pellis ab eodem Numine: nimirum, quod doctorum judicio jucundior haberetur lyra Apollinis inventum, quàm tibia Marſyæ, ut propterea deſierit in civitatibus frequentari cantus tibiarum, atque ipſi tibicines evileſcerent. Excoriatum autem ab Apolline Marſyam ferunt, quoniam ademptus eidem eſſet a Deo lyræ repertore ultra diteſcendi modus: pellem ſiquidem opes interpretantur, eamque detractam reditum ad paupertatis anguſtias. Juxta hunc certè ſenſum ſcorta vulgaria excoriare dicuntur incautos amaſios, quos expoliatos redigunt ad inopiam Vetuſtiſſimam porrò fuiſſe conſuetudinem ad tibiarum fidiumque ſonitum copias producendi, oſtendit Herodotus lib. 1., ubi ita ſcribit de Lydorum Rege progreſſo adversùs Mileſios: *In agrum Mileſium progreſſus, dum fruges erant adultæ, procedebat in expeditionem ad cantum fiſtularum, fidiumque, ac tibiæ tam muliebris, quàm virilis*. Quæ biforis eſt tibia, Italicè dicitur *Piſaro*, quaſi biſoris. Edit autem graviorem ſonum, cum multiforis reddat acutiorem. Quintilian. lib. 1. 11. *Sic appellatur cantus tibiarum, quæ præcluſis, quibus clareſcunt foraminibus, recta modò exitu graviorem ſpiritum reddunt*. Cæterum de multiplici uſu, & diviſione tibiarum conſulendi Hofmannus, & Fortunius Licetus de Gemmis Anularibus præſertim cap. 119. & ſeqq. ubi antiquiſſima producit ſchemata, & cimeliorum veterum monumenta, in quibus viſuntur tibicines duplicem inflare tibiam. Plura etiam ſcitu digniſſima de tibiis Veterum congerit Salmaſius in Commentationibus Plinianis. Tibia Italis eſt *Flauto*; quæ vox a flatu formatur. Diſtinguuntur quidem non tam ſonitus varietate aliqua, quàm materia calamus, fiſtula, tibia: cum prior ex avena ſectili, altera ex cannis, poſtrema ex ligno vel oſſibus conficiatur. Uſus tamen, præſertim Poetarum, diſcrimen omne ſuſtulit. Iterum quædam hujus generis flatoria inſtrumenta ori tranſverſa inſeruntur, quædam verò recta. Sunt porrò alia paſtoritia, ut tibia utricularia, quæ utriculo & tribus cannis conſtat, quarum duæ digitis pulſantur, tertia flatum accipit: *Cornamuſa*; quia concentum edit, cannis hinc inde extantibus quaſi cornibus. Eadem Italis *Piva*, a tibia Latinorum, quaſi *Pivia*. Recentis inventi tibia, Gallis *Hautbois*, nobis *Obò*: recepta primum in Sacris & feſtis urbania, adhibetur etiam in pugna, & re navali. Alia verò militaria ſunt. De his alibi ſæpius.

TIBIATOR, oris. Qui tibia canit. Sanut. l. 2. p. 4. *Sunt quatuor tubatores, tibicines, tibiatores & qui ſciunt pulſare nacheras*. Ubi quid diſtinguat inter tibiatores & tibicines, non ſatis aſſequor.

TIBICEN, inis. Qui tibia canit. Cic. 2. de Orat. *Tibicen ſine tibiis canere non poteſt*. Vide *Tibia*.

TIBICEN, is. Tignum eſt, quod machinis, vel muris ruituris ſupponitur. Hujuſmodi fulcra in machinis omnique bellica Architectura admodum ſunt in uſu. Juvenal. Satyr. 3.

Nos Urbem colimus tenui tibicine fultam.

Dicuntur autem tibicines a quadam tibiarum affinitate; quemadmodum enim tibiæ ſive crura corpus ſuſtentant, ſic tibicines ædificia vel machinas fulciunt. Quod miror non advertiſſe Marium Nizolium in Theſ. L. L., qui tibicinem fulcrum putat a tibia canentium appellatum; quoniam ut tibiæ ſonus canentes ſuſtinet, ſic tibicen ædificium; quo nihil frigidius.

TIBIALIA, um. Italis *Gambiera*, *Gambervolo*. Tegumenta ſunt, ſive munitio crurum vel tibiarum. Ævo Pauli Juriſconſulti minime dubites milites tibialia adhibuiſſe. Sic enim ſcribit: *Si tibiale, vel humerale miles alienavit, caſtigari verberibus debet*. Cataphractos certe, & armaturas graves, quemadmodum alia membra, ſic etiam tibias munimento, ſeu lamina ænea contexiſſe, non eſt in dubium revocandum. Veriſ-

ſimum tamen eſt, ſuam vim obtinente Romana Republica, aut nullum, aut omninò minimum habuiſſe uſum tibialia. In Urbe ſiquidem demiſsà toga tegebant tibias cæteroqui nudas. Militea autem caruiſſe tibialibus non ſolùm docent marmorea ſimulacra, & vetuſta anaglypha, e ruinis atque ruderibus antiquæ Romæ multis in locia effoſſa; item numiſmata eorum temporum, omniſque generis vetuſtiorea lapidea; verùm inprimis id aſſerit atque demonſtrat, quæ erecta Romæ viſitur columna cochlis, Trajano Cæſari excitata. Hæc non gregarioa duntaxat milites, ſed Duces etiam copiarum, atque adeo ipſum Imperatorem nudis exhibet cruribus ſive tibiia. Svetonius etiam de Auguſto hæc habet cap. 82. *Hieme quaternis cum pingui toga tunicis, & ſubucula & thorace laneo, & feminalibus & tibialibus muniebatur*. Ex quibua verbis non obſcurè colligas, aut valetudinia cauaâ, aut nimia quadam mollitie per hiemem id feciſſe Auguſtum; æſtate vero, annique mitioribus aliia tempeſtatibua, tibialia non uſurpaſſe. Idem fit manifeſtum apud Quintilianum lib. 11. Inſtitut. Orator. cap. 4., ubi refert M. Tullium ad calceos uſque togam demittere conſueviſſe velandarum varicum gratiâ. Id verò nihil fuiſſet neceſſe, ſi tibialia geſtaſſet, quibus ſatia obtegi poterat illa crurum deformitas. Perſpicuum plane idem redditur ab ipſius Ciceronis teſtimonio, qui lib. 11. ad Atticum docet, Pompeji obtrectatores tibialium uſum eidem exprobraſſe. Clariſſimè autem Quintilianus lib. 2. cap. 3. *Palliolum, ſicut faſcias, quibus crura veſtiuntur, & focalia, & aurium ligamenta, ſola excuſare poteſt valetudo*. Mutati poſtea in delicias mores paulatim effecerunt, ut quod rarò aſſumebatur ſtudio valetudinis, homines delicati & mollea in conſuetudinem verterent. Nullam verò tibi admirationem injiciat ea crurum pedumque nuditas, non apud plebejos duntaxat, verùm apud nobiliſſimos quoſque, & quidem ipſos aut civium, aut militum moderatores. S. Hieronymus Matth. 10. refert Platonem Inſtituiſſe, ne extrema corporum, caput ſcilicet & crura cum pedibua ullo velarentur tegmine, niſi fortè ſecua ſuadeat morbi neceſſitas. Idem a Lycurgo preſcriptum fuiſſe Lacedemoniia, Xenophon ſcribit. Catonem autem, Phocionem, & Lycurgum ipſum nudatis inceſſiſſe cruribus narrat Plutarchus in horum vita. Sed & Ajacem, Achillem, alioſque Ductores Græcos, nedum gregarios milites, operimenta crurum non agnoviſſe docemur ex Philoſtrato, & omni veterum litterarum memoria. Eam verò nuditatem crurum minimè indecoram preſtabat ipſa conſuetudo; quæ etiam obtinebat, ut ferendo frigori aſſueſcerent partes illæ ſine ullo valetudinis incommodo. Quod ſatia expeditè, ac ferè citra laborem, ne dum perniciem ullam valetudinia hodie factitant viri religioſi præſertim ex Familia S. Franciſci, qui nullis muniti tibialibus longiſſima itinera fidenter ſuſcipiunt. Præiverunt iis primarii Eccleſiæ Duces Apoſtoli, quos diſcalceatoa, aut certè nudatis cruribus vetuſtiſſimæ picturæ commonſtrant. Atque idem de Chriſto Domino eſt dicendum, quem non aliter ac nudatis inceſſiſſe tibiia, a vetuſtia diſcimua picturis, lapidibus, & cælaturis. Denique S. Hieronymus, Beda, Iſidorua, & alii, & omnium diſertiſſimè Cornelius a Lapide in cap. 28. Exodi clarè pronunciant, Sacerdotes veteres ne in ipſo quidem Altaris miniſterio tibiaa cooperimento aliquo velaviſſe. Quod validiſſimâ inſuper conjecturâ conficitur ex minutiſſima atque multiplici ſacrarum veſtium præſcriptione in ſacris paginis, ubi tamen nihil de tibialibus legitur, uſuque tibiarum contegendarum.

TICHODIFRUS. Genus eſt machinæ oppugnatoriæ, quæ balliſtam præire ſolet, ut eandem protegat. Ad murorum etiam aſcenſus, ex quo illi nomen ex Græco eſt, bellatorea adjuvat. Sic autem de hac machina loquitur Anonymus de Machinis Bellicia, qui liber ſubiectus eſt Notitiæ Imperii; *Genus machinæ ex rei ſuæ commoditate Græca appellatione vocabuli ſumpſit exordium, eo quod per hunc facilior in murum paretur aſcenſus, ante baliſtæ ſemper ducendus inceſſum, quo protectior eadem baliſta operetur*.

TIGRIS. Nomen equi in ludis Circenſibus Romanorum. Ab eximia velocitate dictum nomen indicat. Refertur a Martiali:

Utrumne currat Paſſarinus, an Tigris.

Et alibi:

Tigrim vince, levemque Paſſarinum:
Nulla eſt gloria præterire aſellos.

TIGRIS. Apud Iſidorum ſagitta eſt, Perſarum & Medorum peculiaria. Hujus celeritatem imitatua, Tigris creditur appellatua Armeniæ fluvius. Tigrim pro enſe poſuit Gregorius Turon. de Gloria Confeſſ. *Provolutuſque ad Beati ſepulchrum, cum diutiſſimè oraſſet, extracto de vagina Tigre, lapidem, qui ſuper venerabile ſepulchrum habebatur, nemine vidente percuſſit*.

TIMARRIOTÆ. Genua ſunt equitatua Turcici, de quo ita ſcribit Jovius Hiſtor. lib. 14. *Hujus generis equites, ſcripti in alas Sanzacorum, Timarriotæ vocantur a Timarro, quæ vox ſtipendium ab incolis contributum ſonat*.

TIMOR, oris. Cum fortitudinia ſit mediocritatem præſtare in eſtimandis & adeundia periculis, duo eidem utrinque opponi vitia liquet, audaciam & timorem. Erit proinde timor affectus animi & perturbatio ex propoſita ſpecie atque expectatione imminentis mali. Abſunt proinde timidi quam remotiſſimè ab eo vigore, & conſtantia, quæ fere ſola militem facit. Iidem non connumerantur in exercitu, cui potiua oneri ſunt, gravamini, & impedimento. Veriſſimum effatum eſt Furipidia in Meleagro:

Viri enim timidi nullum habent in pugna
Numerum, ſed præſentes abſunt.

Ut enim ſæpe alibi a nobis eſt obſervatum, non copia, ſed virtus bellatorum læto exitu bella profligat: appoſitèque dictum de trecentis Spartanis Duce Leonida ad Thermopylas: Non numerandi ſunt Lacedæmonii, ſed æſtimandi. Facilè porrò judicatu eſt, quamobrem meticuloſi diſciplinæ Martiæ ineptiſſimi habeantur. Timor quippe vires debilitat adimitque. Dantes Infern. Cant. 21.

Allor mi volſi, come l'huom cui tarda
Di veder quel, che gli convien fuggire,
E cui paura ſubita ſgagliarda.

Refugit primùm omnium timidis ſanguis, quæ illia cauſa eſt ut ſubitò ad periculi faciem expalleant. Virgil. lib. 2. Æneid.

Diffugimus viſu exangues.

Inde etiam horrore concuti & contremiſcere ſolent. Tetigit rem ipſam idem Virgil. l. 3. Æneid.

mihi

mihi frigidus horror
Membra quatit, gelidusque coit formidine ſanguis.

Ex eadem porrò cauſa ſtupor quidam enaſcitur, capillorum ſublatio, linguęque impeditus uſus; quæ omnia procul dubio proveniunt ab eodem ſanguine ad intimas partes ab externis confluente. Virgil. paulò poſt.

Obſtupui, ſteteruntque comæ, & vox faucibus hæſit.

Omnia conjunxit Seneca Hercul. Oet. Act. 3.

Vagus per artus errat excuſſos tremor,
Erectus horret crinis, impulſis adhuc
Stat terror animis, & cor attonitum ſalit,
Pavidumque trepidis palpitat venis jecur.

Stat. etiam:

Stant triſtes horrore comæ.

Et Ovid. 1. Faſt.

Obſtupui, ſenſique metu riguiſſe capillos.

Prolixiùs Lucretius lib. 3.

Verùm ubi vehementi magis eſt commota metu mens,
Conſentire animam totã per membra videmus:
Sudores itaque, & pallorem exiſtere toto
Corpore, & infringi linguam, vocemque aboriri:
Caligare oculos, ſonere aures, ſuccidere artus,
Denique concidere ex animi terrore videmus
Sæpe homines.

Præivit Latinis Vatibus Homerus, ubi de Priamo loquens, ita ſcribit:

Sic ait: at mentem ſævus circumſtetit horror
Confuſam ſenis, attonitus qui conſtitit, ægra
Arrectis per membra comis.

Oculos inprimis turbari ex timore contingit. Vidit id Seneca Controv. 16. *Torpent manus, & neſcio qua perturbatione, tenebræ ſtupentibus offunduntur oculis.* Eòdem reſpexit Tacitus, ubi ſcripſit: *Oculi in omni prælio primi vincuntur.* Sed clariſſimè Virgil. lib. 8.

Tum primum noſtri Cacum videre timentem,
Turbatumque oculis.

Indignum autem viro militari Caci pavorem illum æquiſſimi quique judices exiſtimabunt. Quemadmodum contra neutiquam damnandus eſt Æneæ timor 1. Æneid.

Æneæ ſolvuntur frigore membra:

Non equidem quoniam, ut falsò putavit Ludovicus de la Cerda, Æneæ timor conſtans fuerit, Caci verò imbecillus; ſed quoniam timor Æneę adversùs iratas maris aquas & tempeſtatem verſabatur, quam exhorreſcere non eſt indignum Duce ſtrenuo, ut a nobis eſt alibi obſervatum, quidquid contra ſcripſerit Ludovicus Caſtelvitrus; cum metus pavorque Caci cenſura non careat, cui nimirum metum Incuſſit hoſtis Hercules, & diſcrimen dimicationis parum cautè fauſteque ſuſceptæ. Non igitur mirum fuerit ſi e recto rationis ſtatu meticuloſi in præceps abducti ac deturbati ſæpe legantur. Virgil. lib. 12.

tum verò amens formidine Turnus &c.

Et paulò ſupra:

Ergo amens diverſa fuga petit ęquora Turnus;
Et nunc huc, inde huc incertos implicat orbes.

Nimirum illud etiam timentis eſt, genibus vacillare, nec ſatis firma veſtigia figere. Hocetiam expreſſit Homerus in Iliad.

trepidus fugiebat Hector
Sub muros Trojanorũ, & levia movebat genua.

Habent concipiuntque formidoloſi incertam ex terrore fugam; ſed tentantes evadere vires nervique deficiunt: quod expreſſit Joſephus lib. 7. *Metu oculos fallente in ora proſtrati pro ſua dementia querebantur: ac veluti ſuccisi nervos, quò fugerent, hæſitabant.* Sic Turnus apud Virgilium lib. 12.

Rutulos aſpectat & urbem,
Cunctaturque metu, telumque inſtare tremiſcit.

Frequens hinc & ignavus iiſdem torpor, quo timidos vitio maxime notant Scriptores. Plaut. Amphitr.

timeo; totus torpeo:
Non Ædepol nunc ubi terrarum ſim ſcio, ſiquis roget,
Non miſer me commovere poſſum prę formidine.

Lucan. lib. 4.

tum frigidus artus
Alligat atque animum ſubducto robore torpor.

Iterum Plaut. in Trucul.

Neque vivus, neque mortuus ſum, neque quid nunc faciam, ſcio.
Neqae ut hinc abeam, neque ut ad hunc adeam ſcio, timore torpeo.

Virgil. lib. 12. de Turno:

Illi membra novus ſolvit formidine torpor:

2. Nec vera duntaxat pericula, ſed rumores varios incertoſque, & inaniſſima quæque pertimeſcunt immodice pavidi, ut pueri nimirum lemures; atque infantes illi in Ungaria, qui moleſtius vagientes, audito Stephani Regis nomine, ut refert Bonfinius, præ formidine conticeſcebant. Quare ſua ſæpe damna antevertunt timidi, ut ils accidit, qui procelloſo mari periclitantes ultrò ſibi violentas inferunt manus, nec expectant navigii ſubmerſionem. Diſertè de hac timoris proprietate Cæſar lib. 2. Bell. Civil. *Tantus fuit omnium terror, ut alii adeſſe copias Jubæ dicerent, alii cum legionibus inſtare Varum, jamque ſe pulverem venientum cernere; quarum rerum nihil omninò acciderat.* Irrito etiam metu Anchiſes actus apud Virgil. lib. 2. Æneid.

ſubito cum creber ad aures
Viſus adeſſe pedum ſonitus; genitorque per umbram
Proſpiciens; nate, exclamat, fuge nate, propinquant:
Ardentes clypeos, atque æra micantia cerno.

Plurimi faciendum inſuper teſtimonium Philonis Judæi lib. de Execrat. *Is metus animis, is pavor naſcetur, ut nemine perſequente fugiant, ſolis, ut ignavi ſolent, profligati rumoribus.* Præclarè etiam Heliodorus lib. 2. *Magna ex parte inſomnem ducens noctem excruciabatur, omnem ſtrepitum, & quamlibet auram, ac foliorum motum Thermutin eſſe exiſtimans.* Scilicet, ut Lucanus habet lib. 1.

quiſque pavendo
Dat vires famæ: nulloque authore malorum,
Quæ finxere, timent.

Veriſſimum proinde Virgilianum illud lib. 4. Æneid.

Degeneres animos timor arguit.

Quod enim ſpecimen virtutis oſtendant, qui pavitando ſibi hoſtem fingunt, umbraſque, ac frondes, ac rerum inaniſſima reformidant? Et meritò quidem Lucianus lib. 7. dolet Pompejanis partibus non contemnendam perniciem attuliſſe Barbarorum equitatum formidoloſum & inex-

pertum, quique incitata ſuga ſtatim dilaberetur, nec ad hoſtis faciem poſſet conſiſtere:

Immemores pugnæ, nulloque pudore timendi
Præcipites fecere palam civilia bella,
Non bene Barboricis unquam commiſſa catervis.

Ubi obiter nota perperam a quibuſdam exponi hunc Lucani locum, qui verbum illud *timendi* referunt ad milites, ut ſenſus ſit, ſugaces equites non eſſe timendos, ſed potius contemnendos. Intelligas non eſſe eam vocem nomen gerundivum, ſed gerundium ipſum: ſenſuſque eſt: equites Pompejani ſuarum partium, nempe dimicandi immemores, & in præceps acti, nullo ſibi conſtituto pudore timendi, ideſt timoris, oſtenderunt feceruntque apertum civile bellum ſiniſtro Marte committi Barbaris & externis. Quare præſtans animi tiro vel miles, non labores, non hoſtiles incurſus, non pericula, non ullum in armis mortis genus expaveat: unicam duntaxat rem timeat, ipſum timorem. Lucanus de Cæſare lib. 10.

tangunt animos iraque metuſque
Et timet incurſus indignaturque timere.

Terrorem timoremque in hoſtes transferunt eximii Duces & bellatores fortiſſimi. Iterum Lucan. de Cæſare lib. 3,

gaudet tamen eſſe timori
Tam magno populis, & ſe non mallet amari.

Et paulò poſt:

ſic fatur; & Urbem
Attonitam terrore ſubit; namque ignibus atris
Creditur ut captæ rapturus mœnia Romæ,
Sparſuruſque Deos.

Non equidem negaverim non uſquequaque iſthæc in Cæſare collaudanda: verum longè deterioris exempli fuit fuga Heliogabali, qui, militari tumultu armorumque ſonitu perterrefactus, non occurrit armatus ad reprimendam militum licentiam, ſed cum matre fœtidam cloacam ingreſſus, ibidem multis acceptis vulneribus, dignum obſcuriſſima vita finem invenit. Viliſſimus Cæſar perſimilis videtur mihi Caco Virgiliano lib. 8.

fugit ilicet ocior Euro
Speluncamque petit; pedibus timor addidit alas.

Nam, quod militi longe probroſiſſimum eſt, ad fugam timor hortator, pennas addente pudore, ut ait Silius. Non prudenter minus quam ingenioſe Boleslaus Poloniæ Rex præfecto militari fœdam fugam in conflictu arripienti, poſt confectum bellum, ut refert Martinus Cromerus, leporinam pellem cum fuſo & colo miſit, in pavoris viliſſimi exprobrationem.

3. Id etiam vel maxime planiſſimum facit quantum dedecoris afferat viro arma tractanti meticuloſus animus, quod ejuſmodi viros, præſertim ſi ardua quæque pericula ſeſe adjiſſe mentiantur, & per ſummam impudentiam, quæ nunquam ſunt auſi, robuſtè glorioſèque jactitent, in præcipuum argumentum a Poetis aſſumuntur riſus ciendi plauſuſque theatralis captandi. Demonſtratur id illuſtrium Comicorum exemplo, qui in ſuas fabulas milites glorioſos inducunt, pavidiſſimos nimirum homunciones, & qui vel ab aſini umbra turbato gradu reſiliant; cæterum mendaciſſimè jactitantes facinora militaria, quæ ne per ſomnium quidem videre unquam. Exemplum habes in milite glorioſo apud Plautum, quem magnificè multa de ſua virtute prædicantem ſic irridet clanculum ſervulus:

nihil, hercle, quidem hoc,
Praut alia dicam, tu quæ nunquam feceris.

Idem mox conqueritur de miſerrima neceſſitate, qua levandæ famis ac ventris cauſa adigitur palpum facere hero glorianti, aureſque demittere falſiſſimis auditis laudibus:

Venter creat omnes has ærumnas auribus:
Peraudienda ſunt, ne dentes dentiant:
Et aſſentiendum eſt, quidquid hic mentibitur.

Plautinum Pyrgopolinicem æquat commemoratione magnifica, ſuarumque præconiis laudum, timidiſſimus ille bambalio, & ſub humana pelle fungus, Thraſo Terentianus. Is duobus ſervulis, tanquam juſto exercitui imperitans, in hunc modum aciem inſtruit. Eunuch. Act. 4.

Tu hoſce inſtrue: hic ego ero poſt principia:
Inde omnibus ſignum dabo.

Mortalium ſcilicet viliſſimus periculis ſervos objectat; tutiſſimum ipſe ſibi locum præcipit. Quamobrem oſtentatori ventoſo probè reſpondit ſervus.

Illuc eſt ſapere; ut hoſce inſtruxit, ipſus ſibi cavit loco.

Ad eundem typum Etruſci vates Comici projectiſſimi animi homines, multa gloriantes, in ſcenam producunt. Vide inter cæteros Iſam Capuanum, feſtiviſſimum Comœdiarum Scriptorem. Verum omnibus eam laudem præripuit ventoſiſſimus ille gloriator ac prætumidus ſui rerumque ſuarum æſtimator *D. Quixote de la mancha*, cujus fabula, & faceti ſſima figmenta, Hiſpanica & cunctarum fere gentium linguis in vulgus edita omnium manibus conteruntur. Pulcherrimum denique viliſſimi bellatoris exemplum prodidit Areoſtus in Martano Cant. 17, & 18.

Fuggì l'incontro il timido Martano,
E torſe il freno, e'l capo a deſtra mano.
Pur la colpa potea dar al cavallo,
Chi di ſcuſarlo haveſſe tolto il peſo,
Mà con la ſpada poi fè sì gran fallo,
Che non l'hauria Demoſthene difeſo,
Di carta armato par, non di metallo,
Sì teme d'ogni colpo eſſere offeſo;
Fuggeſi al fine, e gli ordini diſturba,
Ridendo intorno a lui tutta la turba.
Il batter de le mani, il grido intorno
Se gli levò del popolazzo tutto.

Antiquiùs eſt pavidi militis exemplar, quod Homerus propoſuit in Therſite, bipedum ignaviſſimo juxta atque turpiſſimo in caſtris Græcorum. De eodem Juvenal. Satyr. 8.

Malo pater tibi ſit Therſites, dummodo tu ſis
Æacidæ ſimilis, Vulcaniaque arma capeſſas.

Jactantia autem ſic definitur a Cicerone lib. 4. Tuſcul. *Voluptas geſtiens & ſe efferens inſolentius*. De ea ſic Menelaus apud Homerum:

Haud ſanè pulchrum ſeſe jactare ſuperbè.

Memorabile etiam eſt in hanc rem aliud Homeri dictum:

Poſſideat tacitus; ſigna adſunt; munera dicunt.

Et quidem cum in confeſſo ſit jactantiam falſam eſſe atque mendacem commemorationem earum laudum, quæ ab oſtentatore tunc magis abſunt, cum eadem ille ventoſiùs crepat prædicatque, erit profectò juxtà apertiſſimum nihil eſſe alienum magis ab ingenuo generoſoque milite, nihil-

que adverſari clariùs Martiæ diſciplinæ, quam imbelliam ignaviamque, magnorum pompâ facinorum perſonatam, & exultationem inaniſſimam ſub ementita veræ virtutis imagine impudenter ſe efferentem. Moderatio certe & parca ſuarum laudum uſurpatio caſtra decet vel maxime, eamque præire ante ſigna congruens eſt. Manus ſiquidem & arma in acie & bello, non vocaliſſima guttura loqui debent; ut non immeritò plane dixerit Livius lib. 10. viros militiæ natos mancipatoſque factis quidem magnos eſſe, rudes plerunque ad verborum linguæque certamina. Pervidit id etiam monuitque ſapienter Vegetius lib. 2. cap. 14., ubi inter alias bellatoris prærogativas deſiderat extollitque illam imprimis, *Ut agilis ſit, & magis ad facienda, quæ ei imperantur, quàm ad loquendum paratus.* Nec proinde improbaverim Ducem, qui de ſe interdum loquatur magnificè; verum id longè plauſibilius eſt, cum latenter & modicè agitur, ut ſunt illa Turni apud Virgilium lib. 12.

Et nos tela, pater, ferrumque haud debile dextrâ
Spargimus, & noſtro ſequitur de vulnere ſanguis.

Ab omni quidem tumore faſtuque remota fuit ea Turni prædicatio; at contra timidi canis inanem latratum, & inflati utris crepitum illa imitantur ibidem:

Aut hac Dardanium dextra ſub Tartara mittam,
Deſertorem Aſiæ, ſedeant ſpectentque Latini,
Et ſolus ferro crimen commune refellam.

Confeſtim ſiquidem in acie ferox ille & truculentus, omni audacia depoſita perturbatur & contremiſcit ad hoſtis congreſſum:

tunc pectore ſenſus
Vertuntur varii. Rutulos aſpectat & urbem,
Cunctaturque metu, telumque inſtare tremiſcit:
Nec quo ſe eripiat, nec qua vi tendat in hoſtem,
Nec currus uſquam videt, aurigamque ſororem.

4. Accidit tamen, ut ipſe interdum metus virtutem exacuat, rapiatque ad extrema pericula actum de ſalute & effugio reputantes. Nimirum, ut Lucanus ſcribit lib. 4.

Audendo magnus tegitur timor.

Et idem alibi:

multos in ſumma pericula miſit
Venturi timor ipſe mali.

Ideirco Statius dixit metum audacem, & 1. Theb.

dat ſtimulos animo vis mæſta timoris.

Vertitur quippe timor in fiduciam, quemadmodum fiducia ſæpe in timorem, quod de Alexandro ſcripſit Curtius lib. 3. *Cæterum, ut ſolet fieri, cum ultimi diſcriminis tempus adventat, in ſolicitudinem verſa fiducia eſt.* Contingit id verò frequentiùs, ubi res maximè videntur perditæ, vel ubi, ut cum Virgilio loquar,

major Martis jam apparet imago.

Hinc Joſephus lib. 7. *Judæis audaciam ſuppeditabat timor, & de ſe & de templo.* Attentiores quippe in metu homines, qui in re proſpera ſolent negligentiores eſſe; ut veriſſimè plane dixerit Cyrillus Alexandrinus in cap. 4. Amos: *Vos ipſos luxuriantes, fractos deliciis, utque voluptuantes timor dura patiendi impellet ad labores militares, & arma capeſſenda.* Illud etiam emolumenti percipitur a timore, ut providè cautèque conſulatur in medium: neque enim ſemper *Peſſimus in dubiis augur Timor.* Profuerit autem hic adnotare atque diſtinguere cum Cicerone 4. Tuſcul. longè aliud eſſe timorem ac metum, licet crebrò a Scriptoribus confundantur; timor ſiquidem appropinquans damnum, metus remotius periculum indicat, quare metuere pro providere non ſemel uſurpatur; nam e longinquo imminens malum non adimit providentiæ locum. In hanc ſententiam exponendus eſt Virgilius lib. 1. Æn.

Sed Pater Omnipotens ſpeluncis abdidit atris
Hoc metuens.

Ad eandem formam locutus eſt Ennius apud Feſtum:

Vivam, an moriar, nulla in me eſt metus.

Ubi metum pro cura poſuit: extulit autem metum fœmineo genere ex more Antiquorum. Addo Virgilianum illud de Jove, *hoc metuens* etiam melius exponi, tanquam dixerit, hoc refugiens & abhorrens. Neque enim aliter idem Virgilius explicandus eſt lib. 1. Georg., ubi de Urſis polaribus ſic loquitur:

metuentes æquore tingi.

Quem Virgilius locum ex Homero tranſtulit, qui expreſsè dicit repugnantes abhorrenteſque. Hinc licet redarguere non unum Horatianum interpretem, qui locum illum lib. 2. Od. 2.

Vivet extento Proculejus ævo,
Notus in fratres animi paterni.
Illum aget penna metuente ſolvi
Fama ſuperſtes,

Depravatum atque corruptum exiſtimat. Qui enim fieri potuit, ut Proculejum, quem ſibi collaudandum proponit, a fama dixerit elatum iri *penna metuente*, ideſt timente *ſolvi*, quod planè oppoſitum eſſet Poetæ conſilio atque propoſito? Idcircò quidam caſtigant locum & emaculant adjecta negante particula,

Illum aget penna haud metuente ſolvi.

Verùm particulam otioſam, ibique verè malignam inſcitè & turpiter obtruſerunt Grammatiſtæ; cum ſit manifeſtum, metuentem ſolvi pennam ibi eſſe ſolvi nolentem & abhorrentem. Ut autem ſcias non temerè & divinando hæc a me dici, idipſum præter allata optimorum Scriptorum teſtimonia, quæ etiam uberiùs videri poſſunt apud Lambinum ad præfatum Horatii locum, ipſa ſuadet ratio. Enimverò abhorrere maxime ſolemus, quantumque poſſumus repudiare, quæ pertimeſcimus. Facile autem verbum *metuo* ab inſtitutione prima, qua timere ſignificat, tranſire potuit ad uſurpationem ſui effectus, ut ſignificet etiam cavere, repugnare & firmiſſimè nolle. Nihil enim uſitatius in Latinis vocibus, quàm ut ad quidpiam ſignificandum inſtitutæ, de effectu etiam, quem conſequuntur, aptè dicantur. Ac ne longiùs abeam in alia multa quæ ſuppetunt, duplici id ipſum conficiam teſtimonio, quod haurio ex duplici verbo, vel voce timorem ſignificante. Nemini eſt dubium formidinem apud Latinos timorem eſſe: atqui formido etiam dicitur genus retis, ſive linea vario plumarum nexu diſcolor, qua lupi, vulpes, apri, ſed potiſſimum cervi terrentur. Virgil. 3. Georg.

Puniceæve agitant pavidos formidine pennæ.

Et

Et Lucan. lib. 4.

Cum pavidos formidine cervos

Et tamen formido rete procul omni dubitatione dicitur a formidine nempe timore, id nomen ſortita ab effectu timoris vel formidinis, quam feris injicit. Alterum teſtimonium deſumo a verbo *trepido* quod item timere ſignificat & feſtinare, quod nempe timidi ſolent. At, inquies, viri magni negant verbum *trepido* pro *timeo* ſatis eſſe Latinum; adduntque non ita facilè apud Veteres extare locum, quo jungatur accuſativo. Licet enim Paſſeratius, Calepinus, Nizolius, aliique Lexicographi trepidare exponant pro metuere, adhuc tamen nihil prohibet quominus adducta ab iiſdem teſtimonia ad feſtinationem detorqueantur potiùs, quàm ad timorem. Ego verò nihil moror quid vocabulorum collectores dixerint, vel adnotaverint. Mihi obvius eſt locus apud Juvenalem Satyr. 10. ubi verbum trepido pro timere uſurpatur & accuſativo jungitur:

gladium contumque timebis,
Et motæ ad lunam trepidabis arundinis umbrã.

Intelligis trepidare hìc eſſe expaveſcere, manifeſtòque id verbum accuſativo caſui copulari. Nego enim quidpiam tibi eſſe præſidii ad effugiendum beneficio præpoſitionis *ad*, quæ, ut vides, lunam afficit, nec niſi per ſummam violentiam & obtortiſſimo collo trahi poteſt ad afficiendum rectum atque primarium accuſativum *umbram*, aut utrique deſerviendum accuſativo. Præterenim quam quod ejuſmodi acceptioni ratio ſyntaxeos & caſtigata loquendi conſuetudo repugnat ac diſſonat, illud contra potius erit animadvertendum, probæ Latinitatis Scriptores tantum abeſſe ut eadem utantur præpoſitione ad geminum diſparatæ ſignificationis accuſativum afficiendum, ut potius eandem duplicatam velint etiam ubi verba eandem præpoſitionem habent præfixam, ut apertum eſt in illis loquendi modis, Inferre in ærarium, advertere, adjungere, adjicere animum ad aliquid, aggredi, quod eſt adgredi, ad dicendum, & innumeris ejus generis. Adſcribo præter ſortem, & extra ordinem tertium teſtimonium, nihilo minus quàm commemorata, a timore tractum. Vel pueri ſciunt verbum *paveo* apud Latinos ſynonymon eſſe, & cognatum verbo *timeo*, longè aliter tamen exponuntur pavidi in verſu Virgiliano Æneid. 5.

Excipiant plauſu pavidos, gaudentque tuentes
Dardanidæ.

Item lib. 5.

exultantiaque haurit
Corda pavor pulſans.

Ubi pavor non timor eſt, aut formido, ſed potius cupido gloriæ, & quædam ex illa alacritas, ut locum utrobique & commodam habeat explicationem Poetæ ſententia. Atque his ita perpenſis Grammaticorum tricis & apinis huic titulo faciam colophonem. Vide *Deſperatio*, & *Neceſſitas*.

Timere ante tubam. Sermone proverbiali dicitur de iis, qui animo concidunt & conſternantur, priuſquam adſit periculum. Sumitur ab ignavis militibus, qui priuſquam bellicum audiant, pavitare incipiunt. Virgilius lib. 11.

Cur indecores in limine primo
Deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus?

Tintinnabulum, i. Juven. Sat. 6.

Tot pariter pelues, & tintinnabula dicas
Pulſari.

Ab æris tinnitu dicitur. Non ſolùm eſt crepitaculum, quod equis muliſque a mulionibus atque agaſonibus alligatur, verùm etiam campana ſeu nola. Tintinnabuli ſive campanulæ uſus apud Græcos fuit in indicendis terminandiſque vigiliis. Thucyd. lib. 4. *Tintinnabulo enim prolato, priuſquam rediret is, qui tradiderat, in vacuum locum ſcalarum admotio facta.* Ubi narratur de Braſida, qui Potidæam urbem cepit, ſcalia tutò in murum evadens, nactus ad fallendam illud tempus, quo circitor tintinnabulum ab uno acceptum vigile ad alterum deferret. Idem fermè tradit Plutarchus de Arato in obſidione Sicyonis: *Aſcendentibus primis, is, qui matutinam vigiliam tradebat, tranſibat cum tintinnabulo, erantque lumina multa & ſtrepitus ingredientium.* Sed omnibus expreſſius Suidas: *Circitores, qui vigilias circuibant & explorabant, euntes ad vigiles, tintinnabula habebant, atque ea concutiebant explorantes ſiquis dormiret, & ut vigilantes voce reſponderent.* Quæ conſuetudo multis in locis hodie etiam viget polletque. In arcibus ſiquidem, atque in ipſis ſpeculis vigilum dependent funibus alligatæ campanulæ ad uſum etiam vigilum excitandorum. Vide *Campana*.

Tintinnabulum. Bellici etiam muſicique inſtrumenti genus eſt, cujus meminerunt Plutarchus in vita Craſſi, & Suidas, ut nos notabimus in dictione *Tympanum*.

Tiphis. Argonautarum ſocius, ipſius verò Argo primæ navis gubernator. In ea navigatione diem obiit, & ignobili in pago ſepultus in Bithynia. Senec. Med.

Littore externo procul a paternis
Occidens regnis, tumuloque vili
Tectus, ignotos jacet inter umbras.

Tironium. Genus aciei diſponendæ quod cum cuneo confundit Modeſtus de Vocab. *Tertiò præcipiendum, ut quadratam aciem repente conſtituant, quo facto in tironium, quem cuneum vocant, acies ipſa vertenda eſt.*

Titanas imploras. Militare adagium: ubi quis alienum implorat auxilium. Deſumptum eſt a Gigantum fabula, cum Juppiter ſibi ac Cęlitibus ſuis timens, Titanum auxilium advocavit.

Titanicus aspectus. Proverbiali ſermone dicitur de vultu truci torvoque. A Titanibus, qui Gigantes erant procero corpore aſpectuque terribili.

Titienses. Una erat ex tribus equitum centuriis, quas, authore Livio, Romulus inſtituit. Nomen illi a Tito Tatio Sabinorum Duce.

Tituli, orum. Dicti ſunt milites, quaſi tutuli, quoniam patriam tuerentur. Feſtus. Ex quo Titi prænomen eſt ortum. Perſius Sat. 1.

Hic nec more probo videas, nec voce ſerena
Ingentes trepidare Titos.

Titulus, i. Genus bellicæ acclamationis fuit, nomina, vel titulos locorum inclamare, quod ab ipſis Ducibus interdum factitatum. Ægidius Monachus Aureæ Vallis: *Comes verò Loſſenſis impetum belli videns imminere, acceſſit propiùs cum ſua phalange, & clamans tertiò titulum ſui Comitatus, ſcilicet, Los, audacter hoſtium cuneos penetravit.*

Toga, gæ. Veſtimentum tam pacis proprium, quam

Digitized by Google

quàm belli ſagum. In ea deſcribenda multus eſt Ferrarius de Re veſt. lib. 1. Neceſſe autem fuit, vel priſcos Romanos in togis dimicaſſe: vel attributas togas interdum honeſtiſſimis militum: vel iiſdem ſaltem uſos milites ſtativis detentos in urbibus, & municipiis. Neque enim aliter explicari poſſunt loci aliquot Liviani, ubi fit mentio de toga, tanquam de veſte militari lib. 29. *Stipendium ejus anni duplex, & frumentum ſex menſium imperatum, ſagaque & togæ exercitui.* Et ibidem: *Veſtimenta exercitui deerant. Mille ducentæ togæ brevi ſpatio, & duodecim millia tunicarum miſſa.* Idem oſtendit cinctus Gabinus, qui ad milites ſpectabat, eratque togę proprius, ut ſuo loco diximus. Sed & toga picta triumphantium fuit peculiaris; ut item a nobis ſuo loco. Demum milites Prętorianos in Urbe, interdum ſaltem fuiſſe togatos fit manifeſtum ex Tacito lib. 1. Hiſt. *Nec una cohort togata defendit nunc Galbam, ſed detinet.* Cæterum non tot habebat ſinus Romanorum toga, quot illa quæſtiones apud eruditos excitavit. Quæſitum quid diſtaret a pallio Græcorum: rotundæne an quadratę eſſet formæ: clauſane ab anteriori eſſet parte an adaperta: ad hæc quomodo togati brachium exererent, quomodo inter ſe ſalutantes capita aperirent, cum conſtet ex Lipſio & aliis nudo capite, nulloque pilei aut petaſi genere contecto in Urbe agere Romanos conſueviſſe: quomodo capita involverent, quod a Pompejo factum ante quam ictum gladii acciperet, narrat Lucanus: quomodo ſinus faceret, quod de Legatis Romanorum ad Carthaginienſes Livius memorat. Iterum diſceptatur, num, & quomodo præcingeretur; num fibulis necteretur: præterea quæ fuerit pexa, quæ detrita, quæ ſubmiſſa: ex qua materia conficeretur, quos colores admitteret: quomodo in ea geſtanda variatum in luctu, in conviviis, in pompa ſolenni. Poſtremo cujus nationis fuerit inventum, & quando ad Romanos tranſierit. Super his atque ſimilibus diſcutiendis ac dirimendis pugnant acriter Lipſius, Sigonius, Turnebus, Ferrarius, aliique magni nominis Critici. Ego vero iſthæc, ut minimum militaria, miſſa faciens demirari ſatis non poſſum morem ſupra nudos artus totumque corpus id genus veſtimenti geſtandi involvendique. Neque enim video quomodo complicata toga a laciniis ad lacertos, cum brachia vellent exerta, atque adeo contracta a tergo & corrugata ad caput tegendum, non identidem frigus admitteret. Conjectam vero ſuper nuda corpora oſtendunt ſtatuæ, numiſmata, & anaglypha. De eadem Lucanus l. 2. ubi loquitur de Catone:

Hirtam membra ſuper, Romani more Quiritis,
Induxiſſe togam.

Ubi illud *Romani more Quiritis* non eſt exponendum, quaſi *more veterum Romanorum*, cum poſteriores etiam & ipſe Cato Quirites eſſent: ſed togam hirtam dixit, ideſt rudi textura confectam, cujuſmodi plebis erant, Quirites pro quolibet ex populo accipiens. Turbinato hoc complicatę veſtis involucro ſuffarcinati homines jus dicebant tot domitis nationibus, urbanos & bellicos magiſtratus creabant, imperium denique in extrema terrarum quam latiſſimę propagarunt.

Toga picta. Vide *Palmata*, & *Picta Toga*.

Tolle calcar. Proverbium, cujus meminit Ariſtophanes in Avibus; jactari ſolitum de iis, qui ultionem parant. Translatum a Gallis, quibus ferrei alligari ſolent ſtimuli, ut certaturi ſe faciliùs tueantur, & alios feriant.

Tolle digitum. Dictione populari idem valet ac *victum te fateore*. A dimicantibus, qui ubi in conflictu ſuccumbunt, ſublato digito veniam a victore depoſcunt. Perſ. Satyr. 5.

digitum exere; peccat.

Tolleno, aliis Tollenon. Machina eſt prima origine hydraulica. Sic autem de illa Feſtus: *Eſt genus machinę quo trahitur aqua, alteram partem prægravante pondere.* A tollendo aptè dicitur, ut notat idem Feſtus. Eſt autem inſtrumentum duabus præcipue trabibus conſtans. Harum una præaltè terræ defigitur, prope locum, ubi aqua eſt haurienda. Huic ad perpendiculum erectæ trabs altera longior in faſtigio conſtituta ad mediam diſtantiam librata ſtatuitur, facilè ſcilicet inclinabilis ad omnem motum & impreſſionem, Hujus tranſverſæ altera extremitas ſitulam ſuſtinet demergendam in puteum; altera annexum habet ſaxum, ac funem, quo trabs illa ſic agitur, ut altero elevato capite, alterum inclinetur ad aquam recipiendam. Hortenſe hoc organum ad rem militarem poſtea translatum eſt, recenſitumque inter machinas bellicas. De hac ita ſcribit Vegetius lib. 4. cap. 21. *Tollenon dicitur, quoties uno trabes in terram præaltè defigitur, cui in ſummo vertice alia tranſverſa trabes longior dimenſa medietate connectitur, eo libramento, ut ſi unum caput depreſſeris aliud erigatur.* Uſum verò hujus machinæ, & quemadmodum in altero tranſverſæ trabis capite loculamentum, ſeu ſedes lignea cum armatis militibus attollatur, qui mox in muros deſiliant, idem ſcriptor per hæc verba ſubdit: *In uno ergo capite cratibus, ſive tabulatis contexitur machina, in qua pauci collocantur armati. Tunc per funes, uno attracto depreſſoque, alio capite elevati imponuntur in murum.* Nolim autem tibi religionem iniiciat quod initio hujus loci ex Vegetio retuli: *Quoties uno trabes.* Nimis enim meticuloſæ editiones vulgariæ repoſuerunt *Una trabs*. Nam præterquamquod optimi vetuſti codices habent, quemadmodum ſcripſi, apertè Varro lib. 6. & 9. de L. L. docet apud Veteres *trabes*, *canes*, *duces*, pro *trabs*, *canis*, *dux* dici ſolitum fuiſſe. Vide figuram bellici tollenonis apud Steuvechium ad Veget. lib. 4. cap. 21. & apud Lipſium Poliorc. lib. 1. Dialog. 6. Addo hujuſmodi machinam à Livio, Cæſare, Hirtio, Vitruvio, Vegetio, aliiſque Latinis Scriptoribus appellatam etiam fuiſſe Gruem, Ciconiam, Corvum demolitorem, Machinam aſcendentem. Id verò non ſolum contigit ob varios hujus machinę uſus, verùm etiam quoniam extrema pars tranſverſæ trabis cum armatorum machinula quandam habent ſpeciem roſtri, quale prædictæ aves ferunt. A tollenone habent Itali vocem *Altaleno*, qua indicantur trabes geminę, quarum altera prope faſtigium alteri per obliquum indita ſic adhæret, ut alternatim deprimi attollique poſſit. Inde etiam origo vocis *Altalena*, quæ ludus puerilis. Exercetur is a pueris ſeſſitantibus in aſſere duobus funibus hinc inde ſuſpenſo, impulſuque & impreſſione per manus facta, paulatim primum, celeriùs

ſubin-

ſubinde per aerem undante. *Stanze*; *Rabbia di Macoone*:

Allor Mercurio, in men che non balena,
Ne venne in giù per via dell'altalena.

TOLUTARII, ſive TOLUTARES EQUI, Sic appellantur a tollendis alterno glomeratu pedibus. Neque enim ſuccuſſatione aliqua moleſtam ſeſſoribus præbent vectationem, ſed alternatim crura molliter explicant, Sunt qui Tolutarios dictos exiſtiment, quaſi volutarios, a pedum volubilitate; ſed malim ſic appellatos a tollendis pedibus, Senec. Epiſt. 88. *Mannis, Aſturconibus, & Tolutariis*.

TOLUTIM, Dicitur de inceſſu equorum tolutarium, Plaut. Aſin.

Demam hercle jam de hordeo, tolutim ni badizas.

TOPARCHA. Vide *Regulus*.

TOPARCHIA. Vide *Regulus*.

TORMENTUM. Cæſar lib. 2. Comment. *Ad extremas foſſas caſtella conſtituit, ibique tormenta collocavit*. A torquendo. Generale vocabulum eſt ad explicandas machinas omnes, quæ ſaxa, tela, & id generis innumera jaciunt. Licet autem apud veteres Scriptores hoc nomine Catapultæ, Balliſtæ, & ſimiles appellarentur machinæ, ab aliquot tamen ſæculis coarctata eſt tormentorum ſignificatio, ad prænotandos æneos tubos longiores, qui, pyrio ſtipati pulvere, magno cum fragore exonerantur, pilaſque ferreas, incluſamque ferramentorum peſtem cum incredibili militum ſtrage, & murorum ruina evomunt. Vide quæ diximus in voce *Bombarda*. Poſt hujuſmodi machinas, quas recens militia majore, ut multi reputant, malo ſuo, quàm gloria excogitavit, oppugnatoria Veterum arma Arietes, Phalaricæ, Balliſtæ, Catapultæ, omninò abolitæ & antiquatæ ſunt; tormentiſque comparatæ pro terriculamentis puerorum habentur. Uſque adeo novum hoc Inventum terribile, truculentum, ac prope generis humani exterminatorium eſt. Hujus generis machinæ majores, quoniam cum balliſtis Veterum ſimilitudinem habent aliquam, balliſtæ nomine apud Scriptores primùm ſunt appellatæ. Maffeus, rerum Indicarum ſcriptor elegantiſſimus & graviſſimus hac illas appellatione inſignivit, in pulcherrima illarum deſcriptione, quam attexere ex lib 1. Hiſt. Indic. operæ pretium fuerit: *Nondum apparuerant gentibus iis novæ ſubtilitatis & operis admirandi, balliſtæ, oblongum in tubum, & æqualiter teretem ex ære fuſili figuratæ: quæ non funibus aut nervis intentæ ſingula mittunt ſpicula; ſed inexcogitata Priſcis ratione ad applicitos tenui ab tergo foramine igniculos, cum incremento multiplici rapiendos, certo primùm nitrati & ſulphurei pulveris modulo temperatæ: inſertos dein ore patente ferreos ex arte globos, catenaſque & alia obturamenta, fulminum inſtar flammis eluctantibus cum horrendo fragore contorquent. Ejuſmodi tormenta complura Luſitanus de more diſpoſita & collibrata ad navium feneſtellas habebat; ſed ab iis exercendis, ne perterritos metu incolas abalienaret ab ſe, conſultò abſtinuerat. Verum ubi fraudem, ac vim & ſuos pene circumventos animadvertit; indignatione commotus, extemplò exploderent magiſtris edixit. Illi ſine mora exequuntur Imperium. Ac primò videlicet fumus ater, & fumo intermicantia fulgura, & crebra tonitrua, ſereno cœlo, attonitos defixoſque barbaros tenuere. Aſt ubi ante pedes Prætoris ipſius momento laceri & exanimes quatuor ſimul viri conſpecti ſunt: enimverò tunc quaſi haud dubiè infenſo infeſtoque numine correptis undique ac pene depreſſis turba navigiis, lymphati, amenteſque in proximam continentem ex inſula ſeſe cuncti proripiunt.*

TORNEAMENTUM. Repete primùm a nobis commemorata in Titulis *Troja*, *Juſta*, *Decurſiones equeſtres*, *Haſtiludium*, & aliis. Hæc ſiquidem belli præludia, exercitationes Martiæ, pugnæ umbratiles & imaginariæ, meditationes militares, & exercitia armorum, quibus viri nobiles exerceri ſolent, citra ſanguinem, ad oſtentationem dexteritatis & virium, omnibus ſupramemoratis, aliiſque porrò appellationibus inſigniuntur. Author Breviloquii: *Torneamenta dicuntur quædam nundinæ vel feriæ, in quibus milites ex edicto convenire ſolent, & ad oſtenſionem virium ſuarum & audaciæ temerè congregari vel congredi*. Hieronymus Wolfius, qui Latinè reddidit Hiſtoriam Nicephori Gregoræ, Torneamentum Latinè vocat *Torne* a Gallorum voce *Tournoy*. Locus eſt l. 10. ejus Hiſtoriæ, ubi Torneamentum ita deſcribitur: *Alterum certamen Torne appellatum ſic ſe habet. Dividuntur ſecundum tribus, municipia, & curies, & ſimul omnes armantur. Deinde duobus Primipilis ſorte delectis inter ſe concurrunt. Quod prius etiam uſurpatum, tum autem frequentatum, etiam Imperatorem habuit, Duci cuidam nempe militi obtemperantem. Et cum utrinque acies pari numero congrederentur, Imperatore robuſtis clavis & ferit, & ſine reverentia feritur. Ea enim certaminis lex eſt, ut qui alterum vulnerarit, aut occiderit, indemnis ſit. Poſt certaminis hujus finem utraque pars Ducem ſuum ſequuta, atque inter cæteros Imperator etiam ſubditi ordinem non deſerent, eum honorifica pompa & ordine in ſuum diverſorium deducunt. Ubi ille cuique vini craterem propinant, & dexteram porrigens, omnes domum redire jubet*. Sunt qui a Troja, ſive Trojanis ludis ab Aſcanio, ut alibi notavimus, inſtitutis nuncupata reputent Torneamenta: ut Torneamentum ſit quaſi Trojamentum. Sed non eſt ambigendum vocem eſſe Gallicæ originis a verbo *Tourner*, quod eſt circumflectere, vel circumagere; flexis ſiquidem in gyrum frenis equos in orbem deducebant, qui ea celebrabant exercitia militaria. Confirmat hujus etymi conjecturam ludorum ipſa inſtitutio, quæ communi Scriptorum conſenſu penes Gallos fuit. Sic autem Nitardus Hiſt. ſcribit de equeſtribus ejuſmodi decurſionibus, editis Argentorati per occaſionem colloquii conventuſque ibidem habiti a Carolo Calvo Galliæ Rege, & Ludovico Rege Germaniæ: *Ludos etiam hoc ordine ſæpe cauſa exercitii frequentabant. Conveniebant autem quocunque congruum ſpectaculo videbatur: & ſubſiſtente hinc omni multitudine, primùm pari numero Saxonorum, Waſconorum, Auſtraſiorum, Britannorum, ex utraque parte, veluti ſibi invicem adverſari vellent, alter in alterum veloci curſu ruebat; hinc pars terga verſa umbonibus ad ſocios inſectantes evadere ſe velle ſimulabant. At verſa vice iterum illos, quos fugiebant, perſequi ſtudebant: donec noviſſimè utrique Reges cum omni juventute, ingenti clamore equis emiſ-*

ſis

Digitized by Google

ſit, haſtilia criſpantes exiliunt, & nunc his, nunc illis terga dantibus, inſiſtunt. Eratque res digna pro tanta nobilitate, nec & moderatione, digna ſpectaculo. Non enim quiſpiam in tanta multitudine ac diverſitate generis, uti ſæpe inter pauciſſimos, & notos contingere ſolet, alicui, aut læſionis, aut vituperii quidpiam inferre audebat. Cangius Diſſert. 6. ad Joinvillam exiſtimat hoc teſtimonio contineri ludos primùm & juxtà normam veri torneamenti concelebratos: quod ſi ante Caroli Calvi tempora commemorata alicubi leguntur haſtiludia, ea cenſet rudia fuiſſe certamina ludicra, nec illis circumſcripta legibus, quæ præſcriptæ poſtmodum reperiuntur in legitimis torneamentis. Cæterum torneamenti inventorem Chronicon 5. Martini Turon. facit Gauſridum de Pruliaco: *Anno Henrici Imp. VII. & Philippi Regis VI. fuit proditio apud Andegavum: Gaufridus de Pruliaco, & alii Barones occiſi ſunt. Hic Gaufridus de Pruliaco torneamenta invenit.* A Gallis ad Anglos tranſiſſe feruntur torneamenta, ut ſcribunt Matthæus Pariſius, Hovvedenus, & alii: & Pariſii quidem illa ſunt verba: *Eodem tempore Rex Ricardus in Angliam tranſiens, ſtatim per loca certa torneamenta fieri juſſit, hac fortaſſis inductus ratione, ut milites regni utriuſque concurrentes vires ſuas flexis in gyrum frenis experirentur; ut ſi bellum adversùs Crucis inimicos, vel etiam finitimos movere decernerent, agiliores ad prælium, & exercitatiores redderentur.* A Gallis porrò has decurſiones habuiſſe Germanos idem ibidem Cangius contendit adversùs Germaniæ Scriptores, qui ejus inventi laudem Gallis præreptam volunt. Græci poſteriores fatentur ultro torneamenta ſe accepiſſe a Latinis, ut diſertè habet Nicephorus Gregoras lib. 10. Joannes verò Cantacuzenus lib. 1. cap. 42. deſignat initium horum certaminum in Imperio Orientis anno 1326. quo tempore Anna Sabaudię filia Amedei IV. Comitis Sabaudiæ Conſtantinopolim acceſſit nuptias initura cum Andronico Paleologo Imperatore. Et apud ejus quidem ævi Scriptores Græcos non privatos duntaxat equites, ſed primi ſubſellii Principes, atque adeo Imperatores ipſos more privato in torneamentis dimicaſſe legimus, ut de Emanuele Comneno tradit Nicetas, & de Andronico Paleologo Juniore præfatus Nicephorus. Id verò etiam uſitatum apud Reges Occidentalis Imperii, quemadmodum de Carolo VI. Galliæ Rege narrat Froiſſartus, aliique tradunt Hiſtorici de Henrico VIII. Angliæ Rege, prœlium ejus generis ludicrum ineunte adversùs Franciſcum I. Regem Galliæ. Neminem præterit Henricum II. Galliæ Regem in haſtiludio a Mongomerio convulneratum fuiſſe; quo accepto vulnere mox e vita migraverit. Tametſi enim leges caverent nequis lancea, aliiſve armis niſi hebetatis, ferroque carentibus uteretur in ludis haſticis, frequenter tamen contingebat iiſdem armis de medio tolli viros nobiles, atque ipſos interdum Reges ludentes. Funeſti aliquòt cladium eventus in viris eximiæ nobilitatis, & non per jocum ludumque acceptæ injuriæ in latiſſimam ſanguinis effuſionem erupturæ, ac ſæpenumerò tranſmiſſæ in familiarum illuſtrium poſteros, anſam præbuere non ſolùm Summis Pontificibus, verùm etiam ſupremis Principibus laicę poteſtatis, ut fortunarum amiſſione, pœniſque graviſſimis, atque adeo capitis ſupplicio propoſito torneamenta palam proſcriberent. Sic autem legimus in Concil. Later. celebrato Anno 1179. *Deteſtabiles nundinas vel ferias, quas vulgò Torneamenta vocant, in quibus milites ex condicto convenire ſolent, & ad oſtentationem virium ſuarum & audaciæ temerè congrediuntur, unde mortes hominum & pericula animarum ſæpè proveniunt.* Et ibidem ſevera & atrox torneamenta celebrantibus pœna inuritur negatæ ſepulturæ: *Siquis eorum ibi mortuus fuerit, quamvis ei pœnitentia non denegetur, Eccleſiaſtica tamen careat ſepultura.* Quoniam verò cupido glorię ac ſæpe etiam ultionis ſitis viros per univerſam Europam illuſtres ad execrabilem quandam amentiam obcæcaverat, nihil idcircò moræ in illis fuit, quin invita contemptaque cenſura qualibet Eccleſiaſtica, & præſcriptione Regia, vel Cæſarea ad eadem certamina ſacrilegè relaberentur, levemque gloriolæ rumuſculum poſt jus faſque, & ſanctiſſimas leges haberent. Sic enim res humanæ habent, ut quæ ſæpè optima & intemerata initia habuerunt, in latiſſimam perniciem poſtremò prorumpant & proruant: ut graviùs reperiantur nocuiſſe, quæ primùm honeſtiſſimis cauſis ſunt inſtituta. Equidem in confeſſo eſt eum fuiſſe torneamentorum finem & inſtitutionem præcipuam, ut in otio urbano veram & legitimam Martis diſciplinam condiſcerent viri nobiles, utque ſcripſit Gregoras. *Ut ex ſolemni bellorum præludio virorum addiſceretur ars uſuſque bellorum.* Vide plura de torneamentis apud Cangium in pręmemorata Diſſert. 6. ad Joinvill. & apud nos in Titulis initio indicatis. Torneamentum. Italis etiam *Torneamento*, & *Torriamento*, *Torneo*, *Gioſtra*, *Armeggiamento*, *Armeggiata*. Locus autem, ſeu potius cœtus equitum illuſtrium, quos rumor certaminis celebrandi ſimul cogit, Italis dicitur *Sembraglia*, Tau. Rit. *Tantoſto s'arma, e monta a cavallo, e tutto ſolo ſi mette al cammino, dove la ſembraglia eſſer dovea.* Et alibi: *Io vi dono coteſto elmo tanto leggiadro, per tal convenente, che voi lo portate a queſta ſembraglia.* Quæ vox fit a Latinorum *ſimul*, quemadmodum etiam *Aſſemblea*, & *Aſſembrea*.

Tornus, i. Genus machinæ oppugnatoriæ, baliſtæ non diſſimile. Charta Petri Regni Majoricarum Domini: *Tali quidem conditione, quod ipſam* (turrim) *benè cuſtodias, & teneas in ea omni tempore unum tornum paratum, & unam balliſtam de torno ad fidelitatem noſtram, & defenſionem civitatis ejuſdem.* Subit animum cogitare, tornum balliſtæ eſſe partem, & quidem eam indicare, ubi axis vertitur, dictamque fuiſſe a vertendo, origine Gallica a voce *Tourner*, ut a nobis eſt expoſitum in dictione *Torneamentum*. Quod ſi verè machina eſt jaculatoria, mihi eſt perſpicuum, ſic fuiſſe vocitatam a tornetto, quæ vox eſt apud venatores in re Falconaria, & accipitrum aucupiis familiaris. Potiſſimum verò rem ita ſe habere ſtatuo, quoniam a falconibus, & re accipitraria non paucæ jaculatoriæ machinæ ſuam appellationem adeptæ ſunt; ut alibi a me eſt notatum ſuper Italicis vocibus *Falcone*, *Sagro*, *Moſchetto*, *Smeriglio*, *Spingarda*. Quæ poſtea voces ad rem tormentariam noſtræ militiæ commigrarunt,

runt, propter analogiam & ſimilitudinem cum antiquis illis organis & inſtrumentis. Quid autem fuerit in re Falconaria tornettum, adſcribo tibi verbis Friderici II. Imperatoris lib. 2. de Arte venandi cap. 40. *Eſt autem tornettum quiddam duobus annulis compoſitum, gyrantibus in ſe invicem, & hoc modo eſt factum: ſunt duo annuli ferrei, aut ænei, aut argentei, aut de alio metallo facti, magni ad quantitatem annulorum, qui ſunt in jactis &c. Quoties igitur timebitur ne Falco intorqueat ſe jactis, alligabitur hoc tornettum annulis jactorum cum quadam corrigiola ſubtili & forti &c. Eſt autem utilitas tornetti in hoc quod Falco non poſſit vexari per intortionem jactorum in pedibus ſuis.* Memorati porrò annuli, qui cum corrigiola ſubtili & valida, ut eſt expoſitum, in ſeſe volvuntur, illud mihi prorſus ſunt inſtrumentum, quod a corrigia vel loro Itali dicunt *Logoro*. Dantes Infern. Cant. 17.

Come'l Falcon, ch'è ſtato aſſai sù l'ali,
Che ſenza veder logoro, ò uccello,
Fà dire al Falconiere, oimè tu cali:
Diſcende laſſa: onde ſi muove ſnello,
Per cento ruote, e da lungi ſi pone
Dal ſuo Maeſtro diſdegnoſo e fello.

Quos Italici ſummique Poetæ verſus ſic nos Latinè reddidimus.

Ut longùm accipiter ſuſpenſus in aere, nutans
Si nullâ illectus prædâ, plumâve rotatâ
Aucupis eludit vota, & fruſtratur biantem,
Deſilit, inque agilem librato corpore lapſum,
Circinat humentes auras, procul atque reſidit,
Triſtem adverſà tuens, impacatumque magiſtrum.

Idem inſtrumentum indicare oon prætermiſit Thuanus de re accipitraria lib. 1.

Namque pugillares alii, pugnumque magiſtri
Protinus emiſſi repetunt prędamque relinquunt.
Aſt alii tenues ſimul emittuntur in auras:
Vix tandem redeunt, licet & revocentur herili
Voce, & vibrato plumatilis indice lori.

Adiicio verba, quibus illud exponunt Academici Florentini. *Il logoro è fatto di cuojo, a modo d'un alia, con che lo Falconiere ſuol richiamare il Falcone, girando tuttavia e gridando.* Dantes Purgator. Cant. 19. felici qua ſolet audacia, ejuſdem comparatione explicat vertiginem cœleſtium orbium:

Gl'occhi rivolgi al logoro, che gira
Lo Rege eterno con le rote magne.

Torques, vel Torquis, is. Tam maſculini, quam fœminini generis. A torquendo. Eſt enim circulus tortus ex auro, argento, vel gemmis ante pectus ex collo dependens. Inter dona militaria recenſetur. Torque donati milites Torquati dicebantur; qui juxta Vegetium l. 2. c. 7. Duplares erant & Simplares. Duplares duplas annonas conſequebantur; Simplares erant quibus una tribuebatur. Obſervat autem Paſchalius Coronarum lib. 2. cap. 2. coronas ſolis civibus apud Romanos dari ſolitas; torques verò auxiliaribus etiam & externis. Trophæa Marti & aliis Diis erecta legimus ex torquibus ab hoſtibus poſt pugnam direptis, ut indicant Plutarchus, Lipſius, & alii. T. Manlius Torquatus dictus eſt, traduxitque in poſteros nobile cognomentum, a torque detracto militi Gallo, quem ſingulari certamine occiderat. Torquati equites hodie dicuntur, qui ob res benè geſtas geſtandi torquis cum aurei velleris ovicula vel ſimili inſigni virtute ſua jus meruerunt. Equites aurati iidem etiam dicuntur. Frequens donatæ torquis mentio apud Hiſtoricos. Hirtius Bello Hiſpan. *Cæſar, ob virtutem turmæ Caſſianæ donavit millia tredecim, & Præfecto torques aureos duos.* Quoniam verò Præfectus in hoc Hirtii loco memoratus facilè fuit civis Romanus, oon video quàm vere dixerit Plinius lib. 32. cap. 2. auxiliares & externos torquibus aureis donatos, at cives oonniſi argenteis. Certè non dubitamus Romanum fuiſſe civem C. Aſprenatem, quem debilitatum lapſu equi aureo torque donaſſe Auguſtum ſcribit Svetonius in ejus vita.

Torquati Equites vel milites. Vide *Torques*.

Tortor, oris. Quemadmodum torquere duo ſignificat jaculare, & cruciare, ſic duplicem habet ſignificationem tortor: primam pro pœnam infligente. Horat l. 3. Od. 5.

Atqui ſciebat quæ ſibi barbarus
Tortor pararet:

Iterum pro emittente jaculum vel quid ſimile: & in hanc ſententiam tortores balliſtarum dixit Ammianus. Venerat mihi quidem in mentem ſuſpicari a jaculandi peritia Tortorem appellatum fuiſſe Apollinem, eadem forma, qua ſæpius ab arcu & ſagittis dicitur Arcitenens; & in eam ſententiam exponere Svetonium in vita Auguſti cap. 70. *Acclamatumque eſt poſtridie frumentum omnes Deos comediſſe, & Cæſarem plane eſſe Apollinem, ſed Tortorem, quo cognomine is Deus quadam in parte Urbis colebatur.* Sed poſtea didici Tortorem ibi Apollinem dici a vico, in quo venalia pendebant flagella tortorum. Nec alio ſanè ſenſu idem Svetonius in vita Auguſti cap. 50. Apollinem vocat Sandaliarium; quoniam colcretur in Urbis parte, ubi ſandaliarii, ſive calceurum opifices habitabant. Dicuntur autem illi tortores a coriis pellibuſque torquendis, manuque atque adeo dentibus extendendis.

Tortorella, æ. Machina lithobola, io genere petrariarum, ut colligitur ex Rollandioo, qui ejuſdem meminit in Chronico lib. 1. cap. 12. *Comes Paduæ Manfredinus a lapide Tortorellæ intrinſece cecidit mortuus.* Idem lib. 10. cap. 1. videtur pro eadem machina accipere Tortorellam, & Prædariam. Sic enim ſcribit: *Foveâ quoque factâ conſtructum eſt ibi ſpaldum trabeum, longo tractu fortiſſimum & condenſum, & turres quoque ligneæ Tortorellæ ſive Prædariæ certis locis, ut ſi temerarius inimicus acceſſerit, redeat cum pudore & damno.* Putes dictam machinam a torquendo.

Torulus. Quid ſit io re munitoria retuli in titulo *Arx*. 4. Quid ſit in galea apud Ammianum lib. 16. *Cujus vertici flammeus torulus aptabatur,* eſt divinandum. Videtur indicari pars editior caſſidis, aut ornamentum æneum rubri coloris.

Tottonarii equi. Occurrunt apud Veget. lib. 1. de Arte veterin. *Equos, quos vulgò Trepidarios, militari vocabulo Tottonarios vocant.* Sed locus eſt plane corruptus. Trottonarios aliqui legunt; Salmaſius melius Guttonarios.

Trabsa, æ. Genus fuiſſe veſtis militaris dubitare

oon

Digitized by Google

non ſinit Livius lib. 32. *Conſul trabeatus ad hoſtem ire pergit*. Virgil. lib. 7.

Ipſe Quirinali trabea cinctuque Gabino
Inſignis reſerat ſtridentia limina Conſul.

Trabeam hoc ſolùm a paludamento diverſam fuiſſe putat Valtrinus, quod paludamentum unius eſſet coloris, trabea verò intextas haberet virgas quaſdam inſtar trabium, ex quibus verum trabeæ etymon ducitur. Nec audiendus Iſidorus lib. 19., qui deducit a *trans*, & *beo*: *Trabea dicta, quod in majori gloria hominem transbearet, hoc eſt, ultrà & in poſterum ampliori dignitate honoris beatum faceret*. Favet Valtrino, aliiſque Pollio in Gallieno, ubi Trabeata ſaga Gallorum vocat, cum cæteroqui notum ſit peculiaria Gallorum fuiſſe ſaga virgata, quaſi minimis diſtincta trabibus.

TRABEA, æ. Pro veſte triumphali. Vida *Palmata*.

TRABES. Has conſiderare, quatenus proxima ſunt machinarum materia in Architectura tum civili, cum militari, infiniti eſſet operis. Sed & per occaſionem multiplicis mechanici opificii, de præcipuis earum generibus multa ſunt a nobis ſparſim diſputata. Eas hìc trabes intelligimus, quæ inter præcipua inſtrumenta ad repugnandum recenſentur a polemicis Scriptoribus. Occurrit frequenter earum mentio & uſus adversùs hoſtiles turres, arietes, falces, aliaſque machinationes approperantes, ad quas evertendas trabes incuſſas legimus. Tacit. Hiſtor. 4. *Eduxerant Batavi turrim duplici tabulato, quam Prætoriæ portæ* [*is æquiſſimus locus erat*] *propinquantem, promoti contra validi aſſeres, & incuſſæ trabes perfregere*. Vegetius lib. 4. cap. 20. ubi de turribus agit: *Interdum longiſſimas ferrataſque trabes opponunt machinæ venienti, eamque a muri vicinitate propellunt*. Ideò ſapienter Idem Vegetius lib. 4. cap. 8. monet, trabes præſertim in promptu haberi debere ab obſeſſis. Addo pulcherrimum de illis teſtimonium ex Thucid. lib. 2. *Arietum alios laqueis avertebant, tum & hoc modo magnas trabes adaptantes longis catenis, a capitibus utrinque ſuſpenderant ad duas antennas, ſuper muros inclinatas & extenſas. Has trabes ſurſum trahebant attollebantque obliquas, & quoties invaſura machina erat, ictumque datura, trabem demittebant laxatis catenis, manuque remiſſa: atque is impetus decutiebat caput arietis*. Pro ligneis interdum plumbeæ trabes machinis leguntur oppoſitæ, quod enimverò impendio validius erat organum ad obnitendum & intercipiendum arietem. Erant autem e ſolido plumbo productæ, ut ictu certiore & graviore rem gererent. Liv. lib. 38. *In arietes tollenonibus libramenta plumbi, aut ſaxorum, ſtipiteſque robuſtos incutiebant*. Idem lib. 42. *Arietem admotum libramento plumbi gravatum, ad terram urgebant*. Sed diſertiſſimè Polyænus lib. 6. *Athenocles oppugnatus, adversùs arietes, ac terebras, trabes plumbeas fecit, eaſque tranſverſas in propugnaculis appoſuit, quibus, cum hoſtiles machinæ irruiſſent, ex confringebantur*.

TRABES PLUMBEÆ. Vide *Trabes*.

TRABUCHETUM. Idem ac Trabuchus. Machina lapides ejaculans ad muros concutiendos: Monachus Vallis Sarnaii c. 86. *Jaciebant hoſtes ſuper noſtros creberrimos lapides, cum duobus trabuchetis, mangonello, & pluribus mataſundis*. In fragmento Hiſtoriæ poſt Albertum Argentin. ann. 1212. legitur inventum primùm trabuchetum in bello, quod Otho Imperator in Apulia geſſit: *Otho Imp. ab Apulia & Italia reverſus obſedit oppidum Viſenſe, quod ſimiliter expugnavit uſque ad arcem. - Ibi tunc primum cœpit haberi uſus inſtrumenti bellici, quod vulgò Triboez appellari ſolet*. Vide *Trabuchus*.

TRABUCHUS, ci. Machina lithobola, qua vaſti molares in hoſtes jaciuntur. Videtur dicta machina a deturbando, quod Itali dicunt *Traboccare*; Galli *Trebucher*. Latè deſcribitur hæc machina ab Ægydio Columna in Tractatu de regimine Principum lib. 3. cap. 18., cujus verba libet adſcribere: *Eoquod contrapondus ſemper uniformiter trahat, ideo ſemper eodem modo impellit (cum hac enim machina quaſi acus percuti poſſet) Nam cum aliquod ſignum percutiendum eſt per ipſam, ſi nimis proiicit ad dextram, vel ad ſiniſtram, vertenda eſt ad locum erga quem jaciendus eſt lapis. Si verò nimis altè proiicit, vel elonganda eſt machina a ſigno, vel in funda apponendus eſt lapis gravior, quem non tantum elevare poterit; ſi verò nimis imè; appropinquanda eſt machina, vel alleviandus eſt lapis. Semper enim ponderandi ſunt lapides ipſarum machinarum, ſi determinatè proiiciendum ſit ad aliquod certum ſignum*. Hujuſmodi machinamentum admodum utile muris labefactandis fuiſſe reputandum eſt. Nam ejuſdem uſus etiam poſt inventas curules bombardas perduravit: eaque machinà ad expugnandam Eubœam inſulam cum tormentis uſum fuiſſe Mahemeten II. Imperatorem Turcarum teſtatur Hieronymus Magius lib. 2. Miſcell. Id genus machinæ veteres Italici Scriptores dicunt *Trabocchi*. Tau. Rit. *E ordinarono Trabocchi, e Manganelle, e Spingarde, e traboccavano nella città fuoco con ſolfo*. Et Boccacc. Theſeid. lib. 1.

E fè drizzar Trabocchi e Manganelle,
E torri per combattere le mura,
E fè far Gatti, & alle mura belle
Speſſo fece con eſſi gran paura.

Adverte trabuchum, & trabuchetum, vel tribucetum apud Hiſtoricos ævi deterioris non fieri ab Italorum *Trabocchetto*, quæ vox decipulam ſignificat, atque inde lapſum in ſcrobem. Neque enim trabuchus & trabuchetus ſunt in genere muricum vel tribulorum: ſed ſunt omninò organum in genere balliſtæ, contorquendis ſaxis idoneum. Si ab Italica radice vocem trahas, dic fieri a verbo *Traboccare* non pro *effluere* quod eſt vaſorum; ſed pro *diruere*, vel *præcipitem agere*. Sunt enim machinæ, quarum impulſu muri diruuntur, & concidunt. *Traboccare* active poſitum habes ex allatis ſuperiùs verbis Tau. Rit. *Traboccavano nella città fuoco con ſolfo*.

TRAGŒDIA. Notum Poeſeos genus. Militarem ejus originem acutè tetigit Jaſon Denores *Diſcorſ. ſopr. la Comed. Traged.* Animadverterunt Græcarum urbium magiſtratus, nihil magis popularium animos deterrere & abducere a re militari, quam obverſantem oculis ſpeciem vulnerum, cædium, immenſique effuſi ſanguinis; tum propinquorum, & chariſſimorum capitum crebras funeſtaſque amiſſiones. Neceſſe quippe erat iis de cauſis eoſdem affici immoderata commiſeratione, & immodico quodam ſenſu, & quaſi afflatu terroris. Ad componendas ſedandaſque

affectiones illas plus ęquò exardeſcentes advocatum eſt præſidium a Poetica facultate. Hinc Tragœdię nomine excogitatum eſt ſcenicæ Poeſeos genus, quæ flebiles triſtiſſimoſque virorum illuſtrium, & amore mutuo conjunctorum caſus exhibens, ſic alliceret ſpectatores, ut atrociſſimis eventibus repræſentatis patienter primùm, poſtremo avide jucundeque intereſſent. His ita conſtitutis, duplicem Tragœdiæ finem agnoſco: proximum alterum, & a Poeta ſibi propoſitum, quo frequenter in ſcenam inductis ſummæ crudelitatis exemplis, terroris atque commiſerationis exuperantiam ad æquabilem mediocritatem redigit; quod eſt eas affectiones purgare atque diluere: remotum alterum, quo præfatus ipſe Poetæ finis altius ordinatur a publico Magiſtratu ad ſedatius ferendas clades bellicas, amicorum funera, vaſtationes, incendia, aliaque quibus militarium conflictuum facies inhorreſcit. Video hìc eſſe inquirendi locum, cur Romani, qui Græcis procul dubio ſtudioſiùs rem Martiam coluere, iiſdem longè parcius pangendis, ſpectandiſque Tragœdiis animos adjunxerint. Reſpondeo Tragœdiarum adminiculis minimum indiguiſſe Romanos, qui ad moderationem adhibendam in commiſeratione, & terroribus bellicis ſatis ſubſidii in Gladiatorum ſpectaculis habuerunt. Quî enim poſſent cruentos belli caſus pertimeſcere, qui impendio immanioribus ludis in ipſo urbanæ pacis otio inſueſſent? Ex quo ad ultimum obſervare licet, Græcos longo intervallo a Romanis ſuperatos fuiſſe ferocia indolis, & militaris tirocinii aſperitate; cum illi truculentis quidem, ſed ſimulatis eventibus, Romani veris, & acerbiſſimis ſuorum cladibus ad ſuſtinendum belli terrorem animos corroborarent. Horrificum profecto cogitatu eſt, tam ingenti, tam aſſidua ſanguinis profuſione geſtire potuiſſe ferocem populum; cum infortunati tragici exitus non modo ornatu veſtium, oratione metrica, & modulatu non parum leniantur; ſed ſua ipſi jucunditate non careant apud reputantes commentitias eſſe clades ſcenicas, nec ibi rem ſeriam, ſed fabulam agi. Sfora. Pallav. Ermen, Act. 1. Scen. 1.

Che in aſcoltar de i Rè tragici eventi
In fin dalla meſtitia eſce il diletto,
E nel ſentir pietà dell'innocenti
E' dolce all'homo il contriſtar l'affetto.

TRAGULA, æ. Saluſt. de Metello. *Ictu tragulæ ſauciatur*. Dicitur a trahendo quaſi trahula, ut bene notat Turnebus. Inter jacula recenſetur a Gellio. Neceſſe eſt fuiſſe hamatum, ut res vocis origini congruat. Manu, vel tormento torquebatur, ictu tam valido, alteque inhærente, ut ſcuta cum corporibus ipſis traiiceret. Suidas: *Cotta utebatur telo, quod Tragula dicebatur, quo tam validam plagam inferebat, ut percuſſum per loricam, per latera transfigeret, & veluti clavo terræ affigeret*. Memorandum eſt illud etiam de clam mittendis literis per jacula, ut in tragula etiam factitatum legitur apud Cæſarem de Bell. Gallic. *Monet, ut tragulam cum epiſtola ad amentum deligata, intra munitiones caſtrorum deiiciat*. Vide de tragula Marcellum Donatum ad Ammianum lib. 31. ubi nota ab eodem allegari tanquam Vegetii verba, locum, ubi agitur de difficultate tragulam de vulnere educendi: quæ verba nuſquam leguntur apud Vegetium; verùm Donatus per incuriam, cum legiſſet apud Turnebum Adverſ. lib. 7. cap. 12. a tragula tragularios eſſe nuncupatos, exſcripſit ipſe ex eodem Turnebo tanquam Vegetii verba, quæ idem Turnebus addit ſuis, non Vegetii verbis de memorata difficultate deducendi tragulam ex vulnere. Huic ſimile haſtæ vel jaculi genus illud eſt, quod Itali vocant *Partiggiana*, a pertundendo, ut tradunt Etymologici, licet frigida mihi ea videatur derivatio; ut plane ultra inveſtigandum cenſeam in ejus vocis origine. De ejuſmodi jaculo, ſive haſta miſſili, ita ſcribit Franciſcus Berni Orland.

Franrardo è ſeco, che con l'arco ſcocca
Partigianarrie groſſe oltre a miſura.

TRAGULARII. Milites, qui tragulas jaciebant. Veget. lib. 2. cap. 15. *Erant Tragularii, qui ad manuballiſtas, vel arcuballiſtas dirigebant ſagittas*.

TRAHERE. Pro jaculari, quod vulgò dicimus *Tirare*. Otto Morena pag. 51. *Super ipſum caſtellum fortiter diu noctuque trahere non ceſſaverunt*.

TRAJECTUS FLUMINUM. Quatuor modis, ut ſuarum experimento legionum Cæſar teſtatum reliquit, a copiis militaribus tranſmittuntur amnes. Primùm quidem ponte, deinde navibus: de utraque hac ratione fluminum traiiciendorum non pauca habes in Titulo *Pons*. Ubi verò neque cæmentitii pontes, neque copia navium ſuppetit, tertius tranſmittendi exercitus modus eſt amnium diductio in plures alveos. In hunc modum Cæſar in Bello Hiſpanico nactus idoneam agri planitiem adapertis foſſis Sicorim amnem avertit, exercitumque tranſvexit. Petenda hinc etiam vera origo fabuloſæ narrationis de Hercule, qui Acheloum modò ſub ſerpentis, modo ſub tauri forma depugnantem ſuperaverit. Commenti id autem Poetæ ſunt, quoniam Hercules Acheloum Acarnaniæ in Epiro fluvium, præcipiti impetu regionem infeſtantem, ut tradit Strabo lib. 10. aggeribus atque canalibus effoſſis extenuatum coercitumque in multos detraxit rivulos, quo facinore in Acarnaniam miram rei agrariæ felicitatem induxit. Quartus denique modus eſt, cum aquæ fluminis ab equitatu ſic infringuntur, ut peditatus incolumis illas traiiciat. Quomodo Cæſar amnem Ligerim in Gallia ſic tranſmiſerit, idem narrat his verbis lib. 7. de Bello Gallic. *Liger ex nivibus creverat, ut omninò vado tranſiri non poſſe videretur. Itaque Cæſar admodum magnis diurnis nocturniſque itineribus confectis, contra omnium opinionem ad Ligerim pervenit, vadoque per equites invento pro rei neceſſitate opportuno, ut brachia modo atque humeri ad ſuſtinenda arma liberi ab aqua eſſe poſſent, diſpoſito equitatu, qui vim fluminis refringeret, atque hoſtibus primo aſpectu perturbatis, incolumem exercitum perduxit*.

TRANSCRIPTI. Quinam dicti fuerint in militia Romanorum, tradit Iſidorus lib. 9. *Tranſcripti vocantur, cum de alia in aliam legionem tranſeunt, & inde Tranſcripti, quia dant nomina ut tranſcribantur*.

TRANSFUGA, gæ. Qui ad hoſtes transfugit & deficit. Liv. lib. 2. *Deinde metuens, niſi Conſulum injuſſu & ignaris omnibus iret, deprehenſus fortè a cuſtodibus Romanis retraheretur ut transfuga, fortuna tum urbis crimen affirmante, Senatum adit*.

TRANSFUGIO, is. Propriè de loco ad locum fugere:

re: ſed ferè ſumitur de militum ad hoſtes diſceſſu. Liv. lib. 1. Bell. Punic. *Ad duo millia peditum, & ducenti equites, vigilibus ad portas trucidatis, ad Annibalem transfugiunt.*

TRANSFUGIUM, ii. Defectio, diſceſſus ad hoſtium partes. Tacit. lib. 18. *Nihil eorum Vitellianos fallebat, crebris, ut in civili bello, transfugiis.* Tametſi nulla transfugii ad hoſtes ſatis honeſta cauſa eſſe poteſt, interveniunt quandoque minus probroſæ, & quæ ſi minus probari, excuſationem certè aliquam promerentur. Contingit id potiſſimum, cum cives aut Duces cæteroqui de patria præclarè meriti non parem gratiam apud ſuos, ſed potiùs injuriam referunt. Ex eo numero fuerunt Indibilis, & Mandonius Hiſpani Principes, quorum, cum ad Scipionem ſecederent, ea ſunt verba apud Livium Dec. 3. l. 7. *Itaque corpus duntaxat ſuum ad id tempus apud eos fuiſſe; animum jampridem ibi eſſe, ubi jus, ac fas crederet coli. Ad eos quoque confugere ſupplices, qui nequeant hominum vim, atque injurias pati. Se id Scipionem orare, ut tranſitio ſibi, nec fraudi apud eum, nec honori ſit. Quales ex ea die experiundo cognoverit, perinde operæ eorum pretium faciat.* Et Scipio quidem nobiles transfugas honorificè accepit. Sic autem Hiſtoricus proſequitur: *Ita prorſus reſpondet facturum Romanus: nec pro transfugis habiturum, qui non duxerint ſocietatem ratam, ubi nec divini quidquam, nec humani ſanctum eſſet.*

TRANSVECTIO, onis. Equitum recenſio propriè a Cenſoribus, quandoque verò a Conſulibus, interdum etiam a Principibus fieri ſolita. Huc reſpexit Perſius Sat. 3.

Cenſoremque tuum vel quod trabeate ſalutas.

Trabea ſiquidem ornati equites ante conſpectum cognitoris prætervehebantur. Qua pompa rituque tranſvectio fieret, enucleatè tradit Dionyſius lib. 5. *Pugnæ ad Regillum plura monumenta ſunt: ſed ante omnia inſigne, pompa, & tranſvectio equitum Romanorum, qui equum publicum habent. Ii per centurias & turmas diviſi, ordine equis inſidentes vehuntur omnes quaſi e pugna venientes, ramis oleæ coronati, & purpureas palmatas togas induti, quas trabeas dicunt. Incipiunt autem ab æde quadam Martis extra Urbem ſita, tranſeunteſque cum alia loca Urbis, tum forum, & ædem Caſtorum prætereunt, interdum ad quinque virorum millia, gerentes præmia & dona militaria, quæcunque a Ducibus in bello acceperint. Egregium ſanè dignumque magnitudine Imperii ſpectaculum.* Moris etiam fuit in ea tranſvectione accuſari, citari, equumque publicum detrahi iis, qui aliquid peccaſſent. Quamobrem Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. quam alii tranſvectionem appellant, vocat ipſe probationem. Hæc autem habet: *Equeſtris verò ordinis juventus omnibus annis bis Urbem ſpectaculo ſui ſub magnis auctoribus celebrabat, die Lupercalium & equitum probatione.* Iſthuc porrò reſpexit Ovidius Triſt. lib. 2.

At memini, vitamque meam moreſque probabat
Illo, quem dederas, prætereuntis equo.

Atque aliter ibidem:

Carminaque edideram, cum te delicta notantem
Præterii toties irrequietus eques,

Ubi gloriatur Poeta prætervectum ſe ante Principem nullo ſuo vitæ cenſore quidquam in ſuis moribus improbante. Auguſtum tranſvectioni interfuiſſe apertè teſtatur Svetonius: *Auguſtus equitum turmas frequenter recognovit, poſt longam intercapedinem, reducto more tranſvectionis.* Verum non contemnendam cenſeo opinionem Marcelli Donati Dilucid. ad Sveton. in Auguſto, qui duplicem extitiſſe coniicit tranſvectionem apud Romanos, alteram quidem inſtitutam ad pompam & oſtentationem, ad recolendam celebrandamque victoriam adversùs Latinos, de qua Dionyſius ſupra allegatus ſcribit; alteram verò militarem exactamque ad regulas diſciplinæ caſtrenſis, in qua equites recenſebantur. Lipſius diſerte diſtinguit inter tranſvectionem & recognitionem, ſeu probationem. Vide magnum Criticum in Tacit. Annal. lib. 2. Italis *Moſtra, Raſſegna.* Joann. Villani lib. 10. *E raſſegnaronſi, e fecion moſtra la Cavalleria nella piazza di Santa Croce.*

TRANSVERSÆ, arum; ſubaudi Loricæ: vel Tranſverſaria opera. Hoc nomine veniunt præmunitiones, formæ uſuſque diverſi, quæ uno comprehendi nomine minimè poſſunt, ac proinde eas commodè recens Architectura vocat Tranſverſas. Fiunt autem rectæ, obliquæ, breviores, longiores, profundiores interdum, ſæpè editiores. Utque præſens neceſſitas & commodi ratio multiplex eſt, ſic omninò diverſa earum forma atque ſtructura. Excitantur hujuſmodi temporariæ & acceſſoriæ munitiunculæ ad aditum hoſti intercludendum, ad prohibendum tranſitum, ad fatigandos oppugnatores, uſuſque alios militares, ut adversùs illas difficilè hoſtes poſſint obniti, & pontem, viam, vel aggeres ſuperare. Longè ſunt imbecilliora hæc opera parmulis, caſſidibus, & cornutis vel coronatis operibus: nec præſtrui ante bellum ſolent, ſed enaſcens opportunitas, & quæ in manibus eſt occaſio propugnandi, vel oppugnandi, eas ſuadet, & labore non ita magno extollit & utcunque corroborat. Nonnunquam forcipes, & lunulas imitantur, ac planè in omnem figuram, ut res efflagitat, ſeſe componunt. In ejuſmodi tranſverſis commendandis ac deſcribendis multus eſt Matthias Dogen, quem conſule lib. 1. cap. 17. de Architect. Milit. *Traverſe.*

TRANSVERSARIA TIGNA, vel TRABES. Dicuntur in re ædificatoria & machinali, quæ in tranſverſum ponuntur, ad robur & firmitatem addendam, quo opponuntur arrectariis, quæ recta ſunt. Cæſar lib. 2. bell. Civil. *Tranſverſaria tigna iniiciuntur, quæ firmamento eſſe poſſint:*

† TRAVACHA, æ. Apud Ottonem Morenam ponitur pro machina in genere tectoriarum. Sic enim ſcribit Hiſt. rer. Laudenſ. *Cremenſes verò cognoſcentes ſe non poſſe defendere murum caſtri, quin deſtrueretur, travacam magnam ex lignis & terra ſimul compoſitam ibi intus in ea parte, in qua ipſum murum deſtrui videbant, juxtà eum conſtruxere.* Et iterum: *Quandam machinam, quam fecerat ſuper travacham, quam ipſi ex lignis & terra intus juxtà murum caſtri compoſuerant.* Ex quibus planè liquet, Travacham non ſimplex fuiſſe tentorium, ſed munitionis genus ad ſimilitudinem, quemadmodum coniicio, vinearum. Tranſiit poſtea hoc nomen ad ſignificanda militum tabernacula, quæ vulgò dicimus *Trabache.* Aſſentior planè Menagio, qui travacham dictam reputat a Gallorum voce *Travail*, Italis *Travaglio*, quam dictionem Galli paſſim adhibent pro ope-

opere, vel munimento bellico. Verùm mihi non eſt dubium eandem vocem Gallos habere a Latinis, Fit enim non ſolum *Travacha* & *Trabacea*, verùm etiam *Travail* a trabe, quoniam tum opera illa munitoria, tum tentoria militum contextis trabibus conficiuntur. Carolus Dati conjicit Italicam vocem *Trabacea*, fieri ab alia dictione *Barnecca*; hanc autem vocem eſſe originis Celticæ: apud Celtas ſiquidem ſic pelles dicebantur, quibus cæteroqui conſtat tentoria conſtrui. Idem Author conjectat iterum dictionem Italicam *Trabacca* profluere poſſe a *Tabracca*, quæ eſt regio in Africa ſylvis inumbrata: propterea quod tabernacula militum viridibus ferè & frondoſis ramalibus comparari ſolent; atque eam ob cauſam dicuntur etiam *Infraſcati*. Verùm non eſt dubitandum a trabibus dici travachas, & quas Itali dicimus *Trabacche*.

TREGUA, aliis TREVA, TREVIA, & TREUVA, ut invenies apud Cangium in Gloſſ. Pax, otium, & ceſſatio armorum per certum tempus. Originis eſt Germanicæ. Acta Alexandri III. PP. *Treguam Longobardorum bona fide ſervabit*. Vide multa de tregua, & ejuſdem violations apud eundem Cangium. Vide *Induciæ*.

TRENCATUM, i. Foſſa cum aggere munito. Ex Gallico *Trenchea*, & Italico *Trincera*, ſed melius *Trincea*. Monaſticum Anglicanum Tom. 2. *Locum ſuum in mariſco cum trencato, & foſſatis ſuis*. Dicitur autem Trencatum & *Trincea* a truncis arborum, quibus cum injecto ceſpite aggerantur tumuli caſtrenſes vel obſidionales: vel potius a truncando; Gallis *Trancher*, ex quo *Trenchée*, *Trincea*, quoniam cædatur terra tollendis aggeribus.

TREPIDARII EQUI. Succuſſatores. *Cavalli di trotto*. Trepidare autem, & magis propriè tripedare, eſt ter pede ſaltando terram cædere. Origo ab iis eſt, qui ſaltando aſſociabant id genus carminum concinentes, quæ ternas ſuorum pedum habent percuſſiones. Genus autem illud carminum erat vel jambicum, trimetrum, acatalectum, vel trochaicum. Horat. l. 3. Od. 18.

Gaudet inviſam pepuliſſe foſſor
Ter pede terram,

Et Calpurnius:

Seu cantare juvat, ſeu ter pede læta ferire
Carmina.

Quoniam verò qui ad eum ſaltabant modum, corpora ſubſultim attollebant, inde factum, ut de eo corporis motu dicatur verbum ipſum tripedare, vel tripudiare, vel demum, quod poſtea magis invaluit, trepidare, Tranſlata poſtea eſt ad animos vox corporis motus propriè exprimens. Nam, propterea quod qui magnopere aut lætantur, aut pavent, non ſine quadam animi commotione id faciunt, eam ob cauſam trepidare dicimus de iis, qui pavorem animo concipiunt, in qua uſurpatione paſſim id verbum adhibent Scriptores Latini. Juven. Sat. 10.

Et motæ ad lunam trepidabis arundinis umbram.

De iis verò qui lætitia prægeſtiunt atque ſubſiliunt ſic loquitur Perſius Sat. 1.

Hic neque more probo videas, neque voce ſerena
Ingentes trepidare Titos.

Ab eo exiliendi impetu quo ferri trepidantes ſolent, factum poſtremò eſt, ut trepidare dicamus de feſtinantibus, cujus uſurpationis exempla apud probos Authores tibi paſſim occurrent. Corporum verò trepidationem, de qua primum ſermonem inſtitui promiſcue de equis & hominibus dictam reperies. Veget. lib. 2. cap. 23. ubi de tironum exercitationibus ſcribit, inter alia hæc habet: *Saltus quoque & ictus facere pariter aſſueſcant, inſurgere trepidantes in clypeum, rurſuſque ſubſidere, nunc geſtiendo provolare cum ſaltu, nunc cedentes in terga reſilire*. De equis verò tripediariis, vel trepidariis ita ſcribit Vegetius de Arte Veterin. lib. 1. cap. 56. *Quod nihilominus inventum conſtat a Parthis, quibus conſuetudo eſt equorum greſſus ad delicias dominorum hac arte mollire. Non enim circulis atque ponderibus prægravant, ut ſoluti ambulare condiſcant; ſed ipſos equos, quos vulgò Trepidarios, militari verbo Guttonarios vocant, ita edomant ad lenitatem & quædam blandimenta vecturæ, ut Aſturconibus ſimiles videantur*. Servius etiam in illud Virgilii. Æneid. 4.

Dum trepidant alæ, ſaltuſque indagine cingunt.

Ita ſcribit: Trepidant *hoc loco ſenſim accipiunt, non, ut alibi*, feſtinant, *ut*: *Hic me dum trepidi: quia ſaltus non curſu, ſed ſenſim cinguntur. Quidam* trepidant *ab equis, qui hodieque trepidare dicuntur, appellari putant*. Additque teſtimonium Catonis: *Sedere non poteſt in equo trepidante*. Succutit autem, miſerumque in modum ſeſſores torquet moleſtiſſimus trepidariorum inceſſus; quos probè Parthi, quemadmodum ex Vegetio retuli, ad molliorem vecturam ſtudebant condocefacere. Animadvertendum hic eſt adversùs communem imperitorum ſententiam, trepidarios non eos eſſe equos, quos Plinius pavidos nominavit, Itali autem appellant *Ombroſi*; ſed plane eos, qui crebriùs terram pede ferientes ſubſultando incommodam moleſtamque, ut dixi, vecturam præſtant. Vide Salmaſium in Capitolin. ad Maximin.

TREPIDARE, pro exercere ſe troja, vel equeſtri decurſione. Concilium Albienſe: *Trepidare quoque, quod vulgariter biordare dicitur cum ſcuto & lancea, aliquis Clericus publicè non attentat*.

TRIALEMELLUM. Eſt ex genere pugionum, qui proditorii, & falſarii nuncupantur. Sic dicitur a triplici lamella, ſeu ferrea lamina, qua conſtat. Albericus in Chronic. M. S. *Ante oculos ipſius Regis occiditur Stephanus de Longocampo, in capite percuſſus longo & gracili trialemello, quem falſarium nominant*.

TRIARII, orum. Dicti ſunt, ut docet Varro, qui tertium ordinem tenebant in acie, poſtremique prœlium capeſſebant, & ſubſidio aderant Velitibus & Haſtatis, qui primo loco, & Principibus, qui ſecundo pugnam inire conſueverant, Erant milites veterani, & ſpectatæ probatæque virtutis, quantæ nimirum opus erat, ut turbatam aciem & nutantes ordines repararent, & reſtituerent. Hinc factus eſt proverbio locus: *Res redit ad Triarios*: cum reliquis ſuccumbentibus, neceſſe erat veteranos, & expertæ fortitudinis viros in aciem ſuccedere, reſque perditas & conclamatas erigere. Qua forma dimicare ſolerent Triarii exponit Vegetius per hæc verba l. 1. cap. 20. *Triarii genibus poſitis ſolebant intra ſcuta ſubſidere, ne ſtantes vulnerarentur venientibus telis; & cum neceſſitas poſtulaſſet, tanquam requieti vehementiùs invaderent*

rens hoſtes; a quibus conſtat ſæpe factam eſſe victoriam, cum Haſtati illi, & qui priores ſteterant, interiiſſent. Triariorum numerus, qui in legione Romana veteri ſexcenti fuere, illibatus ſemper retentus eſt, quantumlibet ampliata & auctior legio fieret acceſſione majoris oumeri penes Haſtatos, & Principes. Teſtatur id expreſsè Polybius per hæc verba: *Quodſi plures quatuor millibus in legione numerentur, ſimiliter pro rata diviſionem faciunt, exceptis Triariis, qui ſemper eodem numero.* Illis eſt omnioo aſſentiendum, qui Triariorum militiam oon ad multas ætates duraſſe aſſeverant. Neque verò ſolùm Vegetii tempore fuiſſe deſitam conſtat, cum ita loquatur lib. 3. cap. 14. *Sextus ordo poſt omnes a firmiſſimis & ſcutatis, & omni genere armorum munitis bellatoribus tenebatur; quos Antiqui Triarios appellabant.* Sed & circa eandem militiam diſſideotes Scriptores veteres, eandem aotiquatam oſteodunt. Livius enim lib. 8. eorum uſum commendat in pagna, quoniam, receptis inter ſua intervalla Principibus & Haſtatis prœlio feſſis, redintegrare ſolerent prœlium. Dionyſius verò lib. 5. 8. & 9. Triarios ad cuſtodiam caſtrorum reſervatos refert oec inde progreſſos, etiam gliſcente conflictu. Varro etiam, de Triariis, tanquam de re longinqua remotaque verba facit. Sic enim ſcribit lib. 4. de L. L. *Triarii quoque dicti, quod in acie tertio loco extremis ſubſidio deponebantur.* Poſtremò Hygious, qui floruit Trajani tempore, omniumque non Romanæ duntaxat, verùm etiam auxiliaris militiæ elenchum cootexuit, de Triariis omnioò reticet. Conſtans eſt eruditorum opinio, Marium, qui plurima mutaſſe legitur in Romana militia, eum etiam ordinem aboleviſſe. Ex quibus robuſtè & validè confutatur Eraſmus in Chiliad. ubi in adagio, *Res ad Triarios rediit*, ſcribit, Vopiſcum io vita Firmi Imperatoris tradidiſſe, robuſtiſſimum quemque militem in Triarios allegi ſolitum: ubi aptè Caſaubonus legit *Tritanum*. Tritanum verò Samnitem gladiatorem fuiſſe tradit Solinus. Vide Caſaubonum, & Salmaſium in Vopiſcum. Conſule Titulum *Acies*, ubi multa de Triariis.

Tribolata. Geous Plumbatæ. Vide *Plumbata*.

Tribuculus, i. Occurrit apud Jacobum de Vitriaco lib. 3. Hiſtor. Oriental. Sumitur pro machina jaculatoria. Noo multum diſſimilis fuiſſe videtur *Biffis*, & *Briccolis*. Mihi eſt Trabuchus; & opinor ſcribendum *Trabuchulus*.

Tribuli, orum. Alio nomine Murices appellanlantur. *Tribuli*, ſcribit Budæus, *Sunt machinulæ ferreæ doloſæ, trigonâ, aut tetragonâ formâ, quæ in quamcunque partem incubuerint, unum, aut plures aculeos infeſtos protendunt.* Horum uſus eſt ad equitatum, & hoſtium ordines proturbandos: dum enim temerè illi progrediuntur, impingunt in tribulos per viam campumque diſperſos, qui procurrentes vetant procedere, & equorum ungulis adhærentes eoſdem cogunt proruere, vel curſum inhibere. Romaoi adversùs falcatas quadrigas Græcorum illos adhibueruot, teſte Vegetio. Herodianus author eſt eoſdem Romaoos contra camelos illos ſparſiſſe. Sic autem ſcribit lib. 4. *Romani quoties pedem conferebant, facilè ſcilicet adverſarios ſuperabant, poſtea verò quam ab equitatu & camelorum multitudine premebantur, fugâ ſimulatâ tribulos aliaque machinamenta ferre acuminata proiiciebant. Quæ ſub arenis latentia, neque cuiquam conſpecta perniciem equitibus & camelorum inſeſſoribus adferebant. Quippe illis calcatis equi, potiſſimum verò cameli [quoniam huic generi molliſſimæ ſunt ungulæ] ſuccidué claudicabant, excuſſis tergo inſeſſoribus.* Vegetius de conſpergeodis illis adversùs quadrigas falcatas, ita loquitur lib. 3. cap. 24. *Ubi ad pugnam ventum eſt, repente tota campo Romani tribulos abjecerant, in quos currentes quadrigæ cum incidiſſent, deletæ ſunt. Tribulus autem eſt quatuor palis confixum propugnaculum, quod quomodo abjeceris, tribus radiis ſtat, & erecta quarto infeſtum eſt.* Quod addit Steuvechius ad præfatum locum Vegetii de muricibus, ſive tribulis, qui ad præcludendum aditum io caſtra, aote ea conſeri ſolebant, ubi ad firmaodum aggerem aut idonea terra, aut temporis ſpatium deeſſet; id ſcilicet intelligeodum de omninò diverſa tribulorum ſpecie: oam & grandiores illi, & ex lignea erant ſemper materia. Jacobus de Vitriaco in Hiſtor. Orieotal. ooo ſemel tribulorum meminit, confunditque cum petrariis. Quæ loca omnioò corrupta ſunt aut vitio librariorum, aut imperitia authoris. Ubi autem ſcribit: *Nos verò conſiderantes turrim capi non poſſe petrariarum vel tribulorum ictibus &c.* Et iterum alibi: *Inventi ſunt in Damiata tribucali quatuor cum petrariis & manganellis*: ejuſmodi, inquam, loci caſtigandi ſunt, loductiſque tribulis & tribuculis, reponendi ſunt *Trabuci*, & *Ttrabaculi*, quæ verè ſunt machioæ lithobolæ. Tribuli, quos ſuperiore loco expoſui, etiam in recenti militia uſum obtinent. Diſpergi autem ſoleot per ruinas murorum, ut iis irretiti præpeditique aggreſſores ab invaſione deſiſtant. Horum figuram uſumque exponit Mallettus in lib. *Les travaux de Marſ.* Obſervo id genus offeodiculi ad perturbandum equitatum antiquiſſimum fuiſſe, & à Phocenſibus uſurpatum adverſus Theſſalos, præjactis ſtratiſque urnis fictilibus, de quibus ità ſcribit Pauſanias lib. 10. *Ad Hyampolim enim quâ intrâ ipſorum fines invaſurum Theſſalorum equitatum exploratum habebant, urnas fictiles defodere, quas terra ſuperaggeſta operuerunt. Hoſtes, ut qui eas inſidias non providerant, citatis equis excurſione facta, incauti in eas urnas inciderunt: ibi cum eo caſu fracti & debilitati fuiſſent equorum pedes, viri ex equis prolapſi paſſim cæſi.* Vide *Murices*.

Tribunal, alis. Pro aggere. Occurrit apud Joſephum de Excidio Judaic. *Aliud in eo ſuggeſtum & tanquam tribunal extructum eſt e lapidibus magnis aptè junctis, & in eo turris impoſita ſexaginta cubitorum.*

Tribunal. Pro ſuggeſtu, ex quo Imperator milites alloquitur. Vide *Ceſpititium Tribunal.*

Tribuni militum. Populo Romaoo in tres partes ſive claſſes diviſo, qui iiſdem præerant, Tribuni dicebaotur; ſic ouncupati, teſte Varrone, quoniam terni præpoſiti tribus Tribubus Ramnium videlicet, Lucerum, & Tatieotium, mitti ſolereot ad curam copiarum militarium. Pompooius tamen Tribunos oominatos putat, quoniam ſuffragio Tribuum crearentur. Vegetius a jure & officiis tribuendis inditum illis nomen exiſtimat. Ea appellatio latè pertinuit apud Roma-

Digitized by Google

manos. Nam qui res urbanas curabant, dicebantur Tribuni plebis, de quibus aliorum eſt tractatio: quibus verò rerum bellicarum cura & adminiſtratio eommiſſa eſt, adhæſit nomenclatura Tribunorum militum. Verùm hæc ipſa dignitas militaris multiplex fuit. Siquidem Tribuni Prętoriani duces erant præpoſiti Prætorianis militibus: Tribuni Ærarii, quibus attribuebatur pecunia, quam militi redderent. Verùm de his ſeparatim erit agendum. Quod ad eos Tribunos attinet, penes quos erat imperium in legiouarios, & appellatione antiquiſſima dicebantur Tribuni militum, tria potiſſimum occurrunt examinanda. Primùm de eorum numero; deinde de eorum diſtributione in legionibus; denique de eorumdem electione.

2. Tres initiò Tribuni fuere in legione, cum ſcilicet legio ex tribus millibus conficeretur. Auctus poſtea cum numero legionariorum militum numerus ipſe Tribunorum. Et primo quidem in legiones quatuor duodecim creati Tribuni, ut terni ſingulas regerent legiones. Iterum poſtea Tribuni quatuor ſingulis legionibus aſſignati, ut ſenideni Tribuni legerentur in quatuor legiones. Liv. lib. 9. *Tulere rogationem Tribuni plebis L. Attilius, C. Marcius, ut Tribuni militum ſenideni in quatuor legiones a populo crearentur.* Aucto poſtmodum magis Imperio, cum legiones quinque & ſex millibus conſtituerentur: Tribuni in legiones ſingulas ſeni, in quatuor ipſas legiones viginti quatuor creati ſunt; quo numero conſtitutam eſſe militiam ſui temporis docet Polybius lib. 6. Qua verò ratione commemorati viginti quatuor Tribuni diſtribuerentur in quatuor legiones, tradit idem Polybius per hæc verba: *Ubi dies delectus advenit, congregatis omnibus in Capitolio, dividunt ſe XIV. juniores Tribuni, prout a populo, vel Imperatoribus fuerint creati, in partes quatuor; propterea quod in quotuor legiones Rom. ferè copię dividuntur, ac qui primi quatuor lecti ſunt, eos in primam legionem diſtribuunt: tres qui deinceps, in ſecundam; quatuor ſubſequentes, in tertiam: & tres ultimos, in quartam. Ex decem autem veteribus Tribunis, duos primos, primæ legioni: tres ſecandos, ſecundæ pręponunt: duos deinceps, tertiæ: tres poſtremos, quartæ.*

3. Jam verò ſuper electione Tribunorum variatum eſt mirum in modum. Populi ſuffragio Romæ primùm creabantur. Liv. lib. 9. *Duo imperia eo anno dari cœpta per populum, utraque ad rem militarem pertinentia. Unum ut Tribuni ſenideni in quatuor legiones a popula crearentur, quæ antea perquampaucis ſuffragio populi relictis locis, Dictatorum, & Conſulum ferè fuerant beneficia.* Quod autem hic indicat Livius, poteſtatem creandi Tribunos beneficium prius Conſulum, vel Dictatorum extitiſſe, id ſcilicet uſurpatum ab illis, vel connivente populo factum indicat. Idem tradit Saluſtius de bello Jugurth. de Mario loquens, & Svetonius in vita Julii. Traditus itaque Tribunatus militum ſuffragiis populi per ea tempora: licet aliquando plebiſcito aliquo demandata Imperatoribus ea poteſtas legatur, ut contigit bello Punico ſecundo. Liv. lib. 25. *Primis quatuor legionibus populus Tribunos creavit: in cæteras Conſules miſerunt.* Atque iterum bello Macedonico. Idem Livius lib. 42. *In Tribunis militum novatum eo anno propter Macedonicum bellum; quod Conſules ex S. C. ad populum tulerunt, ne Tribuni militum eo anno ſuffragiis crearentur; ſed Conſulum, Prætorumque in iis faciendis judicium arbitriumque eſſet.* Factum autem id, quoniam non ex merito, ſed per ambitum & gratiam eligebantur Tribuni a populo. Id ipſum non admodum diuturnè viguit, jus ſuum antiquum populo repetente: proinde Livius lib. 44. *Tribunos non permiſſum ut Conſules facerent, populus creavit.* Et quidem penes populum jus eligendi Tribunos fuit uſque ad bellum Perſicum; tunc enim Senatus decrevit, quemadmodum legimus apud Livium lib. 44. ut æquali partitione & in poſterum duratura, parem numerum Tribunorum Conſules, & populus crearent. De eadem diviſione ſic Polybius: *Dividunt ſe juniores Tribuni, prout a populo, vel Imperatoribus fuerint creati in partes quatuor.* Ex hac diviſione ortum eſt diſcrimen Tribunorum in Comitiatos, qui a populi ſuffragiis creabantur, & Rufulos, qui legebantur in exercitu. Vide *Rufuli*.

4. His ſtabilitis illud inſuper pro certo exploratoque habendum eſt, Tribunos non fuiſſe magiſtratum ſolorum peditum, ut nonnulli viri docti opinati ſunt, ſed communem totius legionis, ut non peditibus duntaxat, ſed equitibus etiam Romanis, & ſociis præfuerint. Liv. lib. 29. *Lentulus Ser. Cornelio Tribuno militum imperot, equites per patentes in hoſtium acies vias pręmittere equos jubeat.* Et lib. 35. *Equites legionum extra aciem in locum patentem Q. & P. Minucios Tribunos militum educere juſſit.* Idem porrò perſpicuè docent Polybius, & Varro.

5. Non eſt prætermittenda alia Tribunorum diviſio in juniores, & ſeniores, ſeu veteres, quæ genera clarè diſtinguit Polybius. Sic autem illos non habita ratione ætatis, ſed a numero ſtipendiorum, ſive annorum, quos militando confecerant, appellat. Juniores autem erant e genere equeſtri, qui poſt quina tantùm ſtipendia in Tribunos adlegebantur. Ad honeſtatem quippe & dignitatem militiæ pertinere opinabantur, ut equites citiùs quàm plebeii bellicis magiſtratibus potirentur. Seniores erant, qui integra dena ſtipendia confecerant, antequam Tribuni nominarentur. Cum igitur ex utraque equitum peditumque claſſe Tribuni crearentur; aliique plura, alii verò pauciora ſtipendia feciſſent, inde ortum eſt, ut alii juniorum, ſeniorum alii appellationem haberent. Et de veteribus quidem occurrit mentio apud Ciceronem 1. in Verrem: *M. Creperius, L. Caſſius, Cn. Tremellius, veteres Tribuni militares ſunt deſignati.* At quoniam ætate Polybii, ut ſuperiùs indicatum eſt, quatuor & viginti Tribuni militum quatuor legionibus præerant, juniores iterum appellati ſunt Tribuni quatuordecim ex peditibus, qui ſex ſtipendia confecerant: ſeniores verò decem reliqui ex equitibus lecti, qui tranſegiſſent annos decem merentes equo publico. Legimus adnumeratos interdum fuiſſe inter Tribunos militum viros Conſulares, Prætorios, & Ædilicios. Liv. lib. 22. *Cæſi dicuntur unus & viginti Tribuni militum, Conſulares quidam, Prætoriique, & Ædilicii.* Et lib. 42. *Duo Conſulares Tribuni militum cum eo miſſi.* Et lib. 44. *C. Sulpicius Gallus Tribunus militum ſecundæ legionis, qui Prætor ſuperiore anno fuerat.* Hujus verò generis

rīs Tribunos ab Imperatoribus lectos fuiſſe eredibile eſt, neque enim ſuſpicari poſſum viros Conſulares candidatos fuiſſe Tribunitiæ dignitatis.

6. Occurrit porrò alia Tribunorum diviſio in Tribunos Laticlavios, & Anguſticlavios. Primi erant ex ordine Senatorio, quorum mentio habetur non ſemel in vetuſtis lapidibus. Eoſdem indicavit Statius in Sylvis:

Quem deceat clari præſtantior ordo Tribuni. Sveton. in Domit. cap. 10. *Satiſque conſtat duos ſolos e notioribus venia donatos Tribunum Laticlavium, & Centurionem.* Clavos autem dixere intexta veſtibus ornamenta, clavorum capitibus ſimilia: erant autem plagulæ quædam, latiores aliæ, quæ Senatorium ordinem decorabant; aliæ anguſtiores, quæ notabant ordinem equeſtrem. Hinc Patereulus Mœcenatem, qui in equeſtri gradu ſe continuit, anguſto clavo vixiſſe contentum ſcripſit. Id tetigit Ovidius lib. 4. Triſt. Eleg. ultima.

Curia reſtabat: clavi menſura coacta eſt;
Majus erat noſtris viribus illud onus.

Anguſticlavii creabantur ex ordine equeſtri. Sveton. in Othon. *Interfuit huic bello Svetonius Lenis, tertiædecimæ legionis Tribunus Anguſticlavius.* Alias Tribunorum appellationes non recenſeo, utpote quæ irrepſerunt per quandam uſurpationem, eum liqueat multiplicatum fuiſſe numerum Tribunorum ex placito Principum. Poſtremò cujuſmodi fuerit Tribunorum curatio & officium exponit Macer l. 12. de Re milit. *Officium Tribunorum eſt milites in caſtris continere, ad exercitationem producere, claves portarum ſuſcipere, vigilias interdum circumire, frumentationibus commilitonum intereſſe, frumentum probare, emanſorum fraudem coercere, delicta ſecundum ſuæ authoritatis modum caſtigore, principiis frequenter intereſſe, querelas commilitonum audire, valetudinarios inſpicere.* Quod autem attinet ad cognitionem cauſarum militarium, licet ſatis conſtet pertinere illam ad bellicos magiſtratus, qui eam ob cauſam jus dicturi tribunal excitabant in caſtris, nihilominus animadverto non a minoribus duntaxat præfectis, ſed ab ipſis Conſulibus in cauſa delectus appellaſſe milites ad Tribunos plebis. Liv. lib. 34. *Cum milites, qui in legionibus urbanis erant, Tribunos plebis adiiſſent, uti cauſas cognoſcerent, quibus aut emerita ſtipendia, aut morbus cauſa eſſet ne militarent &c.* Et lib. 36. *Cum cogerentur in claſſem coloni maritimi, Tribunos plebis appellarunt.* Et lib. 42. *Cum Tribuni militum Centuriones, ſed primum quemque vocarent, tres & viginti Centuriones, qui primos pilos duxerant, citati, Tribunos plebis appellarunt. Duo ex collegio M. Fulvius Nobilior, & M. Claudius Marcellus ad Conſules reiiciebant: eorum cognitionem eſſe debere, quibus delectus, quibuſque bellum mandatum eſſet.* Tribunorum commoda & ornamenta ea potiſſimum referuntur, annulus aureus, cum cæteri ferreo uterentur: veſtis ornatior; excelſa galearum inſignia, quibus a ſuis noſcebantur militibus, ut alibi obſervavimus ex Vegetio. Ad hæc ante Tribuni tabernaculum per dies ſingulos ſortiti locum manipuli excubabant.

7. Licet autem antiquitus exactiſſima diſciplina Tribuni floruerint, poſtea tamen, de more ingenii humani, itum eſt in deterius. Conſtat enim ex commeatibus, quos militibus dabant, quæſtum facere conſueviſſe. Hinc Juſtin. Cod. de Erog. Militar. Ann. *Magis enim debent Duces, & Tribuni ſupra deputata ſibi emolumenta ſecundum labores de noſtra largitate remunerationem ſperare, & non de commeatibus militum, aut de eorum ſtipendiis lucrum ſibi acquirere.* Proinde cautum eſt ab eodem Juſtin. ibidem, *Ut nullum audeant Duces, vel Tribuni Commeatalem de ipſis dimittere, ne dum ſibi lucrum ſtudent conficere, incuſtoditas noſtras relinquant provincias.* Munerum etiam vacationes militibus vendere ſolebant Tribuni: quamobrem Tribunorum beneficiarii milites paſſim occurrunt. Verùm id poſtea fuit Cæſarum legibus coercitum. Vide Salmaſ. ad Spartian. Sigon. de Antiqq. Jure Romanor. Lipſium de Militia Rom. Alex. ab Alexand. Genial. lib. 6. cap. 18. Valtrin. de Re milit. Roman. lib. 3. cap. 10. Tribunum militum Itali dicimus *Colonello*: Tribunum legionis *Maſtro di Campo d'un Terzo*.

TRIBUNITII, orum. Qui Tribuni fuerunt. Cic. Phil. 13. *Qui Ædilitii? qui Tribunitii? qui Quæſtorii?*

TRIBUTUM, i. Cic. Offic. 2. *Tanta opera eſt, ne, quod apud majores noſtros ſæpe fiebat, propter ærarii tenuitatem, aſſiduitatemque bellorum, tributum ſit conferendum.* Feſtus a tribuendo, Varro melius trahit a tribu; quoniam Urbe in tres claſſes diviſa, prò cenſus portione tributim ſolvebatur a populo, quod erat imperatum. Licet confundi plerunque ſoleant tributum & vectigal; in iis tamen nonnihil diſtinguunt, qui caſtigatò loquuntur, aut ſcribunt. Tributum ſiquidem apud Romanos pendebatur a prædiorum poſſeſſoribus, pro modo agri quem colebant. Id erat duplex; aliud capitis, aliud ſoli. Vectigal, ſive portorium, pro importandis, vel exportandis mercibus, etiam a tranſeuntibus ſolvitur. Hinc Tributariæ dictæ civitates vel provinciæ, quæ bello domitæ Romanis tributum ſolvebant. Id autem fiebat miſſis in provincias Cenſitoribus, qui metirentur, & in tabulas cenſuales referrent modum agrorum, quem quiſque poſſideret. Germani veteres, ut refert Tacitus, ultrò ſuaque ſponte, quod è Republica fore judicabant, in medium conferebant. Id tributorum genus omnium eſſet leviſſimum, niſi turbis & contentionibus civicis collationes illæ majorem in modum eſſent obnoxiæ. Ad eam declinandam rerum confuſionem, inſtitutum eſt, ut a Principibus tributa imperentur; quod ſi citra violentiam & acerbitatem fiat, longè commodius reputatur. Per occaſionem exigendi tributi ſæpius a populis & provinciis turbatum eſt, itumque ad hoſtiles & exitiales concertationes. Pro exemplo ſint Friſii populi tranſrhenani apud Tacitum Annal. l. 4. qui, ut ille ſcribit *Pacem exuere noſtra magis avaritiâ, quàm obſequii impatientes.*

TRICABALLI. Vide *Singulatores*.

TRICINARII EQUI. Occurrunt apud Vegetium, & a tricando appellantur, quoniam ſpiſſo gradu crebroque genua inflectentes, & alterna crurum volutatione quaſi intricantes incedunt. Medii cujuſdam inceſſus ſunt inter trepidarios, & aſturcones.

TRICINCTUM, i. Satis claro & rem ipſam exprimente, ſed parum Latino vocabulo, ab aliquot inferioris ætatis Architectis appellatum invenio

triplicem ambitum murorum, urbibus vel arcibus defenſitandis. Ejus vocis mentionem fecit Villelmus Brito in Philipp. lib. 1.

puer impiger illo
Tempore trieinctum caſtri, qui continet in ſe
Jugera multa ſoli, ſignis abcinxit & armis.

De geminatis atque adeo triplicatis oppidorum munimentis locuti nos ſuperiùs ſumus, ubi de obſidione arcium per coronam. Afferebat id veteri Hercotectonicæ momenti plurimum ad oppidorum tutamentum, quo nimirum tempore ars oppugnatoria non adhuc adoleverat ad perfectionem noſtræ militaris Architecturæ. Magnum proinde erat præſidium atque ſecuritas civitatum, poſt dejectum ariete aliiſque Priſcorum machinis priorem murum, præſtò adeſſe alterum, atque iterum tertium muralem ambitum, quo tutum eſſet ab hoſte perfugium. Verùm poſteaquam ingenium humanum & ſolertia militaris fulmina tormentaria, bombardas dico & prægrandes tubos ex ære fuſili ad munimenta deiicienda, & adamantinos etiam, ſi Deo placet, ſternendos muros adinvenit, omninò ſupervacaneæ & evanidæ reputantur quæſitæ munitiones a multiplicata murorum corona, cum longè præſtet prominentibus propugnaculis & firmiſſimis cortinarum aggeribus; ad hæc prætentoris, aliiſque recentium operum adjectionibus complecti tutarique oppugnanda oppida. Licet autem alicubi ac præſertim in arce Meſſanenſis portus, triplicis ejuſce ambientis coronæ cernatur ambitus; id nihilominus, non ſolum quia in immenſum diſpendioſum, verum etiam quia operoſam magis, quam validam defenſionem depoſcit, peritiſſimi quique Architecti non ita magni faciunt. Licet triplici murorum corona præcinctam, Hieroſolymorum urbem expugnarunt ſtrennè Cruceſignati Duces. Taſſus Geruſalem. Conquiſt. lib. 14.

Cingeua tre mura la cittate antica,
Com'una non baſtaſſe ampia corona:
E trè mura eſpugnò forza nemica,
Che tutto vince, & a null'huom perdona:
Nè di periglio teme o di fatica;
Che giuſt'ira del Ciel l'infiamma e ſprona,
E poi rimaſe in quel crudel contraſto
La rocca, il tempio, e 'l monte, e preſo, e guaſto.

Tricuspis, idis. Quod tres habet cuſpides, ut ſagitta, vel fuſcina Neptuni. Ovid. Metam. 1.

poſitoque tricuſpide telo,
Mulcet aquas rector pelagi.

Tridens. Telum trifida cuſpide, Neptuni inſigne, haſta, & ſceptrum, quo terram emovere creditur. Ovid.

Ipſe tridente ſuo terram percuſſit, at illa
Intremuit, motuque vias patefecit aquarum.

Indicatur his porrò verſibus præſtantium Philoſophorum ſententia, qui ſubitos terrarum motus & quaſſationes a ſubterraneis aquis enaſci pronunciarunt. Huc etiam trahitur illud Virgil. Æneid. 2.

Neptunus muros, magnoque emota tridenti
Fundamenta quatit, totamque a ſedibus urbem
Eruit.

Item illud de Sicilia ab Italia abſciſſa l. 3. Æneid.

venit medio vi pontus, & undis
Heſperium Siculo latus abſcidit.

Ut autem hic divulſas terras aquarum vi tradit Virgilius: ſic non rarò diſiunctas diſſitaſque in unum coegit eadem violentia aquarum, ut refert Plinius l. 2. c. 89. Trifido Neptuni ſceptro triplex deſignatur aquarum genus, marinarum, ſtagnantium, & fluvialium. Tridens idem telum a Vulcano fingitur Neptunus accepiſſe, quoniam igne compellente, quæ ſub terra ſunt, aquæ agitari ſolent, & in ſolids montium impetum facere. Vide Natal. Com. Mythol. l. 5. Addo tridentem ſumi pro ſymbolo potentiæ maritimæ, ut viſitur in nummo Ptolemæi Auletæ. Vide Vaillant Hiſt. Ptol. & paſſim in nummis urbium maritimarum, præſertim Siciliæ.

Tridentifer. Ferens tridentem. Ovid. 8. Metam.

Regna vagæ, dixi, ſortite tridentifer undæ.

Tridentiger. Idem Ovid. 11. Metam.

Cumque tridentigero tumidi genitore profundi.

Tridui commeatus. Proverbiali ſermone dicitur de annona tenui, & minimis facultatibus, ut quæ vix ad tridui victum ſufficiant. Sumitur a commeatu militum. Ut enim habet Interpres Ariſtophanis ad illum verſiculum:

Mihi ut reſervem commeatum tridui,

Antiquitus in bellum ituri commeatum parabant, qui non minus triduo ſufficere poſſet.

Trieres, pro *Triremis*. Dictio Græcanica adſcita ab afflicti Latii Scriptoribus. Roſtagnus Monachus de transIstione Clementis Martyris. *Viderunt claſſem Regis Francorum, maria ſulcantem, & præ timore clamaverunt, æſtimantes auxilium Saracenorum venire ad urbem. Tamen miſerunt quandam trierem obviam eis, ut exploraret quænam gens eſſet.* Habemus hinc vocabulum *Trierarchus*, qui Græcis eſt navium Præfectus, ut ex Demoſthene mox obſervabimus.

Trierarchus, i. Lstinè Præfectus triremis. Cic. 3. Verr. *Qua de re Charidemum Chium teſtimonium priore actione dicere audiſtis, ſeſe cum eſſet Trierarchus &c.* Tacit. lib. 2. Hiſt. *Trierarchum Liburnicarum ibi navium interfici jubet*: ubi videtur poſuiſſe Trierarchum pro Præfecto plurium navium. Sunt tamen qui ſtatuant eos fuiſſe perſonas publicas, qui, in Republica præſertim Athenienſi, bellicas naves, srmamenta navalia, & alia hujus generis ad militum uſum præſtarent, præſertim iniquiore Reipublicæ tempore. Ex opulentiſſimis civibus ſolebant eligi, ac per ſex menſes imperare triremibus privato vel publico ſumptu: utroque quippe modo eſt ſæpiùs factitatum. De Trierarchis ita Demoſthenes Orat. contra Polyclem; *Coram Duce verba ad eum facio & peto, ut navem a me accipiat, & ſumptum reliqui temporis mihi perſolvat, deque armamentis eum interrogo, utrum ea ſuſcepturus eſſet, an propriis ſecum allatis ad navem veniret. Quæ cum ab eo poſtularem, rogabat me, cur ego ſolus e Trierarchis privata armamenta haberem? Hæc eo dicente, ego propterea, inquam, e navali non accepi armamenta, quod ipſe ea perdidiſti. Sed ſi vis, hæc accipito, ſin minus armamenta ipſe tibi compara. Quod autem ad nautas attinet, & milites, ac remiges, ſi eos a me corruptos eſſe dicis, accepta triremi ipſe tibi & nautas & milites, & remiges cura, qui gratis te comitentur. Navem autem accipe, neque enim me triremi præeſſe decet amplius. Nam & Præfecturæ meæ tempus præteriit, & ego jam quatuor menſes amplius idonus ſuſtinui.* De Trierarchorum Præfectura ad ſex menſes idem ita ſubdit: *Tu autem*

ac-

Digitized by Google

accepta navi primùm tuum tempus ſex menſes obito, deinde ſi interea venerit Collega tuus, eam, obito tuo munere, illi tradito.

TRIFAX. Genus jaculi. Vide *Fax*.

TRIGA, gæ. Errant Nizolius in Theſauro Ling. Lat., Calepinus, & qui ejuſdem vocabularium ſubinde ampliarunt, dum trigam appellatam referunt, quaſi triagam, quoniam a tribus equis ageretur. Extra omnem dubitationem triga dicitur, quaſi trijuga, ut biga quaſi bijuga, & quadriga, quaſi quadrijuga, a binis, ternis, vel quaternis equis ſubjugibus, ſive eidem jugo conjunctis vel alligatis, ut includatur etiam equus funalis in triga, & interdum duplex funalis in quadriga. Meminit trigæ Ulpianus in L. Ædiles §. ſi fortè, ff. de Ædil. Edicto; *Et ſi triga venierit, retinenda erit rota; & ſi quadriga redhibeatur*. Fuit triga uſitatum aliquando vehiculum in bello, præſertim tempore Heroum. Conſtabat duobus equis jugo adjunctis, & tertio funali, vinculo nimirum ſive loro extra currum adnexo. Trigarum mentionem iniicit Statius lib. 6. ubi loquitur de ludis funebribus Archemoro editis:

Nominibuſque cient Pholoen Admetus & Irin,
Funalemque Thoen.

Sed & Dionyſ. Halicarn. lib. 7. perhibet, ſervatum Romæ morem committendi trigas, cum antiquatus ille apud Græcos eſſet poſt tempora Heroum. Trigarum uſus apud nos eſt ferè abolitus: ad plauſtra ſolummodo & carros ſarcinarios interdum tres equos jungimus; ita tamen ut uni jugario geminus recta funalis alligetur, cujuſmodi plauſtra vectandis oneribus idonea, præſertim ad longum iter uſurpamus. Pulcherrimum trigæ ſchema exhibebit tibi Lipſius in nummo Heraclii lib. 3. de Cruce cap. 16. Occurrunt item nummi argentei familiarum aliquot Romanarum cum trigis.

TRIGARIUM. ii. Incertum eſt utrum ſit curule ipſum certamen trigarum, an locus, ubi trigæ aſſervabantur. Legitur apud Plinium lib. 37. cap. 13. *Ne equos quidem in trigariis præferri ullos vernaculis animadverto.*

TRIGARIUS, ii. Auriga, vel agitator trigæ. Plin. lib. 28. cap. 17. *Feruntque & Neronem Principem hac potione recreari ſolitum, cum ſic quoque ſe trigario approbare vellet.*

TRIJUGUS, a, um. Quod triplici jugo obnoxium eſt, vel quod a tribus equis acto curru ducitur. Apul. 6. Aſin. *Canis pergrandis trijugo, & ſatis amplo capite præditus.*

TRIJUGIS, ge. Idem ac Trijugus. Auſonius ad Paulin.

Ut eiſio trijugi, ſi placet, inſilias.

TRILICES LORICÆ. Origo vocis a liciis, ſive filis. Veteres ſiquidem, ut ſuo loco expoſuimus, lineis utebantur loricis. Hæ verò non ad noſtrum morem erant contextæ; ſed ſic illas conficiebant, ut e pluribus filis funiculum ſtruerent: eos verò funiculos pluribus filis contortos nectebant ſimul, & in eum modum aptabant, ut e pluribus conjunctis funiculis lorica fieret. Hinc voces illæ Bilices, & Trilices ab ejuſmodi filorum multitudine. Herodotus & Plinius referunt, Amaſim Ægypti Regem loricam habuiſſe, cujus ſingula fila duplicia trecentis ſexaginta quinque filis minoribus conſtabant. Nihil verò obſtat quin poſtea ex chalybe in fila ducto conficerentur loricæ, & hamatis anulis necterentur. Virgil. Æneid. l. 3.

Loricam conſertam hamis, auroque trilicem:

Ubi mentem Virgilii interpretari & explicare videtur Statius l. 12.

qua ſub tegmine duro
Multiplicem tenues iterant thoraca catenæ.

Vide *Lorica*.

TRIPANTUM, i. Machina jaculatoria in genere lithobolarum. Videtur fuiſſe parum aut nihil diſſimilis Briccolis. Deſcribitur ab Ægidio Romano part. 3. de regim. Principum.

TRIPUDIO, as. Feſtus exponit quaſi terram pavio. Terra verò pedibus pavitur, ideſt cæditur & percutitur pedibus. Commodiùs tamen tripudio, quaſi tripedio dicitur, quòd ter pede terra feriatur; erat enim propriè tripudium genus ſaltationis, quo ſæpius terra pedibus cædebatur. Apud nonnullas gentes uſitatum erat in bello & acie tripudiare, vel tripedare. Livius: *Erumpunt agmine e caſtris tripudiantes more ſuo*. Nihil autem frequentiùs apud Poetas occurrit, quàm in ſaltationibus ter pede terram feriri. Horat. l. 3.

Gaudet inviſam pepuliſſe foſſor
Ter pede terram.

De tripudio ſpectante ad artem aruſpicinam vide Ciceronem de Divin. l. 2.

TRIPUDIUM, ii. Vide *Tripudio*.

TRIREMIS, is. Navigium ferè bellicum, tribus conſtans remorum ordinibus, quemadmodum biremis duobus, quadriremis quatuor, quinqueremis quinque. Liv. lib. 1. Bell. Punic. *Quinquaginta quinqueremes, quadriremes duæ, triremes quinque*. Inventas primùm triremes fuiſſe ab Aminocle Corinthio refert Plinius lib. 7. cap. 56. Cujuſmodi ſit & apud Antiquos fuerit navis genus, item ejuſdem varia armamenta, partes & vela, eorum eſt explicatiùs commemorare, qui de rebus nauticis ſcribunt. Et nos prolixam de ejuſmodi navigiis tractationem elucubravimus, eandem publici juris facturi, ſi divino licuerit beneficio, in noſtro Lexico Nautico. Verùm quoniam ipſa hujus navis appellatio a remorum ordinibus monet, ut de vulgatiſſima apud eruditos controverſia, utrum iidem ordines ſecundum longitudinem potiùs, quàm ſecundum altitudinem ſint computandi, aliquid dicam, neque hac te, Lector, laboris mei parte fraudaverim. Steuvechius, ut alios miſſos faciam, in explicatione Liburnicarum ad Vegetii lib. 4. cap. 37. non ad altitudinem, ſed ad latitudinem referendos eſſe exiſtimavit remorum ordines; ſic autem ibidem ſcribit: *Sed illi ordines non in altitudinem, ſed in latitudinem conſiderandi ſunt, ut in navi longa, roſtrata triremi, quam mox exhibituri ſumus, videre erit. Ab hiſce ordinibus, ſi bini erant, ipſæ naves biremes; ſi terni triremes, & ſic deinceps nomen ſortitæ ſunt. In biremi latus utrunque binis ordinibus, poſitis inibi ſedilibus, ubi remiges ſedebant, diſtinctum erat; in triremi tribus, in quinqueremi quinis, & ſic deinceps. In triremi, quam exhibebimus tres remigum ordines apparent, & quia in ſingulis ordinibus remi ſeptem, ad eam navem agendam remigibus opus fuit quadraginta duobus, qui ſinguli ſua ſedilia occupabant, & remos ſingulos. Si quinqueremis agenda erat, in cujus ſingulis lateribus ordines requirebantur quinque, pro numero ſedilium, quæ*

in ſingulis ordinibus erant, remiges adhibendi erant. Eandem ſententiam de remorum verſibus vel ordinibus ductis in latitudinem amplexus eſt Lazarus Bayſius lib. ſingulari de Re navali. Ego verò miror Steuvechium, ſummæ cæteroqui diligentiæ Scriptorem, ex ipſis Vegetii verbis, quæ explananda ſuſcipit, neutiquam animadvertiſſe, non obſcurè iiſdem indicari remorum ordines in Liburnis non juxta eandem latitudinis lineam, verùm ſecundum altitudinem, eſſe accipiendos. Sic enim ſcribit Militiæ Romanæ Magiſter lib. 4. cap. 37. *Quod ad magnitudinem pertinet, minimæ Liburnæ remorum habent ſingulos ordinès; paulò majores, binos; idoneæ menſuræ ternos, vel quaternos, interdum quinos ſortiuntur remigum gradus.* Vides his remorum ordines diſpoſitos eſſe per gradus. Gradus autem optimè locum habent in altitudine: vix autem explicari poteſt quomodo perpetuæ lineæ ſive latitudini ipſi conveniant. Et quidem eos ordines in altum fuiſſe collocatos mihi planiſſimum faciunt non ſolum teſtimonia utriuſque linguæ Scriptorum illuſtrium, verum etiam vetuſti lapides, numiſmatum fides, & inprimis Hiſtoria belli Dacici geſti a Trajano Cæſare, & graphicè inſculpti in Columna eidem Principi Romæ ſublata. In hujus verò delineatione, & bona fide excerptis deſormatiſque partibus apud Fabrettum, palam viſitur, remorum ordines in iis navibus, non porrectos in eandem lineam, ſed in altitudinem & per gradus, ut Vegetius loquitur, eſſe formatos. Favet eidem opinioni Livius Dec. 3. lib. 10., ubi ita quinqueremes deſcribit, ut editiores illæ fuerint quadriremibus: ut plane idem etiam videatur eſſe decernendum de triremi biremem altitudine ſuperante, & de quadriremi triremem, & ſic ad majorea alias procedendo. Scribit autem ibi Livius quadriremium armatos milites in quinqueremes tranſilire non potuiſſe. Hæc autem Hiſtorici ſunt verba: *Claſſis Punica ad Uticam ſtationem habebat: ex eo tres quadriremes, ſeu etiam miſſo a Carthagine nuncio uti fieret, ſeu Aſdrubale, qui claſſi præerat, ſine publica fraude auſo facinus, quinqueremem Romanam ſuperantem promontorium ex alto repente aggreſſæ ſunt, ſed neque roſtro ferire celeritate ſubterlabentem poterant, neque tranſilire armati ex humilioribus in altiorem navem: & defendebatur egregiè quoad tela ſuppeditarunt.* Omitto hic a Poetarum teſtimoniis, utpote quibus omnia licere vulgus credit, huic ſententiæ robur accerſere. Rem habemus in apertiſſimo poſitam, ſi vera ſcripſit Author anonymus Tacticorum, qui Æliano adiici ſolet. Sic autem ſcribit: *Triacontorus, Teſſaracontorus, Pentecontorus, dicitur a multitudine remorum, Soliremis, Biremis. & quæ ſequuntur ordine, ab ordinibus, ſeu verſibus ſecundum altitudinem, unus ſuper alterum.* Idem ponunt ob oculos Authores alii, quibus interdum eſt ſermo de remorum inæqualitate in navigiis, quæ procul dubio referenda eſt ad verſus ſive ordines productos in altitudinem. Dio lib. 49. *Pompejani adverſarios ſuos impetu terrebant, naveſque nonnullas vehementiùs incitatis ſuis invadentes, ita ut earum remos quoque exteriores detergerent, lædebant.* Scholiaſtes Ariſtophanis in Ranis: *Thalamaci, hoc eſt remum agitanti in inferiore triremis parte; Thalamaces verò minimum accipiebant ſtipendium, eo quod brevioribus utebantur remis, ſi cum aliis tribus ordinibus remigum comparabantur: magiſque erant vicini mari. Et ordo quidem inferior Thalamitæ, medius Zygitæ, ſuperior verò Thranitæ.* Thucydides etiam lib. 7. eadem ferè habet. Et quoniam viri docti optimè exiſtimarunt, antiquiſſimam navigiorum inſtitutionem, atque ſtructuram edidiciſſe priſcos mortales a piſcibus, qui mobilia ſunt & viventia quaſi navigia; idcircò ſimillimum vero eſt ab iiſdem piſcibus edoctos fuiſſe rationem gradatim in altum diſponendi remorum ordines; neque enim aliter in piſcium alicullis, ſive branchiis conſtitutæ ſunt pinnæ, quas explicant in natatu ad eam prope figuram, qua remi in navibus expanduntur. Scio eam opinionem propugnantibus ingens negotium facesſere ſupremos remorum ordines in prægrandia navigiis, quorum enormis omninò magnitudo videtur extitiſſe a manubrio uſque ad palmulam, quæ aquis mergitur. Enimverò præter hexeres, & hepteres, quæ ſex ſeptemque ordinum naves longæ fuerunt, Philadelphus apud Athenæum memoratur in apparatu navium Regum omnium potentiam ſuperaſſe. Habuit nimirum duas naves triginta ordinum, unam viginti, tredecim verſuum quatuor, duodecim duas, undecim verſuum quatuordecim, novem verſuum triginta, hepteres triginta ſeptem. Alexander Magnus, ſi Plinio credimus, naves inſtituit etiam ad ordines duodecim, Ptolemæus Soter ad quindecim. Verùm omnem ea in re magnificentiam atque adeo fidem ſuperavit Ptolemæus Philopator, qui ordinum quadraginta navem conſtruxit. Hujus deſcriptionem ex Athenæo & Plutarcho referimus in Titulo *Bellicæ naves*. Ad hunc declinandum ſcopulum plerique confugiunt ad oſtentationem ſolam & pompam, cui navis illa & ſimilea deſervierint, cariturræ cæteroqui uſu propter immenſam molis magnitudinem. Atqui ego nihil obſtare crediderim, quominus pugnantia in hac materia hominum eruditorum ſuffragia componi conciliarique poſſint. Cum enim Veterum teſtimonia, tum quæ literis, tum quæ marmoribus prodita ſunt, interdum in longitudinem, quandoque in latitudinem locatos fuiſſe remorum ordines videantur innuere; quidni, omnem dirimam litem aſſeverando, utranque diſpoſitionem in uſu fuiſſe; atque ita aliquando, & præſertim in majoribus navigiis, remorum ordines fuiſſe collocatos in latitudinem, ut tamen plerunque, quod major demonſtrare videtur Scriptorum copia, in altitudinem quoque gradatim aſſurgerent? Fac enim quatuor in navi eſſe ordines remorum in latum, diſtinctos ſcilicet Interſticiis inter ſcamna remigum vel ſedilia, quæ diviſos ad hunc modum remiges accipiant. Erit profectò ejuſmodi navis quadriremis, ſive quatuor habens remorum ordines. Jam verò adde eidem ſuperius quatuor alios remorum ordines vel eàdem, qua inferiores ſunt diſtincti, poſiturà, vel inæquali & gradario excurſu, ut quaſi decuſſatim ſe excipiant: habebis ad hunc modum profectò navigium octireme. Idem ad eandem formam tibi ponatur calculus in recenſione & explicatione grandiorum navium decem, viginti, atque adeo quadraginta numerantium remorum ordines. Sunt qui controverſiam inextricabilem longe fa-

cilius

Digitized by Google

ciliùs ſe dirimere autumant. Il in biremi, triremi, quadriremi, & minoribus navigiis remos exponunt ordines remorum: ubi excreſcit æquo amplior numerus, ipſos computant numerantque remos. Proinde triremis erit navis tres habens remorum verſus vel ordines; at verò vigintiremis, vel, ut ita proloquar, quadragintaremis navis habebitur, non viginti vel quadraginta remorum ordines, ſed remos ſolummodo totidem complectens. Poſtremò ſi, non habita ratione cælaturarum veterum & numiſmatum, ad ſolius ratiocinationis calculum rem revocemus, dirimi poterit hæc controverſia, aſſignatis pro remorum ordinibus ſcamnis ſive ſedilibus remigum, quæ nimirum ſuis interſtitiis & diviſuris fuerint diſtincta. Ad hanc mētem, vel conjecturam ſex, ſeptem, octo, vel plures ordines remorum erunt totidem ſcamna remigum, vel unica linea diſtributa in latitudinem, vel duplici, modo ſuperius explicato, ſi admodum excreſcant remorum ordines exponendi. Equidem mihi celeberrimam apud eruditos quæſtionem indicare potius, quam pro dignitate in utranque partem expendere fuit animus. Fecerunt id per otium viri magni Joſeph Scaliger, & Salmaſius. Copioſiùs autem rem totam excuſſit Fabrettus Colum. Traj. cap. 5. Vide inſuper eruditiſſimum Schefferum de Milit. Naval. l. 2. cap. 2. & Bayſium de re Naval. Vide poſtremò apud præfatos Scriptores navium cum diverſis remorum ordinibus ſchematiſmos.

TRISPASTUM. Vide *Helix*.

TRISTEGA. Vox eſt Græcanica ad Latium detorta. Triplicem contabulationem vel contignationem ſignificat. Uſurpatur in re bellica ad exprimendas contabulationes machinarum, & turrium mobilium, quæ etiam pluribus conſtant contignationibus. Brito lib. 4. Philipp.

nec minus altæ
Per loca triſtegæ, caſtellaque lignea ſurgunt.

Ubi obſerva erraſſe Britonem, ut ſæpè alias, in quantitate ſillabæ; nam ſecunda vocis *Triſtega* brevis eſt & per ι ſcribitur Græcè. Sugerius de Conſec. Eccl. S. Dionyſii: *Ad Triſtegas & propugnacula facienda*. Uſus vocabuli frequentior apud Authores de ligneis machinis in turribus campanariis.

TRISTIS SCYTALE. Adagium de funeſto triſtique nuncio. Refertur ab Ariſtophane in Lyſiſtrata, a Plutarcho in Convivio ſeptem Sapientum, a Tullio ad Atticum. Qua verò ratione ſit bellicæ originis hæc parœmia explicavimus in voce *Scytale*.

TRITÆ, arum. Turma militaris, quæ pro armis ruſtica flagella geſtabat. Sic appellati quoniam iiſdem flagellis triticeas meſſes attererent. Occurrunt in Hiſtoria Landgraviorum Thuringiæ: *Eodem anno incœpit ſocietas Tritarum, quorum Capitaneus fuit ille &c.* Nec idcircò confundendi ii ſunt cum Flagellatoribus, vel Flagellantibus, qui ſunt Sectarii ac Hæretici, minimùm pertinentes ad rem militarem.

TRIUMPHUS, i. Etymologici impendio diſcordes ſunt in hujus vocabuli interpretatione. Arridet præ omnibus Varro, qui hoc nomen ex ficorum foliis accerſit ex Græco. Primus quippe omnium triumphaſſe ſcribitur Bacchus, cujus milites poſt Indicam victoriam eidem acclamabant foliis ficulneis cooperti. Iſidorus tamen ex Tranquillo aliam ejus vocis originem in medium affert per hæc verba: *Tranquillus autem triumphum Latinè potius appellatum dicit, quòd is, qui triumphans Urbem ingrederetur, tripartito judicio honoraretur. Nam primùm de triumpho Duci concedendo exercitum judicare ſolitum erat, ſecundò Senatum, tertiò populum.* De excellenti ejus honoris prærogativa, quem divinitati penè conferendum putarunt, ita ſcribit Tullius Philipp. 14. *Is demum eſt, meâ quidem ſententiâ, juſtus triumphus ac verus, cum bene de Republica meritis teſtimonium a conſenſu Civitatis datur. Nam ſive in communi gaudio populi Romani uni gratulabantur, magnum judicium; ſive gratias agebant, eò majus; ſive utrumque, nihil magnificentius excogitari poteſt.*

2. Fuit plane triumphus honorum omnium & ornamentorum, quotquot in viros Duceſque inprimis ſpectatæ virtutis conferri ſolebant, longe præſtantiſſimus. Singulare hoc decus eorum erat peculiare Imperatorum, qui in Urbem cum victoria remigrabant. Pompæ autem triumphalis geminæ apud Romanos partes erant. Prior continebat ea, quæ populo ad ejuſdem oblectationem & admirationem ſpectanda proponebantur. Simulacra nimirum captarum urbium, Proceres Duceſque, & Reges ipſi captivi, aurum, argentum, gemmæ, apparatus omnis variorum inſignium, copiæ militares ad ſplendorem ornatę, & his ſimilia. Poſterior ex iis conſtabat, quæ ad Ipſum triumphantem Ducem ſpectabant: nimirum ejuſdem affines currui proximi, præmia, donaria; & reliqua hujus generis honeſtamenta, quibus Reſpublica victores proſequebatur. Livius non uno in loco multa indicat de pompa triumphali. Satis eſt ſubiicere quæ refert de triumpho Æmilii Pauli: *Ipſe poſtremo Paulus in curru magnam, cum dignitate alia corporis, tum ſenecta ipſa majeſtatem præſeferens. Poſt currum inter alios illuſtres viros filii duo Q. Maximus, & P. Scipio: deinde equites turmatim, & cohortes peditum ſuis quæque ordinibus.* Eadem pompa ſic exponitur a Virgilio lib. 8. ubi de Auguſti triumpho Dalmatico, Actiaco, Alexandrino per continuum triduum acto, ſic loquitur:

At Cæſar triplici invectus Romana triumpho
Mœnia, Diis Italſim votum immortale ſacrabat,
Maxima tercentum totam delubra per Urbem.
Lætitia, ludiſque viæ, plauſuque fremebant:
Omnibus in templis matrum chorus, omnibus aræ:
Ante aras terram cæſi ſtravere juvenci.
Ipſe ſedens niveo candentis limine Phœbi
Dona recognoſcit populorum, aptatque ſuperbis
Poſtibus; incedunt victæ longo ordine gentes,
Quàm variæ linguis, habitu tam veſtis, & armis.
Hic Nomadum genus, & diſcinctos Mulciber Afros,
Hic Lelegas, Caraſque, ſagittiferoſque Gelonos
Finxerat. Euphrates ibat jam mollior undis:
Extremique hominum Morini, Rhenuſque bicornis,
Indomitique Dahę, & pontem indignatus Araxes.

De multiplici triumphandi ritu, omnique comitatu

Digitized by Google

tatu eximiæ ejuſcè ſolemnitatis, præ cæteris antiquitatis Scriptoribus, opulenter & accuratè ſcripſit Appianus in Libyco. Qui locus, quoniam multa, quaſi brevi quadam tabella comprehenſa, complectitur, quæ ſecùs operoſiùs & majore ſtudio eſſent elucidanda, eam ob cauſam, redimendi laboris gratià, eum hic ſubiicere non gravabor: *Scipio poſt hæc ex Libya in Italiam profectus, univerſas copias claſſe traduxit, Romamque ad triumphum reverſus eſt, quem omnium ante ſe ſplendidiſſimum dicitur egiſſe. Ejus forma, ut nunc fit, ab illis ſervata eſt, fuit autem ejuſmodi. Sertis redimiti omnes, præcinentibus tubis currus ſpoliis refertos deducebant. Ferebantur & ligneæ turres captarum urbium ſimulacra præferentes: ſcripturæ deinde, & imagines rerum, quas geſſiſſent. Aurum deinceps & argentum partim rudibus maſſis, partim notis, aut hujuſmodi impreſſum figuris. Coronæ præterea; quas virtutis gratia urbes, aut ſocii, aut exercitus Urbi parentes militibus dediſſent. Candidi ſubinde boves & elephanti illos ſequebantur. Poſt Carthaginienſium ac Numidarum Principes bello capti. Imperatorem lictores præibant purpureis amicti veſtibus, tum citharœdorum ac tibiarum turba, ad Hetruſcæ ſimilitudinem pompæ. Hi ſuccincti coroniſque aureis redimiti ſuo quiſque ordine canentes pſallenteſque prodibant. Hos Lydios appellant: ut facilè crediderim, Hetruſcos a Lydiis ſumpſiſſe originem. Horum in medio quiſpiam talari veſte, fimbriis ac armillis auro ſplendentibus amictus geſtas varios edebat, hoſtibuſque devictis inſultans, riſus undique ciebat. Poſt thuris & odorum copia Imperatorem circumſteterat, quem curru deaurato, multiſariamque notis refulgente, candidi vehebant equi, auream capite geſtantem coronam, lapillis ornatam gemmiſque. Hic veſtem ſuccinctus purpuream, patrio more, aureis intextam ſyderibus, altera manu eburneum ſceptrum, altera laurum præferebat, quam Romani victoriæ inſigne profitentur. Vehebantur & cum eo pueri virgineſque, & ad habenas hinc inde cognati juvenes: demum, qui exercitum ſecuti fuerant, ſcriptores, miniſtri, ſcutiferive. Poſtremò exercitus in turmas acieſque diviſas, currum ſequebatur. Milites quoque lauro redimiti, lauram manu ferentes, quibus meritorum inſignia adjuncta aderant, qui primores hos quidem laudibus ferrent, hos ſalibus inſectarentur, nonnullos infamia notarent.* Eandem pompam deſcribit Joſephus lib. 7. cap. 16. *Cum dies ante indicta eſſet, qua pompa futura erat triumphalis, nemo Romę abfuit ex immenſa multitudine, omnes autem quaſi prævenientes locu, ubi vel conſiſtere poſſent, capiebant, tantum relinquentes duntaxat, quod pompæ traducendæ ſatis eſſet. Populus tabulatis in circis & circa forum defixis; & alias Urbis partes, quæ ſpectando commodæ erant, occupantes, ſpectabant veſtibus candidis amicti. Omnia templa aperta & coronis plena, & ſuffitibus; multi adminiſtri, aliique virgam ferentes, qui cohiberent eos, qui in medium temerè confluebant, diſcurrebantque, vias apertas præbebant.*

3. Ut verò de triumphorum origine aliquid perſtringam, nihil eſt immorandum in Bacchi triumpho, utpote fabuloſo & commentitio. Eum Indis domitis terras pervagantem curru tigribus vecto, ſic deſcribit Sidonius: Carm. 27.

Fortè ſagittiferas Evan populatus Erythras
Vite capiſtratas cogebat ad eſſeda tigres.
Corniger inde novi Ganges fit pompa triumphi,
Cernuus impexam faciem ſtetis ore madenti,
Arentes vitreis adiuvit fletibus undas,
Conjectas in vincla manus poſt terga revinxit.

Verùm his præteritis, conſtat in Ægypto triumphatum fuiſſe a Rege Seſoſtri quatuor devictis Regibus curulis ſellæ jugum ſubeuntibus, ut ſcribit Plinius lib. 33. cap. 3. & nos alibi indicavimus ex Lucano. Alexander etiam magnus, ut eſt apud Curtium lib. 5. victo Dario Babylonem ingreſſus eſt, itineribus florum & coronarum effuſione conſtratis, ſublatiſque altaribus, quæ thure & omnis generis odoribus cumulabantur. Comitatum triumphalem Xerxis Perſarum Regis Græciam adeuntis deſcribit Herodotus lib. 7. Dionem etiam feſtivâ pompâ exceperunt Syracuſani; tranſeuntemque molâ ſalsâ aſperſere, eidem inter victimas, menſas, & crateras, tanquam Deo ſupplicantes, ut tradit Plutarchus in ejus vita. Polybius demum a Carthaginienſibus, poſt devictos hoſtes, Carthagine triumphatum docet. Ea verò prælndia potiùs quædam fuere, adumbrationeſque triumphorum; quàm legitima eorum ſpecies. Idem exiſtimandum de Argivis, quorum Duces e militia reverſi cum victore exercitu, inter feſtas acclamationes, publico præconio, & militaribus donis afficiebantur. Simile quidpiam ab Athenienſibus factum Ducibus copiiſque poſt victoriam in patriam remeantibus, ut tradit Plutarchus in vita Alcibiadis. Nulla certè natio paulò humanior fuit, quæ naturę inſtinctu quodam ſuaſuque, non magnopere incenderetur ad eorum efferendam exornandamque virtutem, qui patriæ gloriam multis auctam, aut acceſſionibus provinciarum, aut victoriarum monumentis, ad poſteritatem tranſmitterent. Advertit ingenioſè Ludovicus de la Cerda ad commemoratum Virgilii locum lib. 8. legitimi & ad certam formam conſtituti triumphi rationem fluxiſſe a ludicris Græcorum certaminibus, ac præſertim a ludis Olympicis. Propoſita quippe ſunt a Romanis pręmia iis Ducibus, qui hoſticos exercitus profligaſſent, quæ ferè a Græcis leguntur attributa victoribus ſacrorum certaminum. Optimè id conjectat ex Vitruvio, qui in præfat. ad lib. 9. Ita ſcribit: *Nobilibus Athletis, qui Olympia, Pythia, Iſthmia, Nemea viciſſent, Græcorum majores ita magnos honores conſtituerunt, uti non modo in conventu ſtantes cum palma & corona ferant laudes, ſed etiam cum revertuntur in ſuas civitates cum victoria, triumphantes quadrigis in mœnia & in patrias invehantur.*

4. Romani equidem & certis quibuſdam pręſcriptionibus atque ritibus ordinarunt triumphi pompam, & eum honorem, præ cæteris nationibus, mirificum in modum excoluerunt. Paulus Oroſius lib. 7. cap. 6. author eſt ab Urbe condita uſque ad Titi Cæſaris tempora viginti ſupra trecentos triumphos actos fuiſſe a Romanis. De Samnitibus quatuor & triginta triumphos Romanos iniiſſe; de Gallis verò pluries, quàm de reliquo Orbe terrarum triumphatum, diſertiſſimus author eſt Livius, qui in primis Hiſtorię libris perpetuum quaſi agit triumphorum enarratorem. Initium verò triumphandi factum a Romulo, qui poſt occiſum Acronem, victo-

rem

rem exercitum cum ferculo, ubi cæſi Ducis ſpolia erant ſuſpenſa, in Urbem reduxit: mox Capitolium aſcendens depoſito cum ſpoliis ferculo ad quercum paſtoribus ſacram, fines, terminoſque deſignavit templo Jovis, quem ob facti memoriam Feretrium appellavit. Videndus eſt Livius lib. 1. & Florus lib. 1. cap. 1. Poſtremus omnium triumphum inijſſe legitur Probus Imperator, ut ſcribit Vopiſcus in ejus vita. Inciſis poſtea virtutis priſtinæ nervis, & re Romana in ſenium deflectente, etiam virtutis præmia deſivere. Nihilominus Pomponius Lętus in vita Fl. Val. Juſtiniani tradit, Beliſarium ejus Cæſaris Ducem de Aſiaticis populis triumphaſſe. Sic autem ſcribit: *Perſas, qui transgreſſis limitibus, Meſopotamiam, Cæleſyriam, Syriamque prædati ſunt, Beliſarius Legatus ab Auguſto miſſus prælio fudit fugavitque: trans Euphratem abire coegit: veteres firmavit limites: jura Imperii toti Orienti aſſeruit. Cum victoria redeuntem, & aureo curru triumphantem, Juſtinianus magnâ lætitiâ excepit.* Deinde ſic exponere aggreditur ejuſdem Beliſarii triumphum alterum de victis Africanis: *Idemque Dux triumpho inſignis, & rebus geſtis clarus: recuperatâ Africâ, Gelimerem Vandalorum Regem, vinctum catenis Conſtantinopolim miſit. Carthaginem firmiùs quàm antea reſtituit. Triumphus major, ac pretioſior Perſico fuit.*

5. Porrò locus, ubi de indicendo, agendoque triumpho agebatur, extra Urbem erat, in ipſis ſuburbiis Civitatis. Ibi apparatus omnis, ſpolia militaria, captivi, ſed & reduces cum victoria copiæ explicabantur: ibi metabantur locum Duces, opperientes reſponſa Senatus, & plebis Romanæ. Urbem quippe victores inire nefas erat: quod qui auſi eſſent non modo triumphi jure, verùm etiam ipſo Imperatoris nomine decidebant. Frequentiſſimè id docet Livius, veterum memoriarum Scriptor apprimè diligens. Idem ex eodem coniicitur Hiſtorico lib. 26. ubi tradit decretum fuiſſe a Senatu, ne Q. Fulvio minueretur imperium, ſi in Urbem veniſſet. Extra ordinem fuit, quod prodidit de Auguſto Dio lib. 54. proconſulare imperium perpetuum illi decretum fuiſſe, quod neque amitteret ſi Urbem iniiſſet; nec, ut illud repeteret, Urbe egredi illi opus eſſet. Sub Cæſaribus verò, ſiqui fortè Urbem eſſent ingreſſi, decreto triumpho, ex eadem egredi neceſſe habebant ad auſpicia repetenda. Tacit. lib. 3. Annal. *At Druſus Urbe egreſſus repetendis auſpiciis, mox ovans ingreſſus eſt.* Itaque qui Duces, re feliciter adminiſtrata, quinque, ut minimùm, hoſtium millia ferro excidiſſent, primùm omnium ſucceſſori tradebant pacatam provinciam: tum victorem exercitum, & præda onuſtum, cum ſpoliis & inſignibus militaribus, & quammaximè poſſent opulento elegantique apparatu, reducebant Romam. Locus autem illis dabatur extra Urbem, nonnunquam in Campo Martio, & in Pratis Flaminiis, ut perhibet Livius 1. Dec. lib. 3. ubi agit de triumpho L. Valerii, & M. Horatii: frequentiùs tamen ad Ædem Bellonæ, cujus rei paſſim exempla ſuppetunt apud eundem. Ad Ædem etiam Apollinis locati victores exercitus. Id ſcriptum reliquit idem Livius 4. Dec. lib. 7. *Extra Urbem in Æde Apollinis, cum Senatus datus eſſet, auditis rebus geſtis L. Æmilii Regilli, quantis cum claſſibus hoſtium dimicaſſet, quot inde naves demerſiſſet aut cepiſſet, magno conſenſu Patrum triumphus navalis eſt decretus.* Diſcuſſis proinde extra Urbem Victorum poſtulatis, & re digeſta a Senatu extra Urbem evocato, ſi per hujus authoritatem & plebis judicium liceret, ingrediendi in Urbem, triumphique ineundi impertiebatur facultas.

6. Poſtulandi triumphi recepta verba, & quædam erat quaſi omnium formula, ut nimirum ob rem bene geſtam Diis Immortalibus honorem haberi Patres juberent, & ſibi triumphanti Urbem ingredi, victoremque exercitum deportare liceret. Liv. lib. 39. *M. Fulvius Proconſul ex Ætolia rediit, iſque ad Ædem Apollinis in Senatu cum de rebus in Ætolia, Cephaleniaque ab ſe geſtis diſſeruiſſet, petiit a Patribus ut æquum cenſerent ob Rempublicam bene ac feliciter geſtam, & Diis Immortalibus honorem haberi jubere, & ſibi triumphum decernere.* Et lib. 40. *Petierunt ab Senatu primùm, ut ob res proſperè geſtas Diis Immortalibus honos haberetur: deinde ut Fulvio decedenti de provincia deportare inde exercitum, cujus forti opera & ipſe & multi ante eum Prætores uſi eſſent, liceret.* Porrò præfationis formula ad triumphum extat apud Plinium lib. 7. cap. 26. ubi ſic loquitur de Pompejo: *Cum oram maritimam a prædonibus liberaſſet, & imperium maris populo Romano reſtituiſſet, ex Aſia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythis, Judæis, Albanis, Iberia, inſula Creta, Baſternis, & ſuper hæc de Regibus Mithridate atque Tigrane triumphavit.* Appendere etiam moris erat atque depingere in Capitolio tabulas cum indice & enarratione rerum geſtarum. Ejuſmodi verò indiculi ſcribebantur ferè verſibus Saturniis, ut tradit Attilius Fortunatianus in Arte: *Apud noſtros autem in tabulis antiquis, quas triumphaturi Duces in Capitolio figebant, victoriæque ſuæ titulum Saturniis verſibus proſequebantur, talia reperi exempla. Ex Regilli tabula: Duello magno dirimendo Regibus ſubigendis. In Acilii Glabrionis tabula: Fundit, fugat, proſternit maximas legiones.* De Saturniis verò verſibus, & eorundem exemplo hæc legimus apud Donatianum in libro de Metris: *Saturnio metro primùm in Italia uſi. Dictum autem a Saturnia, vetuſtiſſima urbe Italiæ. Hic verſus quibuſdam videtur obſcurus, quia paſſim & ſine cura eo homines utebantur, maxime tamen triumphaturi in Capitolio tabulas hujuſmodi verſibus incidebant. Ideſt ſic: Summas opes qui Regum Regias refregit.*

7. Quodſi triumphandi poteſtas aut a Senatu, aut a plebe negaretur, ut in monte Albano ageretur triumphus, conceſſum. Primus id exemplum induxit Papirius Maſo, de quo ſic ſcribit Valerius Max. lib. 3. cap. 6. *Papirius quidem Maſo, cum bene geſta Republica triumphum a Senatu non impetraſſet, in Albano monte triumphandi & ipſe initium fecit, & cæteris poſtea exemplum præbuit.* Idem ſcribit Plinius lib. 15. cap. 29. *L. Piſo tradit, Papirium Maſſonem, qui primus in Monte Albano triumphavit de Corſis, myrto coronatum ludos Circenſes ſpectare ſolitum.* Marcus etiam Marcellus, ut tradit Plutarchus in ejus vita, & Livius 3. Dec. lib. 6. item Q. Minutius apud Liv. 4. Dec. lib. 5. & C. Circejus apud eundem 5. Dec. lib. 2. ac poſtremò

P. Ser-

Digitized by Google

P. Servilius Priſcus apud Dionyſ. Halicarn. eandem ob cauſam in Monte Albano leguntur triumphaſſe. Quod autem M. Antonius Alexandriæ triumphaverit de Parthis, id ſcilicet novitii exempli fuit, magnæque in eundem invidiæ cauſa apud populum Romanum.

8. Decernendi triumphi poteſtas penes anthoritatem Senatus, & populi ſuffragium fuit. Nam Regum tempore Romulus & Tarquinius jure regio, nulliuſque ordinia interpoſitis ſuffragiis, triumphum egerunt. Solebant autem interdum Tribuni triumphum petentibus adverſari, aut permoti clamoribus militum, qui adversùs Duces imperioſos multa conviciarentur, quod elarum redditur in Triumpho Æmilii apud Plinium lib. 41. vel quod victores minus populo gratioſi eſſent; cujus rei exempla affatim ſuppetunt apud Livium, & alios. De cauſis & meritis triumphorum obſervanda inprimis eſt cautio, & lex lata a Romanis, ut iis duntaxat excellentiſſimum illud decus decerneretur, quorum virtute & ſolertia imperium vehementer auctum eſſet, quinque ſaltem hoſtium millibus cæſis. Habemus id ex Valerio Max. lib. s. cap. 8. *Ob levia prælia quidam Imperatores triumphos ſibi decerni deſiderabant: quibus, ut occurreretur, lege coutum eſt, nequis triumpharet, niſi quinque millia hoſtium una ocie cacidiſſet. Nau enim numera, ſed gloria triumphorum excelſius Urbis noſtræ futurum decus Majores exiſtimabant.* Sic autem ea depoſcebantur quinque millia hoſtium cæſa, ut victor exercitus minimùm conflictu imminutus, aut levibus tantum detrimentis eſſet affectus. Ne verò cupiditas laureæ faceret, ut hoſtium cæſorum numerum Duces augerent, legionariorum verò imminuereut, proviſum eſt altera lege, ut iidem Duces apud Quæſtores Urbanos jurarent, vera ab ſe de utroque numero ad Senatum fuiſſe præſcripta, ut ibidem docet præfatus Hiſtoricus. Licebat itaque pro aucto imperio; pro rebus recuperatia triumphare non licebat. Difertè id etiam docet commemoratus Valerius ibidem: *Cautum erat, ut pro aucto imperio, non pro recuperatis, quæ papuli Romani fuiſſent, triumphus decerneretur. Tantum enim intereſt adjicias aliquid, an detractum reſtituas, quantum diſtat beneficii initium ob injuriæ fine.* Idcirco Scipioni ob recuperatas Hiſpanias triumphus minimè fuit indultua. Ex eodem Scriptore diſcimus, præſtantiſſimis cæteroqui Ducibus, qui civili bello multa & præclara facinora feciſſent, non idcirco tamen, aut ſupplicationes decretas, aut ovationem, vel triumphum conceſſum: quoniam victoriæ illæ lugubres & nefaſtæ haberentur; ac minus æquum videretur feſtos dies agere, & lætis diſcurſionibus ac pompa exultare in luctu publico civitatis. Præclarè id tetigit Lucanus lib. 1. acerbiſſimè invectus in bella Civilia Cæſaris & Pompeji:

Cumque ſuperba foret Babylon ſpolianda trophæis
Auſoniis, umbraque erraret Craſſus inulta,
Bella geri placuit nullos habitura triumphos.

9. De cauſis triumphorum, antequam extra Urbem conveniret, cognoſcebat Senatus ex ipſis Victorum literis, quæ ab iiſdem ex acie vel caſtris mittebantur. Lauro has ornari, deſigique moris erat, qua fronde res benè geſtæ nunciari ſolebant, ut a nobis eſt alibi animadverſum. Præmitti autem eas literas erat uſitatum, propter indicatam ſuperiùs cauſam, quia nefas erat victores cum exercitu Urbem ingredi, nequid per militarem inſolentiam, & copiarum diſcurſus in Urbe turbaretur. Neque verò aliam ob cauſam inter Cæſarem & Pompejum ſubortæ primùm ſunt excitatæque armorum civilium favillæ, quæ poſtea in immenſum excidium exarſerunt, quàm quia Cæſar noluit exercitum dimittere, ut privatus in Urbem veniens, de more patrio triumphum peteret, quem aliter per leges obtinere non potuiſſet. Prodidit id Svetonius in ejus vita cap. 18. *Pacatâque provinciâ, pari feſtinatione, non expectato ſucceſſore, ad triumphum ſimul, Conſulatumque deceſſit. Sed cum edictis jam Comitiis ratio ejus haberi non poſſet, niſi privatus introiſſet Urbem; & ambienti ut legibus ſolveretur, multi contradicerent, coactus eſt triumphum, ne Conſulatu excluderetur, dimittere.* Idem memoriæ tradiderunt Plutarchus in ejus vita, Appianus lib. 2. Bell. Civil. & ipſe Cæſar lib. 1. Bell. Civil.

10. Decreto triumpho, tota celebritatis feries duo, quemadmodum indicatum eſt, complectebatur. Et primùm quidem apparatum inſtructiſſimum earum rerum, quæ civium & magiſtratuum urbanorum operam requirebant. Procedebant proiude obviam omnium Deorum Flamines, ac Pontifices, rerumque ſacrarum miniſtri, purpura & apiculis cooperti velatique. Item magiſtratus omnes tribuſque, virique Conſulares atque Patritii, ampliſſimus inſuper Senatorum ordo in prætextis & latis clavis; ad hæc univerſa Civitas quàm confertiſſimè per fora & vias effuſa, ad lætitiam publicam feſtivis clamoribus ſignificandam, excipiendumque victorem, jucundiſſimo tibiarum fidiumque concentu hymniſque ac pæanibus diem, ac ſæpe triduum, vel quatriduum per ſummam agens voluptatem; omnibus elata voce gratantibus victori rem fortiter geſtam, amplificatum Imperium, partam patriæ ſibique diuturni nominis celebritatem. In partem porrò ſolemnis pompæ veniebant excitati arcus, viarum itinera floribus & læta fronde conſtrata, ædificia ubique anlæis & penſilibus tapetibus conveſtita. At longè pulchriorem ornatum explicabant victores ipſi cum copiis victricibus laureatis, clangentibus tubis buccinisque, diſtributaque præda & manubiis in pegmatum & ferculorum geſtamina. Anteibant ſiquidem geſtata bajulis fercula cum ſimulacris, tum Imperatoris ipſius, tum devictarum gentium & oppidorum. Renitebant imagines ex auro, argento, & ebore, cum extantibus titulis. Pegmata porrò ad tertium & quartum ordinem educta, carriſque quadrirotis impoſita, ubi operoſiùs effictæ cælatæque in metallo vel ebore naves captæ, caſtella exciſa, mœnia diruta: prœlia ipſa, fugatique hoſtes, & captivæ acies cum Ducibus hoſticis expreſſæ opere anaglyphico, vel integre extantibus cælaturis, non ſine ornamentis emblematum, & lætarum frondium excurſibus. Inter hæc omnis generis arma hoſtilia, machinæ bellicæ curules, falcati currus, balliſtæ, catapultæ, apparatus triumphalis lætitiam ipſa horroris ſpecie commendabant. Geſtata etiam vaſa aurea, vel argentea, radiantibus bracteolis incruſtata, inſertiſque gemmis la-

tè

Digitized by Google

tè refulgentia. Sed & permixta ferebantur fœderatarum gentium & urbium dona, præcipuè verò coronæ aureæ eximii ponderis pretiique. Tum lectiſſima quæque ex præda & manubiis; direpta vexilla, arma barbarica, ſigilla & imagines in poteſtatem redactæ. Notum eſt Scipionem Africanum, confecto bello Carthaginienſi, argenti cælati pondo numero quadringenta, vaſorum verò aureorum pondo ducenta millia intuliſſe, ut ſcriptum reliquerunt Livius & Plutarchus. Paulus verò Æmilius devicto Perſeo Rege Macedonum, eam vim ſignati auri argentique, & vaſorum aureorum in Urbem comportavit, ut exinde populus Romanus pendere tributum deſierit. In quo triumpho illud fuit longe ſplendidiſſimum ad Pauli laudem, ut aucta opibus patria, nihil ille ex tot divitiis in ſuam gentem intulerit; *Præclare ſecum actum exiſtimans*, ut ſcribit Valerius Max. lib. 4. cap. 3. *quod ex illa victoria alii pecuniam, ipſe gloriam occupaſſet*. Nihil autem magis avidiſſimæ civitatis oculos exſatiabat, quàm ex longinquis regionibus convecta contueri ignota prius allatarum rerum pretia; ſiquid enim apud exteros barbaroſque memorabile eſſet rarumque, id ad ſollicitandum proritandumque populi guſtum unà ſolebat afferri. Hinc Veſpaſianus, ut ſcribit Plinius lib. 12. cap. 25. per occaſionem triumphi poſt bellum Judaicum, Italiæ Latioque primus oſtendit balſamum, nobiliſſimi odoris arborem, & nunquam aliàs viſam. Pompejus verò, ut idem tradit Plinius lib. 12. cap. 4. triumpho Mithridatico ebenum primus exhibuit. Idem Ponto & Aſia devicta, attulit alveum luſorium cum teſſeris e gemmis miræ magnitudinis, ut diſcimus ex eodem Plinio lib. 37. cap. 2. Vopiſcus verò in Aureliano tradit cum Cæſarem inter alia tigrides, alces, & camelopardales in triumpho oſtendiſſe. Nam captivos elephantos, poſt Pyrrhum ex Italia fugatum, primus commonſtravit Curius Dentatus. Huc referendæ etiam veſtes ſtragulæ barbarici operis, abaci, menſæ, ac triclinia ærata, vel aurea, novis peregrinarum urbium opificiis illuſtrata. Sequebantur inter tubicines bellicum clamorem intonantes, boves candidi, taurique aurati cornibus, & vittis præcincti, qui mox publicè immolandi, multa ſanguinis effuſione aras perfunderent. Spectaculo præterea erant inter milites, Centuriones, Tribunoſque ſpoliis onuſtos & donis militaribus cohoneſtatos, conglobati captivi hoſtes Duceſque, atque adeo Reges ipſi, fœminæque regiæ proſapiæ. Sonus ipſe ſtridorque catenarum, licet aſper graviſque, ſpectantium auribus concentum ciebat jucundiſſimum. Conſule Appianum in libro, qui Mithridaticus inſcribitur, & Plutarchum in vita Pompeji, qui teſtantur eum Ducem Tigranem, Ariſtobulum, Mithridatis verò filios quinque, duas verò filias, & Tigranis uxorem Soſimam, atque inſuper ſupra trecentos obſides nobiles ante currum triumphalem prætuliſſe. Plutarchus in vita Antonii tradit Auguſtum Cleopatræ Ægypti Reginæ imaginem duxiſſe, cum ipſam nequiret ducere, quoniam a morſu aſpidis, e vita ſponte decedens, ſervitutis, & ignominioſæ illius pompæ effugium impetraverat. Inter cytharœdos & tibicines, alioſque muſicorum concentuum artifices admixti diſcurrebant ſcurræ planique, qui ornati fimbriis aureis & armillis, deductaque ad talos veſte, incondita, ut Livius loquitur, effutiebant carmina, laſcivaque geſticulatione ciebant riſum popularem: circumferebantque cachinnis excitandis, & ad vulgi lenocinium, ſpectatorumque gratiam demerendam, ridiculas effigies & ſigilla, cujuſmodi erant Citeria, Manducus, & Petreja, de quibus videndus eſt Feſtus. Adolebantur interim thura, & omnis generis odoramenta; & feſtivi ubique plauſus victoriam gratantium, Diiſque Immortalibus cantica concinnentium exaudiebantur.

11. Nec e feneſtris duntaxat aulæa penſilia & periſtromata exornabant triumphi pompam ſolemnem; verùm etiam prætereunti victori ſubſternebat veſtes certatim populus, quo lætitiæ teſtimonio Chriſtum Jeſum Hieroſolymam advenientem turbæ exceperunt. Marc. 11. *Multi autem veſtimenta ſua ſtraverunt in via*. Fuit id publicæ hilaritatis indicium & ſignificatio in fauſtis lætiſque ſucceſſibus. Ad hunc modum Catonem e provincia decedentem, honore Imperatorio proſecuti ſunt populares ſuppoſitis commeanti veſtibus, egregias viri dotes teſtificantes, contra morem provincialium, qui præfectura defunctos ſolent deſerere, omnibus verò afficiunt honoribus magiſtratus novos. Sic autem de Catone Uticenſi Plutarchus in ejus vita: *Finito tempore provincia abeuntem non votis, ut fieri ſolet, ſed lacrimis & inſatiabili amplexu milites proſequebantur, ſternentes veſtes per ea loca, quibus ipſe pedibus iturus erat, manuſque oſculantes: quod genus honoris nonniſi Imperatoribus, idque perpaucis eo tempore tribuebatur*. Quod dicit Plutarchus, honorem illum Imperatoribus ſolummodo aliquando impertitum, id perpetuæ fuit conſuetudinis in aula Perſicorum Principum, qui nunquam extra Regiam niſi ſuppoſitis tapetibus incedebant. Athenæus lib. 13. cap. 2. *Pedes per horum aulam incedebat Sardiacis tenuibus tapetibus ſuppoſitis, ſuper quibus nulli, præter quam Regi incedere licebat*. Uſurpari ſolitum fuiſſe etiam in nuptiis eum morem tradit idem Athenæus lib. 4. cap. 2. ubi ita ſcribit de Rege Thracum, & ejus filiæ nuptiis cum Iphicrate conciliatis: *Dicunt enim has elegantiſſimè fuiſſe paratas, ſiquidem purpurea ſtragula in foro etiam ſubſtrata fuerunt*. Eadem teſtificatio honoris accedere ſolemni pompæ ſolebat in feſtiva Regum inauguratione, ut legitur Reg. lib. 4. cap. 9. ubi ſermo eſt de Jehu recens uncto Rege: *Feſtinaverunt itaque, & unuſquiſque tollens pallium ſuum poſuerunt ſub pedibus ejus in ſimilitudinem tribunalis, & cecinerunt tuba, atque dixerunt: Regnavit Jehu*. Diis porrò & eorum ſtatuis veſtes porrigere & ſubiicere exempli extitit antiquiſſimi. Homerus Iliad. 6. de Palladis antiſtita:

Et ſumptum manibus fulgenti murice peplum
Obtulit ante pedes Divæ.

Tetigit eum morem Ovidius Amor. 3. Eleg. 13. ubi ſic loquitur de ſtatua Junonis:

Quà ventura Dea eſt, juvenes timidæque puellæ
Præbuerant latas veſte jacente vias.

Nec poſtrema pars triumphalis pompæ fuit inſuper florum inſperſio per vias, geſtatique frondentes rami, herbiſque odoratis plexæ coronæ. Hoc etiam feſtivæ teſtificationis genere non caruit Chriſtus Dominus in triumpho ſuo Hieroſolymitano. Marc. 11. *Alii autem frondes ca-*

cædebant de arboribus, & ſternebant in via. Notavit Latinus Pacat. Panegyr. Theod. *Quid portas virentibus ſertis coronatas? accenſiſque funalibus auctum diem?* Et de Pompejo Plutarchus in ejus vita: *Multi præterea ſertis ornati flores in eum jacere, gradientem comitari.* Adde Liv. lib. 33. *Omnes tendere ad Imperatorem Romanum; ut, ruente turba in unum, adire, contingere dextram cupientium, coronas, lemniſcoſque jacientium, haud procul periculo fuerit.* Ovid. de triumpho Germanici:

Quaque ibis manibus circumplaudere tuorum,
Undique jactato flore tegente vias.

Hinc jure optimo tum Doctores Eccleſiæ, tum Poetæ ſacri prætenſos ingredienti Domino palmarum olivarumque ramos pro expreſſo ejuſdem Divinitatis teſtimonio acceperunt. Sic autem Sedulius:

Dicite gentiles populi, cui gloria Regi
Talis in orbe fuit, cui palmis compta, vel unquam
Frondibus arboreis, laudem cœleſtibus hymnis
Obvia turba dedit?

Item alius Poeta ſacer antiquus:

Perque viam ut Regi velamina purpurata,
Arboreaſque ſolo frondes, & olentia ſerta
Sub pedibus ſtravere, Deum omnes voce fatentes.

Pertinuiſſe porrò ad publicam Urbis lætitiam ea ramorum geſtamina, & florum herbarumque conſperſionem teſtatur Juvenalis Satyr. 10.

Pone domi lauros, duc in Capitolia magnum,
Cretatumque bovem.

Et Rutilius Claudius, Itinerarii lib. 1.

Exornent virides communia gaudia rami.

Atque iterum Juvenalis Satyr. 12.

Hic noſtrum placabo Jovem, laribuſque paternis
Thura dabo, atque omnes violæ jactabo colores.
Cuncta nitent: longos erexit janua ramos,
Et matutinis operatur feſta lucernis.

Senecæ etiam illa ſunt Epiſt. 78. *Quid tu exiſtimas ea tantùm optabilia eſſe, quæ excipiuntur foribus ornatis?*

12. Solenne inprimis atque magnificum hoc olim victoribus præmium impendebatur, ut reduces illos non patentibus portis, ſed disjectis adapertiſque murorum partibus civitates obviæ ac præcipuè patria exciperent. Id autem inventum a vetuſtiſſimis Hieronicis eſt repetendum, de quibus ita ſcribit Plutarchus Symp. 11. *Et quod victoribus curru vehentibus permiſſum, partem muri dividere atque dejicere, hunc habet intellectum, non magnoperè civitati muro opus eſſe, viros habenti, qui pugnare poſſint & vincere.* In hanc formam Nero victor e Græcia Neapolim prius, aliaſque ſubinde urbes, ac poſtremò Romam ingreſſus eſt. Sveton. in Ner. cap. 25. *Reverſus e Græcia Neapolim, quòd in ea primam artem protulerat, albis equis introiit, disjecta parte muri, ut mos Hieronicarum eſt. Simili modo Antium, inde Albanum, inde Romam.* Romæ verò idem Nero etiam per dirutum Circi Maximi arcum iter habuit, victoriæ oſtentandæ. Sveton. ibidem: *Sequentibus currum ovantium ritu plauſoribus, Auguſtianos, militeſque ſe triumphi ejus clamantibus. Dehinc diruto Circi Maximi arcu per Velabrum, Forumque, Palatium, & Apollinem petiit.* Per commemoratæ verò pompæ ſolennitatem Athletæ inprimis in ſuas patrias invehebantur, ut a nobis Plinii teſtimonio prolixè eſt explicatum in voce *Iſelaſticum*.

13. Præcipua ſolennitatis pars ipſe erat triumphans, qui humana ſpecie auguſtior, quaſi divinis affectus honoribus rotundo auratoque curru ſublimis ferebatur, quatuor evectus niveo candore conſperſis equis. Ipſe verò ſcipionem eburneum ſive ſceptrum manu geſtabat, in cujus faſtigio expanſis alis inſculpta conſpiciebatur aquila. Juvenal. Satyr. 10.

Da nunc & volucrē, ſceptro quæ ſurgit eburno.

Veſtis autem palmata tunica, & toga picta Dædaleis variata emblematum figuris, & auro opulentiſſimè intexta. Duplex erat frontis coronamentum; aliud ex lauro, quod geſtabat ipſe; ex auro aliud, quod ſuper ejuſdem caput attollebat a tergo ſervus. Præcedebant currum lictores faſcibus laureatis: ſubſequebantur ſcribæ miniſtrique alii, expeditionum bellicarum pediſſequi, & comites. Juvenal. ibidem:

Illinc cornicines, hinc præcedentia longi
Agminis officia.

Lectiſſimi amicorum & cognatione propinqui conglobati aderant circa currum in veſte candida: liberi verò, aut in eodem curru recepti, aut jugatos equos, vel funales, ornatu ſplendidiſſimo agebant. Quæ nos hic conciſè carptimque tetigimus plurima triumphantium ornamenta, prolixiùs tradimus & exponimus ſeparatim in ſuis locis. Cum autem tam inſignis & auguſta eſſet pompa triumphantium, eò impenſiùs eſt demirandum, non ita paucos tantæ moderationis fuiſſe, ut oblatum triumphi honorem reſpuerent. Recuſaſſe illum inprimis legitur Fulvius Flaccus, ut tradit Valerius Max. lib. 2. cap. 3. De M. Fabio triumphum repudiante vide Liv. 1. Dec. lib. 2. Tiberius etiam poſt Illyrios debellatos triumphum inire noluit, conturbata ſcilicet mœſtaque civitate propter cladem Varianam, ut ſcribit Svetonius in ejus vita.

14. Omnis poſterior ætas, & nulla non paulò cultior & humanior mortalium natio ſingulari in omne tempus pompa & lætitiæ ſignificatione victores excepit. Pro exemplo ſit Areoſti locus Cant. 44.

Con pompa trionfal, con feſta grande
Tornaro inſieme dentro a la Cittade,
Che di frondi verdeggia, e di ghirlande.
Coperte a panni ſon tutte le ſtrade.
Nembo d'erbe, e di fior d'alto ſi ſpande,
E ſopra, e intorno a' vincitori cade;
Che da' veroni, e da fineſtre, amene
Donne, e donzelle gittano a man piene.
Al volgerſi dei canti in varj lochi
Trovano archi e trofei ſubito fatti,
Che di Biſerta le ruine, e i fochi
Moſtran dipinti, & altri degni fatti.
Altrove palchi con diverſi giuochi,
E ſpettacoli, e mimi, e ſcenici atti,
Et è per tutti i canti il titol vero
Scritto: a' Liberatori dell'Impero.
Frà il ſuon d'argute trombe, e di canore
Piffare, e d'ogni muſica armonia,
Frà riſo e plauſo, e giubilo e favore
Del popolo, ch'a pena vi capia,
Smontò al palazzo il Magno Imperatore,
Ove più giorni quella compagnia

Con

Con torniamenti, e perſonaggi, e farſe,
Danze e conviti, atteſe a dilettarſe.

Contra verò virtutem Veterum maſculam cum triumphandi antiquato ritu conſenuiſſe dolet Petrarca Trionf. d'Amore c. 1.

Vidi un vittorioſo e ſommo Duce
Pur com'un di color che'n Campidoglio
Trionfal carro a gran gloria conduce:
Io, che gioir di tal viſta non ſoglio,
Per lo ſecol nojoſo in cui mi trovo,
Vuoto d'ogni valor, pien d'ogni orgoglio,
L'abito altero, inuſitato, e nuovo
Mirai.

15. Quæ ſparſim de triumpho diximus, ſic expreſſit Cornazzanus lib. 9. cap. 3.

Triunfo di vittoria allegro ſegno
L'opra conclude, & è al Duce deſponſa
Che li hoſti hà vinti, e occupato el regno.
Molto queſto ai dì noſtri in dreto è conſo
Pur Milan vinſe el gran Sforſeſco in ſtanti,
Et anchor preſe il Rè Napoli Alfonſa.
Triunfor in più modi i Duci avanti,
Coi cavalli Erithonia in carro e in ſede
Barco dell'India ſopra gli Elephanti.
Sempre i triunfi ſuoi Romul fè a piede.
Geſoit Rè d'Egitto al carro ſotto
Poſe i Rè vinti, e poi morte lor diede.
Priſco Tarquin primier dell'hoſte rotto
Migliara uciſi in candidi corſieri
Triunfò, e Roma poi ſeguì quel trotto.
Sedea in carro l'autore, i cavalieri,
Pedon Tribuni, e l'immolando taura
Anzi, e da lato ſotto le bandieri.
Veſte palmata, in man ramo di lauro,
El Trionfante, el riprenſor d'intorno,
Eburnea ſella, e la corona d'auro.
Col popol la Città tutto quel giorno
Diffuſi in canti e ſuon paſſando el ditto,
E tutto d'hoſtil ſpoglie il carro adorna.
Prigion, doni, oro tributario e vitto,
Torque, vaſi, animal d'auro e d'argento:
S'egli è Re preſo, innanzi al carro è fitto.
I Dei diverſi d'ogni popol vento,
I gregi d'elephanti, tigri e leoni,
Et di battaglia ciaſcuno iſtrumento.
Tabule, ſcudi, arme, archi, e gonfaloni,
Fine di tanta pompa el Giove tempio,
Et fur d'un ſol caval le ovationi.

16. Ut non diffitear luculentam eſſe triumphi pompam, captivorum copiam & Reges ferro devinctos poſt currum trahere, longè tamen ſplendidior & honeſtior triumphi facies eſt, cum diſſolvuntur vincula & compedes ſubactarum gentium, & non vis hoſtica & cruentus terror victores nobilitat, ſed reſtituti mores optimi virtuteſque & honeſtiſſimæ leges revocatæ. Hæc reputans longè pulcherrimam triumphi pompam explicaſſe ſemper exiſtimavi Conſtantinum Magnum, de cujus triumphali in urbem Romam ingreſſu ita ſcribit Nazarius: *Nullus poſt Vrbem conditam dies Romano illuxit Imperio, cujus tam effuſa tamque inſignis gratulatio aut fuerit, aut eſſe debuerit. nulli tam læti triumphi, quos Annalium vetuſtas conſecratas in litteris habet. Non agebantur quidem ante currum vincti Duces, ſed incedebat tandem ſoluta nobilitas. Non conjecti in carcerem Barbari, ſed deducti e carcere Conſulares. Non captivi alienigenæ introitum illum honeſtaverunt, ſed Roma jam libera. Nihil ex hoſtico accepit, ſed ſeipſam recuperavit, nec præda auctior facta eſt, ſed eſſe præda deſivit, & (quo nihil adiici ad gloriæ magnitudinem poteſt) imperium recepit, quę ſervitium ſuſtinebat. Duci ſane omnibus videbantur ſubacta vitiorum agmina, quæ Vrbem graviter obſiderant. Scelus domitum, victa Perfidia, diffidens ſibi Audacia & Importunitas catenata, Furor vinctus, & cruenta Crudelitas inani terrore frendebat, Superbia atque Arrogantia debellatæ, Luxuries coercita, & Libido conſtricta nexu ferreo tenebantur.* Vide de triumpho Roſin. Antiqq. Rom. lib. 10. cap. 29. & in eundem Dempſter. in Paralip. Alex. ab Alex. Genial. Dier. lib. 6. cap. 6. Bulenger. de Triumph. lib. ſingulari, Panvin. Comment. de Triumph. & Valtrin. de Re milit. Rom. l. 7. Vide huc etiam pertinentes ſequentes Titulos.

TRIUMPHUS NAVALIS. Licet generatim aliqua de navali triumpho ſuperiùs indicaverim, quædam tamen ejuſdem peculiaria ſunt hic commemoranda, præſertim ex Joanne Scheffero de Milit. Naval. lib. 4. cap. 2. Meminerunt triumphi navalis Vellejus Paterculus lib. 1. *Eo anno & Octavii Prætoris navalis fuit triumphus.* Liv. lib. 45. *C. Octavius Kalendis Decembribus de Rege Perſea navalem triumphum egit.* Romanorum primus, qui navalem triumphum egerit, fuit C. Duilius Conſul. Epitomator Livii lib. 16. *Romæ C. Duilius Conſul, qui adversùs claſſem Pœnorum proſperè pugnavit, primus omnium Romanorum Ducum navalis victoriæ duxit triumphum.* Idem Duilius quaſi perpetuam triumphi ſui memoriam renovavit ambulans de nocte cum funalibus & tibicine: Cato apud Cicer. de Senect. *Delectabatur cereo,* [alii *crebrò*] *funali & tibicine: quæ ſibi nullo exemplo privatus ſumpſerat: tantum licentiæ dabat gloria.* De ducendo triumpho navali non prius agebatur, quàm Conſul vel Prætor navem laureo coronamento inſignitam, victoriæ nunciam, Romam mitteret. Subſequebantur naves aliæ ad eundem modum laureatæ cum ſpoliis hoſtium, & ornamentis militaribus: mox inſuper aliæ hoſtiles captivæque. Livius lib. 45. *Paulus ipſe poſt dies paucos Regia nave ingentis magnitudinis, quam ſexdecim verſus remorum agebant, ornata Macedonicis ſpoliis non inſignium tantùm armorum, ſed & regiorum textilium adverſo Tiberi ad Vrbem eſt ſubvectus.* Adibat tum Conſul vel Prætor, vel horum legatus Senatum, orabatque ut liceret triumphum agere, juxtà formulas a nobis notatas in triumpho terreſtri. Patres poſtquam audiſſent quot cum claſſibus eſſet dimicatum, quot naves demerſerint; in fugam conjecerint, aut captivas fecerint, ſi omnia conſtare & legitima eſſe petitoris vota compertum haberent, triumphandi facultatem decernebant. Quotus verò captarum, merſarum, vel fugatarum navium numerus neceſſarius fuerit ad celebritatem triumphi, minimùm conſtat. Duilius ille, cujus ſupra memini, primus triumphator navalis decem ſolummodo naves cepiſſe legitur. Cætera ferè minimùm diſcrepabant a terreſtri triumpho. Ingerebant tamen nonnihil diſcriminis ſpolia ipſa navalia & armamenta, quæ plauſtris vehebantur ad voluptatem populo conciliandam, efferendum nomen triumphantium, Imperiique gloriam propagandam. Ejuſmodi

ſpolia erant acroſtolia, aphlaſta, apluſtria, præſertim verò roſtra navium, Propert.lib,2.Eleg,1.

Aut Regum auratis circumdata colla catenis,
Actiaque in ſacra currere roſtra via.

Accedebant picturæ cælaturæque ex metallis eum numero & ſimulacris captarum navium, aliiſque imaginibus & ſigillis ad pompæ & luxus oſtentationem. Claudian. de VI. Conſul. Honor.

Jamque parabantur pompæ ſimulacra futuræ
Tarpeio ſpectanda Jovi: cælata metallo
Claſſis ut auratos ſulcaret remige fluctus,
Ut Maſſyla tuos anteirent oppida currus,
Palladiaque comas innexus arundine Triton,
Edomitis veberetur equis, ut in ære trementem
Succinctæ famulum ferrent Atlanta cohortes.

Peregrina etiam erat & inuſitata ſpecies piratarum cum veſtitu barbarico, qui triumphalem currum præcedebant ornabantque. Ad eandem formam diſparis erant generis donativa, quæ a triumphum agentibus ſacrabantur Diis, præſertim Neptuno ac Marti. Fuere autem erecta roſtra, aliaque armamenta, atque adeo naves integræ, quas Diodorus potiſſimùm memorat ſacratas fuiſſe Diis ab Athenienſibus poſt devictos Lacedæmonios. Columnæ etiam dicabantur cum inſcriptinne rerum maritimo bello fauſtè geſtarum. Meminit Livius lib. 42, columnæ roſtratæ poſitæ a M Æmilio Conſule, priore bello Punico, Silius lib. 6. ita cecinit de eolumna Duilii;

Æquoreum juxta decus & navale trophæum
Roſtra gerens nivea ſurgebat mole columna
Exuvias Marti donum, quæ Duilius alto
Ante omnes merſa Pœnorum claſſe dicabat.

Iterum de columnis roſtratis in monumentum triumphi navalis ita ſcribit Servius ad Virgilii Georg. lib.3. ubi ſic loquitur de Julio Cæſare: *Columnas roſtratas Julius Cæſar poſuit, victis Pœnis navali certamine: quibus unam in roſtris, alteram ante arcum videmus a parte januarum.* Ad quæ Servii verba annotant Critici in nomine Julii Cæſaris irrepſiſſe mendum, ſuſtituendumque Julio Duilium: factum verò id imperitia librariorum, qui conſequentes literas *Coſ.* pro *Conſule* Cæſarem expoſuerint. Ibidem Servius hæc habet de quatuor columnis ab Auguſto editia poſt victoriam navalem: *Auguſtus victor totius Ægypti, quam Cæſar pro parte ſuperavit, multa de certamine navali ſuſtulit roſtra ærea, quibus conflatis quatuor effecit columnas, quæ poſtea a Domitiano in Capitolio ſunt poſitæ, quas hodieque conſpicimus.* Viſitur etiam in nummis Auguſti argenteis columna roſtrata cum epigraphe IMP, CÆSAR. Accedunt columnis trophæa erecta ex navalibus ſpoliis & inſtrumentis; cujus generis ſunt anchoræ, gubernacula, & diſfractarum navium fragmenta, quibns ornatos arcus triumphales adhuc deprehendimus in priſcis numiſmatis. Reliqua ferè, quibus triumphi navales inſignlebantur, omninò conveniebant cum ritu multiplici & ornamentis terreſtris triumphi, quæ inde a te ſunt repetenda.

TRIUMPHALIS CORONA. Licet inter diſcrimina ovantium & triumphantium illud etiam referatur, ut myrteam ovantes cornnam geſtarent, trinmphantes lauream, adhuc tamen a trinmphum ineuntibus uſurpatam fuiſſe cornnam myrteam, ſcribit Plinius lib. 15. eap. 29. *Maſſurius author eſt, curru quoque triumphantes myrtea corona uſos.* Idque ſtatim confirmat exemplo Papirii Maſſonis per hæc verba: *L. Piſo tradit, Papirium Maſſonem, qui primus in monte Albano triumphavit de Corſis, myrto coronatum ludos Circenſes ſpectare ſolitum.* Conſtat tamen ex lauro præcipuè triumphantes ſibi coronam adornaſſe, Quid autem eauſæ fuerit, quamobrem ea arbor victoriarum nuncia, & triumphorum ſocia exiſtimaretur, Scriptores variè ſtatuunt. Maximè omnium probaverim eam conjecturam; quoniam, ut ſcribit Plinius lib. 15. cap. 30. ſubito manifeſtoque crepitu ignes abdicat & repellit; vimque habet obſiſtendi adversùs validiſſimum elementorum. Ovid. 4. Faſt.

Ure mares oleas, tædamque, berbaſque Sabinas,
Et crepet in mediis laurus aduſta focis.

Non aliam ob eauſam eam arborem putat Ælianus Apollini, ideſt Soli ſacram. Triumphis itaque dicata arbor victorum frontes præcingit, eorum domos exornat, & quaſi excubat ante limina.Plin.lib.15.e.ult. *Ex ea triumphans Cæſar laurum in manu tenuit, coronamqae capite geſſit, ac deinde Imperatores Cæſares cuncti.* Virgil. Eelog. 8.

atque hanc ſine tempora circum
Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros.

Et Horat. lib. 2. Od. 1,

Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.

Sed nec obvia quæque laurus adhibita triumphis Imperatorum; verum ex ea tantum plexæ nexæque triumphales coronæ, quam in Liviæ Druſillæ gremium demiſit prætervolans aquila, cujus ramulum depangi poſtea placuit, brevique propagatum tanto ſtudio cuſtodierunt, ut nonniſi indè poſtmodum triumphaturi Cæſares laureas decerperent,ut obſervat Plinius lib.15. cap. 30. ex quo verba aliquot nos ſuprà retulimus. Neque ſolùm triumphantes ipſi, verùm etiam milites, apparitores, eiveſque omnes lauro coronati triumphi pompam augebant, Ovid. lib. 4. Triſt. Eleg. 2,

Tempora Phœbea lauro cingentur, ioque
Miles, io, magna voce triumphe canet.

Et Tibullus lib. 2. Eleg. 5.

Ipſe gerens laurum, lauro devinctus agreſti
Miles, io, magna voce triumphe canam.

Equos etiam incedere laureatos triumphalis moris fuit. Martialis lib. 7, Epigramm. 7.

Feſta coronatus ladet convicia miles,
Inter laurigeros cum comes ibit equos.

Ovid. lib. 4. Triſt, Eleg. 2.

Vinclaque captiva Reges cervice gerentes
Ante coronatos ire videbit equos.

Arma etiam laureæ frondis injectu adumbrata. Claudian. lib. 2. Stilicon,

Velati galeas lauro.

Sed & curruum laureatorum idem meminit Claudian, lib. 3, Stilic,

currumque ſecutus
Laurigerum, feſto fremuiſſet carmine miles:

Laurigeri etiam faſces, laurigeræ ſecures, & nihil demum non lætiſſima illa fronde in triumphali pompa conſperſum. Ut autem redeam ad lauream coronam, ut eam poſt exactum triumphum in gremio Jovis Capitolini victores locarent, vetus religio obtinuit. Plinius ubi ſupra: *In gremio Jovis Opt. Max. deponitur, quoties lætitiam nova victoria attulit.* Seneca de Conſo-

ſolat. ad Albin. ubi de Curio Dentato loquitur: *Minus beatè vivebat Dictator noſter, qui Samnitum legatos audit, cum viliſſimum cibum in foro ipſe manu ſua verſaret, qua jam ſæpe hoſtem percuſſerat, laureamque in Capitolini Jovis gremio repoſuerat*. Pacatus in Panegyr. Theod. *Depoſitis in gremio Capitolini Jovis laureis, triumphales viri ruſticabantur*. Et coronarum quidem pretia, dum Veterum parſimonia & paupertas vim ſuam habuit, intra laureas frondes & baccas ſteterunt. Triumphorum teſſeras, ut reliqua, vitiavit poſtea pervertitque ætas deterior, cum obliterata veteri frugalitate, uſuque rerum ſimplici, & a ſola mortalium opinione pretium naneiſcente, inductum eſt ſubinde aurum in frontium redimicula; ut non tam Victorum fortitudo atque ſtrenuitas, quàm privati publicique ærarii oſtentatio triumpharet. Succeſſerunt proinde coronis laureis aureæ: ita tamen, ut ſuum adhuc locum laureæ tuerentur, nec ſua illis gratia adimeretur. Apertiſſimè id Patereulus perhibet: *Triumphans aurea corona cingitur*. Item Gellius lib. 5. cap. 6. *Triumphales coronæ ſunt aureæ, quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. Id vulgò dicitur Aurum Coronarium. Hæ antiquitùs e lauru erant; poſt fieri ex auro cœptæ*. Adde Feſtum: *Triumphales coronæ ſunt, quæ Imperatori victori aureæ præferuntur; quæ temporibus antiquis laureæ erant*. Plinius lib. 33. cap. 1. *Et cum corona ex auro Etruſca ſuſtineretur a tergo, annulus tamen in digito ferreus erat æquè triumphantis & ſervi, fortaſſe coronam ſuſtinentis*. Quod autem ſcribit de ſervo, a tergo Victoris coronam ſuſtinente, id ſcilicet magis diſtinctè traditur a Juvenale Satyr. 10.

magnæque coronæ
Tantum orbem, quanto cervix non ſufficit ulla;
Quippe tenet ſudans hanc publicus.

Ex quibus locis licet coniicere enormem fuiſſe magnitudinem & gravitatem coronæ aureæ triumphalis. Licet autem nihil obſtet quominus exiſtimare poſſimus, ex auro ſolido eam fuiſſe compactam, æquiore tamen animo illis aſſentior, qui arbitrantur coronas aureas ad eum modum fuiſſe contextas ex aureis lamellis, quæ frondium figuram imitarentur, ut additi eiſdem eſſent lemniſci, faſciolæ videlicet, quæ & ea devincirent folia, & utrinque dependentes ſuſpenderentur. De re ipſa, & ejus generis coronarum inventore ſic ſcriptum reliquit Plinius lib. 21. cap. 3. *Craſſus dives, primus argento auroque folia imitatus, ludis ſuis coronas dedit. Acceſſeruntque & lemniſci, quos adiici ipſarum coronarum honor erat, propter Etruſcas, quibus jungi niſi aurei non debebant*. Retentæ ejus generis coronæ etiam ævo Veri Imperatoris, de quo ita ſcribit Capitolinus in ejus vita: *Data etiam aurea atque argentea pocula, & gemmata. Coronas quin etiam datas, lemniſcis aureis interpoſitis*. Hæ porrò ſunt coronæ, quæ victoribus mitti ſolebant a provinciis domitis, vel fœderatis. Idque indicat Virgilius lib. 8. ubi ita ſcribit de triumpho Auguſti:

Ipſe ſedens niveo candentis limine Phœbi
Dona recognoſcit populorum, aptatque ſuperbis
Poſtibus.

Diſertè autem id traditur a Plinio lib. 33. cap. 3. *Claudius cum de Britannia triumpharet, inter coronas aureas, unam duodecim pondo habuit, quam contuliſſet Hiſpania citerior: alteram novem, quam Gallia comata, ſicut titulus indicavit*. Ubi etiam obſerva morem conferendi mittendique coronas aureas cum titulis, nempe cum brevioribus quibuſdam inciſis notis; quæ a quibus illæ provinciis miſſæ eſſent, indicarent. Liv. lib. 37. de aurearum coronarum muneribus ita ſcribit in triumpho M. Acilii: *Tulit coronas aureas, dona ſociarum civitatum*. Et lib. 38. *Miſſæ undique legationes non gratulatum modò venerunt; ſed coronas etiam aureas pro ſuis quæque facultatibus attulerunt*. Plutarchus etiam ſcribit ad Paulum Æmilium triumphantem de Perſe miſſas coronas aureas quadraginta. Ad Titum verò pro victoria Judæorum coronam auream miſſam, teſtatur Joſephus lib. 7. Ex quibus lucem habent illa Plinii de moderatione Trajani in ſuo triumpho: *Videor jam cernere non ſpoliis provinciarum, & extorto ſociis auro; ſed hoſtilibus armis, captorumque Regum catenis triumphum gravem*. Animadvertere demum liceat ejuſmodi coronas paſſim vocari a Scriptoribus Aurum coronarium, ut nos latiùs explicavimus in hoc ipſo Titulo *Aurum Coronarium*.

TRIUMPHALIS CURRUS. Vide *Currus Triumphalis*.

TRIUMPHO, as. Triumphum agere. Cic. pro Leg. Manil. *Triumphavit L. Murena de Mithridate*.

TRIUMPHOR, etiam paſſivè uſurpatur, aut certè *Triumphatus*. Cic. pro Leg. Man. *Ut ille victus, triumphatuſque regnaret*. Virg. Æneid. 6.

Ille triumphatâ Capitolia ad alta Corintho
Victor aget currum.

TRIUMPHATOR, oris. Qui triumphum agit. Apul. Apolog. 1. *Triumphator de Samnitibus*.

TRIUMPHALIS, le. Ut ſtatua, corona, veſtis, arcus triumphalis. Quod pertinet ad triumphum. Tibull. l. 2. 5.

Ipſe triumphali devinctus tempora lauro.

TRIUMPHALES. Supple *Viri*. Qui triumphum egerunt: ut Conſulares, qui fuerunt Conſules. Liv. l. 5. *Senes Triumphales, Conſulareſque ſimul ſe cum illis palam dicere obituros*.

TRIUMPHATUS, us. Actio triumphandi. Plin. Paneg. *Ne triumphatu ſuo nimium ſuperbiat Antonius*.

TRIUMPHALIA, pro ſubſtantivo. Vell. l. 2. *Non meritò, ſed materia adipiſcendi triumphalia defectus eſt*. Tacit. Annal. 4. *Partiſque apud Germaniam triumphalibus*. Nizolius, Calepinus, & alii paſſim exponunt actionem ipſam & honorem triumphi. Sed lege Titulum ſequentem, ut hoc vocabulo tutiùs utaris.

TRIUMPHALIA ORNAMENTA. Ornamenta propria triumphantium recenſuimus in titulo de triumpho. Ejuſmodi ſunt ſtatuæ in foro, veſtis triumphalis, laurea, ſella curulis, honeſtiſſimuſque in Circo ad ſpectandum locus. Verùm neceſſe eſt alia inſuper apud Romanos fuiſſe triumphalia ornamenta, quæ viris fortibus, re bene geſta, impertiebantur extra triumphum. Apparet id liquidò ex Svetonio in vita Auguſti, ubi ſic loquitur: *Nec parcior in bellica virtute honoranda, ſuper triginta Ducibus juſtos triumphos, & aliquanto pluribus triumphalia ornamenta decernenda curavit*. Ubi niſi triumphalia ornamenta diverſum fuerint præmium a triumpho, parum ſibi conſtat Hiſtorici ſententia. Quænam

Digitized by Google

nam autem illa fuerint, non ita facilè divinaverim. Ea fortaſſe complexus eſt Livius lib. 30. ut acutè coniicit Marcellus Donatus Dilucid. ad Sveton. in Auguſto cap. 38. Sic autem ibi Livius inducens Scipionem cultu magnifico honeſtantem Regem Maſiniſſam: *Ibi Maſiniſſam primum Regem appellatum, eximiiſque ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, ſella curuli eburnea, & ſcipione eburneo, toga picta, & palmata tunica donat: addit verbis honorem neque magnificentius quicquam triumpho apud Romanos, neque triumphantibus ampliorem eo ornatu eſſe, quo unum omnium exterorum dignum Maſiniſſam populus Romanus ducat.*

Triumviri. Appellatio eſt Magiſtratus Romani, quem tres a Senatu, vel populo Romano, lege, decreto, vel ſorte electi collegæ adminiſtrabant. A virorum numero ſæpe appellati Magiſtratus publici tum urbani, tum militares: hinc Duumviri, Triumviri, Quatuorviri, Quinqueviri, Seviri, Septemviri, Decemviri. Sed longè frequentior Triumvirorum Magiſtratus fuit. Ejus rei cauſam fruſtra quidam referunt ad præſtantiam ternarii numeri. Neque enim numeri nobilitas quidquam attinet conducitque ad præſens commodum uſumque rerum agendarum. Crediderim potiùs utilitatem ejus numeri, quàm excellentiam cauſæ fuiſſe, ut Magiſtratus Triumvirorum plus nimio percrebreſceret apud Romanos ſupra reliquos connumeratos. Aptiſſimus quippe videtur numerus ad obeunda munia, qui nec confuſionem parit, nec deficit capitum paucitate. Imparitas porrò numeri certam indubiamque in judiciis ſententiam facit, tollitque dilationem omnem atque perendinationem in rebus deliberandis. Quare vix quidquam progredi licet in volutandis Romanorum Hiſtoriis, quin tibi occurrant Triumviri creati agris dividendis, reficiendis ædibus, ſacris conquirendis: ad hæc Menſarii, Epulones, Monetales, Capitales, Nocturni, aliique, quos enumerat explicatque Roſinus lib. 7. & 8. Antiqq. Rom. Quod attinet ad rem noſtram, Triumvirorum Magiſtratus creatus legitur ad colonias more militari, vexilliſque expanſis deducendas, ut a nobis eſt alibi prolixè explicatum. Inter officia, quæ ab Auguſto innovata recenſet Svetonius in ejus vita, illud etiam refertur; Triumviratus legendi Senatus, & alter recognoſcendi turmas equitum, quotieſcunque opus eſſet. Equitum verò recognitio, cenſura & examen quoddam fuit in equites equoſque publicos. Ea adminiſtratio antiquitùs quidem penes cenſores fuit, ut habet Tacitus Annal. lib. 3. *Cenſoria etiam poteſtate legendis equitum decuriis functus.* Item Gellius lib. 4. cap. 12. ubi enumerans cenſoria munera illud addit: *Item ſiquis eques Romanus equum habere gracilentum aut parum nitidum viſus erat, impolitiæ notabatur.* Verùm poſt occaſum libertatis, id etiam a Cæſaribus immutatum. Partem quippe illi potentiæ putaverunt non ſolum Conſularem, Cenſoriam, & Dictatoriam poteſtatem ad ſe ipſos avocare, & creare ad libitum Magiſtratus, verùm etiam nova iiſdem nomina imponere. Sed nulla aut ſplendidior, aut frequentior uſurpatio Triumvirorum, quàm quæ ſpecioſo obtentu conſtituendæ Reipublicæ facta eſt a M. Lepido, M. Antonio, & Octaviano poſtea Auguſto. Cum enim C. Julius Cæſar tribus & viginti vulneribus in Senatu confoſſus e vita migraſſet, C. Cæſar Octavianus adoptatus a Julio nihil antiquiùs habuit, aut ſtudioſiùs moliebatur, quàm ut quoquo modo poſſet de patris ſui interfectoribus maturam ultionem caperet. Is non eo duntaxat vindictæ ſtudio, verùm etiam potentiæ propagandæ libidine inflammatus, honeſta ſpecie Reipublicæ corrigendæ, apud M. Lepidum, & M. Antonium egit, ut ipſi rebus conſtituendis præficerentur. Adhibita tamen latenti cupidini moderatio aliqua, arrogatâ ſibi rerum præfecturâ in ſolum quinquennium. Subſecuta eſt provinciarum partitio & diſtributio inter eoſdem facta, & poteſtas ampliſſima inimicos ſuos proſcribendi, rerumque regendarum, appellatione Triumvirorum. Expleto quinquennio iterum ſibi eundem Magiſtratum prorogarunt ad quinquennium alterum. Interim erupere occulta primùm odiorum ſemina inter M. Lepidum, & Octavium: & Lepidus quidem bello victus Triumviratu ab Octavio ſpoliatus, non tamen vita fuit. Eo potentiæ ſuæ rivali expulſo adversùs M. Antonium arma convertit Octavius, quo navali certamine ſuperato ad Leucatem, exuit ipſe Triumviratum, & palam publicèque rerum dominus eſt habitus. Itaque Triumviratus iſte Reipublicæ exitialis, nec admodum fuit diuturnus, utpote qui decennium non exceſſit. Extant item nummi cum lemmate IIIVIR. R. P. C. ideſt: *Triumvir Reipublicæ Conſtituendæ.* Occurrit item Antonius in nummo argenteo non facile obvio cum litteris Imp. R. P. C. ideſt: *Imperator Reipublicæ Conſtituendæ.*

2. Alia notione Triumviri erant in re bellica, per quos milites idonei ad arma ferenda conquirebantur. Ideo Conquiſitores etiam dicti. Ejus Magiſtratus creandi causâ adducit Liv. Dec. 3. l. 5. per hęc verba: *Conſules, cum ægrè delectum conficerent, quod inopia juniorum non facilè in utrunque ut & novæ urbanæ legiones & ſupplementum veteribus ſcriberetur, ſufficiebat, Senatus abſiſtere eos incœpto vetuit, & Triumviros binos creari juſſit, alteros qui citra, alteros qui ultra quinquageſimum lapidem in plateis foriſque, & in conciliabulis omnem copiam ingenuorum inſpicerent, & ſiqui roboris ſatis ad ferenda arma habere viderentur, etiamſi nondum militari ætate eſſent, milites facerent. Tribuni Pl. ſi iis videretur, ad populum ferrent, ut qui minores eſſent ſeptem & decem annis, iis perinde ſtipendia procederent, ac ſi decem & ſeptem annorum, aut majores, milites facti eſſent. Ex hoc Senatus conſulto creati Triumviri, bini conquiſitionem ingenuorum per agros habuerunt.*

Triumviralis, le. Quod pertinet ad Triumviros. Horat. Epod. 4.

Sectus flagellis hic Triumviralibus
Præconis ad faſtidium.

Triumviratus, us. Officium & dignitas Triumviri. Liv. lib. 9. *Tribunatu ante geſto, Triumviratibuſque, nocturno altero, altero Coloniæ deducendæ.*

Trivulgi, orum. Machinulæ ſunt in genere muricum, quemadmodum conjectari poteſt ex verbis Sanuti, qui illorum meminit lib. 2. part. 4. *Eget dictum navigium ollulis calce plenis, & etiam multis vaſis molli ſapone plenis; inter quas ollulas atque vaſa ſint aliqua inſtrumenta ferrea, quæ Trivulgi vulgariter appellantur.*

TROCHLEA, æ. Lucret. lib. 4.

Multaque per trochleas & tympana pondere magno
Commovet, atque levi ſuſtollit machina niſu.

Inſtrumentum eſt notiſſimum, idemque in multis humanis uſibus familiare & domeſticum. Neque ſolùm hauriendis eſt aquia percommodum, verum etiam oneribus attollendis, conſtruendiſque omnis generis machinamentis. Continet, ut ſcribit Budæus, axiculum pee rotulam trajectum, circa quem verſatur rotula, & præterea ductarium funem, qui circa orbiculum æneum excurrit.

TROJA, æ. Ludicra eſt, umbratica, & imaginaria concertatio equeſtris; ſic appellata a ſelectiſſimis pueris Trojanorum, qui Ænea auſpice, ductuque Aſcanii filii, id genus pugnæ in Sicilia primùm commonſtrarunt. Sic autem deſcribitur a Virgilio lib. 5.

ipſe omnem longo decedere Circo
Infuſum populum, & campos jubet eſſe patentes.
Incedunt pueri, pariterque ante ora parentum
Frænatis lucent in equis: quos omnis euntes
Trinacriæ mirata fremit, Trojæque juventus.
Omnibus in morem tonsâ coma preſſa coronâ.
Cornea bina ferunt præfixa haſtilia ferro:
Pars leves humero pharetras: it pectore ſummo
Flexilis obtorti per collum circulus auri.
Tres equitum numero turmæ, ternique vagantur
Ductores: pueri bis ſeni quemque ſecuti
Agmine partito fulgent, paribuſque magiſtris.

Inſtaurati poſtea ab Aſcanio iidem ludi poſt Albam conditam, receptique demum a Romania in exercitationem & rudimentum virtutis militaris. Quod idem Virgilius paulò poſt ſic refert:

Hunc morem curſus, atque hæc certamina primus
Aſcanius, longam muris cum cingeret Albam,
Rettulit, & priſcos docuit celebrare Latinos;
Quo puer ipſe modo, ſecum quo Troïa pubes
Albani docuere ſuos. Hinc maxima porrò
Accepit Roma, & patrium ſervavit honorem:
Trojaque nunc pueri, Trojanum dicitur agmen.

Trojæ luſus a Svetonio præſertim memoratur multis in locis. De Auguſto ſic ſcribit cap. 43. *Trojæ ludum edidit frequentiſſimè, majorum minorumque puerorum delectu, priſci decorique moris exiſtimans, claræ ſtirpis indolem ſic innoteſcere.* Idem in Julio Cæſare cap. 39. *Trojam luſit turma duplex majorum minorumque puerorum.* Idem in Nerone cap. 7. *Tener adhuc necdum matura pueritia, Circenſibus ludis Trojam conſtantiſſimè favorabiliterque luſit.* Equites tantùm puerei Trojà exercebantur. Diſtinctum quippe erat ludi genua, qui bigia & quadrigis peragebatur a majoribus natu. Id aperte notat ſejungitque Svetonius adducto ſuperiùs loco in Julio Cæſare. *Quadrigas bigaſque, & equos deſultorios agitaverant nobiliſſimi juvenes. Trojam luſit turma duplex majorum minorumque puerorum.* Id quidem ex prima inſtitutione juxta aliquorum mentem fuiſſe non abnego. Suſpicoe tamen & adultiores poſtea ſic exercitos; cum certum ſit, Principem Juventutis appellari ſolitum, qui ex Senatorum atque adeo Cæſarum liberis, illis poſtea ludis præficiebatur. Ex umbratili hac & antiquiſſima pugna prodierunt procul dubio equeſtres illæ ludicræque concertationes, quaa non uno vocabulo dicimus *Torneamenti*, *Gioſtre*, *Armeggiamenti*, *Armeggiate*. Joann. Villan. *Da Fiorentini li fue fatto honore, e grande armeggiata.* Ex quo equites decurſores dicti *Armeggiatori*. Idem lib. 7. *Andandoli incontro il Caroccio, e molti Armeggiatori*. Ab Henrico Aucupe primùm omnium eos ludos in Geemaniam fuiſſe inductoa, refert Hoſmannus. Si verò cupia prolixam eorum & accuratam deſcriptionem perlegere, adiſia Nicephorum Gregoram, & Nicetam Choniatem in rebua Græcorum. Vide *Sciomachia, Decurſiones equeſtres, Torneamenta.*

TROJA. Pro machina foſſoria & oppugnatoria occurrit apud Turpinum cap. 9. *Aptatis juxtà murum petrariis, & mangonellis, & troiis.* Apte ſuſpicatur Lipſius eandem eſſe machinam ac ſuem; toementum ſcilicet aptum effodiendis & diruendis muris. Sues quippe Gallorum atque adeo Italorum linguâ vocantur *Troje*: *Truye*.

TROILUS. Priami & Hecubę filius. Juvenilia ferociæ impetu abreptus, auſuſque congredi cum Achille ab eodem vita ſpoliatus eſt. Virgil. lib. 1. Æneid.

Parte alia fugiens amiſſis Troilus armis,
Infelix puer, atque impar congreſſus Achilli
Fertur equis, curruque hæret reſupinus inani.

TROILUS ACHILLEM. Parœmia de iis, quos præceps audacia ad majora viribna facinora, poſtremò ad exitum rapit. Simile eſt illud: *Dares Entellum*, quod vide.

TROPHÆOPHORI. Sic appellati triumphales arcus, baſes columnarum, & hujua generia monumenta a ferendis trophæia, propterea quod cælari ſolebant in arcubus arma & ſpolia hoſtibus direpta; eaque interdum ſimul aggeſta, quandoque verò truncis obvoluta, & ex iiſdem pendentia. Claudian. Panegyr. 4.

ſpoliiſque micantes
Innumeros arcus.

Lucanua lib. 8. ubi de Pómpeii cadavere loquìtur, nullis victoriarum monumentis inſignito, projectoque, & vix congeſtitia arena contecto:

ſurgit miſerabile buſtum
Non ullis plenum titulis, non ordine tanto
Faſtorum: ſolitumque legi ſuper alta Deorum
Culmina, & extructos ſpoliis hoſtilibus arcus.
Haud procul eſt ima Pompeii nomen arena,
Depreſſum tumulo, quod non legat advena rectus,
Quod niſi monſtratum Romanus tranſeat hoſpes.

Iterum Claudian. lib. 3. Stilic.

Indutoſque arcus ſpoliis æquataque templa
Nubibus.

Adde Prudent. lib. 2. in Symmach.

Fruſtra igitur currus ſummo miramur in arcu
Quadrijugos, ſtanteſque Duces in curribus altis,
Sub pedibuſque Ducum captivos poplite flexo
Ad juga depreſſos, manibuſque in terga retortis,
Et ſuſpenſa gravi telorum fragmina trunco.

Ejuſmodi trophæa eleganter inſculpta arcuum marmoribus Romæ paſſim viſuntur, præſertim in baſibus arcuum & columnarum, & ubicunque ad ea ornamenta locus relinquitur ad illuſtranda anaglypha, quibus rerum geſtarum memo-

moriæ exhibentur. Obſerva tamen a prima inſtitutione trophæophoros fuiſſe nuncupatos rudiores arcus ex minus polito lapide, atque etiam ligno erectos, quaſi machinulas temporarias, editas tumultuario opere, ut iis hoſtium ſpolia ad brevem pompam, in ſolennibus ad urbes ingreſſibus, appenderentur, Vide Bulenger. Tom. 2. cap. 2.

Trophæum, ſeu potius Tropæum, ut dicebant Latini veteres, qui nunquam aſpirationem uſurparunt niſi in vocali. Ea quippe poſt conſonantes ignota Veteribus, & poſtea paulatim iiſdem inſerta. Dicebant autem Priſci illi, ut non uno in loco docet Quintilianus: *Triumpus*, *Cetegus*, *Pulcer*, *Cartago*. A vertendo ex Græco dicitur. Eſt enim propriè trophæum monumentum a victore excitatum in eo loco, ubi hoſtes in fugam verſi ſunt. Vetuſtiſſimus trophæa erigendi ritus ex arboribus erat, quas, amputatis ramis, hoſtilibus ſpoliis decorabant. Virgil. lib. 11.

Ingentem quercum decisis undique ramis
Conſtituit tumulo; fulgentiaque induit arma
Mezenti Ducis exuvias (tibi magne trophæum
Bellipotens) aptat rorantes ſanguine criſtas,
Telaque trunca viri, & bis ſex thoraca petitum
Perfoſſumque locis, clypeumque ex ære ſiniſtræ
Subligat, atque enſem collo ſuſpendit eburnum.

Deinde ex lapide & marmore trophæa fieri cœpta. Turres pro trophæis poſitas, imo integras urbes docet Herodianus lib. 3, ubi de Alexandro Severo. Statuæ etiam & columnæ trophæorum imaginem apud Veteres retulerunt. Verùm trophæa lignea & uſitata magis erant, & a victis populis faciliùs tolerata. Hinc Thebani, ut legimus apud Ciceronem de Invent. lib. 2. accuſati a Lacedæmoniis, quod æneum ſtatuiſſent trophæum victoriæ adversùs ſe partæ. Sed de his plura infra. Lucanus egregia comparatione Pompejum Magnum annis gravem, nec militiæ robori ſatis idoneum, ſpectabilem tamen plurimis in Rempublicam meritis, trophæo aſſimilat l. 1.

Qualis frugifero quercus ſublimis in agro
Exuvias veteres populi, ſacrataque geſtans
Dona Ducum, nec jam validis radicibus hærens,
Pondere fixa ſuo eſt; nudoſque per aera ramos
Effundens, trunco, non frondibus, efficit umbram.
At quamvis primo nutet caſura ſub Euro,
Tot circum ſilvæ firmo ſe robore tollant,
Sola tamen colitur.

2. Quercus inter arbores omnium frequentiſſimè trophæa ſuſtinuit. Claudian. in Ruffin. l. 1.

veſtita ſpoliis donabere quercu.

Stat. Thebaid. l. 2.

Quercus erat teneræ jam dudum oblita juventæ:
Huic leves galeas, perfoſſaque vulnere crebro
Inſerit arma.

Sidonius:

quercuſque trophæis
Curva tremit.

Appoſite tamen Torquatus Taſſus Cant. 3. quoniam in Palæſtina palmæ abundantiùs proveniunt, palmæ ſuſpenſa prodidit interfecti Dudonis arma;

Non lunge agli ſteccati, e ſovra d'eſſo
Un' altiſſima palma i rami eſtolle.
Hor qui fù poſto; e i Sacerdoti intanto
Quiete all' alme gli pregar col canto.
Quinci, e quindi frà i rami erano appeſe
Inſegne, e prigioniere arme diverſe,
Già da lui tolte in più felici impreſe
A le genti di Siria, & a le Perſe:
De la corazza ſua, de l'altro arneſe
In mezzo il groſſo tronco ſi coperſe.
Qui (vi fù ſcritto poi) giace Dudone
Honorate l'altiſſimo Campione.

Quod autem idem Poeta Cant. 12. Clorindæ trophæum locaverit in trunco pineo, quæ arbor nec victoriæ eſt ſymbolum, ut palma, nec Jovi dicata, ut quercus, ſed potius Pani ſacra, Numini ruſtico, & de plebe Deorum, id nimirum ad temporis difficultatem reiiciendum: neque enim in caſu ſubito, & monumento tumultuario, otium Tancredo ſuperfuit arbores eligendi, ſed quem proximè nactus eſt truncum bellatricis armis conveſtivit:

Fù ſcielto almeno il ſaſſo, e chi li diede
Figura, quanto il tempo ivi concede.

Et mox:

E le ſue armi a un nudo pin ſoſpeſe
Vi ſpiegò ſopra in forma di trofeo.

Nonnunquam nulla arbore, trunco, vel alio quolibet adhibito adminiculo, per ipſam armorum congeriem factam trophæa ſtatuebantur. Ejuſmodi non ita pauca videmus Romæ in vetuſtis marmorum monumentis. Et duos quidem annos antequam hæc ſcriberem, effoſſa atque eruta eſt Columna ſolida Antonini Cæſaris, cum baſi perampla elegantiſſimi operis. In hujus baſis facie exemplum viſitur trophæi ex armis aggeſtis atque complicatis erecti. Verùm licet oculorum teſtimonio res careret, de eadem tamen dubitare non ſinerent teſtimonia veterum Scriptorum. Tacit. lib. 2. An. *Laudatis pro concione victoribus, Cæſar congeriem armorum ſtruxit ſuperbo cum titulo: Debellatis inter Rhenum, Albimque nationibus exercitum Tiberii Cæſaris ea monimenta Marti, & Jovi, & Auguſto ſacravisse.* De inſcriptionibus verò trophæis apponi ſolitis videndus eſt non ſemel laudatus Briſſonius de Formul. lib. 4. Illud eſt Taciti lib. 2. An. *Miles in loco prælii Tiberium Imperatorem ſalutavit, ſtruxitque aggerem, & in modum trophæorum arma, ſubſcriptis victarum gentium nominibus, impoſuit.* Trophæorum tituli apud Virgil. occurrunt illi: lib. 3. Æneid.

Æneas hæc de Danais victoribus arma.

Et lib. 11.

hæc ſunt ſpolia, & de Rege ſuperbo
Primitiæ, manibuſque meis Mezentius hic eſt.

3. Sepulchra militaria vel trophæis exornari, vel ad ſpeciem trophæorum extolli ſolitum fuit antiquitùs. Docemur id 1. Machab. cap. 13. ubi ſermo eſt de ſepulchro parentibus fratribuſque a Simone conſtructo: *Et ædificavit Simon ſuper ſepulchrum patris ſui & fratrum ſuorum ædificium altum viſu lapide polito retrò & ante; & ſtatuit ſeptem pyramidas, unam contra unam, patri & matri, & quatuor fratribus, & his circumpoſuit columnas magnas, & ſuper columnas arma ad memoriam æternam, & juxta arma naves ſculptas, quæ viderentur ab omnibus navigantibus mare.* Nec tibi novum aut peregrinum videa-

deatur inſtrumeota & arma nautica naveſque ipſas cælatas ſuiſſe in trophæis. Clarum enim id ex Juvenali Satyr. 10.

Bellorum exuviæ truncis affixa trophæis,
Loriea, & fracta de caſſide buccula pendens,
Et curtum temone jugum, victæque triremis
Apluſtre.

Item Liv. lib. 8. *Naves Antiatium partim in navalia Romæ ſubductæ, partim inceuſæ, roſtriſque earum ſuggeſtum in ſoro extructum adoruari placuit: Roſtraque id templum appellatum.* Idem indicatur a Virgilio 3. Georg. ubi ſic loquitur de templo Auguſto Cæſari poſito:

In foribus pugnam ex auro ſolidoque elephanto
Gangaridum ſaciam, victoriſque arma Quirini.
Atque hie undantem bello, magnúmque fluentem
Nilum, ac navali ſurgentes ære columnas.

Enimverò, quemadmodum ſepulchra & trophęa cæteris armis inſigniri moris fuit, ut memoria rerum, Ducum ope & præſidio geſtarum, propagaretur ad Poſteros; ad eundem modum iiſdem frequenter adjectæ ſunt eælaturæ navium, ut perpetua eſſet recordatio expugnatarum urbium maritimarum, vel navali conflictu ſuperati hoſtis.

4. Locus excitandis ſtatuendiſque trophæis editior fere erat atque ſublimior, nimirum in collibus montibuſque. Virgil. l. 11.

Ingentem quercum deciſis undique ramis
Conſtituit tumulo.

Ubi ſatis clarè Servius: *In colle quia trophæa non figebantur niſi eminentioribus locis.* Dio de Marco Vinicio poſt devictos Germanos ita ſcribit lib. 53. *Fornix trophæum ferens in Alpibus ei poſitus eſt.* Adde Plinium lib. 3. cap. 3. *Pompejus Magnus trophæis ſuis, quæ ſtatuebat in Pyrenęo, quadraginta ſex ſupra octingenta oppida ab Alpibus ad fines Hiſpaniæ ulterioris in ditione a ſe redacta teſtatus.* Notandum trophæa Diis bellicis dicari conſueviſſe. Eam ob eauſam eadem evertere neſas erat. Habes id ex eodem Dione lib. 42. *Manubias omnes, quamvis plurimæ erant, militibus donavit: eumque trophæum ec in loco Mithridates de Triario ſtatuiſſet, quia id conſecratum belli Deis evertere ſas non erat, ipſe de Pharnace ſuum oppoſuit, atque ita Mithridaticum obſcuravit, quodamque modo dejecit.* Itaque immutabiles ſedes erant & tumuli trophæorum. Quod etiam ampliatum eſt propagatumque ad ipſas privatorum ædes, in quibus ſpolia eſſent affixa. Neque enim novis dominis, vel emptoribus eadem refigere licebat; triumphabantque, ut Plinius loquitur lib. 36. cap. 2. *Dominis mutatis, ipſæ domus.* Habebantur proinde trophæa tanquam res ſacra; ut omnes religioni ſibi ducerent ea, quamvis ab hoſtibus locata eſſe noo ignorarent, refigere vel coovellere.

5. Græcl præ cæteris natiooibus in scie trophæis excitandis indulſerunt. Id verò poſt felices prœliorum exitus; vel pactas cum hoſtibus inducias tam crebro uſurpatum, ut campeſtres Græciæ & Peloponneſi tractus ejuſmodi mooumentis victoriarum paſſim ſilveſcerent. Nec impari frequentia crebreſcunt eædem memoriæ apud Græcos Hiſtorieos, Tucydidem præſertim & Xenophootem, apud quos vix ulla ſine elatis trophæis certamina recenſeotur. Xenophon. l. 4. Hellioie. *Secundum hæc Thebani trophæum excitant, ac per inducias mortuos reddunt.* Thucyd. l. 5. *Poſt pugnam Lacedæmonii hoſtium interſectorum arma in medium conferebant, & ſtatim trophæum erigebant.* Adde Diodorum Siculum lib. 16. de victis Illyriis a Philippo Rege Macedooum: *Et erecto trophæo ſuos in acie defunctos ſepelivit.* Idem ibidem poſt victoriam partam ad Cheronæam: *Ab hac pugna trophæum Philippus ſtatuit, & conceſſis ad ſepulturam mortuis victoriale ſacrum Diis fecit.* Quod verò attioet ad indicatam victoriam de Cheronenſibus, rem longe ſecus enunciat Pauſanias in Bœotic. l. 9. ubi non modo tropheum negat poſitum a Philippo, ſed adiicit vetitum fuiſſe Macedooum Regibus trophæa erigere. Quippe cum Caranus, devicto Ciſſeo Rege, trophæum poſuiſſet, leo illuc progreſſus memoriam eam omnem diſiecit. Reputatum id fœdi ſiniſtrique ominis oſtentum; eamque ob cauſam poſteri Macedonum Reges, quibuslibet partis victoriis oulla trophæa poſuere. Accipe id Pauſaniæ verbis: *In Cheronenſium agro duo ſunt trophæa; ea Dux Romanorum Sylla erexit, Taxillo fuſo Mithridatis copiarum Duce. Amyntæ quidem filius Philippus neque ad Cheronæam, neque uſpiam, vel de Barbaris, vel de Græcis a ſe victis ullum erexit trophæum: neque omnino fuit patrius Macedonibus mos, victorias ſuas trophæis ullis teſtatas relinquere. Eſt a Macedonibus ipſis traditum, Caranum Regem ſuum, victo in pugna Ciſſeo, qui finitimis imperabat, Argivorum ritu trophæum conſtituiſſe. Erumpentem autem ex Olympo leonem ita illud ſubvertiſſe, ut prorſus fuerit abolitum. Intellexiſſe Caranum id ſibi meritò contigiſſe, quòd eo monumento erecto ſpem ſibi reditus in gratiam finitimis præcidiſſet. Reliquo dein tempore neque Caranum, neque ſuceeſſorem quemquam trophæum ullum excitaſſe, quod nempe ſibi ad reditum in gratiam eum hoſtibus loci aliquid relictum voluerunt. Satis certum fuit hujus rei argumentum, quod Alexander neque de Dario, neque de Indicis victoriis erigendum curarit.* Ex his porrò verbis duo eondiſce. Primùm Romanis quoque fuiſſe in uſu, in ipſa acie, atque adeo exteris in regionibus trophæa conſtituere, ut habes ex gemino trophæo L. Syllæ in agro Cheronenſi. Iterum cum ſtatuta uſpiam trophæa ab Alexandro neget Pauſanias, minus accuratè, ut advertit Raderus, a Curtio l. 7. induci Alexaodrum de trophæis erigendis gloriantem; ſic autem Hiſtoricus: *Et quanti æſtimandum eſt, dum alium ſubigimus, in alio quodam orbe trophæa ſtatuere?*

6. Ut Alexander trophęa oon erexerit, aras certe ſtatuiſſe non ſemel legitur. Eas primum in Aſia ſtatuit ad amnem Pioarum. Curt. lib. 3. *Tunc tabernaculo egreſſus, tribus aris in ripa Pinari amnis Jovi, atque Herculi, Minervæque ſacratis, Syriam petit.* Iterum in India: Strabo l. 3. *Alexander in Indica expeditione, ad quę ultima loca pervenit, apud Indos verſus Orientem degentes aras pro termino poſuit Herculem imitatus & Bacchum.* Conſtat Alexandrum utriuſque felicis expeditionis, Aſiaticæ & Indicæ, ſignum aras poſuiſſe & conſecraſſe. Quid verò illæ fuerint aræ, ſupereſt explicaodum. Aras, quaſi anſas dici docuit Varro, quoniam manu aræ teoerentur, quo reſpexit Virgilius l. 6.

Talibus orabat dictis, araſque tenebat.

Verùm hæc originatio facit quidem ad aras, quæ pangendis fœderibus, ſacrificiis celebrandis, rebuſque aliis religioſis & ſacria adhibebantur: minimè verò quidquam enucleat de aris in ſignum poſitis felicium facinorum bellicorum. Excutio alium Virgilii locum Æn. l. 1.

Saxa vocant Itali mediis quę in fluctibus aras,
Dorſum immane mari ſummo.

Aras hic Scaliger filius interpretatur crepidines, vel editiora loca, quæ vel ars humana excitaverit, vel natura condiderit: exponitque ſummas cautes in mari, ut terreſtres illæ apud Auſonium,

Deſertus vacuis ſoliſque exerceor aris;

ut nihil neceſſe ſit æquoreas eas aras referri ad aras fœderis inter Carthaginienſes & Romanos initi, ſcopuloſo in loco inter mare Sardoum & Africum conſtitutas. Hinc aris Alexandri licet nonnihil lucis aſpergere. Expono illas murulos, cellas fornicatas, arcus, aut quid ſimile ex lapide quadrato, marmore, vel cæmentia excitatum cum inſcriptione & titulis, quibus ſecundos ille bellorum exitus poſteris teſtatos reliquerit. Nec proinde ea opera trophæa nominaverim, cum nec eo in loco referantur in fugam verſi hoſtes, ex quo, ut initio docui, trophæis nomen eſt inditum, nec ulla ibi congeſta fuiſſe arma ſit proditum, quod ad trophæi conſtructionem vel maxime depoſcitur. Ad eandem formam columnæ in India & freto Gaditano ab Hercule & Baccho poſitæ, pylæ, arcus, atque adeo urbes ipſę victoriarum teſtes, cujuſmodi Alexandria eſt, ab Alexandro condita, pluresque a victoriis variis Nicoooles nuncupatæ: ea, inquam, omnia, & hujus non pauca generis, memoriæ quidem & monumenta magnarum rerum in bello geſtarum, neutiquam verò trophæa nominanda ſunt.

7. Materiam trophæorum antiquius & frequentius ex ligno, ac potiſſimum ex quercu extitiſſe, extra omnem dubitationis aleam eſt. Ex lapide poſtmodum, ære, & auro poſita. De lapideis Euſtathius: *Trophæa poſt victorias ſtatuentes, ubi hoſtes devicerant, & hæc ex armorum acervo, aut e lapidibus, quibus literas inſculpebant.* De æreis Plutarchus in Quæſt. Rom. *Quare qui trophæa ex ære lapidibuſque primi conſtituerunt apud Græcos, ii magnam laudem non ſunt conſecuti.* Themiſtius Orat. de Pac. etiam aurea indicat: *Trophæum poſuit hujus victoriæ, non lapideum, neque æręum, vel aureum, neque in uno loco conſtitutum, ſed quod cum omnibus Barbaris Romaniſque verſaretur.* Fatendum tamen eſt, trophæa marmorea & metallica in invidiam poſtea vocata, & odio publico flagraſſe, non modò quoniam ab aurea ſimplicitate veterum morum aliena eſſent; ſed quoniam irritarent acerbiſſimè victos, & quandam profiterentur immortalitatem odii adversùs hoſtes, quibuſcum aditus potius ad incundam gratiam eſt relinquendus, ut Caranus docuit apud Pauſaniam in producto ſuperiùs Hiſtorici teſtimonio. Sed clariſſimè id proditum a Diodoro Siculo l. 13. *Quamobrem vetuſtiſſimi Græcorum in victoriis bello partis trophæa non e lapidibus, ſed e quibuſcunque lignis excitare curarunt; ut parvo temporis intervallo odiorum monumenta tollerentur.* Idem ambitus in trophæis e lapide ſtatuendis non minimum gratiæ in vulgus detraxit Pompejo Magno, ut ſcribit Dio l. 41. loquens de Cæſare: *Per Montem Pyrenæum iter faciens trophæum nullum poſuit, quia neque Pompejum eam ob rem bene audire ſentiebat.* Præclarè id quidem & humaniter inſtitutum. Atqui in quantum poſtea a priſca illa moderatione mores deſciverint, non eruditis tantùm viris poſteriorum ætatum annales, verùm vel infimæ plebis oculis patefaciunt Romę immanes arcus, columnę cochlides, aliaque monumenta, ubi congeſta arma cum inſignibus devictarum gentium, coacervata ſpolia, ad hæc conflictus cruentiſſimi, triumphales genii, alatæ victoriæ, captivi Reges, catenis adſtricti milites, omneſque de cladibus exterarum nationum memoriæ, altè adhuc impreſſæ conſignatæque marmoribus conſpiciuntur. De trophæorum figura quis audeat quidquam certi conſtituere? In pyramides cuſpidata, curvata in arcus, concamerata in teſtudines, in parietes atque adeo turres erecta. Obſervo, trophæa lignea in crucis figuram decuſſari conſueviſſe. Lucian. l. 2. de ver. Hiſt. *Excitarunt etiam trophæum ex inſulari certamine ſuper caput ceti, unam ex inſulis hoſtilibus in cruce ſuſpendentes.* Tertullianus, Juſtinus Martyr, & Minutius Felix, ut ſanctæ Crucis ſignum perhonorificum eſſe Ethnicis ſuadeant, demonſtrare contendunt Romanorum trophæa, vexilla etiam & labara crucis formam, recto altero ligno, altero tranſverſario, exhibuiſſe. Vide eorum teſtimonia apud Nicol. Abraham. Comment. in Cic. Orat. contra Piſonem. Trophęa porrò a quibuſdam vocantur geſtamina ſpoliorum, deferri conſueta ante triumphantes. Verùm ea ferculorum nomine melius indicabis. Vide *Ferculum*.

8. Pro ipſa etiam victoria collectaque rebus præclaris gloria trophæum quandoque ſumitur. In hanc ſententiam explicandus eſt Tullius, ubi ſic loquitur de gloria Cæſaris in Oratione pro Marcello: *Quæ quidem tanta eſt, ut trophæis monumentiſque tuis nulla unquam allatura ſit finem ætas: nihil enim eſt opere, aut manu factum, quod aliquando non conficiat & conſumat vetuſtas.* Nihil igitur cauſæ eſt cur Petrus Victorius mancum mutilumque eum eſſe Ciceronis locum exiſtimet. Eodem figurato ſermone trophæa uſurpavit Propertius ubi dixit lib. 3. 7.

Cæſaris & famæ veſtigia juncta tenebis;
Mecœnatis erunt vera trophæa fides.

Notavit id optimè adversùs Victorium Robertus Titius locor. Controverſor. lib. 2. cap. 25. Verum ipſe in alium impingit lapidem, dum trophæa pro victoriis eodem modo dici pronunciat, quo monumentum pro maximo facinore & opere ſeu militari, ſeu literario. Trophæum quippe propriè dicitur de arbore induta ſpoliis hoſticis, tranſlatè & per uſurpationem de victoria; monumentum verò ex prima nominis origine & nativa ſignificatione ac proprietate vocis ſignificat quidquid de re quapiam monere nos poteſt, ſive ſint opera manufacta, ut ſtatuæ, fana, ſepulchra, porticus, ſive opera ipſa literatorum, aut bellatorum, ut libri, hiſtoriæ, poemata, atque ipſa facinora, victoriæque Imperatorum. Proprie proinde de ſua Lyrica Poeſi Horatius dixit,

Exegi monumentum ære perennius.

Et

Et Martialis:

At chartis nec furta nocent, nec ſæcula præſunt:
Solaque non norunt hæc monumenta mori.

Propriè etiam Ageſilaus monumenta ſui nominis dixit victorias bello partas, cum moriens amicis mandavit ne ullam ſui corporis imaginem exculperent vel depingerent; ſatis enim celebritatis ſuæ atque immortalitatis habere ſe apud poſteros monumentum in iis, quæ ſtrenuè præclarèque geſſiſſet.

Tropæum nunquam timidi statuerunt. Proverbium, quo aptè ſignificamus, abjectos animos inerteſque nihil aggredi poſſe glorioſum & arduum; laus etenim & gloria nonniſi laboribus & ingentium periculorum ſocietate comparatur. Trophæa ſiquidem ii ſolum ſtatuunt, qui præcellenti robore inſigniti dimicant ſortiter, hoſteſque devictos expoliant. Meminit hujus adagii Plato in Critia, idemque citatur a Suida ex Eupolide; & ſic effertur ex Græco:

At enim trophæum nobile haud unquam viri
Statuere pavidi.

Trossuli. Equites Romani ſic appellati ſunt: non a toroſa & muſcoloſa pinguedine, quaſi toroſuli, ideſt muſculorum toris prævalidi, ut nimis quàm putide ſcribit Nonius ex quodam Varronis teſtimonio. Ita nuncupati ſunt a Troſſulo, Tuſciæ oppido. Id oppidum cum Romani equites ſine peditum adiumento expugnaſſent, ab eodem poſtea Troſſuli equites dicti ſunt. Variatum quippe apud Romanos eſt in appellatione equitum, qui primùm ſub Romulo Celeres, vel potius Celetes, poſtea Flexumines, vel potius Flexutes, ut ſcribit Salmaſius in Lamprid. demum Troſſuli ab expugnatione memorati oppidi vocitati ſunt. Rem totam clarè docet Plinius lib. 33. cap. 2. *Celeres ſub Romulo Regibuſque appellati ſunt, deinde Flexumines, poſtea Troſſuli, cum oppidum ejus vocabuli in Tuſcia citra Volſinios, ſine ullo peditum adjumento cepiſſent.* Perſ. Satyr. 1.

Troſſulus exultat tibi per ſubſellia lævis.

Trotare. Dicitur de equis, jumentiſque, cum frequenter ſeſſorem ſuccutiunt vectura difficili & perincommoda. Vincentius Belluac. lib. 31. cap. 25. *Mutatiſque frequenter equis nullatenus parcebatur eis, ſed equitabamus velociter ac ſine intermiſſione, quantum poterant equi trotare.* Vide alium locum Petri de Creſcentiis in Titulo *Calopare.* Eundem equorum curſum vel inceſſum dixit poſtremum & balbutiens Latium *Trottonare.* Andreas Aulæ Regiæ Capellanus in Amatoriis: *Equitabant caballos macilentos valde & graviter trottonantes.* Horum porrò equorum pediſſequos, vel ſeſſitantes curſores dixerunt Trotarios. Petr. II. Rex Aragoniæ in Ch. MS. *Mittantur nuncii per vicarios & alios Officiales noſtros, qui nominentur Correus vel Trotarii.* Cangius in Gloſſ. trahit hoc verbum a ſonitu pedum, quem edunt equi trotantes. Quid ſi habeamus hanc vocem a Latinorum verbo *Torqueo,* ex quo *tortum* & *tortura*? Scio obſtare regulas derivationum & gradationis. Verùm alibi obſervavi adversùs Menagium, & alios Etymologicos, rudem populum in vocabulis corrumpendis eas gradationum regulas nihil penſi habuiſſe. Eſt igitur trotare, ſic equum vel jumentum incedere, ut ſeſſoris lumbos ſuccutiat, dorſumque quatiat evibretque. Quare a ratione prorſus deflexit Salmaſius, qui trotantem equum confundit cum Tolutario ſive Aſturcone, cujus pacatus eſt inceſſus & uſque ad delicias mollis; utpote qui crura explicat alterno glomeratu, non eadem elevat non ſine gravi laborioſaque ſuccuſſione, quod faciunt equi trotantes. Bocc. Nov. 77.

E'l trottar forte rompe, e ſtanca altrui.

Italis *Trottare*: apud quos ſic incedens equus dicitur *Trottone.* Bern. Rim.

Ch'egli è meglio ir trotton, che di galoppo.

Brun. Lat. Pataff.

Il Diavol venne in zoccoli trottone.

Trudes, dis. Inſtrumentum mechanicum ad onera protrudenda & ſublevanda, admodum uſitatum in machinis tum urbanis tum bellicis. Tacit. lib. 3. Annal. *Quidam trudibus aut furcis inertem molem proſternere.* Italis *Lieva.* Academici a Furfure: *Lieva ſi dice quella ſtanga, che ſi caccia ſotto le coſe peſanti per ſollevarle.* Dicitur etiam *Manovella.* Cant. Carn.

Queſti con ſubie, manovelle, e pali,
Faranno sì buon'opra.

Trudes autem a trudendo dicitur.

Trullæ ioniariæ. Genus fuere armamenti militaris nautici & quidem oppugnatorii. Vaſa nimirum oppleta igne & carbonibus, quæ a prora prominebant contis defixa, ignemque in adverſariorum naves cum impetu effundebant. Livius lib. 27. *Quinque Rhodiæ naves cum duabus Cois effugerunt terrore flammæ micantis, via ſibi inter confertas naves facta. Contis enim binis a prora prominentibus, trullis ferreis multum conceptum ignem præ ſe portabant.* Eo invento incendiario, aut certè perſimili uſum fuiſſe Pauſimachum ſcribit Appianus. Suidas verè ex Græco interpretatur cadum igniferum, uſumque hujus machinæ iiſdem Rhodiis attribuit in hanc ſententiam: *Ignifer cadus eſt, quo Piſiſtratus Rhodiorum navarchus uſus eſt. Ab utraque proræ parte anchoræ binæ juxta interiorem parietem erant collocatæ, quibus inſerebantur conti protenſi in fluctus maris. In horum verò faſtigio cadus ferrea catena ſuſpenſus erat, plenus ignis, ut in impreſſionibus & aggreſſionibus in hoſtilem quidem navem ignis excuteretur, a ſua verò longiùs diſtaret.* Plane totum id genus ad Veterum ollas incendiarias eſt referendum.

Trumpa, æ. Apud Latinobarbaros eſt tuba. Vitæ Abbatum S. Albani: *Tuba, quam vulgus Trumpam vocat.* Eadem *Trummeta.* Thuroczius in Ludovico Rege Hungariæ: *In trummetis, & diverſi generis Muſicorum apparatibus.* Utraque vox fit a Latinorum *Tuba,* & a depreſſo Latio corrupta ab Italorum *Tromba.*

Trummeta, æ. Vide *Trumpa.*

Tu miles in legione, ego Mars in culina. Adagii ſpecie dicitur a Plauto in Truculento, ubi coquum inducit hæc reponentem comminanti atrociter militi: *Sis tu in legione bellator ſi vis, at ego in culina ares.* Ares pro Marte dixit ſuopte Plautus ingenio, & uſitato eidem more Græcas voces Latinis commiſcendi. Monet autem dictum, non eſſe cuipiam ita in ſua arte gloriandum, ut alios deſpiciat.

Tuba, æ. Inſtrumentum ex ære vel argento, cujus ſonitus equos & bellatores ad prœlia inflammat. Nomen a tubo, ideſt canali. Directus il-

le quidem, ſed ad exitum latior, quæ eſt propriè tuba militaris. Euripidis Scholiaſtes tubæ inventum Tyrrhenis attribuit. Plinius a Piſeo Tyrrheno primùm excogitatam fuiſſe tradit. Alii Panis paſtorum Dei inventum extitiſſe tubam prodiderunt, ut nos notavimus in Titulo *Panici Terrores*. Nuſquam tubam Heroibus tribuit Homerus, quia tunc nondum erat in uſu apud Græcos. Primus ad illos eam detulit Archondas, Heraclidis auxilio profectus, ut memorat idem Scholiaſtes Euripidis. Non forma ſolùm, ſed etiam munere tuba differt a buccina. Hęc omninò recurva eſt, & ab initio exilis ſenſim expanditur. Tuba, ut dictum eſt, directa, & ejuſdem ſemper tenoris. Hinc Vegetius lib. 3. cap. 5. *Tuba*, inquit, *quæ directa eſt appellatur; buccina, quæ in ſemetipſam æneo circulo flectitur.* Præterea buccina ineundi prœlii ſignum dabat; tuba verò nunquam magis quam flagrante pugna adhibebatur, ad milites incendendos, extimulandos equos, & addendam alacritatem decertantibus. Probè tubam a buccina diſtinxit Ovidius.

Non tuba directi, non æris cornua flexi.

Et Juvenal. Sat. 2.

Cornicini, ſive hic recto cantaverat ære.

Sed & ex oſſibus interdum tubas fuiſſe confectas colligimus ex Propertio lib. 4. El. 3.

Et ſtruxit querulas rauca per oſſa tubas.

Ubi licet nonnulli expuncta voce *oſſa* ſuſtituant *ęra*, germanam tamen veterem lectionem agnoſcit Lipſius; & confirmat ex Artemidoro, qui docet tubâ mortem ſignificari, quoniam illa conſtet oſſeo canali, ad ſimilitudinem oſſium, quæ aggerantur in ſepulcris. De Tyrrhenica, & aliis tubarum generibus duo ſunt prolixa teſtimonia, alterum Euſtathii, alterum Suidæ. Euſtathius ita ſcribit: *Primam, quam Minerva invenit, quę etiam Argivis colitur hoc cognomento* Σαλπιγξ ἀθηνᾶ. *Alteram apud Ægyptios, quam Oſiris reperit, quę Chnove dicitur ipſis, utunturque ad ſacrificia. Tertiam, Gallicam, conflatilem, haud nimis magnam, quę os habeat deformatum in beſtias, & canalem ipſum plumbeum, in quem inſpirant tubicines: atque eſſe eam acuti ſoni. Vocatur autem ab ipſis Gallis Carnyx. Quartam Paphlagonicam, cujus os effigie bovis, gravi mugitu, ſurſum inflandam. Quintam Medicam e calamo tubum habentem, gravi ſono. Sextam Tyrrhenicam, cujus inventores Tyrrheni, quę ſimilis tibię Phrygię, habens orificium ſciſſum aut fractum. Ea valdè acuta eſt.* Suidæ autem verba ſunt: *Codon dicitur latior pars & os tubę. Sophocles: Tanquam ęrei codonis e Tyrrhenia. Sunt enim multa genera tubarum Ægyptię, Libycę, Tyrrhenicę. Primus porrò Archondas Heraclidis commilitans, adduxit in Gręciam Tyrrhenicum tubam. Ideo Sophocles dicit, Tyrrhenicam.* Tubas etiam in ſacris uſum habuiſſe non ſolùm apud Gręcos, verum etiam apud Rnmanos, Varro, Calpurnius, & alii disertè indicant. Exiſtimatum eſt porrò ad pompam ſplendoremque rei funerarię pertinere, ut inter tubas cadavera ſepelirentur. Propert. Eleg. 2. 13.

Nec mea tunc longa ſpatietur imagine pompa,
Nec tuba ſit fati vana querela mei.

Et Perſ. Sat. 3.

Hinc tuba, candelę: tandemque beatulus alto
Compoſitus lecto, craſſiſque lutatus amomis
In portam rigidos calces extendit.

Originem verò antiquiſſimi hujuſce ritus tradens Hyginus ita ſcribit: *Tyrrhenus Herculis filius tubam invenit, qui concha pertuſa buccinavit, & pagum convocavit, teſtatique ſunt ſe mortuum ſepulturæ dare. Unde tuba Tyrrhenum melos dicitur. Quod exemplum hodie Romani ſervant, & cum aliquis decidit, tubicines cantant, & amici convocantur, teſtandi gratia eum neque veneno, neque ferro periiſſe.* Virgilius Georg. 2. viſus eſt Ludovico de la Cerda verſiculo illo

Inflavit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,

indicaſſe inventum tubæ apud Etruſcos. Nihil minus. Neque vero ibi Virgilius de tuba loquitur, ſed de tibia, ut ibidem clare docetur à Servio. Tibiæ ex ebore commode conficiebantur, tubæ erant omnino æreæ, bona Lipſii & Artemidori venia. Si dixeris ebur ad ornatum tubę non ad ipſum canalem vel tubum pertinuiſſe, ut ut tolerabilis defenſio fuerit, adhuc tamen Servium ſequar. Tuba Italis *Tromba*, & *Trombare* tuba canere; quemadmodum *Cornare*, pro cornu canere, & *Buccinare*, pro Latinorum buccinare, vel buccina canere. Liv. M. *E tutta la notte gli fece trombare, cornare, e buccinare.* Bnccacc. Theſeid. l. 7.

Mà guardando Teſeo la gente ardita,
Comandò che già mai non ſi trombaſſe
Se e' nol diceſſe.

Tubæ igneæ. Quod ſit machinamenti genus traditur a Boſio l. 27. in obſidione Melitenſi. *Le trombe di fuoco erano certi legni fatti al torno, ritondi e concavi, di groſſezza di poco più di due palmi in giro, e trè di lunghezza; i quali erano ben conficcati ſopra la cima d'alcune aſte, come maniche di alabarde, ed erano piene d'una miſtura ſimile a quelle delle pignatte, impaſtata con olio di lino, in maniera tale, che dandole fuoco, per un gran pezzo ſbruffavano, e ſpargevano furioſe fiamme, larghe e lunghe alcuni paſſi, non altrimenti, che fucine grandiſſime da potentiſſimi mantici ſtimolate.* Sed quoniam Malateſta Oliverius, Clementis XI. P.M. ab omni laude ſpectatiſſimus patruelis, & arcis Ælię Propræfectus, eo organo ad me ex eadem arce humaniter miſſo, ejuſdem inſpiciendi obſervandique mihi copiam fecit, abuſus tanti Viri beneficio videri poſſem, niſi illud hic paulo diligentius expoſuero. Organum eſt ad uſum pugnæ navalis inventum. Conſtat aliquantu craſſiore haſta, ad decem facile palmos producta & biſulco cuſpidato ferro prefixa. Ad ipſam ferri fibulam recipit tubum ligneum longitudine bipalmari, palmari fere ambitu. Cannabini reſtes lini oleo obdurati cum tubum religant & vehementer adſtringunt; addito ad firmitatem triplici circulo chalybeo paribus intervallis diviſo. Tubus ipſe tribus ſeparatim receptaculis ad pilarum emiſſionem inſtruitur. Duodecim omninò pilis vel talis ferreis, apteque compreſſu nitrato pulvere ſingula ſic onerantur, ut ſubjectus pulvis paſtillis quibuſdam maſſuliſque conſtipati bituminis incruſtetur. Majori tamen ejuſdem bituminis copia oppletur ſuperius pilarum loculamentum; ex quo fomes bombycinus pyrio pulvere intritus porrigitur. Ad hanc formam compactæ tubæ igneæ non uno in præliis uſu valeſcunt. Iis inſtructi milites & claſſiarii, ubi primum ad hoſticas naves appellunt, bombycino fomiti ignem admovent:

qui

qui oleo, pici, reſinæ, cæteręque uſtoriæ materię apprehenſus flammas evomit; injectuſque in navium latera atrox ſævumque propagat incendium. Ubi vero experiendo edocti vim bituminis deficere advertunt, in ſublime tubas attollunt, eaſque in confertos hoſtes dirigunt. Cum primum, cedente bituminis flamma, pyrii pulveris conceptaculum ignis attigit, aliæ confeſtim ex aliis ad modum grandinis ferratę pilę e tribus loculamentis evibratæ obvios quoſque cædunt ſternuntque. Quæ tubis viduatæ ſuperſunt longiores haſtę ſuo munere uſuque non carent. Nam adnitentem hoſtem valide ſubmovent, donec emeriti bellatores ſe in tuta navigiorum loca recipiant. Non eſt profecto ambigendum hoc organum Antiquorum phalaricæ eſſe perſimile. Quodſi adempto pilarum uſu, cujuſmodi ſunt a Boſio deſcriptæ, ſola diſſeminandi ignis facultate æſtimentur, militiæ noſtratis tubæ igneæ ipſiſſimæ ſunt phalaricæ, non arcu emiſſæ, ſed manu conjectæ. Vide *Phalarica*. Quod enim tubo potius, quam aliter diſpergatur ignis, leviſſimum inter utramque machinam reor eſſe diſcrimen. Quod attinet ad etymon tubarum ignearum, exiſtimo vulgo appellari *trombe* haud ſane a tuba Latinorum, & Italorum *tromba*, quæ muſicum eſt inſtrumentum. Nam licet tuba ſit ad formam tubi, inęqualis tamen illa eſt, & in amplum repandumque orificium a gracili tenuique fiſtula deſinit. Appellatur autem *tromba* a ſimilitudine hydraulici inſtrumenti, quod conſtat tubo ęquali, quoque, emboli beneficio, aqua in puteis degens ſurſum attrahitur; quod inſtrumentum Italis *tromba* nuncupatur. Appoſite verò eadem appellatione notarunt inventores tubum haurientem aquas, & tubum flammas ejicientem. Hinc non ſatis apte hæc organa Latine vocantur tubæ igneæ, quæ potius Anthliæ igneæ, ſed melius tubi flammiferi, vel flammivomi nominarentur. Nos vulgi appellationem ſequuti Tuhas igneas vocavimus. Vide *Syphones*, & *Pila ignea*.

Tubator, oris. Qui tuba canit. Sanut l. 2. part. 4. *Quatuor Tubatores, Tibicines, Tibiatores, & qui ſciunt pulſare nacheras.*

Tubicen, inis. Qui tuba canit. In vetuſtiſſimis Iſidori exemplaribus legiſſe ſe tradit Salmaſius Tubices pro *Tubicines*, ſicut Cornices, pro *Cornicines*. Id porrò licet mendoſum facilè fuerit, non eſt tamen prætermittendum, aut diſſimulandum. Vide *Æneatores*. Italis *Trombettino*. Matthæus Villani lib. 9. cap. 54. *Intra i quali fù un trombettino del noſtro Comune, il quale ſonando fù di ſactta, che venne dalle mura, ucciſo.* Item *Trombettiere*, *Trombadore*, *Trombetto*, *Trombetta*. Poſtrema hæc dictio tam tubicinem, quàm tubam ipſam ſignificat. Joannes Villani lib. 10. cap. 55. *Fece ſuonare trombe e trombette; e mandò bando che ogni huomo cavalcaſſe verſo &c.* Matthęus Villani lib. 1. cap. 37. *E per ſegno di ciò li mandò il guanto per lo ſuo trombetta.*

Tubiluſtrium, ii. Feſtum, ſive certus apud Romanos dies, quo tubę luſtrabantur. Id autem fiebat in Atrio Sutorio, ut docet Varro. Ovid. Faſt. l. 5.

Proxima Vulcani lux eſt: Tubiluſtria dicunt.
Luſtrantur puræ, quas facit ille, tubæ.

Tubruci. Vide *Hoſæ*.

Tubus, i. Plin. l. 16. cap. 42. *Alni ad aquarum ductus in tubos cavantur.* Canalis, fiſtula, concava & teres. Poſt inventas machinas tormentarias majores minoreſque, vi pulveris globulos plumbeos ejaculantes, tranſiit hęc vox ad eaſdem fiſtulas tormentarias ſignificandas.

Tubulus, i. Propriè canaliculus ſeu fiſtula minor. De minoribus fiſtulis tormentariis aptè dicitur. Varro l. 1. de re Ruſtic. *Demittunt in tubulos fictiles.*

Tufa, æ. Memoratur apud Bedam lib. 2. Hiſt. cap. 16. ubi tradit, Eduinum Regem cum ſplendore & pompa regia militari, etiam pacis tempore, incedere conſueviſſe: *Nec non & incedente bello ubilibet per plateas illud genus vexilli, quod Romani Tufam, Angli appellant Tuuf, ante eum ferri ſolebat.* Tufam dixit pilam, quam erigere ſolebant in haſtis etiam Romani pro ſigno militari, ad demonſtrandum ipſorum armis fuiſſe domitum orbem terrarum. Habemus id expreſsè apud Iſidorum per hæc verba: *Pilam in ſigna conſtituiſſe fertur Auguſtus, propter nationes ſibi in cuncto orbe ſubjectas, ut magis* (correctiùs alii legunt *malis*, ideſt *pomis* rotunditate ſua orbis figuram referentibus) *figuram orbis oſtenderet.* Ex ſupra memorato Bedæ loco meritò opinatur doctiſſimus Lipſius lucem ſe aſpergere poſſe illis Vegetii verbis lib. 3. cap. 5. ubi agit de ſignis militaribus: *Aquilæ, Dracones, Vexilla, Flammulæ, Rufæ, Pinnæ.* Ubi expuncta voce *Rufæ*, poſt adiectam interiectionem, ſuſtituit *Tufæ*. Salmaſius tamen in Lampridium vocem *Tufa* trahit ex Græco, eaque ſindonem aut velum ſignificari docet. Sed ecce tibi alium in ſcirpo nodum ex Byzantinis Scriptoribus, apud quos crebra tufarum mentio. Scribit Curopolata, tuſam fuiſſe ornamentum, a Deſpotarum equis in capite geſtari ſolitum. Quem autem ibi locum habeat vexillum cum pila? Ut rem ferruminent, confugiunt Macri Fratres ad parvula quædam vexilla cuſpidata, & pyramidalia, quæ flammulæ ipſis dicuntur: cujuſmodi ſunt quæ Romæ verſicolorata inſpicimus in cuſpidibus lancearum, quas geſtant Equites Pontificii levis armaturæ, *Cavalli leggieri*. Atqui vexilla primùm illa non ſunt Veterum flammulæ, ut ſuo loco indicavi. Nec verò ipſis demum Macris ſatis probatur parvula illa vexilla præferri equinis frontibus ſine incommndo. Apicem galeæ ex plumis confertum alii exponunt. Rem perquam implexam extricare conatur Menagius Origin. Ling. Italic. in voce *Ciuffo*, ubi vocis Tuſæ etymon trahit a Græco vocabulo τύφη, quod herham ſignificat, quæ in apice bacillum oſtentat ſeu radiolum lanuginoſa ornatum pila: Italis *Mazza ſorda*; quoniam lanugo illa, ut ſcribit Matthiolus in Dioſcoridem, in aures decidens ſurditatem inducit. Ad hujus facile lanuginoſi cauliculi ſimilitudinem dictas coniicio tuſas; ſive illæ ſint globi vel pilæ inauratæ in vexillis, ſive item pilæ præfixæ in haſta ſimplici, ſine ullo velamine, ut plane fuerint in genere ſignorum, non vexillorum, cujuſmodi geſtari ſolita ante Imperatores & Duces primarios docemur ex numiſmatis & anaglyphis. Nec porrò aut peregrinum, aut abſurdum fuerit, eodem tuſæ nomine indicari plumeos ſuggeſtus in militum galeis, atque adeo ſimilia ornamenta in equorum fronta-

li-

Google

ſervabatur Tumultu decreto, erat Juſtitium indicere. Vide quæ diximus in voce *Juſtitium*. Ipſum porrò Juſtitium ceſſabat pacatis rebus, & amoto metu. Liv. lib. 3. *Quod neceſſe erat in tanto Tumultu, Juſtitium per aliquot dies ſervatum; inde Romam reditum eſt, Juſtitium remiſſum*. Et lib. 10. *Supplicationes ob rem bene geſtam Conſulum nomine decernunt. Juſtitium remittitur*. Poteſtas iodicendi ſumultum penes Senatum erat: indicebatur autem a Dictatore, vel Conſulibus, durabatque pro præſentis periculi tempore. Qui verò ducturus erat exercitum, ut patriç ſubveniret, pergebat in Capitolium, & delectu ſubitario cogebat militem, duo efferens vexilla ex arce Capitolina, alterum punicei ſive rubri coloris, quo alliciebantur pedites; alterum cærulei, quo equites evocabantur. Opportunus autem color equitibus invitandis cæruleus viſus eſt, quoniam is eſſet maris color, cujus Deus Neptunus primus equi fuerit repertor. Poſtremò qui vexilla eduxerat, illa addebat verba: *Qui Remp. vult eſſe ſalvam, me ſequatur*. Quæ voces ſtudioſiſſimos quoſque publicæ ſecuritatis ex omni ordine concitabant. Videri poſſet ea formula ſimilis verbis Moyſis Exod. 32. *Stans in porta caſtrorum, ait. Siquis eſt Domini, jungatur mihi*. Obſerva demum, Virgilium lib. 8. ad Tumultum reſpexiſſe verbis illis:

Extemplò turbati animi, ſimul omne tumultu
Conjurat trepido Latium.

Vide *Conjuratio*.

Tunica, cæ. Trahunt aliqui hanc vocem ex origine Syriaca, alii ex Punica, quidam ex Græca. Simpliciùs & verius Varro lib. 4. de L. L. *Tunica a tuendo corpore*. Idem aliam originem indicat ab inducendo, ut Tunica dicatur quaſi Intuca, nulla non remanente litera, ſed duobus tantum tranſmutatis. Piget referre quod ſcribit Iſidorus: *Tunica quaſi Tonica, quia homine incedente edit tonum, ideſt ſonum*. Veſtimentum fuit proprium virorum, ut ſtola fœminarum. Interius etiam illud & carni proximum, cui ſcilicet toga, vel pallium, aut ſuperior alia injiciebatur veſtis. Unica Romanis olim fuit tunica. Varro apud Nonium: *Mihi puero modica una fuit tunica*. Vetitum hinc Apoſtolis a Chriſto Domino duas geſtare tunicas Matth. 10. Binas poſtea habere cœperunt; inſtitueruntque vocare ſubuculam & induſium, ut idem teſtatur Varro. Auguſtus tamen legitur apud Sveton. tunicas omninò quatuor per hyemem induiſſe. Sic enim memoratus ſcribit Hiſtoricus in ejus vita cap. 82. *Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & ſubucula, & thorace laneo, & fœminalibus, & tibialibus muniebatur*. Ubi nota, ſubueulsm ſejunctim poſitam a quatuor tunicis, quod pugnare videtur cum verbis Varronis ſuperiùs commemoratis. Erat autem veſtis ſine manicis; quæ nonniſi valeſcente poſtea luxu inductæ ſunt. Obiicit id Cicero Catilinæ ſociis Orat. 2. quos *pexo capillo nitidos, manicatis & talaribus ac tritis tunicis* vocat. Gellius lib. 7. cap. 12. docet, Romanos antiquitùs non habuiſſe tunicas, ſolâque amictos fuiſſe togâ. Inductas poſtea quidem tunicas, verùm ſubſtrictas breveſque, & citra humerum deſinentes. Addit Scipionem Africanum P. Sulpicio Gallo, homini delicato, inter reliqua objectaſſe, quod uteretur tunicis, quæ brachia & manus totas contegerent. Eas porrò tunicas manicatas, ſeu manuleatas Græci dixerunt Chirodotas, quæ vox in Latium etiam tranſiit. Id verò eſt, quod Numanus Trojanis objectat in contumelioſa illa oratione apud Virgil. lib. 9.

Et tunicę manicas, & habent redimicula mitrę.

Nimirum locutus eſt Poeta more Romano, atrocemque ignominiam, dedecus, & flagitium agnovit in tunicis manicatis. Ex eodem Virgilii loco coniicit Cerda Phrygum inventum fuiſſe tunicas. Quod utique magis confirmat verbis Propertii lib. 2. Eleg. 2.

Cedite jam Divæ, quas paſtor viderat olim
Idæis tunicam ponere verticibus.

In quibus verbis illud etiam noto, tunicas fœminis attributas: verùm pro poetica id libertate, & ad carminis opportunitatem factum. Ut autem fuerit tunica omnis generis hominum operimentum; liquidum tamen eſt ad viros militares non vulgarem in modum ſpectaſſe. Ut enim præteream dicere de tunica palmata, quæ peculiaris triumphantium fuit, & de qua abundè a nobis eſt diſputatum ſuo in loco; conſtat Lacedæmonios veteri inſtituto puniceis tunicis fuiſſe uſos in prœlio, ad manantem e vulneribus ſanguinem occultandum, ne eo viſo hoſtibus animus augeſceret. Ad eundem modum tunica purpurea haſtæ ſublata, pugnæ ſignum ab Antigono datum fuit, ut narrat Plutarchus in Philopœmene: ſicut ejuſdem coloris ſublatum ſagum expanſumque pro ſigno proximę dimicationis habebant Romani, ut idem Scriptor teſtatum reliquit in vita Fabii & Pompeii. Iſidorus etiam ſcribit, ruſſatam, ideſt rubei coloris tunicam adhibuiſſe Romanos milites ſub Conſulibus; atque exinde militum ruſſatorum nomen increbuiſſe. Licet non deſint, qui ruſſatam non de tunica, ſed de rubeo vexillo exponant, ut nos notavimus in voce *Ruſſata*. Expreſsè autem ruſſatę tunicę meminit Trebellius in Claudio: *Tunicas ruſſatas militares annuas, ſagochlamydes annuas duas*. Quod autem hic & ſepe aliàs apud Veteres dicitur de ruſſatis, aut rubeis militum tunicis, minimè eſt confundendum cum tunica Imperatorum purpurea: longè enim alius eſt rubeus color, ac blatteus, quique purpuræ ſanguine, vel infecturâ deſignatur. Imò ubi legitur apud Vopiſcum in Aureliano, donatos fuiſſe milites tunicis purpureis, intelligas id figuratè ſcriptum, & purpureas pro rubeis poſitas, conſueta Hiſtoricorum libertate, quæ ad Poetarum locutionem, ut non ſemel docui, proximè accedit. Licet autem Salmaſius in Trebellio & Vopiſco multus ſit in aſſerenda militibus ruſſata tunica, Ferrarius tamen de Re veſtiaria p. 2. lib. 3. cap. 14. nbnixè contendit, ruſſatas militum tunicas fuiſſe rem novitiam, nec cognitam niſi in extremo flexu Romani Imperii. Albas nimirum gregariorum militum fuiſſe tunicas, Imperatorum verò purpureas opinatur: ruſſatas autem veſtes non militum, ſed agitatorum in Circo peculiares fuiſſe, & ah ejus coloris factione ſic appellatas. Abundè fuerit paucula hæc delibaſſe de tunica militari. Nam de urbana, quæ ab omni ferè Romanorum omnium conditione ſtatuque eſt uſurpata, conſulendi ſunt Scriptores, qui rem veſtiariam compoſito ſtudio operosèque tractarunt.

Turba, æ. Multitudo, a commotione, vel pertur-

res quatuor, quas Herodes ædificaverat. Pſephina una dicta, quæ ſeptuaginta cubitis eminebat: & ex qua, Sole orto, Arabia proſpici poterat, & ipſum mare. Octangula ſtructa erat. Huic ex adverſo Hippicos, dicta de nomine cujuſdam amici Regis; & juxtà Phaſelos, & Marianne; illa in fratris, hæc in conjugis memoriam, & nomen dedicata. Hę magnitudine, pulchritudine, firmitate, omnibus, quę toto orbe ſunt, pręſtabant. Hippicos quidem quadrangula erat, & quiſque angulus viginti quinque cubitorum, altitudo triginta: ſed hęc omnia ex ſolido, & nihil inane ſupra ſoliditatem, & ſaxis illam adunatam compagem: imbribus excipiendis puteus erat altus cubitos viginti. Super iſtum duplici tectô domus, vigintiquinque cubitos alta, & in varia membra diviſa. Iterum ſuper eam propugnacula & pinnæ ad quinque cubitos. Atque ita tota altitudo, cubiti octoginta. Tertia Phaſelos lata ac longa fuit æqualiter, cubitos quadraginta. Totidem cubitorum, denſa & ſolida ejus altitudo. Super eam porticus ambibat, alta decem cubitos, loricis & propugnaculis inſtructa: Inque eâ mediâ, turris alta aſſurgebat in membra magnifica, & balneum diviſa: ut nihil a Regia penè differret. Suprema ejus loricis & pinnis, ſicut ipſa porticus, ornata. Tota altitudo, cubiti nonaginta. Et referebat ſpecie turrim, quæ Pharus dicitur, & apparet Alexandriâ navigantibus. Quarta Marianne, viginti cubitis ſolida fuit, totidemque lata & longa. Supernam autem ædificationem longè magnificentiorem, & diſtinctiorem aliis habebat; decorum cenſente Rege, ut ea, quæ ab uxore & fœmina diceretur, ornatior comptiorque virilibus illis eſſet. Hujus altitudo omnis quinquaginta quinque cubiti. Sed altiores etiam multò videbantur omnes hę turres ob loci ſitum. Nam murus ipſe, in quo erant, in colle fuerat conditus: atque is collis eminebat ad cubitos triginta. Mirabilis & lapidum moles. Non enim ex lapide vulgari, aut ſaxis, quę homines ferrent, ſtructę erant, ſed à candido marmore: quodque ſaxum viginti cubitis longum, decem latum, quinque altum. Ita autem juncta erant, ut unum ſaxum omnia viderentur, ſed manu artificum in angulos & figuras diviſa. Pręclariſſimum hoc ſpecimen turrium lapidearum ex Joſepho edidiſſe ſit ſatis.

3. Ex allato Joſephi teſtimonio habes inſuper turribus, quæ per certa murorum intervalla diſtribui ſolebant antiquitùs, inditas fuiſſe appellationes illuſtres ab eorum nominibus, qui conſanguinitate vel neceſſitudine iis eſſent conjuncti, quorum imperio eædem condebantur. Intelligis id ex Herode qui ex Hippico familiari, & Phaſelo fratre & ex conjuge Marianne tres urbis Hieroſolymæ turres nuncupavit. Retinet eum morem recens militia, quæ conſpicuis ad eandem formam nominibus frequenter notat valla ſeu propugnacula urbium munitarum, quæ vallorum munitiones reſpondent turribus Antiquorum. Addo eundem Herodem ab Antonio Duce Romanorum nomen feciſſe turri ad ejuſdem ſacræ urbis templum, ut idem Joſephus teſtatur l. 15. c. 14. *Herodes hanc quoque turrim munitiorem reddidit ad tutelam Templi, & in memoriam amici ſui Romanorum Imperatoris Antonii vocavit Antoniam.* Et infra: *Cæterum Rex inter alia Templi opera etiam cryptam fecit ſubterraneam; ab Antonia ferentem ad Orientalem portam Templi, cui turrim etiam impoſuit in eum uſum, ut occultè illinc poſſet aſcendere, ſiquid per tumultum contra Regem vellet novare populus.* Retulit id Torquatus Taſſus Gieruſ. c. 10.

Cavò queſta ſpelonca, allor che porre
Volſe freno a i ſuggetti il Re ch'io dico,
E per eſſa potea da quella torre,
Ch'egli Antonia appellò dal chiaro amico,
Inviſibile a tutti il piè raccorre
Dentro la ſoglia del gran tempio antico;
E quindi occulto uſcir de la Cittate,
E trarne genti & introdur celate.

4. Neque verò in mœnibus ſolum ad certa intervalla diſpoſitæ fixæ turres viſebantur; verum etiam in aliis paſſim locis apud cultiora oppida, & civitates. Nobiliores quaſdam in Germania recenſet Hoſmannus. Celeberrimæ in Italia ſunt Bononienſis, quæ vulgò Aſinellorum, & *Cariſenda* dicitur, admirabili artificio ſic extructa, ut inclinata ruinam minitari videatur. De ea ſic Dantes Infern. Cant. 31.

Qual pare a riguardar la Cariſenda
Sotto'l chinato, quando un nuvol vada
Sovr'eſſa sì che della incontro penda.

Adhuc etiam magis proclivis ac propè caſura cernitur Piſana turris campanaria, ad cujus faſtigium aſcenditur ſcala cochlide ſive ſpirali, perpetuo columnarum ordine conveſtita. Sed longè præſtantiſſima eſt, quæ incredibili admiratione ſpectatores Florentiæ detinet ad D. Reparatæ, quod eſt templum ejus urbis maximum. Ipſa verò turris ampliſſima & quadrilatera, varietate marmorum, ſculpturiſque ſpectabilis. Sed & apud Veteres præcipuè celebritatis fuit turris Athenienſis, ædificata ab Andronico Cyrreſte. Ea erat octogona: & in ſingulis angulis ſive lateribus totidem exhibebat ventorum exculpta ſimulacra, cum appoſita ſupra metam effigie ænei Tritonis, ad omnem auram verſatilis, virgaque exporrecta ventum, qui flaret, deſignantis. Prototypon hoc fuiſſe exiſtimaverim, ad cujus exemplum aliæ turres, cum diverſimodis argutiſſimiſque ventorum indicibus excogitatæ ſunt poſtea conditæque. Omnium tamen antiquiſſimam fuiſſe conſtat turrim Babel, cujus exædificatio divinitus impedita fuit confuſione linguarum, quæ tamen ipſa ad incredibilem humani generis utilitatem ceſſit. Propagata ſiquidem hoc pacto idiomata, & pro numero gentium ac populorum varias exortas inductaſque linguas arbitrantur & docent Sacrorum voluminum Interpretes ad Geneſ. cap. 11. Ejus porrò turris adhuc reliquias quaſdam & rudera extare, quæ ad juſti montis altitudinem exſurgant, authores ſunt non pauci Itinerariorum Scriptores. Ex quibus cognoſces, non abſurdè Poetas Cybele, ſeu Berecynthiæ, quæ apud ipſos Terra eſt, coronam attribuiſſe, turribus prææltis conſtructam; illud nempe ad præclariſſimum terræ ornatum aſſumentes, quod in terra firmiſſimum, ac prope perpetuum eſſet. Hinc Lucretius de Cybele lib. 2.

Muralique caput ſummum cinxere coronâ;
Eximiis munita locis quia ſuſtinet urbes.

Hanc matris Deorum prærogativam imitatæ illicò ſunt matronæ nobiles, quæ ſic capillos ornarunt, ut circumvoluti illi ductique in ſpiram turriculas quaſdam mentirentur. Id docet Varro

de L. L. lib. 6., & indicat Juvenalis Satyr. 6.

tot adhuc compagibus altum

Ædificat caput.

Et Stat. l. 1. Silv.

celſæ procul aſpice frontis honores,

Suggeſtumque comæ.

Et apertiſſimè Lucanus.

Turritâque gerens frontem Matrona coronâ.

A fœminis idem viros addidiciſſe non dubito, præſertim apud populos Orientis, qui prælongis ſubtiliſſimis carbaſis in coronam ſpiralem exædificatis ac turbinatis capita contegunt: ut incertus animi ſim, a turrine potiùs, an à turbine vera ſit origo & etymon vocis *Turbante*. Cæterum turrium inventum ad Cyclopes retulit Plinius lib. 7. cap. 56. Sunt tamen, qui fixarum & lapidearum turrium inventores faciant Tyrrhenos. Qua de re vide Turnebum Adverſar. lib. 82. cap. 46. & Cœl. Rhodigin. lib. 6. cap. 18. Turris Italis *Torre*, & quæ grandior eſt *Torrione*. Bern. l. 1. Cant. 15.

E rovinato il moſchio e'l torrione.

Turris exigua *Torricciuola*, *Torricella*: Guid. G. *Nella ſommitade della qual lancia pareva che foſſe una torriciuola, tutta artificioſamente compoſta di peſci.* Vegez. *E quando la torre al muro ſi giugne, ſubitamente la torricella, che dentro hanno fatta, sù la tirano con funi.* Turris exigua, compacta ruditer. *Torricellaccia*, *Torracciaccia*. Vit. S. Ant. *Poſcia ſi ricoverava in quella ſua torricellaccia.* Eadem vita: *Un vecchio Torriere, che habitava in una torracciaccia in riva del Nilo.* Turris cuſtos: *Torrigiano*. Com. Inf. 8. *E potrebbeſi dire che 'l ſegno è fatto dalli Torregiani, a guiſa, che ſi fà quì nella terra di guardia.* Turris habitator: *Torriere*: Petrarca:

E le torri ſuperbe al ciel nemiche,

E i ſuoi Torrier di fuor, come dentro arſi.

Turricula, æ. Parva turris. Et in foro quidem bellico peculiari nomine ita audit turris exemptilis, quæ ex majori turri producitur ad infeſtandos hoſtes. Veget. l. 4. cap. 19. *De tabulatis intrinſecùs faciunt turriculam, & cum muris fuerit machina ſociata, ſubito funibus trochleiſque de medio turricula illa producitur.*

Turres maritimæ. In duplici genere conſiderantur. Primæ ſunt, quæ ad maris oras, & quandoque etiam fluviorum ſolent extolli ad miniſterium prælucendi, naveſque ex alto dirigendi, nocturnis luminibus edoctas, quas potiſſimum terras apprehendere debeant. Equidem iſtæ licet munimentis non careant, & firmo plerunque opere ſint extructæ, ad pacem tamen potiùs atque ſecuritatem invitant, quàm bellicis operibus terrori ſint atque formidini contuentibus. Sic autem fabricari eas oportet, ut ex ſummo ipſarum apice, ubi ad prælucentis faeis cuſtodiam ſpeculare thoraeium, ſive inſpectorium cryſtallinum tollitur, & proſpici ipſæ eminus poſſint, & quamlatiſſimè ex ipſis obtutus poſſint agere in aquarum remotiſſima exploratores ſive ſpeculatores, qui inde eminus dignoſcunt navigia ad litus approperantia. Hæ turres, recepto jam apud omnes ferè gentes vocabulo, Phari appellantur, vulgò *Fanali*. Id nominis ſortiuntur a Pharo inſula prope Ægyptum, quæ ponte Alexandriæ fuit conjuncta, ut ſcribit Plinius: quæque poſtea peninſula, & continenti Alexandriæ adnexa mirabilem efficiebat portum, de quo Lucanus l. 10.

Tunc clauſtrum pelagi cæpit Pharon: inſula quondam

In medio ſtetit illa mari, ſub tempore vatis

Proteos; at nunc eſt Pellæis proxima muris.

Ibi verò inſigni altitudine turris fuit condita, ad nocturnas navigationes, beneficio accenſæ faeis dirigendas. Illud inventum primus excogitavit Soſtratus Gnidius, qui Ptolemæi Philadelphi tempore prædictam turrim fabricavit, proprium que in ea nomen inſculpſit. Hinc Propert. lib. 2. Eleg. 1.

Et Ptolemææ littora capta Phari.

Ab hac itaque Pharo memoratas ſpeculas in portubus, aliiſque maritimis locis Pharos eſſe appellatas ſcribit Solinus. Ejuſmodi Pharos celebriores enumerat Fortunius Licetus de Lucernis lib. 6. cap. 98. De iiſdem Plin. lib. 36. cap. 12. *Uſus ejus nocturno navium curſui ignes oſtendere, ad prænunciando vada portuſque introitum; ſicut jam tales pluribus locis flagrant, ut Puteolis, ac Ravennæ.* Eas hodie populari voce dicimus *Lanterne*. Ad aliud genus turrium maritimarum pertinent, quæ munitiorem firmioremque ſtructuram habent, cum aliquot cuſtodibus aut præſidiariis, coactâque armorum & machinarum copiâ ad brevem ſaltem defenſionem. Harum uſus eſt ad ſignificandum ſublatis ignibus fumoque in altum evoluto approperantes ex alto naves hoſticas, vel piraticas. Per certa verò ſpatia ſic extrui ſolent ad oras maris, ut pari ferè intervallo aliæ ab aliis diſtent, eâ inter omnes longitudine, ut ſingulæ proximiores ſignificatione ſublati ignis ſic edocere poſſint, ut ex una in aliam didito flammarum fumique indicio, breviſſimo temporis ſpatio per omnes portus, urbeſque maritimas certiores populi fiant de adventu navium hoſtiearum. Summæ hujuſmodi inventum ad tutelam urbium eſt utilitatis & fructus. Nam ſæpiſſimè contigit, ex una turri gradatim in alias fumi ignîſque indicio permeante, perbrevi tempore plures urbes obarmari, expedirique cum milite naves ad invadendum hoſtem: portus verò ipſos expectatione periculi validiùs communiri. Vide quæ diximus in dictione *Ignis Caſtrenſis*, & in voce *Speculo*.

Turres mobiles, Ambulatoriæ, Cuneiles. Vide *Turres Oppugnatoriæ*.

Turres cum trophæis. Conſtructas turres, eiſque hoſtilia ſpolia impoſita diſcimus a Floro lib. 3. *Domitius Ænobarbus, & F. Maximus ipſis, quibus dimicaverant, locis ſaxeas poſuere turres & deſuper exornata armis hoſtilibus tropæa fixere.*

Turres Elephantum. Vide *Elephas*.

Turres fixæ obsidionales. Memorantur apud Cæſarem in admirabili oppugnatione Alexiæ: *Et turres toto opere circumdedit, quæ pedes octoginta inter ſe diſtarent.* Eas turres ad interiorem & exteriorem munitionem caſtrenſem adjecit Cæſar, additis præſidiariis, qui illas & alia aggerum opera tuerentur. Quoniam verò agger, ſeu munitio interior ambitum undecim milliarium continebat, in eo aggere palam eſt turres fuiſſe ſeptem & octoginta ſupra ſexcentas. In ambitu verò exteriore, qui milliaria quatuordecim explebat, adhibita proportione, conſtat fuiſſe turres quatuor & ſeptuaginta ſupra octingen-

gentas. Appianus etiam, ubi deſcribit obſidionem Peruſiæ, Duce Octaviano Cæſare, mille & quingentas ejuſmodi turres fixas cum præſidiariis enumerat. Equidem fixæ iſtæ turres depreſſiores aliquanto quàm mobiles, minuſque operoſæ erant; utpote quæ non murorum urbanorum altitudinem ſuperare debebant, ſed aggeres caſtrenſes, qui muris urbanis utique depreſſiores erant: nec inferendam in arces vim militum continebant, ſed eos ſolos præſidiarios, qui ad cuſtodiendum ſpatium ſingulis turribus interpoſitum ſatis eſſent. Nihilominus expendenti numerum turrium, & militum illis incluſorum inde etiam innoteſcet Romanæ potentiæ prodigioſa quædam & planè formidabilis magnitudo. Vide earum turrium delineationem in ſchemate Alexiæ obſeſſæ, quod exhibet Lipſius Poliorc. lib. 2. Dialog. 2.

Turres oppugnatoriæ. Mobiles ſunt, ligneæ, & curules: ad maturandam expugnationem arcium excogitatæ a Veteribus, meliùs ignorantibus organa metallica recentis militiæ, cujus beneficio fuſiles tubi ænei fulminates derident immanes illas & nimio impendioſas molitiones turrium antiquarum. Has nonnulli tradunt a Polydo Theſſalo inventas, eaſque primum adhibuiſſe Philippum Regem Amyntæ filium in obſidione Byzantii. Verum Diodorus Siculus l. 20. ſcribit eas prodiiſſe ad Uticam Agathoclem, Pœnoſque captivos in ipſa turri ſuſpendiſſe, ut eorum ratione habita in eam hoſtes jacula non dirigerent. Ejus deſcriptionem & uſum Vegetius l. 4. c. 17. tradit per hæc verba: *Turres dicuntur machinamenta, ad ædificiorum ſpeciem tabulis tabulatiſque compacta. Et ne tantum opus hoſtili concremetur incendio, diligentiſſimè ex crudis coriis vel centonibus communitur, quibus pro modo altitudinis additur latitudo. Nam interdum tricenos pedes per quadrum, interdum quadragenos, vel quinquagenos latæ ſunt. Proceritas autem ipſarum tanta ſit, ut non ſolùm muros, ſed etiam turres lapideas altitudine ſuperent. His plures rotæ mechanica arte ſubduntur, quarum lapſu volubili magnitudo tam ampla moveatur. Præſens autem periculum civitatis eſt, ſi ad murum fuerit turris admota. Plures enim accipit ſcalas, & diverſo genere conatur irrumpere. Nam in inferioribus habet arietem, cujus impetu deſtruit muros. Circa mediam verò partem accipit pontem factum de duobus trabibus, ſeptumque de vimine, quem ſubito prolatum inter turrem murumque conſtituunt, & per eum egredientes de machina bellatores in civitatem tranſeunt, & occupant muros. In ſuperioribus autem turris illius partibus contati & ſagittarii collocantur, qui defenſores urbis ex alto contis, ſoxis, miſſilibuſque proſternant.* Vitruvius etiam lib. 10. hæc habet de illis ex Diade, qui Scriptor fuit & machinarius Alexandri Macedonis, ut docet Hero de Machinis bellicis non uno in loco: *Turrem minimam ait fieri oportere, ne minus altam cubitorum lx. latitudinem xvij. contracturam autem ſummam, imæ partis quintam. Arrectaria in turris imo dodrantalia, in ſummo ſemipedalia. Fieri autem ait oportere eam turrim tabulatorum decem, ſingulis partibus in ea feneſtratis. Majorem verò turrim altam cubitorum cxx. latam cubitorum xxiij. contracturam item ſummam quinta parte. Arrectaria pedalia in imo, in ſummo ſemipedalia. Hanc magnitudinem turris faciebat tabulatorum xx. cum haberent ſingula tabulata circuitionem cubitorum ternûm, tegebat autem coriis crudis, ut ab omni plaga eſſent tutæ.* Ex his habes modulum majoris minoriſque turris a Diade excogitatæ. Mediæ magnitudinis alteram ex eodem Diade deſcribit Hero de Machin. bellic. cap. 13. *Minores quidem turrium lx. cubitorum in altitudine faciebat: baſim quadrabat, unumquodque latus xvij. cubitorum: decem tectorum faciebat: ſupremum tectum quintam partem baſis habebat. Majores autem, & harum ſeſquialteras, quindecim tectorum faciebat, in altitudine cubitos xc. Iterumque duplas, quæ viginti tectis conſtarent, altas cubitos cxx. latas quaquaverſum ferè xxiiij.* Mobilis hujus, ſive ambulatoriæ turris Diadeæ picturam oculis obiicit Steuvechius ad Veget. lib. 4. cap. 17. Aliæ etiam apud alios Scriptores leguntur eximia proceritate turres mobiles, quæ tam muros ipſos civitatum, quàm earum turres lapideas ſuperarent. Imitabantur omninò magnitudine & ordinibus urbana ædificia. Nam interdum decem contignationibus erant extructæ; ſuſpenſoſque intus habebant arietes, quos in hoſtium muros impellerent.

2. Pontibus etiam erat locus, quos in eoſdem muros demitterent; atque adeo ſcalis, quas confeſtim expedirent & iniicerent. In ſuperioribus verò partibus contati & ſagittarii collocabantur, qui ex muris defenſores proturbarent. Agebatur admirabile machinamentum ſubjectis rotis, quæ a militibus ferè quinquaginta intus latentibus promovebantur. Præcedebant vineæ aliæque machinationes tectoriæ ſub quibus foſſores ligonibus raſtriſque æquabant ſolum, humum ſolidabant, viamque præmuniebant machinæ appropinquanti. De pontibus, qui e turribus in muros ſolebant deiici Hircius lib. 8. Belli Gallici. *Turres crebras excitari in altitudinem trium tabulatorum, pontibus trajectis conſtratiſque, quorum frontes viminea loriculâ munirentur.* Video hunc Hircii locum explicari etiam poſſe de pontibus ad uſum militum intus commeantium ſtructis. De ponte miſſili in muros apertiùs loquitur Vegetius lib. 4. cap. 17. exhibetque Steuvechius ibidem deformationem turris Vegetianæ cum miſſili protruſo ponte. Neque ſolum magnas armatorum manus ex hujuſmodi turribus pugnaſſe compertum eſt, verùm etiam omnis generis machinas ibidem fuiſſe diſpoſitas. Liv. lib. 31. *Ipſe Annibal, quà turris mobilis omnia munimenta urbis ſuperans agebatur, hortator aderat. Quæ cum admota, catapultis baliſtiſque per omnia tabulata diſpoſitis muros defenſoribus nudaſſet, &c.* Hæc atque talia reputantibus non admodum demirari continget immenſum hoſtibus metum ex iis turribus, perculſis rei novitate, fuiſſe ſemper incuſſum. Galli certe, cum eminùs viderent in Cæſaris caſtris turrim conſtrui, irridebant e muris increpitabantque labores irritos, & machinam inanem futuram. Eâ verò cum appropinquaret inſpectâ, molem prodigioſam ſic obſtupuere, ut legatos ad Cæſarem de pace miſerint, addentes illa verba, quæ apud Cæſarem referuntur lib. 2. belli Gallic. *Non ſe exiſtimare Romanos ſine Deorum ope bellum gerere, qui tantæ altitudinis machinationes tanta celeritate promovere, & ex propinquitate pugnare poſſent.*

Similis fuit Sveſſionum ſtupor apud eundem Cæſarem lib. 2. Bell. Gallic. *Celeriter vineis ad oppidum actis, aggere jacto, turribuſque conſtitutis, magnitudine operum, quæ neque viderant antea Galli, neque audierant, legatos ad Cæſarem de deditione mittunt.* Similia penè habet Curtius lib. 8. de Indorum ſtupore conſpectis turribus Alexandri: *Præcipuè rudes talium operum terrebant mobiles turres, tantaſque moles nulla ope, quæ cerneretur, adjutas, Deorum numine agi credebant.*

3. Occurrunt etiam frequenter apud antiquos Hiſtoricos turres, non integrâ erectâque mole, ut ſuperiùs memoratæ, ſed ſolutiles & plicatiles; quæ ſcilicet per partes explicabantur, cumque in uſu non eſſent, reponebantur. Meminit illarum Appianus lib. 5. Bell. Civil. *Tale aliquid ſpectans Caſſius, tulerat ſecum turres ſolutiles, quæ tunc repoſitæ & erectæ ſunt.* Hoc genus non modò in exercitu circumvectabant; verùm etiam adhibebant in pugnis navalibus, ut præclaro teſtimonio docet Cæſar lib. 1. Bell. Civil. *Alias deinceps pari magnitudine rates jungebat. Has terrâ atque aggere contegebat, ne aditus atque incurſus ad defendendum impediretur: a fronte, atque ab utroque latere cratibus, ac pluteis protegebat. In quarta quaque earum turres binorum tabulatorum excitabat, quo commodius ab impetu navium incendiiſque defenderet. Contra hæc Pompejus naves magnas onerarias, quas in portu Brunduſino deprehenderat, adornabat. Ibi turres cum ternis tabulatis erigebat, eaſque multis tormentis & omni genere telorum completas, ad opera Cæſaris appellebat.*

4. Sed cum experientia monſtraſſet adverſus turres oppugnatorias tum mobiles, cum compactiles, nullum eſſe validius remedium ignitis jaculis facibuſque; repertum illicò eſt etiam adverſus ea arma probum munimen ex ferro, cujus metalli laminis contectas undique turres perſæpe legimus, ne injectas flammas cum damno reciperent. Ammianus lib. 19. *Erigi aggeres cœpti; turreſque fabricantur frontibus ferratis excelſæ, quarum faſtigiis balliſtæ locatæ, ut a propugnaculis depellerent defenſores.* Joſephus etiam: *Turres tres ſingulas pedum quinquaginta altas cum ſtruxiſſet, ferro undique eas texit, tum ut ſtabiliores eſſent ob pondus, tum ut igni incorruptibiles.* Quoniam verò turrium in obſidione Hieroſolymitana adhibitarum ex Joſepho incidit mentio, adducam Torquati Taſſi locum Geruſalem. Cant. 11. ubi perpetuus ille & egregius obſervator morum veterum, ad ſimilitudinem priſcarum turrium, expugnatorias alias ad eandem urbem expugnandam uſurpatas commemorat.

Tal ſaetta coſtei; Goffredo in tanto
Con nuovo aſſalto i difenſori opprime.
Havea condotto ad una porta a canto
De le machine ſue la più ſublime.
Queſta è torre di legno, e s'erge tanto,
Che può del muro pareggiar le cime:
Torre che grave d'huomini, & armata
Mobile è sù le rote, e vien tirata.
Viene avventando la volubil mole
Lancie, e quadrella, e quanto può s'accoſta:
E come nave in guerra a nave ſuole,
Tenta d'unirſi alla muraglia oppoſta:
Mà chi lei guarda & impedir ciò vuole,
L'urta la fronte, e l'un'e l'altra coſta,
La reſpinge con l'haſte, e le percote
Hor con le pietre i merli, & hor le rote.

Et iterum Cant. 18.

Coſtui non ſolo incominciò a comporre
Catapulte, balliſte, & arieti;
Onde alle mura le difeſe torre
Poſſa, e ſpezzar le ſode alte pareti;
Mà fece opra maggior mirabil torre,
Ch'entro di pin teſſuta era e d'abeti;
E nelle cuoja avvolto hà quel di fuore
Per iſchermirſi dal lanciato ardore.
Si ſcommette la mole e ricompone,
Con ſottili giunture in un congiunta:
E la trave, che teſta hà di montone,
Dall'ime parti ſue cozzando ſpunta.
Lancia dal mezzo un ponte, e ſpeſſo il pone
Sù l'oppoſta muraglia a prima giunta.
E fuor da lei sù per la cima n'eſce
Torre minor, che in ſuſo e ſpinta e creſce.
Per le facili vie deſtra e corrente
Sovra ben cento ſue volubil rote,
Gravida d'arme, e gravida di gente,
Senza molta fatica ella gir puote.
Stanno le ſchiere in rimirando intente
La preſtezza de fabri, e l'arti ignote.
E due torri in quel punto anco ſon fatte
Della prima ad imagine ritratte.

Quod autem dicit

E fuor da lei sù per la cima n'eſce
Torre minor ch'in ſuſo è ſpinta e creſce;

Id nimirum etiam antiqui eſt operis. De turricula ex majori turri protruſa ſic ſcribit Veget. lib. 4. cap. 19. *Secretò aliam de tabulis intrinſecùs turriculam faciunt, & cum muris fuerit machina ſociata, ſubito funibus trochleiſque de medio turricula illa producitur, de qua egredientes armati ſtatim capiunt civitatem.* Exemplum hujus turriculæ oculis proponit Steuvechius ad memoratum locum Vegetii.

5. Non minori adhuc tamen ſolertia atque dexteritate certatum eſt, ut exitioſis ejuſmodi turrium machinis opportuno remedio occurreretur. Immiſſi quandoque globi armatorum qui repente, per noctem præſertim, machinam coriis exuerent, tum verò igne comburerent. Adhibitæ etiam machinæ incendiariæ quę perruptis coriis & centonibus facilè tabulata turrium concremarent. Hujus generis ſunt malleoli, quod eſt genus ſagittarum ardentium, & phalaricæ, quæ ſunt haſtæ valido præfixæ ferro; ſulphure, reſina, bitumine, ſtupis etiam, atque infuſo oleo incendiario oneratæ inter tubum & haſtile. Hęc arma tabulatis defixa perrumpunt eadem incenduntque. Interdum turri mobili eminus approperante, cementis, lateribus, atque lapidibus, aut terrâ aggeſtitiâ firmata ſudibus adaucta eſt pars illa murorum, adverſùs quam calamitas feſtinabat, ut oppidana mœnia altiora fierent machina feſtinante. Prælongæ etiam trabes eidem venienti oppoſitæ ad eam propellendam. Liv. lib. 32. in obſidione Cumarum extructam memorat ab oppidanis, ſublatamque e muris aliam turrim omni telorum genere communitam, quæ contra hoſtilem advenientem ſublimiori loco dimicaret. Poſtremo per noctem nullo hoſtium ſentiente, excavatus interdum eſt, egeſtâque terrâ vacuus redditus locus ille, quò die poſtero turris erat promovenda, leviori terra, frondi-

dibus, & ramalibus oppleta ſuperficie, ut eum ad cum locum turris perveniret, immenſo ponderi cedente ſolo, irretiretur atque ſubſideret. Ea ratione holticas turres eluſiſſe Rhodios refert Vitruvius lib. 10. cap. ult. Præterea ſaxa prægrandia & molares, admotas turres vehementer infeſtant. Columnæ interdum integræ in eas devolutę, perfractis contignationibus disjectaque mole univerſa, incluſos inſuper milites contriverunt. Exemplum ejus rei memorabile legitur apud Georg. Pachym. Hiſt. Androo. l. 7. c. 19. *Hoc illi viſo, deſperantes illac ingreſſum, ad machinas moliendas animum appellunt. Constructam ergo turrim, intus ſcalam perviam, ſubjectis rotis mobilem, ex taurino exterius corio undequaque protectam, muris admovent, conſcenſuroſque in illam milites, ac per eam ſumma pinnarum urbis occupaturos, ad rem ſtrenuè gerendam adhortantes, & præmia pollicendo animant. Eminebat inter hos hortatores Pharcuda Tzimes vexillum geſtans manibus, quem arroganti ludibrio circumſtantes Siciliæ Regem prædicabant. Hujus ea cernebatur confidentia contumacis oris, ut facilè ſentires, quaſi de jam capta ipſum ſibi civitate applaudere. Manu igitur ad muri viciniam machinâ promotâ, ac fervidioribus quibuſque jam ſuper eam aſcenſu ſtrenuo ſuperatam ſtantibus, deſenſores muri longam & prægravem, ad hoc in id faſtigium ante ſublatam, deorſum columnam devolventes, turrim ſubito caſu afflictam deiiciunt, cunctoſque in ea repertos obterunt: alios quoque univerſos qui circum magno undique numero ſatagebant, pari ruina involventes.*

6. Peregrinum, &, ut cum Vitruvio loquar, Coloſſicoterum turris oppugnatoriæ genus extruxit Cæſar, ut idem memorat lib. 2. Bell. Civil. Lateritia ea erat, ſed validiſſimis firmata trabibus. Prægrandes ſtoreæ ex funibus anchorariis nexæ protegebant milites in ſummo apice decertantes. Sed præclarum inventum præſtat ejuſdem Authoris verbis exponere: *Eſt animadverſum ab legionariis, qui dexteram partem operis adminiſtrabant, ex crebris hoſtium eruptionibus, magno ſibi eſſe præſidio poſſe, ſi pro caſtello ac receptaculo, turrim ex latere ſub muro feciſſent: quam primò ad repentinos incurſus humilem parvamque fecerant. Huc ſe referebant: hinc, ſiqua major oppreſſerat vis propugnabant: Hinc ad repellendum, & proſequendum hoſtem procurrebant. Patebat hæc quoquoverſus pedes xxx. Sed parietum craſſitudo pedes v. Poſtea verò, ut eſt rerum omnium magiſter uſus, hominum adhibitâ ſolertiâ, inventum eſt, magno eſſe uſui poſſe, ſi hæc eſſet in altitudinem turris elata. Id hac ratione perfectum eſt. Ubi turris altitudo perducta eſt ad contabulationem; eam in parietes inſtruxerunt, ita ut capita tignorum extremà parietum ſtructura tegerentur; nequid emineret, ubi ignis hoſtium adhæreſceret. Hanc inſuper contignationem laterculo adſtruxerunt, ſupraque eum locum duo tigna tranſverſe injecerunt, non longè ab extremis parietibus, quibus ſuſpenderent eam contignationem, quæ turri tegumento eſſet futura; ſupraque ea tigna directò tranſverſas trabes iniecerunt, eaſque aſſeribus religaverunt: has trabes paulò longiores atque eminentiores, quàm extremi parietes erant, effecerunt; ut eſſet, ubi tegumenta prępendere poſſent, ad defendendos ictus ac repellendos, dum inter eam contignationem parietes extruerentur: eamque contabulationem ſummam lateribus lutoque conſtraverunt, ne quid ignis hoſtium nocere poſſet, centoneſque inſuper iniecerunt; ne aut tela tormentis miſſa tabulationem perfringerent, aut ſaxa ex catapultis latericium diſcuterent. Storeas autem ex funibus anchorariis tres in longitudinem parietum turris, latas iv. pedes fecerunt: eaſque ex tribus partibus, quæ ad hoſtes vergebant, eminentibus trabibus circum turrem præpendentes religaverunt, quod unum genus tegumenti aliis locis erant experti, nullo telo neque tormento tranſfici poſſe. Ubi verò ea pars turris, quæ erat perfecta, tecta atque munita eſt ab omni ictu hoſtium; pluteos ad alia opera abduxerunt: turris tectum per ſe ipſum prehenſionibus ex contignatione prima ſuſpendere ac tollere cœperunt; ubi quantum ſtorearum dimiſſio patiebatur, tantum elevabant. Intra hæc tegumenta abditi atque muniti, parietes lateribus extruebant: rurſuſque alia prehenſione ad ædificandum ſibi locum expediebant: ubi tempus alterius contabulationis videbatur, tigna item ut primò tecta, extremis lateribus inſtruebant, exque ea contignatione rurſus ſummam contabulationem, ſtoreaſque elevabant. Ita tutò, ac ſine ullo vulnere vi. tabulata extruxerunt: feneſtraſque quibus in locis viſum eſt, ad tormenta mittenda in ſtruendo reliquerunt.* Oppugnatoriarum turrium machinas cum ingenti bellatorum incluſa manu, cum ſcalis, pontibus, arietibus, aliiſque deportatis ab iiſdem machinis reputaoti obverſatur animo illud Virgilii lib. 4. Georg. de apibus dimicantibus:

Hi motus animorum, atque hæc certamina tanta
Pulveris exigui jactu compreſſa quieſcent.

Enimverò ſimilem in modum immenſus ille paratus turrium extructarum deſiit, ac ſuperatus eſt exiguâ maſsâ pulveris tormentarii, qua non ſolùm longè major ruina editur, verùm ipſæ turres illo afflatæ igne, uoico ferè ictu, ad terram procumbunt. Ludicræ eſſent hodie machinæ illæ cum noſtris comparatæ bombardis, quæ non ligneas, vel ad ſummum lateritias turres, ſed firmiſſima murorum munimenta deiiciunt. Fatendum tamen eſt, pro illa veteris militiæ conditione, nec ſolertiam Antiquis ad inveniendum, nec fortem operam deſuiſſe. Non indigemus illis Veterum machinis: verum certe non majori ingenio, licet majori impetu ac ſtrage, tormentaria noſtra organa habemus. Vide Veget. lib. 4. cap. 17. 18. 19. 20. & ibidem Steuvechium cum prolatis turrium figuris. Heron. de Machinis bellicis cap. 14. & ſeqq. & ibidem notas Barocii, & Lipſium Poliorc. lib. 2. Dialog. 4.

Turris. Iodicat in foro militari ſiogolare quoddam genus aciei inſtruendæ, quam recenſent Cato, & Gellius. Eſt autem illa ſimilis laterculo, ut tradit Euſtathius in illum Homeri verſiculum.

Aſt hi turritim ſeſe ipſos deinde locantes.

Ad quæ verba Euſtathius: *Turris a Poeta dicta eſt inſtructio militaris, quadriformis in modum laterculi diſpoſita.* Sed quoniam laterculus etiam ipſe inter figuras aciei diſponendæ recenſetur, probe dubitat Lipſius, utrum cum turri promiſcuè ſit habendus, an verò illud intercedat diſcrimen inter turrim, & laterculum, ut turris quidem e laterculis conſtet in altum profundumque quadrâ figura inſtructis: laterculus autem

no-

rotet aciem jacentem, & in altum diſpoſitam. Quomodo autem ea fieret, ſic explicatur a Vegetio lib. 2. cap. 17. *Excipiebat autem prælium gravis armatura, quæ tanquam murus, ut ita dicam, ferreus ſtabat, & non ſolùm miſſilibus, ſed & gladiis cominùs dimicabat. Et ſi hoſtes fugaſſet, non ſequebatur, ne aciem ſuam, ordinemque turbaret.* Dicitur autem turris illud genus inſtructionis, quia ſubito conſerti milites animatæ cujuſdam turris ſpeciem referunt.

Turris, pro arce vel caſtro. Idiotiſmus eſt Scriptorum ſæculi Longobardici turrim pro arce quamlibet præmagna, ingentique caſtro ponere. Exempla affatim ſuppetunt apud Gulielmum Britonem in Philipp. Gulielmus Gemeticenſis l. 8. cap. 22. *Henricus Rex turrim Wartevvilla funditus ferit everti.* Robertus Montanus ad Chronicon Sigeberti: *Mortuo Valerano turris Turen venit in manus Regis.* Natum id profectumque ex conſuetudine Architecturæ militaris eorum temporum. Caſtella ſiquidem & arces ſic murorum ambitu & pinnis conſtruebantur, ut turris ſimilitudinem repræſentarent. Ejuſmodi caſtrorum & arcium veſtigia quædam multis in locis etiamnum viſuntur, præſertim in præruptarum rupium faſtigiis, quæ ad eam formam ætas illa & architecturæ ratio muniebat.

Tuscus. Nomen equi ſunalis ſiniſterioris, victoriſque in ludis Circenſibus Romæ editis. Vetus inſcriptio apud Salmaſium in Solin. cap. 45. *FORTVNATVS FACTIONIS VENETÆ IN VICTORE TVSCO VICTOR.*

Tutela navium. Appellatio eſt Deorum, vel Dearum, quæ tanquam averrunca Numina, cælata vel depicta navibus extolluntur. Exiſtimatum quippe eſt religiosè ab Antiquis Deorum Immortalium tutelæ & patrocinio, curæque peculiari committenda eſſe navigia & navigantes; quibus nempe continuò mors ante oculos, & a mari, ventiſque imminentia in omne tempus damna atque pericula. Ex hoc autem Veterum inſtituto non paucæ ſuboriuntur quæſtiunculæ exploratu ſcituque non indignæ. Quæritari primùm ſolet, utrum depictæ potius, an verò ſculptæ Deorum imagines illæ efferrentur. Citra dubitationem eſt utroque modo fuiſſe expreſſas. Picturatæ ſunt apud Ovid. in Epiſt.

Arripit & pictos puppis adunca Deos.

Et iterum:

pictos verberat unda Deos.

De cælatura dubitari non ſinit Seneca Epiſt. 76. *Navis bona dicitur, non quæ pretioſis coloribus picta eſt, nec cujus tutela cælata eſt &c.* Quomodolibet tamen ea ſimulacra fuerint ſublata, certum tamen eſt nihil illis ornatius fuiſſe in navigiis: & interdum aris ſublata ad modum ſacrarii, vel lararii, auro etiam fuiſſe condecorata. Hinc non ſemel apud Poetas tutelæ dicuntur fulgentes. Lucan. lib. 3.

non robore picto
Ornatas decuit fulgens tutela carinas.

Et Valer. Flacc. lib. 1. Argonaut.

Viſa coronatæ fulgens tutela carinæ
Vocibus his inſtare Duci.

Non tamen inde ſequitur, ut contendit Ludovicus a Cerda in Virgil. lib. 5. de pictura Deorum tutelarium exponendos eſſe Scriptores, ac præſertim Poetas, ubi pictas nuncupant naves. Sic enim præfatus Author Virgilianum illud exponit l. 5.

furit immiſſis Vulcanus habenis
Tranſtra per, & remos, & pictas abjete puppes.

Item illud lib. 7.

pictaſque exure carinas.

Et lib. 8.

pictaſque innare carinas.

Hæc ſiquidem & alia innumera teſtimonia nihil cauſæ eſt, quamobrem ad pictos referantur Deos, cum longè commodiùs poſſint de ipſis navibus explicari, quas compertum eſt apud Antiquos fuiſſe picturatas. Ariſtides certè in 2. Platonica naves exhibet minio illitas. Maximus Tyrius Diſſert. 31. in deſcriptione navis cujuſdam: *Accedebant colores, qui navem commendarent varii, ut viſu jucundiſſimi.* Herodotus lib. 2. refert, naves omnes ex veteri inſtituto fuiſſe rubrica delibutas. Hinc ingenioſè Plinius lib. 35. cap. 7. *Pericula expingimus*: nimirum naves, quæ pelagi periculis ſunt expoſitæ: Profectò illud Horatii lib. 1. Od. 14.

Nil pictis timidus navita puppibus
Fidit,

Duriuſculè interpretatur Cerda de pictis Deorum imaginibus: nimirum quoniam prius dixerat:

Non tibi ſunt integra lintea;
Non Dii, quos iterum preſſa voces malo.

Quid enim opus fuerat bis, & quidem proximo in loco Deorum mentionem iniicere? Conſultiùs planè fuit, & ad quandam opulentiam pertinuit, quemadmodum morem extollendi Deorum imagines, ita conſuetudinem etiam depingendi naves indicaſſe.

2. Alia eſt quæſtio, utrum pro eodem Veteres habuerint tutelas navium, & earum inſignia, ſive Παράσημον. Inter ornamenta navium adſcitas fuiſſe a Veteribus diverſas animalium imagines, non eſt utique in dubium revocandum. Docuit id Virgilius lib. 5. ubi de ludicro navali certamine.

Velocem Mneſtheus agit acri remige Priſtin.

Et iterum:

Sergeſtuſque, domus tenet a quo Sergia nomen,
Centauro invehitur magna.

Idem lib. 10.

Maſſicus ærata princeps ſecat æquora Tigri.

Ubi habes tigrim, centaurum & priſtin, memoratarum navium fuiſſe inſignia, ſive paraſema. Anſeres etiam & cycni frequentiſſimè depingebantur, ut nos notavimus in voce *Anſeres*. Apud Plutarchum de Virtut. Mulier. navis legitur leonem in prora, in puppi draconem habens. Iſidorus etiam & Fulgentius de navis inſigni, ſive paraſemo explicant fabulam de tauro Europæ. Suboritur autem, ut dixi, dubitatio utrum navis inſignia cum ſimulacris tutelarum ſint indiſcriminatim ſumenda. Non eſt dubium quandoque idem fuiſſe inſigne vel nomen navis, & tutelam. Obſervavit id Servius ad Æneid. lib. 10. *Solent naves nomina accipere a tutelarum pictura.* Idem animadvertit Lutatius ad Statii Theb. lib. 8. *Tutelam navis intelligimus cum gubernatore navigare: habent enim pictos Præſules, quorum nominibus nuncupantur & naves.* Item navis, qua Paulus Apoſtolus vehebatur Actor. cap. 28. a tutela nomen accepit, quæ eidem fuere Dioſcuri, ſive Caſtores.

Cre-

Digitized by Google

Creditur etiam ex Lycophrone, a Cupidine tutela appellatam fuiſſe navim, qua Paris Helenam rapuit: de qua ſic Ovidius.

Quæ tamen ipſe vehor comitata Cupidine parvo,
Sponſor conjugii ſtat Dea picta ſui.

Contra tamen eſt omninò manifeſtum, naves alias non a tutelis, ſed ab inſignibus, ſive paraſemis appellationem eſſe ſortitas. Docent id Virgilianæ naves ſupra memoratæ Tigris, Priſtis, Centaurus: quæ tamen navigia credibile eſt ſuis tutelis non caruiſſe. Diſtingui autem fere conſueviſſe paraſema a tutelis, apertè colligimus ex Ovidio lib. 1. Triſt. Eleg. 9.

Eſt mihi, ſitque, precor, flavæ tutela Minervæ:
Navis & a picta caſſide nomen habet.

Ubi vides aliud fuiſſe tutelam, aliud inſigne; nomen autem navis ab inſigni, non a tutela deſumptum. Firmiſſimè autem illud eſt retinendum, tutelas quidem ſæpius fuiſſe Inſignia navium, iiſque dediſſe nomina; effigies verò animalium, aliarumque, ut de caſſide Ovidiana conſtat, rerum inanimatarum, nunquam fuiſſe tutelas. Tutelæ ſiquidem ſemper Dii, vel Deæ erant. Nam enormis fuit illa jactatio, & ſupra humanæ ſortis conditionem quæſita gloria a Cæſare, ubi apud Lucan. lib. 5. coorta tempeſtate, ac prope demerſo navigio, dum animos addit navarcho, & de ſua fortuna ſupra modum gloriatur, ſeipſum, quaſi ſuæ navis tutelam, appellat:

medias perrumpe procellas
Tutela ſecura mea.

Ubi non eſt quod Interpretes tutelam frigidè exponant ſimplex & vulgare patrocinium: longè ſiquidem ibi majorem vim habet tutelæ nomen: ut ſententia ſit: Indue te in medios fluctus; ego nimirum & mea fortuna, pluſquam tutelares Deos & præſidiarios tibi exhibemus. Cæſarem habes: hic Deos tutelares habes. Sed non parcam adnotare, quædam animalia vim habere potuiſſe Numinis tutelaris, quoniam in iis, vel ſub eorum forma, ipſa Numina delituere. Juxtà id Aquila & Taurus, quibus Juppiter delituit in raptu Europæ & Ganymedis, non inſignia duntaxat & paraſema navium, verum etiam tutelæ ſunt habiti.

3. Poſtrema quæſtio & diſſidium inter literatos eſt de poſitura & loco, ubi tutelæ, ſive Deorum effigies figebantur. Sunt enim qui in prora ſolummodo, quique in ſola puppe locatas arbitrentur. Ac de puppe quidem præter allata ſuperiùs teſtimonia, illa inſuper adſtrui poſſunt. Virgil. lib. 10.

aurata fulgebat Apolline puppis.

Et Perſius Satyr. 6.

Jonio jacet ipſe in littore, & unà
Ingentes de puppe Dii.

Item Silius lib. 14.

Numen erat celſæ puppis vicina Dione.

Et Stat. lib. 8.

ſolus ſtat puppe magiſter
Pervigil, inſcriptaque Deus qui navigat alno.

Verum in proris etiam excitata fuiſſe ea Numinum lararia cum depictis vel inſculptis ſimulacris apertum faciunt contraria Scriptorum loca. Clariſſimum eſt, quod habet Herodotus in Thalia: nimirum Deos Phœnicum, quos Pataicos vocant, in proris ſtatui moris antiqui fuiſſe: ſic autem ſcribit: *Siquidem ſtatua Vulcani ſimillima eſt iis Diis, quos Phœnices vocant Pataicos, quoſque in triremium proris circumferunt.* Oecumenius etiam ad caput ultimum Act. S. Lucæ, ubi fit mentio navis, Caſtores pro tutela habentis, ita ſcribit: *Perpetuò moris eſt navibus, præcipuè Alexandrinis, ad proram dextrâ ac ſiniſtrâ hujuſmodi eſſe picturas.* Adde Procopium in Iſai. cap. 12. ubi poſt allatum S. Lucæ teſtimonium ſupra memoratum, ſubiicit: *Adpingebant ſemper in proris Deorum imagines.* Et hæc quidem ſatis patefaciunt, non ſemper uſitatum in puppibus, nec verò contra ſemper in proris tutelas ſtatui. Certè Aſiaticis videtur magis arriſiſſe eaſdem in proris, Europæis verò in puppibus illas geſtare. Id autem de tutelis duntaxat pronunciaverim, ac de inſignibus, quæ accerſita ſunt ex Deorum, vel Dearum imaginibus. Nam videtur conſtare, inſignia, ſive paraſema animalium in proris ſemper habuiſſe locum; & quidem frequentiſſimè in ipſo prorarum roſtro. Virgil. lib. 10.

Æneia puppis
Prima tenet, roſtro Phrygios ſubvecta leones.

Rem proinde firmam certamque habendam eſſe reputaverim, variatum fuiſſe ab Antiquis in loco tutelæ; non autem in loco inſignium, quæ non deſumerentur ex Diis. Hinc corrigere primùm licet Hoſmannum, qui de tutela loquens, ita ſcribit: *Dei, vel Deæ ſignum proræ navis impoſitum, unde navi nomen.* Corrigendus etiam Fabrettus lib. 4. de Colum. Trajani, qui ſtatuas vel imagines Deorum in ſolis puppibus affixas putat, qui forte in errorem inductus eſt à Villomaro lib. 7. Animadverſ. adverſùs Titium. Poſtremò, quæ de nominibus & appellationibus navium atque adeo de inſignibus ac tutelis a plurimis confunduntur, revocanda ſunt ad regulam, quam ſuprà præſcripſimus, de variata gentium conſuetudine pro regionum ac temporum diverſitate. Neque enim, ſicubi legeris, Apollinis vel alterius Dei ſimulacrum in puppe præfixum, nec verò contra, ſi in prora cælata, vel depicta effigies Numinis tibi inter legendum occurrat, continuò in univerſum fidenter pronunciare licuerit, tutelam in prora, vel puppi ſemper fuiſſe. Non ſunt iſthæc ita ad vivum ſecanda, nec ex uno vel altero teſtimonio certa ſtatim atque communis regula ſtabilienda veterum conſuetudinum. Amant nonnulli rixas magis quàm veritatem, quæque uni vel alteri Scriptorum loco, cui tanquam ſponſores fidem obligarunt ſuam, contraria offendunt in aliis Authoribus, aut ad ſuam connituntur ſententiam trahere, aut ſpuria ſtatim illa, ſuppoſititia, adulterina & atroci calamo confodienda, pluſquam cenſoria quadam ſeveritate definiunt.

4. Hunc etiam ritum Cœlitum imagines in navibus dedicandi extollendique, ut alia multa Ethnicorum, conſecravit, & ad pios veroſque uſus traduxit Chriſtiana Religio. Extollimus in puppibus navium imagines Deiparæ Virginis, S. Franciſci, S. Ignatii, aliorumque Cœlitum. Habent etiam ex veris hujuſmodi ſacriſque tutelis ſua nomina bellatrices naves. Sed non proinde navigia omnia a Cœlitibus appellamus. Multis potentiſſimi Reges, aliis peritiſſimi navarchi, quibuſdam varii rerum eventus nomen indi-

diderunt. Et quamvis omnia ferè navigia ſupernorum civium imaginibus ſint conſecrata apud noſtræ religionis homines, multa tamen aliis appellationibus, *Il gran Luigi*, *Iſabella*, *Il Fulminante*, *l'Ardito*, *la Vittoria*, *la Fortuna*, & ſimilibus nominamus. Item in proris, roſtris, & expanſis vexillis ex artificum ingenio, & voluntate Principum multa pinguntur, vel ſculpuntur emblemata, & varii generis ornamenta, præſertim ex teſſeris gentilitiis, & ſymbolis nationum. Ea tamen non certum apud omnes locum habent, ſed locari ſolent pro Architectorum ingenio & opportunitate rerum gerendarum. Quod autem hic de tutela navium diximus tanquam dicta in commune accipias de Antiquorum ac recentium hominum armis, munitionibus, veſtitu, ornatu, omnique victus gerendique belli ratione. Nunquam enim ſatis fuerit inculcare miram quandam in omni apparatu bellico fuiſſe ſemper varietatem; & impendio cavendum eſſe, nequis ex privato aliquorum uſu vel authoritate Scriptorum, præcipiti ſuffragio, communia ſtatim judicia in univerſum faciat.

TYDEUS. Œnei Regis Calidoniæ filius. Nomen in bello Thebano clariſſimum. Polynici adverſùs Etheoclem ivit ſuppetias. Ingenio ferox, & ſtragibus lætus ferino habitu ferinum præ ſe ferebat animum. Stat. Theb. 1.

Terribiles contra ſetis, ac dente recurvo
Tydea per latos humeros ambire laborant
Exuviæ, Calydonis honor.

Interemptus demum a Menalippo. Conſule Statium.

TYMPANUM, i. Vox eſt Syriacæ originis, quemadmodum Voſſius aliique tradunt Etymologici. Quoniam ſic uſurpatur apud Scriptores, ut interdum appareat fuiſſe muſicum inſtrumentum ad lætitiam potiùs conciliandam, quàm ciendum terrorem, quandoque verò videatur bellicum & militare extitiſſe, diviſi in aciem Grammatici ad ejus explicationem diſceptandam pulſatis quaſi tympanis progrediuntur. Et alii quidem ita contendunt feſtivum fuiſſe inſtrumentum, ut neutiquam pertinuerit ad militarem aciem & conflictum: alii contra ab arena Martia nunquam illud ſejungant. Adverſantia porrò Scriptorum teſtimonia in rem ſuam obnixè trahunt; quæ verò clariùs obnituntur, diffingunt, caſtigant, emaculant, veriùs tamen corrumpunt. Pacatius feceris, ſi aut idem inſtrumentum feſtivæ urbanæque pompæ, ac bellicis ſimul certaminibus deſerviſſe ſtatueris; aut duo ejuſdem nominis aſſeveres fuiſſe inſtrumenta, quorum alterum in prœlio, alterum in civicis ſolemnitatibus fuerit adhibitum. Et ego quidem ſic rem digero, ut duplex fuiſſe tympanum, alterum in acie pulſari ſolitum, alterum in lætis eventibus, & ſolennitatibus civicis, atque adeo agreſtibus & ruſticanis pro certo habeam.

2. Tympanum bellicum iterum duplex. Aliud ad catini ſpeciem, quod in equis pulſari hodie ſolet a Germanis, aliiſque nationibus, non diſſimile fuiſſe ſuſpicor tympanis veterum Hiſpanorum, quæ apud ipſos dicuntur *Atabolli*, voce ut paſſim creditur Arabica. Areoſtus deciſâ primâ literâ dixit *Taballi* Cant. 36.

Svegliano i Panti, i timpani, e i taballi.

Hodiè vulgò id genus tympanorum appellamus *Timballi*. Aliud, idemque communius, & peculiare pedeſtris militiæ, compingitur ex ligno ad modum lacus vinarii, vulgò *Tinozzo*, & ſuperiùs corio vel pelle obducitur tenditurque. Bacillis utraque manu pulſu vario percuſſum ſonum ciet. Pro varietate ſonitus modò ad iter capeſſendum, modò ad receptum invitat: inflammat ad pugnam, victoriam nunciat; verſandi ſe jugandique, ſtipandi, explicandi, inceſſus dirigendi, quomodolibet arma tractandi modum præcinit atque præſcribit. A Dionyſio l. 4. mentio habetur tympaniſtarum apud Romanos, & quidem ſub Servio Tullo per hæc verba: *Duas centurias tubicinum, & tympaniſtarum, & qui aliis quibuſdam organis ad bella vocabant.* Verùm ea lectio meritò ſuſpecta eſt, non ſolum quia tympani uſus apud Romanos nuſquam aliàs legitur; verùm etiam quia ipſe Dionyſius multis aliis in locis æneatores, & fiſtulatores ſingillatim memorans nullum ultrà verbum facit de tympanotribis. Nihilominus antiquiſſimum fuiſſe tympanorum uſum conſtat ex Polyæno, qui ejus inſtrumenti inventionem ad Bacchum refert. Peculiare etiam fuit inſtrumentum Indorum. Curtius lib. 8. *Poſt elephantos Dorus peditem poſuerat, ac ſagittarios, tympana pulſare ſolitos: id pro cantu tubarum Indis erat.* Curtio Suidas congruit: *Tubis Indi non utuntur; ſed pro iis ſunt flagella, quæ excutiunt in aerem, & tympana item horribilem quendam bombum emittentia.* Abari, qui hodie Hunni vocantur, tympana in acie habuere, ut docet Menander Hiſtoricus: *Abari initio prœlii ſtatuerant excitare miſtum quendam & ferum ſonum, ſimulque cum horritu perſonare tympanis.* Plutarchus in vita Craſſi author eſt, Parthos ſuis quibuſdam tympanis ſonum edere in acie conſueviſſe. Sic autem ſcribit: *Non cornibus, aut tubis ad pugnam ſe incitant; ſed ſtipites quoſdam corio tectos, & concavos tintinnabulis æreis circumpoſitis pluriſariàm ſimul pulſant.* Ea Barbarorum tympana nonnihil a noſtratibus diſcrepaſſe colligitur ex Suida, qui ſic illa deſcribit: *Ex palmæ arboris cavato ſtipite, cui tintinnabula ex orichalco introrsùs adaptabant, & os deinde vaſi taurino corio occludebant; atque id in altum ferebant, concutiebantque in acie. Tintinnabula igitur, quæ multa & magna intus, inconditum quendam ſonum edebant.*

3. Alterum tympani genus ad progignendam hilaritatem in nuptiis, conviviis, ſacrificiis, civiciſque & paganis ſaltationibus eſt inventum. Manu non bacillis pulſabatur. Catull. in Nupt.

Plangebant alii proceris tympana palmis.

Idem in Aty:

Quatienſque tergo tauri teneris cava digitis.

Et Lucret. lib. 2.

Tympana tenta tonant palmis.

In ſacris Cybeles matris Deorum adhibebatur. Idcirco molle creditum & effœminatum organum. A Syris in Græciam, a Græcia ad Romanos tranſvectum, ut innuit Juvenalis Sat. 3.

Jampridē Syrus in Tiberim defluxit Orontes,
Et linguam & mores, & cum tibicine chordas
Obliquas, nec non genitalia tympana ſecum
Vexit, & ad circum juſſas proſtare puellas.

Hinc propter notam enervati moris ſtudium tympana pulſandi exprobratur Trojanis tanquam indignum viro militari apud Virgilium lib. 9.

Tym-

Digitized by Google

Tympana vos buxuſque vocat Berecynthia matris
Idææ: ſinite arma viris, & cadite ferro.

Huc referas, quod de Auguſto ſcripſit Svetonius in ejus vita cap. 68. *Comprobavit verſum in ſcena pronunciatum de Gallo Matris Deûm tympanizante,*

Videſne ut Cynædus orbem digito temperet?

Idem confirmat Plautus in Pœnul.

Cur non adhibuiſti, dum iſthæc loquererit, tympanum?
Nam te Cynædum magis arbitror eſſe, quàm virum.

Etiam in ſacris literis occurrit crebra mentio tympani in re læta & geniali. Reg. 1. 18. *Egreſſę ſunt mulieres de univerſis urbibus Iſrael cantantes choroſque ducentes in occurſum Saul Regis in tympanis lętitię, & in ſiſtris.* Et Job. c. 21. *Tenent tympanum & cytharam, & gaudent ad ſonitum organi.* De forma hujus lætioris tympani apud Veteres parum liquet. Feſtivum apud nos jocoſumque inſtrumentum muſicum, quod vulgo dicimus *Tamburo* & *Tamburino* [Obſerva, quemadmodum apud Latinos, ſic etiam apud Italos eandem eſſe appellationem utriuſque organi] concinnatur ad figuram cribri, pulſatumque digitis ſonum reddit motu lamellarum ex orichalco, quæ circulo ligneo inſeruntur. Vide *Nacara* & *Cymbalum*.

TYMPANIZO, as. Tympanum pulſo. Vide exemplum hujus vocabuli in voce *Tympanum*.

TYMPANOTRIBA, æ. Vulgò Tympaniſta, vel Tympaniſtes, Italis *Tamburino*. Qui tympanum pulſat. Plaut. in Trucul. *Tympanotribam amas hominem non nauci*. Italis, ut dixi, *Tamburino*. Matthęus Villan. l. 11. *Mandarono un loro Tamburino, e uno Trombettino ſul foſſo del muro*.

TYMPANUM. Alia notione in Mechanicis tympanum eſt rota ferè cylindrica, quæ per funes ductarios, quibus obducitur, ingentia trahit onera: operamque præſtat percommodam architecturæ tum bellicæ tum civili. Vitruv. lib. 10. cap. 4. *Tum autem circa tympanum involutus alter funis referatur ad ergatam; & is circumactus cum ſit, tympanum & axem involvendo, funes, qui in axe religati ſunt, pariter ſe extendunt, & ita leniter levant onera ſine pericula*. Ad quæ Vitruvii verba addit Philander, tympanum rotam eſſe ambitus magni, cujus circumactæ calcantibus hominibus affixas pro gradibus regulas, axis fune obvolvitur, atque ita onera extolluntur, aut ſublata deprimuntur. Vide hujus trochleæ ſchema propoſitum ab eodem Philandro ad memoratum Vitruvil locum. Tympani tractorii meminit Lucretius lib. 4.

Multaque per trochleas & tympana pondere magno
Commovet.

TYRO, onis. Sic enim a pleriſque ſcribitur, licet Voſſio & aliis Tiro. Dictum aliqui putant a terendo, quoniam ſe tyrones exercent. Sed Gloſſę veteres Græcę originis hanc vocem faciunt. Eſt autem tyro novus miles qui militię rudimenta condiſcit. Sed neque militum nomine condecorati tyrones ſunt apud Romanos, niſi poſt expletum anni tyrocinium; quo tempore ſub conſanguineorum, vel amicorum cuſtodia videntur fuiſſe. Servius ad lib. 7. Virgilii: *Romani poſt pubertatem exercebantur, & decimo ſeptimo anno militabant, quo etiam ſolo ſub cuſtodibus agebant*. Congruit Vegetius lib. 1. cap. 8. *Non ſtatim punctis ſignorum inſcribendus eſt tyro delectus; verùm ante exercitio prætentandus, ut utrum verè tanto operi aptus ſit, poſſit cognoſci*. Et Ulpianus de militari Teſtamento leg. 43. *Ex ea tempore quis jure militari incipit poſſe teſtari, ex quo in numeros relatus eſt: proinde qui nondum in numeris ſunt, licet etiam electi tyrones ſint, & publicis expenſis iter faciant, nondum tamen milites ſunt: debent enim in numeros referri*. Referri porrò in numeros militum erat ſacramento adigi, & præcingi militari cingulo, quod alio apud alias nationes ritu contingebat. Non multum abſimili ratione, qui tyrones ſunt apud nos in ſacra militia cœtuum religioſorum, licet iiſdem ac veterani utantur veſtibus, ſub eodem maneant tecto, nec diverſis pręſcriptionum regulis vitę modum definiant, religioſi tamen verè non ſunt niſi poſt annum, cum ſolenni more emittunt vota religioſa, Deoque, & moderatoribus ſuis, certâ formulâ ſeſe mancipant addicuntque.

2. Intereſt perſanè plurimi, ut ſub optimo magnęque famæ Duce quis tyrocinium ponat. Ut enim pręceptoris eximii doctiſſimique ſapientia non levem diſcipulis commendationem conciliat, magnumque etiam afferre ſolet ad literarios progreſſus compendium; ad eum planè modum ab excellenti peritia ſummi Imperatoris non contemnenda derivatur laus & exiſtimatio in eos, qui ſe ejuſdem diſciplinę committunt. Et quidem memorię veteres paſſim edocent a magiſterio & ſchola magnorum Ducum viros bello pręſtantes per omne tempus prodiiſſe: ut planè hìc etiam locum habeat dictum Horatii: *Fortes creantur fortibus*. Hinc verax ęquè atque magnifica gloriatio illa Perſei Macedonum Regis jactantis apud Livium: *Victos eſſe Romanos equites, illos principes juventutis, ſeminarium Senatus, unde legerentur Patres, unde Conſules & Imperatores crearentur*. Supervacaneum fuerit in re vulgata ſermonem protrahere, & in latiſſimam exemplorum ſegetem ſalcem immittere: ſatis habeo afferre illud Evandri apud Virgilium lib. 8. ubi erudiendum Æneę tradit Pallantem filium:

Hunc tibi præterea, ſpes & ſolatia noſtri,
Pallanta adiungam: ſub te tolerare magiſtro
Militiam, & grave Martis opus; tua cernere facta
Aſſueſcat, primis & te miretur ab annis.

TZANGÆ, TZANCÆ, ZANGÆ. Barbarico nomine barbarum calceamenti genus indicatur, quod ocreis militaribus ſimile fuiſſe ſcribit Villelm. Tyrius lib. 15. Acron idem tradit in illud Horat. lib. 1. Satyr. 6.

Nam ut quiſque inſanus nigris medium impediit crus
Pellibus.

In Faſtis Græcæ Hiſtoriæ poſterioris ævi calceamentum fuiſſe legitur peculiare Imperatorum. Hoc genus deſcripſit Corippus lib. 11. de Laud. Juſtin. Imp.

Purpureo ſuræ reſonant fulgente cothurno,
Cruraque puniceis induxit regia vinclis,
Parthica Campano dederant quæ tergora fuco,
Qui ſolet edomitos victor calcare tyrannos,

Romanus princeps & barbara colla domare
Sanguineis prælata roſis, laudata rubore,
Lectaque pro facrit tactu molliſſima plantis:
Auguſtis ſolis hoc cultu competit uti,
Sub quorum pedibus Regum cruor.

A conſtringendo ex Græco trahis Salmaſius ad Pollion. in Claud. Sunt qui Arabicę originis vocem putent; ea certè ignorata fuit priſcis Latinis. Imperatorius, ut dixi, ætate Cæſarum Byzantinorum, calceus fuit. Aquila illi, gemmis vel auro adſuta vel intexta addi ſolita. Diſertè id tradit Georgius Codinus lib. de Offic. ubi ait Imperatorem *Tzangis calceatum, in quibus aquilæ erant ex lapillis & margaritis intextæ.* Georgius Phranzez lib. 3. cap. 18. de iiſdem hæc habet: *Abluebant corpora mortuorum plurimi, ſi fortè Imperatoris noſcitarent, nec poterant, niſi quod corpus exanime invenerunt, idque ex Imperatorum calceamentis agnoverunt, in quibus [ut Imperatoribus conſuetum eſt] aquilæ aureæ depictæ viſebantur.* Licet a Senatoribus etiam atque aliis viris illuſtribus geſtarentur, diſcrimen nihilominus erat non modò in aſſutis, ut diximus, aquilis, verùm etiam in colore. Purpureus ſiquidem color ornabat calceos, quemadmodum etiam & chlamydes Imperatorias: cœrulei coloris erant, qui ab aliis geſtabantur. Omninò credendum eſt ad mediam tibiam procurrere conſueviſſe, ad modum veteris Romani calcei. Id enim perſuadent inſutæ aquilæ, ad quarum effigiem explicandam amplius requiritur ſpatium, quàm quod pedi contegendo ſit ſatis. Invenio alicubi auratorum hujuſmodi calceorum mentionem factam. Nam Francorum veterum calceamenta forinſecùs aurata fuiſſe, aureis nempe bracteis inducta, vel colore aureo imbuta ſcribit Scholiaſtes, qui vitam Caroli Magni deſcripſit. Idem habetur in Panegyr. Berengarii Imp.

Cum princeps nitidus Tyrio procedit in oſtro,
Tegmina veſtitus crurum rutilante metallo:
Quale decus terræ ſoliti geſtare magiſtri.

Apud Luithprandum lib. 3. cap. 9. tzangæ appellantur caligæ, quod peculiare erat militum calceamentum. Mirum eſt ab Imperatoribus viriſque præſtantibus ad Monachos etiam Clericoſque id tranſiſſe calceamenti genus. Codinus de Offic. uſum tzangarum nimium ſcribit invaluiſſe. In Concilio Aurelianenſi 1. c. 20. legitur: *Monacho uti orario in Monaſterio, vel tzangas habere non liceat.* Et in Capit. Caroli M. lib. 7. cap. 304. *Ut Clerici pampis, aut tzangis, vel armis non utantur.* Parthorum, Perſarumque etiam proprium fuiſſe geſtamen colligunt Caſaubonus, & Salmaſius ad illa verba Pollionis in Claud. *Tzangas de noſtris Parthicas paria tria.* Crebra certè mentio de Parthicis pellibus: ex quo qui pelles illas curant Parthicarii dicuntur in Codice. Ex iiſdem pellibus Parthicis peras & ſacculos fieri conſueviſſe author eſt Marcellinus lib. 22. Parthicis proinde pellibus concinnari ſolitum liquet hoc genus calceamenti. Quoniam verò illud campagis admodum fuiſſe affine Scriptores teſtantur, idcircò tzangas feneſtratas fuiſſe atque multifores, & corrigiis, ſive ligulis decuſſatis & reticulatis confectas, non eſt dubitandum. Non itaque genus fuere cavi calcei, quo pes atque adeo pars tibiæ integra tegitur; ſed ſolea cum corrigiis, ſive obſtragulis ſic alligatis ad mediam tibiam, ut pars pedis, vel tibię nuda cerneretur. Vide Balduinum de calceo antiqq. cap. 18. Hoſmann. Lexic. & Cangium in Gloſſ.

Tzausius, Dignitatis nomen apud Græcos poſteriores Principes in Aula Byzantina: fuiſſe in genere ſatellitum, vel ſtipatorum docet Meurſius ex Codino. A voce Tzauſius manaſſe Chiauſios vel Chiauſſos, notos hodie in Aula Turcica, videtur opinari idem Meurſius adducto loco Busbequii in Epiſtolis: - *Budam venienti pauci Turcæ ex eo genere, quos Chiauſios vocant, obviam fuerunt. Hi vicem accenſorum, apparitorumque implent, & mandata pleraque omnia ſeu Principis Turcarum, ſeu Baſſarum ferunt; eſtque inprimis honorificum apud eam gentem officium.* Planè Tzauſius apud Græcos eſt Chiauſius apud alios populos. Cum enim Græci littera careant exprimente *Chi* Gallorum, & *Sci* Italorum, ſimilem ſonum exprimunt ſubſtitutis litteris *Tz*. De magno Tzauſio Georg. Pachym. Hiſt. Andron. lib. 5. cap. 23. *Cui fuerat dignitas collata magni Tzauſii.* Dicit magnum more Scriptorum Hiſtoriæ Byzantinæ, qui primos in aliqua dignitate Magnos vocant, ut moris erat in Imperio poſteriorum Græcorum. Ad eandem formam ſunt, Magnus Drungarius, Magnus Conoſtaulus, Magnus Dux, Magnus Papias, Magnus Primicerius, Magnus Domeſticus, Magnus Archon, & alii.

Tzicuris. Vide *Saliba*.

Tzustria. Vide *Juſta*.

V

V. Litera alphabetica; io eo ordine poſtrema vocalium. In re militari aſſumitur ad ſignificandam inſtructionem aciei eidem ſimilem. Quæ diſpoſitio alio nomine dicitur Forceps, vel Forfex, quas dictiones conſule. Ad figuram ejuſdem literæ *V* muniebantur valla veteris militiæ, ut docet Varro. Vide *Vallum*.

VACATIO. Eſt immunitas ab omni munere & onere militari. Non uno, apud Romanos præſertim, dabatur nomine. Qui annum quinquageſimum expleviſſet, etiamſi ſtipendia ſua non impleſſet, vacabat beneficio ætatis. Titulo dignitatis vacabant Sacerdotes, ut Plutarchus memorat in Camillo, & qui publico aliquo magiſtratu implicaretur; neque enim eos a rerum publicarum tractatione abduci fas erat. Indulgebat ſæpe etiam Senatus, aut populus ipſe Romanus perpetuam vel temporariam vacationem iis, qui ſtrenuam operam in bello navaſſent. Liv. lib. 23. *Præneſtinis militibus Senatus duplex ſtipendium, & quinquennii militiæ vacationem decrevit*. Cicero Philipp. 5. vacationem perpetuam ſic indicat: *Militibus veteranis, qui Cæſaris pontificis auctoritatemque hujus ordinis defenderint atque defendant, his, liberiſque eorum vacationem militiæ eſſe.* Jure vacabant ſuo pedites quidem, qui vicena ſtipendia, equites, qui dena feciſſent. Poſtremò morbo, vel aliquo vitio illigati vacabant ab onere militari. Diſcutiebantur ejuſmodi cauſæ a Cenſoribus, ne fraudes intervenirent, quod in morbis præſertim & vitiis corporis facilè factu erat. Livius lib. 4. *Cognitio vacantium militiæ munere poſt bellum differtur: ita dubii quoque inclinant ad nomina danda*. Sedebant cenſores pro tribunali, ut docet Plutarchus in Pompejo, vacationeſque poſcentium cauſas cognoſcebant. Nec dilatæ ſolùm memoratę cognitiones, ſed interdum ſublatæ omninò ſunt cauſę omoes vacationum; pręſertim ſi publicum diſcrimen urgeret, ac tumultus enaſceretur. Cic. *Gravius eſſe tumultum, quàm bellum, vel hinc intelligi poteſt, quod bello vacationes valent, tumultu non valent*. Sęnius autem dilatę, quàm ſublatę. Liv. lib. 3. *Cum Conſules pronunciaſſent tempus non eſſe cauſas cognoſcendi, omnes juniores poſtero die prima luce in Campo Martio adeſſent: cognoſcendis eorum cauſis, qui nomina non dediſſent, perfecto bello ſe daturos tempus*.

2. Aliud poſtremò erat vacationis genus, quę noo a publicis permittebatur magiſtratibus, nec perpetua erat & gratioſa, ſed ſuo a ſingulis militibus ęre a Centurionibus coemebatur. Centuriones nimirum jus habebant non equidem militię ſacramento, ſed gravioribus quibuſdam oneribus militem ad tempus exſolvendi. Ea Centurionum facultas in immenſam diſciplinę caſtrenſis labem ſępe prorupit. Siquidem opulentiſſimos quoſque tandiu duriſſimis imperiis fatigabant, donec ingenti exſoluto pretio temporaneam vacationem redimerent. Duplex inde militię incommodum accedebat. Nam exhauſti largitionum pretio milites inopes plerunque inerteſque reditum faciebant in caſtra: Centuriones verò minus obſequentem paratumque ad imperia habebant militem, ipſorum avaritię ſęvitiæque conſcium, cuique opimis cenſibus denudato nihil erat facilius quàm ut ad turbulentos tumultus animos adiungeret, ſtuderetque rebus novis, ut pręſentem conditionem effugeret, & quaſi meliorem fortunam inſolentię pretio paciſceretur. Militum immoderatis ejuſmodi vacationum pretiis exhauſtorum illę ſunt voces apud Tacitum lib. 1. *Nudant univerſi corpora, cicatrices ex vulneribus, verberumque notas exprobrant, mox indiſcretis vocibus pretia vacationum, anguſtias ſtipendii, duritiam operum, ac propriis nominibus incuſant vallum, foſſas, pabuli, materiæ, lignorum adgeſtus, & ſiqua alia ex neceſſitate, aut adversùs caſtrorum otium quæruntur*. Laudatur eam ob cauſam Otho Imperator, qui vacationum pretia ex Fiſco perſolvit, ne ſuo cenſu denudaret militem, & Centurionum ingluviem aleret. Idem a Vitellio factitatum, & ab ęquioribus in poſterum Principibus, cauſa fuit confirmatę aſſertęque diſciplinæ & militaris benevolentię ad obedientiam & fortitudinem extimulatæ.

3. Oblatis ſuffectiſque vicariis licuit, ſaltem aliquo Reipublicæ tempore, impetrare vacationem. Liquet id ex Livio, ubi ſic fatur de Spurio Liguſtino: *Quod ſi mihi nec ſtipendia omnia emerita eſſent, nec dum ætas vacationem daret, tamen, cum quatuor milites pro me uno vobis dare poſſem, æquum erat me dimitti.* Seneca Declam. 5. *Militavi ſenex, militavi exanguis, militavi, qui jam vicarium dederam*. Vacatione ignominioſa dimiſſis bello interdicebatur; qui gratioſam eſſent adepti abeſſe a caſtris ita poterant, ut tamen ſi extrema quæpiam neceſſitas poſceret, ad reſumenda arma cogerentur. Accidebat id præſertim in tumultu, ubi nullus erat vacationibus locus ob legem latam tertio anno poſt Romam captam, cum iterum in cervicibus eſſet bellum Gallicum, ut ſcribit Plutarchus in Camillo. Ne maritimi quidem coloni excepti ſunt, quominus arma caperent in tumultu, vel aliam graviorem ob cauſam, licet ſacroſanctam vacatiooem jactarent, ut docet Livius lib. 27. Sacerdotes etiam atque Pontifices ſæpe poſtrema neceſſitas in bellum rapuit. Cæterum indignum palam videbatur, ac minus religioſum

extra ultimum neceſſitatis telum proficiſci in aciem Sacerdotes. Liv. lib. 28. de Scipionis collega: *Nominatæ Conſulibus provinciæ ſunt: Scipioni Sicilia extra ſortem, concedente collega, quia ſacrorum cura Pontificem Maximum in Italia retinebat*. Importunam verò cupiditatem miſcendi ſe bellis exteris ulciſci crediti ſunt Dii apud Veteres fœdo armorum exitu & morte Pontificum, quaſi in pœnas neglectæ religionis, ut docet Plutarchus in vita Fabii. De cauſis vacationum plerunque Cenſores, interdum Conſules, quandoque etiam Senatus cognoſcebat. De Cenſoribus Liv. lib. 24. *Neque Senatu modò, aut equeſtri ordine regendo cura ſe Cenſorum tenuit. Nomina omnium ex juniorum tabulis excerpſerunt, qui quadriennio non militaſſent, quibuſque neque vacatio juſta militiæ, neque morbus cauſa fuiſſet*. De Senatu idem lib. 27. *Quibus recuſantibus edixere in diem certam, ut quo quiſque jure vacationem haberet, ad Senatum referret*. De Conſulibus verò idem lib. 3. *Cum Conſules in concione pronunciaſſent, tempus non eſſe cauſas cognoſcendi: omnes juniores poſtero die primo luce in Campo Martio adeſſent, cognoſcendis cauſis eorum, qui nomina non dediſſent, bello perfecto ſe daturos tempus: pro deſertore futurum, cujus non probaſſent cauſam*. Ex quibus verbis licet etiam intelligere, tempus cognoſcendi cauſas vacationum non ſolùm fuiſſe in ipſo delectu, verùm etiam, ſi neceſſitas cogeret, bello prefecto. Vide Joannem Antonium Valtrinum de Re milit. Roman. lib. 2. cap. 5. Vide etiam *Miſſio*.

Vacerra, æ. Colum. l. 6. cap. 19. *Vacerris inter ſe religantur*. Palus eſt ſive ſtipes, ad quem equi religari ſolent. Convectantur hujuſmodi pali inter ſarcinas ad equos ligandos, quando copiæ militares inter commigrandum alicubi conſiſtunt. Expeditis tunc palis ſive ſtipitibus, ad eos equi illigantur. Vacerra autem dicitur, vel a vacando, quoniam illi alligatus equus a labore itineris vacet: vel a voce *varus*, quo vocabulo notantur qui crura habent diſtorta, quæ inde divaricata dicuntur. Sunt enim ſtipites illi furcillati, ut crura referre vara videantur. Auguſtus apud Sveton. vacerroſum dixit, convicii loco, pro hebeti vel cerito; quo modo ejuſmodi homines ſtipites etiam ſolemus nominare.

Vacuna Dea. Vide *Victoria*.

Vacunalia. Feſta erant in honorem Vacunæ Deæ, quæ Antiquis Victoria erat. Vide *Victoria*.

Vactæ. Item Vardæ: ſeu potius Germanico more ſcribendi Wactæ, & Wardæ. Teutonica vocis origine apud Scriptores craſſę Latinitatis ſunt excubiæ, ſeu milites limitum cuſtodes. Capitulare 3. anno 813. *Siquis vactam aut vardam dimiſerit*. Hinc vox Italica ejuſdem notionis *Guardia*, permutatione ſolita W duplicis Germanorum in G.

Vadium, Vadiare. Quid ſint in monomachia & duello docet Skenæus ad regiam Majeſtat. lib. 3. cap. 23. *Vadiatur duellum, cum actor ſive appellans querelam ſuam proponit, eamque duello per ſe vel per ſuum Campionem ſe probaturum offert. Et reus ſive appellatus affirmat contrarium eſſe verum, & ſe, vel ſuum Campionem, in ſui, ſuæque cauſæ defenſionem ad duellandum affert. Hinc inde dantur vadia; ab actore vadium diſrationandi; a reo vadium defendendi, quod in hoc regno fit, cum duelliones hinc inde chirothecas offerunt*. A *Vadium* habemus vocem Italicam *Gaggio*, de qua ita ſcribit Caſtelvitrus in additione ad lib. 1. Proſ. Bembi. Gaggio. *Viene da Vadium, e ſignifica propriamente quella promeſſa, che le parti frà loro fanno in giudicio, quando vogliono piatire in pena, ò di colui che domanda ingiuſtamente quel che sà non dovere avere, ò di colui, che niega di pagare quel, di che sà eſſer debitore. E queſto promettere ſi dice incaggiare: ſicome ſi vede nelle Novelle Antiche; Le Parti s'incaggiaro*. Dicitur autem Italorum *Ingaggiare* de bellicis ferè conflictibus & facinoribus. Academ. Furf. *Ingaggiare. Convenir con pegno detto gaggio: e diceſi per lo più di coſe di guerra, e di cavalleria*. Giovanni Villani lib. 10. *Avendo Caſtruccio impromeſſo & ingaggiata la battaglia*. Vide *Chirotheca*.

Væ victis. Docemur hoc adagione, ſemel victis nullam in poſterum calamitatem alienam, omneſque ſiniſtros eventus pertimeſcendos. Vox fuit Brenni, ſive quis alius fuerit Gallorum Senonum Ductor, qui palam deridens Romanos appendentes aurum, quod ab iiſdem auxilium deſperantibus ſtipulatus fuerat, ut exercitum a finibus Romanis abduceret, ancipiti nutantique lanci gladium adjecit, cum amariſſima illa exprobratione: *Væ victis*. Liv. *Additus ab inſolente Gallo ponderi gladius, auditaque intoleranda Romanis vox: Væ victis*. De eodem effato Florus lib. 1. cap. 13. *Cum jam obſidio ſua Barbaros fatigaſſet, mille pondo auri receſſum ſuum venditantes, idque ipſum per inſolentiam, cum ad iniqua pondera addito adhuc gladio, ſuperbè, væ victis, increparent &c.*

Vagina, æ. Cic. in Catil. 1. *Tanquam gladium in vagina reconditum*. Theca, plerunque lignea, pelle vel corio obducta, ubi quid, ſed inprimis gladii aſſervantur. Dicitur vagina, quaſi vacina a vacando, vel vacuo loco, ubi conditur gladius. Et Veteres quidem, qui G literam in uſu non habebant, vacinam ſcripſere. Itali minima mutatione *Guaina*. Alb. c. 28. *Guaina non fà ne buon, ne reo lo coltello*. Item *Fodero* a Latinorum *foras*, ut obſervat Ferrarius: ex quo *Foderare*, quod de pannis & aliis, quæ cuſtodita volumus, dicitur. Ea quippe deforis rudiore tela, vel quolibet velamine contecta, ita ſervantur, ut cuſtos panni tela foras conſpiciatur.

Vaivoda. Apud Dalmatas & Hungaros eſt ductor militarium copiarum. Sed audiendus eſt Leunclavius: *Vaivodæ nomen generaliter ſignificat Præfectum militum, quem Capitaneum vulgò vocant. Sed apud Hungaros, ut olim, ſic etiam hodie, duæ ſunt appellationes adminiſtrationum maximarum; una Bani, altera Vaivodæ. Vaivoda verò Præſes dicitur, loco Regis adminiſtrationem habens in aliqua provincia, puta Tranſilvania, Valachia majori, Valachia minori &c.* Addo Martinum Cromerum non Vaivodas, ſed Voievodas illos lingua Polonorum vernacula nominare; & ſic vocatos ſcribere duodecim primarios Poloniæ proceres, qui, Lechorum ſtirpe deſita, inter ſe regnum diviſerunt; a quibus porrò repetit originem Palatinorum Poloniæ. Sic autem ſcribit l. 2. *Cum autem ſtirps Lechi defeciſſet, Poloni comitiis de conſtituenda republica Gneſnæ habitis, ad neminem unum principatum deferunt: vel quod in pari multorum digni-*

Digitized by Google

gnitate variarent ſententiæ, vel quod monarchiæ ad tyrannidem (ut ſunt res humanæ in deterius mutabiles) declinantis pertæſi jam eſſent. Duodecim vero ex omni procerum numero, potentes & ſpectatos in primis viros, deligunt, qui ſive novo tunc populi placito, ſive uſitato etiam ſub principibus inſtituto, ſuæ quiſque regioni, diviſa in totidem regiones tota Polonia, præeſſent, & Vojevodæ, hoc eſt duces belli & copiarum vernacula lingua dicerentur. Et paulo poſt. *Manſit quidem manetque in hanc diem is ſive honor, ſive magiſtratus: verum aliquantum reſtricta poteſtate & juriſdictione & ab iis qui Latine loqui volunt, Palotini uſurpantur; habentque principem ſecundum Epiſcopos in Senatu regio locum*.

Valentia, æ. Macrobio eſt bona valetudo, & firmitas ſani corporis: ſic enim ſcribit in Somn. Scip. l. 2. *Ut medicus, ut exercitator corporum ſanitatem vel valentiam, quam ille ægris hic luctatoribus præſtat, non utique ex hoc etiam ſibi præſtant*. Sed melius Gloſſæ Cyr. *Valentia, robur, firmitas*. Itali *Valentia, Valenza*. Joann. Villan. l. 5. 4. *E per ſua valentia paſsò in Inghilterra, e combatteo con Raul*. Rim. Ant.

Che non penſai che Amor tanto ſapeſſe,
Che ſua valenza sì mi diſtringeſſe.

Caſtellum, ſive pagus munitior olim ad Tiberim Valentia ab Evandro dictus, qui poſtea Græco nomine, ſed Latinæ vocis ſignificatione ſervata Ῥώμη *Roma* dictus eſt. Solin. c. 2. *Sunt qui videri velint Romæ vocabulum ab Evandro primum datum, cum oppidum ibi offendiſſet, quod extructum antea Valentiam dixerat Juventus Latina; ſervataque ſignificatione impoſiti prius nominis* Ῥώμη *Græcè Valentiam Latinè nominatam*.

Valens, valentior, valentiſſimus. Fortis. Varro de Re ruſtic. l. 3. *Providendum ne infirmiores a valentioribus opprimantur*. Cic. ad Meſſimum l. 5. 21. *Pacem accipere malui, quàm viribus cum valentiore pugnare*. Idem Verr. 7. *Lictores valentiſſimi, & ad pulſandos verberandoſque homines exercitatiſſimi*.

Valeti, Valecti, Valletti. Antiquitùs fuiſſe procerum & nobilium filios conſtat, qui nondum per ætatem aſſecuti erant cingulum militare. Id latè diſputat ſancitque Cangius in Notis ad Villharduinum. Idem fit teſtatiſſimum non ita paucis teſtimoniis Poetarum veterum Gallicorum. Poſtea ſic generatim appellati inveniuntur ſcutiferi & armigeri, qui dominos ſuos belligerantes ſubſequebantur; fuitque ſemper nomenclatura tradita famulis honorariis, & ad bellicos uſus detentis. Conſtitut. Siculæ lib. 3. *Ut dignitatum gradus & hominum qualitates injuriis apertiùs diſtinguantur, ſtatuimus burgenſem, ſeu ruſticum, qui militem verberaverit, niſi probabitur quod ſe defendendo hoc fecerit, manûs detruncatione puniri: Eâdem pœnâ Valetto imminente, qui militem nobilioris gradus verberaverit*. Vide plura apud Cangium in Gloſſ. Planè errat Salmaſius in Hiſt. Auguſta, ubi innuit Valetos dici a veredis, ideſt curſoribus. Optima & veriſſima eſt origo Pithœi, qui Valetos, quaſi Vaſſalletos dictos putat, ut quemadmodum Vaſſalli erant honeſtiores milites, ſic Valletti militum armigeri, vel ſcutarii.

Vallatum, i. Locus vallo munitus. Tabularium Britavenſe: *Cum Eccleſiis in eodem vallato, ſeu vico dicatis*.

Vallo, as. Propriè eſt vallis, ideſt palis, vel ſudibus præcingere. Ex quo vallationem dicimus munitiones ferè agreſtes, vel paluſtres ex effoſſa congeſtitiaque terra, additia per certa ſpatia munitiunculis ad fines tutandos, vel ad copias æſtivantes ſeu hyemantes tutò ab hoſticis inſultibus collocandas; *Cordoni, Cordonate, Linee*. Latius poſtea acceptæ dictiones *Vallo* & *Vallato* pro aggere munitorio ex lapidibus vel alia firmiore materia. In hoc vallationum genere urbana quædam eminent opera monſtroſæ magnitudinis, quorum antiquiſſimi Scriptores fidem faciunt. Neſcio an quidquam operoſius inter legendum occurrat muro Sinenſi, quo Sinenſe Regnum a magna Scythia diſterminatur. Laborioſiſſimi etiam fuit operis conſtructus ab Hadriano & Severo murus, ut Angliam a Scotis diſpeſcerent. Omnes verò architecturæ niſus ſuperare viſi ſunt Pharaones Ægypti Reges, qui, ut Ægyptiacum regnum, quod poſitu loci terrarum omnium infimum ac depreſſiſſimum eſt, ab æſtu & inundatione Erythræi maris tuerentur, immenſæ altitudinis, duriſſimiſque montibus pares moles e vivo lapide condiderunt. Ad horum ſimilitudinem etiam Batavi, qui inferiora Germaniæ loca & Oceano ſubmiſſiora incolunt, editis prævalidis munimentis perpetuo ambitu impetum maris identidem recurrentis propellunt, ac remorantur. *Dighe*. De his Dantes Infern. C. 15.

Quale i Fiaminghi, trà Guzzante e Bruggia,
Temendo 'l fiotto, che 'n ver lor s'avventa,
Fanno lo ſchermo, perche 'l mar ſi fuggia.

Quod nos ita reddidimus Simil. Dant.

Qualia flaventes Morini, extremique Batavi
Oceanum contra, fluctus domitura minaces,
Nexa catenatis tollunt munimina ſaxis.

2. Sed hæc per otium pacis multamque temporis diuturnitatem a ſummis Principibus geſta ſunt, ut ſua regna & provincias communirent. Quæ ſubiicimus ad ſingularem præſtantiam ſupremorum Ducum, bellicique operis admirationem faciunt. In hoc verò genere veterum Romanorum militia, reliquis omnium terrarum nationibus maximopere præſtitit & eminuit. Cæſar copias Pompejanas inter mare geminum, ambitu centum quinquaginta facilè milliarium; ac perpetuis munitionum caſtellis circumdedit. Id videretur omnem humanam fidem excedere, niſi eam rem literis poſteritati conſignaſſet Appianus: ſic enim ſcribit lib. 2. Bell. Civil. *Cæſar aggreſſus eſt difficile & inopinatum opus, ut uno muro omnes Pompeii copias circumplexus, a mari ad mare eum duceret: etiamſi cœptis excideret, magnam apud poſteros ſuper hac audacia gloriam laturus. Erant enim ſtadia ducenta & mille*. Memorabile illud facinus cantu ſuo etiam grandius facere conatus eſt Lucanus, Poeta cæteroqui minime Cæſarianus, lib. 6.

Franguntur montes, planumque per ardua Cæſar
Ducit opus, pandit foſſas turritaque ſummis
Diſponit caſtella jugis, magnoque receſſu
Amplexus fines, ſaltus nemoroſaque teſqua,
Et ſilvas, vaſtaque feras indagine claudit.
Non deſunt campi, non deſunt pabula Magno;
Caſtraque Cæſareo circumdatus aggere mutat.
Flumina tot curſus illic exorta fatigant,
Illic merſa ſuos: operumque ut ſumma reviſat,
Defeſſus Cæſar mediis intermanet agris.

Nunc

Digitized by Google

Nunc vetus Iliacos attollat fabula muros,
Adſcribatque Deis: fragili circumdata teſtâ
Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi:
En quantum Tigris, quantum celer ambit Orontes,
Aſſyriis quantum populis telluris Eoæ
Sufficit in regnum, ſubitum bellique tumultu
Raptum clauſit opus: tanti periere labores!

Idem Cæſar oppidum Avaricorum in Gallia vallo pedum duodecim, in circuitu quindecim millium paſſuum, crebriſque caſtellis circumcinxit. Idem Helvetiorum provinciam ingreſſus, ut ipſe ſcribit lib. 1. Bell. Gallic. *Cum una legione, quam ſecum habebat, militibuſque, qui ex provincia convenerant, a lacu Lemano ad montem Juram, millia paſſuum novendecim, murum in altitudinem pedum ſedecim, foſſamque perduxit.* Simili opere ſingularem admirationem apud omnes excitavit apud Alexiam. Rem porrò memoratu digniſſimam de Licinio Craſſo Plutarchus retulit per hæc verba: *Cum fugitivi peninſulam Brutiorum inſediſſent, quæ circa Reginum, Craſſum inſecutum aſſediſſe, & eum in brevi tempore foſſam a mari ad mare duxiſſe per cervicem peninſulæ, ſtadiorum trecentorum latitudine, & altitudine quindecim pedum. Super foſſam verò vallum ſtruxiſſe altitudine & firmitate mirandum.* Satis fuerit id ſpecimen præbuiſſe de Romanorum operibus quoad ſtructuram vallorum. Admirabiles etiam in ejuſmodi vallis extollendis fuere Macedones, quos non ſemel Polybius impensè dilaudat, & Livius penè exæquat Romanis. Hæc & ſimilia qui legerit apud veteres Hiſtoricos, deſinet obſtupeſcere vallorum opera militiæ recentioris, quæ tamen non pauci tantopere ſuſpiciunt & demirantur. Vide *Agger*.

Vallum, i. Murus eſt ſive agger ex congeſtitia terra ad oram foſſæ, munitus altè defixis ſudibus, ſive palis, qui valli dicuntur; eorum verò ſeries vel conſeptum appellatur vallum. De vocis themate Varro de L. L. l. 4. *Vallum, vel quòd ea varicare nemo poſſit: vel quod ſingula ibi extrema bacilla furcillata habent figuram literæ V.* Varicare hic eſt tranſilire varos. Varus autem priſco Latio fuit palus, ex quo habemus diminutiva vocabula *Vallus*, item *Palus*, & *Vallum* quod eſt ſeries vallorum. Et quoniam id palorum genus diſtortum eſt & furcillatum ad modum literæ V, idcirco varos dicimus, quibus diſtorta ſunt crura; quod eleganter alio tranſtulit Perſius Sat. 4.

vel cum fallit pede regula varo.

Fruſtra eſt Scaliger filius, qui eum Varronis locum quaſi luxatum diffingit, & pro *quod ea varicare non poſſit*, legit *quod ea vari ac ærumnæ eſſent*, exhorruiſſe viſus verbum *varicare*, & intruſum reputans. Illud verò mihi aptiſſimum eſt verbum, ſcitèque tractum a varis. Hinc verbum Italicum *Prevaricare* pro *tranſgredi*, ab eodem Latinorum verbo, quod eſt varos ſeu palos tranſilire. De vallorum conſtructione ſcribit Polybius, docetque non fuiſſe ejus formam ex ligno ſimplici & æquabili, ſed duas habuiſſe eminentias, ac veluti cornua, quod Varroni etiam obſervatum vides in verbis allatis: De Vallo Veget. l. 3. c. 8. *Sublati ceſpites ordinantur & aggerem faciunt, ſupra quem valli, hoc eſt ſudes & tribuli lignei per ordinem digeruntur.*

Animadverte aliud eſſe vallum, aliud aggerem. Agger ſiquidem non requirit vallorum, ſeu palorum nexus: vallum ſine vallis non intelligitur. Vallum proinde dixeris aggerem munitum.

2. A vallo dicitur Circumvallatio, quæ obſidionalis quædam ſepes eſt, quam vulgato vocabulo dicimus lineam circumvallationis. Conſtat ex planis loriculis, & propugnaculis per certa ſpatia excitatis & prominentibus ad defenſionem munitionemque caſtrorum, validamque urbis oppugnationem. Duplex erigi ſolet vallum obſidionale, præſertim in diuturnis obſidionibus: alterum externum appellatum, & opponitur auxiliaribus hoſtium copiis, ſicubi invaſionem in caſtra affectent, ad oppugnatos ſocios novo milite, & commeatu juvandos. Alterum interius eſt, urbemque obſeſſam reſpicit, eductum ad præſidiariorum irruptiones, ſubitoſque egreſſus frenandos. Exterius illud ſeptum & hoſtes reſpiciens dicimus *Circonvallatione*; interius aliud & arci propinquius, *Contravallatione*. A vallari foſſa obſidionali non dubito depreſſiora loca dicta fuiſſe vallem. Itali vallum dicunt *Steccata*, *Trinceramenta*, etiam *Valla*. Ricord. cap. 16. *Uſciron fuori della città, e vennono al vallo dello ſteccato.* Et Taſſus Gieruſalemm. Cant. 7.

Tornano allora i Saracini, e ſtanchi
Reſtan nel vallo e sbigottiti i Franchi:

Vide *Agger*.

Vallum, i. Valla in ludo latrunculorum idem ſunt ac mandræ vel carceres. Hac notione occurrit hoc verbum apud Authorem Panegyrici ad Piſonem, ubi de latrunculorum ludo loquens ſic ait:

fracta prorumpit in agmina mandra,
Clauſaque dejecto populetur mœnia vallo.

Exiſtimaverim vallum ibi neutro eſſe genere, ideſt locum munitum. Non enim video, quid cognationis habeat vallus, ideſt palus, cum capſis, ſive ſeptis, vel mandris in tabula luſoria: probè video congruere illis ſedibus nomen valli neutro genere. Sed quoniam ſcio ſedes illas non valla, ſed vallos appellari a Salmaſio in Proculo Vopiſci, non leviter ſum demiratus virum magnum vel non vidiſſe diſcrimen inter vallos & valla, vel ſedibus teſſellatis, ſive areolis quadratis alvei luſorii vallos potius attribuiſſe quàm valla. Equidem appellationes aliæ earundem ſedium, cujuſmodi ſunt carceres, mandræ, capſi, non ſingulares ſtipites notant, ſed receptaculum ſive ſeptum munitum, quod non fit ſingulari palo, ſude, vel vallo, ſed eorum copia, quam vallum neutro genere, & Italicè dicimus *Steccato*. Præterea in adducto verſiculo Paneg. ad Piſon.

Clauſaque dejecto populetur mœnia vallo,

quis continuò non videat nihil languidius atque adeo ineptius dici poſſe, quàm vallum ibi maſculini eſſe generis, non neutrius? Quid enim præpoſteræ abſurdæque locutionis illud eſſet, mœnia depopulari dejecto uno palo?

Vallus, i. Palus. Virg. 1. Georg.

Exacuunt alii vallos.

Plures valli ſeriatim diſpoſiti faciunt vallum neutro genere, ſeptum ſcilicet caſtrenſe. *Palizzata*. Vide *Vallum*.

Valvaate. Propugnaculum. Italis *Baluardo*. Salanova Juſtit. Aragon. in obſervant. de Infan-

ſantion. *Ad reparationem portarum villæ vallatum, ſive valvartium, & murorum tenentur.* Vocem *Baluard* Germanicæ originis facit Menagius. Turnebus trahit a dictione bolus, quæ Latinis eſt gleba, ſeu ceſpes, vel terra cum gramine. Et quidem caſtrenſia propugnacula, quemadmodum Ducum tribunalia fieri ſolebant e ceſpite & graminibus cum ipſa terra convulſis,

VALVASORES. Vide *Vavaſſores*.

VARDE. Vide *Vactæ*.

VASA. In foro bellico ſunt omne genus ſarcinarum, Vide *Vaſa conclamare*.

VASA BELLICA. Sic appellatæ ſunt naves bellicæ a ſcriptoribus lapſæ Latinitatis. Thomas Valſinghamus in Ricardo II. *Hoſtes armaverunt quinque vaſa bellica*. Eadem Vaſella dicta ſunt. S. Ludovicus in Epiſt. de captione ſua: *Vaſellis navalibus ut plurimum incendio diſſipatis*. Liquidum eſt ſequioris ævi Latium dixiſſe Vaſa & Vaſella ab Italorum dictione *Vaſello* & *Vaſcello*, juxta regulam ſæpe obſervatam de vocibus aliis inferioris Latii, acceptis ab Italicis, Gallis, Germanis, aliarumque gentium idiotiſmis. Itali tamen voces *Vaſello* & *Vaſcello* pro navibus habent a vaſis Latii veteris, proprer ſimilitudinem alibi iterum obſervatam inter vaſa & naves. Ex Plinio diſcimus omnes Veterum naves rotundas fere fuiſſe: atque hinc opinor factum, ut multa vaſorum nomina navibus eſſent communia. Ejuſmodi ſunt corbitæ, ſcyphi, cupæ, gauli, cymbæ, cymbia, aliaque plurima hujus generis, quæ naves ſimul & vaſa indicant. Ut enim vas commune erat omnibus nomen navibus, ſic ſingularium vaſorum ſimilitudine ſingulæ poſtea naves ſunt appellatæ. Vaſa in ſacris paginis apud aliquos ſunt arma. Pſal. 7. *Niſi converſi fueritis, gladium ſuum vibrabit: arcum ſuum tetendit, & in eo paravit vaſa mortis*. Quæ ſint ea vaſa explicat ſtatim: *ſagittas ſuas ardentibus effecit*. Item Reg. lib. 1. c. 14. ex verſione Septuaginta: *Et inſpexerunt ad faciem Jonathan, & percuſſit eos, & portans vaſa ejus procedebat poſt eum*, ubi vaſa ſunt arma, a Jonathæ ſcutifero ſive armigero geſtata. Vide de la Cerda Adv. Sacr. lib. 65. Sed vere vaſa in Scriptura vulgata ſunt res quælibet; quemadmodum hæc ipſa vox *res*, apud Italos *coſa*, *robba*, apud Græcos χρῆμα. Pſal. 70. *Confitebor tibi in vaſis pſalmi veritatem tuam*: ubi vaſa Bellarminus pſalterium, muſicum inſtrumentum interpretatur.

VASA COLLIGERE. Ad profectionem ſe comparare collectis ſarcinis, quæ militari vocabulo vaſa dicebantur. Paſſim legitur apud Authores. Livius Dec. 3. lib. 1. *Proxima nocte juſſit militibus vaſa ſilentio colligere, caſtra ab Ticino motu*. Idem lib. 22. *Signo dato conclamatur inde ut colligantur vaſa*. Et lib. 27. *Si collis, in quem ſpeculatum irent, placuiſſet, vaſa colligerent ac ſequerentur*. Et ibidem: *Extinctis ignibus vigiliâ primâ, data ſigna, ut vaſa colligerent*. Cicero lib. 6. in Verr. *Ille ex Sicilia caſtra jam moverat, & vaſa collegerat*.

VASA CONCLAMARE. Formula militaris, qua milites teſtantur in procinctu ad expeditionem ſe eſſe, fiduciamque & alacritatem ſolemni ritu iis verbis oſtendunt. Cæſar lib. 1. Bell. Civil. *Qua cognito ſignum dari jubet, & vaſa militari more conclamari*. Et lib. 3. *Scipio noctu, neque conclamatis quidem vaſis flumen tranſit*. Frontin. lib. 1. Stratag. cap. 8. *In initio ſtatim noctis vaſa conclamare milites juſſit*. Vaſorum nomine in hac frequentiſſima militari locutione accipitur omne genus receptaculorum: ſacci, bulgæ, arcæ, atque ipſæ etiam ſarcinæ; nec modò quæ militum humeris aſportantur, verum etiam quæ jumentis imponuntur & carris.

VASARIUM, ii. Quemadmodum notum eſt, vaſa pro quolibet inſtrumento tum civico, tum militari frequenter accipi, ſic vaſarium pro collectione ſumitur univerſæ copiæ, vel ſupellectilis tum civicæ, tum militaris. Cic. in Piſ. *Nonne ſeſtertium centies & octogies, quod quaſi Vaſarii nomine in venditione mei capitis adſcripſeras, ex ærario tibi attributum Romæ in quæſtu reliquiſti?* Profectò vaſarium fuiſſe dictum, mulos, equos, & omnigena inſtrumenta, imò verò ipſam pecuniam, quæ Præfectis provinciarum tradebatur, obſervavit Budæus in Comment. de Aſſe. A vaſario optimè trahit Ferrarius originem vocis Italicæ *Bagaglio*, quæ complectitur ſarcinas & impedimenta omnia militaria. Sic autem deducit: Vaſarium, Vaſaticum, *Vaſaglia*, *Bogaglio*. Reclamat Menagius, & violari leges analogicæ gradationis conqueritur. Verum ejuſmodi querelas Menagianas nòs alio in loco confutavimus: minimumque analogicis gradibus, ſummo arctoque jure ordinatis, fidendum eſſe in inveſtigatione originum cujuslibet idiomatis, obſervavimus. Poſtremo non dubitamus cum eodem Ferrario ab eadem voce *Vaſarium*, & Italica *Bagaglio*, originem trahere voces Italicas *Bagoſce*, & *Bagaſcione*, quæ lupæ ſunt, & ſcorta utriuſque generis militaria, quæ nimirum cum ſarcinis & reliquis impedimentis ſequuntur exercitum. Andreas Schottus Nodor. Cicer. l. 1. cap. 3. opinatur vaſarium vectigal fuiſſe pro vaſis, ideſt ſarcinis, vel utenſilibus, dictumque ut calcearium, camelarium, clavarium, & alia quædam hujus terminationis, quæ voces notant pecuniam imperatam pro calceis, pro clavis caligarum, & pro camelis alendis. Optimè conjectat: ſed nihil obſtat, quominus eadem vox & copiam memoratam ſarcinarum & utenſilium, & pro iiſdem pecuniam imperatam ſignificet.

VASSALLI, & VASSI. Sunt enim hæ voces ſynonymæ. Quod attinet ad etymon hujus vocis, nonnulli trahunt a voce *Vas*, *vadis*: quaſi ſint beneficiarii, fide vel ſacramento aliis adſtricti pro accepto beneficio. Turnebus trahit a vaſe: cum enim vaſarium diceretur omnis illa ſupellex, quam ſecum deferebant Præfecti & Magiſtratus in provinciam diſcedentes, eorundem clientes familiares & domeſticos, tanquam in eorum vaſario eſſent, vocitabant Vaſſallos, vel Vaſſos. Non eſt dubium, non obſcuræ dignitatis nomen interdum fuiſſe: paſſimque indicatos nomine Vaſſallorum familiarium, vel Dominicorum, domeſticos & familiares Principum. Erant etiam in judiciis publicis aſſeſſores Comitum, & cum iiſdem profecti in provincias non rem forenſem duntaxat, verum etiam bella adminiſtrabant. Certè ſub poſtremis Imperatoribus Alamannicis conſtat inſtitutum fuiſſe ordinem honorarium Vaſſallorum, qui etiam Capitanei nuncupati. De Vaſſis, vel Vaſſallis dominicis Tabularium Vindocinenſe hæc habet: *Guido de*

Bla-

Google

Blaſone Dominicus Vaſſus accedens ad Dominum Odericum Abbatem &c. De Vaſſis vel Vaſſallis regalibus Odo Cluniacenſis lib. 1. de Vita S. Geraldi : *Reipublicæ ſtatu jam nimis turbato, regales Vaſſos inſolentia Marchionum ſubjugaverat.*

2. Non ſemel indicare me memini, ævo Theodoſiano, item Byzantinis Principibus in Oriente regnantibus, & circa tempora Caroli Magni Imperatoris, tres fuiſſe claſſes, vel ordines rem militarem juvantium. Omnium nobiliſſimus erat militum, Milites verò per ea tempora Equites ſolum erant, & præcipuæ nobilitatis proceres ſacramento adſtricti ſuis Principibus. Ex his creati ſunt poſtea multiplicis militiæ ſacræ ordines; utque ipſi validiſſimum militię robur habebantur, ita ſinguli pro divitiarum copia & generis facultate magnam vim ſamulorum in bello ductabant. Ejuſmodi milites, & primi ſubſellii bellatores eo ævo Vaſſi & Vaſſalli ſunt etiam appellati. Claſſis altera erat tironum, ſive ſcholarium, qui etiam dicti ſunt adcreſcentes, quoniam adcreſcerent implerentque numerum militum primariorum, ſi fortè prœlio aut alio caſu decederent. Tertia claſſis erat famulorum, qui non ſolùm non adhuc cingulo militari donati, verùm etiam annonæ publicę partem non adhuc conſecuti, ab ipſis heris militantibus alebantur; a quibus ſcilicet erant mercede conducti, ut ipſorum arma geſtarent, & ſi neceſſitas poſceret conflictibus etiam ſe immiſcerent. Id genus famulorum multiplici nomine eſt inſignitum. Dicti nempe ſatellites, clientes, ſervientes, armigeri, ſcutarii. Vide plura de Vaſſis & Vaſſallis apud Cujacium, & alios legis peritos. Licet autem frequentiſſima notio Vaſſallorum fuerit, ut dominos bella capientes ſequerentur, quorum etiam clientes fiduciarii, miniſteriales, & aldii frequenter dicti memorantur; nihilominus compertiſſimum eſt quandoque infimi generis ſervulorum, atque adeo mediaſtinorum nomen fuiſſe. Certè vernas coquinarios Vaſſallos appellare non dubitavit Dantes Infern. Cant. 21.

Non altrimenti i cuochi ai lor vaſſalli
Fanno attuffar in mezzo la caldaia
La carne con gl'uncin perche non galli.

Quos Poetæ verſiculos nos ita Latinè reddidimus: Simil. Dant.

Non aliter vernis preſes rectorque culinæ
Imperat, ut mergant laticis ferventis in olla
Dentato pinguem aguinam, ne ſubnatet, unco.

A Vaſſallis, ſive, ut etiam legitur Vaſſallettis, optimè trahit Pithœus originem vocis Italicæ & Gallicæ *Valletto*, qui ſervulus eſt, vel puer a pedibus. Magis certè id probaverim, quàm ut a veredo veniat, ut contendit Salmaſius in Hiſt. Auguſt. vel a verna, ut oſtendere conatur Bovillus, vel a baro, ut tradit Menagius, vel a bajulo, ut placuit Guieto. Vide Cangium in Gloſſ.

Vastator, oris. Stat. lib. 2. Achill.

Trojæ vaſtator Achilles.

Ex Perotto, & aliis dicitur ab adiectivo *Vacuus*. Eſt enim vaſtare ſolitudinem & rerum inopiam, atque adeo vacuitatem inducere. Vaſtum enim dicimus non ſolùm quod eximiam magnitudinem & quandam habet immenſitatem, verum etiam quod incultum eſt, deſertum, & ſolitarium. Vaſtatores in militia non tam gradu dignitatis excellunt, quam terrore latè didito, & hoſtili ferocia ſunt pertimeſcendi. Nihil finitimis terribilius, cogitantibus nimirum laborum pretia annique ſpes matureſcentis, breviſſimo temporis ambitu dilabi, ac perire poſſe, furore incitatiſſimo catervæ populabundę & impunè cum armis & facibus diſcurrentis ad labefactanda ędificia, ſylvas deiiciendas, incendendos agros, & nullam denique non perniciem manu præcipiti & prædatrice, qua pote, qua non pote, inferendam. Quemadmodum verò ex imperatoris nutu, & certis militiæ legibus neceſſe eſt interdum ſuccumbere finitimos turmis prædatoriis, & obvia quæque flammis ferroque miſcentibus; ſic moderatorum injuſſu talia per libidinem & caſtrenſem licentiam exercentes mulctis, miſſioni, & extremis quandoque ſuppliciis ſubiiciuntur. Aliud quippe bellum, aliud exitioſa rabies, & crudelis avaritia quoquomodo diteſcendi. Opportunè huc recidit admonitio Crœſi Lydorum regis ad Cyrum Regem Perſarum, cum devaſtari juſſiſſet Sardes, regiam Lydiæ urbem recens expugnatam; rem abſurdam eſſe judicantis diripi abſumique a victore res ſuas. Sic autem Herodotus lib. 1. de Crœſo: *Ille cogitabundus ſilentium tenebat. Mox converſus ac cernens Perſas Lydorum urbem diripientes: Utrum debeo, inquit, Rex, loqui quod ſentio, an tacere hoc tempore? Cyrus eum verò, quæcunque luberet, audacter proloqui juſſit. Tunc ille Cyrum percontatur, quidnam tanta multitudine armatorum properaret agere? cui Cyrus: Tuam, inquit, urbem diripere, tuaſque opes abſumere. At qui, Crœſus excipit: Neque urbem meam, neque meas opes diripis: nihil enim mihi jam cum iſtis rebus eſt; ſed tua auferunt, tua diripiunt.* Senſit Cyrus veriſſimam eſſe Regis debellati vocem; utque ſui a vaſtatione urbis abſtinerent manus continuò præcepit. Nihil indignius eſt viro ingenuo, quàm deturpari illa macula apud Cic. ad Attic. l. 8. *Homo magis ad vaſtandum, quàm ad vincendum paratus.* Italis *Guaſtatori* item dicuntur qui rei munitoriæ deſerviunt. Taſſ. Gier. c. 1.

E innanzi Guaſtatori havea mandati,
Da cui ſi debba agevolar la via.

Vastituno, inis. Cato de re Ruſtic. cap. 141. *Vaſtitudinem, calamitates, intemperiaſque prohibeſſis.* Sed hoc antiquum & deſitum. Item

Vastities, ei. Apul. *Tanti corporis vaſtities horrori fuit.* Plaut. in Pſeud. *Harum mihi voluptatum omnium - vaſtities venit.* Sed hoc etiam vetuſtum & parcè uſurpandum. Melior eſt Latii

Vastitas, atis. Cic. in Catil. *Tecta Urbis, vitam civium, Italiam denique totam ad exitium & vaſtitatem vocas.* Eſt autem vaſtitas non ſolùm enormis quædam magnitudo & quaſi immenſitas, verùm etiam depopulatio, & ſolitudo quædam ac rerum vacuitas ex rapinis, incendio & everſione rerum exorta. Italis *Guaſto*. Joannes Villani lib. 4. cap. 22. *Fece gran guaſto alla detta cittade.* Hinc illæ formulæ: *Far guaſto, Dare il guaſto, Menare a guaſta*, pro *inferre perniciem*.

Vastificus, a, um. Quod vaſtitatem inducit. Cic. ex vetuſto quodam Poeta: *Erymanthiam hæc vaſtificam abjecit belluam.*

Vastus, a, um. Pro enormiter magno uſurpant Latini paſſim: pro vaſtato. Accius apud Nonium: *Hanc Urbem ferro vaſtam facit.*

VASTE'. Vaſtè & ruſticè, pro *aſperè* dixit Cicero lib. 3. de Orat.

VASTO, as. Diripio, populor, vaſtitatem induco. Cæſar lib. 1. Bell. Gallic. *Agri vaſtari, liberi eorum in ſervitutem adduci.*

VASTATRIX, icis. Senec. Epiſt. 96. *Luxuria terrarum mariſque vaſtatrix.*

VASTESCO, ſcis. Vaſtum fieri, & ſolitarium ferocià vaſtatorum. Accius apud Nonium: *Juſſit proficiſci in exilium quovis gentium, ne ſcelere tuo Thebani vaſteſcant agri.*

VAVASSORES, VALVASORES, VALVASORII, & VALVASOLLI. Sunt in genere feudalium vaſſallorum. Errat Author libri de Regimine Principum, qui Valvaſores trahit a valvis, quoniam illis curæ eſſet porta palatii Regalis, vel Imperialis. De illis hæc habet Othomanus de verbis Juris: *Quo in numero illi, qui eorum linguâ Barones, Majores, Valvaſſores, ſive Vaſſalli appellantur, fuerunt: qui patronos quidem illos agnoſcebant, ſed tamen, ut dixi, ſecundum Regem.* Memorantur ſæpius a Scriptoribus lapſæ Latinitatis; apud quos nonnihil videntur excedere vulgaris militiæ gradum. Charta Anſelmi Comitis S. Pauli: *Omnibus, qui eandem decimam tenebant Vavaſſoribus, ſive militibus concedentibus &c.* Vide plura apud Cangium in Gloſſ. Pleniùs Author præſatus libri de regimine Principum: *Inveniuntur etiam apud eos quædam nomina dignitatum ex Jure Imperii dependentium, & ſupra ſimplicem militiam tranſcendentium, ut ſunt Valvaſolli & Cathani, qui & Proceres appellantur, juriſdictionem ſuper ſubditos habentes; quamvis hodie per civitatum potentiam ſit diminuta & ſubtracta totaliter.* Itali *Barbaſſoro* nuncupant virum illuſtri præfectura vel authoritate eximia ornatum. Interdum feriò, ſæpius per jocum & cavillum uſurpatur. Primæ ſignificationis exemplum habet Bojard. Orl. Innam. l. 1. c. 20.

L'altro gigante ſi fermò da parte,
Et alla Dama attende & al teſoro,
Che tolto havean per forza o con grand'arte
Dall'Iſolo lantane a un Barbaſſoro.

Alterius ſignificationis exemplum tradit Boccacc. Nov. 99. *Credendoſi coſtui eſſer un gran Barbaſſoro.* Eodem jocoſo ſignificatu, & in eandem ſententiam adhibent Itali vocem *Baccalare*, ut probe advertunt Academici a Furſure. Poſtremo quoniam a barba inchoatur vox *Barbaſſoro*, nulla habita veræ originationis ratione, detorſit eandem vulgus ad notandum virum ſenio confectum, præſertim ſi prolixiore barba & inculto capillamento inhorreſcat. Ad hoc genus pertinuit monſtroſæ figuræ ſenex, de quo Bojard. Orl. Innam. l. 1. c. 22.

Fè comprare un palaggio in quel confino,
Dove mi tenea chiuſa il Barbaſſoro.

Eum verò ſic prius deſcripſerat:

E già diſceſo havendo il monte, al piano
Ritrovò un huomo contrafatto e ſtrano.
Queſt'era grande, e quaſi era gigante,
Con longa barba, e gran capigliatura,
Tutto peloſo dal capo a le piante;
Non fu mai viſta più ſozza figura,
Per ſcudo una gran ſcorza havea davante,
Et una mazza ponderoſa e dura:
Non havea voce d'huomo, nè intolletto;
Salvatico era tutto il maladetto.

Ut populari uſurpationi vocis *Barbaſſoro* fidem conciliem, adverto Vavaſſores dictos etiam fuiſſe veteranos: Lambertus Ardenſis p. 31. *Factum eſt autem ut liber quidam veteranus, ſive Vavaſſorius ſimiliter liberam nomine Havidem duceret in uxorem.* Idem p. 103. *Magnanimus quidam veteranus ſive Vavaſſorius &c.* Ignorare ſe fatetur Cangius, quamobrem Vavaſſores veterani dicerentur. Quidſi, quoniam provectiore ætate Proceres eſſent? Sed & hinc aliud hujus vocabuli thema expiſcari licet ab avis. Avos certè vetereſque juxta habemus: ut facilè ab avis addita litera Vavaſſores quaſi Avaſſores ſint nuncupati. Addo peculiarem eſſe idiotiſmum Linguæ Neapolitanæ, pro avo & ava, dicere *Vavo* & *Vava*, ex quo primùm eſt vocabulum *Vavaſſorius*. Quantulocunque venalem pretio hanc conjecturam in medium profero; ſi emptorem non nanciſcatur, domum nihilo pauperior rediturus.

UBINI EQUI. Memorantur a Vareo in diſſertatione de Hibern. *Inter quadrupedes notandi ſunt inprimis equi, quos hubinos, ſive hobbeys vocant; ob mollem greſſum magno in pretio habiti. Aſturcones olim dictos notat Joannes Major, utpote ab Aſturibus Hiſpaniæ in Hiberniam primùm deductos. Ab hoc equi genere, (ut id obiter adnotemus) Equites quidam levis armaturæ dicti ſunt Hobellarii. De 2000. Hobellariis ex Hibernia contra Scotos per mandatum Regis mittendis ſit mentio in Rotulo Patent. an. 15. Eduardi ſecundi part. 2. memb. 19. penes cuſtodem Archivorum arcis Londinenſis; ſed quot fuerint miſſi, non comperi. In exercitu Eduardi Tertii Caletum obſidentis an. Dom. 1347. numerati ſunt, inter alios milites, ſub Mauritio comite Kildariæ, Hobellarii 27. & ſub Domino Fulcono de la Freigne, Hiberno, Hobellarii* 14. Ex hoc genere duodecim candoris eximii, purpura & argenteis habenis exornatos, in pompa ſummorum Pontificum, ſeſſore vacuos duci ſe vidiſſe teſtatur Paulus Jovius. Equidem ſi Vareo & Jovio dicti fides & ratio conſtat, prorſus Ubini ſunt, quos Italicè dicimus *Chinee*. Id enim verò equorum genus ſeſſoribus vacuum, & pretioſis conſtratum ſtragulis Pontificium comitatum adornat. Mericus Caſaubonus de Lingua vetere Anglica, & Saxonica vocem *Ubino* ſic trahit a dictione Græcanica ἵππος, quæ equum ſignificat: hippus, hippinus, huppinus, upinus, Ubinus. Certè abineum dictum quoddam equorum genus refert Palladius: *Colores hi præcipui badius, aureus, abineus.* Suſpicor tamen vitiatam eſſe lectionem illam, & pro *abineus*, legendum *albineus*. Itali quoque hoc genus equorum vocant *Ubini*. Bernard. Taſſ. Amad. c. 8.

Da la man ſtanca deſioſa mira,
Dov' herma e più la valle e più romita,
Una donna venir ſopra un'Ubino,
Con habito leggiadro e pellegrino.

Idem c. 70.

Veniva il Cavalier ſovr' un Ubina,
Ch'al porto gli mandò l'Imperadore,
Bianco vie più che candido armellino,
Con guarnimento di molto valore
D'un drappo fiammeggiante Aleſandrino,
Sparſo di gemme di vario colore:
Talche non vide mai queſt' hemiſpero
Nè cavallo più bel, nè Cavaliero.

Idem c. 75.

Sovra un'Ubin, che di candor vincea
Neve hor caduta in cima a una collina,
Che d'or le ſtaffe, e d'or il freno havea,
Lieta n'andava la gentil Reina.

Udo, onis. Vide *Cado, onis*.

Vectabulum, i. Vehiculum, vel quo aliquid vehitur. Dicitur de omni genere curruum, & carrorum, qui uſui ſunt ad commeatus & militares ſarcinas convectandas. Gell. lib. 20. cap. 1. *Jamentum quoque non id ſolum ſignificat, quod nunc dicitur, ſed vectabulum etiam, quod adjunctis pecoribus trahebatur.*

Vectarius, a, um. Quod ad vehendum eſt idoneum, ut equus vectarius. Varr. de re Ruſt. l. 2. *Itaque peritus belli alios eligit, atque alit, ac docet: aliter quadrigarius & deſultor: neque idem qui vectarios facere vult, ad ephippium, aut ad prædam.*

Vectigal, alis. A vehendo: propriéque illud dicitur, quod penditur pro vectura, juxta diſcrimen tributi & vectigalis, quod expoſuimus in voce *Tributum*. Hinc civitates & provinciæ vectigales dictæ, quibus bello domitis pecunia, annona, portoria & his ſimilia onera imperabantur. Vide *Tributum*.

Vectis, is. Propriè palus eſt, ſive fuſtis oblongus ligneus, ſive ferreus, idem ex una parte acutior & modicè inflexus, ut nimirum adigi imprimique facilè poſſit ſub onere elevando. Inſtrumentum inprimis conſideratum a Matheſeos ſtudioſis, utpote quo prægrandia onera conatu minimo dimoventur, allevantur, & quocunque neceſſitas poſtulet, tranſvehuntur. Italis *Leva*. Hujus organi opportunitates Mathematici & Architecti latius exponunt. Nos obſervamus cum Vegetio, unum ex præcipuis militaribus exercitiis, in quo Romani tyrones robur & firmitatem virium oſtendebant, fuiſſe exercitationem ad vectem. Quemadmodum enim minorum lapidum obſtacula a dolabris ſuperabantur; ſic ad prægrandia emovenda ſaxa vectis erat uſus: quod ſæpe in proſternendis Veterum muris ſolebat contingere. Hinc Saluſtius de Pompejo: *Cum velocibus curſu, cum validis vecte certabat*. Nicetas inferioris ævi Scriptor ejuſdem meminit: *Interim ſub muſculo milites vectibus infima ſaxa turris hoſtium convellunt.*

Vectoria, orum. Abſolutè pro navigiis vectoriis poſuit Cæſar lib. 5. Bell. Gallic. ad eum modum, quo onerariæ ab eodem, & aliis Scriptoribus. Sunt autem vectoria navigia majora oneraria ad uſus Martios. Verba Cæſaris ſunt: *Qua in re admodum fuit militum virtus laudanda, qui vectoriis, gravibuſque navigiis, non intermiſſo remigandi labore, longarum navium curſum adæquarant*. Scio Theſaurum Ling. Lat. ſic afferre eum locum, *vectoriis quibuſque navigiis*: Sed retinenda eſt noſtra lectio quam purgatiſſimi aſſerunt Codices. Video *vectoriis* apud Cæſarem vim adjectivi nominis habere poſſe; ſed malim accipi pro ſubſtantivo.

Veha, æ. Aliis Veia. Feſtus: cujus locum depravatum correxerunt optimi Grammatici, legiturque ibi emendatiùs *Vela*. Vehiculum. Sed vide *Vela*. Item

Vehela, æ. Verba ſunt Capitolini in Maximin. *Alios Scythicis vehiculis exhiberet*. Ubi Salmaſius optimos, ut ſcribit, Codices ſecutus legit *vehelis*. Dicitur autem vehela a *veho*, ut cuſtodela a *cuſtodio*, a *loquor* loquela, & ſimilia: Vehiculum. Sed his omiſſis caſtigatiùs dicas

Vehiculum, i. Cic. ad Attic. lib. 10. *Ego verò vehiculo, ſi navis non erit, eripiam me ex iſtorum parricidio*. Vocabulum eſt latiſſimè pertinens, complectenſque geſtamina omnia, quæ rotas habent, & equis ferè aguntur. Commune eſt nomen tam urbanis, quam bellicis curribus. Budæus in Pandect. obſervat, tria eſſe genera vehiculorum. Alia quippe ſacra ſunt, ut thenſa: alia geſtatoria, ut ciſium: alia oneraria, ut plauſtrum, & ſarracum. Cicero triumphalia etiam dixit vehicula. Sic enim ſcribit in Piſon. *Nummus interea mihi Cæſar, neglectis vehiculis triumphalibus domi manet, & manebit.*

Vehiculus, i. pro equo. Hiſt. Translat. S. Fauſtæ Virginis: *Nam vehiculus, qui eum ferre debuerat, cum illis, qui primitùs vadum tranſierant, fortuitò vacuus, neminem in dorſo ſuo ferens tranſmeaverat.*

Vehicularis, re. Quod pertinet ad vehiculum; ut equus vehicularis. Hermogenianus Digeſt. lib. ult. tit. 4. l. 1. *Patrimonii ſunt munera rei vehicularis, item navicularis decemprimatus.*

Vehicularius, ii. Structor, compactor vehiculorum. Pro auriga non video uſurpatam fuiſſe hanc vocem. Capitolin. in Maximin., & Balbin. *Unus e plebe, ut nonnulli dicunt, faber ferrarius, ut alii, rhedarius vehicularius*. Ubi rhedarius vehicularius, dicitur ad eam formam, quemadmodum prius dixerat faber ferrarius: ut enim faber, ſic vehicularius nomina ſunt generalia: utque faber ferrarius ferri opifex eſt, ita vehicularius rhedarius, artifex ſive compactor rhedarum. Caveas a loco Spartiani in Severo, quem perperam intellexerunt ampliatores Latini vocabularii, Ambroſio Calepino attributi, qui ita ſcriptum reliquerunt: *Vehicularius. Qui vehiculum agit. auriga. Spartian. in Sever. vehicularium munus privatis ad Fiſcum traduxit*. Ibi enim vehicularium adjectivum eſt, non ſubſtantivum.

Vehicularius, a, um. Quod pertinet ad vehiculum. Spartian. in Sever. loco ſuperiùs indicato.

Vela, æ. Vehiculum. Feſtus: *Vela* (ſic enim legendum Salmaſius & alii autumant) *apud Oſcos dicebatur plauſtrum: unde velarii ſtipites in plauſtro, & vectura velatura*. De Velatura Varro de L. L. l. 4. *Velaturam facere etiam nunc dicantur, qui id* (vecturam) *mercede faciunt*. Stipites velarii clavulæ ſunt, quæ plauſtris circumfigi ſolent, ex quo clavulares etiam carri nominantur. Dicitur autem Vela a *Veho*, ut tela a *texo*, ſcala a *ſcando*, & ſimilia. Vide Salmaſ. ad Capitolini Maximinos.

Velamen, inis. Vide *Candelabrum*.

Velati milites. Occurrunt apud Feſtum, qui de illis ſic loquitur: *Quidam velatos: quod veſtiti inermes ſequerentur exercitum*. Recenſet illos inter genera levis armaturæ; cujuſmodi milites, ut ſcribit Suidas, ſagula habebant, & cingula ſuper femora. Erant ferè lapidatores, & funditores, qui cætera inermes, ſolis lapidibus, quos ejicerent, armabantur. De velatis, excepto Feſto, nunquam memini legere apud alios Scriptores. Quid ſi corruptus ſit locus ille, & pro *Velites*, irrepſerit *Velatos*?

Velites. In hujus inveſtigatione vocabuli velitati ſunt mira contentione Grammatici. Feſt. *Velites*

tes

ut dicuntur expediti milites, quaſi volantes. Item Veget. lib. 3. cap. 16. *Iiſdem miſcendi ſunt, quos expeditos velites, quaſi volitantes nominabant*. Dicti proinde velites, horum judicio, quaſi volites a volando, ex eorum militum levitate, quoniam huc illuc poſſent tranſcurrere, quod ægrè factu erat cataphractia armorum pondere laborantibus. Aliam affert originem Iſidorus: *Velites vocati ſunt, ſive a volitatione, ſive a civitate Etruſcorum, quæ Veletes vocatur*. Verùm Veletes, ſeu potiùs Veleates in Liguria, non in Etruria Plinium ponere obſervat Voſſius. Alii accerſunt a velando. Vide *Velati milites*. Et in hunc quidem modum de velitibus plerique ſtatuunt, indiſcriminatim illos habentes cum levi armatura.

2. Diſtinguunt tamen alii inter leves & velites, & præcipuè Valtrinus de Re milit. Roman. lib. 3. cap. 3. & cap. 12. ubi conatur oſtendere adnumeratos fuiſſe velites inter gravis armaturæ pedites, & quidem legionibus inſertos adſcriptoſque, cum levea armaturæ extra ordinem militarent. Statuit id primùm authoritate Livii, qui perſpicuè ſeparat leves a velitibus. Sic enim lib. 29. *Eques, leviſque armatura, & velites circumductis alis in latera incurrebant*. Et iterum ibidem: *Elephanti tumultuoſo genere pugnæ equitum velitumque, & levis armaturæ conſternati*. Et clarius lib. 42. *Ipſe velitibus, ad firmanda levium armorum auxilia, adjectis, ad tumultum procedit*. Verùm iteratis iſtiuſmodi Livii teſtimoniis minimum proficit meâ ſententiâ Valtrinus. Neque enim unum & ſimplex fuit levis armaturæ genus; ſed alii aliia leviores armis erant. Minima verò omnium levitas armorum fuit apud velites; utpotè qui non fundâ, ut plerique levium, ſed haſtis gladioque, ad hæc ſcuto etiam & galea munirentur, ut leves quidem illi eſſent comparati cum cataphractia, cæterum ad graves armaturas nonnihil accederent. Non igitur ita diſtinguit velites a levi armatura Livius, ut eoa in graves reiiciat, ſed potiùs ut ordinem armaturæ levis indicet, expeditum quidem, ſed adhuc inſtructinrem armis reliqua armatura levi. Alterum Valtrini argumentum deſumitur ex cenſu inito a Servio Tullo, qui in quinque claſſes cives diviſit, & propria ſingulis claſſibus arma attribuit. In qua diviſione, ut docet Dionyſius, velites quidem ad claſſem quartam, armaturæ leves ad quintam erant relatæ. Sed neque hæc partitio, ſive diviſio claſſium plurimùm videtur conducere, ut ex ea ſatis validè colligi poſſit velites ad armaturam gravem pertinuiſſe. Supereſt proinde ut ſola armorum ratio eos ordines militares diſcriminet. Et quidem ex eodem Dionyſin, & Polybio habemus peculiaria velitum arma fuiſſe ſcutum, gladium & haſtam. Et Polybius quidem etiam galea velites uſos ſcribit; licet illud geſtamen non initio, ſed poſtea obtinuerint. Equidem non inficior ſcutum, galeam, & gladium Hiſpanienſem ad gravem armaturam pertinuiſſe. Verùm ſic illa graves arma uſurpabant, ut reliquo etiam corpore lorica & cæteris membrorum munimentis eſſent obtecti. Velites verò nudo ferè decertabant corpore; atque idcircò licet aliqua haberent arma gravis armaturæ, reliquus tamen ipſorum habitus cum ordine levium erat communis. Quamobrem inclinor potius ut credam, velites medium quendam fuiſſe ordinem militarem, & ex gravibus quidem deſumpſiſſe arma, ex levibus verò membrorum nuditatem.

3. Addo nonnullum inſuper fuiſſe diſcrimen inter arma velitum, & gravis armaturæ. Et haſtas quidem velitum Polybius groſphos vocat. Ubi adverte erraſſe Conſtantinum Laſcarim, qui groſphomachos vertit *Pilanos*: pilani quippe erant triarii, nec unquam pilum ad velites pertinuit. Nam horum haſtas non fuiſſe ſtatarias, ſed miſſilea non uno diſcimus Livii loco: Sic enim loquitur lib. 38. ubi agit de velite armato: *In dextra haſtas habet, quibus eminus utitur*. Et lib. 30. *Velites ancipites ad ictum utrinque coniiciebant haſtas*. Et iterum lib. 28. *Velites primò miſſilibus territavere: deinde emiſſis levibus telis, quæ irritare magis, quàm decernere pugnam poterant, gladios nudant*. Et quidem ex Polybio diſcimus duûm cubitorum fuiſſe haſtas velitum, nec digiti craſſitudinem exceſſiſſe: præfixum autem illis fuiſſe ferrum ita gracile, ut reflexum vitiatumque poſt primum ictum iterum torqueri minimè poſſet; quamobrem Liviua lib. 24. velitum telum inhabile dicit ad remittendum. Quidquod non una velites ſed pluribus haſtis armabantur, quantas ſcilicet manu poterant comprehendere? Et Livius quidem ſeptenas illis attribuit. Alibi etiam idem Hiſtoricus docet velites, ſi cominus eſſet pugnandum, tranſlatis in lævam haſtia gladioa ſtrinxiſſe.

4. Hinc iterum falſum eſſe opinor Valtrinum, ubi ſcribit velitum haſtas fuiſſe amentatas, ideſt loro religatas in media earum parte ut retrahi remittique poſſent. Amentatæ ſiquidem haſtæ graviores erant, quàm ut ſeptenæ poſſent manu comprehendi, ut bene notat Voſſius in voce *Amentum*. Quod autem velites ſcutum geſtaverint, licet id tradatur a Dionyſio, nihilominus non eſt reputandum oblongum fuiſſe ſcutum, armaturæque gravis proprium, cum conſtet ex Polybio, Livio, & aliis, parmam habuiſſe velites, quæ clypei genus eſt leve, geſtatuque facile. Et Liv. quidem lib. 38. *Veles tripedalem parmam habet, & in dextera haſtas, quibus eminus utitur*. Vide *Parma*. Quod ad galeam attinet, licet de illa ſolus meminerit Polybius, ſimplex illam, & pelliceum duntaxat integumentum fuiſſe oportet, ne nimio onere illo retardarentur, qui cæteroqui maxima ex parte nudi certabant; nec ferè aliam, quàm celeritatis laudem conſectabantur. Poſtremò quantumcunque diſcrimen inter leves & velites videatur intercedere ex Veterum teſtimoniis, ac potiſſimum propter diverſitatem armorum, cum levium peculiaria fuerint arma ſagittæ, lapidea, & ſunda; velitum verò parma & jacula; nihilominua ex innumeris penè Hiſtoricorum locis ſit manifeſtum, ſæpenumero velites cum levi armatura fuiſſe confuſos, acceptoſque ſine diſcrimine.

5. Velitum deſcriptionem habes apud Valerium Maximum lib. 2. c. 1. *Velitum uſus eo bello primùm repertus eſt, quo Capuam Fulvius Flaccus Imperator obſedit. Nam cum equitatui Campanorum crebris excurſionibus equites noſtri, quia numero pauciores erant, reſiſtere non poſſent; Q. Nævius Centurio, e peditibus lectos expediti*

ti corporis, brevibus & incurvis, ſeptenis, armatos baſtis, parvo tegmine munitos, veloci ſaltu jungere ſe equitibus, & rurſus celeri motu dilabi inſtituit; quò facilius equeſtri prœlia ſubjecti pedites, viros pariter atque equos hoſtium telis inceſſerent. Horum officium fuit prœlium eminus auſpicari; ideo non æneis corporis tegumentis, ſed levibus armis protecti, indutique potius quàm armati erant. Ælianus pedeſtrem ordinem in militia dividi trifariam docet: in armatos, ſive gravis armaturæ milites; in velites, qui omnium expeditiſſimi eſſent; & demum in peltatos, ſive ſcutatos. Inter hos primi tertiique ſtataria pugna cum hoſte congrediebantur: velites gracilibus haſtis, quæ eam ob cauſam diſcretim ab aliis dictæ ſunt velitares, hoſtem eminus laceſſebant. Vegetius lib. 3. velitea inter equites adnumerat. Verum re ipſa pedites erant, ſed flagrante prœlio, ad pugnam redintegrandam aliorum equos aſcendebant, ut mox oſtendam.

6. Polybius Romanæ militiæ Scriptor accuratiſſimus a duplici nota velites a reliquis militibus Romanis ſecernit; nimirum a cenſu, ſive opibus, & ætate. Cum enim ea militia leviter armatorum parum eſſet tuta, quippe quæ non admodum erat armis inſtructa, ideo minus etiam honorati velites erant: nec in eum ordinem niſi juniores, & qui minimum habebant cenſum referebantur. Addit Lipſius in rebus militiæ Romanæ verſatiſſimus tria fuiſſe genera levis armaturæ militum; rorarios, accenſos, & velites. Priores verò illos, qui fundis jaculiſque rem agebant, in Romana militia fuiſſe antiquiſſimos; velites, adjectos illis omnium poſtremos, nec ante bellum Punicum ſecundum, in obſidione Capuæ, ut notavimus ex verbis Valerii Maximi, quod etiam Livius accuratiſſimè tradit lib. 26. *Equeſtria prælia ferme proſpera faciebant, pedites ſuperabantur: ſed nequaquam tam lætum vincere, quàm triſte vinci ulla parte erat ab obſeſſo, & prope expugnato hoſte. Inita tandem ratio eſt, ut quod viribus deerat, arte æquaretur. Ex omnibus legionibus juvenes electi ſunt, maximo vigore & levitate corporum veloces. His parmæ breviores quam equeſtres, & ſeptena jacula quaternos longa pedes data, præfixa ferro, quale haſtis velitaribus ineſt. Eos ſingulos in equos ſuos accipientes equites aſſuefecerunt. & vebi poſt ſeſe, & deſilire perniciter, ubi ſignum datum eſſet. Inde equitatu quoque ſuperior Romana acies fuit. Inſtitutum ut velites in legionibus eſſent*. Ex hoc Livii loco non modò originem & inſtitutionem, verùm etiam officium, & arma ipſa velitum doceri potes. Licet ad numerum levis armaturæ poſtremi omnium velites acceſſerint apud Romanos, ſcias tamen apud externos id genus fuiſſe antiquiſſimum. Sic enim Livius ipſe de Gallis memorat: *Galli inter equites raros ſagittarios expeditoſque levis armaturæ interjecerant*. Cæſar etiam de Germanis habet ſimilia: *Erant equitum millia ſex, totidem numero pedites velociſſimi, ac fortiſſimi, quos ex omni copia ſinguli ſingulos ſalutis ſuæ cauſa delegerant. Cum his in prœliis verſabantur, ad eos ſe equites recipiebant. Hi, ſi quid erat durius, concurrebant: ſiqui graviori vulnere equo deciderant, circumſiſtebant: ſi quò erat longiùs progrediendum, aut celeriùs recipiendum, tanta erat horum exercitatione celeritas, ut jubis equorum ſublevati; curſum adæquarent*. Pulcherrimus hic Cæſaris locus clarè docet non ſolum e peditum numero fuiſſe velites, verùm etiam non unum in corpus coactos, ſed ab equitibus adlectos, habitoſque in ſui cuſtodiam & munimentum: quod etiam apertè demonſtrat Tacitus lib. 1. de moribus German. *Mixti prœliantur, apta & congruente ad equeſtrem pugnam velocitate peditum*. Cæterum tametſi in pedeſtri pugna ferè eorum ſit apud Romanos commemoratio, pugnaſſe etiam ex equis non ſemel leguntur. Diſerte id teſtatur Vegetius l. 3. c. 24. ex cujus porrò verbis inſuper diſces, adverſus elephantos velites potiſſimum immiſſos fuiſſe, & quidem cum haſtis, ſive lanceis latioribus, quas ex uſu ejus militiæ geſtare conſueſſent; nimirum ut in vaſta belluarum corpora firmiores ictus adigerent. Sic autem Romanæ militiæ Magiſter: *Velites autem erant juvenes levi armatura, corpore alacri, qui ex equis miſſilia optime dirigebant. Hi equis prætercurrentibus ad latiores lanceas vel majora ſpicula belluas occidebant*. Habes hinc porrò velites, & ætate juniores fuiſſe, quod ex Polybio notavimus, & equeſtrem exercuiſſe militiam. Addo ex eodem Polybio l. *6.* velites in caſtrametatione, nihilo ſecius ac triarios, immunes fuiſſe ab excubiis. Vide Steuvech. ad Veget. l. 3.

VELITATIO, onis. Plaut. in Aſin. *verbis velitationem fieri compendio volo*. Propriè eſt levioris pugnæ congreſſus, & majoris univerſæque rudimentum, ut exhiberi ſolet a velitibus, conflictum eminùs auſpicantibus. Italis *Scaramuccia, Badalucco, Pugnazzo*. Matth. Villani lib. *9.* cap. 30. *E trà quelli d'entro, e quelli di fuori ebbe molti aſſalti, e pugnazzi, e badalucchi*. Dicitur etiam Italis *Scaramuccio* & *Scaramugia*. Joannes Villani lib. 12. cap. 38. *E ſovente uſcivano fuori agli ſcaramucci, e badalucchi*. Idem lib. 11. cap. 3. *E in sù quella di Grignano più ſcaramugi ebbono la noſtra gente*. Item *Scontrazzo*, qui congreſſus eſt & velitatio per occaſionem occurſus, aliter etiam *Scontro*. Joannes Villani lib. 12. cap. 70. *Cavalcandogli addoſſo l'oſte del Rè Pietro, ſubitamente per iſcontrazzo preſero duo ſuo' figliuoli*.

VELITOR, aris. Eſt levi pugna dimicare: fundis nimirum, jaculiſque ciere hoſtem, & diſtinere, donec a gravis armaturæ bellatoribus Mars legitimus & ferocior accendatur. Plaut. Menæcm. *Neſcio quid velitati eſtis inter vos duos*. Italia *Scaramucciare, Badaluccare*.

VELITARIS, re. Quod pertinet ad velites, idest levis armaturæ milites; ut pugna & haſta velitaris. Saluſt. in Jugurt. *Præterea ſere Sagittarii & cohors Peligna cum velitaribus armis itineris properandi cauſſi*.

VELLUS AUREUM. De pecude aurei velleris apud Colchos multa Mythologi. Sunt qui vellus aureum librum fuiſſe memorent Colchide aſſervatum, ubi Chryſopœja, ſive ars conficiendi auri traderetur. Ab aureo vellere teſſeram & nomen habet Ordo ſacer Militiæ Equeſtris ſummæ celebritatis & dignitatis: *Cavalieri del Toſon d'oro*. Ordinis inſtitutor Philippus Burgundiæ Dux cognomento Bonus, celebratis nuptiis cum Iſabella Luſitanica. Torquem aureum cum ove pendula ſeu aureo vellere ejus Collegij Equites habent inſigne. Tranſiit adminiſtratio & patro-

trocinium ejus Ordinis ad Auſtriacam familiam poſt Mariam filiam Caroli,poſtremi ex Burgundiæ Ducibus. Vide Morerium.

VENABULUM. Telum, ſed propriè venatorium, latiore ferro inſtructum. Virg. Æn. 4.

Retia rara, plagæ, lato venabula ferro.

Fit a ſupino verbi *Venor*, quomodo ſuſcitabulum, ſtabulum, mendicabulum, tintinnabulum; ut meritò planè irrideatur à Voſſio Papias, qui venabulum dictum putat, quaſi ad venandum habile. Ex armis venatoriis quædam uſus, alia neceſſitas militaria fecit. Huc pertinent venabula. Tacit Annal. 3. *Quadraginta millia fuere; quinta ſui parte legionariis armis, cæteri cum venabulis & cultris, quæque alia venantibus tela ſunt*: Italis *Spiede*, *Spiedo*. Vide *Vern*.

VENATIO, onis. Quantæ ſit ad tuendam corporum ſalubritatem & ampliandam virium firmitudinem utilitatis, deditâ operâ & ſingularibus voluminibus Authores non pauci ſanxerunt. Noſtri inſtituti eſt animadvertere, veriſſimè fuiſſe prolatum, venationem eſſe illuſtre quoddam Martis meditamentum, & proluſionem, adumbrationemque operum bellicorum. Nihil omninò alienum fecit a viro militari Darius Perſarum Rex, cum in ſepulchro ſibi magnificentiſſimè extructo inter alios titulos minimè preteriri voluerit egregium ſe venatorem extitiſſe, ut obſervat Meurſius in notis ad Lycophronem. Quanta verò intercedat cognatio inter tractationem armorum & exercitationem venatoriam, diſertè tradit Xenophon de Pæd. Cyr. lib. 1. *Bellicarum rerum hæc meditatio veriſſima videtur eſſe; conſuefacit enim ad ſurgendum diluculò, & ad frigus caloreſque perferendum; atque etiam ad itinera & curſus exercet. Præterea ſagittis, jaculiſque beſtiam petere neceſſe eſt ubicunque inciderit; nam quæ offerunt ſeſe beſtiæ, feriendæ ſunt; ab iis autem cavendum, quæ in venantem irruunt; adeoque non facile quis reperiat, quidnam eorum quæ bellum habet, a venatione abſit.* Iſthuc facit Plutarchi teſtimonium de Solert. anim. *At in terreſtri venatione ferocia animalia congredientium exercent audaciam & fortitudinem; verſuta inſidiantium calliditatem; velocia robur & laborum tolerantiam apud inſequentes.* Nec immeritò Plato in Sophiſt. bellum venationem hominum nuncupavit; ex quo eam formulam accepit Plutarchus in vita Alexandri, ubi ſcripſit: *Bello etiam ad leniendum dolorem uſus, veluti ad hominum venationem exivit, Coſſæamque gentem occidione occidit.* Ad antiquiſſimum illum morem venationibus præludendi ad Martiam diſciplinam, quo Xenophon Cyrum ſuum informavit, reſpexit omninò Virgilius lib. 4. Æneid. ubi eodem Dianæ ſtudio ſic inſtituit Aſcanium:

At puer Aſcanius mediis in vallibus acri
Gaudet equo; jamque hos curſu, jam præterit illos:
Spumantemque dari pecora inter inertia votis
Optat aprum, aut fulvum deſcendere monte leonem.

Nulla ſiquidem fortaſſe ad condiſcendam militiam exercitatio aptior. Obſervatum id a Saluſtio in Jugurth. *Pleraque tempora in venando agere: leonem atque alias feras primus, aut inprimis ferire.* Euripides eam virtutem in Hippomedonte Duce ſtrenuo prædicavit:

Puer cum eſſet audere cœpit, non enim ad voluptates
Converſus eſt Muſarum, & mollem vitam;
Agros coluit, vitam exercuit duram,
Gaudere virilibus, ire ad venationes.

Hinc probè Horatius inſcitiam artis venatoriæ tironi exprobrat, lib. 3. Od. 24.

neſcit equo rudis
Hærere ingenuus puer,
Venarique timet, ludere doctior.

Idem venandi ſtudium laudat Epiſt. 1. 18. Notum eſt, Chironem Centaurum dilacerandis feris, eſuque carnium ferinarum præferocem Achillis indolem inſtituiſſe, ut multis tradit Statius in Achilleide. Et quoniam idem Poeta l. 2. Achill. ex ejuſdem Achillis inſtitutione luculenter docet quantum a ſtudio venationis proficiant pręclara ingenia ad diſciplinam militarem, operæ fuerit ejuſdem verſus adiicere, ubi idem Achilles ita inducitur:

Theſſalus ut rigido ſenior me monte recepit,
Non ullas ex more dapes habuiſſe, nec almis
Uberibus ſatiaſſe famem, ſed ſpiſſa leonum
Viſcera, ſemianimeſque libens traxiſſe medullas.
Hæc mihi prima Ceres, hęc læti munera Bacchi,
Sic dabat ille pater mox ire per avia ſecum
Luſtra gradu majore trahens, viſiſque docebat
Arridere feris, nec fracta ruentibus undis
Saxa, nec ad vaſtæ trepidare ſilentia ſilvæ.
Jam tunc haſta manu, jam tunc cervice pharetræ,
Et ferri properatus amor, durataque multo
Sole, geluque cutis, tenere nec flexa cubili
Membra, ſed ingenti ſaxum commune magiſtro.

Et paulò poſt.

Hoc puerile decus quid nunc tibi prælia dicam
Silvarum? & vacuos ſævo jam murmure ſaltus?
Nunquam ille imbelles Oſſæa per avia lynces
Sectari, aut timidas paſſus me cuſpide damas
Sternere, ſed triſtes turbare cubilibus urſas,
Fulmineoſque ſues, & ſicubi maxima tigris,
Aut ſeducta jugis fœtæ ſpelunca leænæ.
Ipſe ſedens vaſto facta expectabat ab antro,
Si ſparſus magno remearem ſanguine, nec me
Ante niſi inſpectis admiſit ad oſcula telis.

Quàm ſtrenuè & utiliter ab ardore & re venatoria progreſſus fuerit impiger adoleſcens ad militarem tractationem, diligenter obſerva ex ſequentibus:

Jamque & ad enſiferos vicina pube tumultus
Aptabar, nec me ulla feri Mavortis imago
Præteriit: didici quo Pæones arma rotatu,
Quo Macetæ ſua geſa citent, quo turbine cæſtum
Sauromates, falcemque Getes, arcumque Gelonus
Tenderet, & flexæ Balearicus actor habenæ
Quo ſuſpenſa trahens libraret vulnera tractu,
Incluſum quoties diſtringeret aera gyro.

Eadem indole præditos, ſtudioque imbutos primùm venatorio, & mox ad veri Martis diſcrimina ſtrenuè erupturos deſcribit Heroca geminos Lucas Pulci Ciriff. Calvan. Cant. 2.

Hor queſto è quel, che Ciriffo volea,
Et cominciò col Povero Avveduto

A

A far certi archi, che apparato havea
Da un paſtor, che gli havea veduto;
Et un turcaſſo di pelle facea,
Et qualche ſtral, ch'è di faggio pennuto;
Et cominciorno a ſeguitar li ſtuoli
Di cervi, e danii, e muſi, e caurioli.
Poi parvon lor troppo vili animali,
Et comineiorno con lacci e con morſi
Et con li ſpiedi aſſalire i cinghiali;
Poi cominciorno appiccarla con li orſi,
Et far con eſſi battaglie mortali,
Et ogni dì ſon pe' boſchi traſcorſi:
Et come Meleagro a quella, e queſta
Donana ſpeſſo de cinghiai la teſta,
E ſi dolean che non v'era leoni,
Che gli harrebbon trattati come i dani,
Senza temer de morſi ò degli unghoni,
Et sbarrato la bocca con le mani:
Facean inſieme cozzare i montoni,
Ogni dì penſan nuovi giuochi e ſtrani:
Et coronavan quel che havea vinto
De fior di Clitia, ò Narciſo, o Giacinto,
Quando facean paleſtre, e quando pomi,
Et non corron più deſtri i leopardi
Nè mai parean faticati, ò domi
Con atti fieri robuſti e gagliardi:
Quando con altri paſtori ſalti, ò tomi,
Quando traevon pietre, e quando dardi,
Quando ſaettan, quando fanno corni,
Quando baleſtra di naſſi, ò d'avorni.
Egli harrebbon ben tolto come Achille,
Frà molte coſe d'Uliſſe le ſpade,
Et fatto a queſte gittar poi faville,
Così ſi ſtanno per quelle contrade,
Habitando in capanne. in boſchi, e ville
A luogo e tempo ſien nelle Cittade
Non ſi può giudicar prima che'l frutto.
Le coſe al fin conduce il tempo tutto.

Eandem laudem in Trajano ſuo expreſſit Plinius; *Certare cum fugacibus feris curſu, cum audacibus robore, cum callidis aſtu.* Atque iterum: *Quæ enim remiſſio tibi, niſi luſtrare ſaltus? excutere cubilibus feras? ſuperare immenſa montium juga, & horrentibus ſcopulis gradum inferre, nullius manu, nullius veſtigio adjutum?* Habet quippe venatio & jucunditatis plurimùm, & vim incredibilem ad corpora animoſque bellicis facinoribus præparandos. Nec iterum id Virgilium ſugit, qui quemadmodum Aſcanium puerum ejus exercitationis avidiſſimum fecit; ſic nobiliſſimam animi remiſſionem a Didone Æneæ oblatam ſcribit, venationem. Sic autem loquitur lib. 4. Æneid.

Venatum Æneas, unàque miſerrima Dido
In nemus ire parant.

Paucula hæc de venationis ſtudio, tanquam ferii Martis præludio optimo, & ab ingenuis adoleſcentibus ſemper uſurpato, obiter excerpſi. Largè ſiquidem ſuppetunt Scriptores alii, quibus pulcherrima & prolixa præconia de venatione contexere fuit conſilium.

2. Profectò ſummam inter venatores & milites conſenſionem & communia ſtudia deprehendes, ſi utriuſque artis ingenium, inſtrumenta, ſolertiam curatè perpendas. Utriſque ſub dio cubandum, excipienda frigora, imbres æſtuſque ferendi: utrique natatu trajiciunt flumina, foveas ſaltu tranſmittunt, edita montium ſuperant curſu. Nec verò tam aſpera eſt contentio adverſùs Cataphractos, & Clibanarios, quàm contra apros urſoſque, quorum alteros dentibus acutiſſimis, ſæviſſimis alteros unguibus ad dimicandum natura comparavit, Nam venatorum plagæ, retia, & indagines adamuſſim planè referunt militares aſtus, quibus hoſtes, quaſi feræ retibus implicantur. Viderunt eam artium concordiam Poetæ, qui Bellonæ Dianam adjunxere comitem, & eodem armorum genere utramque Deam inſtruxere. Id verò expreſſiùs adumbrarunt in Hercule, Thebano illo fortiſſimoque non tam milite, quàm venatore, Plurimum certe ambigas utrum ſtrenuo Heroi major laus & gloria acceſſerit a Buſiride, Anteo, Geryone, aliiſque monſtroſo robore gigantibus profligatis, quàm a Nemeæo leone illiſo, ab apro Erymanthio confixo, ab Hydra Lernæa feliciter ſuperata; utque etiam ab aucupio venator eximius commendaretur, aves Stymphalidas ſtraviſſe atque fugaſſe commenti ſunt. Quamobrem verè pronunciatum accepimus a Cicerone 2. de Nat. Deor. *Venatione ferarum nos exerceri ad ſimilitudinem bellicæ diſciplinæ.* Optimè porrò inſtitutum apud Macedones ex Athenæo, nequis ad cœnam publicam auderet accedere, qui aprum extra retia non interemiſſet. Nec ſegniùs Romani præclarum inſtitutum a Græcis arripuerunt. Huc ſcilicet ſpectant ludi in Amphitheatris exhibiti a munerariis, ubi immenſis planè ſumptibus, profuſoque ingentium patrimoniorum cenſu certatum eſt ad feras conquirendas ex qualibet vel remotiſſima parte terrarum. Præclarè proviſum exiſtimabant teterrimis belluis in arena confixis efficere ut ad contemnenda Martis pericula, & mortem fortiter adeundam juventus imbueretur, Coroazanus de re militari lib. 1. cap. 6. quam aptum fuerit ad res militares meditamentum & præparatio venationis ſtudium ita vernaculis numeris ſignificavit:

Et è queſt'eſercitio una gran chiave
Della militia, anzi molto conforme
Per toleranza delle coſe grave.
Qual de nemici, delle fiere l'orme
Si ſieguono per boſchi, e ſpiagge, e ſaſſi;
Che mal ſi mangia e mal talor ſi dorme.
E benche or ſia negli huomini baſſi
Venuta l'arte, pur anticamente
Solo i Signor la fean, gl'altri eran caſſi.
Primo Nembroth nell' Hebraica gente
Trovò'l meſtier, in Grecia il primo Apollo
Co la ſorella ſua caſta e ſaccente,
Giove, Giaſone, ed Hercule imitollo,
Theſeo, Enea. ed altri aſſai; che nulla
Portar le reti vergognoſſi in collo,
Ciro tanto ſtimò queſto tranſtullo,
Ch'ogn'un de' ſuoi, che far volea guerriero,
Voleva prima alla caccia condulla,

3. Ex hac laudatiſſima exercitatione alius feſe ritus offert memoratu digniſſimus. Enimverò, quoniam ſtrenuiſſimi quique bellatores præcipua quadam diligentia laborem venatorium ſunt proſecuti, hinc habemus ex iiſdem non paucos occiſarum ferarum pelles, pro militari ſago aptaſſe humeris; vel iiſdem pugnaces equos, quaſi ſtragulis exornaſſe. Pulcherrimum eſt illud apud Statium lib. 9. de Parthenopæo:

Illum acies inter medias jam cæde ſuperbum,
Neſcius armorum, & primas tū paſſus habenas,

Ve-

Venator raptabat equus, quem diſcolor ambit
Tigris, & auratis adverberat unguibus armos.
Colla ſedent nodis, & caſtigata jubarum
Libertas, nemoriſque notæ ſub pectore primo
Jactantur, niveo lunata monilia dente.

Ubi libet adnotare, quæ Statius vocat monilia lunata, nimirum occiſarum ſpolis ferarum appenſa equis bellatoribus, a Calpurnio Eclog. *6.* lunas dici:

ubi pendulus apri
Dens ſedet, & niveá diſtinguit pectora luná.

Adnumerabantur verò ejuſmodi lunæ, vel lunnlæ inter ornamenta militaria. De iis loquitur Africanus relatus a Bulengero cap. *9.* de Circ. Rom. *Canini dentes lupi ululantis avulſi monilibus equorum implicantur, & proſunt in utranque partem; cum ad curſum occultè juvent, & phaleris ornatum præbeant.* Quod quidem ornamenti genus commune extitiſſe apud gentes bellicoſas & præſertim apud Dacos, docemur etiam ex Columns Trsjsni. Heroes autem & Semideos Veterum, itemque Duces Græciæ aliarumque gentium pugnaciſſimos ferinis pellibus aut coriis indutos in aciem proceſſiſſe, vulgatiſſimum eſt. Pindarus Iſth. Od. *6.* Herculem memorat leonis illius exuvias pro operimento geſtaſſe, quem spud Nemesm interfectum, ſuorum fuit laborнm nactus initium. Taurina pelle ſeſe Argum velaſſe, poſt Arcadiam ab ea devaſtante fera liberatam, ſcribit Apollodorus. Diodorus autem lib. *3.* ita ſcribit de Minerva dimicante adversùs monſtrum, quod ipſe Ægidem, alii Meduſsm vocant: *Minervam ajunt tum ſapientia, tum fortitudine & viribus fretam, eam feram necaſſe, & ejus corium pectori obduxiſſe, tum ut munimentum corpori, & præſidium ad cætera pericula, tum ad virtutis partæque gloriæ memoriam oſtendendum.* Virgilius lib. *2.* Æneid. leonins pelle coopertum induci Ænesm:

latos humeros ſubjectaque colla
Veſte ſuper, fulvique inſternor pelle leonis.

Idem Æneas lib. *5.* leoninum ſpolium Salio largitur in funebribus ludis:

tergum Getuli immane leonis
Dat Salio, villis oneroſum, atque unguibus aureis.

Et lib. *7.* iterum leonina pelle obductum exhibet Aventinam, juvensm pugnscem ex proſapia Herculis.

Ipſe pedes tegmen torquens immane leonis
Terribili impexum ſeta, cum dentibus albis,
Indutus capiti, ſic regia tecta ſubibat
Horridus, Herculeoque humeros innexus amictu.

Et lib. 8. iterum ab Evandro Trojano Duci menſa extenſa pelle leonis inſternitur:

Præcipuumque thoro & villoſi pelle leonis
Accipit Æneam.

Nec alio quàm interfectæ tigridis amictu conveſtitur Camilla bellatrix, ad teſtificandum venationis ſtudium, quo illa mirificè capiebatur. Sic enim legitur lib. 11.

Pro crinali auro, pro longæ tegmine pallæ,
Tigridis exuviæ per dorſum a vertice pendent.

Et lib. 5. urſino corio Aceſtes obducitur:

Horridus in jaculis, & pelle Libyſtidis urſæ.

Nimirum ab Homero Virgilius venatoria illa militum indumenta ad terrorem & pompam præferendam, mutuatus eſt, qui ferinis pellibus Agamemnonem, Menelsum, Diomedem, Ulyſſem armat ſimul & horrificat. Urſins pelle contectum Agamemnonem, in certamine Arcitæ, & Polemonis rivalium inducit Bocc. Theſeid. lib. *6.*

Non armi chiare, e non mantel dorato,
Non pettinati crin, non ornamenti
D'oro, ò di pietre havea, mà legato
D'orſo un velluto cuojo con lucenti
Unghioni al collo, il qual da ciaſcun lato
Ricoprian l'armi tutte ruginenti:
Et qualunque hom vedendo, dicea d'eſſo,
Vincerà quel, con cui ſia queſti meſſo.

Adde tegumentum leoninum Cromii:

Un cuojo di leon Nemeo velluto
Cromio Corintio vi recò veſtito,
Che ſtato era ſuo padre già veduto.

Non impar Evandri habitus:

Egli era sù un Teſſalico deſtriere
Co' ſuoi inſieme andando baldanzoſo,
Et era armato d'armi forti e fiere,
E per mantello un cuojo d'orſo piloſo
Libiſtrico, e le cui unghie già nere
Naſcoſe eran ſotto oro luminoſo,
Et de ſuoi molti havean tal copertura;
Et di leon alcun la pelle dura.
Chi pelli havean di tori ben lunati,
Tutte di chiari lembi circoite,
Alcuni di cingiali eran faſciati.

Statius lib. *6.* aprum in venatione occiſum barbaricum facit ſævumque militare ſagum:

terrificos humeris Ætolus amictus
Exuitur, patriumque ſuem.

Sed omnia pertexere infiniti operis fuerit. Vide Paſchalium de Coronis lib. *9.* & 10. qui plura in hanc rem colligit diligenter, & quæ nos in dictionibus *Pelles Ferinæ, Galea*, & alibi de rictibus & capitibus ferarum pro tegumentis capitum ſæpius uſurpstis, latè expoſuimus. Neque verò a memoratis ducibus & bellstoribus inopià cultioris materiæ ad contegenda membra id factitatum: quemadmodum in uſu fuiſſe legimus apud Maſſagetas, Scythas, & alias nstiones, quæ neceſſitate potius compulſæ, quàm conſilio, ferinis pellibus atque coriis indutæ victitabant. Poſterioribus etiam temporibus Commodum, Caracallam, & Gallienum Cæſsres ferarum pellibus conveſtitos nummi exhibent optimæ fidei apud Fabrettum cap.7. Colum. Trajan. Indicata ferarum inter venandum occiſarum coria ſic Heroes illi, maſculique ætatis priſcæ bellatores aptabsnt humeris, aut lacertis innectebsnt, ut cruda eadem, & adhuc ſanguinem tabumque ſtillantia, cum exertis unguibus, ut illa ſcilicet recéns detraxersnt, ad armorum uſum & militaria ornsmenta converterent. Sua etismnum indumenta & ſagula coriscea præſens oſtentat militis: ſed ad nitidum lævorem æqusta pumice; certiſque prius medicsmentis macerata & infecta; imbuta etiam, ſi Deo plscet, barbaricis odorsmentis. Uſqueadeo nihil eſt tsm sſperum, horridumque, quod uſus deterior ad mollitiem non ſubegerit: nihil tam virile, tam rigidum, quod ſæculi genius peſſum ad luxuriæ delicatioris oſtenta non dederit. Quid sutem pelles & coria commemoro? Chalybem ipſum & Martia metalla corrupimus. Auro bracteati enſes & gemmis aſperi timidè ictum inferunt; tanquam ſanguine inquinari ſe ſentiant.

Jam

Digitized by Google

Jam armorum reliqua non ponderoſa duritiea, non lituræ hoſtici cruoris, ſed color fucatus & lux aſcititia commendat. Solem illa credas non hoſtem laceſſere: ut de ſuo clypeo curatum voluit Plautinus ille Pyrgopolynices:

Curate ut ſplendor meo ſit clypeo clarior,
Quàm ſolis radii eſſe, olim cum ſudum eſt, ſolent,

Verùm declamatoria iſthæc aliis relinquamus.

VENENUM. De immiti more ſagittas veneno illinendi ſatis diximus in Titulo *Sagittæ*. Non illam hìc ego crambem recoquam. Addendum hìc aliquid de minus humano ritu aquas inficiendi corrumpendique teterrimis ſuccorum miſturis. Appianus in Mithridat. contaminatos fuiſſe venenoque pollutos memorat a Mithridate fontes puteoſque, qui Romanis ſubminiſtraturi erant aquas ad potum. Quod etiam Lucanus tetigit lib. 4.

O fortunati, fugient quos barbarus hoſtis
Fontibus immiſto ſtravit per rura veneno.

Idem in eoſdem Romanos feciſſe Jugurtham Nnmidiæ, & Jubam Mauritaniæ Reges legimus. Factitatum etiam ab Aladino Hieroſolymorum Rege diſcimus a Scriptoribus multiplicis belli Cruceſignatorum, nec id indicare fugit diligentiam Torquati Taſſi Cant. 1.

Parte alcuna non laſcia integra è ſana,
Onde il Franco ſi paſca, ove s'alloghi:
Turba le fonti e i rivi, e le pure onde
Di veleni mortiferi confonde.

Hæc & ſimilia exempla plerique reputant proraùs indigna non ingenuo ſolùm generoſoque, verùm etiam humano Duce, vel bellatore. Virtute nimirum, non ſcelere ad gloriam enitendum eſt; memoriaque retinendum Senecæ effatum lib. 1. de Clementia cap. 18. *Eſt aliquid, quod in hominem licere commune jus animantium vetet.* Eodem ſe ſcelere contaminari exiſtiment, qui annonam & cibaria vitiant atque coinquinant, ut ſic omni ferro celerius hoſtem abſumant. Scio elevari a nonnullis crudelis nequitiæ famam, & atrociſſimum purgari facinus ſubtili quadam argutia, jactantibus nimirum non infici a ſe aquas venenis, ut illis utantur hoſtes, ſed potius ne utantur, ſentiantque ſitis incommodum, minuſque eà causà valeant ad obſiſtendum. Sed vereor ut eam infectorum fluminum fontiumque maculam ullo quantumlibet medicato gurgite authores poſſint eluere. Nego quippe humani animi, nedum regii eſſe veneficia & peſtes recenſere ac circumferre in paratu bellico: & quædam ſunt, quæ non tam privato lucro & civico rerum ſtatui, quàm humanitati naturæque debemus. Quanto fuit glorioſiùs factum a Senatu Romano, cum Pyrrhum de parata a medico potione lethifera certiorem fecit? Audiri dignus in illuſtri ad poſteros argumento Valerius Maximus lib. 6. cap. 5. *Timochares Ambracienſis Fabricio Conſuli pollicitus eſt ſe Pyrrhum veneno per filium ſuum, qui potionibus ejus præerat, necaturum: ea res cum ad Senatum delata eſſet, miſſis legatis Pyrrhum monuit, ut adversùs hujus generis inſidias cautiùs ſe gereret: memor Urbem a filio Martis conditam armis bella non venenis gerere debere.*

VENIA, æ. Vide *Supplices*, & *Benignitas Imperatoris*.

VENTI, orum. Pars non contemnenda ſolertiæ militaris in ſupremo Duce eſt ventorum peritia. Eos prænoſcere, eorumque invaſiones atque impetus e diverſa cœli parte ſpirantium diſtinguere non modò multum conducit in moderatione claſſium, pugnarumque navalium, verùm etiam in terreſtribus conflictibus, atque itineribus commeantium copiarum. Idcirco Vegetius lib. 4. cap. 38. accuratè ſibi de ventis, eorumque natura diſſerendum putavit. Sublato pulvere a ventorum vehementia appropinquantes acies dignoſcuntur, juxta illud Livii lib. 30. *Denſior deinde inceſſu tot hominum equorumque oriens pulvis ſignum propinquantium hoſtium fuit.* Ejus rei luculentum exemplum habes apud Virgil. lib. 9.

Hic ſubitam nigro glomerari pulvere nubem
Proſpiciunt Teucri, ac tenebras inſurgere campis.
Primus ab adverſa conclamat mole Caicus:
Quis globus, o cives, caligine volvitur atra?
Hoſtis adeſt.

Sed quoniam multis apud Hiſtoricos eventibus admoneri Duces poſſunt, quantum referat ventorum exortus atque naturam pernoſcere, ut reliqua omittam, ſatis fuerit in præſentiarum indicare victoriam Theodoſii Cæſaris, quæ pulcherrima eidem parta eſt, explicata acie directaque, qua parte vehementiſſima ventorum vis adversùs ordines hoſtiles ſpirabat. De quo conflictu hæc habet Auguſtinus lib. 5. de Civit. Dei cap. 26. *Milites nobis, qui aderant, retulerunt extorta ſibi eſſe de manibus quæcunque jaculabantur, cum a Theodoſii partibus in adverſarios vehemens ventus iret, & non ſolum quæcunque in eos jaciebantur, concitatiſſimè raperet, verùm etiam ipſorum tela in eorum corpora retorqueret.* Viderat id accuratus Scriptor rei militaris Vegetius ac probè monuerat per hæc verba: lib. 3. cap. 14. *Ventus contrarius tua inflectit ac deprimit, hoſtium adjuvat tela.* De eadem porrò victoria Theodoſii ſic eleganter Claudianus:

Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit adverſas acies, revolutaque tela
Vertit in auctores, & turbine reppulit haſtas;
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Æolus armatas hyemes; cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad claſſica venti!

Quem locum Claudiani, ut alia ex antiquis Latinis multa, ſic imitatus eſt, partimque reddidit Torquatus Gieruſalemm. Cant. 18.

Quando ecco un vento, ch'improviſo ſpira,
Contra gli autori ſuoi l'incendio gira.
Vien contro al foco il turbo, e indietro volto
Il foco, ove i pagan le tele alzaro,
Quella molle materia in ſe raccolto
L'hà immantinente, e n'arde ogni riparo:
O glorioſo Capitano, ò molto
Dal gran Dio cuſtodito, al gran Dio caro:
A te guerreggia il cielo: e ubidienti
Vengon chiamati a ſuon di trombe i venti.

Quam ob cauſam Vegetius, ut dixi, non otioſum arbitratus eſt de ventis naviter curatèque ſcribere. Quem nos ſecuti in hunc modum eorum ſeriem exponimus. Ab Orientali cardine ſpirat Apeliotes, quem Latini Subſolanum, quaſi ſub exortum ſolis naſcentem, vocant. Huic a dextra jungitur Cecias, qui ſpirat inter Aquilonem, & exortum Æquinoctialem. Nubes ille cogit, ex quo adagium in eos, qui ſibi tricarum materiam accerſunt: *Mala attrahit ut Cecias nu-*

nubes. Ab ejuſdem ſiniſtra flat Eurus, ſive Vulturnus, ſic appellatus quoniam alto ex loco vulturem imitatus reſonat. A meridie ſpirat Notus, alio oomine Auſter, vulgo *Oſtro*. Huic a dextra jungitur Leuconotus, ideſt Albus ootus. A ſiniſtra verò Libonotus, alio oomine Corus, Caurus, & Euronotus, vulgò *Ponente Maeſtro*. Occidentalem cardinem poſſidet Zephyrus, cui a dextera jungitur Libs, ſive Africus; a ſiniſtra Japyx, ſive Favonius. Et Japyx quidem ab Japygia regiooe Apuliæ, nnde illi nomen, Favonius verò a fovendo dieitur, ut tradit Perottus, quod terram, fruges, herbaſque ſoveat. Sed melius trahitur a ſavendo; omnibus quippe ſavet germinibus, ſatorum verò pater & ſautor eſt. Hioc Lucret.

genitabilis aura Favoni.

Septentriooalem demum cardinem occupat Aparctias, ſive Septemtrio, cui a dextra jungitur Traſchias, ſive Circius; a ſiniſtra Boreas, ſive Aquilo. Sed obſervandum eſt non minimum io recenſione ventorum variari a Scriptoribus. Alia ſiquidem atque alia pro locorum & gentium diverſitate, ab indigenis & nautis nomina ſortiuntur: quorum certa deſcriptio ideo non ubique eadem nec ſtabilis iovenitur. Nobis quidem ventorum flatus & conſtitutiones multiplicatis nominibus minutim diviſa ſunt. Philoſophi veteres Medicique, ubi deſignant tempeſtates, & aeris viciſſitudioes, quas venti faeiunt, duos ventos duntaxat Auſtrum & Aquilonem recenſent. Nimirum hi ab utraque Orbis parte ſpirantes, ſuamque ducentes originem, ſoli terras perflare memorantur. Nihil mentionis de reliquis habitum, qui ad hos duos accedunt juxta majorem vel minorem inclinationem, aut receſſum, quo a gemina prædicta meta deflectunt, vel ad eandem accedunt. Quatuor deinde veoti ex quatuor Mundi partibus ſpirantes agniti eonſtitutique ſunt: Auſter nimirum, Aquilo, Eurus, & Favonius, quorum Homerus, aliique ejus temporis Scriptores meminerunt. Additi deinde alii quatuor primis illis interpoſiti; eaque partitio communi Græcorum Latinorumque conſeoſu probata perdiù ſuit atque retenta. Adiecti demum alii quatuor ad exactiorem notitiam magis magiſque diviſis aeris intervallis, deſignatiſque partibus minutiore calculo, unde auræ progrediuntur. De ejuſmodi partitiooibus ventorum vide Salmaſium ad Solinum. Præter memoratos ventos, tum cardinales, tum iiſdem laterales alii etiam ſunt, qui vel a privatis regionibus unde diſcedunt, vel a propria quadam prærogativa, alia nomina ſunt eonſecuti. Atabulus ventus eſt frigidiſſimus, & Apuliæ peculiaris: idem ab Horatio Apulus dicitur. Venti a terra flantes Apogei dicuntur. Circius ſummâ ventus eſt vehementià; a vertigioe & rotatu ſic appellatus. Chelidonia dicitur ventus Favonius, quo anni tempore hirundioes [ex quibus oomen habet] primùm conſpiciuntur. Altanos ventos Pliniua vocat, qui e terra conſurgunt: eoſdem e mari redeuntes dicit Tropęos: & ſi ultrò pergant terris perflandis, ouncupat, ut diximus, Apogeos. Catægis ventus eſt apud Senecam, Pamphylię peculiaris. Sed corruptum Senecæ locum pntat Salmaſius: cæterum Catægis a procella ex Græco dicitur. Encolpiæ apud Ariſtotelem & Apulejum, venti ſunt e mari venientes per quoſdam ſinus, ex quo illis origo eſt Græcanici nominis. Eteſiæ item venti ſunt ab anno dicti, quoniam ex omnibus ventis maximè ſtati fixique ſunt, & ſingulis annis eodem tempore redeunt. Quidam cum Favoniis, quidam cum Euris, vel Subſolanis illos eonfundunt. Eteſias maſculini generis ſecit Seneca; fœminini Mela & Hygiuus. Exhydriæ apud Apulejum venti ſunt aquatores, qui multo pluviarum impetu graſſantur. Typho flatus eſt ad modum vorticis tortuoſus, e nube mira quadam erumpens velocitate, rapida ſæpius vertigine non antennas modo, ut loquitur Plinius, verùm ipſa etiam navigia contorta frangens. Quamobrem præcipua oavigantium peſtis meritò vocatur. Gellius de Typhone hæc habet lib. 19. cap. 1. *Quia turbines etiam crebriores, & eœlum atrum, & fumigantes globi, ac figuræ quædam nubium metuendæ, quas Typhonas voeabant, impendere immineréque, ac depreſſuræ navem videbantur*. De iiſdem Lucao. lib. 7.

Et trabibus mixtis avidos Typhonas aquarum.

Poſtremò ad deſignandos meatus, ac veluti lineas ventorum, horum nomina miſcemus atque componimus, unum ex geminis proximis veotis facientes, in huoc modum, Euroaquilo, Euronotus, Euroauſter. Vide Plin. lib. 2. cap. 47. & 48. & Vital. Lexic. Mathem. Ubi etiam ventorum ſchema exhibetur.

2. Quanti ſit æſtimanda peritia ventorum in Præfecto claſſis vel Navarcho, his verbis luculenter expreſſit Leo Imperator in Tacticis: *Rei navalis peritià pollere te oportet, & aeris ac ventorum flatus prænoſcere per ſtellarum apparentium motum & aſtrorum ſigna. Tempeſtatum etiam mutationem perfectè cognoſcas, ut ſi perfectus iis in rebus fueris, tutus & ſecurus ab omnibus maris tempeſtatibus conſerveris*. Ejus facultatis intelligeotia graviſſimo ſuo reique publicæ damno caruit M. Æmilius, qui eam ob cauſam primo bello Punico e trecentis ſexaginta quatuor navibus vix octoginta a ventorum injuriis & tempeſtate ſervavit. Sic enim Polybius lib. 1. de ea Romanorum clade: *Cauſa illius cladis, non tam fortunæ, quàm ipſis Conſulibus eſt adſcribenda: quippe gubernatoribus ſæpe multum obteſtantibus, ne ſecundum exterius Sieiliæ latus, quod mare Afrieum ſpectat, navigare vellent; quoniam profundum ibi pelagus eſt, & tota illa ora importuoſa, ſimul quod infeſtorum navigationi ſignorum, alterum nondum eſſet confectum, alterum mox oriturum: (nam inter Orionis & Canis ortum navigabant) illi ſpretis hiſce monitis, in altum imprudenter ſunt provecti*. Augures a ventorum flatibus ſolent futura cognoſcere. Id de bello indicendo occurrit apud Statium lib. 3. Theb.

ventiſque aut alite viſa
Bellorum proferre diem.

Commenti quippe Poetæ ſunt, Ventos Deorum eſſe internuncios, ad illoſque hominum deferre preces, interque Deos & homines commercium facere. Hinc Venus apud Ovid. lib. 10. Metam.

Detulit aura preces ad me non invida blandas.

Et Virgil. Ecl. 3.

Partem aliquam, venti, Divûm referatis ad aures.

Hinc illæ formulæ de precibus votiſque ad ventos jactis, in auraſque diſſipatis. Virgil. lib. 9.

Multa patri portanda dabat mandata; ſed auræ
Omnia diſcerpunt, & nubibus irrita donant.

Et lib. 11.

voti Phœbus ſuccedere partem
Mente dedit, partem volucres diſperſit in auras.

VENTILARE ARMA. Una eſt ex bellicis exercitationibus. Fiebat haſtam & ſcutum in ſublime atque adeo in ventos jactando. Martialis lib. 5.

Cornibus hic pendet ſummis, vagus ille per armos
Currit, & in toto ventilat arma bove.

Meminit hujus exercitationis Seneca Epiſt. 98. *Quam ſtultum eſt, cum pugnæ ſignum cœperit, ventilare!* Diſertè id explicat Turnebus Adverſ. lib. 30. cap. 3. *Ventilare gladiatores dicuntur cum ante pugnam ſuos movent gladios, & luſoriis ictibus aerem ferientes præludunt certamini.* Hinc deducit Ferrarius originem verbi Italici *Avventare*, quod eſt jactare cum impetu. Menagius tamen trahit ab *Amentare*, quod eſt amento haſtam, vel jaculum inſtruere, Arridet magis origo Ferrariana.

VENTRALE, is. Armatura, quæ ventrem tegit, Ugutio: *Ventrale. Faſcia, vel ligatura ventris, vel zona, ſive lumbare.* Idem fermè habent Gloſſæ veteres. Ventrale Italis eſt *Panzerone*. Bern. Orl. Innam. l. 2. c. 4.

L'usbergo fracaſſogli, e'l panzerone.

Item *Panziera*. Vit. Plut. *Volgevaſi, e tornava a cavallo per tutta l'oſte allegramente, ſenza bacinetto, e ſenza panziera.*

VENUS. Quæ de plurimarum urbium excidiis & bellicis contentionibus ab effrenato mulierum amore frequenter exortis ſignificavimus in dictione *Cupido*, eadem de Venere promiſcue dicta, Lector, accipias. Addenda hìc ſolùm de Venere, quæ bellicam tractationem reſpiciunt, reliquis ad fabularum Scriptores rejectis. Voluptatum hæc atque blanditiarum omnium conciliatrix Dea non erubuit ad Martis officia aſpirare. Quamobrem a Jove vehementer reprehenditur apud Homerum;

Tum Venerem alloquitur, tum ſolvit talibus ora.
Filia, non ars eſt tibi bellica tradita: ſed tu
Virgineas rixas, ſed tu connubia curo:
Hæc Mars, hæc teneat communia munera Pallas.

Licet autem imbelli plerunque habitu & enervato coloretur a Poetis, non defuere tamen, qui illi ſagittas & arcum attribuerint. Sic illam depingit Euripides in Medea. Julianus verò Ægyptius his illam verſibus coloravit.

Uſque Venus plenam didicit portare pharetrã
Atque arcus, longè ſpicula quæ feriunt.

Armata Venus a Lacedæmoniis culta fuit, ut fusè refert Lactantius ex Pauſania in Laconicis. Ferunt autem Venerem Spartę appropinquantem, poſt Eurotæ tranſitum, ceſtu, & aliis ornamentis depoſitis, loricam & clypeum induiſſe, ut iniret à Spartanis gratiam, quos ſciret armorum eſſe unicè ſtudioſiſſimos. De qua illud legitur Auſonii Epigramma:

Armatam Venerem vidit Lacedæmone Pallas:
Nunc certemus, ait, Judice vel Paride.
Cui Venus: Armatam tu me temeraria temnis,
Quæ quo te vici tempore nuda fui?

Leonidas verò fruſtra Venerem armari ſolebat dicere, quæ Martem ipſum bellorum Deum vel nuda vicerit: qua de re illud porrò extat Epigramma, ſic tranſlatum ex Græco:

Hæc Martis ſunt arma, Venus; cur cingeris iſtis?
Cur Cytheræa geris tam grave pondus iners?
Mars eſt a nuda victus: cum ceſſerit ipſe
Vel Deus, hęc fruſtra nunc geris arma viris.

Poſtremò victricem Venerem cultam a Romanis legimus; ejuſque ædem in Theatro Pompeii fuiſſe, Plutarchus tradit in Vita Pompeii. Veneris porrò armatæ apud Lacedæmonios cultæ origo in hunc modum perhibetur. Cum Spartiatæ adversùs Meſſenios bello congreſſi, pedes referre inciperent, nec ſuſtinere poſſent hoſtiles aſſultus, uxores, inſpecto maritorum metu atque periculo, ſumptis armis perrumpunt hoſticos cuneos, reſtituunt lapſam aciem, & victores Meſſenios in fugam compellunt. Armatas illas armati Lacedæmonii amplexi ſunt, oſculis & amplexibus gratias rependentes amantiſſimis conjugibus, quarum ope & præſidio inopinata victoria aucti eſſent. Simul, ut earum magnanimitatis atque conſtantiæ exemplum perpetuo aliquo monumento inſigniretur, armatæ Veneris ſimulacrum colere cœperunt. Poſtremò Martem Veneri fœderatum non tam Mythologorum commenta nobis exhibent, quam exempla commonſtrant illuſtrium bellatorum, quorum virtutem ab eximiæ cujuſpiam formæ venuſtate tanquam cote vehementer exacui nullæ non produnt memoriæ Antiquitatis. Quo minus demirari contigit mihi Bernardi Taſſi conſilium, qui a Veneris invocatione ſumit auſpicium Etruſci Poematis *Amadigi*, quo plurima & præclara bellatorum facinora complectitur:

Santa madre d'Amore, il cui bel raggia
Serena l'aria, e'l mar turbato acqueta,
Senza cui fora il mondo bermo, ſelvaggio,
Sterile, e privo d'ogni coſa lieta,
Al cui vago apparir non ſente oltraggio
Il mondo di maligno empio pianeta:
Anzi ride ogni piaggia, ogni pendice
Dal tuo largo favor fatta felice,
Tù, ch'hai ſovente ſoſpirare udita
Arſi dal foco tuo gl'alti Guerrieri;
Che ſpeſſo viſto gl'hai col ferro ordito
Difender Regni, & acquiſtar Imperi;
Tù Dea, col tuo valor raro, infinito,
Tù muovi la mia lingua, alza i penſieri;
E dona all'opra mia favor cotanto,
Ch'ogni futura etate oda il mio canto.

VERBENARIUS. Sic nominatus unus ex Fecialibus, a verbena, qua caput capilloſque cingebat. Proximus erat dignitate Patri Patrato. Plin. l. 22. c. 2. *Legati cum ad hoſtes, clarigatumque mitterentur, unus utique verbenarius vocabatur.* Verbenam dixere Veteres ramulos luſtrales, omnemque herbam ſacram, cujus uſus in ſacrificiis ariſque coronandis, ut docet Servius ad Virgil. l. 12. Vide *Feciales*.

VEREDUS, i. Qui rhedam vehit; Martial. l. 14.

Stragula ſuccincti venator ſume veredi.

Feſtus: *Veredos Antiqui dixerunt; quod veherent rhedas.* Vide *Rheda*, & *Rhedarius*.

VERIORA IIS, QUÆ APUD SAGRAM ACCIDERUNT. Parœmia origine militaris de iis rebus, quæ veræ quidem ſunt, creditù tamen difficillimæ. Rem Strabo lib. 6. refert in hunc modum: *Poſt Locros Sagra fluvius labitur, in cujus ripa Caſtoris & Pol-*

Pollucis aræ ſitæ ſunt, ad quas decem Locrorum millia, unà cum Rheginis, adverſùs Crotoniatas numero centies ac tricies mille, Marte collato victoriam reportarunt: ex quo eventu natum eſt in incredulos adagium: Veriora iis, quæ apud Sagram acciderunt. Ejuſdem meminit Tullius lib. 3. de Nat. Deor. *Nam de Sagra Græcorum etiam eſt vulgare proverbium, qui quæ affirmant, certiora eſſe dicunt, quàm illa quæ apud Sagram.*

Veru. Inſtrumeotum oblongum ex ferro, quo carnes ad ignem torrentur, a cujus ſimilitudine telum oblongum & tenue veru appellatur. Virgil. l. 7.

Et tereti pugnant mucrone, veruque Sabello.

Eſt alia non abſimilis notio hujus vocis *veru*, qoa ſudem ſive palum acutum ſignificare legitur. Vetus charta apud Meurſium: *Cum palis molendinariis & verubus.* Nimirum ſtipitibus præacutis ad modum ſubulæ. A veru hujus notionis procul dubio fluxit vox, noo ſolum Italica, verum etiam Latinobarbara, *Brocco*. Sic dicitur feſtuca, & quidquid ramuſculi ita ſciſſum eſt, ut teres ſit, & ſuo pungat acumine. Dicitur autem broccha ferrea, & broccha ligoea, Chrooicoo Clarevallenſe: *Quam poſtea S. Petrus Tarantaſienſis a ſudibus, ideſt brocchis ligneis de brachio ejus exeuntibus perfectè ſanavit.* Ugutio: *Subula: broccha ferrea, quà ſuuntur ſotulares.* Plaoè binc etiam habent Neapolitani vocem vernaculam, qua ejuſmodi feſtucas vocant *Sproccoli*: Etruſci *Fuſcelli*. Iidem feſtucam illam, qua coofigitur ſcopus jaculatori propoſitus, appellant *Brocco*: ex quo *Dar nel Brocco*, apud ipſos eſt collineare. Pulc. Morgan.

E dà ſempre nel Brocco a mezzo 'l ſegno,

Quod eſt apud Latinos ſcopum attiogere. Porrò quoniam bucculæ clypeorum ejuſmodi brocchis, ſeu claviculis, & veruculis erant confixæ, inde habemus vocem Italicam *Imbroccare*, quæ a veru ita fit: *Verrucare, Broccare, Imbroccare*. Uſurpatur noo minus propriè de attingeotibus ſcopum, ſive feſtucam, qua ſcopus defigitur; quàm de equitibus, qui cum haſtis decurreotes, iiſdem ab bucculas ſcutorum, ſive buccularum claviculos, verucula, & brocchas ferieodas collineant. Bern. Orland.

Con l'haſta baſſa Bradamante imbrocca,
E nello ſcudo le ſpezzò la lancia.

Notandum etiam e ligneis ejuſmodi brocchis, ſive vallis & ſudibus conſeptam aream ab iiſdem Etruſcis dici *Broccato*; quemadmodum idem ſeptum a præacutis palis, vulgò *Stecchi*, vocant *Steccato*. Hiſt. Piſtor. pag. 157. *Mutò lo campo, & appreſſoſſi a nemici, credendo che uſciſſero dal lor brocoato per combatter con lui.* Nec prætereuodum iiſdem munitum ornatumque brocchis clypeum, apud Italos dici *Brocchiere*: quoniam ligoei Antiquorum clypeí ferreis circulis & clavorum, ſive broccarum capitibus in medio firmabantur. Quæ origo vocis *Brocchiere*, tradita a Ferrario, præſtat origini Menagianæ: neque enim *Brocchiere* fit a buccula, ex qua Buccularium, & inde *Brocchiere*; ſed expeditiùs a brocchis. Huc inſuper procul dubio trahendum eſt thema vocis Italicæ *Broccolo*, qui braſſicarum coliculus eſt ferè cuſpidatus. Veru autem eſt Italis non ſolùm *Spiede*, ut habent Academici a Furfure, verùm etiam *Spiedo*, ut advertit Taſſonus. Petrarca:

Il colpo è di ſaetta, e non di ſpieda.

Ubi nequit locum habere *Spiede* propter rythmicas leges: ſequitur enim:

Pur mi conſola, che languir per lei
Meglio è che gioir d'altra, e tu me'l giuri
Per l'orato tuo ſtrale, & io tel credo.

Ejuſdem ſignificationis apud Italos ſuot vocabula *Schidone* & *Schidione*; verùm hæc non auſim uſurpare pro veru bellico, vel venatorio; ſed ſolum pro coquioario, quo nimirum altilia confixa & caroes aſſaotur. Cæterum vox *Spiedo* fit a Latioorum *Spiculum*; vel potius a ſpicaodo; eſt enim veru ferrum veluti ſpicatum, cuſpidatum ſcilicet ad ſimilitudinem aliquam ſpicæ. Habemus præterea a veru verbum Italicum *Inaverare* quod eſt ferire, ſauciare. Meſſ. Cio. Rim.

Deh piacciavi donare al mio cuor vita,
Che ſi muor ſoſpirando,
Che inaverato è sì, che poco ſtando,
Sarà la ſua finita.

Veruculum, i. Propriè eſt ioſtrumentum ferreum, quo artifices, ſpumâ exemptâ, metalla expurgant. Plinius lib. 33. cap. 6. *Ex eo ſublata veruculis ferreis, atque in ipſa flamma convoluta veruculo, ut ſit modici ponderis.* Cave a codicibus Plinianis, ubi pro *veruculo* legitur *verriculum*, qua lectioone nihil ioeptius. Pertinet etiam ad jacula militaria, ut veru, cujus eſt diminutivum.

Vervina, æ. Vide *Machæra*.

Versus in acie. Vide *Jugum*.

Verutum. Cæſar lib. 5. bell. Gall. *Transfigitur ſcutum Pulfioni, & verutum in balteo defigitur.* Sic autem, ut docet Feſtus, dicontur pila, quæ præfixa habent verna. Aotiquum videtur fuiſſe pili genus. Idem oihil reputo fuiſſe diſſimile ſtylis acuminatis, ſed figurâ quadrangulâ, quos hodie deferre ſolemus incluſos in bacillis geſtatoriis ex ſambuco, aut ſimili ligno; geſtanturque præſertim a viatoribus adverſùs repentinos ioſultus ioſidioſè adorientium; ipſo ſcilicet Italicorum nomine cum priſco jaculo conſentiente: *Verdugo*. Fallitur impendiò Menagius, dum *Verdugo* dictum exiſtimat a Verduneoſi civitate in Lotharingia. Procul dubio eſt a veru. Non minimùm tameo diſtare coniicio, quæ Itali dicunt *Verrettoni*. Sunt enim hæc potius in geoere miſſiliom. Joanoes Villani lib. 12. cap. 66. *Molti ve n'ebbe fediti di ſaſſi, e di verrettoni di baleſtra.* Imò verò etiam quæ Itali dicuot *Verruti* in eodem videntur eſſe miſſilium genere, quemadmodum explicaotur ab Academicis a Furfure in voce *Verruto*. Idem genus armorum mioimùm diſcrepat a gladio qoadrangularis cuſpidis, quem Itali dicuot *Stocco*. Academici a Furſure, *Stocco*. *Arme ſimile alla ſpada, ma più acuta, e di punta quadrangolare.* Ubi tameo eſt obſervandum, derivatum iode vocabulum *Stoccata* indiſcriminatim dici tam de ictu eoſis quadrangulari cuſpide muniti, quàm de quomodolibet cuſpidati.

Verutus, a, um. Papias: *Veruti. Gens ubi ferrum eſt ſolidum & productum, dicti, quod verubus pugnent.* Inſcitiæ meræ & ſomnia; cujuſmodi ſibi plurima fiogere ſolet Papias, ubi in paulo implexiora vocabula impingit, oec eidem præſto adſunt Scriptores alii, qui caliginem diſcutiaot. Expoouot alii verù armatum, & afferunt Virgilii teſtimonium Georg. 2.

Aſſuetumque malo Ligurem, Volſcoſque verutos. Ego certe non aſſentior Lipſio, qui ultimam literulam in *verutos* per mendum irrepſiſſe notat, legitque,

Aſſuetumq; malo Ligurem, Volſcoſque veruto: Ut affirmet Virgilius Lignres labori aſſuetos, Volſcos jaculationi. Certè duriuſculum videtur, verutos dicere verù armatos, ſed longe durior expoſitio Lipſii. Cæterum verutum venatorium etiam telum eſt, & fortaſſe antiquius, quàm bellicum. Hinc apud Plin. lib. 33. cap. 3. legitur eam fuiſſe Cæſaris profuſionem in Judis venatoriis, ut argenteis verutis feras peti interficique juſſerit. Dempſterus Paralip. ad Roſin. lib. 10. cenſet illud verutum eſſe, quod Svetonius in Julio cap. 82. appellat Graphium. Fallitur. Vide *Graphium*.

Vestiarius, rii. In Aula Byzantina ejus erat dignitas & munus, qui præbebat expenſas militibus & claſſiariis, habebaturque quaſi Quæſtor nauticus. Georg. Pachym. Hiſt. Andron. l. 6. c. 36. *Andreas autem Mariſcus, quem veſtiarium ab Imperatore fuiſſe conſtitutum in libris ſuperioribus diximus: ſic enim qui præbent expenſas his, qui ſunt ſuprà naves, nominantur.* Qui primus erat in hoc ordine, Prntoveſtiarius appellabatur, cujus interdum meminit idem Pachym. in Andron.

Vestigium. Sic Latini dicimus ædificiorum, arcium, machinarum delineationem in plano. Vide *Icnographia*.

Vestitus militaris. Licet pro variarum diverſitate gentium multifariam veſtiti milites, aut legantur in Hiſtoriis, aut in vetnſtis lapidibus & numiſmatis conſpiciantur, copioſior tamen apud Scriptores mentio militum eſt Romanorum. Illud generatim pro re certa atque compertiſſima ſtatuendum, veſtitum Romani Imperatoris a reliquis illuſtrioribus Præfectis copiarum, atque adeo privatis ipſis militibus, ſolâ coloria teſſerá diſcrepaſſe. Reliquorum proinde indumenta militaria, pro cujuſque ingenio, colorum omnium diſcrimina accipiebant, excepto tamen colore purpureo, qui aſſumebatur in ſymbolum & peculiare inſigne ſummorum Ducum. Eò reſpexit Plinius lib. 22. cap. 2., ubi ſcribit, coccum paludamentis Imperatoriis eſſe dicatum. Idem expreſſiùs tradit Eutropius lib. 9. *Nam priùs Imperii inſigne in chlamyde purpurea tantùm erat: reliqua communia.* Et quidem tum ingens copia nummorum veterum, tum præcipuum in modum anaglypha Columnæ Trajani, ut expendit Fabrettus cap. 7. nihil inducunt diſcriminis inter Imperatorias & privatorum militum veſtes, ſi eximas, quam indicavi, notam in Imperatore purpurei cnloris. Calcei bellatorum obſtricti cernuntur ligulis ſupra talum, etiam in ſupremis Ducibus. Falſò quippe a nonnullis creditum, caligas Jmperatorias dimidium tibiæ obduxiſſe, ut expoſuimus in voce *Caliga*. Sicubi enim pars cruris militari calceo tecta legitur, rari id exempli apud Romanos ſcias eſſe; & morbi neceſſitate, non ex diſciplina caſtrenſi, aut more Veterum factitatum. Intimum corporum operimentum erat induſium, vel ſubucula, quæ a Divo Hieronymo ad Fabiol. de veſt. Sacerd. dicitur Camiſia: *Solent militantes habere lineas, quas camiſias vocant, ſic aptas membris ſuis & adſtrictas corporibus &c.* Interius illud induſium excipiebat duplex campeſtre. Dictum campeſtre fuit non tam veſtis, quàm velamentum, & ut vocat Divus Auguſtinus, ſuccinctorium pudendorum. Appellatum campeſtre a Campo Martio, qnoniam eo amictorio tegebatur juventus, quæ ibidem variis exercitationibus Indicris ſerio Marti præludebat, ut traditur ab Acrone in illud Horatii lib. 1. Epiſt. 11.

Penula ſolſtitio, campeſtre nivalibus auris.

Ex duplici autem commemorato campeſtri, ſeu ſuccintorio, quod etiam ſeminale, vel femnrale dixeris, intimum ad genua erat demiſſum, nudo ſemper, ut omninò eſt credendum, relicto crure: ſuperius & extimum ſegmentatum erat & fimbriatum; aliquantò certe ornatius interiore amiculo, ſeu campeſtri. Sic autem hoc tendebatur ad genua, ut nonnihil interioris conſpicuum faceret, ad eum ferè modum, quo hodiæ urbanæ ſuperiores tunicæ interiorum quaſdam produnt particulas. Hoc genus tegumenti ſacra Geneſeos Hiſtoria vocat Perizomata, nempe præcinctorium, quo, ut ait Iſidorus, tantum genitalia conteguntur. Idem porro fuiſſe perizomata & campeſtria habemus ex S. Auguſtino lib. 1. contra duas Epiſt. Pelag. cap. 16. *Neque enim ſibi tunicas, ut totum corpus tegerent poſt peccatum, ſed ſuccinctoria conſuerunt, quæ nonnulli Interpretes noſtri minus diligenter tegmina interpretati ſunt. Quod quidem verum eſt: ſed generale nomen eſt tegmen, & ideo debuit ambiguitas evitari; ut quemadmodum Græcus* Περίζωματα *poſuit, quibus non teguntur niſi pudendæ corporis partes, ſic & Latinus aut ipſum Græcum poneret, quia & ipſo jam conſuetudo utitur pro Latino; vel ſicut quidam, ſuccintoria, vel, ſicut alii melius, campeſtria nominarunt.* Addo ejuſmodi tegmina, ſuccinctoria ſcilicet, campeſtria, lumbaria, ventralia, perizomata, appoſitè vocari ab aliis veſtes honoris. Superinducbant thoracem coriaceum, cui cingulum erat adnexum; & ex hoc enſis, ſeù parazonium a lævo dependebat latere. Coriaceus tamen ille, ſeu laneus thorax ita pectus obibat, ut brachia & lacerti omninò intecti eſſent. Accipiebant poſtremò chlamydem ſeu paludamentum, quod nexu fibulæ dextro humero erat conſertnm. Verum hæc nos prolixiùs expoſuimus in dictionibus *Sagum*, *Chlamys*, *Paludamentum*, & alibi. Sparſim etiam plurimis in locis notavimus aliarum gentium veſtimenta militaria.

2. Ea cautione temperanda eſt militaris veſtitus ratio, ut nec in mollitiem enervatam diffluat, nec ſqualore ac pædnre obſitus pannoſuſque exſurdeſcat. Forma primnm vultuſque, mox indumentum ipſum, & ornatus corporis virum prodit. Non eadem fœminis, viriſque; non eadem viris Ipſis in urbe atque in caſtris genera veſtimentorum attribuit Antiquitas, & recta ratio. Nationum diverſitas inſuper, & inſtituta gentium in amiciendo corpore ſunt perpendenda. Cæterum neminem latere exiſtimo Heroum tempore ferarum pelles, atque iiſdem detractos rictus operimenta extitiſſe, & virorum fortium ornatum terrore quæſitum. Proſper Aquitanicus lib. de Providentia:

oſtro contempto, & vellere Serum,
Eximius decor eſt tergis horrere ferarum.

Hinc apud Poetas leonum, pardalium, urſorum,

rum, tigridum, aliarumque ferarum exuvlis conveſtiti Heroes leguntur. Ad hunc modum coopertos exhibet Pindarus Herculem, & Ajacem, Ovidius Cadmum, alii alios. Quod verò illis perdiù veſtimentum erat, noctu migrabat in ſtragulum. Neque enim, quod frequentiſſimè legitur, hyemes actas ſub pellibus, de tentoriis ſolummodo ac tabernaculis intelligendum eſt, verùm etiam de ipſis lodicibus, pulvinisque, ac ſtragulis militum. Nec aliam ob cauſam Claudianus 4. Conſul. Honor. pellitam juventutem, milites nominat:

Caſtra cruore natant, metitur pellita juventus,
Pars morbo, pars enſe perit.

Vide quæ de pelliceis & coriaceis ferarum ſagulis, atque adeo ſerpentum exuviis prolixè retulimus ſparſim in hoc Opere, ac præſertim in Titulis *Venatio* & *Galea*. Scio a tam aſpera ferocique inſtitutione receſſiſſe poſtmodum militiam, cum diſciplinæ veteris vigore illo corrupto in deterius verſi mores vicerunt. Aptatæ quidem poſtea atque adeo etiamnum tegendo corpori retentæ animalium pelles, verùm non rudes illæ villoſæque, & adhuc recentem ſtillantes ſanguinem, ſed certis medicamentis atque adeo odorum deliciis imbutæ, vexatæque atque comparatæ ad ſæculi palatum guſtumque. Ambare ſcilicet muſcoque ingenua belluarum tegumenta macerantur & perfunduntur, nec attolluntur in humeros projectu rudi negligentique, ſed concinnè pectori adhæreſcunt, aut gemmeis nexa fibulis, aut ſericeis, vel aureis globulis per ocellos inſertis. Nec proinde ſic exagitaverim veſtimentorum militarium cultum immodicè ſtudioſum, ut proinde milites impexo capillamento, laceris ſagulis, aut illuvie obſitis procedere ſuadeam. Notum eſt Julium Cæſarem, Alexandrum, Brutum, Sertorium, non parum fuiſſe ſolicitos de corporum cultu atque munditiis. Authoritatem certe, Ducibus præſertim conciliat virilis & dives ornatus, cum ſplendidè phaleratis equis inſidentes, extollenteſque ſummo capite eriſtarum volumina, tæniiſque opere Phrygio; auroque tortili elaboratis, ita ſuorum, hoſtiumque oculos perſtringunt, ut illis quidem pavorem adimant, animoſque faciant, hos verò aſpectu ipſo percellant, & Imperatoriæ majeſtatis objectu perterrefaciant. Et nos quidem alibi de armorum nitore non pauca diximus: nam de ipſis militum veſtibus prolixum ſermonem habuimus ubi ſe occaſio dedit.

3. Nonnihil hìc adiiciam de coloribus. Subfuſcus & cinericius a nonnullis probatur impensè, quoniam ab aqua, pulvere & cœno contractæ ſordes in eo ſe minimùm prodant. Manifeſtum tamen eſt in veteri Græcorum militia principatum obtinuiſſe colorem coccineum, ſive puniceum; tum quia venuſtatem conciliat maximè; tum inprimis, quoniam cocco abſorbente guttas, occultat belle tegitque ſanguinis notas poſt accepta vulnera: ideoque a Silio laudatur in Carthaginienſibus.

rubræ velamine veſtis
Ars erat in pugna viſum occuluiſſe cruorem.

De eodem colore in ſuis veſtibus uſurpato a Lacedæmoniis ita ſcribit Ariſtoteles apud Suidam: *Ariſtoteles ait Lacedæmonios punicea veſte ad bella uti, tum quia color ille virilis, tum quia ſanguinis ipſius fluxum aſſuefacit contemnere.* De iiſdem Lacedæmoniis Valer. Max. lib. 11. cap. 6. *Ad diſſimulandum & occultandum vulnerum ſuorum cruorem, puniceis in bello tunicis utebantur.* Eundem colorem in uſu fuiſſe apud alios Græciæ populos, cum bella ſuſciperent, teſtatur Plutarchus. Ex Græcia ad Romanos is color tranſiit. Hinc Ruſſatorum militum crebra mentio apud Scriptores: hinc ruſſatæ tunicæ apud Trebellium in Claudio. Obtinuerunt tamen poſteriora tempora, quemadmodum diximus, ut rubeus, ſive coccineus color in paludamento Imperatores ſolummodo inſigniret. Vide *Tunica*.

4. Ratio verò militaris veſtitus diſtribuendi & aſſervandi diligenter curabatur. Et diviſi quidem Imperii tempore, ut legitur in ſæpiùs commemorato libello de Not. utriuſque Imperii, peculiare quoddam fuit ſcrinium, cum ſuis tabulariis & actuariis, ad quos ſpectabat recenſere & referre in tabulas, quot veſtes a ſubditis & oppidanis eſſent collatæ, quot militibus ac præſertim gregariis traditæ, quantumque mulctaticiæ pecuniæ pro ipſis eſſet erogatum. Habebat hoc ſcrinium ſuum Primicerium, & Secundocerium, ut alia fere officia Palatina in Imperio Orientis. Poſtremò quem in modum pecunia pro veſtibus aut exhiberi a provincialibus, aut accipi per manus Præpoſitorum, ac potiſſimum Comitis largitionum, a militibus ſoleret, exponitur in Jure Civili, ac præſertim l. 2. C. de Milit. veſt.

Vetarini, orum. Sic appellantur beſtiæ ſarcinariæ, aptæque ad vecturam, eujuſmodi ſunt equi, muli, aſini, cameli. Plin. 11. 37. *Ætas veterinorum dentibus indicatur.* Nominis thema ſic prodidit Feſtus: *Veterinam beſtiam jumentum Cato appellat a vehendo. Opilius veterinam dici putat, quaſi venterinam, vel uterinam, quod ad ventrem onus religatum gerat.*

Veterinus, a, um. Ut equi, jumenta veterina, ideſt idonea ad vecturam. Plin. lib. 11. 45. *Ungulæ veterino tantùm generi renaſcuntur.*

Veterinarius, a, um. Pertinens ad rem vel curam veterinorum: ex quo Medici veterinarii apud Columellam 6. 8. *Solent etiam faſtidia ſibi afferre vitioſa incrementa linguæ, quas ranas Veterinarii vocant.*

Vexillum, i. Licet confundi ſoleat cum ſigno militari, nihilominus non minimum iſta diſcrepare ipſa demonſtrant nomina. Signum eſt quidpiam ſculptile, cælatum, ſignatum: hujuſmodi erant apud Romanos aquilæ, manus nexæ, & ſimilia legionum ſigna. Vexillum eſt, diminutivum a *velum*, quod coloratum & figuris ornatum explicatur, & expanſum in aciem ducitur. Id velum pro nationum & temporum varietate quandoque brevius & exile, interdum peramplum & laxius fuit. Idem diverſo modo agitatum præſcribit militibus quid in horas ſit faciendum. Copias nimirum militares vocat, colligit, incendit ad pugnam: ductum progredientibus præſtat; quo ordine ſit procedendum edocet; profectionis, receptus, ineundi prœlii ſignum commonſtrat. Apud eum, qui militare geſtat vexillum, ſtat ferè ſumma belli. Vexilliferi imperitiæ & ignaviæ acceptæ clades; ejuſdem dexteritati & fortitudini ſalus totius exercitus & victoria attribuitur. Equidem non tam a cæſis militibus, quàm a vexillis deperditis,

Digitized by Google

tis, & in hoſtium poteſtatem redactis prœliorum exitus æſtimatur. Ex quo quemodmodum lectiſſimi quique ad præferendum vexillum eligebantur, ita probroſum illis & capitale erat delictum illud deſerere; contra verò hoſtium vexillis potiri multò maximè glorioſum. Vide plura in hanc rem apud Steuvechium ad cap. 6. lib. 2. Vegetii.

2. Aſſyrios in vexillis dracones extuliſſe teſtatur Curopalates. Idem de Indis & Scythis tradit Author incertus apud Suidam. Adhibitos inſuper a Perſis memorat Vopiſcus in Aureliano. Iidem Perſæ aliquando Solis imaginem, nonnunquam ignem in altaribus, quæ ipſi pro Numinibus venerabantur, extulere. Thebani Sphyngem, Athenienſes noctuam depinxere in vexillis. De vexillis Romanorum florentis Reipublicæ tempore obſcuram inprimis inveſtigationem efficiunt locutiones Hiſtoricorum, Livii præſertim & Taciti, qui ſigna & vexilla indiſcriminatim frequenter accipiunt. Non inquiro hìc vexilla, cum milite præſidiario extolli ſolita in Janiculo ad defenſionem Comitiorum, de quibus agit Dio lib. 37. Sed neque ad examen voco vexilla cærulei rubrique coloris ſublata in Capitolio per occaſionem tumultus, quæ ad militum delectum duntaxat faciunt, nec erant ad uſum caſtrenſem & præliarem. Sermonem inſtituo de vexillis, quæ in caſtris & præliis ad uſum multiplicem erigi ſolent & circumferri. Onuphrius Panvinus vexills a ſignis diſtinguens docet equitum propria fuiſſe vexilla, ſigna cohortium, aquilas legionum. Livius ètiam Sociis alicubi vexilla attribuit. Idem l. 8. ubi deſcribit legionem Romanam tria vexilla tradit Triariis. *Tribus ex vexillis conſtabat. Vexillum centum & octoginta quatuor homines erant. Primum vexillum Triarios ducebat, veteranum militem ſpectatæ virtutis; ſecundum Rorarios; tertium Accenſos*. Ex quibus verbis falſus arguitur Vegetius, qui l. 2. cap. 13. ſingulis centuriis ſingula vexilla antiquitus fuiſſe tributa ſcribit; niſi fortè, ut advertit Stenvechius, non antiqua reipublicæ tempora, ſed mediam ætatem reſpexit. Reticet verò hìc & alibi Livius, reticent Scriptores alii cujuſmodi ea fuerint vexilla. Nihil de eorum forma & magnitudine, nihil de coloribus variis, de figuris nihil & de pictis ſymbolis meminere. Ad hæc nullum eorum extat teſtimonium in nummis & lapidibus. Virgilius porro & Lucanus nunquam, niſi fallor, vexilli nomen adhibuerunt; cum tamen ille nullam omiſerit opportunitatem militares Romanorum ritus ubique inſerendi; hìc verò civile bellum, quo Romana libertas extincta eſt memoriæ prodiderit. Scio Virgilium l. 8. vexillum indicaſſe eo verſieulo,

Ut belli ſignum Laurenti Turnus ab arce
Extulit:

Verum vexillum illud non præliare & circumagi ſolitum, ſed fixum fuit in arce Laurenti, ad quem modum fixa & in ſolo Capitolio aſſervata erant vexilla coccinei, & cęrulei coloris, ad properum delectum, ut ſupra notavi, agendum in Tumultu Gallico per conjurationem, quæ genus fuit Romanæ militiæ ab eodem Vate apertis verbis expreſſæ:

ſimul omne tumultu
Conjurat trepido Latium.

Quæ cum ita ſint, non ſanè levis eſt operæ decernere cujuſmodi fuerint Romanorum vexilla florente Republica. Tria ego ſtatuo digmata militaria. Primum, ſigna ſimplicia; ſic autem voco haſtas nullo velo vel panniculo ornatas, ſed præferentes tantummodo in faſtigio ſculptile aliquod ſymbolum, aquilam intellige, lupum, manum expanſam, vel quid ſimile. Alterum vexilla ſimplicia, velum ſcilicet haſtæ vel baculo alligatum, ſine ullo ſymbolo exculpto vel ſigillo. Tertium ſignum mixtum, haſtam nempè cum extante deſuper ſigillo vel inſigni qnopiam ſculpto, dependente panniculo ab anteriore parte, ut ſuperius expoſui. Ad hujus ſimilitudinem in publicis hodiè ſupplicationibus ſinguli Religioſi ordines incedentes præferre ſolent inauratum vel argentatum haſtile tornatile, cum elata in faſtigio Chriſti Domini è Cruce pendentis effigie, demiſſo ſub ipſam Crucem quadrato & oblongo pretioſi operis panno. Coniicio poſtremi hujus generis fuiſſe, de quibus diſputamus, vexilla. Id mihi exploratum faciunt verba Livii lib. 5. de Bell. Maced. *Vexillarios juſſit inferre ſigna*: ubi vides ſigna ducta a vexillariis vix aliter explicari poſſe, quam ſigna mixta explicata ſuperius, haſtas nempe cum cælato ſymbolo, ſed conveſtitas deſuper & ornatas velo ſeu panno quadrato. Video huic conjecturæ obſtare nummos & lapides Reipublicæ tempore, in quibus aſſeverare non audeo conſpici ſigna miſta, quæ certè in Columna Trajani viſuntur. Verum non omnia a nummis & lapidibus referri primum exiſtimo: tum vero, cum conſtet vexilla ſimplicia longe poſt ea tempora fuiſſe adinventa, ſupereſt ut nonniſi de miſtis vexillis explicari poſſint Scriptorum loca, in quibus fit mentio de vexillis vigente Republica. Et his quidem mihi ſatis fuerit efferre faculam præſtantibus eruditione Viris, ut rem implexam, & ambiguis acceptionibus infuſcatam magis illuſtrent. Nec tamen diffiteor aut diſſimulo, veſtem, ſagum vel tunicam purpuream Pompeii vexillum fuiſſe inſtante pugna, ut refert Plutarchus in ejus vita; & Marcum Antonium paulò poſt Reipublicæ tempora purpureum velum extuliſſe in Prætoria, quo abjecto proſequutus eſt Cleopstram fugientem, ut conſtat ex eodem Plutarcho in ejus vita. Nec diſſimulaverim vexillorum mentionem alicubi fieri a Cæſare & Hirtio: & Cæſaris quidem illa ſunt lib. 2. de Bell. Gallic. *Cæſari omnia uno tempore erant agenda: vexillum proponendum, quod erat inſigne, cum ad arma concurri oportebat: ſignum tuba dandum &c.* Item illa lib. 3. de Bell. Civil. *Exercitui imperavit, ne injuſſu ſuo concurrerent: ſe, cum id fieri vellet, vexillo ſignum daturum*. Hirtii autem illa ſunt de Bell. Alexandr. *Quod ubi conſpexit, celeriter vela ſubduci, demittique antennas jubet, & milites armari, & vexillo ſublato, quo pugnandi dabat ſignum &c.* Item illa de Bell. Hiſpan. *Hoc nuncio allato vexillum propoſuit*. Hæc enim exempla præterquam quod pertinent ad tempora non florentis, ſed in occaſum vergentis Reipublicę, non faciunt ad vexilla pręliaria, ſed ad convocatoria, vel ad ſignificationes alias militares. Vide Tit. *Ruſſata*. Quod autem apud Cæſarem legitur lib. 6. de Bell. Gallic. *Complures erant in caſtris ex legionibus ægri relicti, ex quibus qui hoc ſpatio dierum convaluerant circiter*

CCC.

CCC. ſub vexilla una mittantur &c. id etiam pertinet ad extrema Reipublicæ tempora, & fortè explicandum de vexillo mixto, quod ſupeſius expoſui. Hactenus dictis non leve robur adjungit nomen ipſum vexilli, quod cum ſit diminutivum à velo, planè oſtendit in uſu non fuiſſe antiquitus apud Romanos, niſi exigua illa ſuppara, ex tranſverſa antennula dependentia ab haſta, cui ſignum, ſeù ſculptile quidpiam erat ſuperpoſitum. Neque enim vela unquam aut velamina, aut velamenta appellari enunciarique video. Atqui, inquies, etiam quæ poſteriore ævo inducta ſunt vela majora diminuente vocabulo vexilla nuncupamus. Reſpondeo non eſſe novi & ſingularis exempli, ut, adauctis vel permutatis rerum formis, vetuſta nihilominus earum nomina retineamus. Adverte poſtremò ſermonem me inſtituiſſe de vexillis legionum, vel quæ legiones ipſas, eaſque integras ducerent: nam copias auxiliares vexilla adhibuiſſe non ſum neſcius. Cujuſmodi autem illa fuerint nihilominus in incerto eſt. Quod attinet ad Romanorum equitatum, quo legionarii pedites tegebantur, Villelmus Choul Caſtramet. Roman. exhibet iconiſmos equitum gravium, levium, jaculatorum, ſagittariorum, ſuis quidem armis inſtructorum, ſed ſine ullo aut ſigno aut vexillo. Dubitari tamen non poteſt turmarum ſaltem Ductoſes cum propriis inſignibus præiviſſe. Et præfatus quidem Choul Ductoria levium ſchema pſoponit, qui ſiniſtra manu haſtam effert in faſtigio complanatam, in cujus plano aquila inſiſtit: infra hujus vero pedes haſta ipſa nodo tæniæ ſeu velt exilis præligatur, quæ decidit ex utraque parte pari flexu; & quaſi vento agitata cernitur. Deprehendo hinc, ut peditum legionariorum ſigna exiguo panno vel velamine, ſic tænia vel velo exiguo ſigna Ductoſum equitatus, aç pſæcipue levium ornata fuiſſe. Quo fit magis certum, vela majora expanſa ſine ſignis, cujuſmodi appellamus *Bandiere*, *Stendardi*, non fuiſſe in uſu apud Romanos florentis Reipublicæ tempore. Accedit authoſitas Taciti in hunc modum ſcribentis Annal. 1. *Manipuli, poſtquam turbatum in caſtris accepere, vexilla convellunt.* Signa convulſa, quoniam ferreis loculis erant terræ defixa, ſæpius legi: convulſa vexilla non legi apud alios: & plane cenſeo Hiſtoſicum locutum de ſignis, ut dixi, miſtis, & quæ bſevi illo velamine ornarentur. Quæſtionem omnem in pauca contraho. Vexilla militaria, quæ dicimus *Bandiere*, *Stendardi*, ſoloque conſtant expanſo amplo velamine, ſine ullo ſigno vel ſtatua, aut imagine ſculptili, non fuerunt in uſu tempore floſentis Reipublicæ, ſed inclinato ſolum Imperio. Vexilla, ideſt vela exigua, ſuppoſita ſignis, ut aquilæ, vel cuilibet figuræ ſculptili, adhibita ſunt etiam florente Republica. Sed quia in haſtis ſeu pilis præcipuum in modum expendebatur ſignum, vexillum autem quaſi ſigni ornamentum reputabatur, ideo haſtæ illæ vel pila ſigna fere appellata inveniuntur, raro vexilla. Hæc demum in peditatu longiora & defixa terræ, in equitatu breviora, & manu geſtata. Vide *Flammulæ*. Antiquitùs Romani ſigna & vexilla religioſo cultu tanquam Numina habuerunt. Sveton. in Caligul. cap. 4. *Aquilas & ſigna Romana, Cæſarumque imagines adoravit.* Et Claudianus in Ruffinum:

Auguſtus veneranda prior vexilla ſalutat.

Neque poſrò dubitandum eſt per ſigna ſeu vexilla juſare milites conſueviſſe. Liv. *Obſtringere perjurio, non ſe ſolùm ſuumque caput, ſed ſigna militaria & aquilas.* Lucanus lib. 1.

per ſigna decem felicia caſtris,
Perque tuos juro quocunque ex hoſte triumphos.

Osnari vexilla & floſibus conſpergi conſueviſſe legimus apud Svetonium, & Claudianum. De ſymbolo auguſtiſſimæ Crucis in vexillis Conſtantini Magni Imperatoris, vide in voce *Labarum*. Licet autem vigente Republica animalia foſtaſſe duntaxat in vexillis pingerentur; inductum tamen poſtea, ut non ſolum imagines Principum, ſed eorum etiam nomina haberent expreſſa. Tacit. lib. 2. Hiſt. *Laceratis vexillis nomen Vitellii præferentibus.* Sveton. in Veſpaſiano: *Cum Veſpaſianum laudibus ferrent, aſſenſere cuncti, nomenque ejus vexillis omnibus ſine mora inſcripſerunt.* Eandem rem tradit Dio lib. 40. Sed & ſcriptum notatumque fuiſſe in vexillis, quæ turma, ex qua cohorte, & quota eſſet centuria indicat Vegetius lib. 2. cap. 23.

3. Neque ad ſpeciem ſolùm & oſtentationem extollebantur vexilla; verùm conferebant etiam illa plurimum ad colligendos milites, eoſque apud ſuos centuſiones oſdinatim retinendos, ut diligentes obſervat Vegetius per hæc verba: *Antiqui quia ſciebant in acie commiſſo bello celeriter ordines acieſque turbari atque confundi; ne hoc poſſet accidere, cohortes in centurias diviſerunt, & ſingulis centuriis ſingula vexilla conſtituerunt; ita ut ex qua cohorte, vel quota eſſet centuria in illa vexillo literis eſſet adſcriptum: quod intuentes vel legentes milites in quovis tumultu a contubernalibus ſuis aberrare non poſſent.* Præcipuum commodum, quod e vexillis capiebatur apud Romanos illud erat, quod in Prætoſii illud faſtigio in haſta extendebatuſ, cum pſimo quoque tempore pugnaturi milites erant. Expanſum igitur illud velum ſive vexillum, ſive tunica coccinea, ut ab aliis vocatur, mutum quidem erat, ſed latè conſpicuum militibus ſignum, ut vel convenirent, ſi diſpeſſius ageſent; vel ſi conveniſſent, arma ſumerent; ſeſeque ad dimicandum pararent. Erat autem illud velum punicei ſive rubei coloris: quamobrem quandoque tunica coccinea, quandoque ruſſata apud Scriptores dicitur. Plutarchus: *Pugnæ ſignum propoſuit: Eſt autem tunica coccinea ſuper tabernaculum Imperatoris extenſa.* Idem in Bſuto: *Una cum luce propoſitum Bruti & Caſſii caſtris pugnæ ſignum, punicea tunica.* Illuc reſpexit Virgilius l. 8.

Ut belli ſignum Laurenti Turnus ab arce
Extulit.

Diſertè veſò Cæſaſ lib. 2. Bell. Gallic. cujus verba ſupeſius retuli. Ammianus verò lib. 27. *Signis illicò fixis ex more cum ad arma undique conclamaretur, ſtetit regibilis miles vexillum opperiens extollendum, quod erat opportunè ſubeundæ indicium pugnæ.*

4. Obſervatum eſt in vexillis, ne haſtis vel contis nimium prælongis ſuſtentarentur velamina: ſiquidem ubi immodicè alta fueſint ventorum vehementiæ facilè cedunt, atque in terſam deiiciuntur, quod maximo fuit pſobſo, & ſiniſtro etiam omini tam vexilliferis, quàm ipſis Duci-

Digitized by Google

cibus. Id incommodum evitandi gratiâ præcidi juſſit Craſſus longiora vexilla, ut legimus apud Dionem lib. 40. *Vexillum quoddam ex eorum numero, quæ magna, velorumque ſimilia ſunt inſcriptum puniceis literis ad notitiam exercitus Imperatoriſque faciendam, inverſum vi vehementis venti, a ponte in flumen decidit: at Craſſus reliqua vexilla, quę ejuſdem erant longitudinis pręcidi juſſit, ut breviora, atque ad ferendum aptiora eſſent*. Super vexillorum verò coloribus eſt omnimodè variatum pro ingenio Principum, & diverſis teſſeris factionum. Faſciolis eadem diſtingui moris fuit. Id genus Itali dicunt *Bandiere liſtate*, vel *addogate*, ab aſſerculis illis doliorum, quas dicunt *Doghe*. Joannes Villani lib. 12. *E fece trarre di S. Dionigi l'Inſegna d'oro e fiamma, la quale è addoghata d'oro, e di vermiglio*.

5. Submittere vexillum ſignum erat deditionis. Latinus Pacatus in Panegyr. *Aliquanto melius manus illa conſuluit, quę ſubmiſſis precabunda vexillis petiit veniam neceſſitatis*. Contrà erecta vexilla, & defixa in urbium vel caſtrorum turribus, mœnibus, aut propugnaculis, indicium erant arcis expugnatæ, dominationiſque in victricem gentem translatæ. Villelmus Tyrius lib 13. cap. 13. *In ſignum ergo victorię ſuper eam turrim, quę portę civitatis imminet, poſitum eſt Domini Regis vexillum: ſuper eam autem, quę dicitur Viridis, Domini Ducis Venetię; ſuper eam autem, quę dicitur Turris Tanarię, Domini Comitis Tripolitani cum multa gloria ſunt collocata vexilla*. Regeſtum Comitum Toloſ. *Et ibi ſuper turrim caſtri novi, & ſuper turres & portalia aliorum ſupraſcriptorum locorum, ratione & jure majoris dominii fecit aſcendere vexillum, ſeu banneriam dicti Domini Comitis Toloſani, & ex parte ipſius ter pręconizari & clamare alta voce ſignum dicti Domini Comitis*. Tabularium Eccleſię Uzecienſis an. 1223. *Cognoverunt Epiſcopi quod caſtrum de Montalen tenent ab eo, & ab Eccleſia Uticenſi, & eſt verum, & Epiſcopus debet illud recuperare, & vexillum ſuum levare in mutatione Epiſcopi & Domini de Salve*. Charta an. 1433. apud Dionyſium Salvagnium lib. de Uſu Feudor. C. 8. *Quandam banneriam armis Delfini depictam, tenendam ibidem & remanendam nomine Delfinali ſpatio trium dierum naturalium, in ſignum reddibilitatis, dominiique directi, & ſuperioritatis &c.* Non omittam indicare, ſacra Eccleſiarum vexilla præferri quandoque in prœliis ſolita fuiſſe, pręeuntibus Eccleſiarum Rectoribus, armatiſque oppidanis ſubſequentibus. Ordericus Vitalis lib. 8. *Igitur Quadrageſimali tempore Rex Franciæ, & Dux Normanniæ Brebervallum obſederunt, ibique ferè duobus menſibus laboraverunt. Illuc Presbyteri cum Parochianis ſuis vexilla tulerunt, & Abbates cum hominibus ſuis coacti convenerunt*. Ethelredus Abbas Rievall. an. 1138. *Furſtinus Archiepiſcopus per totam Diœceſin ſuam edictum Epiſcopale propoſuit, ut de ſingulis Parochiis, Presbyteris cum cruce & vexillis, reliquiiſque Sanctorum præeuntibus, omnes qui poſſint ad bella procedere, ad proceres properaſſent, Eccleſiam Chriſti contra Barbaros defenſuri*. Moris fuit eadem vexilla Duces accipere ab ipſis Epiſcopis, vel Præſulibus, poſt fauſtam apprecationem conceptis verbis ex Eccleſiæ ritu ab eiſdem prolatam. Eadem porrò vexilla, confecto bello vel prœlio, in eaſdem Eccleſias referebantur. Radulphus de Rivo cap. 7. *Lambertus miles ſtrenuus ſacrum B. Lamberti vexillum in medio Eccleſiæ Leodienſis cum benedictione e manu Epiſcopi, more priſco accepit*.

6. De ritu per vexillum provincias conferendi, vide quę diximus in voce *Gladius*. Quibus adde authoritatem Falconis Beneventani: *Miſit præterea Domino PP. Honorio munera multa - ut ducatus ei vexillum & nomen largiretur*. Et infra de Innocentio PP. *Regi verò Rogerio ſtatim Sicilię Regnum per vexillum donavit*. Quo Falconis teſtimonio falſus evincitur Otto Friſingenſis, qui regna quidem per gladium, provincias verò per vexillum traditas docet. Inter pręmia militaria recenſetur. M. Agrippam cæruleo vexillo donatum fuiſſe ab Auguſto poſt victoriam navalem, refert Svetonius in vita Auguſti. Quatuor etiam vexilla bicolora tradita fuiſſe Aureliano, leges apud Vopiſcum. Item quatuor vexillis puris apud eundem Vopiſcum donatur Probus bello Sarmatico. Ubi vexilla pura ea intellige, quæ unius erant coloris, nihilque pictum aut ſcriptum præferebant: juxta acceptionem argenti puri, veſtis puræ, haſtæ puræ, & ſimilium, ut alibi obſervavimus. Sic enim potius expoſuerim vexilla pura, quam quæ carerent purpura, ut interpretatur Caſaubonus; aut eſſent ſine argento, ut ex parum idoneis Scriptorum locis affirmat Salmaſius. Quod enim ſcribit adhibitum fuiſſe argentum in vexillis ex loco Plinii l. 33. c. 3. *Non colore, qui in argento clarior eſt, magiſque diei ſimilis, & ideo militaribus ſignis familiarior*, ad rem non facit; cum ibi de ſignis loquatur Hiſtoricus, quæ fuerunt ex materia ſculptili, non de vexillis, quæ ſunt vela. Vetus autem, quam addit, Inſcriptio, *CVI OB VIRTVTEM SVAM SACRATISSIMI IMPER. CORONAM MVRALEM HASTAM PVRAM ET VEXILLVM ARGENTO INSIGNE DEDERVNT*, bene evincit uſurpatum fuiſſe argentum in vexillis; ſed non indè ſtatim ſequitur, pura dicta fuiſſe vexilla, quæ argento carerent. Vexillum Italis eſt *Bandiera*, *Stendardo*, *Pennone*. Harum vocum themata alibi excuſſimus. Dicitur etiam non tam militum multitudo ſub uno vexillo, quàm vexillum ipſum *Drappello*. Ortum id a materia ipſius vexilli, quod ſæpe è ſerico texto conficitur, quod Italis dicitur *Drappo*, ex quo & ſignum ipſum, ut indicavi, & globus militum ſub ſigno collectus dicitur *Drappello*. Quamobrem latè fallitur Ferrarius, qui deducit a voce Italica *Truppa*: nam potius eadem vox *Truppa* fluit a dictione *Drappello*, & omnium origo eſt *Drappo*. De Labaro, Bandis, Banderiis, Flammulis, Pennonibus, aliiſque generibus vexillorum, vide quę in propriis titulis dicta ſunt affatim.

7. Uſum poſtremò vexillorum antiquiſſimum fuiſſe docet Hiſtoria Sacra; nam ſymbola, quæ Jacob fauſta precatus duodecim tribubus illis attribuit, tranſierunt poſtea in vexilla præliaria, quæ iiſdem teſſeris depictis ornabantur, & iis erant expreſſa coloribus, quibus earum tribuum nomina gemmis impreſſa in rationali ſummus Sacerdos geſtabat. De iis vexillis ſic ſcribit Villal-

pan-

pandus Explanat. Tom. II. ubi etiam delineatiooem habes caſtrorum duodeeim tribuum eircà Tabernaculum Fœderis. *Singuli porrò duces exercitus vexilla ſua in aëra ſuſtulerunt, ac parentum, majorumque ſtemmatis inſignia: quod illis verbis videtur à Sacro Textu indicari: Singuli per turmas, ſigna, atque vexilla, & domos cognationum ſuarum. Vel, ut babent Hebræa: Vunſquiſque ſuper vexillum ſuum in ſignis domus Patrum ſuorum caſtrametabuntur filii Iſrael. Sed inter omnia vexilla, illa potiſſimum eminebant, quæ in quatuor caſtrorum angulis à quatuor primis principibus, quos enumeravi, erigebantur. Ad Orientem ſuper tabernaculum Naaſſon primogeniti Judæ vexillum effulgebat viridis coloris: in viridi namque lapillo, qui ſmaragdus appellatur, parentis ſui nomen deſcriptum erat in rationali judicii, quod ſummus Sacerdos geſtabat in pectore: in quo, qaaſi in Pontificia bulla, Iſraeliticæ nobilitatis antiqua jura continebantur. In vexillo autem Judæ inſignc nobilitatis erat leo: leoni enim comparaverat illum Iſrael, ſeù Jacob pater ejus, quando nimirum tanquam omnium parens, & princeps ſingulis propria ſtemmata diſtribuit; unde ex hac reliqua licebit rimari. Ad Meridiem deinde eminebat ſupra tentorium Elizur filii Ruben rubrum colore vexillum, quod referebat ſardium rationalis lapillum, quod illi obtigerat: ejus autem inſigne fuit humana facies; ut potè qui primogenitus eſſet, & veluti caput totius domus Iſrael. Ad Occidentem ſuprà tentorium Eliſama filii Ephraim vexillum collucebat aureum, chryſolithum referens rationalis, in quo deſcriptus erat: habebat verò pra inſigni nobilitatis vitulum, cui comparaverat eum Moyſes, cum tribus prophetice benedixit, haud ſecus quam fecerat prius illorum parens Jacob: Quaſi primogeniti tauri, inquit, pulchritudo ejus &c. Hę ſunt multitudines Ephraim &c. Deniquè ad Aquilonem ſuper tentorium Abiezer filii Dan effulgebat diverſi coloris vexillum, ex albo nimirum, & rubro colore permixtum, iaſpidem referens ejuſdem rationalis.*

VEXILLUM. Genus elamoris militaris. Nimirum primus omnium vexillifer per occaſionem pugnę ferventis, vel hoſtieæ ſubitariæ aggreſſinnis, editiſſima vooe clamabat notam vel nomen vexilli; ut ad illud propugnandum accenderet milites; qui ſubinde eundem redintegrabant clamorem, ſeſe vieiſſim inflammantes. Nangius in Chronico: *Caſtrum cum illis, neſcio cujus vexillum ante intonans ingreſſus eſt.* Chronicon Seoonenſe: *Alemanni verò ſua ſigna fortiter inelamantes, viriliter, ſicut moris eſt eorum, Franeis reſiſtentes &c.*

VAXILLUM. Pro numero militum. Conſtabat, teſte Livio, centum & octoginta ſex militibus: licet ſit poſtea non parum variatum. Tacit. Hiſt. 1. *Præmiſſis Germanorum vexillis.* Vide *Vexillatio.*

VEXILLARIUS, ii. Liv. l. 5. Bell. Mac. *Inferre Vexillarios juſſit ſigna.* Et

VEXILLIFER. Vexilliferi io equitatu ſuot, qui velum breve quadratum ſuſtollunt pro militari vexillo. Italis tam commemorati vexilliferi, quàm vexillum ipſum nimirum breve quadratumque velum dicitur *Cornetta*, Academici a Furfure: *Cornetta, o Cornetto è una Inſegna di Compagnia di cavalleria, ed è piccola e di forma quadra. Cornetta. Chi porta la Cornetta.* Tacit. Davanzat. *Anzi due Cornette di Pannonia, e Miſia ruppero il nemico.* Planè arbitror id fuiſſe Antiquis vexillatiooes: equeſtres ſeilicet turmas ſub ejuſmodi ioſigni militantes. Vide omninn Titulum ſequentem.

VEXILLATIO, onis. Verba ſuot Svetonii in Galba. cap. 20. *Excepta Germanicorum vexillatione.* Vexillatinnem ibi Turnebus Adverſ. lib. 5. eap. 3. intelligit cohortem militum, qui eonfectis & emeritis ſtipendiis, ſub vexillis habebantur, uſquedum eommoda accipereot, & aſſigoatis agris donareotur. Illue porrò trahere nititur locum Taciti lib. 1. *Ne dimiſſis quidem finem eſſe militię; ſed apud vexillum retentos alio vocabulo eoſdem labores perferre.* Singularis verò ea eſt Turnebi opinio, acutaque magis & ingenioſa quàm vera. Refellit illam validè Salmaſius ad Vopiſcum in Firmo; contenditque vexillarios leginnum confundi a Turnebo cum vexillis Germanieis. Germani quippe adnumerati inter Romanorum auxilia diſtribuebantur in vexilla, ac centeni ferè ſub uno vexillo locabantur. Hinc vexilla Germanica relata ſæpè a Tacito & aliis Hiſtoricis. Vexillatin proinde Germanicorum apud Svetonium centum ferè eraot Germaniei milites, vel vexillum unum Germanicorum. Probatiſſima igitur ſeotentia eruditorum eſt, vexillationes, atque adeo cohortes vexillares apud Tacitum, & alios Scriptores veteres dictas fuiſſe de auxiliis; eaque appellatione ac ootione equites juxta piediteſque auxiliorum fuiſſe comprehenſos. Poſteriorum verò temporum Scriptores, vexillatinnes oonoiſi de equitibus acceperunt, & Vegetius quidem ab equitibus legionum eas ſemper diſtinguit. Sic autem ſcribit lib. 3. cap. 4. *Dux autem debet eſſe attentus, ut in omnibus legionibus, ſive auxiliis, vel vexillationibus &c.* De ſolis autem alariis equitibus dictas aotiquitùs fuiſſe vexillatiooes, diſtinctè tradit idem Vegetius lib. 2. eap. 1. *Equitum alæ dicuntur ab eo quod ad ſimilitudinem alarum ab utraque parte protegant acies, quæ nunc vexillationes vocantur, ab eo quod velis, hoc eſt flammulis, utuntur.* Vexillum ſiquidem, ut ſuo loeo eſt obſervatum, quaſi parvum dicitur velum, qund quadratum, auro purpuraque contextum, & prælongo conto ſuſpenſum ferebatur.

2. Diſtinguunt porrò aliqui inter vexillationes legioonum & auxiliariorum, præſertim ævo poſteriori, & apud Priocipes Orientalis Imperii. De numero militum, qui vexillationes implereot nihil certi definiri poteſt, cum interdum trecentos, frequentiùs autem longè pauciores vexillatio habuerit. Vexillationes Palatinas apud Scriptores eorum temporum crebrò leges. Intererit verò meminiſſe Conſtantinum omnes ordines militares tam equitum, quàm peditum, ad novam militiæ normam inſtitutos, novia etiam titulis inſigniviſſe. In tres autem potiſſimum elaſſes militiam omnem digeſſit. Omnium digniſſimus fuit ordo Palatinorum. Secundùm hos cenſebantur Comitatenſes. Poſtrema claſſis erat Pſeudocomitatenſium. Palatini eam ſortiti ſunt appellatinnem, quoniam hoaos & cura penes eos eſſet cuſtodiendi palatii. Palatium autem, licet antiquitùs dictum fuerit a domo Auguſti in moote Palatino, traoſiit poſtea ad quamlibet ſupremi Prineipis domum ſignificandam. A memorato Palatioorum ordine ſua

Digitized by Google

permanavit nomenclatura ad vexillationes Palatinas, quæ digniores reliquis habebantur. Comitatenſes, qui proximus erat militiæ gradus, a comitatu & aula Principis, in qua degebant, ſunt nuncupati. Succeſſerunt hi Prætorianis temporum anteriorum. Pſeudocomitatenſes, voce hybrida, falſi Comitatenſes ſunt. Licet enim militiæ gradum, præfectos, ſymbola, & reliqua communia haberent cum Comitatenſibus, eorum tamen immunitatibus & commodis non gaudebant. Spectabant quidem hæ vexillationes ex veteri inſtituto ad Cæſares Orientales. Confuſa tamen poſtea earum ſunt nomina in aulis utriuſque Imperii Principum. Pancirolus in Commentariis ad Not. Imp. Orient. cap. 33. contigiſſe id exiſtimat, quo tempore rerum potitus eſt Valentinianus. Cum enim ille fratri ſuo Valenti in collegam Imperii adlecto, Orientis provincias conceſſiſſet, eidem partem etiam copiarum militarium attribuit. Factum ea partitione eſt, ut diviſa utrobique vexillationum corpora, ſua etiam nomina & inſignia retinerent. Plura de vexillationibus vide apud eundem Pancirolum loco ſuperiùs indicato.

VIA TECTA. Ducitur in munitione arcium ſuprà foſſam in declivi ſemita adversùs loricam muralem, ſive cortinam. Vide quæ de ea diximus in Titulis *Arx*, *Agger*. Addo hìc eum foſſæ marginem etiam a veteri militia plurimi æſtimatum fuiſſe, ejuſque opportunitate propulſatos ſæpe aggreſſores, coactoſque oppugnata mœnia deſerere, vel in longum trahere obſidionem. Non alius certe munitionum circa urbem locus diu tutatus eſt Xanthios Lyciæ populos adversùs exercitum Bruti & Caſſii, ut narrat Appianus de Bell. Civil. lib. 4. *Illi ſolo æquatis ſuburbiis ne Bruto aut receptaculum præberent, aut materiam, civitate circumquaque communita hoſtem arcebant a munitionibus, freti foſſa quinquaginta pedes profunda, lata verò proportione altitudinis; itaut in ejus margine ſtantes jaculis uterentur & ſagittis haud ſecus ac ſi flumine dirimerentur, nuſquam vadis pervio. Per eam foſſam dum Brutus conatur evadere, oppugnatores pluteis tegebat, partituſque exercitum in diurnas ac nocturnas oppugnationis vices, materiem e longinquo, ut fit quando seriò res agitur, magno ad celeritatem urgentium clamore comportabat, nihil ad ſummam contentionem laboremque ſibi reliquum faciens. Quomobrem licet primum videretur aut nihil effecturas, prohibentibus hoſtibus, aut vix poſt multos menſes expugnaturas, tamen intra paucos dies abſolvit negotium. Incluſos enim & e mœnibus pugnantes partim machinis oppugnabat eminùs, partim admotis ad portas cohortibus.* Eodem viæ tectæ beneficio uſus Metellus Conſul disjecit copias Aſdrubalis ad Panormum in Sicilia, ubi elephantos præcipuè pulcherrimo aſtu vertit in fugam; Memorat id Polybius lib. 1. *Quibus rebus majori fiducia elatus Aſdrubal, quòd Metellum cernebat pavidum ſe ſe intra urbem continere, devaſtato undique atque incenſo agro, tandem exercitum versùs Panormum movit. Conſul tandiù in ſententia non educendi exercitum permanſit, quoad hoſtem trajicere flumen, quod juxta mœnia urbis erat, coegit. Poſtquam igitur elephantos omnemque exercitum appropinquantes vidit Metellus, velociſſimum quemque & maximè expeditum militem exire atque irritare hoſtem jubet, quouſque venire ad manus univerſi cogantur. Animadvertens itaque non longe poſt, quæ cogitaverat, ex ſententia ſucceſſiſſe, quoſdam ex iis, qui maximè leves atque expediti erant, pro omnibus ſupra foſſam conſtituit, jubetque ut contra elephantos telis verubuſque eminùs pugnent. Quod ſiquando iratæ pecudes contra ipſos ferantur, in foſſas ſe demittant, inde rurſus elephantos telis petant. Mandat præterea ingentem telorum multitudinem extra urbem ferri, & in foſſis collocari. Ipſe eum ſignis militaribus diverſa regione urbis, quæ lævum hoſtium cornu ſpectabat, conſtitit. Simul ac igitur pugnare cœptum, magiſtri elephantorum, qui cupidine gloriæ ſibi attribui eam laudem cupiebant, non expectato Aſdrubalis mandato, belluas in expeditos concitant; illi, ſicut eis a Conſule juſſum fuerat, ſtatim terga vertunt, infeſtiuſque inſequentibus belluis in foſſas ſe demittunt. Belluæ cum primùm ad aggerem foſſarum pervenere, uno tempore, & a multitudine urbana ex mœnibus, & a militibus ex foſſis, ſagittis teliſque multifariàm feriuntur; cumque ultra aggerem progredi non poſſent, neceſſariò terga vertentes in ſuos ruunt, agmina perturbant, magnam ſuorum ſtrogem faciunt. Inter hæc Metellus alia urbis parte eductis repente copiis in hoſtes impetum facit. Illi jam quidem a beſtiis turbati, & tunc tumultuario impetu a Conſule oppreſſi facilè profligantur; pars eorum trucidatur; cæteri fugâ ſalutem quærunt.*

VIÆ MILITARES. Vide *Stratores viarum*.

VIÆ OBSIDIONALES. Vide *Acceſſus obſidionales*.

VIATORES. Vide *Lictor*.

VICARIUS, ii. Qui pro altero aliquid facit. Non una hujus vocis ſignificatio in rem noſtram. Detrectanti primùm munus cuipiam, vel impedito vicarius aſſignatur. Liv. lib. 9. Bell. Punic. *Quando igitur adoleſcens quid ſentires non diſſimulaſti, vicarium tibi expediam, cui tu arma, equumque, & cætera inſtrumenta militiæ tradas.* Cicero tamen Philipp. 12. indicat non ſolere ſua ætate in bello dari vicarios: ſic enim ſcribit: *Quod ſi in bello dari vicarii ſolerent, libenter me, ut D. Brutus emitteretur, pro illo includi paterer.* Iterum vicarius interdum pro eo ſumitur, qui a Principe vel Duce cum æquata ſibi fere poteſtate relinquitur. In hanc ſententiam ſcripſit Vopiſcus de Aureliano: *Hujus epiſtola militaris eſt ad vicarium ſuum.* In eandem ſententiam plures extant conſtitutiones Imperiales de Vicario Generali Imperii Germanici, aliiſque Vicariis Imperialibus, de quibus vide Hofmannum in voce *Vicarius*. Poſtremò vicarius ſumitur pro ſimplici ſucceſſore in aliquo munere cum æquata ſorte vel labore. Ad hunc modum intelligendus eſt Horatius lib. 3. Od. 24.

Nec cultura placet longior annua:
Defunctumque laboribus
Æquali recreat ſorte vicarius.

Ubi ſenſus eſt alium agricolam arare & colere eundem agrum anno poſteriore, iiſdem oneribus & conditionibus, quibus ſuperiore anno eundem coluerat prior agricola. Pro gerentibus vicem Tribuni, Centurionis &c. occurrunt vicarii apud Veget. lib. 3. cap. 4. *Dux autem debet eſſe attentus, ut in omnibus legionibus, ſive auxiliis, vel vexillationibus, a Tribunis, Vicariis, Principiiſque, ſiqui turbulenti, vel ſeditioſi ſunt*

mi-

milites , non pro invidia ſuggerentiam , ſed pro rerum veritate cognoſcat. Hoa Itali dicimus *Luogotenenti*.

VICARIA , æ. Munus vicarii , quo quis fungitur vicèm alterius . Vopiſc. in Aurel. *Habuit ergo multos ducatus , plurimos Tribunatus , vicarias Ducum , & Tribunorum diverſis temporibus prope quadraginta*. Marcellin. lib. 28. *Ut cunctator contemptus , & ad hæc fortiter exequenda parum conveniens e vicariæ poteſtate diſceſſit* . Ibidem: *Cui hanc operam implere brevi pollicito, deferri providis vicariam ; & commonitorium cum Auguſti literis tradidit* ,

VICASIMATIO , onis , &

VICESIMO , as . Vide *Decimatio* .

VICESIMANI MILITES. Qui ſunt legionia xx. Tacit. 1. Annal. *Cæſar advectus ad Viceſimanos*. Idem 14. Annal. *Cognitis Quartadecimanorum , Viceſimanorumque proſperis rebus* .

VICTIMA , æ. Nomen bellieæ originis . Ovid. 1. Faſt.

Victima quæ dextra ceoidit victrice vocatur .

De victimis ante bellum vel prœlium mactatis dixi in Titulia *Extiſpicium* , *Augurium* . Addo hie de immolatis parta victoris , & in triumphi celebritate . Virgil. Georg. l. 2.

Hinc albi, Clitumne, greges, & maxima taurus
Victima , ſæpe tua perfuſi flumine ſacro ,
Romanos ad templa Deûm duxere triumphos .

Addiſce hinc , taurum maximam victimarum fuiſſe reputatam . Cum enim , ut docet Scaliger in Feſt. victimæ de majoribus eſſent animalibus , oſtiæ minoribus , quemadmodum maxima oſtiarum fuit ovia , utpote nec comparanda cum capris aut ſuibus , ſic maxima victimarum taurua . Teſtatur id Plinius l. 8. c. 45. *Hinc victimæ opimę , & lautiſſima Deorum placatio* . Præterea ut ex Faliſeis potiſſimum , quam regionem alluit Clitumnua fluviua , ſelectiſſima armentorum capita ſecernebantur in victimas , ſic eorum uſum frequentiùs & opulentiùs in triumphis valuiſſe certatim docent Poetæ . Claud. in 6. Conſul. Honor.

Quin & Clitumni ſacras victoribus undas ,
Candida quę Latiis prębent armenta triumphis,
Viſere cura fuit .

Aliorum teſtimonia congerit eruditiſſimus de la Cerda ad præſcriptum Virgilii locum . Ubi porrò notat oſtenditque albi coloria victimaa fuiſſe adhibitaa. Demum procul dubio præſtantiores cæteria habebantur immunes agreſtium operum & laborum . Virgil. Georg. 4.

Ducis & intacta totidem cervice juvencas .

Ovid. Faſt. 1.

Colla rudes operum præbent ferienda juvenci .

Senec. Agam.

ad tua , conjux
Candida tauri delubra cadis
Neſcia aratri , nullo collum
Signata jugo .

VICTORIA , æ . Hæc illa eſt ara , quam unicè tangunt , & ad quam ſua nuneupant vota viri Martii . Hoc illud eſt jucundè veneficum lenocinium, quo innumeri atque graviſſimi bellorum labores extenuantur ; mortem verò, quam naturæ imperio omnes refugiunt , non contemnimus modò , ſed provocamus . Non tot coloribus Iria conficitur ; non Protheus tot ora permutat , ut adumbrare ſatis poſſit volubile Victoriæ ingenium, favorem alternantem , ſolamque in ſumma levitate conſtantiam . Virgil. l. 10.

Hic magnus ſedet Æneas , ſecumque volutat
Eventus belli varios .

Taſſus Gier. c. 10.

Quel ebe ſarà non sò : ſpero e pavento
I giudizi incertiſſimi di Marte .

Multis Romanos cladibus affecerant Galli , Carthaginienſes, nationes aliæ , quibua demum omnibus victor populua imperitavit . Nimirum quod ait Virgilius Æneid. 2.

Quondam etiam victis redit in præcordia virtus ,
Victoreſque cadunt Danai .

Supervacaneum eſt ſingula pertexere , cum nullæ gentes ac fere Duces tanta armorum felicitate ſint uſi , ut adverſis ſæpe caſibus non ſuccubuerint . Hanc eventuum præcipuè militarium inconſtantiam parit Lucano teſte l. 1.

Invida fatorum ſeries , ſummiſque negatum
Stare diu .

Non alia certe cauſa priſci fabulatores alatam Victoriam exhibuerunt, ut paſſim illa in anaglyphis nummiſque Veterum viſitur , quàm ut ejus viciſſitudines teſtarentur . Quod inſtabilitatia ſignum omenque cum faſtidirent atque reformidarent Athenienſes & Spartiatæ , illi quidem Victoriæ ſimulacrum in arce poſitum alis viduarunt , ut apud ſe perpetuò detineretur , quemadmodum ſcribit Pauſanias : hi verò Martis ſignum eandem ob cauſam e atenis revinctum aſſervabant . Hue ſpectat Ciceronia effatum pro leg. Manil. ubi ſcribit multos Imperatores Romanos de Mithridate inſignia victoriæ , non victoriam reportaſſe . Ubi victoriam non prælii alicujus , ſed totius belli ſelicem exitum intelligit , ut nullus ab hoſte ſuperato metus ſuperſit . Nam triumphum , quem vocat inſignia victoriæ, retulerunt quidem illi , non autem victoriam ; quia bellum ſubindè redintegravit Mithridates , & adhue timeri poterat , ob inconſtantiam caſuum bellicorum .

2. Indicata levitas ſuapte Victoriæ natura progignitur . Iterum eſt illa multiformis & aſpectu vario ex uſu & ingenio Ducum , qui eadem potiuntur . Diverſa igitur & multiplex eſt Victoriæ facies , ut fere quiſque Imperator , ad humanitatem & clementiam , vel contra ad ſeveritatem & ferociam proclivioris eſt animi . Ad hæc præſens rerum ſtatus , injuriæ veteres , violatæ pactiones , ſuperati hoſtis fraudes , contumacia , improbitas , aliaque exteriùs adveniunt non ſane pauca , quorum ratione habita mirum in modum immutatur uſus vultuſque Victoriæ . Tametſi verò multa hue in utrăque partem ſpectantia præjecerim in Titulia , ubi virtutes Imperatoriaa & vitia prolixius expendi , huie tamen loco deeſſe non poſſum , quominus ad eum quoquomodo exornandum aliquod ſaltem ſpicilegium , ac veluti pridianaa reliquias converram. Ea eſt pulcherrima primùm Victoria , qua nihil victis adimitur præter facultatem nocendi . Impendiò tamen illa pulchrior , quæ eoſdem in militiæ , legum , vitæque ſocietatem adjungit & recipit . Quæ ſi vel nulla , vel quam leviſſima ſanguinis profuſione comparatur , tunc enimverò optatiſſimus ille fructus enaſcitur , qui deſcribitur a Caſſiodoro Variar. l. 3. 43. *Aliorum fortè Regum prælia captarum civitatum aut præ-*

dis appetunt, aut ruinas. Nobis propoſitum eſt, Deo adjuvante, ſic vincere, ut ſubjecti doleant noſtrum dominium tardiùs acquiſiviſſe. Romani ſatis habentes ovem mactare poſt partum triumphum, ſi victoria citra ſanguinem contigiſſet, ubi ampla hoſtium cæde pugnatum eſſet, taurum immolabant. Juvenal. Sat. 10.

duc in Capitolia magnum
Cretatumque bovem:

Et Claudian. Epigram.

Non tales, Clitumne, lavas in gurgite tauros,
Tarpejo referunt quos pia vota Jovi.

Contra verò & longè conſultiùs Spartiatæ, ſi pugnando viciſſent, gallo, ſi pacata obveniſſet victoria, tauro litabant, exiſtimantes multò præſtantius eſſe ſinceram referre palmam, quàm cruore deturpatam hoſtium, & lacrimis populorum. Equidem magno empta, & plurimum invidiæ habitura, quæque plus computat vulnerum funerumque quàm gloriæ, non tam victoria, quàm calamitas eſt; & bis vincit, quem viciſſe etiam victi lætantur. Eam laudem præ ſe jactanter tulit Alexander apud Curtium l. 8. *Veni in Aſiam, non ut funditùs everterem gentes: nec ut dimidiam partem terrarum ſolitudinem facerem, ſed ut illos quoque quos bello ſubegiſſem, victoriæ meæ non pœniteret.* Tigranem Regem bello ſuperatum Pompejus Magnus regno reſtituit, pulcherrimum eſſe judicans, ut ſcribit Valerius Maximus, & vincere Reges & facere. Ejus, qui clementia magis quàm armis hoſtem ſuperat, duplex eſt & uterque maximus victoriæ fructus. Nam & ejus laudis partem nullam milites, nullam loci ratio, nullam fortuna decerpit; tota quanta eſt ad Imperatorem refertur. Tum impensè firmiùs eo pacto proſpicitur Imperii ſecuritati: ſiquidem anceps ſemper & ſuſpecta eorum eſt ſervitus, quos neceſſitas ſub jugum miſit: tutò & ſincerè obtemperant, quibus non crudelitas metum, ſed humanitas deſiderium victoris ingenerat. Et eò quidem curas omnes intenderunt præſtantiſſimi Principes, ſpectabiliorem laudem a moderatione poſt victoriam, quàm ab ipſa victoria conſequuti. Latin. Pac. de Theodoſio: *Vide, Imperator, quid hac clementia conſequutus ſis: Feciſti, ut nemo ſibi victus te victore videatur.* Eximia illa & incomparabilis laus populi Romani; quem Aſdrubal apud Livium teſtatur, magis parcendo victis, quàm vincendo imperium auxiſſe.

3. Nec verò ſterilis eſt ea clementiæ laus, quæ potius ad propagandos latè Imperii fines mirè proficit. Præſtant id novæ ſubinde e victis populis copiarum acceſſiones, quæ ad victricia ſigna tranſvolantes, & victoribus aſſociatæ ad recentium victoriarum fructus, & nova potentiæ incrementa ſoboleſcunt. Hac arte Ninus latiſſimas provincias occupavit majoris Aſiæ. Juſtin. l. 1. *Domitis igitur proximis, cum acceſſione virium fortior ad alios tranſiret, & proxima quaque victoria inſtrumentum ſequentis eſſet, totius Orientis populos ſubegit.* Non impar Alexandri felicitas fuit in hunc modum animantis ſuos apud Curt. l. 9. *Cum per Helleſpontum navigaremus, de paucitate noſtra cogitandum fuit. Nunc nos Scythæ ſequuntur, Bactriana auxilia ſunt præſto, Dabæ Sogdianique inter nos militant.* Et ibidem: *Scythæ Bactrianique erant mecum, hoſtes paulò ante, nunc milites noſtri.*

Præclara item Pacati illa de Theodoſio: *O rem dignam memoratu! Ibat ſub Ducibus vexilliſque Romanis hoſtis aliquando Romanus, & ſigna, contra quæ ſteterat, ſequebatur.* Ad ultimum Romanos appello. Horum vires initio exiguas aſcitæ in belli ſocietatem ſuperatæ gentes eò extulerunt, ut in modum torrentis terris omnibus ſuperfuſæ exactas victorias recentium victoriarum ſementem facerent, nec prius vincendi finem modumque invenerint, quàm deeſſent qui vincerentur. Illuſtris natio hos hauſit magnanimæ clementiæ ſpiritus a conditore ſuo, de quo Tacitus 11. Ann. *At conditor noſter Romulus tantum ſapientia valuit, ut pleroſque populos eodem die hoſtes dein cives habuerit.* Vides modeſtiam victoris plurimum conferre ad latè vincendum, & præcipuum belli inſtrumentum eſſe domitarum gentium benevolentiam. Eam belli machinam advertit Ovidius Metam. l. 8.

utile vinci
Victoris placidi fecit clementia multis.

Multus denique in ejus prærogativæ commendatione Cicero pro Marcello. *Animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare, adverſarium nobilitate, ingenio, virtute præſtantem non modò extollere jacentem, ſed etiam amplificare ejus priſtinam dignitatem, hæc qui facit, non ego eum cum ſummis viris comparo, ſed ſimillimum Deo judico.* Et iterum ibidem: *Cum aliquid clementer, manſuetè, juſtè, modeſtè, ſapienter factum in iracundia præſertim, quæ eſt inimica conſilio, & in victoria, quæ natura inſolens & ſuperba eſt, aut audimus, aut legimus, quo ſtudio incendimur non modò in geſtis rebus, ſed etiam in fictis, ut eos ſæpe, quos nunquam vidimus, diligamus?* O vocem præclaram, lapſamque de Cœlo! O arma tractantium pectoribus altè defigendum Oratorum Principis axioma! Quanto hoc honeſtius atque nobilius, quam per ſtrages hominum, per converſa in ſolitudines Regna, rumuſculis perituræ mox gloriolæ velificari? Adjuvant clementiam & victoriam optabilem reddunt artes aliæ: dexteritas in agendo, authoritas Imperatoris, præcipuè verò vis eloquentiæ. Has dotes ſuis in locis abundè perpendimus. Addo hic eas mirandum in modum in Pyrrho eluxiſſe. Liv. l. 35. *Artem etiam conciliandi ſibi homines eam habuiſſe, ut Italicæ gentes Regis externi, quàm populi Romani tamdiu principis in ea terra, imperium eſſe mallent.* Nec vero hic miſſum faciam advertere, non ad humanitatem ſolum atque clementiam, verum etiam ad propriam Victorum utilitatem pertinere moderationis laudem cum victoria conjũgere. Contingit nimirum non ita raro, ut victi ſeverius habiti, reſumptis viribus in victores ipſos crudelius ſæviant. Documento fuere olim Turcæ, qui cum Ungaros prælio ſuperatos acerbiſſimis cruciatibus affeciſſent, victi iterato conflictu ea ſupplicia ſubire coacti fuerunt, quibus immaniora ne ſævitia quidem ipſa imperare potuiſſet. Recenſentur illa a Bonfinio Rer. Ungar. Dec. 5. l. 3. *Paulus fera illorum immanitate accenſus, poſitis adverſus eos inſidiis, cum facile imprudentes nec opinantes multos in poteſtatem redegiſſet, ac Themeſvarum tranſtuliſſet, inauditis ante apud Chriſtianos generibus tormentorum affectos interemit: cum alios piſtrini in aqua ſe verſantibus rotis alligaſſet, alios igni ſenſim admo-*

tos

tos lento incendio confeciſſet, non paucos cute ut belluas exuiſſet, nonnullos etiam in hara revinctis poſt terga manibus, eſurientibus ſuibus objeciſſet.

4. In diverſum longè abit victoriæ habitus, cum læto rerum exitu victor elatus & ferox omnis ſibi licere ſtatuit. Hinc voces illæ, diſciplinæ militaris probra, peſtes, & carcinomata: *Jus in armis: Omnia fortium virorum eſſe: Qua juvat Reges eant:*

Quodcunque libuit facere victori, licet:

Et quas a Furiarum potiùs, quàm ab humano ore prolatas exiſtimem: *Væ victis*. Ductoris Gallorum Senonum feralis illa adjectio & appendix fuit, cum mille pondo auri ſe redimentibus Romanis, *Additus*, quæ ſunt Livii verba l. 5. *ab inſolente Gallo ponderi gladius; auditaque intoleranda Romanis vox: Væ victis eſſe*. Quæ dedecora eò cautius ſunt declinanda, quòd liquet Victorism inſolentiſſimos habere ſpiritus, &, quaſi expanſis jactanter alis, immoderatè ſe, ſuperbè, & arroganter efferre. Superbos primùm inflatoſque animos ut victores gersnt, facit, quæ maximo apud mortsles in pretio eſt, armorum felicitas. Supra Philoſophorum exedras ſapiunt Comicorum ſcenæ, quæ, ciendo ob rei turpitudinem riſui, milites glorioſos educunt. Ut autem reticeam Alexandrum, qui Jovis proſapiam ementitus arma circumtulit, quid de Sexto Pompejo dicsm, qui ſemel vel iterum victor in navali conflictu, punicei coloris paludamentum ab Imperatoribus geſtari ſolitum in cæruleum, ut author eſt Dio l. 48. commutavit, ut a Neptuno adoptatus in filium crederetur. Ut plane deſinam obſtupeſcere tot vel poſt leviſſimas victorias, poſteriorum Cæſarum Apotheoſes, appellationeſque Deorum. Deſpexerunt nimirum illi illuſtre documentum Epaminondæ, qui, ut refertur a Plutarcho in apopht. poſtridie ejus diei, quo immortali gloria ob Leuctricam victoriam auctus fuit, demiſſa fronte, & pullo amictu ſqualidior proceſſit in publicum: cumque amici ſciſcitarentur, ecquid illi infortunstum accidiſſet, quamobrem ſic atratus incederet? Senſi, inquit, me heſterno die inſolenti gaudio tactum elatiores geſſiſſe animos: eam animi intemperantiam hodie caſtigatum ire conſtitui.

5. Vanitas & jactantia, ut notam turpitudinis aliquam ipſi inurat victori, nullam certe perniciem foras derivat. Illa eſt coinquinatiſſima Victoriæ faciea, quæ rapinis, vaſtitate, ſtragibus imperatis, alieno ſanguine luctuque ſordeſcit. Num verò ſenſum humanitatis aliquem acerbiſſimis illis victoribus ſupereſſe judicem, qui per immaniſſimam ingenii importunitatem, non divina ulla, non humana jura, quæ Mars ipſe noſcit, reveriti, bellum, quod publicarum injuriarum remedium eſt cæteroqui graviſſimum, tam latè didita gentium pernicie excidioque deturpant, ut victi non aliorum modò, ſed vel hoſtium cummiſerationem extorqueant? Ad hanc imaginem, tanquam extremæ calsmitatis exempla, circumvagabantur victricis olim Græciæ reliquiæ illæ, de quibus ſcribit Seneca in Agamemn.

cladibus noſtris daret
Vel Troja lacrimas.

Et Virgil. l. 11.

Vel Priamo miſeranda manus.

Idem contra l. 2. Æn. de reliquiis Trnjanorum poſt patriæ incendium & excidium:

quis talia fando
Myrmidonum Dolopumve, aut duri miles
Ulyſſei,
Temperet o lacrimis?

Verùm de victorum crudelitate latè a nobis alibi agitur, sc præſertim in Tit. *Sævitia in extinctos*. Flagitioſiſſimi omnium meritò habentur qui feritati impietatem, tsnquam ferro venenum adiicientes, s Cœlitum templis ariſque ſacrilegsa manus non abſtinent; stque illuc ſe recipientium ſanguine ſacros parietes & paviments conſpergunt; quod vel ab Ethnico Vate vitio vertitur Achillis filio:

Natum ante ora patris, patrem qui obtruncat
ad aras.

De furioſa hac etiam amentiſſimaque Victorum impotentia ſatis diximus in Tit. *Templum*, *Religio*. Illud inprimis eſt ſedulo ſtudio obſervandum, longè áliter in crudeli atque in benigniore victoris res procedere. Ut enim clementer victi facili tranſcurſu ſequuntur victrices copias, ſic exadverſum duriter habiti rebellandi opportunitates omnes rimantur & amplectuntur. Nulla facilius cauſa deſertiones & crebra ad hoſtes transfugia pruveniunt. Squalor ipſe habituſque victorum haud dubiè commiſerationem prius, tum non raro suxilia elicit; ut interdum qui deſpectui fuerunt, incipiant eſſe terrori. Amant quippe qui miſerentur; nec niſi ſublatis malorum cauſis, & miſerorum reſtituta dignitate, conquieſcunt. Significavit id dilucidè Florus ubi ſcripſit l. 3. cap. 21. *Facilè invenit exercitum miſer Imperotor*. Non abludit Valerius Max. l. 5. c. 3. *Etiam quos injuriæ inviſos faciunt, grotioſos miſeriæ reddunt*: neque enim, ut inquit Seneca, cauſam miſericordis reſpicit, ſed fortunam. Idem Tragicus expreſſit rem acutè & feliciter in Herc. Oet.

Fortuna amorem pejor inflammat magis.
Amat vel ipſum, quod caret patrio lare,
Quod nudus auro crinis & gemmis jacet:
Ipſas miſericors forſan ærumnas amat.

6. Non hìc recoquo, quæ de victoria a Deo & Cœlitibus expetenda, quæque de nuncupatia ob eam adipiſcendsm votis; eáque ſemel psrtâ, de gratiis ſupremo Numini referendis, aliis in locis ſunt fuſiùs agitata in hoc opere. Ut reliqua perpaucis expediam, eam primum omnium ſcito numeris omnibus abſolutam fore victoriam, quæ minimo ut notavi, ſuorum ſanguine hoſtes ſuperst. Nam ſi acies utrinque conterantur, ut teſta teſtæ colliſa, quantulocunque cæteroqui compendio ſuperior ex scie diſceſſeria, tot militum labores, tot annonæ ſumptus, tot adductæ procul machinæ non tanti fuere. Pyrrhua ſimili victoria minime lætus, ſuoſque reſpiciens; Actum, inquit, de nohis eſt, ſi iterum ſic vicerimus. Falli eos docent Magiſtri Polemici, qui a numero bellatorum potius, quàm ab ordinatione & fortitudine bellorum exitus metiuntur. Iidem præſtare ajunt hoſtem fame, quam ferro conſumere. Ingenium alii & ſolertiam Imperatoris dimidiam ferè partem computant virium militarium. Sunt qui vel msxime rationem ducendam putant ſilvarum, montium, fluviorum, quorum ſæpe uſu & beneficio conciliantur ingentes victoriæ; fortius quantolibet machinarum apparatu de-

Digitized by Google

decertante natura. Poſtremò expertiſſimi quique Duces in ipſis militum vultibus legunt pugnæ præſagia. Demiſſæ frontes, ſilentium, averſio a ſignis, indicia fuerint victoriam deſperantium. Sic affectos perinde eſt in pugnam atque in certiſſimam cladem producere. Contra actutum in aciem rapiendi, cum ore geſtiunt, ſtrepunt armis, clamorem attollunt, & minaci fremitu Martem petunt. Effecit ſæpe numero hic ardor, ut, ante conſertas manus & collata ſigna, ſolo exilientium clamore & impetu perterrefactus hoſtis ſe in fugam abriperet: Tacit. in Vit. Agric. *Ii ſunt quos proximo anno, unam legionem furto noctis aggreſſos, clamore debellaſtis*. Liv. lib. 1. *Fuſi primo impetu & clamore hoſtes*. Idem l. 25. *Itaque haud magna vis certaminis fuit: primus clomor atque impetus rem decrevit*. Idem lib. 38. *Galli ne primum quidem impetum & clamorem Romanorum tulerunt*. De victoriæ uſu quominus prolixum ſermonem inſtituam facit par omnibus documentis memorabile monitum Maharbalis ad Annibalem; qui, cum poſt cæſum ad Cannas Romanorum exercitum ſuadentibus amicis ut fugientes inſequeretur, non obtemperaret, indignè rem tulit Maharbal, & ad Annibalem converſus, *Non omnia nimirum*, dixit, *eidem Dii dedere. Vincere ſcis, Annibal, victoria uti neſcis*.

7. Fugatis ac profligatis hoſtibus caſtra milites repetebant; ibique ab ordinibus cuſtodiæ cauſa relictis, feſtivis excipiebantur clamoribus: a quibus hedera, lauroque, & læto ceſpite ornabantur remigrantium tabernacula honoris ac lætitiæ cauſa, quemadmodum ſcribit Plutarchus in Vita Marii. Eadem vèrò ante conflictum & incertam fortunæ aleam a Pompejo uſurpata, meritò coarguit Cæſar l. 3. Bell. Civil. *In caſtris Pompeii videre licuit triclinia ſtrata, magnum argenti pondus expoſitum, recentibus ceſpitibus tabernacula conſtrata; L. etiam Lentuli, & nonnullorum tabernacula protecta hederâ: multaque præterea quæ nimiam luxuriam ac victoriæ fiduciam deſignarent*. Nam ſi frugalitas & moderatio poſt victoriam jurè laudatur, eo magis inanis oſtentatio ante belli exitum carpitur & objurgatur. Duo potiſſimum curabantur victoria defunctis, alterum ut ſomno ciboque vires reficerent, alterum ut ſociorum quidem cadavera humarent, hoſtium verò ſpoliata relinquerent: ſed de his prolixe egimus ubi de Præda, & Funeribus militum. Ritum pompa hilari excipiendi viros illuſtres poſt victorias, vel res inſigniter geſtas, communi ſuffragio ab omnibus fere gentibus receptum, & approbatum fuiſſe conſtat. Non corradam exempla ex aliis libris Hiſtoriæ ſacræ, ut eam conſuetudinem amplexos fuiſſe Hebræos oſtendam: ſatis fuerit adnotare quæ de victrice Judith referuntur c. 15. *Benedixerunt eam omnes una voce dicentes: Tu gloria Jeruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri, quia feciſti viriliter, & confortatum eſt cor tuum*. Et paulo infra. *Porrò autem univerſa quæ Holofernis peculiaria fuiſſe probata ſunt, dederunt Judith in auro, & argento, & veſtibus, & gemmis, & omni ſupellectili, & tradita ſunt omnia illi a populo. Et omnes populi gaudebant cum mulieribus, & virginibus, & juvenibus, in organis, & citharis*. Eumdem morem viguiſſe apud Aſſyrios & Perſas liquet ex Curtio lib. 4. ubi loquitur de Alexandro Babylonem ingrediente. *Totum iter floribus, coroniſque conſtraverat, argenteis altaribus utroque latere diſpoſitis, quæ non thure modo, ſed omnibus odoribus cumulaverat*. Sed vel extremam aſſentationis lineam tranſgreſſi ſunt Athenienſes in excipiendo ornandoque Demetrio Poliorcete, poſtquam eos in libertatem aſſeruerat. Adſcribo Plutarchi verba, quibus commemorat Senatus conſulto fuiſſe deliberatum, *Ut quotieſcunque in urbem veniret Demetrius, iiſdem ritibus, & ceremoniis peregre adveniens exciperetur, quibus ſoleret Ceres, & Bacchus*. De eodem Demetrio, omnique honoris ſignificatione, qua exceptus eſt Athenis hæc habet Athenæus lib. 6. c. 15. ex gemino antiquo Hiſtorico Demochare & Duri Samio. Scribit autem Demochares, *Demetrium è Leucade ac Corcyra exceptum ab Athenienſibus fuiſſe, non ſolum cum ſuffitibus, coronis, vinō libationibus; ſed etiam proſodiis, choris ſcenicorum, ithyphallis, ſaltantibus, cum obviam procederent, & canentibus illum ſolum verum Deum eſſe; reliquos aut eſſe nullos, aut dormire, aut abiiſſe peregre*. Ea porrò ſunt ex Duri Samio inter alia, quę a pręfato Athenæo referuntur. *Salve ò Neptuni Dei potentiſſimi, atque Veneris fili. Alii profecto Dii vel abſunt procul, vel auribus carent, vel nulli ſunt, aut rebus noſtris curandis mentem non advertunt. Te verò nos præſentem cernimus non ligneum, aut lapideum, ſed verum Numen*. In quibus verbis non minus eſt animadvertenda præceps & dedecoroſa adulatio Athenienſium, quam eorum cęcitas, non verentium ſcilicet palàm obloqui de Diis ſuis, eoſque præ uno ſuorum Duce adducere in contemptum; ligneoſque atque lapideos, ac demum nullos fateri. Vera quidem de iis prædicabant; cum nonniſi mera eſſent metalla, & ſurdi lapides. Eos tamen impenſe colere, & ſimul fatuos nulloſque judicare, ſine levitatis & inconſtantiæ nota non poterant. Propero ad Romanos. Cicero de ſuo reditu hæc habet Orat. pro Sext. *Reditus vero meus qui fuerit, quis ignoratì quemadmodum mihi advenienti tanquam totius Italiæ, atque ipſius patriæ dexteram porrexerint Brundiſini*. Et paulo poſt: *Cumque itinere tato urbes Italiæ feſtos dies agere adventus mei videbantur: vię multitudine Legatorum undique miſſorum celebrabantur*. Idem de eodem reditu ſcripſit Orat. in Piſ. *Ac meus quidem is fuit, ut a Brunduſio uſque Romam agmen perpetuum totius Italiæ viderem. Neque enim regio fuit ulla neque municipium, neque præfectura, aut colonia, ex qua non publicè ad me venerint gratulatum*. Adſtruo verba Hirtii de Cæſare honorificentiſſimè excepto: *Exceptus eſt Cęſaris adventus ab omnibus municipiis, & coloniis incredibili honore, atque amore. Tum primum enim veniebat ab illo univerſo Galliæ bello. Nihil relinquebatur, quod ad ornatum portarum, itinerum, locorumque omnium quà Cęſar iturus erat, excogitari poſſet. Cum liberis omnibus multitudo obviam procedebat. Hoſtiæ omnibus locis immolabantur, tricliniis ſtratis fora templaque occupabantur, ut vel expectatiſſimi triumphi lætitia percipi poſſet*. Nec ſunt prætereunda quæ de Caracalla Alexandriam ingrediente refert Herodianus lib. 4. *Omnimodæ muſicæ inſtrumenta ubique diſpoſita varium concentum exhibebant*;

aro-

Digitized by Google

aromatumque omnis generis, & thymiamatum ſuffitus ingreſſibus adorem ſuaviſſimum exhalabant; facibus & florum jactationibus Regem honorabant. Huc pertinent illa Claudiani:

Spectabunt cupidæ matres, ſpargentur & omnes
Flore viæ.

Ex his vides adhibita in excipiendis victoribus odoramenta, donativa, inſtrumenta muſica, altaria, vini libationes, flores, & victimas. Supereſſet dicendum de eorum ingreſſu per muros dirutos, de acclamatione publica, & gratulationibus exterorum. Verum de iis abunde ſcripſimus in Titulis *Iſelaſticum*, *Acclamatio*, *Gratulationes*, *Triumphus*.

8. Bellatorum virtute præſtantium illud conſtat fuiſſe peculiare, ut non voce, non gemitu precibuſque, aut alio imbecillitatis indicio faterentur ſe victos eſſe, tametſi ab æmulis in terram devoluti & gravi vulnere affecti proximam ante oculos mortem haberent. Seneca de Benefic. l. 5. cap. 10. docet vetitum fuiſſe Lacedæmoniis eos celebrare ludos Gymnicos, in quibus in terram proſtrati aut dejecti victos ſe manu vel herba porrecta palam teſtarentur; quemadmodum conſtat fuiſſe in uſu in luctatione & aliis quibuſdam theatralibus ludis. Permiſſum itaque Spartanis duntaxat eos frequentare ludos, in quibus de victoria decernerent munerarii & agonothetæ. Idcircò non deſunt qui minus probent Virgilianum illud lib. 12. de Turno.

viciſti, & victum tendere palmas
Auſonii videre.

Id verò ut nihil morer a Virgilio parum ex more Heroico factitatum, certe minus aſſentior Joanni Baptiſtæ Sogliani in Notis ad Comed. Uccellatojo Att. 1. ſcen. 2. ubi redarguit ejuſdem violati moris Heroici Torquatûm Taſſum Cant. 12. ubi Clorinda victa prœlio ſic affatur Tancredum.

Amico hai vinto, io ti perdon; perdona
Tu ancora.

Duo quippe ad id loci probè obſervanda Vatis animo obverſabantur. Primum, ut honeſta bellatrix cœleſti afflata lumine & ad veram religionem maturè capeſſandam divinitùs inflammata non Ethnicorum, ſed Chriſtianorum more ſub ipſam mortem verba faceret: alterum ut ſtudio religionis incenſa adhuc Heroinæ ſpiritus non deſereret. Utrunque autem perbellè Poeta præſtat: nam & demiſſos animos ex Chrſtiana deſpicientia produnt verba, quibus veniam a victore deprecatur, & virtutem Martiam abundè ſpirat ſermo reliquus in hanc ſententiam.

Amico hai vinto: io ti perdon; perdona
Tu ancora, al corpo nò, che nulla pave,
Al'alma sì; deh per lei prega, e dona
Batteſmo a me, ch'ogni mia colpa lave.

Victoriæ alatæ. Vide *Arcus Triumphalis*.

Victoria. E Dearum numero fuit apud Antiquos. Nonnulli Acherontis & Stygis filiam tradunt. Addit Phurnutus aſſiſtricem Minervæ adversùs Gigantes, qui contra Superos bellum ſuſceperunt, Victoriam fuiſſe; atque ob eam operam ſtrenuè navatam in Dearum numerum fuiſſe relatam. Præcipuos honores in Græcia obtinuit, ac potiſſimùm in Attica. Cæterum, quemadmodum ab antiquis refertur Scriptoribus, & in vetuſtiſſimis nummis, qui victoriati dicuntur, hodieque viſitur, alata effingitur Victoria, coronam vel palmam, interdum etiam laurum manu proferens. Prudentius ſic illam deſcribit:

Vincendi quæris Dominam? ſua dextera cuique eſt,
Et Deus omnipotens, non pexo crine virago,
Non nudo ſuſpenſa pede, ſtrophioque recincta,
Nec tumidas fluitante ſinu veſtita papillas.

Apud Germanos Victoriæ ſtatua, ut ſcribit Dio, quæ ad hoſtes vergebat, ſubitò Italiam versùs converſa eſt. Idem Victoriæ ſimulacro in Olympia poſito accidiſſe deſcribit Pauſanias. Ægyptii Aquilam pro Victoria pingebant, quoniam bellatrix ea avis eſſet, cæteraſque omnes ſuperaret. Vitula Dea dicta eſt etiam Victoria, quoniam, ut ait Piſo, poſt victoriam certis ſacrificiis fiebat vitulatio. Quidam ideo dictam vitulam putant, quia lætitiæ præeſſet; ex quo vitulatio & vitulari pro lætitia & lætari dicimus. Vacuna a Sabinis appellata eſt, ut ſcribit Varro, eidemque ſacra vacunalia menſe Decembri celebrata. Accipiter victoriæ hieroglyphicum fuit, ut ſcribit Pierius Valer. Romæ in octava regione ædicula Victoriæ fuit, quam L. Poſthumius Ædilis curulis ex mulctatitia pecunia faciendam curavit. In Aventino etiam ædem habuit ab Arcadibus olim ædificatam, ut ſcribit Dionyſ. lib. 1. Eidem L. Sylla bellis civilibus victor ludos inſtituit, ut author eſt Cicero in Verrem. Vide plura apud Lilium Gyrald. Syntag. 10.

Vinco, is. Dicitur a vi, quoniam vi hoſtis ſuperatur. Cic. ad Attic. l. 8. *Malo cum Pompejo vinci, quàm cum iſtis vincere*.

Victor, oris. Qui vicit. Cæſ. l. 2. bell. Gall. *Noſtros victores flumen tranſire conſpexerunt*.

Victrix, icis. Quæ vicit. Virgil. l. 7.

Junonem victrix affatur voce ſuperba.

Arma etiam, copias, literas victrices dicimus. Cic ad Attic. l. 5. *Quo die Caſſii litteræ victrices in Senatu recitatæ ſunt*.

Victoriosus, a, um. Qui plures victorias reportavit. Uſum hac voce Catonem docet Gellius l. 4. c. 9. *Cur etiam diſciplinoſus, conſilioſus, victorioſus, quæ M. Cato ita affiguravit*.

Victoriales ludi. Ob triumphum decreti victoribus. Vide Caſaub. ad Capitolin. in M. Antonin.

Victores intereunt, Victi flent. Proverbiali ſermone dicitur quoties utraque pars magno ſuo malo diſcedit. Solet quippe in bellis contingere deterioris ſæpe conditionis eſſe victores, quàm victos, cum victoria multo ſanguine & incommodis comparatur.

Victoriare. Pro *victoriam adipiſci*, dixere Latinobarbari. Occurrit apud S. Eulogium in Epiſt. ad Alvarum, & in veteri Hiſt. Hiſpana apud Cangium.

Victoriatus. Nummus ſic appellatus origine militari. Plinius l. 33. cap. 3. *Qui nunc Victoriatus appellatur lege Clodia percuſſus eſt. Antea enim hic nummus ex Illyrico advectus mercis loco habebatur. Eſt autem ſignatus Victoria, & inde nomen*. Inter Auguſtæos denarios recenſetur a Nicolao Abramo Comment. in Cicer. Orat. pro Rabir. crediturque ab eodem eo ipſo anno percuſſus, quo P. Clodius Tribunus Plebis, & M. Cato Proprætor fuit. Idem a ſe viſum ſcribit cum effigie & inſcriptione *M. CATO*, referentemque ex adverſa parte mulierem alatam, ſedentem, cum inſcriptione, quantum fugientes apices monſtrare poterant, *VICTORIA*. Sed

la-

Digitized by Google

lapſum Abramum detritione literarum oſtendetur infra ex Harduino, qui inſcriptionem habet: *VICTRIX*. Voluſius Mæcianus de Victoriato ſic habet. *Victoriatus nunc tantundem valet, quantum quinarius olim: ac peregrinus nummus loco mercis, ut nunc tetradrachmum, & drachma habebatur. Clodius Pulcher a Patriciis translatus ad Plebejos, factuſque Tribunus plebis, legem de percutiendo Victoriato tulit. Videbatur in eo Victoriæ ſignum, unde nomen Victoriati cum litera Q. quinarium deſignante, quod quinque aſſibus valeret, quare & quinarius dictus eſt*. Hujuſmodi nummum in Cimelio Collegii Pariſienſis aſſervari teſtatur Harduinus in Plin. l.33. cap. 3. ſed & denarios eadem Victoriæ nota ibidem cuſtodiri refert; ac inprimis M. Catonis Proprætoris, ejus, qui Cenſorii nepos fuit; quo in denario Victorię ſedentis ſimulacrum cum ſubſcriptione *VICTRIX* habetur. Ectypum Patinus exhibet in familia Porcia.

Vicus, ci. Primùm pars eſt civitatis, dictus a via, quoniam ex utraque viæ parte nexa & coagmentata ſurgunt ædificia domorum. Cic. pro Mil. *Nullum in Urbe vicum, nullum angiportum eſſe dicebant, in quo Miloni non eſſet conducta domus*. Hinc Vicini dicuntur, qui non procul a noſtris ædibus in eodem habitant vico. Per uſurpationem verò vicini appellantur propinqui, & vicinitas conſanguinitaa. Iterum vicus locus eſt, ſive pagus, ruſticis ferè confertus domibus, ſine ulla munitione murorum, ut tradit Papias ex Iſidoro. Qui verò ejuſmodi habitant vicos dicuntur Vicani a Livio, Cicerone, & aliis. A vico probè deducitur origo dictionis Italicæ *Bicocca*. Munitio ea quidem eſt, ſed planè ruſticana, & quæ facili negotio a paucis occupari poteſt; in editis plerunque rupium faſtigiis rudi craſſaque architectura exædificata.

Vigilia. In ſingulari numero mihi eſt actus ipſe vigilandi: neque enim mihi ſuppetit exemplum de vigilia uſurpata pro cuſtode, vel excubitore. Plaut. Pſeud. Act. 4. *Noctu in vigiliam quando ibat miles; tum tu ibas ſimul?* Cic. Philipp. 7. *Tanquam in ſpecula collocati ſumus, ut populum Romanum vacuum metu noſtra vigilia redderemus*. Item vigilia in ſingulari ſumitur pro dimenſis certis ſpatiis nocturni temporis. In quaterna quippe horarum ſpatia dividebantur vigiliæ militares. Hinc prima, ſecunda, & tertia vigilia pro primo, poſteriore, & poſtremo noctis tempore. Varro tamen neutro genere dixit

Vigilium, ii. Id nomen in uſu fuiſſe apud Veteres mihi eſt manifeſtum a vocabulo ſuperſtite *Pervigilium*: licet non leviter ſuſpecta mihi ſit lectio in loco Varronis in Endymionibus, qui ſic recitatur a Nonio. *Animum mitto ſpeculatum toto Orbe, ut quid facerent homines cum experrecti ſint, me faceret certiorem, ſiquis meliùs operam ſuperet, ut ejus conſilio potiùs vigilium adminicularem noſtrum. &c.* Item

Vigiliæ, arum. Numero multitudinis dicuntur nocturni excubitores, ſive cuſtodes. Saluſt. in Jugurth. *Sed neque more militari vigiliæ deducebantur*. Idem in Catil. *Intelligebat Urbem vigiliis munitam*. Perottus vigilias non male trahit a *Vigeo*. Neque enim ſegnis & oſcitantis, ſed vigentia eſt vigiliarum munus.

2. Duplex conſiderari poteſt genus vigiliarum. Alterum indicat ſtationarios, qui certis in locis ſtantes vigilias habent, & nocte præſertim ad caſtrorum cuſtodiam, portaſque, & civitatum mœnia, ad obſervandas res hoſtium per vices excubant. Mutantur excubitores, aliique aliis defatigatis ſuccedunt, ut ſua cuique poſt vigiliam quies attribuatur. Hinc apud Scriptores primæ, ſecundæ, tertiæ vigiliæ memorantur, quibus totidem noctia horæ, vigilum ſeu vigiliarum alternationibus reſpondentes deſignantur. Alterum genus vigiliarum eos indicat milites, qui circumeunt, Ducumque mandata referunt: & illi quidem ſtationarii, hi circitores propriè nominantur. Poſtremos ſic deſcribit Vegetius lib. 3. cap. 8. *Idoneos tamen Tribuni & probatiſſimos eligunt, qui vigilias circumeant, & renuncient ſiqua emerſerit culpa, quos Circuitores appellabant. Nunc militiæ factus eſt gradus, & Circitores vocantur*. Priores illos vulgò dicimus *Sentinelle*: poſtremos vocamus *Ronde*. Iſidorus inter excubias & vigilias ſic diſtinguit, ut excubias quidem diurnas, vigilias verò nocturnas eſſe doceat. Melius alii vigilias quidem nocturnas, excubias verò tam nocturnas quàm diurnas eſſe ſtatuunt. Dividebant Veteres noctem in quatuor partes, quarum ſingulis tres horas aſſignabant. Eas porrò partes vocabant vigilias. Id totum tempus, ut indicavi, ſic partiebantur vigiles ad clepſydrę normam, ut poſtquam aliqui ſuo vigilandi munere per tres horas defuncti eſſent, reciperent ſe ad ſomnum & quietem, aliiſque vigilandi munus per manus traderent. Nox igitur Romanis in quatuor vigilias diviſa, quæ ſingulæ ſpatium trium horarum comprehendebant. Primis ſecundi vigiles, his tertii noviſſimique in ſtatione ſuccedebant. Id verò eſt, quod Lucanus indicat lib. 5.

jam caſtra ſilebant:
Tertia jam vigiles commoverat hora ſecundos.

Et quoniam per tubicinem ſtationis ineundę dabatur ſignum, ideò tuba ipſa vel buccina interdum pro vigilia ponitur. Propert. lib. 4. Eleg. 4.

Et jam quarta canit venturam buccina lucem.

De vigilia per buccinam indicta Liv. lib. 7. *Vigiliis deinde diſpoſitis, cæteris omnibus teſſeram dari jubet. Ubi ſecundæ vigiliæ buccinâ datum ſignum eſſet, armati cum ſilentio ad ſe venirent*. Plinius caſtrenſes vigilias ſervare ſcribit gallos gallinaceos, pugnaces nimirum altiles bellicoſque. *Quortoque caſtrenſi vigilia ad curam laboremque revocant*. De ejuſmodi vicibus & mutatione vigiliarum Vegetius l.3.c.8. *Quia impoſſibile videbatur in ſpeculis per totam noctem vigilantes ſingulos permanere, ideo in quatuor partes ad clepſydram ſunt diviſæ vigiliæ, ut non amplius quàm tribus horis nocturnis neceſſe ſit vigilare*. Sic autem diſtributionem illam temporis ſervatam fuiſſe docet Steuvechius, ut ſi neceſſitas aliqua ad majorem tolerantiam vigiles cogeret, integram ſolidamque noctem vigilando tranſigerent. Ejus rei exemplum profert ex Cæſare de Bell. Civil. *Portas muroſque adſervari jubet. Ipſe iis operibus, quæ facere inſtituerat, milites diſponit: non certis ſpatiis intermiſſis, ut erat ſuperiorum dierum conſuetudo; ſed perpetuis vigiliis ſtationibuſque, ut contingant inter ſe, atque omnem munitionem expleant*. Sed miror Steuvechium, Scriptorem cæteroqui non indiligentem, in intelligentia Cęſariani ejus loci tam craſſe lapſum fuiſſe, ut non adverteret, non ibi Cæſarem de tempore

vi-

vigiliarum, ſed de loco & frequentiâ verba facere; nec ipſum juſſiſſe Cæſarem, ut vigiliarum mora protraheretur, ſed ut ſpiſſiùs vigiliæ locarentur. Hallucinatus ille eſt in voce *vigiliis perpetuis*; & ad tempus retulit perpetuitatem, quæ referenda erat ad locum. Conſtat autem perpetuum tum de tempore, tum de loco dici. Cæſar: *Perpetuæ foſſæ, quinos altæ pedes ducebantur*. Ubi conſtat perpetuum de loci longitudine dictum. Et perpetuas menſas, ideſt longas, & ad accumbentium ordinem exæquatas dixit Virgilius lib. 7.

Perpetuis ſoliti Patres conſidere menſis.

Quod attinet ad vigilum numerum, quatuor in ſingulis vigiliis fuiſſe milites vigiles habet Lipſius. Horum unus verè ac perpetuò vigil erat. Tres ad manum propinqui adjacebant & accubabant. Iis aliqua ſumebatur quies: ſed facilè illos excitare poterat vigil perpetuus, ubi vel inſtaret neceſſitas, vel auxilium ipſe depoſceret. Equidem id magnopere tutius, quàm quod in uſu eſt alicubi in recenti militia, ut vigiles ſolitarii prorſus agant, ſejunctique a reliquis; quo pacto ad caſus adverſos & hoſtiles incurſus magis pateſcunt.

3. Severæ inprimis atroceſque fuerunt pœnæ, quibus animadvertebatur in vigiles ſuo munere negligenter defunctos. Quod ad Græcos attinet celeberrima eſt vox Græci Ducis, qui vigilias obiens, cum dormientem vigilem offendiſſet, eundem gladio confodit, illa addens verba: *Dormientem inveni, dormientem reliqui*. Apud Romanos de ſaxo præcipitatus eſt vigil, ut ſcribit Livius, qui exorto tumultu Gallico munus ſuum ſegniter & oſcitanter geſſerat. Sed de vigilum & circitorum officio, pœniſque, quibus in eos animadverti erat ſolitum in Romana militia, opulentiſſimum attexam teſtimonium Polybii: *Qui verò ordinati ab Tergiductoribus fuerint ex prima turma quatuor, poſtquam ſortiti fuerint vigilias, eunt ad Tribunum, & ſcriptum accipiunt quotam, & quot debeant obire. Poſt quæ illi quatuor accubant ad primum manipulum triariorum, ſive primum pilum. Cum verò tempus appetierit; primam vigiliam circuit is, qui eam ſortitus eſt, habens apud ſe teſtes aliquos ex amicis. Perluſtrat verò dictos locos, non ſolùm circa vallum, & portas, ſed etiam circa manipulos & turmas. Quodſi reperit qui primam agunt vigilantes, capit ab iis teſſerulam, ſin aliquem dormientem aut loci deſertorem, teſtificatus proximos, abit. Idem fit & ab iis, qui ſequentes vigilias luſtrant. Quiſque autem circitorum unà cum luce ad tribunal defert teſſeram: & ſi omnes redditæ ſunt, ſine culpa abeunt. Quòd ſiquis pauciores fert, quàm pro numero vigiliarum, inquirunt ex charactere, quænam vigilia defecerit. Quo cognito, vocat Centurionem, qui ducit eos, quorum vigilia fuerat: ii diſceptant cum circuitore, & ſi vigilum delictum eſt, ſtatim oſtendit circuitor, adhibitis teſtibus e proximis, id enim facere tenetur. Si nihil horum: in ipſum cadit culpa. Statimque conſilio advocato, Tribunus judicat, & ſi damnatus fuerit, fuſte percutitur*.

4. Maximus vigiliarum fructus capiebatur in cuſtodiendo caſtrenſi ambitu. Nec verò perpetuo circuitu, ſed per certa intermiſſa ſpatia diſponebantur vigiles. Præter morem, & neceſſitate vel periculo urgente aliquando factum, ut ſpiſſiores vigiliæ continenter diſtribuerentur. Propria vigilum geſtamina pila erant, ſcutum, & haſta. Erepta tamen illis poſtea fuerunt ſcuta a Paulo Æmilio, experimentis edocto, ſæpe defeſſos, piloque innixos, ſuper ſcuti marginem inclinato capite obdormiſcere. De eo Pauli inſtituto ita Liv. lib. 44. *Vigiles, novo more, ſcutum in vigiliam ferre vetuit*. Huc etiam procul dubio reſpexit Seneca Epiſt. 36. *Stans etiam aliquando ſaucius pro vallo pervigilet, & ne pilo quidem incumbat, quia ſolet obrepere interim ſomnus in aliquod adminiculum reclinatis*. Faciunt ſanè magnopere ad rei ſummam vigiliarum ſtationes indeſides. Captavit ſtrenuè Niſus opportunitatem Rutulos invadendi, cum raros ignes, ideſt oppreſſos ſomno vigiles deprehendiſſet. Virgil. l. 9.

Cernis quę Rutulos habeat fiducia rerum?
Lumina rara micant, ſomno vinoque ſoluti
Procubuere: ſilent latè loca.

Probus de Thraſybulo: *Cum præter claſſem in Siciliam appuliſſet, neque ſatis diligenter in caſtris ejus agerentur vigiliæ, a Barbaris interfectus*. Vigiliarum inventor Palamedes in bello Trojano fuiſſe traditur. Vide *Ignis caſtrenſis* & *Excubiæ*.

VIGILES, um. Qui vigilias agunt. *Clamor a vigilibus fanique cuſtodibus tollitur*. Cic. 6. Verr. Vide *Vigiliæ*.

VIGILIARIUM, ii. Locus vel ſpecula ipſa vigiliarum, ubi ſcilicet milites vigilias habent. Sic enim Lipſius exponit illud Senecæ Epiſt. 57. *Quid intereſt utrum ſuper aliquem vigiliarium ruat, an mons?*

VINEA, æ. Machina tectoria, compacta ex lignis trabibuſque in modum cratis contextis; lateribus etiam vimine crudiſque coriis obfirmatis, ne jactis deſuper ſaxis teliſque perfringatur. Sunt quædam veluti loricæ portatiles, quibus utuntur foſſores, ut impunè tutoque ad oppugnationem procedant. Vineæ dicuntur, quia ad vineæ vitiferæ ſimilitudinem & texturam accedunt. Nullum erat apud Veteres frequentius inſtrumentum tectorium in ſubitis aggerum erectionibus. Non abſimilis operis ſunt loricæ, & ambulacra contecta, quas recenti vocabulo dicimus *Gallerie*. Vinearum conſtructionem uſumque deſcribit Vegetius lib. 4. cap. 15. *E lignis levioribus machina colligatur, alta pedibus octo, lata pedibus ſeptem, longa pedibus ſexdecim. Hujus tectum munitione duplici, tabulatis cratibuſque contexitur: latera quoque vimine ſepiuntur, ne ſaxorum, telorumque impetu penetrentur. Extrinſecùs autem ne immiſſo concremetur incendio, crudis ac recentibus coriis, vel centonibus operitur. Iſtæ cum plures factæ fuerint, junguntur in ordinem, ſub quibus ſubſidentes tuti ad ſubruenda murorum penetrant fundamenta*. De hac machina ſic etiam ſcribit Hero, ubi loquitur de Teſtudine Vineâ: *Ligna, quæ milites ferunt, ſunt ejuſmodi. Erecta in altitudinem, inæqualia, ſingula duodecim digitos circiter craſſa, quinque pedum intervallo diſjuncta. Connectuntur inter ſe ſic, ut quinarium illud intervallum ſemper ſervetur. Horum quæ altiora ſunt, viri ſtaturam, & dimidiatam æquant; quæ humiliora, unam tantùm. Habent infernè cuſpides, quibus terræ infixa ſublevant portantes. Coria appenduntur craſſa, vel cilicia; ſuperiùs autem rugoſa, non extenſa, ut in*

hoc tumidum aut molle telu incidentia frunguntur & lenteſcant. Hinc familiares Hiſtoricis priſcia locutiones: Vineas agere, proferre, procedere. Nimirum paulatim illæ muris admovebantur ad propiùs rem agendam. Cæſ. lib. 3. Bell. Civil. *Pompejus noctu, additis magnis munitionibus, reliquis diebus turres extruxit, & in altitudinem pedum quindecim effectis operibus, vineis eam partem caſtrorum obtexit*. Idem lib. 2. de Bell. Gallic. *Celeriter vineis ad oppidum actis, aggere jacto, turribuſque conſtitutis; magnitudine operum, quæ neque viderant ante Galli, neque audierant, & celeritate Romanorum permoti, legatos ad Cæſarem de deditione mittunt*. De iiſdem Saluſt. *Vineæ cum ingenti periculo fruſtra agebantur: Nam cum hę paulum proceſſerant, igni, aut lapidibus corrumpebantur*. Hirtius lib. 8. Bell. Gallic. *Ut non deterrerentur tamen milites noſtri vineas proferre*. Sic autem paulatim muris appropinquabat, ut illis omninò jungerentur vineæ, vel ad ſubruendos muros, vel ad arietem expediendum. Hinc Liv. lib. 5. *Vineas tantùm non injunctas mœnibus eſſe*. Et lib. 37. *Vineas & aggerem muro injunctum*. Ut autem observare potuiſti apud Vegetium, illud ferè fuit ſpatium vinearum, ut duplici ordine quinos, & quinos milites ſingulæ caperent, nimirum ſingulæ decuriam militum unam. Id enim facilè pręſtat vinea alta pedibus octo apud Vegetium, aut quę modum humani corporis & dimidium expleret, ut illius terminos finit Hero. *Præliari ſub vite*: adagii loco dicitur ad ſecuritatem agendi ſignificandam. Ortus ſermo a militibus, qui tuti dimicant, vel opera agunt, protecti vinea, tectorio militari.

Vinum. Vide *Potus militaris*, & *Conſilium* 5.

Vir, i. A vi dicitur: eſt enim vir, qui viribus & robore præſtat; maxime verò animi vires & fortitudinem ea vox exhibet. Quare frequenter vir pro forti ſumitur. Terent. Adelph. 4. 2.

Laudo, Cteſipho, patriſſat, obi, virum te judico.

Idem Eunuch. 1. 2.

Heu noſter, laudo: tandem perdoluit, vir es.

Cicero Tuſcul. 2. *Si virtutis compotes, vel potius ſi viri volumus eſſe*. Curtius etiam: *Exſurgite aliquando, ſi viri eſtis, atque arma capeſſite*. Dictus autem vir a viribus, ut oſtenderetur majores in eo eſſe ſpiritus & alacritatem, quam in fœmina. Ideò hæc contra mulier dicitur a mollitie. Propter eam fœminarum imbecillitatem docet Ariſtoteles in Problematis, gravius patrari delictum ab occidentibus fœminam, quàm virum. Licet enim mas ſit fœmina præſtantior; hæc tamen propter ſexus infirmitatem minus eſt idonea injuriæ inferendæ. Stolidum autem veſanumque creditur niti & vires conſumere adversùs imbellem. Quamobrem optimè Æneas apud Virgilium lib. 2. Æneid. cum irato ſibi ſe obtuliſſet Helena, minimum laudis adepturum ſe credidit ſi in ejuſdem caput Regiæ proſapiæ Trojanorum vindictam expoſceret.

nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna eſt; nec habet victoria laudem.

Hujus vocis proprietas liquet ex Virgilio in ipſo divini Carminis exordio,

Arma virumque cano;

Ubi virum Æneam dicit, Ducem imperterritum & invictiſſimum. Ad cujus imitationem Taſſus initio Poematis,

Canto l'arme pietoſe e'l Capitano:

Quem hìc appellavit Ducem, in eodem Poemate, ſiniſtro, ut mihi ſemper eſt viſum, Muſarum genio, & majori labore quàm felicitate difficto, equitem vocavit,

Io canto l'armi, e'l Cavalier ſovrano,

Quo etiam nomine, ſuo Areoſtus Poemati initium fecit,

Le Donne, è Cavalier, l'arme, gl'amòri.

Vir virum legit. Formula militaris, ubi in prœlio hoſtem quiſque ad congrediendum cominùs quærit eligitque. Tacit. l. 1. Hiſt. *Apud frequentem militum concionem Imperatoria brevitate adoptari a ſe Piſonem, more Divi Auguſti, & exemplo militari, quo vir virum legeret, pronunciat*. Virgil. lib. 10.

ſeque viro vir
Contulit.

Et lib. 11.

Implicuere inter ſe acies, legitque virum vir.

Et iterum lib. 10.

Haud aliter Trojanæ acies, acieſque Latinæ
Concurrunt: hæret pede pes, denſuſque viro vir.

Valer. Flacc. lib 6.

Illi ubi conſertis junxere frequentia telis
Agmina, virque virum galeis adflavit adactis.

Virago, inis. Mulier fortitudine præſtans & viro ſimilis. Ovid. 2. Metam.

Huc ubi pervenit bello metuenda Virago.

Virilis, le. Pro Forti. Cic. ad Attic. lib. 14. *Actu illa res eſt animo virili, conſilio puerili.*

Viriliter. Magno animo, fortiter. Cic. 1. Offic. *Quod enim viriliter, animoque magno fit, id dignum viro & decorum videtur.*

Virides & Sicci. Factiones ex Guelfis & Ghibellinis ortæ Aretii in Etruria. Cum enim factio Ghibellina Aretinorum a Florentinis Guelfis vehementer eſſet debilitata an. 1289. poſt memorabilem conflictum, quem vulgò dixere *La giornata di Campaldino*, ejuſdem civitatis Guelfa factio mirandum in modum præpolluit; a quo accepto vigore & viribus reſtituti Guelfi Aretini dicti ſunt poſtea Virides; Ghibellini contra Siccorum nomine audire cœperunt. Chronaca di Ser Gorello Capitol. 4.

Non era il popol mio però in baſſezza,
Quando d'invidia crebbe nova ſetta,
Da cui diſceſe la civile aſprezza.
Trà Verdi e Secchi ſi facea vendetta:
E Guelfi, e Ghibellin non ſi contava
Eſſendo dentro Podeſtà Chiappetta,
E'l qual con Uguccion ſi guerreggiava.

Ad quem locum idem Author has habet Latinas notulas. *Hic dicit de diviſione inter Virides & Siccos Aretii exiſtente Poteſtate Aretii Ciappetta de monte Acuto, & Capitaneo Ugucione de Faggiola*. Et infrà: *Bellum civile inter Virides & Siccos, in quo Virides debellati fuerunt, & excluſi, & Sicci cum Capitaneo, & illi de Petramala obtinuerunt*. Vide Menagium in voce *Verdi e Secchi*.

Virtus, utis. Pro fortitudine militari frequenter ſumitur. Vide *Fortitudo*.

Virtus. Pro robore corporis. Spartian. in Adrian. *De militum ætatibus judicabat, nequis aut minor, quàm virtus poſceret, aut major quàm pateretur hu-*

Google

humanitas,in caſtris contra morem veterem verſaretur. Ubi illud *minor quàm virtus poſceret, aut major quàm pateretur humanitas*, idem eſt ac minor quàm vires, ſeu robur poſceret. Agitur enim ibi de iis, quibus per ætatem non ſatis virium ſuppetebat ad arma ferenda. Io eandem ſententiam virtutem accipit Capitolinus in Maximin. *Denique cum immortalem ſe prope crederet ob magnitudinem corporis virtutiſque, mimus quidam in theatro præſente illo, dicitur verſus Græcos dixiſſe &c.* Hinc Lactantius lib.de Opificio:*Vir nominatus,quòd in eo major vis eſt, quàm in fœmina: & hinc virtus nomen accepit*. Cum igitur virum dicimus, non tam ſexum diſtinguimus, quàm robuſtum & fortem prædicamus. Huc etiam reſpexit Virgilius lib. 5. ubi virtutem utique pro viribus & robore accipit:

Tunc pudor incendit vires, & conſcia virtus.

Item Phædrus Fab. 13.

Virtute ſemper prævalet ſapientia.

Tractum autem id ex antiquiſſimis, a quibus germana & ingenua vocum origo & ſignificatio eſt repetenda. Lucret. lib. 5.

Et manuum mira freti virtute pedumque
Confectabantur ſilveſtria ſæcla ferarum.

VIRTUTE DUCE, COMITE FORTUNA. Tullii dictum eſt Epiſt. Fam. l. 10. ad Plancum, *Omnia ſumma conſecutus es; Virtute duce, comite Fortuna.* Graviſſimum hoc ſummi viri pronunciatum in re bellica, & apud exercituum Ductores vel maxime locum habet; eſſerrique verba illa poſſunt tanquam ſymbolum optimi præſtantiſſimique Imperatoris.

VIRUCULUM, i. Plinius lib.33.c.6. pro ferramento poſuit, niſi mendoſus eſt locus, & potius *Veruculum* legendum ſit. Rhodiginus illud inter miſſilia recenſet: ſed ſuſpicor, legendum ibi eſſe *Veruculum*.

VITAXA, æ. Pro equitum magiſtro poſuit Ammianus lib. 23. ex quo liquet vocem eſſe Perſicam. Sic autem ille: *Sunt autem in omni Perſide hæ regiones maximæ, quas Vitaxæ, ideſt equitum magiſtri, curant.*

VITIS. Vitis Latis a Poetis dicta; Vitis Centurialis a Macrobio. Geſtamen erat Centurionum, aliorumque militiæ Romanæ Ducum. E caſtrenſi quippe more, & Jure militari, milites Romani a Centurionibus vite cædebantur; in exteros virgis animadverti mos erat. Hinc vitis pro Centurionatu ſumitur a Spartiano in vita Hadriani. Hinc *Sub vite præliari* vulgato ſermone dicebantur milites, Authore Feſto. Tantum verò obedientiæ & obſequii depoſcebant a militibus Romani veteres, ut ſiquis ex horum numero vitem Centurionis inter cædendum injectu manus apprehenderet, nec verberari ſe fineret, is continuò expungeretur ex ſuo militiæ gradu. Quod ſi ex induſtria vitem quis frangeret, aut percutienti manus inferret, capitali addicebatur ſupplicio. Macer in Pandectis de re milit. *Si vitem tenuit, militiam mutat: ſi ex induſtria fregit,vel manum Centurioni intulit,capite punitur.* Meminit vitis Centurionalis Juvenalis Satyr. 8. ubi de Mario loquitur, qui ab infima fortuna ad ſumma rerum pervenit. Is gregarius in caſtris miles, ſi minus ſcitè præſtaret operam, Centurionis virgæ ſubiiciebatur:

Nodoſam poſt hæc frangebat vertice vitem
Si lentus pigra muniret caſtra dolabra.

Item Lucanus de Scæva Centurione lib. 6.

Scæva viro nomen, caſtrorum in plebe merebat
Ante feras Rhodani gentes; ibi ſanguine multa
Promotus Latiam longo gerit ordine vitem.

Sed & Martialis ex vite Centurionem deſcribit paraphraſticè.

Vare, Paretonias Latia modo vite per urbes
Nobilis, & centum Dux memorande virir.

Illud lepidum, quod narrat Tacitus de Lucilio Centurione, qui fracta vite in tergo militis, cum alteram, atque iterum, ac ſæpius alteram poſceret, novum inde nomen per facetiam militarem ſortitus eſt, & *Cedo alteram* in poſterum appellatus. Sic autem Tacitus lib. 1. *Centurio Lucilius interficitur, cui militaribus facetiis vocabulum, Cedo alteram, indiderant, quia fracta vite in tergo militis, alteram clara voce, & rurſus alteram poſcebat.* Ex quo etiam licet arguere præſto fuiſſe Centurionibus miniſtrum, qui geſtaret virgarum faſciculum ad uſum Centurionum. Notandum porrò eſt, Centurionum vitem bifurcatam, aut incurvam fuiſſe, quemadmodum teſtantur priſci lapides. Cæterum a Libero patre hoc inventum fluxiſſe, tradit Scholiaſtes Juvenalis in illum verſiculum:

aut vitem poſce libello:

Ubi ſic ille: *Vitis inſigne Centurionum eſt, a Libero patre inventum, qui primus triumphavit, & inventor vitis eſt.*

ULACIDES. De curſu publico Perſarum & Romanorum, ſeu de curſoribus, certiſque horum manſionibus per univerſas Imperii Romani provincias, ut facili negocio rerum, præcipuè verò bellicarum, ſtatum Principes cognoſcerent, alibi diximus. Ejuſmodi curſores ſeu præcones in Aula Turcica vocantur Ulacides. De horum officio ita ſcribit Laonicus Chalcocondylas de reb.Turc.l.9. *Rex igitur per univerſum Regnum dimittens præconem edixit, ut exercitus bene armati & inſtructi ad ſe adveniant: equites præterea omnes, ad hanc expeditionem concivit. Præcones regii, qui Regis voluntatem per univerſum Regnum nunciant, ad Januas Regis ſtiant, & citiſſimo gradu intra paucos dies maximos curſus peragunt. Siquis ex eorum numero in itinere equum cernit, equitem confeſtim ex eo deponit; conſcendenſque ipſe equum iter maturat, impellens equum quantum poteſt. Deinde ſi alium invenerit, eundem ſimiliter conſcendit, & equum fatigatum illi homini tradit. Et in hunc modum equos quieti tradentes maximos curſus conficiunt. Corpus totum cingunt, ne doleat quando currunt. Ex Peloponneſo Adrianopolim ſcimus regios præcones veniſſe intra quinque dies. Hoc iter intra decem & quinque dies eques ægrè peragere poteſt, etſi maximè feſtinet. Hi præcones nominantur Ulacides.*

ULYSSES, is. Laertæ filius, Ithacæ & Dulichii Rex, ſolertia in capiendis conſiliis, eloquii facundia, & laborum tolerantia inſignis. Hujus vitam utriuſque fortunæ exemplis illuſtrem, ſuperatis terra marique periculis variam, ſalutaribus vitæ inſtituendæ documentis apprime conſertam, materiam ſibi ab eodem nuncupati Poematis Homerus conſtituit. Hujus ſocii a Ciconibus, Læſtrigonibus, Polyphemo, Scylla & Charybdi, Sirenibus, qua voluptatum veneficiis irre-

titi, qua infortuniorum aſſultibus agitati, relictis extremę calamitatis veſtigiis ubique marium atque terrarum, dilucidè oſtendunt, quam certam latamque perniciem afferunt pravi appetitus, quos nec regit dominatrix mens, nec ratio frenis inhibet. Ipſe verò Ulyſſes ſemper incolumis, omnique fortuna major, quique, ut ſcribit Horatius Epiſt. l. 1. 2.

aſpera multa
Pertulit, adverſis rerum immerſabilis undis,

ad vivum nobis expreſſum exhibet ſapientiæ typum, quæ ancipites rerum fortiſque caſus immota ſuſtinet, illibata ſuperat, invicta contemnit. Dum vero aſtu uſus Achillem inter Lycomedis filias latitantem ad bellum perducit, ex arce Trojana Palladium rapit, Rheſi equos, antequam Xanthi aquam deguſtaſſent, abducit, nonne teſtatum facit, non tam viribus & numero bellatorum, quàm ingenio & ſolertia rem militarem valeſcere? Præſertim cum ejuſdem prærogativæ laudiſque nomine, in judicio armorum Achillis, prælatus fuerit Ajaci viro fortiſſimo. Evitatis denique hominum facinoroſorum fraudibus, ſublatiſque de medio procis, thalami ſui ſubſeſſoribus, dum longum poſt exilium redux Penelopes ſuæ patriæque aſpectu jucundiſſimo expletur, diſertè monet, noniſi oppreſſis vitiorum monſtris in felicitatis ſinum convolare poſſe mortales. Vide Homeri Scoliaſten, & Natalem Comitem Mythol. l. 8. c. 1.

UMBO, onis. Fruſtra Grammatici mediam eſſe & eminentiorem clypei partem umbonem ſtatuunt. Quidquid eſt tumidum & protuberans ex Græcæ vocis origine umbo dicitur. Stat. lib. 6. Theb. ſaxa exſtantia, quæ agricolis termini ſunt, umbonem vocavit:

hinc ſaxeus umbo
Arbiter agricolis finem jacet inter utrumque.

Idem in Achill. uſurpat pro rupis latere in mare protuberante:

undiſonæ quos circuit umbo Maleæ.

Hinc Polluci ambones dicuntur pocula, quæ non recta aſſurgunt, ſed turgente forma. In veteri etiam eccleſia ſuggeſtus, ex quo ſacræ ad populum conciones fiebant, ambones vel umbones fuiſſe dictos Græci Latinique tradunt eorum temporum Scriptores. Non igitur ea vox ad clypei partem mediam & eminentiorem coarctanda eſt. Adde umbonem a Perſio fuiſſe dictam veſtem, quam puram appellant, quoniam tumidior ad pectus effunditur. Sic autem ſcribit Satyr. 5.

totaque impunè Suburra
Permiſit ſparſiſſe oculos jam candidus umbo.

Fateor tamen frequentiſſimè umbonem ſumi pro memorata clypei parte. Virgil. l. 2. Æneid.

Et ſummo clypei nequidquam umbone pependit.

Et in eundem ſenſum Statius:

Jam clypeus clypeis, umbone repellitur umbo.

Fit itaque umbo a Græca voce ἄμβων, unde ambones, & umbones. Eſt autem ut dixi propriè quidquid in plano protuberat in figuram rotundam. Eadem eſt notio vocis umbilicus, quæ fit ab umbone, & dicitur in corpore humano ligamentum illud inteſtinorum rotundum, quod in media ventris parte molli deſcenſu circumvolutum cernitur. Et in corpore quidem humano duntaxat umbilici forma non protuberat, ſed potius deſilit: in reliquis extat & intumeſcit. Manifeſtè id cernitur in ſcuto, ubi umbo vel umbilicus turgidior eſt in meditullio pars: & propriè dicitur, non de ſcuto, quod eſt oblongum quadratumque, ſed de clypeo, qui eſt rotundus, ſuperficiem habens referentem legumen, quod dicimus lentem. Hujus media pars reliquis eſt extuberantior, ibique ſolet recipere vultus pueriles, vel viriles, atque adeo ferarum etiam imagines ex lamina ærea vel ferrea, ut diximus in Titulo *Buccula*. Juxta hanc figuram & protuberantiam habent ſignificationem umbones vel umbilici veſtium, librorum, atque gemmarum. Et de gemmis quidem Plinius lib. 37. cap. 6. *Arabicæ excellunt candore circuli prælucido, atque non gracili, neque in receſſu gemmæ, aut in dejectu renitente, ſed in ipſis umbonibus nitente, præterea ſubſtrato nigerrimi coloris.* Ab umbone fit non umbilicus, ſed etiam umbunculus. Solinus cap. 37. de gemma quadam loquens: *Niſi quod in medio umbunculo lapidis iſtius glaucum, ut oculi pupula internitet.* Dicimus etiam umbilicos ejuſdem figuræ cochleas, vel conchulas marinas, de quibus Cic. 2. de Orat. *Non audeo dicere de talibus viris, ſed tamen ita ſolet narrare Scævola, conchas eos & umbilicos ad Cajetam, & ad Laurentum legere conſueſſe.* Ubi latè fallitur Robertus Stephanus, qui umbilicos Tullianos interpretator politos lapillos. Non lapilli ſunt illi, ſed conchulæ teſtaceæ ex genere oſtreorum, vel ſimilium.

UNA AVIS OPTIMA PRO PATRIA PUGNARE TUENDA. Homericus hic verſus in adagium abiit, quo Plinius in Epiſtolis, Tullius item in Epiſt. utitur, & ab Ariſtotele etiam citatur lib. 2. Rhetoricorum. Eandem ſententiam expreſſit Q. Fabius Maximus apud Tullium lib. de Senectute, ubi affirmat, optimis auſpiciis ea geri, quæ pro Reipublicæ ſalute fierent, peſſimis, quæ contra Rempublicam. Heniochus verò apud Athenæum Homeri verſiculum detorquet ad Paraſitum, carmen illud adducens ex Metagene Comico.

Una avis optima pro cæna pugnare tuenda.

UNCUS, ci. Multas in multiplici arte utilitates habet incurvum hoc in ſeſeque reflexum inſtrumentum. Sic nominat Livius Harpagones lib. 6. Bell. Punic. *Poſtremò aſſeres ferreo unco præfixi (Harpagones vocant milites) ex Punicis navibus inici in Romanas cæpti.* Sed pulcherrimè prorſus & graphicè hoc genus machinæ deſcribit Silius lib. 14.

Par contra pelago miſeris fortuna carinis.
Namque ubi ſe propius tectis, urbique tulere,
Quà portus muris pacatas applicat undas,
Improviſa novo peſtis conterruit aſtu.
Trabs fabre teres, atque eraſis undique nodis
Navali ſimilis malo, perſima gerebat
Uncæ tela manus; ea celſo ex aggere muri
Bellantes curvi rapiebat in aera ferri
Unguibus, & mediam revocata ferebat in urbem.
Nec ſolos vis illa viros, quin ſæpe triremem
Belligeræ rapuere trabes, cum deſuper actum
Incuterent puppi chalybem, morſuſque tenaces.
Qui ſimul affixo vicina in robora ferro
Suſtulerant ſublime ratem (miſerabile viſu)
Per ſubitum rurſus laxatis arte catenis
Tanta præcipitem reddebant mole profundo,
Ut totam haurirent undæ cum milite puppem.

Eburneus etiam oſſeuſve uncus ſive hamus, pars eſt

eſt in arcu majore, ſive baliiſta chalybea, quæ inſerta Epizyci continet nervum. Vitruv. *Eſt foramen arcus belliſtarii in quem inſeritur uncus arcus*. Italis *Rampino*, *Oncino*. De unco, ſupplicii genere, quo veteres rei maleficiorum pœnas luebant, eoque ad Gemonias ſcalas pertracti inde præcipites dabantur, non eſt noſtra tractatio. Frequens etiam unci mentio eſt in ſacris MM. Hiſtoriis, quorum unus ad hunc diem aſſervatur in Baſilica Divi Petri, effuſo Chriſti pugilum cruore perfuſus. Vide *Harpagones*, & *Manus ferrea*.

UNDECIREMIS. Navis undecim conſtans remorum ordinibus. Plin. l.16. c.40. *Maxima ea in Cypro traditur ad undeciremem Demetrii ſucciſa, triginta pedum longitudinis, craſſitudinis verò ad trium hominum complexum*.

VOLONES. Ut docet Feſtus, dicti ſunt ſervi, qui bello Punico, cum deeſſent liberi, qui in militiam nomina darent, pro vita functis pugnaturos ſe polliciti, in civitatem recepti ſunt; & appellati Volones, quia hoc ſponte volverunt. De volonibus Liv. Dec. 3. lib. 4. *Legiones magna ex parte volonum habebat, qui jam alterum annum libertatem tacitè mereri, quàm poſtulare palàm maluerant*. Et infrà; *Quod ad volones attineret, omnes ait malle laudatos a ſe dignos, indignoſque, quàm quenquam eo die caſtigatum eſſe, quod bonum, fauſtum felixque Reipublicæ, ipſiſque eſſet, omnes eos liberos eſſe jubere*. Et eadem Dec. lib. 3. *Crebrò decurrere milites cogebat, ut tirones [ea maxima pars volonum erat] aſſueſcerent ſigna ſequi, & in acie cognoſcere ordines ſuos.*

VOLUCER. Nomen equi jugalis, laudis eximiæ in Circenſibus, quo uſus eſt Verus Imperator apud Capitolinum. Is porrò quanti eum equum fecerit, ita tradit idem Hiſtoricus in ejus vita: *Volucri equo praſino aureum ſimulacrum fecerat, quod ſecum portabat. Cui quidem paſſas uvas & nucleos in vicem hordei in præſepe ponebat, quem ſagis fuco tinctis coopertum, in Tiberianam ad ſe adduci jubebat. Cui mortuo ſepulchrum in Vaticano fecit. In hujus equi gratiam primùm cœperunt equi aurei vel bravia poſtulari. In tanto autem equus ille honore fuit, ut ei a populo praſinianorum ſæpe modius aureorum poſtularetur*.

VOLUMEN, inis. Fabrettus in Colum. Traj. cap. 7. duos oculis exhibet vetuſtos lapides, ubi Evocati cernuntur expreſſi, vitem manu dextrà, ſiniſtrà verò volumen quoddam geſtantes. Quid verò rerum ſit volumen illud, & ad quid indicandum apponatur, ipſe reticet. Suſpicari licet codicem eſſe, ſeu convolutas tabulas, aut breve, vel pictacium, quo a Centurionibus, aliiſque Præfectis bellicis notabantur nomina militum, cum eorundem portionibus annonariis, quæ brevia eoſdem Evocatos, Centuriones, vel Præfectos ad manus habere moris fuerit. Cangius in Diſſertat. de infer. ævi Numiſm. prolixè agit de ſimili voluminum geſtamine. Meminit autem nonnullorum numiſmatum, ubi Conſules & Imperatores promiſcuè dexterâ, vel ſiniſtrâ volumen quoddam chartaceo ſimile geſtant. Sunt autem qui id volumen mappam eſſe exiſtiment, ſymbolum ludorum edendorum. Opinantur alii codicillos eſſe conſulares, ſeu magiſtratuum omnium, qui res publicas tractabant. Id verò videntur etiam aſſerere figuræ adjectæ notitiæ Imperii in inſignibus Quæſtoris, Primicerii Notariorum, Magiſtri ſcriniorum &c. Planè res eſt incerta, utrum chartacea fuerint volumina, vel potiùs mappæ & ſudaria complicata. Volumen ſimile ævo poſteriori ab Imperatoribus geſtatum legimus. Id Codinus de Offic. cap. 6. n. 27. tradit fuiſſe ſacculum ex panno purpureo, ſimilem codici, terra vel arenâ refertum, ad indicandam originem noſtræ mortalitatis. Sic autem ſcribit: *Crucem in dextera ſemper portat, in ſiniſtra verò pannum ſericum codici ſimilem, ligatum mantili, habetque intus terram, vel arenam, & vocatur Acacia: quaſi dicat illud, Imperatorem humilem eſſe, ut mortalem, neque propter Imperii faſtigium efferri, neque ſe tumidum jactare debere*.

VOLUNTARII MILITES. Qui ſponte, non mercede conducti dant nomina. Eos ſua generis claritas ſupra ſtipendia merentes ſolet extollere: nec magis proſapiâ, quam ſtrenuitatis laude, a reliquis diſcriminari ſolent, præſertim in prœliis. Cæſar 5. Bell.Gall. *Neque ſibi voluntariorum copias defore, ſi ex finibus ſuis progredi cœpiſſet*. Idem lib. 3. bell. Civil. *Milites electi circiter centum viginti voluntariè ejuſdem centuriæ ſunt proſecuti*. Præter aviditatem gloriæ, propagandique ad poſteros nominis, convolant ad ſigna militaria, vel præſtantis Ducis opinione illecti, ut docet Q. Fabii exemplum apud Livium lib. 10. vel ſpe prædæ obtinendæ, ut ab eodem Livio colligitur lib. 42. cujus Hiſtorici verba produxi in voce *Delectus*. In militia Romana voluntariorum etiam nomine audiebant, qui ſtipendiis omnibus confectis ſponte ad bellum proficiſcebantur. Liv. lib. 3. *Cum ad ea bella delectum Conſules edixiſſent, favore plebis, non juniores modò, ſed emeritis etiam ſtipendiis pars magna voluntariorum ad nomina danda præſtò fuere*. Idem lib. 5. *Placere omnibus his voluntariam extra ordinem profeſſis militiam æra procedere*. Idem lib. 37. *Ad quinque millia voluntariorum ex Romanis ſociiſque, qui emerita ſtipendia ſub Imperatore Publio Africano habebant, præſto fuere exeunti Conſuli & nomina dederunt*. Illuſtri voluntariorum depreſſo nomine, aliam ſub eadem appellatione, ſed ſervorum induxit militiam Marcus Imperator, de quo ita ſcribit Capitolinus: *Inſtante adhuc peſtilentia, & Deorum cultum diligentiſſimè reſtituit, & ſervos, quemadmodum bello Punico factum fuerat, ad militiam paravit, quos Voluntarios, exemplo Volonum appellavit*. Profuerit id obſervare, quoniam volones cum voluntariis nonnulli confundunt. Infima ſemper & ſervilis militia volones fuere. Voluntarios ſolus Marcus Imperator a gradu ſuæ nobilitatis dejecit, & perinde ac volones appellavit ingenuam voluntariorum militiam.

VOTA PRO RE FELICITER GESTA, vel GERENDA. Non poſtrema pars religionis apud Veteres fuit, ut pro ſalute patriæ, familiæque & propinquorum incolumitate, item pro felici ſtatu Principum, pro itinerum & navigationum fauſtitate, omnique genere eventuum ſecundorum; potiſſimùm verò pro re in bellicis expeditionibus gerenda feliciter, ſupremi Numinis, Cœlitumque præſidium & opem implorantes vota iiſdem nuncuparent, quibus ad aliquid in eorum honorem præſtandum ſuam fidem vellent obſtrictam. Ad alios verò rejecta tractatio-

ne votorum in cæteris rebus; quatenus eadem in uſu fuerint in univerſa adminiſtratione rei militaris paucis hìc eſt exponendum. Quominus dubitet quiſquam, a vetuſtiſſima origine ad nos perveniſſe ritum vota in rebus bellicis nuncupandi, efficit Homerus, apud quem 7. Iliad. legitur votum Hectoris, Ajacem interficere cupientis:

Arma adimens feram ad Ilium ſacrum,
Et ſuſpendam ad templum Apollinis.

Corippus Africanus lib. 4.

Plurima votorum ſacravit dona ſuorum,
Immenſoque pium ditavit munere templum.

Quemadmodum enim qui evaſiſſent e naufragio cum depicta ſuperati periculi tabella ſupplices ſe, poſt concepta vota, ad Deorum genua provolvebant; ſic emeriti Duces, militeſque arma hoſtica, veſteſque, & manubias eorundem templis poſt victoriam ſolebant affigere, quem nos alibi ritum ſuſiùs proſecuti ſumus. Inprimis autem ſolenne fuit in bellis votum, ut Duces pollicerentur ſpolia de fuſis fugatiſque hoſtibus, ſcuta, gladios, machinas militares, currus, naveſque, in unum locum poſt victoriam aggeratas, frequentiſſimo ſpectante populo, exercituque in bellicam ſpeciem explicato, ſeſe concrematuros. Id votum Vulcano fieri ſolitum, ut non uno in loco colligitur ex Livio, & præſertim Dec. 3. lib. 3. ubi Marcellus hoſtiam Vulcano votam cremavit. In re tamen in infinitum fluente non fuerit alienum obſervatu ventis etiam fuiſſe a Ducibus nuncupata vota. Herodotus lib. 7. ubi de Xerxis expeditione loquitur, *Delphi*, inquit, *Deum conſuluere de ſe ipſis pariter, & de Græcia ſolieiti. His reſponſum eſt, ut ventos precarentur; illos etenim maximos fore Græciæ auxiliatores. Delphi quod accepere oraculum cum iis primùm Græcis communicavere, quibus libertas cordi erat.* Additque aras mox ventis conſtitutas, hoſtiaſque iiſdem immolatas. Idem Hiſtoricus eodem libro author eſt, Athenienſes Boream invocaſſe, illique ex voto perſolviſſe ſacrificium, & delubrum extruxiſſe ad amnem Iliſſum. Ælianus verò de Varia Hiſtoria lib. 12. tradit Thurios eidem Boreæ votum exolviſſe, quod ſumma cum vehementia ex improviſo coortus, breviſſimo temporis ambitu diſſolutam evertiſſet Dionyſii claſſem, quam ad eoſdem ſubigendos paraverat.

2. Uſitati moris fuit, majoris ſolennitatis ergo, exhilarandoque poſt victoriam populo, ludos vovere, qui eam ob cauſam ſæpe a Scriptoribus votivi appellantur. Vovebantur ferè ejuſmodi ludi a Magiſtratibus, magnifico ritu celebrandi poſt victoriam reportatam. Ejus generis inprimis erant, qui Magni dicebantur, quoniam in Jovis honorem, & ſingulari apparatu ſolerent fieri. Eorum non infrequens apud Livium occurrit mentio, ac præſertim lib. 22. ubi ſcribit, authore Q. Fabio Maximo Dictatore, ex libris Sibyllinis votos fuiſſe ludos Magnos ad placandam Deûm iram, & victoriam de Carthaginienſibus impetrandam. Qua verò formula ludi Magni voveri ſolerent, docet idem Liv. lib. 36. per hæc verba: *Certa deinde ſorte Senatuſconſultum factum eſt, quod populus Romanus eo tempore duellum juſſiſſet cum Rege Antiocho eſſe, quique ſub imperio ejus eſſent, ut ejus rei cauſâ ſupplicationem imperarent Conſules; utique M. Acilius Conſul ludos Magnos Jovi voveret, & dona ad omnia pulvinaria. Id votum in hæc verba, præeunte P. Licinio Pont. Max. Conſul nuncupavit. Si duellum, quod cum Antiocho rege ſumi populus juſſit, id ex ſententia Senatus, populique Romani confectum erit, tum tibi Juppiter populus Romanus ludos Magnos dies decem continuos faciet, donaque ad omnia pulvinaria dabuntur de pecunia, quantum Senatus decreverit.* Votos eoſdem ludos interdum etiam in quinquennium idem Livius alicubi ſcribit, & præſertim lib. 27. per hæc verba: *Senatus quo die primùm eſt habitus ludos magnos facere Dictatorem juſſit, quos M. Æmilius Prætor Urbis, C. Flaminio, & Cn. Servilio Coſſ. fecerat, & in quinquennium voverat.* Et iterum lib. 30. *Ut placatis Diis omnia inciperent agerentque, decretum a Senatu, ut quos ludos M. Claudio Marcello, T. Quintio Conſulibus, T. Manlius Dictator, quaſque hoſtias majores voverat, ſi per quinquennium illud Reſpublica eodem ſtatu fuiſſet, eos Conſules, prinſquam ad bellum proficiſcerentur, facerent.* Et hi quidem ludi ob eam cauſam Quinquennales ſunt appellati, de quibus a nobis eſt dictum proprio in loco. Non audiendi ſunt, qui ludos Magnos, ſive Romanos confundunt cum Circenſibus, ſecuti ſcilicet Aſconium Pedianum in Verr. 1. ubi ita ſcribit: *Romani ludi ſub Regibus inſtituti ſunt. Magnique appellati, quòd magnis impenſis dati. Tunc enim primùm ludis impenſa ſunt ducenta millia nummûm. Alii ideò Magnos ludos dictos putant, quòd Conſo conſiliorum, ſecretorumque Deo, ideſt Neptuno, & Diis Magnis, ideſt Laribus Urbis Romæ dati ſunt: quibus ludis ajunt raptas Sabinas, ut videatur propter hoc dicere Virgilius-Magnis Circenſibus actis. Nam Magni & Circenſes iidem ſunt.* Sapienter, ut ſolet, Virgilius religioſiſſimum hunc vota nuncupandi Romanorum morem ad longè ſuperiora tempora, ipſiuſque Trojæ novæ & Albæ primordia retulit penes Trojanos Duces, novum in Italia molitos Imperium. Sic enim lib. 9. inducit Aſcanium vota facientem.

Juppiter omnipotens, audacibus annue cœptis:
Ipſe tibi ad tua templa feram ſolennia dona,
Et ſtatuam ante aras aurata fronte juvencum
Candentem, pariterque caput cum matre ferentem.

Ipſius verò Æneæ illud extat votum matri Veneri factum lib. 1. Æn.

Multa tibi ante aras noſtrâ cadet hoſtia dextrâ.

Idem lib. 8. Auguſti vota jam inde expreſſa memorat in clypeo, quod eidem Æneæ Vulcanus fabricaverat:

At Cæſar triplici invectus Romana triumpho
Mœnia, Diis Italis votum immortale ſacrabat
Maxima tercentum totam delubra per Urbem.

Ovidius verò ſic cecinit Faſt. lib. 5. de voto Auguſti, quod pro paterna ultione nuncupaverat Marti ultori:

Mars ades, & ſatia ſcelerato ſanguine ferrum;
Stetque favor cauſâ pro meliore tuus:
Templa feres, & me victore vocaberis Ultor.

De quo Auguſti voto etiam Svetonius in ejus vita:

ta: *Ædem Marti, bello Philippenſi pro ultione paterna ſuſcepto, voverat*. Adde ex Silio lib. 8. votum Aonibalis.

Aſt ego te compos pugnæ, Carthaginis arce
Marmoreit ſiſtam templis; juxtaque dirabo
Æquatam gemino ſimulacri numine Dido.

3. Ubi Reſpublica, hoſte ubique prævaleote, vehementer erat labefactata, Urbiſque facies luctu publico deformata, moris fuit vovere ver ſacrum. Intelligebant veris ſacri nomine, immolationem omnis pecoris, quod vere proximo naſceretur. Cum Romanus exercitus ad Thraſymenum memorabilem cladem accepiſſet ab Annibale, Sibyllinos libros conſulere juſſi decemviri reounciarunt, ut habet Livius lib. 22. *Ver ſacrum vovendum, ſi bellatum proſpere eſſet, Reſque publica in eodem, quo ante bellum fuiſſet, ſtatu permanſiſſet*. Juvat exſcribere formulam, qua populus rogatus eſt a Patribus de vere ſacro vovendo. Ea verò apud Livium memorato in loco ſic legitur: *Velitis jubeatiſne, ſi res populi Rom. Quiritium ad quinquennium proximum, ſicut velim eam, ſalva ſervata erit hiſce duellis, datum donum duit. populus Rom. Quiritium quod duellum populo Rom. cum Carthaginienſi eſt, quæque duella cum Gallis ſunt, qui cis Alpes ſunt: quod ver attulerit ex ſuillo, ovillo, caprino grege, quæque profana erunt Jovi fieri, ex qua die Senatus populuſque juſſerit. Qui faciet quando volet, qaaque lege volet facito. Quomodo faxit, probè factum eſto. Si id moritur, quod fieri oportebit, profanum eſto, neque ſcelus eſto. Siquis rumpet, occidetve inſciens, ne fraus eſto. Siquis clepſit, ne populo ſcelus eſto, neve cui cleptum erit. Si atro die faxit inſciens, probè factum eſto. Si ante id ea Senatus populuſque juſſerit fieri, ac faxit, eo populus ſolutus liber eſto*. Cumulatius fuit votum Sabinorum, qui voverunt ſe eo anno nata conſecraturos, ut refert Strabo lib. 5. & Plinius lib. 3. cap. 13. Servius autem ad illa verba Æneid. 7. *Et Sacranæ acies*, ſcribit ſic olim appellatos fuiſſe Ardeates, quoniam cum peſtilentiâ aliquando laborarent, ver ſacrum voverint. Quod ſi verum eſt, conſtat in errorem iodoctum fuiſſe Ludovicum de la Cerda, ubi in eum Virgilii locum Sacranas acies exponit incolas Sacræ, quæ inſula eſt juxta Siciliam. Audiendus de vere ſacro etiam Feſtus: *Ver ſacrum vovendi mos fuit Italis. Magnis enim periculis adducti vovebant, quæcunque proximo vere nata eſſent apud ſe animalia immolaturos. Sed cum crudele videretur pueros ac puellas interficere perductos in adultam ætatem velabant, atque ita extra fines ſuos exigebant*. Decimam porrò prædæ partem vovere fuit uſitatum. Camillum Dictatorem, arma capere juſſis militibus, in hæc verba voviſſe ſcriptum reliquit Livius lib. 5. *Tuo ductu, Pythice Apollo, tuoque numine inſtinctus pergo ad delendam urbem Vejos, tibique hinc decimam partem prædæ voveo*.

4. Præ cæteris longe memorabile, obſervatuque digniſſimum eſt votum Lucii Papirii Conſulis, quod Romanam eorum temporum parſimoniam, atque frugalitatem mire demonſtrat. Vovit autem, ut ſcribit Livius lib. 10. *Jovi victori, ſi viciſſet, legioneſque hoſtium fudiſſet, pocillum mulſi, priuſquam temetum biberet ſe eſſe facturum*. Idem his verbis refert Plinius lib. 14. cap. 13. *L. Papirius Imperator adverſus Samnites dimicaturus votum fecit, ſi viciſſet, Jovi pocillum vini*. Locus hìc admonet, reducitque in mentem veriſſimum illud, Deum, Cæliteſque noo tam victimas coronatas, & pinguiſſimam Hecatombeo, quàm rectam mentem a litantibus, precantibuſque apportari velle. Nimirum, ut Poeta ille cecinit,

Gradiſce il puro affetto
Di chi face mortale offrir li ſuole,
Benche ſplenda a ſua gloria eterno il Sole.

Sancivit id oſtenditque Chriſtus Dominus, qui mulierculam duo minuta in gazophylacium immitteotem plus cæteris donaſſe ſignificavit, animi potiùs, quàm doni magnitudinem æſtimans approbanſque: ut nihil oeceſſe ſit idem Poetarum veterum teſtimoniis prodere. Perſius Sat. 2.

Compoſitum jus faſque animo, ſanctoſque receſſus
Mentis, & incoctum generoſo pectus honeſto,
Hæc cedo ut admoveam templis, & farre litabo.

In eandem ſenteotiam cecinerat Horat. l. 3. Od. 23.

Immunis aram ſi tetigit manus,
Non ſumptuoſa blandior hoſtia
Mollibit averſos penates
Farre pio & ſaliente mica.

Neque idcirco huic animadverſioni cooſectaoeum fuerit, quod nonnulli parum piè religioſeque ſcriptum reliquerunt, parum Deo, Superiſque grata, aut minimæ utilitatis eſſe opulentiora & maxima dona, quæ iiſdem ſaoctè quis pollicetur vovetque. Verùm hæc per occaſionem voti Papiriani indicaſſe obiter oobis ſufficiat. Videſis quę ſuper hoc argumento late ſcripſimus Carm. Tom. 3. Satyr. 1.

5. Obſerva certas Veterum locutiones. Qui vota faciunt, ſuſcipere & ouncupare vota dicuntur. Liv. lib. 5. Bell. Macedon. *Auſpicantem immolantemque, & vota nuncupantem ſacrificuli Vatis modò in acie vidiſſe*. Plin. Epiſt. 10. ad Trajan. *Solemnia vota pro incolumitate tua & ſuſcepimus & ſolvimus*. Qui votum ſuſceperant, nec dum ſolverant, votorum rei, quaſi debitores dicebantur. Macrobius lib. 3. cap. 2. *Hæc vox propria ſacrorum eſt, ut reus vocetur, qui ſuſcepto voto Numinibus ſe obligat*. Denique qui voto nuncupato aſſecuti quod voverant, nondum perſolverant votum, dicebaotur votorum damnati. In hanc ſententiam ſępe loquitur Livius, ac præſertim lib. 7. ubi hæc habet de L. Furio Dictatore: *Dictator tamen, quia & ultrò bellum intulerant & ſine detrectatione ſe certamini offerebant, Deorum quoque opes adhibendas ratus, inter ipſam dimicationem, ædem Junoni Monetæ vovit. Cujus damnatus voti, cum victor Romam revertiſſet, Dictatura ſe abdicavit. Senatus Duumviros ad eam ædem pro amplitudine P. R. faciendam, creari juſſit*. Peregrinari omninò in veterum Scriptorum ſcriptura videtur hìc mihi Alexander ab Alex. ut optime advertit Tiraquellus in ejuſdem Genial. Dier. lib. 3. cap. 22. ubi voti damnatos exponit, qui promiſſa exolviſſent. Conſule tamen ibidem eundem Scriptorem, de voto eruditè plurima congerentem.

6. Sed oon eſt prætereundum vetuſtam & ſimpliciſſimam vovendi formulam fuiſſe per ipſum verbum *Voveo*. Ad hunc modum Romulus Jovi, Statori poſtea appellato templum vovit, ſi fu-

gam

Digitized by Google

gam ſuorum ſiſteret. Liv. lib. 1. *Tu pater Deûm, hominumque hinc ſaltem arce hoſtes; deme terrorem Romanis, fugamque fœdam ſiſte. Hic ego tibi templum ſtatori Jovi, quod monumentum ſit poſteris, tua præſente ope ſervatam Urbem eſſe, voveo.* Simile eſt Appii votum apud eundem lib. 10. *Bellona, ſi hodie nobis victoriam duis, aſt ego templum tibi voveo.* Nec inobſervatum relinquam ritum alium, qun vota ſuſcipientes, ad eum fere modum, quo ſupplices ſnlent, ſublatis ad Cœlum manibus eadem nuncupabant. Liv. lib. 10. *Inter hæc Conſul manus ad Cœlum attollens voce clara, ita ut exaudiretur, templum Jovi ſtatori vovit.* Eleganter Vellejus Patereulus: *Lætitiam illius diei, concurſumque civitatis, & vota penè inſerentium Cœlo manus.* Cnnſtat, ut ſuperius indicavi, non pro victnria duntaxat & adminiſtranda re militari, verùm etiam pro felici navigatione, pro ſalute Principum, pro valetudine recuperanda, pro hnnoribus atque divitiis impetrandis, fuiſſe frequentiſſimè apud Veteres cnncepta vnta. Verùm de his, aliiſque votorum generibus, quæ innumera ferè ſunt, ut veriſſimum plane ſit illnd Perſii:

Velle ſuum cuique eſt; nec voto vivitur uno:

Cnnſulendi ſunt, qui in univerſum hanc tractationem ſunt profecuti: inter quos vide Briſſon. de Formul. lib. 1. Alexan. ab Alexand. lib. 3. cap. 22. & Rnſin. Antiqq. Rom. lib. 5. eap. 22. Nihil nnbis neceſſe eſt, ſupervacuis, & a noſtro foro alienis, affectare diligentiæ famam.

Uragus. Plutnnis cògnomen fuiſſe legitur, ſic a nonnullis appellati, propterea quod omnium Deorum violentiſſimè mortales urgeret. Ea nominis derivatinne nihil eſt ineptins. Uragus vox eſt omninò Græcanica, quam Latinè exponas, caudam agens, vel regens: Eſt autem Uragus in re militari poſtremæ aciei, quæ in exercitu reliqui corpnris cauda dici poteſt, ductor vel præſes. Uragorum meminit Polyhius. Quod autem Pluto Uragi cngnomentum fuerit adeptus, non tam id eontigiſſe arbitror, quoniam prnfundiſſimis extremiſque terrarum in loeis, quaſi in cauda mundi habitet; ſed potius quoniam in diviſione Cretæ inſulæ, a Saturno genitore facta, quemadmodum Jovi ſuperinr pars inſulæ, Neptuno maritima, ſic Plntoni pars inferinr obtigit, ex quo Uragus dictus, qnaſi Cretæ ultimas partes, eaudamque regeret. Teſtatur Polybius ſingulos Centuriones totidem habuiſſe adjutores, quos Hiſtoricus Uragos vocat, qui extremi agminis ductores eſſent, ab iiſdem Centurionibus cnoptati; quamnbrem Optiones etiam dicuntur. Addit idem Scriptor Decuriones etiam turmarum ſuos habuiſſe Uragos. Vide *Optio*.

Uraniscus, i. Apud Julium Cæſarem Bulengerum, & Joſephum Laurentium in Amalthea Onomaſtica ſic a quibuſdam dicitur tabernaculum ſive tentnrium ſupremi exercitus moderatoris, ant Regis. Illud nimirum cæteris omnibus magnitudine, pretio, & artis excellentia præcellens, opulentiſſimis obductum velamentis, auroque & gemmis illuſum, parvum quoddam exhibet cœlum auri ſplendore, & excellentia npificii. Hinc eidem e eœlo nomen ex Græco. Hujus generis erat tentnrium Attilæ regis Hunnorum, qni cum ad obſidionem Aquilejenſem conſediſſet, tentorium explicavit, ubi opere barbarico velamina multis gemmis incruſtata referebant eœli faeiem ſideribus exornatam. De eo tentnrio hæc habet Bonfinius lib. 7. Dec. 1. *Tentoria habebat varia ex more regnorum, quę ante ſubegerat, mira arte contexta. Id quo ipſemet utebatur ex ſerico, auro gemmis intextum ornatumque erat, pretioſis interjectis lapillis.* Vide *Tentorium*, & *Tabernaculum*.

Urbana militia. Duo hic in controverſiam vocari poſſunt. Primum præſtetne ex urbibus, quàm ex agris militem cngere. Alterum, conſultiuſne ſit judicandum ex ſnbditis exercitum deligere, an extraneum mercede condueere. Hinc exordior. Si e ſubditis conſletur exercitus, non leviter erit pertimeſcendum, ne agrorum cultura, & artes, quibus vita indiget, deſerantur. Parum autem ſani videtur eſſe conſilii, externa quærentem prnpria negligere, Regnique ſui vaſtitate quantamlibet emere adjectinnem Imperii. Suſpectus porrò haberi ſolet exercitus pnpularium, qui nnvarum plerunque rerum ſtudioſi militiam & arma privati enmpendii nppnrtunitatem interpretantur. Non aliunde frequens apud Rnmanns permutatio publici ſtatus a Regibus ad Conſules, ad *Decemviros*, ad Tribunos, ad Cæſares. Minimè omnium tuti Principes, qunrum vitæ nequiſſimi quique minuſque gratioſi, aut magnorum ſcelerum conſcii, moliuntur inſidias, criminum impunitatem majore flagitio mercaturi. Satis exemplorum ſufficit longa ſeries Cæſarum, quos a ſnorum exercitu vita ſpoliatos, vel deturbatos e ſnlin fuiſſe tragicæ eorum temporum tradunt memnrię.

2. Exadverſum popularium defenſinnem lnnge validinrem eſſe experiendn quotidie diſeimus. Perfieit ſtudium ſoli patrii ut oppidani vel provinciales mœnia domoſque acriùs haud dubiè tueantur, quàm quibus merces laborum & ſanguinis non ultra ſtipendia diurna promittitur. Præterea metus legum & obſequium in Principem arctius ſubditorum fidem adſtringit. Amorem etiam in eundem Prineipem & haurire penitus, & præ ſe jactanter ferre omnes ferè aſſnlent nationes. His vinculis ſtimuliſque nexæ & incenſæ ſubditorum cnpiæ omninò præſtant ordinibus mercenariorum; qui, cum tenuis mercedulæ pretio ſuas animas æſtimari probe ſentiant, nulla virtutis præmia, nulla hnnnrum decnra, nullas fortunarum acceſſiones expectant. Eo fit, ut externnrum & minnr in adeundis periculis alacritas, & in caſtris ſolntior diſciplina conſpiciatur. Elati, indnciles, aſperique tractatu labores exactos exprobrant, felicium verò eventuum laudem omnem vindicant ſibi. Ad hæc inſatiabiles, & raplnarum cupidns nullæ prædarum diviſinnes, nulla dona ſatis explent retinentque, quin efferati ſeceſſionem faciant, ſigna deſerant, ad hoſtes pinguinra pollicitos turmatim transfugiant. His in utramque partem expenſis haud equidem contemnendam vim externorum, cæterum in ſubditnrum delectu robur præcipuum, præſidium & firmamentum exereitus eſſe ſtatuendum, Polemici Magiſtri præcipiunt. Hoc pacto armatis popularibus conſtabit agendi alacritas, & reverentia in Prineipem, quem roboris exteri munimento ſatis tutum intelligent. Exterorum verò copiis diſciplina, modeſtia, pudnr accreſcet, reputantibus ſummam virium in iis contineri, qui non tam lucri ſpe, quàm amnre ſtudioque publico arma

ma

ma capiunt. Exempla demum in utranque partem pernicioſa tollentur: nam nec ſubditi jus faſque exuent, intra fidei & officii fines retento milite mercenario; nec exteri, quod ſæpe factum legimus, opis ferendæ obtentu dominationem invadent, & auxilia vertent in Principatum. Exempla Ducum, & Scriptorum monita, quæ hanc quæſtionem illuſtrare poſſunt, repete a Titulo *Auxilia*.

3. Priori controverſiæ locus non fuit initio rerum, cum in campeſtribus diſperſi mortales vitam agitarent mapalibus conditi, vel rudes caſas circumferentes in plauſtris. Omnes tunc agreſtium erant rixæ & certamina: neque enim bella nominaverim, quæ vi tumultuaria & ſolo impetu regebantur. Non aliter ab iis populis initio pugnatum, qui poſtea latiſſimè imperitarunt. Hinc apud Romanos ligones laureati, Dictatores ab aratro, ſecures virgis inſertæ, Conſulum faſces, & agreſte fœnum inſigne manipularium. Verùm ubi commodior vitę uſus diſpalatos fuſoſque intra murorum ſepta collegit, ſuus paulatim agris colendis honos periit. Tum urbicas artes, ædificia, veſtitum, alimoniam ſtudioſiùs curare, victitare homines lautius, ſocietatem colere, ſtudiis civilibus indulgere. Quæ cum aſperioribus inſueti mirifico ſtudio certatim arriperent, continuò completæ urbes, producta pomœria, acceſſuque legum & politiore cultu vetus illa deterſa, an verius infuſcata ſimplicitas. Tunc verò primum, ſiqua vis hoſtium ingrueret, dubitari cœptum, num magis e republica foret ex ipſis oppidis educere, an ex agris accerſere injuriarum vindicem futurum militem.

4. Favet urbium nutriciis indolis experrectæ vigor, ingenium civicis negociis ſubactum & exercitum, ingenuarum artium ornamentis excultus animus, & prærogativa generis, quam munia publica, magiſtratus, & opes parant. Ab his certè dotibus longè major ad militiam commendatio, quam ab exiguo paganorum cenſu, hebeti plerunque ingenio, nullaque rerum experientia, aut ſtudiorum varietate expolito. Accedit ratio ipſa diſciplinæ militaris, quæ non tam ſtupidum robur, latera & lacertos, quàm ardorem quendam & alacritatem æſtimat. Minimè proinde obſtupeſcendum ex hac urbana educatione provenire in rem bellicam fructus illos, ut oppidani milites conſilio non minus quàm viribus polleant, ut erudiantur celeriùs in tirocinio, ut faciliùs quæ docentur addiſcant, ut Ducum hortamentis magis excitentur, laudibus verò pręmiiſque impenſiùs capiantur. Non eſt denique prætereundum, in amplis urbibus maturius fieri delectus, & majori numero idoneos cogi poſſe. Nam in agris laborioſo niſu & diuturno rem gerunt conquiſitores: tum oneri declinando, aut æquiores cauſas neceſſitas operum, aut paratum ubique ſpondent effugium aperta camporum.

5. Sed contra reputantes ſuſtentant inprimis Scriptorum illuſtrium axiomata. Familiam ducit Romanæ militiæ Magiſter Vegetius l. 1. c. 3. *Sequitur, utrum de agris an de urbibus utilior tiro ſit, requiramus. De qua parte nunquam credo potuiſſe dubitari, aptiorem armis ruſticam plebem*. Dixerat prius Cato de re Ruſt. l. 1. cap. 1. *Ex agricolis & viri fortiſſimi & milites ſtrenuiſſimi gignuntur*. Cujus ſententiam & verba ſequitur Plinius l. 18. cap. 5. *Fortiſſimi viri & milites ſtrenuiſſimi ex agricolis gignuntur*. Splendidiſſimè Maximus Tyrius Orat. 14. *At agricola continuo labore exercetur, ſub dio degit, amicus ſoli, domeſticus nivibus, compactis membris, diſcalceatus, manu promptus, pervigil, pedibus pernix, ad ferendum robuſtus*. Virgil. lib. 9.

At patiens operum parvoque aſſueta juventus
Aut raſtris terram domat, aut quatit oppida bello.

Columell. in Præf. *Vera illa Romuli proles, aſſiduis venatibus nec minus agreſtibus operibus exercitata ſemper ruſticam plebem præpoſuit urbanæ*. Idem diſertè tradiderunt Xenophon in Oeconom. & Ariſtoteles l. 7. Politic. Quis audeat tantarum virium Hercules adversùs tot ruſticanæ militiæ doctiſſimos propugnatores conſurgere? Atqui ſummæ authoritatis viri, ut ſic exiſtimarent, valida rationum momenta ſectati ſunt. Equidem Urbanæ deliciæ corrumpere vigorem ſolent, & molle quiddam atque delicatum contrahere, quod caſtrenſi parſimoniæ rigorique adverſatur. At verò ruſtici adversùs terræ duritiem duriores ipſi obluctantur: dumque parandis novalibus vepreta, ſegneſque eruunt ſaltus, dum lata jugera aratro proſcindunt, operibus bellicis gravius aliquid ſemper audent; ut ad arma tranſlati, nedum gravari ſe nimium, aut deficere extimeſcant, reſpirare potius & delicatius haberi putent. Quidni etenim laborem itinerum, trajectus fluviorum, ſtativa ſub pellibus, algores demum, æſtus, cibumque parcè dimenſum deſpiciant, qui non otio urbium ſaginati, vinoque & ſcortis languidi fractique, caloris æſtivi radios, ventorum & imbrium injurias continenter ferre, vitamque aut frugibus a terra oblatis, aut præda venatica ſuſtentare inſueverunt? Non itaque ambigendum vigilias, armorum onera, & laboris aſſiduitatem conſuetudine leviorem iis futurum, quos cura terræ excolendæ durior & diuturna prædomuit. Non alias rei certiſſimæ ſubnectunt cauſas ſuperiùs indicati Scriptores. Seneca: *Fortior miles ex confragoſo venit: ſegnis eſt urbanus & verna. Nullum laborem recuſant manus, quæ ad arma ab aratro transferuntur. In primo deficit pulvere ille unctus & nitidus*. Vegetii illa ſunt de plebe ruſtica: *Sub dio & in labore nutritur, ſolis patiens, umbrę negligens, balnearum neſcia, deliciarum ignara, ſimplicis animi, parvo contenta: duratis ad omnem laborum tolerantiam membris; cui geſtare ferrum, foſſam ducere, onus ferre, conſuetudo de rure eſt*. Subditque paucis interjectis: *Ex agris ergo ſupplendum robur præcipuè videtur exercitus. Neſcio enim quomodo minus mortem timet, qui minus deliciarum novit in vita*. Conficiunt prorſus iſta agrorum cultores urbanis bello aptiores eſſe. Verùm ſæpe aliud res ipſæ, aliud ſuadent rerum conſectanea, & quas Greci periſtaſes vocant. Nam ſi alicubi agreſtes armes, durius adversùs famem quàm hoſtem bellum exardeſcet. Nulla vis externa Romanis formidoloſior fuit ſeceſſione plebis, qua cum agri inculti relinquerentur, ex Etruria primum, tum ex Sicilia immenſa auri profuſione frumentum advehi oportuit. Vetus eſt parœmia: *Lex, & regio*; qua monemur parendum eſſe tempori

& regionnm, ubi verſamur, aut moribns aut naturæ obſecnndandum. Huc etiam traho relatum a Plutarcho priſcum adagium: *Deum ſequere*. Urbano milite Romani ſupplebant exercitus. Sed nrbani illi cujuſmodi fuerint aecipe ex Vegetio ibidem: *Nec inficiandum eſt poſt Urbem conditam Romanos ex civitate profectos ſemper ad bellum. Sed tunc nullis voluptatibus, nullis delieiis frangebantur. Idem bellator, idem agricola: genera tantùm mutabat armorum*. Atqui deſierunt felieiſſima illa tempora. Itaque pro locorum ingenio & nationum conſuetudine æquum erit haberi delectus. Non continuo e re præſenti ſuerit, quod aliàs optimum factu eſſet. *Hic Rhodus, hic ſalta*, commodè ad noſtros mores pronuneiatum eſt.

URBANICIANI. Sie appellati ſunt milites, ad ſex millia ab Auguſto inſtituti, ut author eſt Dio lib. 55. diſtributique in quatuor cohortes ſub ſuis Tribunis ad præſidium & defenſionem urbanam. Urbanicianorum meminit Paulus L. qui mittuntur. §. 1. ex quibus cauſ.

URBINA, æ. Vide *Vervina*.

URNÆ COMBUSTORIÆ. In uſu fuerunt apud Veteres præſertim Heronis tempore ad diffringendos hoſtiles muros. Clariſſimè rem explicat præfatus Author cap. 6. de machinis bellicis: *Fiunt itaque fictiles urnæ laminis ferreis exteriori parte colligatæ, minutiſque carbonibus implentur: ab extrinſeca verò laminæ facie fundum verſus forantur, & aperiuntur uſque unius digiti foramen, ferreumque tubulum inde ſuſcipiunt, cui tubus alius follem habens adjungitur. Cum autem ignem carbones ſuſceperint, dum ſufflantur, ſimilem flammæ perficiunt combuſtionem. Quippe quæ lapidem penetrat atque confringit, aceto vel urina, vel alio quopiam acrium ſuperinfuſo*. Hæc nimirum priſcis illis parum valida, & oppido laborioſa fuere tentamina, uſum pyrii pulveris ignorantibus.

USARIUS. Aliis USSERIA, aliis HUISSERIUM. Genus navigii trajiciendis equis, cum ipſis aptum militibus. Godefridus Monachus: *Naves fecit fabricari, quæ Uſſeriæ nuncupantur, quarum magnitudo tantæ capacitatis erat, ut duo millia militum cum dextrariis ſuis, & omnium armorum ſuorum pertinentiis, & præterea decem millia aliorum hominum valentium ad pugnam & ad bella cum armis ſuis, in eiſdem Uſſeriis valeant transferri*. Obſerva hìc multis paraſangis aberrare Gaſparem Barthium in expoſitione verborum, quæ occurrunt in Epiſtola Comitis San Paulini, ubi ſic legitur: *Præterea quilibet Uſarius mangonellum ſuum habebat erectum*. Ubi Barthius: *Erat petraria parva, qua vir unus jaculabatur grandiorem lapidem, quos viros Uſſarios appellabant*. Ubi Uſarios, vel Uſſerios, vel Huiſſerios navigia, accipit pro cuſtodibus vel curatoribus petrariarum. Id genus navium Itali olim vocabant *Uſcieri*. Joann. Villan. lib. 6. c. 20. *Armarono in Genova galee, uſcieri, batti, e barcoſi*.

UTRES. Pro pontibus. Vide *Aſcogefrus*.

VULCANUS. De Vulcano reliqua Poetarum figmenta miſſa facientes, quæ ad forum bellicum illuſtrandum faciunt, carptim ſeligimus. Et primò quidem ſatis conſtat in Æthnæ montis cavernis, ubi ſubterranei ignis ingens copia exæſtuat, illum officinam habuiſſe, ubi Jovi fulmina fabricavit, aliaque aliis Numinibus arma, quemadmodum de Æneæ ſcuto Virgilius fusè memorat, & de Achillis armis, quæ conſtruxit rogatu Thetidis, ſcribit Homerus. Operum adjutores & famuli illi Cyclopes fuere, ut latè Virgilius explicat lib. 8.

Inſula Sicanium juxta latus, Æoliamque
Erigitur Liparen, fumantibus ardua ſaxis:
Quam ſubter ſpecus, & Cyclopum exeſa caminis
Antra Ætnæa tonant: validique incudibus ictus
Auditi referunt gemitum, ſtriduntque cavernis
Stricturæ chalybum, & fornacibus ignis anhelat:
Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.
Huc tunc Ignipotens cœlo deſcendit ab alto.
Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro,
Brontesque, Steropesque, & nudus membra Pyracmon.

Petrarca de eadem officina:

Non bollì mai Vulcan, Lipari, od Iſchia,
Stromboli, o Mongibello in tanta rabbia.

Et alibi:

Soſpira e ſuda all'opera Vulcano,
Per rinfreſcar l'aſpre ſaette a Giove.

Neque verò igneam illum duntaxat officinam in Sicilia aut Vulcaniis inſulis coluiſſe, ſed ipſius ignis inventorem fuiſſe Poetæ comminiſcuntur. Sunt autem qui ignis inventum ad Prometheum Vulcano utique antiquiorem referunt. Lucretius tamen ea omnia meritò irridens probabilem inventi ignis rationem aliter refert l. 5. de fulmine hæc habens:

Illud in his rebus tacitus ne forte requiras:
Fulmen detulit in terras mortalibus ignem
Primitus; inde omnis flammarum diditur ardor.

Verùm facilè contigit, a fulmine primùm monſtratum terris ignem, Vulcanum collegiſſe, eaſque poſtea artes excogitaſſe, quæ per ignem exercentur, cujuſmodi ſunt ferrum emollire, duriſſima metalla liquefacere, omne genus armorum extruere. Ex quo natum, ut inventor Vulcanus earum artium, quibus ignis deſervit, ipſius etiam ignis inventor deſignaretur. Diodorus certè affirmat, Vulcanum in Ægypto regnaſſe, ibique cum ictu fulminis arbor conflagraſſet, omnemque latè materiam comprehendiſſet, ne ignis deficeret, novam illi addidiſſe materiam, eaque ratione, & conſervaſſe ignem, & primum poſteris oſtendiſſe.

VULNUS, eris. Liv. lib. 4. Bell. Punic. *Tandem vulneribus confectæ Virgines, cum omnia repleſſent ſanguine, exanimes corruerunt*. Perottus a volvendo trahit, quia vibrando & volvendo fiat vulnus. Papias deducit a *vi*, ut vulnus ſit quaſi viulnus: diſtinguitque vulnus ab ulcere, quoniam ulcus ex interna cauſa, vulnus a vi externa proveniat. Somnia. Dicitur a vellendo, ut enim docet Nonius, vulnus eſt caro vulſa, hians & patens. Sunt vulnera ſpecioſa corporis dehoneſtamenta in viris militaribus, quæque in pectoribus præſertim accepta ad gloriam largiùs fluunt, quàm ſanguine. Idcircò denudatis pectoribus oſtentari ſolent in argumentum ſtrenuitatis, & amoris in patriam. Claudian. de Bello Get.

Vulneribus pars nulla vacat, reſciſſaque contis

Glo-

Gloria fœdati ſplendet jactantior oris:
Sidonius:
Namque in corpore fortium virorum
Laus eſt amplior, amplior cicatrix.
In caſtris Marathoniis merentem
Vulnus non habuiſſe grande probrum eſt.

Seneca de Providentia cap. 4. *Avida eſt periculi virtus, & quò tendat, non quid paſſura ſit, cogitat: quoniam & quod paſſura eſt, gloriæ pars eſt. Militares viri gloriantur vulneribus, læti fluentem meliori caſu ſanguinem oſtentant. Idem licet fecerint qui integri revertuntur, magis ſpectatur, qui ſaucius redit.*

2. Non hic infligendorum vulnerum rationem, aut acceptorum varietatem acerbitatemque multis perquiram. In unum multa de illis exempla congeſſit Lucanus lib. 7.

Impendiſſe pudet lacrimas in funere mundi
Mortibus innumeris, ac ſingula fata ſequentem
Quærere, lethiferum per cujus viſcera vulnus
Exierit; quis faſa ſolo vitalia calcet;
Ore quis adverſo, demiſſo faucibus enſe,
Expulerit moriens animam; quis corruat ictu,
Quis ſteterit, dum membra cadunt: qui pectora telis
Tranſmittant, aut quos campis affixerit haſta:
Quis cruor emiſſus perruperit aera venis,
Inque hoſtis cadat arma ſui: quis pectora fratris
Cædat, &, ut notum poſſit ſpoliare cadaver,
Abſciſſum longè mittat caput: ora parentis
Quis laceret, nimiaque probet ſpectantibus ira
Quem jugulat, non eſſe patrem.

Curandis ſauciatorum plagis, conciſiſque membris inſtaurandis ac refovendis antiquiſſimi moris fuit in aciem adduci medicos vulnerarios de quibus eſt a nobis actum ſeparatim: quo in opere excelluit ſæpius Ducum humanitas, qui conſciſſa paludamenta redegerunt in faſcias, ut ſuorum vulnera ſtringerent. Vide quę in hanc rem notavimus, ubi de Benignitate Imperatoris. Sed longe gravioris momenti ſunt ipſis inflicta Ducibus in acie vulnera. Ut enim mirificè militem ad ſtrenuè rem gerendam inflammat contueri ipſum Imperatorem in medios ordines procurrere, & minanti ex equo ſublimem objectare ſe periculis: ſic ubi contingat eundem gladiis vel miſſilibus peti, receptoque in pectus hoſtili ferro procumbere, ſolet plerunque cum ſupremi moderatoris caſu ſpes omnis copiarum decidere, immutarique totius belli facies, victis audaciam reſumentibus, opportunitate capta ſuo capite viduati exercitus. Id ſcilicet cauſæ fuit, cur Carthaginienſes de Sagunti oppugnatione deſerenda deliberarent, poſtquam Annibalem trajectum vulnere intellexerunt. Liv. Dec. 3. lib. 1. *Ut verò Annibal ipſe, dum murum incautiùs ſubit adverſum femur tragula graviter ictus cecidit, tanta circa fuga atque trepidatio fuit, ut non multum abeſſet quin opera & vineæ desererentur.* Turnum etiam audentem magis cum ſuis & ferociùs prœlia miſcentem inducit Virgilius lib. 12. poſtquam Æneam jaculo ictum cognovit ex acie diſcedere:

Turnus ut Æneam cedentem ex agmine vidit,
Turbatoſque Duces, ſubita ſpe fervidus ardet:
Poſcit equos atque arma ſimul, ſaltuque ſuperbus
Emicat in currum.

Nihilominus non rarò conſtantia Imperatorum & ipſo corpore plagis graviter affecto erectior animus hoſtes perterrefecit; exarmatique Duces atque proſtrati ad alacrius urgendum depugnandumque extimularunt bellatores. Eminuit hoc genere laudis præ cæteris copiarum moderatoribus Alexander. Suſpexerunt ejus animum Barbarorum legati illi, de quibus Curtius lib. 7. *Itaque poſtera die miſere legatos ad Regem, quos ille protinus juſſit admitti; ſolutiſque faſciis magnitudinem vulneris diſſimulans crus barbaris oſtendit.* Ejuſdem animi ſunt illa lib. 8. *Fortè in ſuram incidit telum, cujus ſpicula evulſo admoveri equum juſſit, quo vectus ne obligato quidem vulnere haud ſegniùs deſtinata exequebatur.* Item illa lib. 9. *Ille, ut antequam ultimus ſpiritus deficeret, dimicans jam extingueretur, clypeo ſe allevare conatus eſt, & poſtquam ad connitendum nihil ſupererat virium, dextrâ impendentes ramos complexus tentabat aſſurgere; ſed nec ſic quidem potens corporis rurſus in genua procumbit, manu provocans hoſtes, ſiquis congredi auderet.* Ac demum illa ibidem: *Rex ſeptem diebus curato vulnere, nec dum obducta cicatrice, cum audiſſet convaluiſſe apud Barbaros famam mortis ſuæ, navigiis duobus junctis ſtatui in medium undique conſpicuum tabernaculum juſſit, ex qua ſe oſtenderet periiſſe credentibus: conſpectuſque ab incolis ſpem hoſtium falſo nuncio conceptam inhibuit.* Illuſtre inprimis conſtantiæ teſtimonium in accepti vulneris tolerantia prodidit Epaminondas, Dux Thebanorum invictiſſimus, quo ſuperſtite ad invidiam aliarum gentium Thebarum imperium effloruit, quo e vivis ſublato in priſtinam ſervitutem Thebani ſunt revoluti; ut meritò dictum fuerit eorum laudem omnem cum eodem natam, cum eodem pariter extinctam fuiſſe. Is graviſſimo ictus vulnere ad Mantineam, quæſiviſſe a proximis dicitur, fuſine eſſent hoſtes, ſalvuſque clypeus? Cum utrumque e ſententia ſua accidiſſe cognoviſſet, tunc demum evelli ſibi ſpiculum juſſit, multoque effuſo ſanguine, in oſculo & amplexu clypei, veluti fidiſſimi ſocii, lætabundus migravit e vita.

3. Summam militi afferunt ignominiam, quæ in tergo accipit vulnera, quoniam illa timoris & fugę ſunt argumentum. Pudenda dixit Virgilius lib. 11.

at non, Evandre, pudendis
Vulneribus pulſum aſpicies.

Contra verò glorioſa ſunt, quæ excipiuntur adverſo pectore, & in quæ proni bellatores cadunt. Dilaudat eo nomine Athenienſes a Macedonibus ſuperatos Juſtinus lib. 9. *Non tamen immemores priſtinæ gloriæ cecidere: quippe adverſis vulneribus omnes, loca, quæ tuenda a Ducibus acceperant, morientes corporibus texerant.* Singulare porrò præconium meruit Thraſybulus Lacedæmonius, qui ſeptem vulnera ab Argivis accepta, ſed adverſa omnia oſtentabat. Nec impar decus conſtantiæ in Perſis illis, ac nobiliſſimis Ducibus vita ſpoliatis circa currum Darii, de quibus Curtius lib. 3. *Omnes in ora proni, ſicut dimicantes procubuerant, adverſo corpore vulneribus acceptis.* Saluſtius etiam ab eadem laude extulit milites Catilinæ: *Sed confecto prælio, tum verò cerneres quanta audacia, quantaque animi vis fuiſſet in exercitu Catilinæ. Nam ferè quem*

Digitized by Google

quiſque vivus pugnando locum ceperat, eum amiſſa anima corpore tegebat. Pauci autem, quos medios cohors Prætoria disjecerat, paulò diverſius, ſed omnes tamen adverſis vulneribus conciderant. Trecentos Spartanos ad Thermopylas cæſos non alio argumento cognovit Orcus apud Inferos, quàm ex loco vulnerum, quæ adverſa omnia in pectoribus renitebant. Extat in eos vetus Epigramma Græcè conſcriptum, atque in hunc modum Latinè redditum:

Cum tercentenos Mavortia ſigna ſecutos
Lethæis veheret cymba Charontis aquis,
Orcus ait; ratis hæc Spartana eſt, nam omnia fronte,
Et (quod honor) ſolum vulnera pectus habet.

Longè tamen excelluit, atque ſuperavit ſtrenuitatem Græcorum L. Sicinius Dentatus, quem quinque & quadraginta vulnera pectore excepiſſe, tergo cicatricibus vacuo, author eſt Valerius Maximus lib. 3. cap. 2.

4. Neutiquam miſſum hic faciam bellatorum veterum morem honeſtiſſimum, qui in acie ac præſertim in pugna ſingulari rem probroſiſſimam reputabant, & generoſo equite vehementer indignam, adverſarii equum haſta vel gladio ex compoſito ac de induſtria petere. Lucas Pulci Ciriff. Calvan. Cant. 4.

Però la ſpada al capo diè al cavallo,
Il qual col ſuo Signor cadde giù preſto:
Diſſe Beltramo, tu hai fatto fallo,
Uccidere il cavallo non è honeſto.
E non potrè tutto il mondo pagallo,
Che mai fù corridor ſimile a queſto,
Trà cavalier gentil queſto non s'uſa:
Mà il Pover fece una leggiadra ſcuſa.
E diſſe; tu faceſti alla civetta,
E veniſti aſſaltarmi co' ſerpenti;
Non vò che per caval queſto ſi metta,
Io non l'intendo, Beltramo altrimenti.
Mà inſin ch'io ſmonti dal deſtrier, aſpetta,
E vò che queſta ſcuſa mi conſenti,
Che Annibal cavalcava un Elefante,
Tu un ſerpente come Rè arrogante.

Idem Cant 5.

Un gran Baſcià, chiamato Macometto,
Ch'era intorno a Guiſcardo per pigliallo,
Beltram li traſſe un colpo in sù l'elmetto,
Sì che la noce diviſe col mallo;
Perche la ſpada andò per mezzo il petto,
Partì la ſella e 'l teſcio del cavallo,
Che ſi trovò col ſuo ſignor giù morto:
Mà Beltramo hebbe del cavallo il torto.

Idem obſervatum invenio apud Aloyſium Pulci Morgant. Cant. 15.

Il brando a crini il cavallo hà trovato,
Sì che due parti del collo gli fè,
E inſieme con Rinaldo è rovinato:
Grida Rinaldo al Conte, Traditore,
Tù l'uccideſti per viltà di core.
Riſpoſe Orlando: Traditore, o vile
Non fui mai riputato alla mia vita,
Mà ſempre in verità Baron gentile:
Hor ſe mi venne la mazza fallita,
E me n'increſce, e però parlo humile;
Mà innanzi che da me facci partita,
Io ti farò diſdir quel che tu hai detto,
E poi ſaltò del ſuo caval di netto:
E cominciorno più aſpra battaglia.
Che ſi vedeſſe mai trà due Baroni.

Sed & Bernardus Taſſus non ſemel vulneratos equos vitio vertit bellatoribus. Amad. C. 29.

Un atto penſando guerrier codardo;
Cotanto l'ira e lo ſdegno il diſtrugge;
E ferir il caval tenta e procura;
Mà la Donzella gliel ſottragge e fura.

Idem Cant. 35.

Tanto girar, tanto s'urtar, ch'un paſſa
Non può di Galaor dare il cavallo:
Ei che lo ſente così grave e laſſa,
E teme più d'altrui che 'l proprio fallo,
Perdonami, Baron, diſſe, s'io paſſo
I ſegni del dovere; e Dio ben ſallo,
Ch'io non ſono il deſtrier a ferir uſo,
Se non, com'hor per forza, e me ne ſcuſo.
Dunque ò dammi cavallo, ò ſcendi in terra,
Ch'io non ſia aſtretto a far atto villano.
Potremo a piedi terminar la guerra,
Oprando a noſtra voglia i piè e la mano.
Senza riſpoſta far toſto s'atterra,
Nè tocca ſol l'arcione il guerrier ſtrano:
Che gli parea vincendo con vantaggio
Di far al proprio honor onta & oltraggio.

Idem Cant. 45.

Levaſi toſto, e da gran ſdegno vinto,
Benche un atto gli par ſozzo e villano,
Tutto il ferro crudel nel ventre hà ſpinto
Al buon deſtrier del cavalier ſovrano.

Idem Cant. 75.

Non mi sforzar a far un atto indegno;
Che ferir il caval giammai non ſoglio.

Non leviter demiror Torquatum Bernardi filium hæc genitoris ſui loca non advertiſſe Cant. 9. ubi inducit Latini filium decertantem cum Solimano, & ejus equum vulnere afficientem.

Ma troppo audace il ſuo maggior figliuolo
L'haſta abbandona, e con quel fier ſi ſtringe;
E tenta in van con la pungente ſpada.
Che ſotto il corridor morto gli cada.

Et infra clarius.

Così il fero Soldan l'audace fronte
Tien ſalda incontro ai ferri, e incontro l'haſte,
Ed a colui, che il ſuo deſtrier percuote;
Trà i cigli parte il capo, e trà le gote.

Subit animum ſuſpicari, hoc etiam intereſſe diſcriminis inter monomachiam, ſeu privatum duorum vel paucorum certamen, & conflictum copiarum, ut in hoc, ubi confertim & cæco Marte res agitur, ſine dedecoris nota feriri equos, obtruncarique liceat. Verùm nec ſic quidem Torquatus calculum condemnatorium effugerit. Licet enim inter Europæos & Arabes totius utrinque exercitus pugna exardeſceret, ſejuncti tamen Solimanus, & Latini filius dimicabant. Duplex autem cauſa intervenire poteſt, quæ impediat ignominiæ notam in percuſſione equi hoſtici. Prima eſt, quam ſuperius indicavi, univerſarum copiarum conflictus. Tunc etenim conſertæ acies, & in mutuam perniciem conglobatæ, nullam niſi inferendi damni rationem ducunt. Eam ob cauſam excuſationem habet idem Torquatus, dum Can. 9. inducit Argillanum, bellatorem ſtrenuum, ſuffodientem equum Lesbini, qui Solimani erat Ephebus:

E colto il punto, il ſuo deſtrier di furto
L'uccide, e ſovra gli è, ch'appena è ſurto.

Et Geruſ. Conquiſt. lib. 24.

Ma l'empio veglio il ſuo penſier maligno
Già non oblia, nè quì da ſe diſcorda:

E,

E, non avendo altr'arme, od'altro ordigno
D'alma crudel, d'avaro premio ingorda,
Fere al Duce il cavallo.

In utroque quippe certamine concurſus fuit univerſorum ordinum dimicantium. Altera verò cauſa, quæ percuſſionem equi minimè probroſam efficit, eſt certaminis inæqualitas. Eo nomine defenditur, & abſolvitur Virgilius l. 10. ubi ab Ænea Mezentii equus haſta percuſſus legitur:

Jam tandem erumpit, & inter
Bellatoris equi cava tempora conjicit haſtam.

Neque enim æquo Marte adverſus Mezentium equitem Æneas pedes ibi pugnam capeſſit: Ut enim Poeta ipſe teſtatur,

urgetur pugna congreſſus iniqua.

Ad hæc ſecernenda ſi advertiſſet animum Udenus Niſiely Progin. Vol. 2. 11. non ſcripſiſſet: *Anche Virgilio fece al ſuo Enea ammazzare in prova il cavallo a Mezenzio, atto indegno di tal Cavaliere, e di tanto Poeta.* Ambigere hic verò & ſciſcitari quis poſſit, an equum ferire liceat, ſi in ſublime ſe erigere edoctus in pedes, ſupra equitem hoſtilem ſe efferat, ejuſque arma calcibus impetat. Reſpondeo, ſi utrinque conventum eſt de equo ad eum uſum inſtructo in pugnam educendo, omnino vim in eum inferri poſſe, cum juſta defenſio non hoſtem minus, quam pugnacem equum reſpiciat. Ejuſmodi certamen exemplo ſcias non caruiſſe. Legitur apud Herodotum l. 5. Et quoniam novitas allicit non uſitati conflictus, ejuſdem Hiſtorici locum deſcribam. *Inſidebat Artybius equo in armatum erigere ſe docto. Quod audiens Oneſilus ad ſatellitem ſuum (erat enim ei ſatelles ſane quàm peritus rei bellicæ, & alioqui ſolertiæ plenus) Audio inquit, Artybii equum edoctum ſe erigere, & pedibus ſimul atque ore eum in quem agitur perficere, proinde tu propere inita ratione dicito, utrum malis obſervare, equum ne tibi feriendum, an ipſum Artybium. Ad quem ſervus ſuus: Ego verò, inquit, Rex, paratus ſum & utrunque & alterutrum & omnino quidquid imperaveris, facere. Promam tamen quod rebus tuis eſſe conducibilius ſentiam, regem ac ducem oportere cum rege ac duce certare. Sive enim talem occidas, decori tibi fore: ſive a tali, quod abſis, occidaris, quod ſecundum eſt, dimidium mali eſſe: Hos verò famulos cum famulis hoſtium debere confligere. Nam quod ad equum attinet, non eſt cauſa cur ejus artificium extimeſcas. Recipio enim tibi eum poſthac adverſus neminem ſe erecturum. Hæc illo locuto, mox exercitus conflixere, terreſtres navaleſque. Et claſſe quidem Iones eo die ſtrenue pugnantes ſuperavere Phœnices. Samiorum tamen præcipua virtus extitit. In terra ubi concurſum eſt, dum acies dimicant, circa imperatores hoc actum eſt. Ubi Artybius equo cui inſidebat, in Oneſilum invectus eſt, Oneſilus, uti convenerat cum ſatellite, ipſe invadentem Artybium ferit, ejus ſatelles equi ſublatos pedes in Oneſili ſcutum jactantis falce percutiens abſcidit. Quo ictu Artybius Perſarum imperator illic unà cum equo corruit.* Non leviter exadverſum ſum demiratus degeneres a cætero cultu & elegantia militari Romanorum animos, qui ovantes exceperunt T. Manlium, qui Metii vulnerato equo, eo caſu proruentem hoſtem transfixit. Livius l. 8. *Circumactis deinde equis, cum prior ad iterandum ictum Manlius conſurrexiſſet, ſpiculum inter aures equi fixit, ad cujus vulneris ſenſum cùm equus prioribus pedibus erectis magna vi caput quateret, excuſſit equitem: quem cuſpide parmaque innixum, attollentem ſe a gravi caſu, Manlius ab jugulo, ita ut per coſtas ferrum emineret, terræ affixit. Spoliiſque lectis ad ſuos revectus, cum ovante gaudio turma, in caſtra, atque inde ad prætorium ad patrem tendit.* Nullo ad ultimum fœdiore exemplo equeſtris militiæ leges violarunt Ruggerius, & Mandricardus, de quibus Areoſtus c. 30.

Ferirſi a la viſtera al primo tratto,
E non miraron per metterſi in terra,
Dare a i cavalli morte: ch'è mal'atto,
Perch'eſſi non han colpa de la guerra.
Chi penſa, che tra lor foſſe tal patto,
Non sà l'uſanza antica, e di molto erra.
Senz'altro patto era vergogna e fallo,
E biaſmo eterno a chi feria 'l cavallo.

VULNUS, ris. Pro telo. Figuratè & Poetico more vulnera nonnunquam pro telis accipiuntur. Virgil. 2. Æneid.

illum ardens infeſto vulnere Pyrrhus
Inſequitur,

Ubi Servius monet Poetam vulnera non tela dixiſſe, ut exprimeret ſagittas Pyrrhi inevitabiles. Ad eandem formam idem Poeta lib. 10.

Te quoque magnanimæ viderunt, Iſmare, gentes
Vulnera dirigere, & calamos armare veneno.

VULPES. Genus machinæ bellicæ apud citerioris ævi Scriptores. Videtur fuiſſe inſtrumentum tectorium in genere vinearum. Albertus Aquenſis lib. 2. Hiſt. Hieroſ. cap. 30. *Unus de majoribus Alemanniæ vulpem ex proprio ſumptu quercinis trabibus compoſuerunt, cujus in gyro tutos intexuerunt parietes, ut graviſſimos Turcorum ſufferret ictus armorum, omniaque jaculorum genera: ac ſic in ea manentes tuti & illæſi Urbem fortiter impugnando perforarent. Hoc tandem Vulpis inſtrumentum, dum ad unguem opere & ligaturis perduceretur, milites prædictorum Principum loricati ad viginti in eadem vulpis protectione ſunt conſtituti. Sed magna virorum inundatione, & conamine juxta muros applicata, non æquo ſubſedit agger &c.* Ejuſdem meminit Author Appendicis ad Othonem Friſingenſem de rebus Friderici Imp. cap. 23. *Cæſar omnem reliquum apparatum, quem ad oppugnationem civitatis fecerat, Talpas, Vulpeculas, Ericios, Cattos (talibus enim cenſentur nominibus) juſſit exuri.*

VULPECULA, æ. Minor vulpes machina. Legitur apud Ottonem de S. Blaſio. Vide *Vulpes*.

VULTURES. Ex genere ſunt avium, quæ ad lacerationem cadaverum accurrunt, & eorum paſtu aluntur; cujuſmodi ſunt bubo, ſtrix, cornix. Hinc diræ aves appellantur. Claud. 6. Honor. Conſul.

multiſque ſuoram
Diras pavit aves.

Hinc hæredipetæ vultures per jocoſam dicacitatem dicuntur a Seneca Epiſt. 95. *Vultur eſt, cadaver expectat*: Inhiant quippe illi defunctorum opibus ad eum modum, quo Vultures ultra mare præſentiſcunt cadavera, & ad illa convolant. Non ſolùm horrorem ingignunt dilacerando & depaſcendo cadavera militum poſt mi-

quiſque vivus pugnando locum cœperat, eum amiſſa anima corpore tegebat. Pauci autem, quos medios cohors Prætoria disjecerat, paulò diverſius, ſed omnes tamen adverſis vulneribus conciderant. Trecentos Spartanos ad Thermopylas cæſos non alio argumento cognovit Orcus apud Inferos, quàm ex loco vulnerum, quæ adverſa omnia in pectoribus renitebant. Extat in eos vetus Epigramma Græcè conſcriptum, atque in hunc modum Latinè redditum:

Cum tercentenos Mavortia ſigna ſecutos
Lethæis veheret cymba Charontis aquis;
Orcus ait; ratis hæc Spartana eſt, nam omnia fronte,
Et (quod honor) ſolum vulnera pectus habet.

Longè tamen excelluit, atque ſuperavit ſtrenuitatem Græcorum L. Sicinius Dentatus, quem quinque & quadraginta vulnera pectore excepiſſe, tergo cicatricibus vacuo, author eſt Valerius Maximus lib. 3. cap. 2.

4. Neutiquam miſſum hic faciam bellatorum veterum morem honeſtiſſimum, qui in acie ac præſertim in pugna ſingulari rem probroſiſſimam reputabant, & generoſo equite vehementer indignam, adverſarii equum haſta vel gladio ex compoſito ac de induſtria petere. Lucas Pulci Ciriff. Calvan. Cant. 4.

Però la ſpada al capo diè al cavallo,
Il qual col ſuo Signor cadde giù preſto:
Diſſe Beltramo, tu hai fatto fallo,
Uccidere il cavallo non è honeſta.
E non potrè tutto il mondo pagallo,
Che mai fù corridor ſimile a queſto,
Trà cavalier gentil queſto non s'uſa:
Mà il Pover fece una leggiadra ſcuſa.
E diſſe; tu faceſti alla civetta,
E veniſti aſſaltarmi co' ſerpenti;
Non vò che per caval queſto ſi metta,
Io non l'intendo, Beltramo altrimenti.
Mà inſin ch'io ſmonti dal deſtrier, aſpetta,
E vò che queſta ſcuſa mi conſenti,
Che Annibal cavalcava un Elefante,
Tu un ſerpente come Rè arrogante.

Idem Cant 5.

Un gran Baſcià, chiamato Macometto,
Ch'era intorno a Guiſcardo per pigliallo,
Beltram li traſſe un colpo in sù l'elmetto,
Sì che la noce diviſe col mallo;
Perche la ſpada andò per mezzo il petto,
Partì la ſella e 'l teſcio del cavallo,
Che ſi trovò col ſuo ſignor giù morto:
Mà Beltramo hebbe del cavallo il torto.

Idem obſervatum invenio apud Aloyſium Pulci Morgant. Cant. 15.

Il brando a crini il cavallo hà trovato,
Sì che due parti del collo gli fè,
E inſieme con Rinaldo è rovinato:
Grida Rinaldo al Conte, Traditore,
Tù l'uccideſti per viltà di core.
Riſpoſe Orlando: Traditore, a vile
Non fui mai riputato alla mia vita,
Mà ſempre in verità Baron gentile:
Hor ſe mi venne la mazza fallita,
E me n'increſce, e però parlo humile;
Mà innanzi che da me facci partita,
Io ti farò diſdir quel che tu hai detto,
E poi saltò del ſuo caval di netto:
E cominciorno più aſpra battaglio,
Che ſi vedeſſe mai trà due Baroni.

Sed & Bernardus Taſſus non ſemel vulneratos equos vitio vertit bellatoribus. Amad. C. 29.

Un atto penſa da guerrier codardo;
Cotanto l'ira e lo ſdegno il diſtrugge;
E ferir il caval tenta e procura;
Mà la Donzella gliel ſotrragge e fura.

Idem Cant. 35.

Tanto girar, tanto s'urtar, ch'un paſſo
Non può di Galaor dare il cavallo:
Ei che lo ſente così grave e laſſo,
E teme più d'altrui che 'l proprio fallo,
Perdonami, Baron, diſſe, s'io paſſo
I ſegni del dovere; e Dio ben ſallo,
Ch'io non ſona il deſtrier a ferir uſo,
Se non, com'hor per forza, e me ne ſcuſo.
Dunque ò dammi cavallo, ò ſcendi in terra,
Ch'io non ſia aſtretto a far atto villano.
Potremo a piedi terminar la guerra,
Oprando a noſtra voglia i piè e la mano.
Senza riſpoſta far toſto s'atterra,
Nè tocca ſol l'arcione il guerrier ſtrano:
Che gli parea vincendo con vantaggio
Di far al proprio honor onta & oltraggio.

Idem Cant. 45.

Levaſi toſto, e da gran ſdegno vinto,
Benche un atto gli par ſozza e villano,
Tutto il ferro crudel nel ventre hà ſpinto
Al buon deſtrier del cavalier ſovrano.

Idem Cant. 75.

Non mi sforzar a far un atto indegno;
Che ferir il caval giammai non ſoglio.

Non leviter demiror Torquatum Bernardi filium hæc genitoris ſui loca non advertiſſe Cant. 9. ubi inducit Latini filium decertantem cum Solimano, & ejus equum vulnere afficientem.

Ma troppo audace il ſuo maggior figliuolo
L'haſta abbandona, e con quel fier ſi ſtringe;
E tenta in van con la pungente ſpada.
Che ſotto il corridor morto gli cada.

Et infra clarius.

Così il fero Soldan l'audace fronte
Tien ſalda incontro ai ferri, e incontro l'haſte,
Ed a colui, che il ſuo deſtrier percuote;
Trà i cigli parte il capo, e trà le gote.

Subit animum ſuſpicari, hoc etiam intereſſe diſcriminis inter monomachiam, ſeu privatum duorum vel paucorum certamen, & conflictum copiarum, ut in hoc, ubi confertim & cæco Marte res agitur, ſine dedecoris notæ feriri equos, obtruncarique liceat. Verùm nec ſic quidem Torquatus calculum condemnatorium effugerit. Licet enim inter Europæos & Arabes totius utrinque exercitus pugna exardeſceret, ſejuncti tamen Solimanus, & Latini filius dimicabant. Duplex autem cauſa intervenire poteſt, quæ impediat ignominiæ notam in percuſſione equi hoſtici. Prima eſt, quam ſuperius indicavi, univerſarum copiarum conflictus. Tunc etenim confertæ acies, & in mutuam perniciem conglobatæ, nullam niſi inferendi damni rationem ducunt. Eam ob cauſam excuſationem habet idem Torquatus, dum Can. 9. inducit Argillanum, bellatorem ſtrenuum, ſuffodientem equum Lesbini, qui Solimani erat Ephebus:

E colte il punta, il ſuo deſtrier di furto
L'uccide, e ſovra gli è, ch'appena è ſurto.

Et Geruſ. Conquiſt. lib. 24.

Ma l'empio veglio il ſuo penſier maligno
Già non oblia, nè qui da ſe diſcorda:

E,

Google

E, non avendo altr'arme, od'altro ordigno
D'alma crudel, d'avaro premio ingorda,
Fere al Duce il cavallo.

In utroque quippe certamine concurſus fuit univerſorum ordinum dimicantium. Altera verò cauſa, quæ percuſſionem equi minimè probroſam efficit, eſt certaminis inæqualitas. Eo nomine defenditur, & abſolvitur Virgilius l. 10. ubi ab Ænea Mezentii equus haſta percuſſus legitur:

Jam tandem erumpit, & inter
Bellatoris equi cava tempora conjicit haſtam.

Neque enim æquo Marte adverſus Mezentium equitem Æneas pedes ibi pugnam capeſſit: Ut enim Poeta ipſe teſtatur,

urgetur pugna congreſſus iniqua.

Ad hæc ſecernenda ſi advertiſſet animum Udenus Niſicly Progin. Vol. 2. 11. non ſcripſiſſet: *Anche Virgilio fece al ſuo Enea ammazzare in prova il cavallo a Mezenzio, atto indegno di tal Cavaliere, e di tanto Poeta.* Ambigere hic verò & ſciſcitari quis poſſit, an equum ferire liceat, ſi in ſublime ſe erigere edoctus in pedes, ſupra equitem hoſtilem ſe efferat, ejuſque arma calcibus impetat. Reſpondeo, ſi utrinque conventum eſt de equo ad eum uſum inſtructo in pugnam educendo, omnino vim in eum inferri poſſe, cum juſta defenſio non hoſtem minus, quam pugnacem equum reſpiciat. Ejuſmodi certamen exemplo ſcias non caruiſſe. Legitur apud Herodotum l. 5. Et quoniam novitas allicit non uſitati conflictus, ejuſdem Hiſtorici locum deſcribam. *Inſidebat Artybius equo in armatum erigere ſe docto. Quod audiens Oneſilus ad ſatellitem ſuum (erat enim ei ſatelles ſane quàm peritus rei bellicæ, & alioqui ſolertiæ plenus) Audio inquit, Artybii equum edoctum ſe erigere, & pedibus ſimul atque ore eum in quem agitur perficere, proinde tu propere inita ratione dicito, utrum malis obſervare, equum ne tibi feriendum, an ipſum Artybium. Ad quem ſervus ſuus: Ego verò, inquit, Rex, paratus ſum & utrunque & alterutrum & omnino quidquid imperaveris, facere. Promam tamen quod rebus tuis eſſe conducibilius ſentiam, regem ac ducem oportere cum rege ac duce certare. Sive enim talem occidas, decori tibi fore: ſive a tali, quod abſit, occidaris, quod ſecundum eſt, dimidium mali eſſe: Hos verò famulos eum famulis hoſtium debere confligere. Nam quod ad equum attinet, non eſt cauſa cur ejus artificium extimeſcas. Recipio enim tibi eum poſthac adverſus neminem ſe erecturum. Hæc illo locuto, mox exercitus conflixere, terreſtres navaleſque. Et claſſe quidem Iones eo die ſtrenue pugnantes ſuperavere Phœnices. Samiorum tamen præcipua virtus extitit. In terra ubi concurſum eſt, dum acies dimicant, circa imperatores hoc actum eſt. Ubi Artybius equo cui inſidebat, in Oneſilum invectus eſt, Oneſilus, uti convenerat cum ſatellite, ipſe invadentem Artybium ferit, ejus ſatelles equi ſublatos pedes in Oneſili ſcutum jactantis falce percutiens abſcidit. Quo ictu Artybius Perſarum imperator illic unà cum equo corruit.* Non leviter exadverſum ſum demiratus degeneres a cætero cultu & elegantia militari Romanorum animos, qui ovantes exceperunt T. Manlium, qui Metii vulnerato equo, eo caſu proruentem hoſtem transfixit. Livius l. 8. *Circumactis deinde equis, cum prior ad iterandum ictum Manlius conſurrexiſſet, ſpiculum inter aures equi fixit, ad cujus vulneris ſenſum cùm equus prioribus pedibus erectis magna vi caput quateret, excuſſit equitem: quem cuſpide parmaque innixum, attollentem ſe a gravi caſu, Manlius ab jugulo, ita ut per coſtas ferrum emineret, terræ affixit. Spoliiſque lectis ad ſuos revectus, cum ovante gaudio turma, in caſtra, atque inde ad prætorium ad patrem tendit.* Nullo ad ultimum fœdiore exemplo equeſtris militiæ leges violarunt Ruggerius, & Mandricardus, de quibus Arcoſtus c. 30.

Ferirſi a la viſiera al primo tratto,
E non miraron per metterſi in terra,
Dare a i cavalli morte: ch'è mal'atto,
Perch'eſſi non han colpa de la guerra.
Chi penſa, che tra lor foſſe tal patto,
Non sà l'uſanza antica, e di molta erra.
Senz'altro patto era vergogna e fallo,
E biaſmo eterno a chi feria 'l cavallo.

Vulnus, ris. Pro telo. Figuratè & Poetico more vulnera nonnunquam pro telis accipiuntur. Virgil. 2. Æneid.

illum ardens infeſto vulnere Pyrrhus
Inſequitur,

Ubi Servius monet Poetam vulnera non tela dixiſſe, ut exprimeret ſagittas Pyrrhi inevitabiles. Ad eandem formam idem Poeta lib. 10.

Te quoque magnanimæ viderunt, Iſmare, gentes
Vulnera dirigere, & calamos armare veneno.

Vulpes. Genus machinæ bellicæ apud ulterioris ævi Scriptores. Videtur fuiſſe inſtrumentum tectorium in genere vinearum. Albertus Aquenſis lib. 2. Hiſt. Hieroſ. cap. 30. *Unus de majoribus Alemanniæ vulpem ex proprio ſumptu quercinis trabibus compoſuerunt, cujus in gyro tutos intexuerunt parietes, ut graviſſimos Turcorum ſufferret ictus armorum, omniaque jaculorum genera: ac ſic in ea manentes tuti & illæſi Urbem fortiter impugnando perforarent. Hoc tandem Vulpis inſtrumentum, dum ad unguem opere & ligaturis perduceretur, milites prædictorum Principum loricati ad viginti in eadem vulpis protectione ſunt conſtituti. Sed magna virorum inundatione, & conamine juxta muros applicata, non æquo ſubſedit aggere &c.* Ejuſdem meminit Author Appendicis ad Othonem Friſingenſem de rebus Friderici Imp. cap. 23. *Cæſar omnem reliquum apparatum, quem ad oppugnationem civitatis fecerat, Talpas, Vulpeculas, Ericios, Cattos (talibus enim cenſentur nominibus) juſſit exuri.*

Vulpecula, æ. Minor vulpes machina. Legitur apud Ottonem de S. Blaſio. Vide *Vulpes*.

Vultures. Ex genere ſunt avium, quæ ad lacerationem cadaverum accurrunt, & eorum paſtu aluntur; cujuſmodi ſunt bubo, ſtrix, cornix. Hinc diræ aves appellantur. Claud. 6. Honor. Conſul.

multiſque ſuorum
Diras pavit aves.

Hinc hæredipetæ vultures per jocoſam dicacitatem dicuntur a Seneca Epiſt. 95. *Vultur eſt, cadaver expectat*: Inhiant quippe illi defunctorum opibus ad eum modum, quo Vultures ultra mare præſentiſcunt cadavera, & ad illa convolant. Non ſolùm horrorem ingignunt dilacerando & depaſcendo cadavera militum poſt mi-

militarem aleam & conflictus, ut notavimus in dictione *Funus*; verum etiam inauſpicatæ aves, & prodigiales habitæ ſemper ſunt, ſiniſtroſque eventus prenunciantes quibus inſidunt caſtris. Utrunque complexus eſt Claudianus lib. 2. in Eutropium:

inſauſtoque jubet bubone moveri
Agmina, Mygdonias mox impletura volucres.

Virgil. l. 9. de convolantibus ad cadavera:

Heu! terra ignota canibus data præda Latinis,
Alitibuſque jaces!

Idem l. 10.

non te optima mater
Condet humi, patriove onerabit membra ſepulchro:
Alitibus linquère feris.

Catullus de Ariadna:

Dilacerando feris dabor, alitibuſque.

De eadem Ovid. Epiſt.

Oſſa ſuperſtabunt volucres inhumata marinæ.

Ad utriuſque imitationem Areoſtus de Olimpia C. 10.

Di diſaggio morrò, nè chi mi cuopra
Gl'occhi ſarà, nè chi ſepolcro dia:
Se forſe in ventre lor non me lo danno
I lupi, ohimè, che in queſte ſelve ſtanno.

Lucan. l. 4.

Libycas en nobile corpus
Paſcit aves.

Silius l. 2.

alitibus liquere cadaver Iberis.

Apud Torquatum Taſſum lib. 12. poſt Clorindæ cædem vovet Argantes:

Nè queſta ſpada mai depor dal fianco,
Infin ch'ello a Tancredi il cor non paſſi;
E 'l cadavero infame ai corvi laſſi.

Z

ZABA, aliis ZAVA. Genus loricæ, nihil diſſimile Gambaſio & Perpuncto. Occurrit ſæpe apud Leonem Imperatorem in Tacticis. Lex Viſigoth. *Partem aliquam Zavis, vel loricis munitam.* Turnebus: *Mauricius de militia Rom. Buccellarios equites eſſe ſcribit armatos Zabis. Sic ille armaturam loricarum prope talarium appellat. Zaba. Zabica, ideſt lorica. Zacco.* Fumum proinde vendidit Papias, ubi ſcripſit: Zaba: *Monumentum in prælio virorum fortium.* A dictione *Zaba* Ferrarius & Menagius coniiciunt habere Italos vocabulum *Giacco*, quod item eſt lorica conſerta maculis & ferreis anulis. Haud dubie decipiuntur. Nam potius ab Italorum *Giacco* dictam putaverim Zabam apud Latinobarbaros, juxta regulam a nobis alibi traditam, qua docuimus origines pleraſque vocum Latii deterioris petendas eſſe ab aliarum gentium idiomate, quemadmodum origines vocum afflictæ & ſequioris Græcię accerſendæ ſunt a Latinis. Inſinuat Ferrarius originem vocis *Giacco* trahi poſſe a ſago loricio militari: *Sago, Zacco, Giacco.* Sed planè trahitur ab eadem voce Italica *Giacco*, quæ ſignificat genus retis, & Latinè ſunda dicitur. Virgil. l. 1. Georg.

Atque alius latum fundâ jam verberat amnem
Alta petens.

Academici Florentini: *Giacco. Una rete rotonda, la quale gettata nell'acqua dal peſcatore s'apre e avvicinandoſi al fondo ſi riſerra e cuopre, e rinchiude i peſci.* Itaque hinc *Giacco* pro armatura ſive lorica, quæ item hamata eſt, & reticulata. Sic autem exiſtimo; quoniam antiquius fuiſſe reputo commemoratum retis genus, quàm ejus nominis pectoris munimentum. Inveſtiganda ſupereſt origo vocis *Giacco* pro rete. Indicatur optimè a Ferrario. Dicitur a voce *Jaculum*: ex qua conjunctim poſtea dicimus Retejaculum. Vere enim rete in mare jacitur. Coniicio præterea dictionem barbaram *Zaba* etiam ad rete ſignificandum fuiſſe uſurpatam. Coniicio, inquam, quoniam etiamnum rete dictum *Giacco* alio nomine vocatur *Zabica*, & *Sciabica*, quæ vox procul dubio fit a Latinorum *Jaculum*. Sed & aliam conjecturam novi thematis affero a voce *Laqueus*, quæ porrò vox item rete ſignificat, ex qua iidem apud Romanos dicti ſunt Laquearii & Retiarii gladiatores. Vide *Laqueus*. Sed præfero thema Ferrarii.

ZAFFONES. Bellici apparitores, in genere Gualdanæ. Rollandinus in Chronico: *Quidam pedites & Zaffones illi, quos vulgò Waldanam dicimus, præcedentes inordinatè ante militum acies.*

ZALDA, æ. Genus haſtæ. Albertinus Muſſatus: *Et inſuper electorum baliſtariorum quinque millia, lancearum cum haſtis longiſſimis, quas Zaldas vocant Italici, duo millia.*

ZAMBUCA, æ. Navis Indica, de qua Maff. Hiſt. Ind. l. 9. *Zambucis, aut paronibus quadraginta octo cum magna Mahometanorum cęde potitus eſt.*

ZANGÆ, arum. Vide *Tzangæ*.

ZARABOTANA, æ. Genus bombardæ apud Laonic. Chalcocond. l. 7. *Vehebantur bombardæ plurimæ, quas Zarabotanas nominant.* Ab hujus ſimilitudine Itali *Zarabottana*, & vulgatius *Ciarabottana* nominant longiorem fiſtulam ſtannoferream, in extrema parte protuberantem ad modum infundibuli. Hujus beneficio voces ad os fiſtulæ ſubmiſſè prolatæ, claro atque dilucido per canalis longitudinem conciliato ſonitu, procul exaudiuntur. Ferrarius Orig. ling. Ital. in voce *Ciarabottana* ſcribit inſtrumentum etiam eſſe ad aves ſternendas, pilis ex argilla e fiſtula contortis. Indicans porrò vocis etymon addit. *Fiſtula Gyrbitana: Tudertani Luſitaniæ populi, hodie Algarbiæ, quod aut ibi id inſtrumentum inventum, aut in uſu frequentiore ſit.* Fateor primum mihi valde novum accidere quod ſcribit vir cæteroqui doctus & diligens, nimirum Algarbiæ populos, qui olim Turduli, Tudertani, & Tudetani vocati ſunt, Gyrbitanos etiam fuiſſe appellatos; nec apud Scriptores Geographos recenſentes oppida ejus regni, quod perexiguum eſt, & quaſi Luſitaniæ appendix verſus meridiem, quidquam legi, ex quo Gyrbitana eadem gens dici poſſit. Scio Girbam oppidum Africæ, & inſulam eſſe in regno Tripolitano; ſed plane procul illa ab Algarbia diſiungitur. Verùm, ut conceſſum auferatur, Gyrbitanos ad Algarbiam pertinere, adhuc vanum eſt Ferrarii etymon. Nam vox *Ciarabottana*, vel *Ciarbottana* fit omninò a *Zara*, ut primùm fuerit *Zarabottana*. *Zara* verò apud Hebræos ſignificat *diſpergere*, *diſſeminare*, *jacere*, ex qua radice enucleantur facilè voces inde formatæ. Et quidem Zarabotana bombarda a proiiciendis globis ferreis, *Zarabottana*, ſeu *Ciarabottana* vocalis fiſtula a vocibus quaſi jactis & diſperſis, eadem fiſtula venatoria a jactis pilis argillaceis appellatur. Ejuſdem originis & ſignificationis eſt *Zara* ludus aleę apud Italos, quo nempe ludo taxilli pyrgo vel fritillo in abacum jaciuntur. Et quoniam *Zara* ludus admodum incertus eſt & fortunæ obnoxius, inde habent Itali voces *Azardo* & *Azardare*. Eſt eodem ludo ortum habemus populare effatum *Zara a chi tocca*, cum malum cuipiam interminamur: haud ſane quoniam *Zara* ſignificet damnum, quod gratis affirmat Menagius; ſed propte-

pterea quod cum ludus ille ſit omnium damnoſiſſimus, figuratè ludus ponitur pro illata pernicie: Dantes Purgat. C. 6.

Quando ſi parte il giuoco della zara,
Colui ehe perde ſi rimau dolente:

Ad poſtremas haſce voces alio modo explicandas addo aliam radicem vocis *Zara* ex Arabum idiotiſmo, apud quos *Zarr* eſt periculum facere, Italis *Cimentarſi*, *Arriſchiare*: quo planiùs exponitur ludus *Zara*, & verbum *Azzardare*. Obſervo tamen indicatum Arabum idiotiſmum non doctiorum eſſe, ſed a vulgo ejus nationis frequenter uſurpari ſolitum.

Zeta, æ. Apud Cangium in Gloſſ. ex non paucis Scriptoribus ſequioris ævi ſunt zetæ murorum pinnæ cum ſuis vacuis interſtitiis, ad urbium cuſtodiam & opportunam rationem tectiùs inde atque fidentius hoſtem miſſilibus infeſtandi. Sic autem de zetis ſcripſit Ordericus Vitalis lib. 8. *Caſtellum poſtmodum tenuit; muris, vallis, zetiſque munivit.* Et lib. 10. *Arcem & regiam, & murum in gyro, zetaſque minores atque majores jam munite, ſoliciteque perſcrutamini, adituſque ſervate, nequis exeat vel ingrediatur ſine veſtra conſideratione.*

Zifera, æ. Quos Græci gryphos, Latini occultas, furtivas, clandeſtinas, arcanas, vel arbitrarias notas aſſolent dicere; frequentiùs & uſitatiùs, trito populari ſermone vocabulo, Ziferas nnncupamus. Sic autem vocamus characteres occultos, ex compoſito & de induſtria confictos, vel ex ipſo alphabeto ſic mutuatos, ut non ſuum ordinem voces literæque, ſed tranſverſum, præpoſterum, aut innnmeris aliis miriſque modis corruptum vitiatumque ſervent. Utimur autem iis notulis ad ſignificandum & perſcribendum amicis atque Principibus ea, quę clam alios haberi, ignorarique a reliquis intereſt. Non igitur hìc ſermo inſtituitur de literis occulta quapiam ratione, aut aſtu mittendis; ad quam formam in hoſtium caſtra, vel arces ſagittis aliiſque miſſilibus affixas, vel avium ac præcipuè columbarum alis inſutas delataſque epiſtolas, alibi docuimus: ea ſolum obſervamus, quę in uſu eſſe ſolent ad oceultandos animi ſenſus in literis, aliiſque nunciis miſſitiis. Haud ſatis ſcio an quidquam diſcrimini magis obnoxium in omni bellica exercitatione recenſeatur, quàm literarum, nunciorumque miſſio. Vernaculo illæ, aut cognito in vulgus ſermone conſcriptæ, ſi intercipi ab hoſtibus contigit, non ſolum Ducum Regumque conſilia & bellicas molitiones diſturbaſſe, verùm etiam exercitus integros in extremum diſcrimen leguntur adduxiſſe. Rem notiſſimam ne pluribus exemplis in longiorem ſermonem protraham, ſatis fuerit innuere quod de Materniano Herodianus ſcriptum reliquit. Nunciavit is Antonino, populari lingua exaratis literis, ut quanta maxime diligentia poſſet caveret ſibi a Macrino; eumque, quoniam Imperio inſidiaretur, primo quoque tempore de medio tolleret. Redditæ ejuſmodi literæ Antonino, cum aurigando ſe exerceret; contigitque, ut Macrino, qui proximus eidem aderat, legendas literas traderet, juſſo, ut ſiquid gravioris momenti iiſdem renunciaretur, poſtea ſe certiorem faceret. Macrinus literis perlectis, ubi eas ſibi exitioſas, & in ſuum caput atque extremam perniciem ſcriptas eſſe novit, ſimul Antonini ſævitiam veritus, Martialem Centurionem, Principi aliis de cauſis infenſum facilè adegit, ut Antoninum pugione percuteret, vitâque privaret. Nullo certe in periculo verſata fuiſſet ejus Principis vita, ſi Materniani literæ, non vulgaribus, ſed implexis obſcuriſque notis ſcriptæ eidem allatæ fuiſſent.

2. Rem civicæ belliceque rei vehementer incommodam animadverterunt antiquitùs Græci, ac præcipue Lacedęmonii, quorum idcirco fuit inventum, duplicem adhibere ſurculum, ſive bacillum oblongum, cui miro quodam opificio characteres conſignarent: quod ab illis inventum dictum eſt Scytale, & a nobis ſuo loco expoſitum eſt Gellii verbis. Probus Grammaticus commentarium lucubravit de occulta litterarum ſignificatione, quibus utebatur C. Cæſar. De iis Cęſaris litteris, & clandeſtina ratione eaſdem conſcribendi ſic loquitur Gellius lib. 17. cap. 9. *Libri ſunt epiſtolarum C. Cæſaris ad C. Oppium, & Balbum Cornelium, qui res ejus abſentis curabant. In his epiſtolis, quibuſdam in locis, inveniuntur literæ ſingulariæ ſine coagmentis ſyllabarum: quas tu putes poſitas inconditè, nam verba ex his literis confici nulla poſſunt. Erat autem conventum inter eos clandeſtinum de commutando ſitu litterarum, ut in ſcripto quidem alia aliæ locum & nomen teneret, ſed in legendo locus cuique ſuus & poteſtas reſtitueretur.* Ejus inventi, ut ſua penes Authores ipſos fides ac ratio conſtet, non ad Romanos aut Lacedęmonios ea inſtitutio, ſed oppidò antiquiùs ad Ægyptios eſt referenda. Hi, ut rerum naturæ, atque inprimis animalium ſcientiſſimi erant, horum ferè imaginibns exculptis impreſſiſque, non ſingula modo verba, ſed integras nonnunquam ſententias ſignificabant. Eas figuras imagineſque, quibus ſapientiæ ſuæ arcana obvelabant, ne in vulgus prodita vileſcerent, dicta ſunt Hieroglyphica, de quibus videndus eſt Pierius Valerianus, volumine de illis integro doctè copioſèque deſcripto. Audiendus etiam Ammianus, qui de iiſdem ita diſſerit lib. 16. *Non enim ut nunc litterarum numerus præſtitutus & facilis exprimit quidquid humana mens concipere poteſt; ita priſci quoque ſcriptitarunt Ægyptii; ſed ſingulæ litteræ ſingulis nominibus ſerviebant, & verbis nonnunquam ſignificabant integros ſenſus.* Intelligere ex his poſſumus, quo demum modo potuerint contingere quędam ſcripturarum miracula, quæ a Myrmecide Mileſio, & Callicratide Lacedæmonio potiſſimum prodita memorantur ab Æliano lib. 1. Var. Hiſtor. Horum quippe alter integrum Homeri Poema tam conciſè in membranis contractum deſcriptumque exhibuit, ut tantarum illa rerum ſeries nucis vulgariæ putamine contineretur. Alter in ſeſami ſemine, qund milio, panicoque eſt ſimillimum, diſtichon Elegiacum exaravit. Arguere nimirum & ſuſpicari licet, adhibitas ab utroque fuiſſe, notulas compendiarias, quæ verba integra prænotarent. Ad eum certè modum Ægyptii ſerpentem exculpentes revoluto in caudam ore, mundum vel æternitatem exprimebant. Accipiter apud eoſdem Deum, Sol & Luna annum, ramus menſem, Leo animi præſtantiam, & ſimiliter Ibis, Scarabœus, aliæque animalium figuræ alia tacitis animis intelligenda exhibebant. Vim armorum atque potentiam juſtitiæ & æquitati ob-

tem-

temperare debere, quod equidem prolixiori ſententia quis exprimeret, confeſtim illi oculis animoque repræſentabant inciſo ſceptro, cui ſuperiùs impreſſa eſſet Ciconia, quæ ſymbolum eſt pietatis & æquitatis, inferius Hippopotamus, quem impietatis habebant ſymbolum: cum ſit equus fluvialis, qui adultus patrem aggreditur, pugnâque ſuperatum, excludit a matris conjugio, quam ſibi ipſe ad ſobolem procreandam adjungit. Ad hunc locum revocari etiam poſſunt omnis generis ſymbola illa, quæ imprimi ſolent clypeis, anulis, galeis, periſtromatis, lacunaribus, abacis, menſiſque: quæque præclarum aliquod facinus, aut familiarum originem ſolent expromere, de quibus nos latè egimus in Titulo *Inſignia*.

3. Hos reor fuiſſe imitatos Græcos Romanoſque, quos conſtat ſtudioſe captaſſe, ſecutoſque literarum compendia. Dio lib. 55. ſcribit, Mecœnatem notas literarum quaſdam fuiſſe commentum, quibus minimo negotio plura exprimi poſſent, eaſque per Acilium Libertum publici juris feciſſe. Eum morem ſuo etiam ævo viguiſſe, teſtatur Quintilianus lib. 11. cap. 2. In legibus verò, ſenatuſconſultis, edictiſque ſcriptitandis vulgatiùs fuiſſe ſervatum, diſcimus ex Manilio in Aſtronom. lib. 4.

Hic etiam legum tabulas & condita jura
Noverit, atque notis levibus pendentia verba.

Incertum autem eſt, literæne potius fuerint illæ, an notæ aliæ arbitrariæ. Literæ videntur fuiſſe, quas commentus eſt Tyro, Ciceronis Libertus, & poſt illum Acilius, Libertus Mecœnatis. Horum operâ ſingulæ literæ integra ſignificabant verba in hunc modum: R. P. Reſpublica: P. R. Populus Romanus: S. C. Senatuſconſultum. Addit alia multa Iſidorus Origin. l. 1. cap. 22. Idque in libris Juris frequentiſſimè uſitatum. Cum autem poſtea alia ex aliis exorta bella feciſſent, ut paulatim literarum ſtudia, ac præcipuè Juris prudentiæ obſoleſcerent; poſteriſque ea literarum compendia & notulæ fugientes miram quandam caliginem offunderent, ne perirent legum ſancita, normæque vivendi, vetitum eſt a Juſtiniano, nequis in poſterum ejuſmodi literis compendiariis, aut implexis notis uteretur; idque eam maximè ob cauſam, ne tot tantiſque ſtigmatum notis deformati Codices imperitis anſam præberent perperam interpretandi, trahendique in deterius Juris peritorum reſponſa. Quod diſertè obſervavit Iſidorus ubi ſupra per hæc verba: *Has Juris notas novitii Imperatores a Codicibus legum abolendas ſanxerunt: quia multos per has callidi ingenio ignorantes decipiebant, atque ita juſſerunt ſcribendas in legibus literas, ut nullos errores, nullas ambages afferant, ſed ſequenda & vitanda apertè demonſtrent.*

4. Alia etiam Antiquis ad uſum furtivæ ſcripturæ, ſenſuſque obſcurandos inita eſt ratio per inverſas capitales literas, quibus verbum integrum ſignificarent. Ad hunc modum litera M reſupinata, & inverſo capite notabat mulierem; & ſic de aliis quibuſdam, quæ recenſentur ab Iſidoro. Habebant proinde Veteres illi literas omnimodè accommodatas ad rerum ſignificationem, ac planè, quemadmodum proverbio dicitur, ut equum Pauſonis. Pauſo ſiquidem, ut eſt apud Lucianum in encomio Demoſthenis, ſeu potius Pauſias, ut illum appellat Plinius lib. 35. cap. 11. qui pictor fuit Sicyonius, pingere equum, qui ſe humi volutaret, accepto pretio cuipiam promiſerat. Cum verò eidem currentem & erectum exhibuiſſet, expoſtulanti equum redditum non fuiſſe juxta conventionem: At tu, inquit ille, inverte tabulam: quod ubi ille præſtitit, & humi provolutum equum, & nullum eſſe querimoniæ locum intellexit.

5. Longe uberior & amplior ſeges ad ſcriptiones involvendas & obnubilandas ſuppetebat Antiquis a ſermone, more Rhetorum, figurato. Et primò quidem Metaphorarum uſus non parum obſcurabat ſermonem. Quodſi prolixior & continuata ſit tranſlatio, quam Allegoriam vocamus, implexa admodum nec niſi pauciſſimis percipienda exſurget oratio. Velit quiſpiam, ut hoc utar exemplo, adhortari urbem Romam, ut ſe a civilibus contentionibus contineat: deteſtetur bella civilia, pacis ſtudia atque tranquillitatis commendet. Is, inquam, appoſitiſſimè id fecerit ſermone occulto involutoque, ſi perpetua jactatæ navis Metaphora, ſive Allegoria ſic utatur, ut illam incredibili felicitate adhibuit Horatius lib. 1. Od. 14.

O navis, referent in mare te novi
Fluctus. O quid agis? fortiter occupa
Portum. Nonne vides, ut
Nudum remigio latus,
Et malus celeri ſaucius Africo,
Antennæque gemant, ac ſine funibus.
Vix durare carinæ
Poſſint imperioſius
Æquor? Non tibi ſunt integra lintea,
Non Dii, quos iterum preſſa voces malo.
Quamvis Pontica pinus
Silvæ filia nobilis
Jactes & genus, & nomen inutile.
Nil pictis timidus navita puppibus
Fidit, tu niſi ventis
Debes ludibrium, cave.
Nuper ſollicitum quæ mihi tædium,
Nunc deſiderium, curaque non levis,
Interfuſa nitentes
Vites æquora Cycladas.

Scio Dacierium, & alios quoſdam nihil allegoricum agnoſcere in hac Ode. Sed mihi pluſquam dimidium perit ejuſdem gratiæ & pretii, ſi tollatur allegoria. Per nihil abſimilem continuatæ figuram Metaphoræ Petrarca ſub involucro ſurculi laurei inſititii obvolvere nititur & obſcurare amores in Lauram ſuos, & ejus puellæ honeſtatem:

Amor con la man deſtra il lato manco
Aprimmi, e piantovv'entro in mezzo al core
Un Lauro verde sì, che di colore
Ogni ſmeraldo havria ben vinto e ſtanco.
Vomer di penna co' ſoſpir del fianco
E'l piover giù dagl'occhi un dolce humore,
L'adornar sì, ch'al Ciel n'andò l'odore,
Qual non sò già ſe d'altra fronde unquanco.
Fama, honore, e virtute, e leggiadria,
Caſta bellezza in habito celeſte,
Son le radici della nobil pianta.
Tal la mi trovo al petto, ove ch'io ſia,
Felice incarco: e con preghiere honeſte
L'adoro e inchino come coſa ſanta.

Huc etiam referas antiquæ ſuperſtitionis, & Ethnicæ Theologiæ præcepta & documenta, quæ fa-

ſabularum velamento quodam inducto Poetarum vetuſtiſſimi Mercurius, Orpheus, Muſæus, Linuſque obduxerunt. Id etiam in ſuis fabuloſis narrationibus a Poetis aliis, tum Græcis Latiniſque, tum etiam Etruſcis ſactitatum, nec ioficias iverim, nec improbaverim. Nihilo tamen ſeciùs durinſculè & putidè feciſſe interdum videntur mihi horum Poetarum, ac præſertim Etruſcorum interpretes aliquot allegorici, qui in Orlandi, Marfiſæ, Rugerii, Bradamantis, Rodomontis, & aliorum equitum, ut vocant, errantium, dimicationibus, amoribus, & in utramque fortunæ partem eventibus innumeris, ea iotrudunt ad vitæ inſtitutionem allegorica documenta, quæ Authores ipſi ne cogitarunt quidem: certè non magnoperè eorum aut diligeotiæ, aot iogenii interfuit, ut cogitarent. Sic autem obſcurantur interdum verba ſenſuſque, ut ne ex ipſa quidem allegoria ſatis commoda ſignificatio elici poſſit. Atque hæc ſunt quæ Veteres dixerunt ænigmata, Gellius verò ſcirpos nuncupavit. Sed nos depravatam eam lectionem eſſe, & ſcrupos ſcirpis Gellianis eſſe ſubſtituendos, alibi obſervavimos. Ea verò muta ſunt, & rerum figuris expreſſa; cujuſmodi erant io uſu apud Ægyptios, Æthiopes, & Phœnices, de quibus ita ſcribit Lucanus lib. 3.

Phœnices primi, famæ ſi creditur, auſi
Manſuram rudibus vocem ſignaſſe figuris,
Nondum flumineas Memphis contexere biblos
Noverat, & ſaxis tantùm volucreſque, feræque
Sculptaque ſervabant magicas animalia linguas.

De figuris iiſdem ænigmaticis illa ſunt Apuleii: *Profert quoſdam libros, ignotis literis prænotatos, partim figuris hujuſcemodi animalium, concepti ſermonis compendioſa verba ſuggerentes, partim nodoſis, & in modum rotæ tortuoſis, capreolatimque condenſis apicibus, a curioſitate profanorum lectione munita.* Inſtitutio vetuſtiſſimorum Sapientum, eas conſignandi notas lapidibus atque marmoribus, ut videre eſt in molibus Obeliſcorum, priuſquam conſcribendi ratio in papyro, pugillaribus, & charta innoteſceret, ea fuit, ut ſic rerum ſacrarum myſteria & arcana veteris ſapientiæ ab inſcitæ plebis cognitione vindicarent atque ſejungerent. Ejus quippe generis characterum, ziferarum, vel mutorum ænigmatum uſus nonniſi in rebus gravioris momenti crebreſcebat. Communia ſiquidem palàm indicabantur. Nam ridiculum profectò commentum fuit Getæ Imperatoris, qui in convivio ſeriem ferculorum præſcribebat ordine alphabetico. Sicubi enim, ut ſcribit Spartianus, afferri ſibi voluiſſet porcellos, piſces, pernas, pavones, appooebat deforis quatuor eorum nominum initiales literulas in hunc modum, PPPP. Quod ſi faſiani, ſarcta, ficuſque arriſiſſent, ſcribebat FFF. Curabant inſtructor convivii, & miniſtri coquinarii lautiſſimas dapſileſque inferre epulas, verùm ſemper ad normam propoſitam literarum, quæ ab ineptiſſimo Cæſarum commonſtrarentur.

6. At poſtquam ſcripturæ uſus invaluit, ex adagiis primùm ſubortus confectuſque ſermo ænigmaticus. Ejus rei opulentiſſimum exhibet teſtimonium Petrarca in Cantione, quæ incipit.

Mai non vò più cantar, com'io ſoleva.

Eam poeſim ut ad certam quandam ſententiam, iratâ Minervâ, & obtorto collo detorquerent, fruſtra fuere non pauci interpretes. Aſſentior plane Bembo, qui inibi nonniſi incompoſitam proverbiorum ſtruem, ac ſcopas, ut ajuot, diſſipatas agooſcit. Propoſita alio modo ænigmata ad divinandum, ut illud eſt de Termino allatum a Varrone lib. 2. de LL.

Semel minuſne, an bis minut ſit, non ſat ſcio,
An utrunque eorum, ut quondam audivi dicier,
Jovi ipſi Regi noluit concedere.

Notiſſimum eſt item aliud de Anno, cujus anthorem Cleobulum facit Diogenes Laertius in ejus vita:

Eſt genitor proles cui ſit bis ſena; ſed horum
Cuivis triginta natæ, ſed diſpare forma.
Hæ niveis totæ, fuſcis ſed vultibus illæ;
Atque immortales cum ſint, moriuntur ad unum.

Video hoc genus lucubrationum noo mediocriter occupaſſe, & ad ingenii periculum faciendum provocaſſe Scriptores Italicos. Videndæ ſunt inprimis Italicæ cantiunculæ Academici Florentini, cognomento appellati, *il Riſoluto*, quas ediderunt Junctæ Bibliopolæ item Florentini poſt excuſas Italicas modulationes Burchielli, qui liber Florentiæ eſt editus aono 1568. ſub hoc Titulo, *I ſonetti del Burchiello, di M. Antonio Alamanni, e del Riſoluto: con la compagnia del Mantellaccio, compoſta dal Magnifico Lorenzo de Medici, inſieme con i Beoni del medeſimo.* Nam quod attinet ad ipſum Burchiellum, Poetam & ludionem feſtiviſſimum, nihil eſt cauſæ, quamobrem illum inter Poetas ænigmaticos adnumeem, cum potius illum non certus aliquis propoſitus finis, ſed libido quædam disjectiſſima quæque atque ſejuncta nectendi, nullo nexu aut glutino interjecto, ad lepidiſſimam cæteroqui Poeſim pangendam impulerit. Demirari ſubit nihil profecto minus cerebroſum atque ſcurrile ingenium Antonii Donii, qui exponendos ſuſcepit verſus Burchiellanos commentariis longè obſcurioribus ipſo Burchiello. Ad indicandum id genus Poeſeos ſubſcribam primam Burchielli cantiunculam, ex Florentina, ut dixi, Junctarum editione:

Il Deſpoto di Quinto, e 'l gran Soldano,
E trenta ſette ſchiere di pollaſtri;
Fanno cantar molti fiorin novaſtri,
Come dice il Salmiſta nel Priſciano:
E diceſi nel Borga a San Friano,
Che gli è venuto al porto de pilaſtri
Una galea carica d'impiaſtri,
Per guarir del catarro Monte Albano.
Mille Franciosſi aſſai bene incaciati
Andando a Valombroſa per cappegli,
Furon tenuti tutti ſmemorati:
Trojan gli vide, e diſſe, vegli, vegli;
Ei non ſon d'eſſi, il bagno gli hà ſcambiati,
O egli ha barattati in alberegli:
Allora i fegategli
Gridaron tutti quanti, cera, cera,
Et l'Anguille s'armaron di panziera.

7. Non imparem ſermoni offundit caliginem figurata illa locutio, quam Latini Ambiguitatem, Græci Amphiboliam, vel Amphibologiam nominaot. Ejuſmodi eſt notum illud Apollinis reſponſum ad Pyrrhum ſuper bello contra Romanos ab eodem ſuſcepto, quod Cicero adducit ex Ennio:

Ajo te Æacida Trojanos vincere poſſe,

Si-

Similis exempli eſt, quod in ore puerorum vulgique habitat: *Ibis redibis non morieris in bello*, ubi ſi per appoſitionem commatis particula negativa afficiat verbum *redibis*, reſponſum eſt infauſtum & inominatum, ſi eadem particula negativa, commate antepoſito, afficiat verbum *morieris*, reſponſum eſt lætiſſimi auſpicii. Noo abſimilis exempli eſt Sedeciæ Regis factum, cui cum prædixiſſet Jeremias adductum eundem iri in Babylonem, Ezechiel vero conſtanter affirmaſſet, nunquam eum Babylonem eſſe viſurum, contempto utriuſque vaticinio, utpote quæ conciliari non poſſent, obſtinavit ipſe animum in rebellione & defenſione urbis: eum non intelligeret, adduci ſe poſſe in Babylonem, ſed oculis captum, quo vitio eandem videre non poſſet. Vide Tirinum in lib. 4. Reg. cap. 25. Non omittam hic animadvertere, nullas fere eſſe cultiores artes aut diſciplinas, quæ notis quibuſdam arbitrariis ſermonem interdum noo obvelaverint. Grammatici ad ſignificandum, quæ præter ordinem mendoſèque ſunt diſpoſita, illis ad arbitrium confictis notulis, & in vulgus cognitis uſi ſunt, quas obelos & aſteriſcos appellant. In re Forenſi *A* litera abſolutoria erat; e diverſo *C* damnatoria, ut obſervat Aſconius Pedianus. At in comitiis & ſuffragiis geminæ diſtribuebantur tabellæ, ut utram vellent ſenatores, aut conſiliarii in urnam coniicerent: io altera autem tabella ſcripta erat eadem litera *A*, quæ erat infeſta & adverſans: ſignificabat enim, *Antiquo*: in altera verò notabantur literæ *V. R.*, quæ erant ſavorabiles & propitiæ; erat enim earum ſenſus, *Uti rogas*. De ootis Juriſperitorum dictum eſt ſuperiùs innumeras fere extitiſſe. Id verò factum ooo tam ut reſponſa & animi ſenſus occultarent, quàm ut notarii velociùs poſſent excipere, quæ tradebantur. Tetigit id Martialis:

Currant verba licet; manus eſt velocior illis;
Nondum lingua, ſuum dextra peregit opus.

Et expreſſiùs Manilius lib. 4.

Hic & ſcriptor erit velox, cui littera verbum eſt,
Quique notis linguam ſuperet, curſumque loquentis
Excipiat, longas nova per compendia voces.

In ea facultate admirandum in modum excelluiſſe Titum Veſpaſianum perhibet Svetonius in ejus vita per hæc verba: *Notis quoque excipere velociſſimè ſolitum, & cum amanuenſibus ſuis per ludum jocumque certantem imitari chirographa quæcunque vidiſſet*. Mathematici & Aſtrologi vim præmagnam induxerunt ootarum, quibus per exiles & arbitrarios characteres plurima comprehenderent. Variis hujuſmodi confictiſque notulis, quæ peculiare quoddam ipſorum Alphabetum conficiunt, deſcribunt ſigna cœleſtia, Arietem, Taurum, Leonem, Scorpionem, Capricornum, Virginem, Libram, Jovem, Martem, Mercurium, & innomera penè aliarum rerum vocabula. De Muſicis autem notis, quàm ſint arbitrariæ, & quàm breviſſimis delineamentis multa commonſtrent, res eſt vulgatior, quàm ut exemplis indigeat. Bellica etiam diſciplina privatas ſuique fori notas arcanas habuit. Ut enim præteream ioitiales literas verborum ſublatas pro teſſera & ſymbolo in ſignis militaribus; certum eſt a Ducibus habitos fuiſſe breves & indiculos, in quibus militum omnium nomina ita comprehenderentur, ut qui vita deceſſiſſent appoſitam haberent literam *Th*; qui verò adhuc eſſent ſuperſtites noſcereotur litera *T*. In nummis & inſcriptiooibus multa per notas ad arbitrium excogitatas, vel initiales innuebantur literas. A. RA. MIL. FRU. pro A rationibus militaribus frumenti. AN. XV. FR. H. O. C. S. pro Annorum quindecim prætextatus hoſtem occidit, civem ſervavit. Affatim plura hujus generis habes in Elencho notarum & literarum ſingularium, & contractarum dictionum, quæ occurrunt in Veterum inſcriptionibus atque oumiſmatis. Aſſui autem ſolet memoratus Elenchus Commentariis Authorum Latinæ Linguæ, Varronis ſcilicet, Feſti, aliorumque. Ibidem habes ſyllabum notarum, quæ propriè ſunt menſurarum & ponderum atque adeo aſſis & unciarum. Conſule etiam ibidem aonexum libellum Petri Diacooi de Notis literarum more Romano ad Conradum Imp. Notas verò Juriſperitorum proprias collectas ibidem habes opera Magnonis. Item notas rei numeralis, quas pleruoque ex alphabeto Latino Veteres mutuabantur. Receoſentur illæ totidem verſiculis Latinis, initio capto a litera *A* omnium principe, quæ recta quingentos ſignabat numeros:

Poſſidet A numeros quingentos ordine recto:

Nam ſi lineola eidem literæ apponebatur, quinque millium numerum ſignabat; uſque ad literam *Z*, quæ indicabat bis mille:

Ultima Z canens finem bis mille tenebit.

Poſtremò ad præfatum librum appendix exhibebit tibi opuſculum ſingulare Grammatici Valerii Probi, de ootis Romanorum interpretandis.

8. Locus ipſe admonet, ut nonnihil etiam de iis ſubiiciam expreſſionum involucris, quæ non dictis, ſed meris factis cooſtant; operumque potiùs vocari poſſunt aiferæ, quàm verborum. Facit huc callidiſſimum iogenioſumque commentum Tarquinii Superbi Romanorum Regis, quem, cum ejuſdem nominis filius ſciſcitatū miſiſſet, quid de Gabiis fieri vellet cooſuleretve, ille ne verbulo quidem prolato, in hortos regios nuncium adduxit, ubi inambulans editiſſima quæque papaverum capita virgà decuſſit; quo oſtenſo dimiſit nuncium. Is Gabios reverſus, nullam ſibi reſponſi copiam a patre factam renunciavit; quod tamen ab eodem factum viderat, enarravit. Patris ambages tacitas filius cognovit; Gabinorumque primores quoſque exilio, aut morte afficere nihil eſt remoratus. Quod de Tarquinio Florus aliique, de Periandro ſcripſit Herodotus, qui cum ad Thraſybulum ouncios miſiſſet rogatum quo potiſſimum conſilio tutò civibus ſuis imperare poſſet, retulerunt ad eundem nuncii, nihil quidem reſponſi a Thraſybulo extorquere ſe potuiſſe; Inſpexiſſe tamen illum in agro frumentis conſito eminentiores reſecantem ſpicas. Facto æque ambagioſo Sertorius cum exiguis legionibus Hiſpaniam ingreſſus adverſus innumeras prope hoſtium copias dimicaturus, conturbatos militum aoimos, & ſeditiooi proximos compoſuit. Indicta nimirum concione, equum produxit in medium, robuſtiſſimum quemque propoſito alliciens præmio, ſi ejus equi caudam potuiſſet convellere. Cum verò equioâ caudâ per ſummam vim manibus arreptâ diſtrictâque

atque convulsâ non ita pauci irritâ operâ ſuarum virium periculum feciſſent; tum in medium ſe Imperator proripiens, ſedato animo, & minima corporis commotione arreptas ſingillatim equinæ caudæ ſetulas cœpit convellere, donec integram illam depilaret. Docuit autem arcano facti conſilio, hoſtes conjunctim invictos, ſi per ſtum dividerentur, facili negotio ſuperari poſſe. Memoratu etiam dignum Diogenis Cynici factum, qui obſeſſis Syracuſis, cum cives lentiùs ad militaria opera procederent, per plateas, viaſque publicas e dolio ſuo egreſſus rotare illud & manibus circumagere ſumma cœpit feſtinatione. Intellexerunt ſcilicet oppidani, ſe ad patriam impigrè propugnandam muto illo Philoſophi documento inflammari; nullâque interjectâ morâ, ad ſua ſinguli obeunda munia properarunt. Solertiſſima poſtremùm fuit Scytharum legatio ad Darium Regem Perſarum, cum inuſitatis obſcuriſſimiſque muneribus, ave, rana, mure, & ſagittis. Contendebant autem innuere, ac tacitè Dario ſignificare, Perſas, niſi quam primùm aut inde evolaſſent ut aves, aut deſiluiſſent in paludes, aut ſub terram ſeſe abdidiſſent, Scytharum ſagittas effugere non poſſe. Inter notas mutas tacitaſque, quarum plurimas habet res militaris, ignis inprimis eſt recenſendus. Sublata flammarum volumina e ſpeculis maritimis muta habentur indicia hoſtium appropersntium, quod nos proprio in loco latiùs expoſuimus. E puppibus verò navium faces editas antiquitùs tacitam fuiſſe notam ſocios ordines evocandi, docet Virgilius l. 2. Æneid.

flammas cum regia puppis
Extulerat; fatiſque Deûm defenſus iniquis
Incluſos utero Danaos, & pinea furtim
Laxat clauſtra Sinon.

Et lib. 6. de Helena:

flammam media ipſa tenebat
Ingentem, & ſumma Danaos ex arce vocabat.

Eodem commento amicarum facularum captum fuiſſe Tarentum memoratur a Livio lib. 25. *Cum portæ appropinquaret, editus ex compoſito ignis ab Annibale eſt refulſitque. Idem redditum ab Nicone ſignum: extinctæ deinde utrinque flammæ ſunt.* Qua de re ex Calabro, Appiano, Vegetio, & aliis multa advocat exempla Lipſius lib. 5. de Milit. Rom. Dialog. 9. & nos quædam ſuis in locis indicavimus. Ad hanc porrò pertinent claſſem rerum diverſarum, ac præſertim animalium effigies cælatæ depictæque in ſignis militaribus: ut, aquila, ſphynx, aper, draco, minotaurus, quæ non temerè caſuque, ſed certo conſilio, & ad commonſtranda militiæ arcana efferuntur, ut alibi obſervavimus. Item emblemata varia, picturæque in clypeis; ſublatæque avium & ferarum imagines in conis galearum; implexæ demum obſcuræque ſignificationes aliæ in univerſo habitu ornatuque militari, de quibus a nobis eſt prolixè agitatum non uno in loco, & copioſiùs ubi ſermonem inſtituimus de Heroicis Symbolis & Inſignibus, quæ vulgò dicimus *Impreſe d' Armi e d' Amore*. Utque de indiciis igniariis hoc inſuper adſtruam, inventum eſt ut alphabeti literas faces ipſę elatę ementirentur, reſpondente literarum diverſitati, aut numero ipſo elatarum facium, aut iteratis elationibus ejuſdem facis, quemadmodum ſcilicet inter ſocios conventione prævia deliberatum eſt. Idem interdum exhibuerunt iteratæ exploſiones curulium tormentorum; ex quarum numero cognoſcerent ſocii an obſeſſæ arces annona, milite, re pulveraria indigerent. Non alio certe commento, avorum noſtrorum memoria maturam opem a ſociis implorarunt Novarienſes; perceptaque ab amico exercitu ambage certo numero iteratæ exploſionis, oppido laboranti ſubventum eſt. Ejuſdem generis ſunt alia ſigna, quæ a Vegetio dicuntur Semivocalia, quæque campano ære, tubis, buccinis, aliis inſtrumentis reſonantibus edi ſolent. Hinc diverſus tubarum clangor nunc profectionem e caſtris, nunc militarem progreſſionem, quandoque ferociorem in hoſtes aſſultum, aut receptum in tuta loca indicit demonſtratque. Tritum præ cæteris exculcatumque commentum eſt, quo alphabeti elementa effingimus multimoda manuum ac digitorum geſticulatione, vel ipſarum admotione manuum ad alias corporis partes, quod alphabetum mutum meritò appellatur. Nec verò literas tantùm, verùm etiam res ipſas digitorum motibus indicamus. Hinc Ovid.

Nil opus eſt digitis, per quos arcana loquaris.

Multiplici etiam alio corporis motu, oculis præcipuè & ſuperciliis, ipſo linguæ uſu diſertiùs arcana pectoris teſtificamur. Vide Ovidium in Epiſtola Paridis ad Helenam. Ejuſdem ſunt illa alibi:

Me ſpecta, nutuſque meos, vultumque loquacem:
Excipe furtivas, & refer ipſa, notas.
Verba ſuperciliis ſine voce loquentia dicam:
Verba leges digitis, verba notata mero.

Ipſas autem conventiones multiplici motu pactas deſcribit:

Siquid erit de me tacita quod mente loquaris,
Pendeat extrema mollis ab aure manus.
Cum tibi quæ faciam, mea lux, dicamve placebunt,
Verſetur digitis annulus uſque tuis.

Hi digitorum aliarumque corporis partium arcani motus & clancularii ad uſum amantium turpiculè excogitati. Sanctiſſimum contra illud eſt, quod de Chriſto Domino narrat Joannes cap. 8. qui audita Phariſęorum accuſatione in adulteram, inclinans ſe deorſum digito ſcribebat in terra. Sive communia ejus gentis, ſeu privata ſingulorum crimina reprę ſentaret ęnigmatica illa ſcriptio, certum eſt vim incredibilem habuiſſe ad redarguendum ſuperbiſſima capita, & pudorem aliquem ab attritis duriſſimiſque eorum frontibus exprimendum. Jam verò quæ hactenus ex Antiquorum ritu, & veterum Scriptorum memoriis eruimus furtivorum characterum atque notarum integumenta & velamina, ejuſmodi ſunt procul dubio, ut non ſolùm diſſolvi a mediocris literaturæ viris minimo negotio poſſint, verum etiam a pueris, qui, ut inquit ille, nondum ære lavantur, irrideri atque contemni. Quid enim ad enodandum facilius alphabeto Cæſariano, notiſque Libertorum Mecœnatis & Ciceronis, cognita ſemel atque perſpecta literarum poteſtate? Prætereo Scytalen Lacedæmoniorum, quam meritò Scaliger nuncupavit Laconica nugalia. Memoratas verò notas & indicia tum ſemivocalia tum muta imperitiſſimum vulgus, rudeſque pueri apprimè callent. Nam planè leviſſimum eſt & deridendum, quod non adeo parvi factum cæteroqui video

deo a Gellio lib. 17. cap. 9. Hiſtiæi commentum. Is cum io Perſide ageret apud Darium, atque in animo haberet clandeſtioo aliquo aſtu nunciare Ariſtagoræ, ut ab eodem rege deficeret, ſervo ſuo capillitium deraſit, ductiſque ſormis literarum in ejuſdem coraſo capite, exaravit ad eum literas ſecreti ſui nuncias. Reteoto poſtmodum domi ſervo, ubi renatos animadvertit ejuſdem capillos, eum ad Ariſtagoram ablegavit. Mandavit autem puero, ut ubi primùm ad Ariſtagoram veniſſet, deradendum eidem, ut ipſe fecerat, caput ſuum prẹberet. Non equidem huic commento aliquam ingenii laudem detraxerim: verùm oemo oon videt valde incommodam futilemque eſſe ratiooem mitteodi nuocii, qua quis adigatur expectare diu, dooec adoleſcant ſervulo crioes. Præterquam quod, ubi vehemeotior eſt ſuſpicio, non crines ſolummodo, ſingulaſque diligentiſſimè corporis partes ſuſpicioſi hoſtes explorant; verùm etiam adacto in pectora nunciorum ferro ipſa viſcera perſcrutantur. Enimverò ſi cẹcas implicatiſſimaſque, quibus hodie utimur, notas, & quodcunque ſermonis obtegendi velamentum excogitari poſſit, adhuc ſolertiſſimi aliquot callidiſſimique ingenii viri denudare atque detegere poſſe præ ſe jactanter ferunt, quid aut exiſtimandum erit, aut judicandum de indicatis notis & ſurtivis literis Antiquorum?

9. Ingenioſum fuit commentum, quo Demaratus rex Lacedæmoniorum tabellis exaratis, ceraque obductis certiores fecit Spartaoos de coosilio & expeditiooe Xerxis Regis Perſarum ad Græciam iovadendam. Rem ita commemorat Juſtious lib. 2. *Igitur Xerxes bellum a patre cæptum adversùs Græciam per quinquennium inſtruxit; quod ubi primùm didicit Demaratus rex Lacedæmoniorum, qui apud Xerxem exulabat, amicior patriæ poſt fugam, quàm Regi poſt beneficia, ne inopinato bello opprimeretur, omnia in tabellis ligneis Magiſtratibus perſcribit, eaſdemqae cera ſuperinducta delet, ne aut ſcriptura ſine tegmine indicium daret, aut recens cera dolum proderet. Fido deinde ſervo perferendas tradit, juſſo Magiſtratibus Spartanorum tradere, quibus perlatis, Lacedæmone quæſtioni res diu fuit, quod neque ſcriptum aliqnid viderent, nec fruſtra miſſa ſuſpicarentur, tantoque rem majorem, quanto ſit occultior, putabant. Hærentibus in conjectura viris, ſoror Regis Leonidæ conſilium ſcribentis invenit. Eraſa igitur cera belli conſilia deteguntur*. Jam quibus præceptis, quave methodo & ratiooe feliciqae eventu & impenetrabili, ſcripturæ arcanæ, ſeu claodeſtinæ characterum ootulæ exarentur: quomodo inverti, commutari, perturbari, duplicarique præſertim vocales oporteat literas, quoniam loogiſſimus is labor eſſet, & rerum, quæ ſe offerunt, copia iotegram prolixamque tractationem deſiderat, ea ſuper re conſule Joannem Baptiſtam Porta volumine ſingulari *de furtivis literarum notis vulgò Ziferis*. Vide etiam Franciſcum Baconem a Verulamio de Augmen. Scient. lib. 6. cap. 1. Robertum Valturium lib. 7. de re Milit. cap. 17. Pancirolum rerum memorab. l. 1. Tit. 14. & in illum Commentarios Henrici Salmuthi.

10. Plurimum verò ſolertiæ & acuminis, nec peritia impar requiritur in iis, qui evolvendi extricandique ejuſmodi notas inexplicabiles ſibi oegotium aſſumunt. A Daniele Heinſio celebratur in hac arte ſolertia Conſtantioi Hugenii. Sic enim ſcribit ubi agit de obſidione Silvæ-ducis: *Notæ qaoque, quibus mens involvitur, detegebantur; contendentibus haud minus inter ſe ingeniis, quàm armis. Conſtantino igitur Hugenio id munus datum, qui arcana Principis tractabat*. De eodem Hermannus Hugo, ubi agit de obſidione Bredana: *Cæterum literæ notis, numeriſque impeditæ erant, more jam militiæ recepto, ne interceptæ aut traditæ intelligerentur, ſolis earum gnaris, ad quos deſtinabantur. Conſtantinus tamen Hugenius quidquid in eis reconditum interpretando aperuit*. Quas vulgus Latinorum appellat Ziferas, mioimùm immutato vocabulo Itali dicunt *Ciſre*, & *Ciſere*. Cujacius originem vocis deducit a vocabulo Latinorum *Sigla*, quod eſt corruptum ab alio, *Singula*. Eſt autem ſigla oota compendiaria, ſeu litera ſingularis (hinc Gellius illas ſingularias oominat) qua integrum verbum exprimitur. Meoagius tameo originem vocis accerſit ab Hebraico idiotiſmo: at Iſaacius Voſſius Arabicæ originis vocem agnoſcit. Alia item appellatiooè Itali Ziferam dicunt *Gergo*. Quod autem Itali *Gergo*, Hiſpani appellant *Gerigonça*. Eam autem vocem Covarruvias trahit a Græco ſermone: ut *Gerigonça* ſit quaſi *Gregiconça*. Equidem apud vulgus Græcum pro obſcuro jactatur: ex quo popularis locutio illa: *Græcum eſt non legitur*. Sed præſtat ipſum audire Scriptorem Hiſpanum: *Dixoſe Gerigonça, quaſi Grecigonça: porque en tiempos paſſados era tam peregrina la lengua Griega, que a un pocos de los que profeſſavan facultades, la entendian, y aſſi dezian hablar Griego, el que non ſe dexava entender*. Suſpicatur etiam Menagius fluxiſſe vocem *Gergo* a Clericis. Arcanis quippe notis ſcribere, reputabatur proprium virorum doctrina excellentium, cujuſmodi apud vulgus eſt opioio de Clericis, cum contra laici imperiti indoctique cenſeantur. Academici a Furfure: *Come gli Antichi diſſero Laico, per Ignorante, coeì uſarono Cherico per dotto*. G. V. 4. 3. 2. *Appreſſo Ugo Ciappetta regnò Uberto ſuo figliuolo, e fu gran Cherico in Iſcrittura*. A Clerico autem fit per contractionem *Cherco*. Dantes Infern. c. 18.

Che non parea s'era laico, o Cherco.

A dictione autem *Cherco*, opinatur, ut dixi, Menagius maoaſſe vocem *Gergo*. Verùm eidem ea tandem maxime arridet origo ut *Gergo* trahatur a voce *Barbaricus* in hunc modum: *Barbaricus, baricus, varicus, guaricus, guariggus, guaraggus, gargus, gergus, Gergo*. Ferrarius caodidè, & meo quidem judicio veriſſimè ejus vocis origioem ignorari putat.

ZINGANI, vel ZINGARI. Vide *Ægyptii Errones*.

ZIRO, onis. Caſtri circuitus. Charta vetus apud Ughellum. *Cum toto zirone ſupradicti caſtri*. Fit omoiuò ab Italica voce ejuſdem ſignificationis *Girone*. Joann. Villan. l. 9. *Rafforzando il caſtello molto di rocca, e giron di mura*. Bojard. Orl. Innam. c. 14.

Sol la rocca di ſopra ſi è difeſa
Nell'alto ſaſſo dentro del girone.

Da-

Digitized by Google

Dantes Parad. c. 2. tranſtulit ad orbes Cœleſtes :

Gl'altri giron per varie differenze
La diſtinzion, che dentro da ſe hanno,
Diſpongono a lor fini, e lor ſemenze.

Etiamnum vetuſtiſſimæ in Piceno Firmanæ civitatis pars editior, valido olim munita caſtro, dicitur *Girone*.

F I N I S.

INDEX I. TITULORUM,

Seu Vocum præfixarum, quæ in hoc Lexico Militari referuntur, & explicantur, digeſtus per claſſes rerum.

Tituli impreſſi diverſis typis notant in iiſdem quærenda, quæ indicantur. Numeri deſignant paragraphos Titulorum.

CAPITA CLASSIUM.

I. DE Militia, & ad eam ſpectantibus generatim.
II. De Religione, & Bonis Moribus.
III. Dii Deæque militares.
IV. Heroes & Duces fabuloſi.
V. Feſta militaria, & Sacrificia.
VI. Ludi Gymnici.
VII. De aliis ludis ſacris.
VIII. De creando milite, & ſacris ordinibus equeſtris militiæ.
IX. De Tyronibus, Exercitatione, & Equeſtribus ludicris certaminibus.
X. De Duce ſupremo, & ejus inſignibus.
XI. Virtutes Imperatoriæ & Militares.
XII. De Diſciplinis, & Doctrina varia.
XIII. De Architectura militiæ adiutrice.
XIV. De Bello indicendo, Apparatu, Delectu, & Profectione.
XV. De Exercitu, & ejus partibus.
XVI. De bellicis Magiſtratibus, & Primoribus Militiæ.
XVII. Militum nomenclatura.
XVIII. De Equitatu,
XIX. Factiones.
XX. De Miniſtris, Fabris, & Servis.
XXI. De Acie.
XXII. Inſtrumenta Muſica.
XXIII. Clamores, Acclamationes, Cantica, Saltationes.
XXIV. Signa, & Vexilla.
XXV. Vigiliæ, Exploratores, Nuncii, Significationes aliæ.
XXVI. De Armis generatim.
XXVII. Arma tegentia.
XXVIII. Arma offendentia.
XXIX. Machinæ, earum partes, & inſtrumenta ad offendendum.
XXX. Remedia ad repugnandum.
XXXI. Veſtes.
XXXII. Calcei, Tibialis.
XXXIII. Ornatus, & Munditia.
XXXIV. Area militaris, & Stipendia.
XXXV. Annona, & Cibaria.
XXXVI. Currus, & Sellæ.
XXXVII. Impedimenta.
XXXVIII. Equi.
XXXIX. Equorum nomina.
XL. Supellex, & Onera.
XLI. Caſtrametatio, Itinera, Manſiones.
XLII. De Arce, & Re munitoria.
XLIII. Pugna.
XLIV. Præmia, Conceſſiones, Indulta.
XLV. Pœnæ, Mulctæ, Res judiciaria.
XLVI. Remedia adverſus offenſionem armorum, Pignora ſecuritatis.
XLVII. Obſidio.
XLVIII. Supplices, & Dedititii.
XLIX. Seditio,
L. Vitis.
LI. Pax, Fœdera, Sponſiones.
LII. Victoria, Victi, Victores.
LIII. Triumphus.
LIV. Trophæa. Teſtimonia publica honoris.
LV. De re Nautica generatim.
LVI. Naves bellicæ, & adiutrices.
LVII. Navium partes aliquæ, Ornamenta, Inſtrumenta &
LVIII. Notæ diſcriminum.
LIX. Animalia.
LX. De Occiſione, Funere, & Morbis.
LXI. Quæſtiones militares.
LXII. Adagia militaria.

I.

De militia, & ad eam ſpectantibus generatim.

ACceſſiones
Antarium bellum.
Apparatus.
Arma pro bello.
Bandoſitas.
Bellum.
Bellum circummuratum.
Circummuratus, a, um.
Bellum Civile.
Bellum internecinum. *Internecinus, a, um.*
Bellum Navale.
Bellum Ruſticorum.
Bellum Sacrum.
Bellum Servile.
Bellum Sociale.
Caput belli.
Caravans.
Cingulum pro militia.
Cingulum. 2.
Commilitia.
Commilitium.
Coniuratio.
Defenſio.
Duelles.
Duellum.
Exitus belli.
Expeditio militaris.
Expeditoriæ res.
Faida.
Fœminæ.
Geſta, orum.
Guerra.
Herialia.
Hoſtenditium.
Hoſtiaticum.
Hoſticum.
Hoſtis.
Hyperaſpiſtes.
Impriſa.
Inimicus.
Juſti dies.
Juſtitium.
Lis.
Mars pro bello.
Mereo.
Militia.
Miſſio.
Mutatio veſtium.
Neceſſitas.
Numerus militum.
Oppugnatio.
Pacatum.
Paſſagium.
Piraties.
Principium belli.
Procinctus.
Profectio Imperatoris.
Provinciæ.
Rebellio.
Reiſa.
Sacramentum.
Salutatio caſtrenſis.
Sculſcara.
Sortitio militaris.
Stipendior.
Tumultus.
Vacatio.
Urbana militia.

II.

II.
De religione, & bonis moribus.

ABatoni.
Acuminà.
Ædepol. *Hercle.*
Agonales.
Apotheoſis.
Area militaris. 6.
Armata. *Arma.* 21
Augurium.
Augurale.
Auriflamma.
Auſpicium.
Axamenta.
Bellonarii. *Bellum.* 10
Bellum ſacrum.
Beneprecari armis.
Campana.
Capa S. Martini.
Collini Sacerdotes. *Salii.*
Conſecranei milites.
Conſilium. 13.
Crux.
Devoveo.
Devotio.
Dextram dare.
Diræ.
Druidæ.
Evocatio.
Feciales.
Felicitas. 2.
Filii Hernaudi.
Flamma.
Haſta. 2.
Hercle.
Hieronicæ.
Hoſtia.
Humerale.
Ignis veſtalis.
Inermis.
Irenica.
Juramentum.
Juſtitia armorum.
Labarum.
Lituus.
Luſtro.
Medius Fidius. *Hercle.*
Mercator. *Hercle.*
Navigatio. 5.
Niceteria.
Ordines Sacri militiæ equeſtris.
Palatini Sacerdotes. *Salii.*
Palma. 3.
Palmarii. *Palma* 3.
Panici terrores.
Paſſagium.
Præliares dies.
Probitas.
Prodigium.
Sacramentum.
Salii.
Supplicatio.
Templum.
Victima.
Vota.

III.
Dii Deæque militares.

ÆGiochus.
Apollo.
Armorum Superi.
Audacia.
Bacchus.
Bellona.
Cupido.
Cybele.
Diræ.
Duellona.
Enyo.
Fortuna.
Furiæ.
Gradivus. *Mars. Graſſor.*
Janus.
Juno.
Juppiter.
Lua.
Mars.
Mavors.
Mercurius.
Nemeſis. *Fortuna.*
Neptunus.
Pæan.
Pallas.
Pan.
Pavor, & Pallor.
Pax.
Roma.
Saturnus.
Spes.
Strenoa.
Vacuna. *Victoria Dea.*
Venus.
Victoria.
Vitula. *Victoria Dea.*
Vulcanus.

IV.
Heroes, & Duces fabuloſi.

ABas.
Acaſtus.
Achelous.
Achilles.
Adraſtus.
Æacus.
Æeta.
Ægæus.
Ægiſthus.
Æneas.
Agamemnon.
Ajax Oilei.
Ajax Telamonis.
Alexander Magnus.
Amazones.
Amphiaraus.
Amphion.
Amphitryo.
Ancæus.
Anchemolus.
Argonautæ.
Camilla.
Capaneus.
Caſtor, & Pollux.
Cyclopes.
Etheocles.
Gigantes.
Hector.
Hercules.
Heros.
Heroides.
Jaſon.
Idomeneus.
Memnon.
Menalippus.
Nauplius.
Neſtor.
Palamedes.
Pallas, antis.
Paris.
Parthenopæus.
Patroclus.
Peleus.
Polynices.
Priamus.
Proteſilaus.
Pyrrhus.
Remus.
Rheſus.
Romulus.
Sinon.
Telamon.
Telephus.
Teucer.
Theſeus.
Tiphys.
Troilus.
Turnus.
Tydeus.
Ulyſſes.

V.
Feſta militaria, & Sacrificia.

AGonalia.
Apaturia.
Armiluſtrium.
Aſinaria.
Athenæa.
Auguſtalia.
Equiria.
Fugalia.
Hecatonphonia.
Latinæ feriæ. *Profectio Imperatoris.*
Luceria.
Luſtro, as.
Panathenæa.
Populifugia.
Regifugium.
Suovetaurilia.
Tubiluſtrium.
Vacunalia. *Victoria Dea.*

VI.
Ludi Gymnici.

AGitator.
Agon.
Agoniſma.
Agoniſta.
Agoniſtarcha.
Agonotheta.
Albati equi.
Antagoniſta.

Athle-

Digitized by Google

Athleta.
Athletica.
Athlothera.
Auriga.
Aurigator.
Aurigatio.
Ceſtus.
Circenſes.
Curſus.
Diaulus.
Diſcobolos.
Diſcus.
Dolicus. *Diaulus.*
Halter.
Harpaſtum.
Hieronicæ.
Iſelaſticum.
Iſthmia.
Lucta.
Nemei ludi.
Olympia.
Pancratium.
Pentathlum.
Pugil.
Pugilatus.
Pycta.
Pythia.
Quinquatrus.

VII.

De aliis ludis ſacris.

APollinares.
Bellicrepa ſaltatio.
Capitolini.
Caſtrenſes.
Circenſes.
Gladiatores.
Haſtici.
Haſtiludium.
Ludi funebres.
Ludi magni. *Vota* 2.
Martiales.
Parmularii. *Parma* pro ſcuto.
Quinquennales.
Retiarii. *Retia*.
Triumphales.
Victoriales.
Votivi. *Vota*.

VIII.

De creando milite, & ſacris ordinibus equeſtris militiæ.

ADobare.
Alcantaræ militia.
Alapa militaris.
Arma vitilia.
Armo. 2.
Bandæ equites.
Banderenſes.
Banneretti.
Baronetti.
Bellum Sacrum.
Calatravæ militia;
Calcaris aurei equites.
Chriſti militia.
Cingulum. r. 2.
Corredii milites.
Fidei Jeſu Chriſti equites.
Fratres Clientes.
Fratres Crucis.
Garterij equites.
S. Jacobi militia.
Ordines Sacri militiæ equeſtris.
Pulchræ Virginia equites
Scribere militem.
Stellæ equites,
Vellus aureum.

IX.

De Tyronibus, Exercitatione, & Equeſtribus ludicris certaminibus.

ADoleſcentes.
Ætas militaris!
Ambulatio.
Andabatæ.
Arenga.
Armatura pro genere exercitii.
Armaturæ.
Armidoctor.
Armiſalij.
Avocare arma.
Batalare arma. *Batuo.*
Bellicrepa ſaltatio.
Biordo.
Bohordium.
Brabeutæ. *Bravium.*
Bravium.
Caballicata.
Caballicatio.
Campicurſio.
Campidoctor.
Campigeni.
Campus Martius.
Candidati.
Caſtrenſes ludi.
Catadromus.
Circuitio equeſtris conflictus.
Concurſus.
Conſeo.
Cornu
Decurſiones equeſtres.
Doctores armorum.
Enoplia.
Exercitium.
Exercitor.
Exercitator.
Familiæ.
Fortunium.
Gioſtra.
Gladiatores.
Gualdana.
Guarniamentum.
Iocomma.
Inclinare ad ſcutum, vel ad haſtam.
Juſta.
Labor militaris.
Latrunculi.
Menſa rotunda.
Nato.
Naumachia.
Naumacharii.
Neronia.
Nundinæ.
Pedagogiani.
Paganus.
Paggii, &
Paggetti.
Palæſtra.
Palæſtrita.
Palaria.
Palus pro exercitatione.
Parmularii. *Parma* pro Scuto.
Petitiones armorum.
Præpilatæ haſtæ.
Retiarii. *Retia*.
Sagitta. 5.
Schola.
Scholæ Principum Orientalis Imperii. *Magiſter officiorum.*
Scholares.
Sciomachia.
Statura militaria.
Stigmatici.
Sudes.
Tranſvectio.
Torneamentum.
Trepidare.
Troja.
Tyro.
Vectis.
Venatio.
Ventilare arma.

X.

De Duce Supremo, & ejus inſignibus.

AMiræ.
Archiſtratigus.
Archithalaſſus.
Armorum Supremus. *Armorum Superi.*
Auguſtale.
Bulla aurea.
Cæſpititium Tribunal.
Campagua.
Capitaneus.
Capomilitiatus.
Caudæ equinæ.
Cognomenta Ducum & locorum ex victoriis.
Conſul.
Conſulatus pro claſſis præfecto.
Dictator.
Drungus pro Sceptro.
Drungarius.
Ducator.
Ductor.
Dux.
Faſces.
Heretochius.
Imperator.
Imperium.
Inſigne pro vexillo.
Iſelaſticum.
Laurus.
Mareſcalli.
Megaduces.
Monarchia.
Palmata.
Paludamentum.
Picta toga.
Præfectus claſſis.
Præſides.
Præſul.
Prætoria navis.
Profectio Imperatoris.
Rector. *Regimentum.*
Regens. *Regimentum.*
Salutatio Caſtrenſis.
Sceptrum.
Sella Caſtrenſis.
Sella Curulis.
Strategus.
Stratilates.
Thalamegus.
Uraniſcus.

XI.

Virtutes Imperatoria & militares.

ALlocutio militaris.
Amicitia.
Arcanorum cuſtodia.
Aodentia.
Authoritas.
Benignitas.
Cohors amicorum.
Cohors Thebanorum.
Conjugia militum.
Conſilium.
Dextræ.
Dextram dare.
Diſciplina militaris. *Fur-
tum.* 2.
Dolus.
Eloquentia.
Exemplum.
Experientia.
Felicitas.
Ferocia.
Fides.
Fortitodo.
Fortuna.
Homagium.
Humanitas.
Iogeoium.
Innocentia. *Mania.* 3.
Iofidiæ.
Labor militaris.
Liberalitas.
Machina.
Mortis contemptus. *Forti-
tudo.*
Nobilitas.
Obedientia.
Parſimonia. *Luxus.* 5.
Præſcoria.
Probitas pro integritate morom.
Probitas pro ſtrenuitate.
Prudeotia.
Polchritudo.
Religio.
Robur.
Sacramentum.
Severitas Diſciplinæ militaris.
Stratagema.
Vir.
Virago.
Virtus.

XII.

De Diſciplinis, & doctrina varia.

ALlocutio militaris.
Amuſium.
Anemographia.
Anima. *Latrunculi 6.*
Animos. *Latrunculi 6.*
Aſtronomia.
Catoptrica.
Commentarius.
Commentariolom.
Concio.
Dioptrica.
Eloquentia.
Epopeja.
Geographia.
Geometria.
Hiſtoria.
Ingenium. *Latrunculi 6.*
Inſigne.
Laterculus.
Literæ.
Malandrini. 2. 3. 4.
Mathematica.
Mens. *Latrunculi 6.*
Muſæ.
Muſica.
Nummi.
Optica.
Poetæ.
Polemica.
Poliorcetica.
Romani libri.
Scriptores rei militaris.
Sphynx.
Symbola Heroica.
Tactica.
Veori.
Zifera.

XIII.

De Architectura militia adjutrice.

ACceſſiones.
Adiectiones.
Amuſſis.
Architectura.
Capreoli.
Cariatides.
Claves.
Commeoſus.
Competentia.
Coocatenatio.
Coocateno.
Cooclusura.
Congruentia.
Cuneus.
Cuneolus.
Deformatio.
Delineatio. *Deformatio.*
Diagramma.
Ecphoræ.
Ergata.
Eriſma.
Everganeæ trabes.
Eurythmia.
Fiſtuca.
Fiſtucatio.
Forma.
Formamentum.
Formatura.
Fultura.
Gloſſocomum.
Gnomon.
Icnographia.
Incertum opus.
Informatio.
Lateritium opus.
Libella.
Libramentum.
Mechanica.
Modulus.
Norma.
Organeptice.
Orthographia.
Palus proligno.
Paraſtatæ.
Perpendiculum.
Plaſtice.
Projecturæ.
Proplaſma.
Regula.
Reticulatum opus.
Scenographia.
Sciographia.
Symetria.
Telamones.
Teſtudo in re ædificatoria.
Veſtigium.

XIV.

De bello indicendo, Apparatu, Delectu, & Profectione.

ACcingo.
Apparatus.
Arramire bellum.
Augurium.
Auſpicium.
Bandoſitas.
Bannom.
Bellica. cæ.
Beneprecari armis.
Cenſus.
Chirotheca.
Clarigatio.
Claſſicum.
Delectus.
Edicere diem.
Expeditio militaris.
Extiſpicium.
Feciales.
Herebannum.
Jaoi portæ.
Indicere bellum.
Luſtro.
Luſtratio.
Luſtrator.
Monſtra.
Mora.
Morio.
Oſtenſio.
Pater patratus.
Pennones.
Procinctus.
Profectio Imperatoris.
Profectio Claſſis.
Querelæ de injuriis.
Recenſeo.
Recenſio.
Recognoſco.
Retrobannus.
Roſſata.
Traoſvectio.
Verbenarius.

XV.

De exercitu, & ejus partibus.

ACies.
Agema.
Aglapſis.
Agmen.
Alæ.
Alauda. *Legio.* 2.
Antegarda.
Appendix.

Ar-

Digitized by Google

Armata.
Auxilia.
Bellum pro manipulo.
Brigada.
Campus.
Centuria.
Ceraunobola.
Circumſtatio militum.
Claſſica legio.
Cohors.
Cohors amicorum.
Cohors milliaria.
Cohors prætoria.
Cohors prima.
Cohors regia.
Cohors Sacra Thebanorum.
Cohors in officio Præfecti Prætorio. *Apparitores.*
Cohorticula.
Cohortes equitatæ. *Equitatæ cohortes.*
Collecta.
Communia.
Compagnia.
Concatervatus, a, um.
Concenturio.
Condecurio.
Conglobo.
Conglobatio.
Contubernium.
Conturmo.
Copiæ.
Copiola.
Cornu.
Corona pro numero armatorum.
Decania.
Decarchia.
Decuria.
Decuriatus.
Decuriatio.
Drumus.
Drungus.
Efforcium.
Exercitus.
Fœminæ.
Fortenſes.
Fulminatrix legio.
Garniſio.
Globus.
Gravis armatura.
Gualdana
Herculiani.
Hetæria.
Hoſtis. s.
Hoſtilitas.
Joviani.
Juncta.
Juventus.
Legio.
Legiuncula.
Linteata legio.
Luceres.
Manipulus.
Manſio.
Maſnada.
Martiarii.
Menſa rotunda.
Numeri.
Numerus militum.
Ordines.
Palatinæ legiones.
Pedites.
Pedones.
Phalanx.
Præſidium.
Prætenturæ.
Proceſſio.
Rapax.
Regimentum.
Repulſoriæ cohortes.
Retentio.
Scara.
Secta.
Sedita.
Socii.
Spira.
Stolus.
Stormus.
Subſidia, orum.
Suffragium.
Suppetiæ.
Supplementum.
Thema.
Turba.
Turma.
Vexillatio.
Vexillum.

X V I.

De bellicis Magiſtratibus, & Primoribus militiæ.

A Copiis militaribus.
Advocati.
Ærarii Quæſtores.
Ærarii Tribuni.
Agà.
Agentes in rebus.
Alferus.
Annonæ Structor.
Aquiliferi.
Arcepellones.
Archigubernus.
Archimerator.
Archipirata.
Archiſcrinius.
Archiſtratigus.
Archithalaſſus.
Architectus.
Archirecton.
Armidoctor.
Balcaniſer.
Banderarii.
Bandcrenſes.
Bandofori.
Bani.
Barigildus.
Baro.
Baſſæ.
Bellerbechi.
Beſtarcha.
Biarchus.
Campidoctor.
Campigeni.
Cancellarius.
Capita contuberniorum. *Capita militum.*
Capita militum.
Capita ordinum, jugorum, vel verſuum. *Capita militum.*
Capitaneus.
Capomilitiatus.
Capotalis.
Caſtellani.
Caſtrenſes miniſtri.
Catapanes. *Capitaneus.*
Centenarii.
Centenarius portus.
Centuria.
Centurio.
Centurionus.
Centurionatus, us.
Cartularii.
Chiauſii. *Tzauſus.*
Chiliarcha.
Chriſtiferus.
Circitores.
Clariſſimus.
Coactor agminis.
Comes.
Comes Caſtrenſis.
Comes largitionum.
Comes ſtabuli.
Comites limitanei.
Comitiati Tribuni.
Conquiſitores.
Conſul.
Conſul ordinarius.
Conſul major.
Conſulares.
Conſulatus pro claſſis præfecto.
Cornicines.
Cornicularii.
Curopalata.
Decanus.
Decarchus.
Decemviri.
Decures.
Decurio.
Dictator.
Diſpenſatores.
Diſpenſatores largitionum.
Domeſtici.
Drungarius.
Ducarii.
Ducenarii.
Ducator.
Duces.
Ductor.
Ducatus, us.
Ductus, us.
Duumviri navales.
Ethnarchus.
Exarchus.
Exconſulibus.
Expræfecto.
Fodrarii.
Gaſtaldiones.
Guntfanonarii. *Guntfano.*
Hecatontarchus.
Hetæriarcha.
Hipparchus.
Honorarii Conſules &c.
Ilarcha.
Ioſanciones.
Ingeniarii. *Ingenium.*
Inſpector.
Inſtructores.
Irenarches.
Legati.
Limenarcha.
Limitanei Duces.
Locumtenentes.
Machinator.
Magiſtri armorum.
Magiſter equitum.
Magiſtri navium.
Induciæ. ad humanda cadavera. *Funus*. 9.
Inermia. bellatores ingenui parcunt inermibus. fœminis. pueris. viris ſacris. litteratis. ruſticis.
Infamia. exponitur. interdum ſtimulus ad ſummam gloriam. caſu adveniens contemnenda. ſumma virtus
ab

Digitized by Google

ab obrectatoribus pro infamia habita. non privatorum duntaxat, ſed legionum pœna.

Infanciones. qui.

Inferiæ. *Captivus*. 3.

Informatio. quid.

Ingenium. machina. ſtrategema. munitio.

Ingenium. quid. ejus varietas. *Latrunculi*. 6.

Ingreſſus. Ducum victorum feſtivus. per muros diſiectos. *Triumphus*. 10. & ſeqq. *Hieronicæ*.

Inimicus. quid diſtet ab hoſte.

Initium. quanti referat benè incipere. *Principium belli*.

Innocentia. validiſſimum munimentum. *Mœnia* 3. *Probitas*.

Inſania. ex eſu herbæ contracta ad quid adegerit Antonii milites. *Fames*. 4.

Inſepulti. qui relinquerentur a legibus. *Pœnæ militares*. 5. *Funus*. 6.

Inſidiæ. etymon. laudantur in re militari.

Inſigne. acceptio multiplex. ſcriptionis genus. quid complectatur. nomen rei minus reſpondet. non ſunt ſtabilia ſymbola, ſed uſurpata ad tempus. interdum fixa. 1. eorum origo. antiquiora temporibus Menſæ Rotundæ. rudimentum in tragœdia Eſchyli. dicta ſymbola Heroica. antiquitus prolata liberè. certis legibus poſtea adſtricta. quæ veritas requiratur. quæ unitas. ſimpliciora magis laudantur. figuræ viles vitandæ. ſymmetriam habeant. non obſcura. nec nimia clara. ſunt pictæ metaphoræ. lucubratio noviſſimi inventi. an figuræ humanæ poſſint induci. an accedentes ad actionem fabuloſam. exotica non admiſſa. rejecta quæ coloribus non poſſunt exprimi. quid præſtet Epigraphe. cujuſmodi eſſe debeat. In ea Author non loquitur. an mutuanda a Scriptore præſtanti. figura expreſſa non nominanda. numerum habeat. elenchus Scriptorum, qui de ſymbolis Heroicis ſcripſerunt. 2.

Inſigne. vexillum.

Inſigne. veſtis militaris.

Inſignia navium. *Tutela navium*.

Inſignia. ſymbola familiarum. expreſſa ferè armis vel monumentis bellicis. fontes alii ex quibus eruuntur. quomodo & ubi exhibita. quædam in familias tranſeunt. non item alia. adumbrata apud Heroes belli Thebani. expreſſa anulis ſignatoriis cur in uſu non fuerint apud Romanos. eorum origo. progreſſus. 1. elata a legionibus in vexillis. iis diſtinctæ Palatinæ dignitates. In clypeis & aliis ornamentis figurata. expreſſi figuris ſenſus animi. hieroglyphica. Hebræorum parabolæ. exponuntur quædam ad utrumque Imperium ſpectantia. quid notent colores adhibiti. coronæ, galeæ, faſciæ, & alia addita. origo efferendi animalia, vel eorum cornua & rictus. expreſſa ferè ſcutis & galeis. aptè Italia dicta *Arma*. 2.

Inſignia. pro teſſeris familiarum. eorum antiquitas. *Galea*. 3. originem habent a ſcutis. *Arma*. 1. quid valli notent in ſtemmatis. *Barra*. quid carceres in menſa luſoria calculorum. *Latrunculi*. 7.

Inſpectio armorum. recenſio militaris.

Inſpector. quid.

Inſtructores. qui.

Intactæ. qui. etymon.

Intemperantia. peſtis rei militaris. *Menſa militaris*. 6.

Interficio. etymon.

Interimo. explicatio. origo, & uſurpatio hujus verbi.

Internuncius. qui.

Interordinium. quid in re ruſtica. quid in militari.

Interſigne. quid.

Interſignum. quid.

Intertaliare. quid *Talea*.

Intervallum. quid. etymon.

Intervalla. in acie quid præſtent. *Acies*. 6. 7.

Intrepidare. quid.

Invulnerabiles. quædam credita in vulgus quaſi pignora ſecuritatis. origo a Trojanis. quæ habita a Romanis. qui fructus ex ea perſuaſione. 1. commenta fabuloſa de indemnitate corporum. exempla. 2. geſtatæ imagines Numinum. Herculis, Alexandri M. Caſtitoræ ciner ea. litteræ Epheſiæ, notæ magicæ, effigies ſcarabei. ſucci herbarum. herba Promethæa. lapis alectorius, pellis hyenæ. anuli. recenſentur alia impia quæ a malis Geniis quæruntur. petenda pignora ſecuritatis a cruce clara in vexillis. a ſacris Imaginibus. ab epulo Euchariſtico, cujus ſymbolum Arca fœderis Judæorum. innocentia clypeus optimus. chartulæ imbutæ ſacro oleo. recenſentur alia inventa. arma præſertim excantata magicè. 3.

Io Pæan. exclamatio lætitiæ.

Io triumphe. formula acclamandi.

S. Joannes Chriſoſtomus damnat acclamationes in locis ſacris. *Acclamatio*. 2.

Joannes III. Poloniæ Rex. ejus pietas. *Templum*. 2.

Jobagines quæ militia.

Jovius Paulus. laudatur ob inducta in Latium vocabula recentis inventi. *Colubrina*.

Joviani milites. quæ legio.

Iphicratenſes. militia equeſtris. quæ

Iphicrates. celeritate & cunctatione utendum docet. *Celeritas in bello*. 3. ejus dictum. *Speculatores*. 3. aliud. *Miles*. 1.

Irenarche. qui milites.

Irenarches. conciliator pacis. dignitas reſtituta a Juſtiniano. appellatio Chriſti Domini.

Irenica. preces pro pace.

Iris. nuncia pacis. item diſcordiæ.

Iſelaſticum. etymon. pompa ſolennis ingreſſus. præmium victoribus Gymnicis & militaribus. accedebat annona largior. ſumptus alii. ingrediebantur per ruinas murorum. cauſa hujus inſtitutionis.

Iſidas Spartanus. inermis victor præmio & mulcta afficitur. *Præcentura* pro munitione.

Iſidorus. notatur in *amiculum*. *Amiculus*. 3. in *baltheo*. *Baltheus*. in *baſterna*. ibi. in *framea*. ibi. in *aclaſſis*. ibi. in *cateja*. ibi. in *miſſilius*. *Miſſicii Milites*. in *muſculus*. ibi. in *ſpendona* ibi. in *cuſpis* ibi. In *gubernator*. ibi. in *liburnis*. ibi. in origine tunicæ. *Tunica*. in *celones*. *Celox*. in *ſagma*. ibi. in *aſinus*. ibi. in *barba*. *Capilli tonſura*. 6.

Iſthmia. ſolenne certamen apud Græcos. etymon. locus, origo ludi & inſtitutio. quibus dicata. ludi ratio. quæ corona Victorum. translata ad Sycionios.

Iſthmus Peloponneſi munitus. *Agger*. 7.

Iter militare. *Agmen*.

Iter militare. ſine injuria popularium. cibaria comportata, non imperata provincialibus. *Menſores*.

Itinerarium. libellus vel tabula locorum & manſionum ad uſum bellici itineris.

Jubæ. etymon. crines animalium e collo pendentes. remiſſæ languorem, erectæ vigorem notant.

Jubilum. etymon. quid jubilare diſtet a quiritare. quæ gaudii expreſſio. acclamatio militaris.

Judiciariæ naves. quæ.

Jugum. etymon. quid in cithara. quid in trutina. quid in vinea. genus ſupplicii. exempla.

Jugum. diſpoſitio aciei. deſcribitur. jugo verſus opponitur. quid jugare. quid verſare.

Jugum. quæ pars in machinis.

Juncta. quod genus militiæ. etymon.

Junius Adrianus. notatur in ſcuto rotundo. *Scutum*. 2. in *machæra*. ibi. in *cymbalo*. ibi.

Juno. ejus res militares.

Jupellum. quod genus ſagi. etymon.

Juppiter. ejus geſta fabuloſa.

Juppiter. utitur quadrigis albis. *Currus Triumphalis*. aquila in ejus ſignis. *Aquila*. 3. ejus ſcutum. *Ægis*. quid veri in ejus fulmine fabuloſo. *Augurium*. 2.

Juramentum. etymon. proprium Jovis. 1. exponitur. res ſacra etiam apud hoſtes. non neceſſarium ſi boni mores adeſſent. violatum impudenter. 2. formula jurandi apud tyrones. quid præjurationes. ab integris centuriis ſimul juratum. formulæ. militiæ vinculum. iteratum in caſtris. cauſæ abſolventes a juramento præſtando. 3. aliæ formulæ. juramenta Chriſtianorum ſub Cæſaribus. advocati Dii teſtes. 4. ritus conteſtandi ſceptrum. juratum per proprium, vel alterius caput. Dii jurantes annuebant capite. jusjurandum venereum, & juramenta inania amantium. 5. ritus & formolæ jurandi in fœderibus & deditione. 6. 7.

Juramentum. quid & quotuplex in militia. ejus vis. *Sacramentum*. cur femur tangerent qui jurabant. *Cingulum*. 4.

Jus Spartanum. cur faſtiditum ab Alexandro. *Menſa militaris*. 3.

Jusjurandum. *Juramentum*.

Juſta. thema. certamen ſingulare. quid diſtet à torneamento. certatum armis æqualibus. cum armigeris & fecialibus.

Juſta. cur exequiis id etiam nomen. *Funus*. 5.

Juſti dies. qui.

Juſtitia armorum. neglecta lædit ſocietatem humanam. impiè dicta & prava exempla neglectæ juſtitiæ. documentum ex gemma anulari. 1. Romanorum juſtitia in armis laudata. formulæ de bello juſto & pio. 2. iniquæ bellorum cauſæ populis exitiales. expenditur bellum Trojanum. Thebanum. civile multiplex Romanorum. expeditio Xerxis in Græciam. Cæſar patriæ perniciosus. 3. æquitas cauſæ alacritatem parit. plerunque victoriæ ſociatur. 4. etiam juſtâ cauſâ cogitandum de bello indicendo. humanius eſt parcere quàm ulciſci.

bel-

Digitized by Google

belli pericula & damna. bellum tamen ipſum non damnandum. 5.
Juſtitia. fortitudini ſocianda. utraque virtus accepta promiſcuè. *Fortitudo*. 5.
Juſtitia armorum. *Ziſera*. 2. *Occidio*. 2.
Juſtinianus Imp. antiquat uſum ſcribendi notis compendiariis. *Ziſera*. 3.
Juſtitium. ceſſatio juris dicundi. quid differat a Juſtidio. cauſæ indicendi. mœſta urbis facies indicto. remiſſum remoto periculo.
Juvenalis. explicatur in voce *bucculæ*. ibi. in ſeptem ferculis. *Ferculum*. 3. in *rapella*. ibi. in *incerare*. *Genua tangere*.
Juvenes. appellatio Heroum. *Heros*. 2. tractandis armis idonei. quibus vitiis obnoxii. quibus dotibus pollcant. utrum ſummi duces creandi. *Ætas Imperatoris*. *Ætas militaris*. factis, quam conſiliis meliores. *Juvenum facta*, *Senum conſilia*. in conſiliis etiam adhibendi. *Conſilium*. 11. *Divinatio*. 5.
ventus, ſumitur pro militibus.

K

Kirchmannus. notatur. *Strava*.
Knapones. Servi militares. thema.
Krage. quod genus ſcalæ.

L

Labarum. exponitur. thema. aliud Paganum, aliud Chriſtianum nummi veteres cum labaro. acceptum à Romanis ex gentibus domitis. à Conſtantino Magno ornatum deſcripta Cruce. cuſtodes eidem additi. 1. Crux addita ſummam dignitatem vexillo adjecit. comparata cum imaginibus Cæſarum. 2.
Labdarei. machinulæ in genere muricum. thema.
Labor, otis. quod vexillum.
Labor militaris. exercitationes apud Romanos. merebantur annonam. addicti operi faciundo. Dii laborum præſides a Romanis culti. alia opera graviſſimi laboris. minus indeſentiebant belli onera. deſidia magis timenda quam hoſtis.
Labor militaris. *Munifices*. *Urbana militia*.
Labrum. acceptio varia. quid labrum foſſæ in re munitoria.
Lacerna. thema. quod genus veſtis. primùm militaris. poſtea urbana. quando tranſierit ad urbanos uſus.
Laceſſo. etymon. provocare cum indignatione. etiam in bonam partem ſumitur.
Lactantius Grammaticus. notatur. *Strava*.
Lacus. Lacunar &c. Vide *Laqueus*.
Læna. quod genus veſtis. etymon.
Lambinus Dionyſius. notatur in poculo ananeæo. *Panici terrores*. 2.
Lamina. quæ pars in enſe & ſimilibus.
Lampridius. notatur. *Carruca*.
Lana. ſymbolum pacis. *Supplices*. 1.
Lancea. etymon. manu retenta. emiſſa. geſtata ab Hercule. peculiaris ſtipatorum & prætorianorum. lancea armati genus militiæ equeſtris. adhibita in privatis conflictibus, excantatæ magicis notis ad ictus certos. quando deficere cœperit ejus uſus.
Lancea. etymon. amentata quæ fuerit. *Amentum*.
Lancea. miles armatus lancea.
Lanciata. quæ navis.
Landinus Chriſtophorus. notatur in *oriaſiamma*. *Auriflamma*. in *poltro*. *Murci*.
Landridderes. quæ militia.
Laniſtæ. artem feriendi docent tyrones. *Exercitium*. 3.
Laqueus. etymon. quæ veſtes lacunatæ. certa ſpatia in hortis. quid in laqueatibus domorum. explicatur Virgilii locus. quid ablaqueare in agricultura. rete, quo pugnabat retiarius. laqueo ſive rete armati populi. uſus.
Lares Dii. cur caninis pellibus induti. *Canes*.
Largitiones ſacræ. quid ſint. *Ærarium*. 6.
Larix. remedium adverſus ignem. *Machina*. 4.
Laſcares Conſtantinus. notatur in *groſphomachi*. *Velites*. 3.
Laſcares Joannes. notatur *in clypeo*. *Scutum*. 5.
Laterani milites. qui.
Laterculus. libellus ad ſubſidium memoriæ. militum gradus & ſimilia notabat. alius major, alius minor dictus. quando cœperit ejus uſus. ſignum præfecturæ Imperii. etymon. laterculus potius, quàm laterculum dicendum. uſus apud Scriptores ſacros. certa forma aciei.
Lateres. horum uſus ad ſcribendum apud Veteres. *Laterculus*.
Lateritium opus. præſtat incerto & lapideo in munitionibus.
Laterna. uſi ea milites in itinere nocturno. cujuſmodi fuerit. etymon.
Latinæ feriæ. *Profectio Imperatoris*.
Lattones. qui milites. cur poſtea in deterius accepti. etymon.
Latrocinium. militia.
Latrunculi. ludus origine & exercitatione militaris. etymon. appellationes calculorum. de Palamede inventore. viri illuſtres luſores. 1. refellitur opinio de Palamede inventore. calculis non uno luditur ludo. inventores alii rejecti. 2. rejecta opinio Marci Aurelii Severini negantis eum ludum eſſe imaginem belli. an locum in eo ludo habeat fortuna. 3. refelluntur Polydorus Virgilius, & Nicolaus Leonicus ſuper ludi origine. 4. latrunculi adumbratio ferii Martis. 5. utrum ingenio valentes poſſint in eo ludo minus proficere, & ejus peritiam obtinere ingenio craſſiores. 6. deſcriptio ludi per partes ſingulas. quid ſit calculus incitus. Turcæ eo ludo excellunt. 7.
Laudatio funebris. habita ferè in obitu virorum illuſtrium. à Græcis exhibita ſolis ducibus, a Romanis etiam aliis. quid differat à cæteris laudationibus. ex ea materia Hiſtoricis tradita. antiquitùs ſincera. poſtea adulatione corrupta, quibus de cauſis. laudatæ etiam fœminæ in funere.
Laurea. *Laurus*.
Laureatæ haſtæ. *Nuncii Militares*.
Laureatæ litteræ. *Nuncii Militares*.
Laureati faſces. *Lictores*.
Laurus. etymon. corona duplex triumphantium. origo. manu geſtata in triumphis e lauro viridi ex auro laurum figurante. 1 geſtata extra triumphum. litteræ laureatæ, lanceæ, faſces, naves laureatæ. arbor paciſera. ſymbolum ſupplicantium. Poetæ & ſervi laureati dicata Phœbo & Herculi. Julio Cæſari conceſſa. eidem grata. 2.
Laurus. cur peculiaris triumphantium uſurpata in publica lætitia. quæ laurus Liviæ Druſillæ. *Triumphalis corona*.
Laus. deſcribitur. etymon. quid differt ab encomio & panegyrico. præmium militare. ritu ſolenni laudati milites ab Imperatore. nihil auditu jucundius a viris ingenuis. laudati Imperatores a militibus acclamatione & hymnis. 1. uſurpatio propriæ laudis immodica damnatur. cauſæ plures honeſtè ſe ipſum laudandi. exempla. decenter id factum a viris militaribus, præſertim a ſenioribus. vim habet excitandi animos militum. pulcherrima quæ ab Imperatore cum militibus communicatur. viri præſtantes parcè de ſe loquuntur. 2. laudis pericula ab adulatione. 3. laus ſumpta pro virtute. 4.
Laus. de ſe magnificè loqui quandoque honeſtum. *Timor*. 3.
Lautia. quid. *Legati*. 4.
Lazari. quorum militum appellatio fuerit in Hungaria. *Pœnæ Militares*. 6.
Lectica. geſtamen morbo affectorum. Imperatorum præcipuè. antiquitus ea mortui elati. etymon. quando ejus apud vivos initium. vectabulum fœminarum. exprobrata Cæſaribus ob mollitiem. deſcribitur. quid tecta. quid adaperta. delata a ſervis. non manibus ſed collo. lecticarii ferè Aſiatici. numerus deferentium. an geſtata antiquitùs a mulabus. an differat à baſterna.
Lectica. ea circumvecti Duces ad milites animandos. *Præſentia Imperatoris*.
Lecticarii. genus militiæ.
Legati. Conſulares & Prætorii. obtinebant poteſtatem vicariam abſente Imperatore. *abdicabant imperium* poſt hujus reditum. laus conſilii in iis præcipua. habebant Ducum inſignia. non auſpicia. non jus triumphandi. eorum numerus. penes quem electio. interdum adverſi ducibus, & cauſæ diſcordiarum. 1. alia notione agentes negotia Principum penes alios Principes. quandoque fixas ſedes habent. miſſi interdum ad negotia ſingularia. cur dicti Oratores. 2. dotes & prærogativæ. ſanctè & religiosè habiti. 3. auditi in templis. quid ædes liberæ illis aſſignatæ. quid lautia. qui locus in theatro. 4. miſſi cum muneribus. 5 fides & integritas legatorum. 6. formulæ petendi Senatum. excepti extra Urbem. 7. animadverſum quandoque in legatos. 8. quid legatio libera. 9.
Legati Principum. *Ambactus*.
Legati. non habent auſpicia propria & non triumphant. *Dux*. 2. *Auſpicium*.
Legati Conſulares. *Conſulares*.
Legati Prætorii. *Conſulares*.
Leges. earum utilitas. *Pax*. 1.
Legio. etymon. quid differt ab Auxiliis. peculiaris Romanorum. numerus

merus militum variatus. diviſio. incrementa. 1. nomina legionum expenditur magis Alauda. 2. diſcrimen inter legionem tempore Reipublicæ & ævo Cæſarum. 3.
Legio. harum numerus magnopere auctus. *Numerus Militum*. 3.
Legiones. appellatæ ferè titulo numerali. *Decumani*.
Legiſlatores. ad Deos referunt ſua inventa. *Conſilium*. 13. *Pax*. 2.
Lembus. quod genus navis.
Lembarii milites. qui.
Leno. nuncius. antiquitus in bonam partem. poſtea in deteriorem vox ſumpta.
Leo Nolanus. quam cauſam adducat nocturni cantus in gallo. *Gallus*.
Leones, jugati in curru triumphali. *Currus Triumphalis*.
Leonicus Nicolaus. refellitur in inventore latrunculorum. *Latrunculi*. 4.
Leonidas. ejus præclare dictum. *Numerus militum*. 1. *Calamus*.
Leontini. voluptatibus victi. *Menſa Militaris*. 6.
Leſeyna, ſeu Laſena Petrus. notatus. *Taratantara*.
Leſæ. quæ machina.
Levis armatura. *Velites*.
Libella. inſtrumentum menſorium. deſcribitur.
Liberalitas. quid diſtet a magnificentia & munificentia. exercita a Duce in milites. a Regibus in Duces. optima ejus ſocia affabilitas. divitiarum contemptus. expenditur liberalitas Alexandri Magni. Cyri. Xerxis.
Liberata. quod genus veſtis. origo multicoloris indumenti.
Liberti & Libertini. etymon. ſervi, in neceſſitate milites.
Librarii. qui.
Libratores. aquam librant ad libellam. utuntur librilibus ſeu fuſtibalis. regunt fiſtulas igniarias.
Libramentum. quid in machinis.
Librilia. quod genus machinæ.
Librilla. quod genus jaculi.
Liburnæ. quæ naves. velocitas. ornatus actæ velis remiſque. liburnæ rotatæ. liburnæ minores ſpeculatoriæ. origo vocis. navium nomenclaturæ variæ.
Libyci. depingunt corpora figuris ferarum. *Picturæ inuſtæ corporibus*.
Licentia militum commeatuum. *Agmen*. 5.
Liciæ. quæ repagula. etymon.
Licinius mathematicus. ejus facetè dictum. *Diſcus*.
Lictores. etymon. eorum miniſterium. inſignia. quos magiſtratus ſequerentur. quo numero. dicti laureati. quid differant ab accenſis & viatoribus.
Lictor primus. qui.
Lictor proximus. qui.
Lignum. etymon. pro navi.
Lignum, ligno terebratum ignem elicit. *Pyrites*.
Ligoor. quid.
Ligoatores. qui.
Liguſtinus Spurius. ejus promotio. *Centurio*. 3.
Lilium. machinula munitoria in genere tribuli. etymon.
Limenarcha. portus Præfectus, non curator vel cuſtos liminum.
Limitanei milites. cuſtodes limitum. gravis momenti militia. reliquis habita honoratiùs. honores præſtiti Ducibus limitaneis.
Limitanei milites. genus duplex apud Romanos. *Prætentaræ* pro genere militiæ.
Limitrophi fundi. *Limitanei Milites*.
Lingua vexilli. quid.
Linguæ abſciſſio. *Pœnæ Militares*. 2.
Lingula. gladiolus. quid in mechanicis. lingulam dicendum an ligula. etymon.
Linteata legio. origo nominis.
Lintres. pro pontibus. *Pons*. *Monoxyles*.
Lipſius Juſtus. notatur in loco Propertii. *Lectica*. in *cingula*. ibi. in *ditia*. ibi. in *barpe*. ibi. in *caparo*. ibi. in loco Flori. *Pilum*. in alis equitum. *Ala*.
Lis etymon. pro bello.
Literæ. bonarum artium nexus. bellatores illuſtres literarum ſtudioſi. Duces inventores literarum. 1. conſilia Martem regunt. Spartani notati quod literas non coluerint. laudati contra Athenienſes. ſapientes bella decernunt. impium Porſenæ dictum. bellorum adjutrix doctrina. 2. literæ armis adverſæ. literati parum felices in armis. doctrina timidos, crudeles, molles animos efficit. 3. qui modus a Duce adhibendus in cognitione ſcentiarum. 4. 5. Turcæ literarum oſores, milites optimi. 5.
Literati milites. qui. *Ordines ſacri militiæ equeſtris*. 2.
Litteræ. inciſæ pilis plumbeis, & funda jactæ ad nunciandum. *Funda*. 3. ſolerter miſſæ. *Columbæ internunciæ*, *Funda*, *Tragala*, *Ziſera*, *Hirundo*, *Canis*. quomodo navarchia configant ob ſilentii cuſtodiam. *Arcanorum cuſtodia*. 6. furtivæ. *Ziſera*. cur triſtes haberent inſignia pinnarum. incluſæ globulis cupreis, & extractæ de viſceribus nunciorum. *Nuncii*. 5. laureatæ læta nunciabant. ibid. miſſæ vulgaris non furtivis notis perdiderunt Antoninum Cæſarem. *Ziſera*. 5.
Litteræ aſſertitiæ publicæ fidei. uſus.
Litteræ Epheſiæ. an geſtatæ reddant corpora a vulneribus tuta. *Invulnerabiles*. 2.
Lithobatos. quod genus machinæ.
Litiem. qui.
Lituus. etymon. baculus auguralis. inſtrumentum muſicum. quid differat a tuba & cornu.
Livia Druſilla. in ejus gremium ab aquila demiſſa laurus. *Triumphalis corona*. *Laurus*. 5.
Livius Titus. notatur ignoratione claſſis pro exercito terreſtri. *Claſſis*. 1. nimius in re augurali & prodigiis. *Prodigium*. 5. explicatur in tormentis miſſilibus. *Miſſilia*. in corona pro ſcopo. *Scutale*. in catellis. *Catella*. defenditur in cognomento Africani. *Cognomenta Ducum*.
Liuſingus. qui gladius. *Durenda*. 2.
Lixæ. qui ſervi. etymon.
Locrenſes. quo inſtituto caverunt ne leges novæ ferrentur. *Pax*. 5.
Logariaſtes. Rationarius. quæ dignitas in Aula Bizantina.
Longobardi. etymon. *Alabarda*.
Longurius. quid.
Loratii ſervi. *Brutiani*.
Lorica. etymon. coriaceæ. ſquamatim confertæ anulis ferreis. linteæ. Alexandrinæ. plumatæ ex cornu. inventores. loricæ Hetruum. duplices. 1. ex lamina ferrea perpetua. in medio exuberantes. comparantur loricæ veteris & noſtratis militiæ. noſtrates ſclopis minoribus impenetrabiles, nec tamen tormentis. Cardanus refellitur. 2. diverſitas ex materia & figura. nexæ ungulis equinis. quæ ſegmentatæ. iterum de lineis & coriaceis. quæ ſubcoacta. aceto madefactæ ferri duritiem imitantur. ex ſpongia. 3.
Loricæ. ex molliori materia conflatæ. *Spongia*. plumatæ quæ. *Plumatæ Veſtes*. hamatæ. *Hamus*.
Lorica. pro milite loricato.
Lorica. pro pectoris tegumento. *Macula*.
Lorica in re munitoria. aggeres non unius generis. murus interiacens duo propugnacula. murulus ſupra torum. quid lorica in re ædificatoria urbana.
Lorica. pars arcis. *Arx*. 4.
Loricula. quid.
Lovi. quis gladius. *Durenda*. 2.
Lua, quæ Dea.
Lucanicæ militares. farcimina militaria.
Lucanus. explicatur in loco Scævæ. *Centurio*. 3. in apluſtre jacto. *Acroſtolia*. in loco libri. 7. *Timor*. 2. notatur in cincto Gabino. *Cinctus Gabinus*.
Luceres. una ex centuriis inſtituta a Romulo.
Lucetia. quæ feſta.
Lucifer. cur ſidus deſultor. *Equus*. 3.
Lucretius. religionis irriſor. *Conſilium*. 13.
Lucta. vox ſuſpectæ Latinitatis. etymon. deſcribitur. Hercules eo genere pugnæ inſignis. certantes oleo unguentoque imbuti. pulvere conſperſi. inventores. antiquitas certaminis. quomodo exerceretur certatum ſemper a binis. leges certaminis. ars potiſſima in comprehenſione pedum. certamini Galenus iniquior.
Lucullææ laneæ. quæ.
Lucullus. quantum in armis profecerit ſtudio litterarum. *Experientia*. 2. hoſtes ſuperat beneficio Arithmeticæ. *Literæ*. 4. induit galeam ferream. *Arma*. 9. utre enatat. *Aſcogefrus*.
Ludi Circenſes. *Circenſes Ludi*.
Ludi funebres. exponuntur. de captivis immolatis ad tumulos. ritus abolitus & translatus in amphitheatrum. quibus primùm celebrati apud Romanos. cur munera appellati. inventores. adhibiti etiam ludi Gymnici.
Ludi Gymnici. *Gymnica certamina*.
Ludi magni. *Vota*. 5.
Ludi triumphales. vovebantur a Ducibus in conflictu. etiam ſine voto exhibiti. exponuntur.
Ludi votivi. *Vota*.
S. Ludovicus Gallorum Rex. ſacra ejus expeditio & obitus illuſtris. *Bellum Sacrum*. 5.
Luma. quod genus ſagi.
Lumbare. lumborum rectorium.
Luna. Turcarum vexillum. gens Turcica lunæ ſtudioſa.
Luna. ejus defectio ignorata copias perdit. *Aſtronomia*. 2. 3.
Lunatæ munitiones. quæ. *Refectiones*.
Lunchos. haſta.
Lunulæ. munitio. *Caſſis*.
Lunulæ & lunæ. ornamenta militaria.
Ve-

Digitized by Google

Venatio.
Lonatum, vel ſemilunare propugnaculum. *Caſſis*.
Lupatum. frenum equorum. etymon.
Lupua. quæ machina. etymon.
Lupea. inſtrumentum oppugnatorium. quid diſtet ab harpagonibus, & manu ferrea. *Herpago*. 1.
Lupus. ſignum militare. ejus origo.
Lupus. dentea luporum avulſi equis ornatum præſtant, & vim occultam ad curſum. *Venatio*. 3.
Lupus. Marti ſacer. *Mars*.
Lupiferi. qui vexillarii.
Luſoriæ. naves ad tutandos limites. thema.
Luſtro. as. thema; verbum peculiare ſacrificiorum. recenſere copias cur dicatur luſtrare. 2. luſtratio exercitus pedeſtris & claſſis. quomodo ageretur. copiæ luſtratæ extra caſtra. habita ratio augurorum. 2. aquæ aſperſio in luſtratione. cur viva adhiberetur. 3. rogi & cadavera quomodo luſtrarentur. 4.
Luxuria. regnorum perniciem parit. *Paris*.
Luxuria. *Luxus*. *Fœminæ in bello*.
Luxus. damnatus in caſtris. opulentia veſtitus provocat hoſtium avaritiam. admiſſa interdum. rejecta ſæpius. 1. frugalitas & paupertas antiqua Romanorum. mutati in diverſum mores. 2. luxus caſtrorum peſtis. ejusdem oſtenta quædam recenſentur. 3. crapulæ, Venus militiam contaminant. 4.
Luxus. evertit diſciplinam. *Severitas diſciplinæ militaris*. 2. *Bellum externum*. *Populatio*. 3. *Menſa militaris*. 6. nocet corporum incolumitati. *Medici*. 3.
Luxus veſtitus militaris. *Venatio*. 3. *Veſtitus militaris*. 2.
Lycurgus. cæſtus permiſit primùm, poſtea ſuſtulit *Cæſtus*. duriori exercitatione proficit ad ſuorum victorias. *Exercitium*. 5 pexo comptoque crine pugnare Spartanos inſtituit. *Capilli tonſura*. 3 furtum permiſit. *Ægyptii Errones*. *Furtum*. 2. *Malandrini*. 5. muſicam probat. *Muſica*. 3.
Lydii. molles. *Menſa Militaris*. 6.
Lyra. Apollinis inventum quid veri notet fabula de Marſya tibicine ab Apolline ſuperato. *Tibia*. 2.
Lyſander. Spartæ ærarium conſtituit. *Ærarium*. 3 ejus dictum. *Dolus*. aliud. *Juſtitia Armorum*. 5.

M

MAcedones. vincunt Illyrios præſentia regis infantis. *Exemplum*. 3. vincuntur ignorantia aſtronomiæ. *Aſtronomia*. 1. quomodo punierint milites, qui nullum hoſtem occiderint. *Occidio*. 1.
Machæra. etymon. quod genus gladii.
Machærium. quod genus cultri.
Machaon. medicus illuſtris & miles. *Medici*. 1.
Machina. thema. opus ingenii. juvatur ex architectura & mechanica. 1. de earum origine. nomina ferè, ab animalibus. 2. peritia in iis ingeniis. momentum ingens in re bellica. ſolo earum paratu quandoque victum. comparandæ ante bellum indictum. 3. cuſtodiendæ ab igne. remedia. 4. ſumitur pro dolo bellico, vel ſtrategemate. 5.
Machina. quid diſtet ab organo. *Scorpio*. cur animalium nomina ſint ferè ſortitæ. *Artillator*.
Machinarii præſtantes. *Machina*. 1. 2.
S. Maclovii oppidum. a canibus cuſtoditur. *Canes*.
Macri fratres. notantur in *fabulæ Romanenſes*. *Romani libri*. 1. in *admentum*. ibi. in *barbatis* pro barbutis. *Barbuta*. in *bardariotæ*. ibi. in *arbaliſta*. *Ceſtroſphendona*. in *limina Apoſtolorum*. *Limenarcha*.
Macte & Macti. etymon. ſermo gratulantis, approbantis, hortantis.
Macto, as. etymon.
Macula. retis plagula. uſus in lorica.
Madium. quæ naves. *Rada*.
Magicæ incantationes. *Invulnerabiles*. 3. *Panici terrores*. 1.
Magiſter. etymon. acceptio varia.
Magiſtri armorum. qui.
Magiſter equitum. eligebantur viri conſulares. magna eorum authoritas. eligebantur a Dictatore. eidem ſuberant.
Magiſtri navium. imperabant nautis & claſſiariis. quæ dignitas in aula Principum Orientalium.
Magiſter officiorum. dignitas apud Orientales Principes. præerant ſcholis militaribus, & admiſſionibus ad Principem.
Magiſter peditum.
Magiſter ſcriniorum. *Scrinium*.
Magiſter Tyronum. *Campidoctor*.
Magnates armorum. qui.
Magnetes. hoſtes ſuperant canum auxilio. *Canes*.
Maffejus Petrus. defenditur. *Amiculus*. 1.
Maharbales. ejus dictum de Annibale. *Victoria*. 6. monitum ad eundem. *Conſilium*. 7.
Mahemetes. lunæ ſtudioſus. *Luna*.
Malandrini. etymon. factio militaris. graſſatoria. inter eos relati viri ſummæ virtutis & proſapiæ. 1. inductum ida Poetis præſertim Italicis. an eo exemplo peccaverint contra leges Epopejæ. Poetæ Heroici laudantur imitatione deteriorum. quemadmodum ea imitatio ſit uſurpanda. 1. 3. 4.
Maledicta. quæ turris.
Malateſta Oliverius. laudatur. *Tubæ Igneæ*.
Mallei fabriles. muſicam monſtraverunt. *Muſica*. 1.
Malleoli. quod genus jaculi.
Malleus. recenſetur inter arma. etymon.
Maltha. quod genus terræ.
Malveiſine. quæ machina.
Mamillata. *Plumbata*.
Mamurius. quid in tripudiis Saliorum. *Salii*.
Mancipia. quid diſtent a ſervis. opponuntur manumiſſis.
Manciva. quæ navis.
Mandarini Sinenſis cingulum. *Cingulum*.
Mangæ, Mangonalia. quæ machinæ. *Angon*.
Mangana. armorum repoſitorium.
Manganarii. machinarii. *Mechanica*.
Manganelli. quæ machina.
Mangon. *Angon*. *Mangonelli*.
Mangonelli. quæ machina.
Manica. manus munimentum.
Manicæ. earum uſus. *Chirotheca*. 1. 2.
Manicula. manus ferrea.
Manipulus. quid propriè. ſignum militare. manipuli ſigniferi. numerus militum ſub eodem ſigno. qui numerus. origo vocis. 1. an ſit tegumentum manus. 2.
Manipulares. ſigniferi. milites ſub eodem ſigno.
Manons. quod equorum genus.
Manſio. locus ad quietem ſumendam. nobilium comitatus militaris. prima, ſecunda manſio, quid.
Manſio bona. quæ. *Curſus Publicus*. 3.
Manſiones. aquationes cur olim dictæ. *Aquatio*. notant itinera exercitus. *Agmen*. 4.
Manſionarius. qui locum manſionibus capit. *Manſio*.
Mantelum. veſtis militaris. machina tectoria. etymon. quid mantelum mendacii apud Plautum.
Mantica. genus ſacculi. quid notet per allegoriam Mantica in tergo.
Mantile. *Chlamys Dardanica manualis*. *Chlamydium*.
Manu ad ferrum. quæ nota cognominis.
Manuballiſta. balliſta manualis.
Manuballiſtæ. *Balliſtarii*.
Manubiæ. thema. quid diſtent a præda. exponuntur.
Manubiarius. quid amicus manubiarius apud Plautum.
Manubrium. capulus gladii, cultri &c.
Manus. occultatæ intra manicas ſupplicum ritus. *Supplices*. 5. primum homini armorum genus. *Arma*. 2.
Manus dare. fateri ſe victum. idem notatur herba tradita. exſerto pollice, & gladio porrecto per cuſpidem.
Manuum amputatio. *Pœnæ militares*. 1.
Manus ferrea. inventor. quid diſter ab harpagonibus.
Manus ferrea. quæ machina. *Harpago*. 1.
Mappa. à Prætore jacta ſignum emiſſionis in Circenſibus. *Circenſes*. 6. quid ſit propriè. *Chlamys dardanica Mantuelis*. *Chlamydium*.
Marcellus. rebus ſacris & ædificiis publicis parcit in victoria. *Populatio*. 3. dictus Romani Imperii gladius. *Conſilium*. 14. cur diſceſſerit ab oppugnatione Syracuſarum. *Machina*. 1. 3.
Marchiones. cuſtodes limitum. dignitas cum titulo feudali. etymon.
Maro. multa docet ad vitam honeſtè tranſigendam. *Navigatio*. 5.
Mare rubrum. quare ſic appellatum. *Navigatio*. 3.
Mareſcalli. equiſones, vel Præfecti equorum ſtabuli. illuſtris poſtea dignitas militaris. etymon.
Mareſcalli hoſpitiorum. exactores annonæ. *Fodrum*.
Marianna Joannes. notatur. *Bombarda*. 4.
Marius. abdicat ſigna militaria, excepta aquila. *Aquila*. 7. dolabra merere in caſtris *Dolabra*. cur aggreſſores aſpectu terrere potuerit. *Pulchritudo*. 1. mulos Marianos inducit. *Muli*.

Marinus de Marinis . inventor bombardæ ſutilis . *Bombarda* . 9.

Mars . anceps genus . ferox ingenio . currus . domus in Thracia . templa erecta . animalia eidem ſacra .

Mars communis . quid notet . belli eventus incerti .

Mars . pro bello .

Mars . ejus templum Athenis , & conditi cauſa . *Areopagus* .

Marſyas . tibiæ inventor . *Tibia* . 1. quid veri lateat in Apolline eum ſuperante . *Tibia* . 4.

Martellus Carolus . *Malleus*.

Martinius . notatur . in *cateja* . ibi . in *fervus* . ibi . 1.

Martis gladius . cur talis creditus Attilæ gladius .

Martius Menſis . Anni primus . ſic appellatus à Romulo .

Martiales ludi . qui .

Martiobarbuli . quod genus armorum . item armatorum .

SS. MM. Acta canticis celebrata . *Balliſtea* .

Maſnada . caterva militaris rapinas exercens . antiquitùs juventus probè inſtituta . etymon . alia notione ſervi . aliud etymon .

Maſſada . arx admirabilis . *Arx* . 7. *Munio* . 4.

Maſtruca . quod veſtis genus .

Matafunda . quæ machina .

Matera . quod jaculum .

Mathematica . ejus dignitas . procedit per principia certa . ejus partes & facultates . ſummi momenti in re militari .

Matricula . index militum . etymon .

Mattiarii . quod genus militum .

Mattiarii . nomen legionis Palatinæ .

Maximianus . laudatur à celeritate . *Celeritas in bello* . 5.

Maxuca . genus clavæ .

Maza . cibus caſtrenſis . etymon .

Mazzonius Jacobus . notatur in verſu Petrarcæ . *Arcus* . in imitatione deteriorum apud Heroes . *Malandrini* . 4.

Mechanica . Mathematicæ pediſſequa . facultates ei ſubſervientes . magni momenti in re machinaria .

Medi . funda caput ornant . *Funda* . 2.

Medici . exercitum ſecuti . iidem milites . vulnerarii omnium antiquiſſimi . floruerunt maxime tempore Heroum . minus honorati poſt Pharmaceuticam à vitiis inductam . de Clinice & Empirice . explicatur Virgilii locus de medicis ingloriis . 2. artis medicæ peritia illuſtres fœminæ . Helenæ vinum medicatum . 2. medici apud Ægyptios diſtributi per claſſes morborum . minimo ſtudio prævio artem medendi aggredi perniciosum . crapula & venus ſuperant medicinæ conatus . 3.

Medius . conciliator pacis .

Medius Fidius . *Hercle* .

Meduſa . quid veri in ejus fabula . *Ægis*.

Megadomeſticus . palatio & militiæ præerat in Aula Byzantina .

Megaducas . maris præfectus . etymon .

Menaulum . genus jaculi .

Menagius Ægidius . notatur in correctione verſus Hadriani apud Spartianum . *Ambulare* . nimis rigidus exactor gradationis analogicæ in originationibus vocabulorum . *Pharetra* . *Murci* . notatur in voce *ſcimitarra* . *Acinaces* . in *verduga* . *Verutum* . in *ditto* . ibi . in *regatta* *Aurigatio* . 2. in *zara* . *Zarabotana* . in *ſtravizzo* . *Stravo* . in *carcame* . *Olla* . in *artiglieria* . *Artillator* . in *Birbo* , *Birbante* , & *Birbone* . *Brabanciones* .

Menenius Agrippa . eloquentia ſeditiones tollit . *Allocutio Militaris* . 5.

Menetum . genus tubæ .

Meniana . quid in Architectura urbana . *Spatium* .

Mens . non una acceptio . exponitur . *Latrunculi* . 6.

Menſa . quæ pars in machinis .

Menſa militaris . admodum frugalis in militia Veterum . utrum non aſſæ ſolum ; ſed etiam elixæ carnes in uſu fuerint apud Heroes . 1. 2. qui cibi eſſent in uſu . non ſumpti ad ſatietatem , ſed ad menſuram diſpenſatorum . jus Spartanum . 3. frugalitas Ducis parit militum parſimoniam 4. iterum de frugalitate militum , & Imperatorum . cincti milites & chlamydati cibum ſumebant . etiam ſtantes . aquam potabant . pane utebantur manu propria molito . 5. frugalitas gignit ſalubritatem corporum . gulæ miniſtri rem martiam perdunt . 6.

Menſa militaris . qui ab ea excluſi . *Arma* . 1.

Menſa rotunda . ejus origo . ſumpta pro equeſtri decurſione . pro ipſo cœtu militiæ equeſtris . deſcribitur . proſcripta a legibus .

Menſores . capiebant locum caſtris . curabant pontes & neceſſaria ad iter militare . cautum ne in tranſitu injuriæ cuiquam fierent . ne cibaria deeſſent . inviſi popularibus .

Mentum apprehendere . mos ſupplicum . *Genua tangere* . 2.

Mercenarii milites .

Mercurialis Hieronymus . notatur in *pugile* . *Pugil* . 4.

Mercurius . de eo commenta fabuloſa .

Meſanculæ . genus jaculi .

Meſazon . conciliator pacis .

Meta . quid in Circenſibus . *Circenſes ludi* . 7. & ſeqq.

Merella . inſtrumentum ad repugnandum .

Merot . etymon .

Metatores . qui caſtris locum capiunt .

Metatores caſtrorum . quomodo aeris naturam cognoſcerent . *Extiſpicium* . 2.

Metellus . aſſertor diſciplinæ militaris . *Severitas diſciplinæ militaris* . 5. laudatus a peritia militari . *Dux* . 5. ejus dictum . *Labor Militaris* .

Metellus Cæcilius . dictum ejus memorabile . *Arcanorum cuſtodia* . 1.

Metelli . mira eorum felicitas . *Felicitas* . 2.

Metus . quid differat a timore . metuere eſt etiam cavere , repugnare , & nolle . *Timor* . 4 cuſtodit religionem & vitæ ſocietatem . *Ferrum* . 2.

Micare digitis . *Dimico* .

S. Michael Archangelus . cur Arci Æliæ apellationem dederit . ejus ibidem fanum & ſtatua . *Adriani moles* . Archiſtrategus appellatus . *Archiſtrategus* .

Micella . quod genus teli .

Miecislaus Poloniæ Rex . ejus pium inſtitutum . *Gladius* . 9.

Midas . inventor tibiæ . *Tibia* . 1.

Midias Meſſenus . inventor loricæ coriaceæ . *Lorica* . 1.

Miles . viris magis quàm armis conſtat militia . etymon . genera . 1. ætas . ſervi apud Romanos excluſi . veſtitus . inſignia . 2.

Milites . cur dicti ſacrati & conſecrati . *Religio* . 7. interdum ſoli equites ſic appellari . *Stabiliſſes* . *Vaſſalli* . 1. ſic dicti interdum miniſtri & ſervi militares . militare etiam pro *ſervire* . militia pro famulatu civico uſurpata . *Officiales* . *Optio* . *Ordines ſacri militiæ equeſtris* . 1. *Pedites* . ſuperſtites notati litera . T . extincti litera Θ Græcorum , degentes in pueritia litera Λ . *A . litera* qui accincti & diſcincti . *Accingo* . acclamabant Imperatori . quibus formulis . quo habitu ſcommata jaciebant inter acclamandum . *Acclamatio* . aceto centones madeſaciunt . Alpes frangunt . *Acetum* . acies dictus eorum numerus . inſtructi in progreſſu & pugna . quotuplici diſpoſitione . diviſi in cornua . quomodo collocati in acie Romana . item in acie aliarum nationum . notanda ſigna fiduciæ vel timoris in eorum vultibus . in unum cogendi cognatione vel amicitia juncti . dividendi malè inter ſe animati . quomodo diſpoſiti in acie navali . *Acies* . cur prior eorum pars in exercitu dicta acus . *Acus* . animantur reputatione pecuniæ publicæ . *Ærarium* . 4 cur dicti Muli Mariani . *Ærumnæ* . *Muli Mariani* . eorum arma olim ænea , non ferrea . *Arma* , quæ ætas capeſſendæ & abſolvendæ militiæ . militatum antè annum præſcriptum , & exacto tempore ſtipendiorum . cauſæ . *Ætas militaris* . ordinatim incedentes dicti agmen . commeantium figuræ variæ . ordinem ſervant . moleſti in tranſitu popularibus . comparati culicibus . ratio & diſciplina commeandi . *Agmen* . adſciti in militiam incuſſa alapa . percuſſione gladii . *Alapa militaris* . cur alliorum vim convectent . uſi fumo hauſto frondis Braſilianæ . *Allia in retibus* . explicatis ſignis & ſtantes Imperatorem audiunt . plaudunt clamore , & concuſſione armorum . *Allocutio militaris* . 2. exercentur ambulatione . *Ambulatio* . amici aſſociati acrius pugnant . *Amicitia* . *Cohors ſacra Thebanorum* . de eorum annona . *Annona* . *Buccellatum* pecunia largius exhibita animantur . eam aſſervant ad ſigna militaria . *Arca Militaris* . quomodo arcum tractarent . *Arcus* . arma quaſſantes quid indicarent . arma in templis deſigunt . etiam in ſepulchris . eadem coniiciunt in pyras . item quæ habebant chariſſima . armandi juxtà modulum corporis . tractanda arma ex more nationum . vetitum arma auro ornare . *Arma* . cur olim dicti aſſidui . *Aſſidui* . Ducis præſtantiam plurimi faciunt . *Authoritas in Duce* . alliciuntur benignitate Imperatoris . *Benignitas* . buccellatum deferunt . *Buccellatum* . iterum de Imperatore audito à ſtantibus . *Cæſpititium Tribunal* . dicti caligati . *Caligati* . 2. intonſi apud Romanos . capillati apud Græcos . capilli anteriores cur abraſi . barbati alicubi . alicubi imberbes . radere barbam juſſi .

Digitized by Google

tam deponunt in mœſtitia publica : *Capilli tonſura*. capti ab hoſtibus ob ſocordiam. ob temeritatem. conditiones injunctæ captis. *Captivus*. quomodo diſpoſiti in caſtrametatione. munditiam in caſtris curant. *Caſtrametor*. eorum in prælio clamores. item ſilentium. *Clamor militaris*. deducunt novos accolas ad Colonias. *Colonia*. uxorati non admiſſi à legibus. recepti. fortiuſne militent nupti, an innupti. *Conjugia Militum*. quid ſit conjurare milites. *Conjuratio*. dicti corona. *Corona* pro numero armatorum. quid ſit eos decimari. *Decimatio*. quid decurrere in prælio, in re ſacra, in funeribus. *Decurſiones equeſtres*. qui dedititii. *Dedititii*. eorum delectus variè habitus. pœnæ in detrectantes. ad Tribunos appellant. *Delectus*. pœnæ in deſertores. *Deſertores*. deſperatio fortiores facit. *Deſperatio*. qui diſcincti. *Diſcincti*. incenduntur exemplo Imperatoris & ejus præſentia. *Exemplum*. *Præſentia Imperatoris*. exercitatio eorum varia. *Exercitium*. *Fœminæ in militia* 3. *Fortitudo* 4. *Labor militaris*. *Severitas diſciplinæ*. qui exmilitibus. *Exmilitibus*. fame adſtricti tumultus cient. coguntur ad extrema. *Fames*. quibus indiciis eligendi fortes futuri. exercitati à pueris. *Fortitudo*. 4. fuga ignominioſa. interdum honeſta. *Fuga*. fugitivi quid differant à perfugis, transfugis & erronibus. eorum pœnæ. admiſſi in militiam. *Fugitivi*. funebris extinctorum ritus varius. *Funus*. pietatem colunt. *Probitas*. *Religio*. Quirites vocati per ignominiam. *Quirites*. ſeveritate continentur. *Severitas*. de eorum ſtatura. *Incomma*. *Statura militaris*. quando primum ſtipendio militaverint. *Stipendium*. de eorum ſupplicandi ritu. *Supplex*. victores hedera revinciunt tabernacula. *Hedera*. invulnerabiles ſe credunt certis remediis. *Invulnerabiles*. eorum labores. *Labor militaris*. *Munifices*. *Urbana militia*. *Exercitium*. *Onera militum*. laudibus incenduntur. *Laus*. item liberalitate & humanitate Ducis. *Liberalitas*. eorum luxus, & frugalitas. *Luxus*. *Severitas diſciplinæ*. *Venatio*. *Veſtitus militaris*. *Menſa militaris*. ſtudent munditiæ. *Munditia armorum*. de eorum numero in exercitu. æquo plurium vel pauciorum damna expenduntur. *Numerus militum*. *Agmen* 4. de eorum obedientia. *Obedientia*. de ornatu. *Lunus*. *Pictaræ maſtæ*. *Criſta*. *Munditia armorum*. quando vacarent. vacantibus ſuffecti vicarii. vacationum cauſæ. *Vacatio*. victores in reditu quâ pompâ recepti. in victis probroſi gemitus, & victoriæ confeſſio. *Victoria*. de eorum cibatu. *Menſa militaris*. *Poſca*. animantur hortatione Ducis. *Allocutio militaris*. 2. cibum capiunt ſtantes, & in cæſpite. *Menſa militaris*. 5. nimis craſſi parum bello idonei. ibi. 6. modeſte agunt in hoſpitiis. *Menſores*.
Milites glorioſi. *Laus*. 2. *Timor*. 3. *Capilli tonſura*. 3.
Militem creare eſt aſciſcere in equeſtrem ordinem. *Ordines ſacri militia equeſtris*. 11
Milites diſponendi in exercitu, ut argumenta in oratione. *Tactica*.
Miles. pro regulo. *Pedites*.
Militare ex catalogo. quid. *Scribere militem*.
Militare. milites. militibus quomodolibet ſervientes. qui milites fuerint.
Militia. etymon. ſtudet parandæ felicitati. diviſio in campeſtrem & munitoriam. agit certis regulis & jure ſervato. graſſationes, injuriæ & ſimilia ex ambitione & libidine, nihil ad militiam. ingenui militant. rejecti ſervi. item viles opifices, & facinoroſi. admiſſi agricolæ. 1. equeſtris pedeſtri inferior. 2. quanti habita apud Romanos. 3.
Militia. ejus genera apud Romanos. *Tumultus*. 2. *Conjuratio*. infinitam varietatem ſuſcipit in militia veteri. non levem in noſtrate. *Cohors prima*. *Epibatæ*. *Fluviales*. recens priſca operoſior. *Agger*. 4.
Militia. pro ſtipendio vel militari ſupellectile.
Millenarii Duces.
Milliaria apud Romanos. *Agmen*. 6.
Milo Crotoniates. Athleta ſemper victor beneficio lapidis Alectorii. *Invulnerabiles*. 3. ejus dictum. *Luctatio*. pugil & bellator illuſtris. *Olympia*. 2.
Miltiades. quid ſenſerit de Homero & Achille. *Hiſtoria*. 5. ejus pietas in Cimonem patrem. *Funus*. 5. laudatur à celeritate. *Celeritas in bello*. 2. 3.
Mina. fodina. cuniculus pulverarius. etymon. an ſit pinna muralis. expenditur locus Virgilii.
Minerva. literarum & armorum Præſes. *Literæ*. 5. inventrix currus. *Currus militaris*. 1. freni. *Frenum*. Vide *Pallas*.
Miniſtelli. etymon. cantores belliceſorum carminum. iidem ludiones, ſcurræ, aſſentatores. *Bardi*.
Miniſteriales ſervi. clari præfecturis.
Minium. color lætus. eo illiti accumbentes ad epulum triumphale. & ipſi triumphantes. *Epulum Triumphale*.
Minos. an inventor claſſis. *Claſſis*. 2. primus pugnat contra piratas. *Piratica*. 2.
Minotaurus. ſignum militare.
Minotaurus. cur ſignum apud Romanos. *Arcanorum cuſtodia*.
Miſcella. quod certamen.
Miſericordia. gladius.
Miſſicii milites. qui.
Miſſilia. quidquid armorum manu projicitur.
Miſſio. quotuplex. formulæ dimittendi. 1. præmium poſt confectam militiam. 2.
Miſſio cauſaria. *Cauſarii*.
Miſſio gratioſa. à ducibus impetrata per ambitum. vetita a cenſoribus.
Miſſio honeſta. alia juſta poſt expletam militiam. alia honoris gratia.
Miſſio ignominioſa; ob delictum. formulæ dimittendi. agebatur publicè.
Miſſus. quid in Circenſibus. quid in conviviis. *Circenſes*. 5. *Ferculum*. 3.
Mithridates. cur multis cladibus affectus ſuffecerit renovando bello. *Præſentia Imperatoris*. 2. de ejus benignitate. *Benignitas Imperatoris*. 5. crudelis. *Literæ*. 3. parum cautè fidit numero militum. *Numerus militum*. 2.
Mitylene. ornata civitas, ſed noxia incolis. *Eurythmia*.
Modeſtia. a militibus ſervanda. *Menſores*. *Agmen*. 5. *Provinciæ*. 5. *Severitas diſciplinæ*. 4.
Modiolus. quæ pars in machinis.
Mœnia. etymon. quid diſtent a muris. varietas ex materia. validè ſtruenda. altitudo & latitudo. revincta ære & plumbo. alia ratio in noſtrate, alia in veterum militia in muris conſtruendis. ædificata ſinuoſis flexibus. 1. duplex & triplex murorum corona. exempla. firmata turribus. trabibus, & terra congeſtitia. 2. recens militia in plano ædificat. pinnæ muris additæ. Sparta muris caruit. optimum munimentum civium innocentia. 3. murorum brevitas exitioſa. lignei nullius præſidii, & incenſu faciles. quæ machina fuerit antenna Bœotica. 4.
Mœnia. ſunt corona urbium. *Corona* pro munimento.
Molæ manuariæ. delatæ à militibus ad panem conficiendum. *Buccellatum*. 1.
Moles. etymon. dicitur præcipuè de aggeribus maritimis.
Monangon. *Angon*.
Monarchia. quod regimen. omnium optimum. unus in bello Imperator. 1. imperium plurium etiam laudatur. 2.
Monfaucon Bernardus. laudatur. *Scutum*. 10.
Monippi. etymon. dimicantes ex equo ſingulari. uſu caruit apud Heroes ex curru pugnantes.
Monocaballi. *Singulatores*.
Monomachia. certamen duorum vel paucorum. aliud ludicrum, aliud ſerium. quomodo Romani ſe ludicro exercerent. inventor ludicræ apud Romanos. 5. ſeria quo ritu exercita antiquitus. exempla veterum & recentium. interdum bini vel terni commiſſi. trices gladiatorum conflictus. Monomachia legibus proſcripta. 2.
Monomachia. ad eam provocatum chirotheca miſſa. *Chirotheca*. 2.
Monoſinus. notatur. *Strava*.
Monoxylos. etymon. navicula ex uno ligno excavata. pontes ex iis confecti. pars teſtudinis arietariæ.
Monozoni milites. *Balsheus*.
Mons gaudii. vexillum S. Dionyſii. acclamatio militaris apud Gallos.
Montecuccoli Raimundus. laudatus. *Jugum* pro diſpoſitione aciei.
Morbi. navigatione tolluntur. *Navigatio*. 4.
Morbus Gallicus. ejus origo in Italia.
Mordere terram. extincti in certamine terram mordent. quâ cauſâ. *Fortitudo*. 6. ferocis id non fortis animi. ibid. 7.
Mors. obita in aquis. cur apud antiquos probroſa. *Nato*. *Fortitudo*. 3.
Mortaria. ſuſceptacula ollarum incendiariarum, deſcribuntur.
Morteria ollarum. deſcribuntur. *Naves incendiariæ*. 5.
Moſcorum Princeps. ſignat aquila aurea. *Aquila*. 2.
Moyſes. cur cornuta ejus facies. *Cornu*. 4. ductores adhibet. *Agmen*. 5. machinarum primus inventor. *Machi-*

Google

ebina. s.
Mucro. quid.
Mulus. quod animal. etymon. ſarcinis ſervit. dabatur Præfectis militaribus qui muli centuriati. mares ad ſarcinas. fœminæ ad carruccas. in Olympicis certatum mulis. adhibiti in curru militari.
Muli Centuriati. *Mulus*.
Muli Mariani. baculi ad geſtandas ſarcinas. origo nominis. a tolerantia laborum ſic appellati milites Mariani.
Muli Mariani. quid ſint. *Ærumnæ*.
Munditia armorum. curanda. certi dies a Romanis aſſignati ea poliendis armis: cur id præſtitum extra tentoria. fovet militum alacritatem. fabri ad id aſſignati in exercitu. thecæ & repoſitoria armorum in caſtris. arma nitida hoſtem terrent.
Munditia. militibus præſcripta a legibus. *Luxus*. 2. in caſtris apud Romanos ſumma. a Græcis neglecta. *Caſtrametor*. 8.
Munera. appellatio ludorum funebrium. *Ludi funebres*. hoſtibus fatalia. *Hoſtium munera non munera*. Legatis tradi ſolita. *Legati*. 4. & ſeqq.
Munerarii. qui. *Gladiatores*. 5. *Bravium*.
Municipes. qui milites.
Municipium. quid diſter a Colonia. *Colonia*. 4
Munifices. qui milites. miniſteria ab ipſis Romanis obita in exercitu. 1. etiam a dignioribus. quid diſter munifex a munifico. 2.
